Collegii Granatensis Societatis Jesu. B.º

# R. P. D. F. JOANNIS DA SYLVEIRA OLYSSIPONENSIS,

CARMELITÆ REGULARIS Obſervantiæ, ſacræ Theologiæ Primarii Lectoris Jubilati,

# COMMENTARIORUM IN TEXTUM EVANGELICUM, TOMUS SEXTUS.

*SEU*

# ADDITIONES In quatuor Evangeliſtas.

In quibus quamplurima ad pleniorem ſacrorum Evangeliorum illuſtrationem de novo cumulantur; nec non bene multa eorum loca, quæ in prioribus Tomis non ita fusè expenſa fuerant, iterum ſub examen vocantur, & luculentiùs exornantur.

*Cum quatuor Indicibus, primo Capitum & Quæſtionum; ſecundo locorum ſacræ Scripturæ; tertio Concionatorio, quarto denique rerum notabilium.*

NUNC QUARTO IN LUCEM PRODIT.



LUGDUNI,
Sumptibus ANISSON, & POSUEL.
*M. DCC. XXV.*
CUM PRIVILEGIO REGIS.

3-a-2-7

Collegii Granatensis Societatis Jesu. B.ª
R-1096

# R. P. D. F. JOANNIS DA SYLVEIRA OLYSSIPONENSIS,

CARMELITÆ REGULARIS Obſervantiæ, ſacræ Theologiæ Primarii Lectoris Jubilati,

# COMMENTARIORUM IN TEXTUM EVANGELICUM, TOMUS SEXTUS

*SEU*

# ADDITIONES In quatuor Evangeliſtas.

In quibus quamplurima ad pleniorem ſacrorum Evangeliorum illuſtrationem de novo cumulantur; nec non bene multa eorum loca, quæ in prioribus Tomis non ita fusè expenſa fuerant, iterum ſub examen vocantur, & luculentiùs exornantur.

*Cum quatuor Indicibus, primo Capitum & Quæſtionum; ſecundo locorum ſacræ Scripturæ; tertio Concionatorio, quarto denique rerum notabilium.*

NUNC QUARTO IN LUCEM PRODIT.



LUGDUNI,
Sumptibus ANISSON, & POSUEL.

M. DCC. XXV.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

## CENSURA PATRIS FRATRIS LUDOVICI *Perini in Sacra Theologia Magiſtri, ac Doctoris, &c.*

ADMIRATIONE dignum potiùs quàm cenſuræ obnoxium cenſeo Librum, cujus argumentum eſt, *Additiones in Evangelia: Tomus Sextus:* indomito labore, ac ſolerti ſtudio, à Rever. adm. P. M. F. JOANNE DA SYLVEIRA Provinciæ Carmelitarum Portugalliæ, ac totius noſtri Ordinis præſtantiſſimo jubare, lucubratum. Granditas (adhuc in titulo) ſui ſplendeſcit ingenii, dum tantum volumen, Additamenta denominat. Hiſce additionibus, omnem, ſacræ Hiſtoriæ cultoribus aditum pandit, ad intima quæque arcana pertingenda Evangelii, necnon omnem aditum adimit ea dilucidius expendendi, cùm omnia videantur omnibus numeris tam præclara, ut nec iota unum, néve unus apex prætererit, quòd ſuæ doctrinæ indagine non expediat. Candor quo cuncta prælibat, omnium plauſum admirationemque promeretur. Quòd ſi Lipſius, tanquam infallibilem hanc protulit ſententiam. *Candor, ſi abeſt à ſcriptis, nebula ſtatim adeſt, nec illuſtrabit ea diuturnior lux famæ*: Quæ ſcripſit noſter ſcientiſſimus Doctor fama ſubſequetur æterna, utpotè quæ procul à nebulis, ſolo candore præfulgent. Nativus ſcribendi lepos, non adſcitus, aut fucatus, non alſæ, ſed ſalſæ, voces; genus eloquutionis fuſum, ac profluens; vis exprimendi egrègia, ſumma cum venuſtate conjuncta; ſua in animadvertendo perſpicacia; in explicando, fœcunditas; in interpretando, facilitas; in explanando, claritas; nec non omnia, à peritis deprompta, illuſtrata verbis, & deſignata ſententiis, illum, & omni laude meritò condecorant, & ſummam utilitatem, ejus Opera excolentibus portendunt. Gemmea felicitate ſcribendi præditum, Joannes Barclaius, proclamavit, felicis recordationis Principem illum Eccleſiæ decus, Urbanum VIII. perlegiſſet ſi ſemel noſtri Scriptoris volumina, nil dubium, quod felici margaritarum congerie compoſita autumaſſet. *Quoties eloquia Dei intelligendo diſcutimus* (ait Gregorius) *quid aliud quàm ſylvarum opacitatem ingredimur?* En noſtrum Sylveiram, qui ingentem Evangeliorum ſylvam profunditatibus myſteriorum irretitam, tam exuperanter extricat, enodat, exolvit, ut jam intelligentiæ opacitate titillet, non diſcuſſionis anxietate fatiget. Opus ergo tam gloriandum, tam conſonum fidei, tam profuturum moribus judicavi prælo dignum, in hoc Carmelitarum Olyſſiponenſi Cœnobio, die 14. Feb. 1671.

*Epiſt. 149*

*Hom. 5. in Ezech.*

Fr. LUDOVICUS PERINUS.

---

## CENSURA R. P. FR. GREGORII A JESU, *in Sacra Theologia Doctoris Conimbricenſis, ac Magiſtri Jubilati, olim Carmeli Olyſſiponenſis Prioris, nunc Deffinitoris Primi.*

SEPTEM celebravit Antiquitas Orbis miracula, ſeptem jam decantavit fama mirabilia, Libros, ſcilicet noſtri Sylveiræ, in lucem nunc prodit octavus; res magnæ octonario celebrantur, cùm autem nil parvum ſcribat Sylveira, octonario jam gaudent ejus Libri, miraculis mundi nil excellentius, libris Sylveiræ nil mirabilius: Sapientia ædificavit ſibi domum columnis ſeptem apud Salomonem, octavam addidit Sylveira noſter, quia *ecce pluſquàm Salomon* hic tam magnus Scriptor, immò, *nec Salomon in omni gloria ſua*: Nam

*Nemo, ut opinor, erit meritò ſapientior illo,*
*Nam Sapiens illo plus Salomone ſapit.*

*Fortuna multis nimium dedit, nemini ſatis*, dixit Seneca: Sylveira omnibus dedit, dat, & addit Commentaria in Evangelia ad ſatietatem, ô ter, quaterque beata ætas, tanti Scriptoris calamo, jure cœleſti:

*Nam vel cœlicolûm pennam eſt furatus ab alis,*
*Cœlicolis alas, vel ſua penna dedit.*

Hic liber, licèt ſit octavum Authoris Opus, eſt Sextus Tomus Additionum in Evangelia, ut cæteris addat bonitatem, & in illo pluſquàm in cæteris reluceat Deitas, ut cæteris addat bonitatem ad imitationem operum Dei ſexti diei: nam ſexto die juxta Gen. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona:* ut in illo pluſquam in cæteris reluceat deitas tanto Doctore: nam juxta Doctorem gentium 1. ad Corinth. 3. *Neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat; ſed, qui incrementum dat Deus.* Sic judico, ut typis mandetur ad omnium utilitatem, & honorem Carmeli. In Carmelo Olyſſiponenſi, 6. Februarii 1671.

Fr. GREGORIUS A JESU.

---

## *FACULTAS R.P. COMMISSARII GENERALIS.*

FRATER Joſeph de Lancaſtro in Sacra Theologia Magiſter, ac Commiſſarius Generalis Ordinis Beatæ Virginis de Monte Carmelo Regularis Obſervantiæ, in his Portugalliæ & Algarbiorum Regnis, &c. Ex commiſſione R.P.M. Fr. Matthæi de Orlando noſtri Ordinis Prioris Generalis, facultatem quàm libenter concedimus R. admodum P. Doct. Fr. JOANNI DA SYLVEIRA in Sacra Theologia Magiſtrorum Anteſignano, ac hujus Luſitaniæ Provinciæ Definitori perpetuo, ut poſſit typis mandare librum, cui titulus eſt; *Additionum in quatuor Evangeliſtas Tomus Sextus*, non minori felicitate, ac cæteri Tomi, à ſe elucubratum, uti Religionis noſtræ Doctores, quorum judicio examinandum commiſimus, illum prælo dignum exiſtimantes, retulêre. Datum in hoc Carmelo Olyſſiponenſi die 14. Febr. 1671.

Fr. JOSEPHUS DE LANCASTRO Commiſſ. Gener.

---

## *FACULTAS ALTERA R.P. PROVINCIALIS.*

FRATER Ayres da Sylva in Sacra Theologia Præſentatus ac humilis Provincialis Ordinis Beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, in his Portugalliæ Regnis ac Dominiis, &c. Authoritate mihi commiſſa à Reverendiſſimo Patre noſtro Magiſtro Fratre Matthæo Orlando, facultatem præbeo Reverendo admodum Patri noſtro Magiſtro Fratri JOANNI DA SYLVEIRA Sacræ Theologiæ Primario Jubilato, ut Sextum hunc Tomum Additionum in Evangelia, à ſe editum & à Viris doctis noſtræ Provinciæ approbatum typis poſſit mandare: in quorum fidem has litteras, manu noſtra ſubſcriptas præbuimus. In hoc Olyſſiponenſi Carmelo, die 2. Februarii anni Domini 1671.

Fr. AYRES DA SYLVA Provinc.

Magiſter. Fr. THOMAS A CONCEPTIONE, Socius R. admod. P. Provinc.

---

### *Summa Privilegii Regis Chriſtianiſſimi.*

LUDOVICI XIV. Galliæ & Navarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, ac patentibus litteris cautum; ne quis in regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubjectis, intra proximos annos viginti à die primæ editionis cujuſque Tomi abſolutæ inchoandos, excudendum, vendendúmque quovis modo, & ratione curet librum, qui inſcribitur, R. P. D. Fr. JOANNIS DA SYLVEIRA *Olyſſiponenſis Carmelitæ Regularis Obſervantiæ, &c. Commentariorum in Textum Evangelicum Tomus Sextus, ſive Additiones*, præter LAURENTIUM ANISSON Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos quibus ipſe conceſſerit. Prohibitum inſuper eadem auctoritate Regia omnibus Regis ſubditis, eundem librum extra Regni ſui fines typis edendum curare, vel quemquam ubicumque fuerit, ad id agendum impellere & excitare; citra prædicti LAURENTII ANISSON conſenſum: idque ſub confiſcatione librorum, aliiſve pœnis in originali diplomate expreſſis contra delinquentes. Datum S. Germ. in Laya die 14. Septembris 1662.

De Mandato Regis.

Signatum MABOUL.

*Deſiit prælum primæ Editionis prædicti Tomi die 25. Maii 1672.*



# SERIES
## CAPITUM EVANGELISTARUM, AC QUÆSTIONUM HUJUS TOMI SEXTI
### Commentariorum in Evangelia.

*Divus Matthæus.*

---

### CAPUT PRIMUM.

#### Cum Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare per tot, ac tantos, Patriarchas deſcribitur genealogia Chriſti uſque ab Beatiſſimam Virginem Mariam?* p. 3

II. *Quare Divus Matthæus in præſenti genealogia quatuor fœminas præter Virginem enumerat; Divus verò Lucas nullam commemorat?* p. 4

III. *Quare Thamar ſtatim in exordio genealogiæ Chriſti proponitur ante omnes alias fœminas?* p. 5

IV. *Quare altiſſimo Dei conſilio Aram genuit Aminadab?* p. 6

V. *Quare Ruth Moabites mulier gentilis tantum ſublimatur, ut illuſtriſſimo catalogo progenitorum Chriſti annumeretur cum preſtantiſſimo viro ſuo Booz?* ibid.

VI *Quare Evangeliſta hic non exprimit nomen Berſabee, ſicut aliarum fœminarum, ſed tantum ait ex ea quæ fuit Uriæ?* p. 7

VII. *Quare videtur inſinuari in textu, quod tranſmigratio hæc acciderit tempore Ioſiæ Regis, cùm multo poſt contigerit?* p. 9

VIII. *Quare in captivitate Babylonica Evangeliſta à proprio*, duas captivitates, *vocabulo abſtinuit & tranſmigrationem dicit.* ibid.

IX. *Quare Evangel. genealogia B. Virg. Mariæ non ſcribitur directè per Ioſeph virum ejus?* p. 10

X. *Quare poſt narratas quadraginta duas generationes devenit ad clauſulam, Virginem Mariam?* p. 11

XI. *Quare in ſanctiſſima Virgine præter ſacræ Scripturæ morem ſcribitur ſuprema dignitas matris Dei, abſque eo quod illius excellentiſſima referantur?* p. 12

XII. *Quare Evangeliſta in tres teſſaradecades omnes generationes diviſit, & id valdè ſignatè admonuit?* p. 13

XIII. *Pro magna laude, ac celſitudine D. Joſeph dicitur quod ſit ſponſus Virginis Mariæ?* p. 14

XIV. *Quare ſanctiſſima* Deipara, *dum dicitur ſponſa Joſeph, non ſolùm Maria nuncupatur, ſed etiam Mater Jeſus.* p. 15

XV. *Quare ſanctus Joſeph noluit producere ſanctiſſimam Virginem, ſed occultè dimittere.* p. 18

XVI. *Quare Angelus tam reverenter loquitur Ioſeph aperiens ei totam ſeriem myſterij*, ibid.

XVII. *Quare Evangeliſta non ſupprimit, ſed nobis declarat ſuſpiciones Joſeph.* p. 19

XVIII. *Quare dicitur de Chriſto, quod vocabitur nomen ejus Emmanuël; cum in toto Evangelio ſic vocatum non legatur?* p.

XIX. *Altius expenduntur verba Evangeliſtæ. de Ioſeph: & non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum.* pag. 22


---

### CAPUT II.

#### Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO. I. *Quare iſti tres viri ſanctiſſimi dicuntur Magi, & non reges, cùm Herodes dicatur Rex.* p. 24

II. *Quare magi interrogant, ubi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* p. 25

III. *Unde cognoverunt Magi hanc ſtellam eſſe ſummi Regis, ac filij Dei?* ibid.

IV. *Quare tres magi non per tres ſtellas, ſed per unam tantum ducuntur?* p. 26

V. *Quare non ſolùm Herodes, ſed etiam tota Ieroſolyma dicitur turbata?* p. 27

VI. *Quare Herodes tam diligenter congregat principes ſacerdotum, ac Scribas populi?* pag. 28

VII. *Quare Herodes clam convocat Magos, & non mittit cum eis aliquem ſui confidentem* pag. 29

# Series Capitum & Quæſtionum.


VIII. Quare ſapientes Magi videntes puerum jacentem in præſepio cum humili, ac extrema paupertate, ibi ut verum Deum adorant? p. 30

IX. Quare Magi apertis theſauris ſuis non alia Munera offerunt, niſi Aurum, Thus; & Myrrham? p. 32

X. Quare Magi ex accepto reſponſo non redeunt ad Herodem, & quiſnam tale reſponſum dedit? ibid.

XI. Quare Angelus ſuadens fugam ſancto Ioſeph, ait: accipe puerum, & matrem ejus, & non dixit Ieſum, & conjugem tuam, ut alibi denuntiarat? p. 33

XII. Quare Angelus ait Ioſeph: fuge in Ægyptum, & non potius mitiori verbo utitur, vade, tende in Ægyptum? p. 35

XIII. Quare Ioſeph admonitus in ſomnis, abſque quod aliquid inquirat, nocte ſeceſſit in Ægiptum cum puero & matre? p. 36

XIV. Quare Herodes tanta ira exæſtuat, videns ſe illuſum à Magis, ut omnes occidat pueros. p. 37

XV. Quare Herodes occidit ſanctos Infantes. pag. 38

## CAPUT III.
### Cum Remiſſionibus.

QUÆST. I. Quare Ioannes Baptiſta in deſerto tam aſpera pœnitentia utebatur, ſcilicet, cilicio ex pilis Camelorum? p. 39

II. Quare Ioannes locuſtis, melle ſylveſtri pro cibo utebatur? p. 40

III. Quare Ioan. venientes ad ſe, ut ab eo Baptizarentur, progenies viperarum dicit? p. 42

IV. Quare Ioannes ait de Chriſto D. cujus ventilabrum in manu ſua, ad congregandum triticum in horreum, & paleas ad comburendum? ibid.

V. Quare Spiritus S. in forma columbæ apparuit ſuper caput Chriſti? p. 44

## CAP. IV.
### Cum Remiſſionibus.

QUÆST. I. Quare Synagoga fundatur à Deo in una fraternitate, Eccleſia Evangelica in duplici? p. 46

II. Quare Chriſtus vocans ſuos diſcipulos, ait: venite poſt me? cum ſponſa in Canticis poſtulet trahi poſt illum? p. 47

## CAP. V.
### Cum Remiſſionibus.

QUÆST. I. Quare Apoſtoli dicuntur à Chriſto Sal terræ? p. 49

II. Quare Chriſtus D. ſuos Apoſtolos, non ſolum comparat Sali, ſed etiam Luci? p. 51

III. Quare eſt lux iſta, cui Dominus comparat ſuos diſcipulos, cum eis ait: vos eſtis lux mundi? p. 52

IV. Quare Chriſtus D. appellans ſuos diſcipulos lucem mundi ſtatim eos confert cum lucerna accenſa, quæ uni tantum domui prælucet? p. 53

V. Quare Chriſtus D. in præſenti præcipit ſuis diſcipulis, ut eorum opera luceant coram hominibus, cum infra hoc prohibeat? p. 54

VI. Quare cùm idem ſit Dominus Deus utriuſque teſtamenti: tamen mandatum de diligendis inimicis, tantum in lege Evangelica expreſſè declaratur, ac mandatur? ibid.

VII. Quare in hac exhortatione diligendi inimicos Chriſtus ſe declarat authorem, non jubendo ſed dicendo? p. 56

VIII. Quare Chriſtus D. tantis commendat nobis inimicorum dilectionem? ibid.

## CAP. VI.
### Cum Remiſſionibus.

QUÆST. I. Maximè laudatur jejunium ſimplex ſine hypocriſi. p. 59

II. Quare jejunantibus mandat Chriſtus ungere caput, lavare faciem? p. 61

III. Quare nemo poteſt duobus Dominis ſervire? p. 61

IV. Quare Dominus mandat conſiderare lilia agri, quæ in multis ſuperant magnificum veſtitum Salomonis? ibid.

## CAP. VII.
### Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO I. Quare Lex Evangelica dicitur via arcta, & porta anguſta, cum Chriſti mandatum, leve, & ſuave publicetur? p. 63

II. Quare tam accuratè mandat Chriſtus attendere, ac cavere à falſis Prophetis? p. 65

III. Quare iſti invocantes nomen Domini facientes virtutes multas, damnatione perduntur? p. 66

## CAP. VIII.
### Cum Remiſſionibus.

QUÆST. I. Quare leproſus tali modo poſtulat, ſi vis, potes me mundare? p. 69

II. Quare Dominus non ſolum verbo, ſed etiam manus tactu ſanat leproſum? p. 70

III. Quare roganti Centurioni pro puero ſuo Chriſtus reſpondit; ego veniam & curabo eum? p. 71

IV. Quare cum centurio audit ab ore Chriſti ego veniam, & curabo eum, ipſe indignum ſe reputat ut Chriſtus domum ejus ingrediatur? p. 72

V. Quare Centurio ſe proponens in exemplum hominem dicit, qui habet ſub ſe milites & uni dicit, vade, alteri, veni? p. 73

VI. Quare ſæviente tempeſtate ad Chriſtum dormientem accedunt diſcipuli? p. 74

VII. Quare permiſſum eſt, ut diſcipuli tanta tempeſtate premerentur, ut tanquam ad unicum, ac ultimum remedium ad Chriſtum confugerint? ibid.

VIII. Quare voce Chriſti ſedata tempeſtate admirantes, jam non dicuntur diſcipuli, ſed homines? p. 75

CAPUT

## CAP. IX.
### Cum Remiſſionibus,

QUÆSTIO. I Quare cum Chriſtus D. dixiſſet Paralytico, remittuntur tibi peccata tua: Scribæ Dominū blaſphemum dicunt? p. 78

II. Quare data ſanitate paralytico mandatur ei ire in domū ſuam, & Chriſtus etiam inde trāſit, & nullus perſeverat in eodem loco? p. 79

III Quare ex telonio Matthæus vocatur à Chriſto ad Apoſtolatum? p 80

IV. Quare Chriſtus D peccatores & publicanos admittit ad menſam? p 81

V. Quare diſcipuli Joannis cum Phariſæis coadunātur contra Chriſti Apoſtolos? p. 82

VI Quare mulier ſanguinis fluxu laborans à tergo tantùm intendit tāgere veſtimēta Chriſti? p. 83

VII. Quare cum mulier tetigiſſet fimbriam veſtimētorum Chriſti, ipſe Dominus agnovit exiiſſe ex ſe virtutem ad mulieris ſanitatem; ad quid ergo ei dicitur, confide filia, fides tua te ſalvam fecit? p. 84

VIII. Quare cum Chriſtus D. cum Archiſynagogo pergit ad ſuſcitandam filiam: in itinere ſanat mulierem à fluxu ſanguinis? p. 85

IX Quare Chriſtus D. dicit puellam dormientē cū eſſet mortua, & inde circunſtantes irrident? ib.

## CAP. X.
### Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO. I. Quare mittens Chriſtus D ſuos Apoſtolos ad prædicandum, mandat eis, ut neque argentum, neque pecuniam ſecum aſportent? p. 88

II. Quare Chriſtus D. prohibet ſuis diſcipulis duas tunicas, ſimulque virgam ſecundùm Matth. quam ſecundùm Marcum concedit? p. 89

III. Quare Chriſtus D ait ſuis diſcipulis mitto vos ſicut oves inter lupos, cum per Prophetam dicantur, quod ſunt mittendi, ut leones inter pecora? p 90

IV. Quare Chriſtus D. denuntiat ſuis Apoſtolis quod tradentur ad reges, & præſides in teſtimonium illis? p. 91

V. Quare Chriſtus D. prædicit ſuis Apoſtolis quod erunt odio omnibus hominibus? p. 92

VI. Quare exorta perſecutione mandat Dominus fugere de una civitate in aliam? p. 93

VII. Quare Chriſtus D. ſuis Apoſtolis explicat quod omnes capilli capitis eorum numerati ſunt? p. 94

VIII. Quare Chriſtus veniens annuntians pacem ait de ſe: non veni pacem mittere ſed gladium? p. 95

## CAP. XI.
### Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO I Quare innocens, ac puriſſimus Joan. deſcribitur in vinculis? p. 97

II. Quare Joannes conſtitutus in carcere miſit duos diſcipulos ad Chriſtum? ibid.

III. Quare in præſenti totus eſt Chriſtus D. in Joannis laudibus publicandis? p. 98

IV. Quare Chriſtus D. ait, quod ſi velitis agnoſcere, & recipere, Joannes ipſe eſt Elias? p. 99

V. Quare Chriſtus legem evangelicam appellat jugum leve, & ſuave? p. 100

VI. Quare Chriſtus D. non dixit: aſportate vel ferte jugum meum vobiſcum, ſed tollite ſuper vos? p. 101

## CAP. XII.
### Cum Remiſſionibus.

QUÆST. I. Quare Chriſtus D. ordinaverit, ut diſcipuli ejus per ſata ſpicas colligerent in ſabbatho. p. 103

II. Quare cum Phariſæi, ac Scribæ vidiſſent tot, & tanta Chriſti mirabilia, adhuc ſigna de cœlo petunt? p. 104

III. Quare Chriſtus D. tam aſperè invehitur in hos ſcribas dicens: generationem malam & adulteram? p. 105

IV. Quare Chriſtus D. ait, quod Judæis non dabitur ſignum niſi Jonæ Prophetæ? ibid.

V. Quare hic introducitur regina Sabæa Judæos arguens & condemnans? p. 106

VI. Quare Chriſtus D. intendens maximè explicare ſuum amorem erga homines, hic tantum facit mentionem de matre, fratre & ſorore, non vero de Patre? p. 107

## CAPUT. XIII.
### Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO. I. Quare cum dormirent homines venit inimicus homo ad ſuperſeminanda Zizania? p. 110

III. Quare diabolus dicitur in præſenti inimicus homo, & non alio nomine appellatur? p. 111

IV. Quare Pater familias vetat colligere zizania, ne fortè ſimul eradicetur triticum? p 112

V. Quare granum ſinapis cum ſit omnium minimum, creſcens tamen maius eſt omnibus oleribus. ib.

VI. Quare regnum cœlorum comparatur theſauro abſcondito, qui inventus ab homine iterum abſconditur? p. 114

VII. Quare invento theſauro homo emit agrum? p. 115

VIII. Quare in hac ſagena tanta ſit diſcretio bonorum à malis, & unde inveſtiganda? p. 116

IX Quare hæc ſagena educitur non ex navibus ſed ex littore, non à ſtantibus ſed ſedentibus. p. 117

## CAPUT XIV.
### cum Remiſſionibus.

QUÆST. I. Quare inobedientiſſimi diſcipuli tanquam inviti compelluntur à Jeſu in naviculam aſcendere? p. 118

II. Quare Chriſtus D. venit ad diſcipulos ſuos quarta noctis vigilia, qui videntes turbantur exiſtimantes eſſe phantaſma? p. 120

III. Quare tam generoſe ad Chriſti vocem Petrus deſcendit de navicula, & ambulabat ſuper mare? p. 121

# Series Capitum, & Quæſtionum.


IV. *Quare D. Petr. qui tam generoſe cæpit ambulare ſuper tempeſtuoſum mare, videns ventum validum timuit, & cæpit mergi?* p. 122


## CAP. XV.
### Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I. *Quare tam impudenter Phariſæi Chriſti diſcipulos accuſant apud ipſum quod cum manducant panem, non lavant manus?* p. 125

II. *Quare tam impudenter Phariſæi modo accuſant diſcipulos apud Chriſtum, cum etiam aliquando accuſent Chriſtum apud diſcipulos?*

III. *Quare tantæ multitudini unus ſolus Jeſus reſpondet, eorum malitiam arguens, qui quamvis eſſent ſub lege Dei non erant plantati à Deo?* p. 127

IV. *Quare tam fortiter per vicos, & plateas clamat pro filiæ ſanitate mulier?* p. 128

V. *Quaræ tam durè ſe habet Chriſtus cum Chanea fide fervida, ut primò non reſpondeat, deinde dicat panem filiorum non eſſe canibus dandum?* p. 129

VI. *Quare Chananæa ſe catellam appellat, cum ab ore Domini audierit ſe canem dici?* ibid.

VII. *Quare Chriſtus tam mirifice laudat mulieris fidem conceſſa ejus petitione?* p. 130


## CAP. XVI.
### Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I. *Quare Chriſtus D. de ſerenitate, ac tempeſtate temporum facit exemplum Judæis?* p. 133

II. *Quare Chriſtus D. Phariſæorum doctrinam fermentum appellas?* p. 134

III. *Quare ex ſua confeſſione tam magnificè extollitur Petrus à Chriſto?* p. 135

IV. *Quare D. Petro pro tam magnifica confeſſione non ſtatim ei confertur Pontificia dignitas, ſed de futuro promittitur?* p. 136

V. *Quare in ſumma poteſtate data Petro dicitur, quòd portæ inferi non prævalebunt adverſus eum, &c.* p. 137

VI. *Quare ad Chriſtum ſequendum requiritur propria abnegatio, & ejus crucem tollere?* p. 138

VII. *Quare cum ſummæ perfectionis nota ſit portare crucem poſt Chriſtum, quid de Simone Cirineo dicendum ſit?* p. 139


## CAP. XVII.
### Cum Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare ad ſpectaculum tanti myſterii præter tres Apoſtolos eliguntur Moyſes, & Elias ex veteri teſtamento?* p. 141

II. *Quare ex omnibus Patribus veteris teſtamenti Moyſes, & Elias eliguntur ad tantam transfigurationis gloriam?* ibid.

III. *Quare Elias deſtinatus eſt, non ad primum ſed ad ſecundum Chriſti adventum?* p. 143

IV. *Quare præ cæteris Prophetis Magnus Elias mittitur ad omnia reſtituenda, & quomodo hoc intelligendum?* ibid.


## CAP. XVIII.
### Cum Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare Chriſtus D. ad intrandum in regnum cælorum duobus à ſuis diſcipulis petit, ut ſint converſi, ac ut efficiãtur ut parvuli?* p. 146

II. *Quare monet Dominus parvulos non eſſe contemnendos, quia Angeli eorum ſemper vident faciem cæleſtis Patris?* p. 147

III. *Quare Chriſtus D. monet correptionem fraternam dandam eſſe cum multa cautela?* p. 148

IV. *Quare duobus conſentientibus fiet illis quidquid petierint, & quinam ſint hi duo?* p. 149

V. *Quare homo vilis, ac ſervus potuit tantam aureorum ſummam ſibi congregare?* p. 149


## CAP. XIX.
### Cum Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare potius Phariſæi, quàm alii hic ad Chriſtum veniunt?* p. 153

II. *Quare Phariſæi potius hanc quæſtionem quam quamlibet aliam Chriſto proponunt?* p. 154

III. *Quare Chriſtus D. reſpondit huic quæſtioni, cùm aliis noluerit reſpondere?* p. 155

IV. *Quare Chriſtus D. reſpondens adducit in probationem ſacram Scripturam?* p. 156

V. *Quare dicitur quod propter uxorem dimittet homo patrem, & matrem?* p. 158

VI. *Quare vir, & mulier dicuntur una caro?* p. 159

VII. *Quare circa libellum repudii variæ quæſtiones ſolvuntur?* p. 161

VIII. *An matrimonium ſolvatur cum vir propter fornicationem, uxorem dimittit?* p. 162

IX. *Grave jugum, & durum bellum maritis eſt uxor.* p. 164

X. *Quare Chriſtus ait, quod non omnes poſſunt capere verbum hoc ſuæ doctrinæ, cum ſtatim committens noſtro arbitrio dicat, qui poteſt capere capiat?* p. 167

XI. *Quare dicuntur caſtrati propter regnum calorum, & quinam ſunt iſti?* p. 168

XII. *Quare Eunuchis non aliud præmium aſſignatur, niſi regnum calorum?* ibid.

XIII. *Quare parvuli offeruntur Chriſto D.* p. 170

XIV. *Quare offerentes pueros Chriſtum deprecabant, ut ſuper eos manus imponeret, ac oraret?* p. 171

XV. *Quare diſcipuli increpabant offerentes pueros Chriſto?* ibid.

XVI. *Quare totum negotium Chriſto Jeſu eſt, ut mente efficiamur parvuli?* p. 173

XVII. *Quare cum Apoſtoli ſint judicandi, eis promittuntur ſedes in ultima die judicii?* p. 173

XVIII. *Quare dum Chriſtus ait, centuplũ accipiet, & evangelicam paupertatem docet, lucroſam mercaturam videtur perſuadere?* p. 174


## CAPUT XX.
### Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I. *Quare primi operarii cum recepiſſent juſtam mercedem obmurmurant contra patrem familias?* p. 176

II. *Quare primis operariis obmurmurantibus cum tanta modeſtia reſpondet Dominus?* p. 177

III. *Quare dum mater poſtulat pro filiis repulſam inſcientium patitur?* p. 178

IV. *Quare duobus fratribus offert Chriſtus calicem ſuæ paſſionis?* p. 179

V. *Quare Chriſtus ſupremus D. ait quod non ad ipſum, ſed ad Patrem pertinet dare primas ſedes?* ibid.


## CAPUT XXI.
### Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I. *Quare ex omnibus arboribus potius ficulnea, quam quæcunque alia arbor maledicitur?* p. 184

II. *Quare hæc ficulnea maledicitur, & non potius illa, quæ extitit in paradiſo, & totius humani generis ruina fuit?* p. 185

III. *Quare ob carentiam fructuum maledicitur ficulnea, cum non eſſet tempus ficorum? circa quod duæ rationes maxime literales explicantur?* p. 186

IV. *Quare hæc ficulnea cum foliis ſine fructibus maledicitur, aliquæ morales rationes aſſignantur?* p. 187

V. *Quare cum Chriſtus D. ſua maledictione ſolum ſterilitatẽ poſuiſſet in fructibus arboris ipſa etiam exſiccata eſt in ramis, foliis, ac radicibus?* p. 188

VI. *Quare Chriſtus D. non reſpondit directe Judæis ad ſuam interrogationem, ſed indirecte alia interrogatione interpoſita?* p. 191

VII. *Quare Phariſæi non ſolum mente, ſed etiam verbis mentiuntur ob populi timorem?* p. 193


## CAP. XXII.


QUÆSTIO I. *Quare recedentibus Phariſæis, & Herodianis accedunt Sadducæi ad Chriſtum tentandum; & notantur aliqua circa eorum ſectas?* p. 195

II. *Quare juſti, ac electi dicuntur ſicut Angeli Dei in cælo?* p. 197

III. *Expenditur ſingularis Tertulliani ratio, ob quam homines erunt ſicut Angeli Dei in cælo?* p. 198

IV. *An etiam poſt reſurrectionem futurus ſit ſexus fœmineus?* p. 199

V. *Quare dicitur, quod Dominus non ſit Deus mortuorum, ſed vivorum, cum Paulus dicat, ſive vivimus, ſive morimur, Domini ſumus?* p. 200.


## CAP. XXIII.
### Cum Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare tam anxie, ac ſolicitè per tot particulas Phariſæi affectabant gentes ad ſuam ſectam, & ſcholam?* p. 204

II. *Quare Phariſæi proſelytum, quem ad cultum Iſraëliticum adducebant duplo pejorem ipſis faciebant?* p. 205

III. *Quare Scribæ & Phariſæi aurum anteponebant templo, & de quo auro ſit ſermo?* p. 206

IV. *Quare Chriſtus D. damnans Phariſæorum, ac Scribarum vitia proponit in exemplum quod excolant culicem & deglutiant camelum?* p. 208

V. *Quare arguit, ac reprehendit Chriſtus D. Scribas, ac Phariſæos, quod ſepulchra Prophetarum ædificarent, ac exornarent?* p. 211

VI. *Explicatur quomodo Deus ut ſupplicia, & pœnas in aliqua regna, & civitates inferat, expectat certum cumulum peccatorum ob quæ etiam punit patres in filiis?* p. 213

VII. *Quare Chriſtus D. mittens Prophetas ſapientes in Jeruſal. dicitur ſapientia Dei?* p. 214

VIII. *Quare Chriſtus D. delegans, & deſtinans ſuos miniſtros in populum multipliciter in eis denotat ſapientiam?* ibid.

IX. *Quare Chriſtus D. dum ad Scribas, ac Phariſæos ſuos mittit Apoſtolos, eos dicit ſapientes, ac doctores appellat, cum Paulus dicat quod ſtulta mundi elegit Deus, ut confundat fortia?* p. 215

X. *Quare Chriſtus D. inclamat ſuper Judæos ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus à conſtitutione mundi?* p. 216

XI. *Quare tam diverſimode loquitur Chriſtus dũ ſuos diſcipulos mittit in Jeruſalem, ac cum de pœna illius eſt ſermo?* p. 217

XII. *Quare inſigniter Abel hic à Chriſto D. dicitur, ac nuncupatur juſtus inter cæteros?* p. 218

XIII. *Quare tam peculiariter Chriſtus commemorat Zachariam occiſum inter templum & altare?* p. 219


## CAP. XXIV.
### Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I. *Quare dicitur, quod ſolus Pater ſciat diem conſummationis ſæculi, non vero filius?* p. 222

II. *Quare tam repentinum extitit diluvium & erit dies judicii?* p. 224

III. *Quare tam inopinatus? ac ſubitaneus erit dies judicii, cum propter ſigna apparentia dicantur homines areſcentes præ timore?* ibid.

IV. *Quare Chriſtus dixit, quod erunt duo in agro, vel mola, vel lecto?* p. 226

V. *Quare gloria electi, & pœna damnati tam breviter, ac ſtrictim ponitur?* p. 227

VI. *Quare divina ſapientia tam alte diſpoſuit ut nobis eſſet abſconditus, & occultatus dies judicii, ac mortis?* p. 228

VII. *Quare tantus eſt Dominus in declarando quam difficile, ac rarum ſit bonum, & fidelem miniſtrum invenire?* p. 230

VIII. *Quare tantum præmium deſtinatur bonis prædicatoribus, & quinam ſint iſti?* p. 231


## CAP. XXV.
### Cum Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare Virgines exeuntes obviam ſponſo, ac ſponſæ, tot ſunt fatuæ quot prudentes?* p. 234

II. *Quare vox ſponſi quæ dulcedinem indicat, terribiliter ſonat?* p. 235

III. *Quare mirifice ſancta Thereſia acceperit* lampa

# Series Capitum, & Quæſtionum.


*lampadem, eámque ornaverit qua ad cæleſtes nuptias intravit?* p.236

IV. *Illuſtriſſima B. Thereſia pro ſe ac toto mundo ornavit lampadem ſuam ?* p.237

V. *Quare non ad unum gaudium, ſed ad multiplex Dominus ſervum bonum vocat?* ibid.

VI. *Quare tantis laudat Dominus ſervum fidelem ? agitur de noſtro S. Andrea Corſino?* p. 239

VII. *Quare malus ſervus tam improbè, ac impudenter reſpondet Domino ſuo, abſcondens talentum defoſſum in terra ?* p. 241

VIII. *Quare malus ſervus debebat pecuniam Domini ſui dare numulariis, & quid ſub eorum nomine in parabola ſignificetur ?* p. 243

IX. *Quare talentum ablatum ab iniquo ſervo datur potius habenti quinque talenta, quàm habenti duo ?* p.245

## CAPUT XXVI.

Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO.I. *Quare Chriſtus exiit in hortũ & ibi maximè triſtatur, & anxiatur ?* p. 248

II. *Quare tam vehementer triſtatur Chriſtus Dominus ?* p.249

III. *Quare Chriſtus D. qui vehementiſſime exoptabat mortem, poſtulat ut illius calix tranſeat ab eo ?* p.250

IV. *Quare tanta affabilitate ſe habet Chriſtus cum Juda in hoc congreſſu ?* p.251

V. *Quare tam generoſe Petrus evaginato gladio percutit Pontificis ſervum?* p.252

VI. *Quare tam dire, ac crudeliter capitur & apprehénditur Jeſus ?* p. 253

VII. *Quare D. Petrus, qui tam firmus, & conſtans erat ſic cadens negat ?* p.254

VIII. *Quare Petri pœnitentia tot, ac tantis nobilitatur ?* p. 255

## CAPUT XXVII.

Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO.I. *Quare Jeſus tam crudeliter corona ſpinea tractatur à militibus?* p.258

II. *Quare caput Chriſti affigitur corona ex ſpinis confecta?* p.259

III. *Quare Jeſus tam dirè ac crudeliter crucifigitur inter duos latrones ?* p.260

IV. *Quare cum Jeſus ſummopere exoptaret hominũ ſalutem, cum Judæi dicunt, quod ſi Rex Iſrael eſt deſcendat de cruce, & credent in eum: ipſe tamen non deſcendit ?* ibid.

V. *Quare Judæorum malevolentia viſis tot prodigiis, ac miraculis non quieſcit, ſed magis accenditur, ac ardeſcit contra Chriſtum.* p.262

VI. *Quare principes ſacerdotum dicunt quod Chriſtus tertia die reſurget, & unde hoc ſcire potuerunt ?* p. 263

VII. *Quare tam ſolicitè ſacerdotes, & Phariſæi de cuſtodibus monumenti agunt ?* p. 265

VIII. *Quare Phariſæi tam fortiter ac validè omnimodo muniunt Chriſti ſepulchrum?* p.266

IX. *Quare Darius Rex pro tutela Danielis in lacu poſuit tantum ſigillum, Phariſæi verò pro munimine ſepulchri Chriſti, non ſolum ponunt ſigillum, ſed & cuſtodes, & ferreas catenas ?* p. 267

## CAP. XXVIII.

Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO.I. *Explicantur viſiones Angelor. apparitiones Chriſti cum magna concordia Evangeliſtarum ?* p.270

II. *Quare Chriſtus prius apparuit mulieribus quàm viris, quæ ab ejus ore audierunt, Avete ?* p. 271

III. *Quare ſuos diſcipulos, hic vocat Chriſtus inſigniter fratres ?* p.271

IV. *Quare milites ſepulchri, non principum authoritate, ut contingit in Naboth, ſed inſuper pecunia corrumpuntur ?* p.273

V. *Quare tam obdurata, ac obſtinata extitit Pontificum, ac Phariſæorum nequitia contra tantam evidentiam ?* p.275

## ADDITAMENTUM in D. Marcum.

## CAPUT PRIMUM.

QUÆSTIO.I. *Quare tam ſublime, & altè inchoat D. Marc. ſuum Evangelium ?* p.279

II. *Quare noſter Evangeliſta de Joanne Baptiſta citat potius Iſaiam, quàm Malachiam?* p.280

III. *Quare cùm per os hominis Dæmon Dei laudes proclamaret, Chriſtus ei præcipit, ut obmuteſcat, ac taceat ?* p. 281

IV. *Quare cum per os hominis Diabolus Dei laudes prædicaret, Chriſtus tamen præcipit ei, ut obmuteſcat?* p.282

## CAP. III.

Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO.I. *Quare Chriſtus D. intendens ſanare hominem manus aridæ, eum præcipit conſtitui in medio?* p.285

II. *Quare Jacobus, & Joannes vocantur à Chriſto D. Boanerges, id eſt filii tonitrui ?* p.286

III. *Quare Chriſtum ſui voluerunt tenere; tanquam ſi in furorem, vel ectaſim raperetur ?* p.287

IV. *Quare dicitur quod peccatum contra filium hominis remittitur, contra Spiritum ſanctum non remittitur, & quæ ſunt hæc peccata ?* p.289

V. *Quare blaſphemia in Spiritum ſanctum dicatur peccatum irremiſſibile juxta ſenſum moralem?* p.290

## CAP. IV.

cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO.I. *Quare regnum Dei aſſimilatur ſemini hominis, quod profert herbam, ſpicam, & triticum?* p.292

## CAP. V.

Cum Remiſſionibus.

QUÆST.I. *Quare iſte homo liberatus à Dæmone Chriſti virtute; tamen à Chriſto D. ad ſuum comitatum non admittitur?* p.294

II. *Quare alia miracula ſub ſilentio commendat Chriſtus, hoc vero præcipit ab homine evulgari ?* p.295

## CAP. VI.

*Cum Remiſſionibus.*

Unctio olei Apoſtolorum.

QUÆST. I. *An hæc unctio olei exhibita ab Apoſtolis, in hac miſſione, fuerit Sacramentum ?* p. 298

Baptiſtæ mors.

II. *Quare in feſtivo die natalis Herodis tam impudicè mulier petit caput Joannis Baptiſtæ in diſco ?* ibid.

III. *Quare execrabilis mulier, non petit Joannis caput in ferrea cuſpide, vel lancea, ſed in aureo diſco ?* p.299

IV. *Quare ob petitionem capitis Joannis Baptiſtæ contriſtatur impius Rex?* p. 300

V. *Quare ad petitionem impudicæ puellæ indilatè præcipit Herodes amputari Baptiſtæ caput?* p.301

## CAP. VIII.

Cum Remiſſionibus.

QUÆST.I. *Quare Chriſtus D. ad curandum hunc cœcum eduxit eum extra vicum ?* p.305

II. *Quare ſputo impoſito ſuper oculos dat Chriſtus D. viſum homini cæco ?* p. 306

III. *Quare non ſubito, ſed ſenſim Dominus hominem curat ut primo videat homines tanquam arbores ambulantes ?* p.307

## CAP. IX.

Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO.I. *Quare Joannes cùm vidiſſet hominem quemdam facere miracula, eum voluit prohibere ?* p.309

II. *Quare Chriſtus D. vult ut non prohibeatur ille, qui faciebat miracula ?* p. 310

III. *Quare dum Chriſtus D. agit de pœnis inferni, non ſolum de igne, ſed etiam de vermibus facit mentionem ?* ib.

IV. *Quare Chriſtus D. ad habendam pacem ſal habere commendat ſuis Apoſtolis ?* p. 311.

## CAP. XI.

Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO.I. *Quare Chriſtus D. omnes negotiatores tam vehementer ejicit de templo?* p. 316

II. *Quare in hac ſecunda ejectione Dominus proponit teſtimonium ex Sacra Scriptura; & non in prima ?* p. 318

III. *Quare poſt ejectos vendentes, & ementes, cæcos; & claudos curat Dominus ?* ibid.

IV. *Quare indignantur Sacerdotes videntes mirabilia Chriſti, & ſigna petunt ?* p.319

## CAP. XII.

*Cum Remiſſionibus.*

Vidua paupercula.

QUÆSTIO.I. *Quare Vidua paupercula offerens duo minuta plus omnibus obtulit ?* p. 322

II. *Quare Vidua dans omnia quæ habebat, rectè egerit ?* p. 323

## CAP. XVI.

Cum Remiſſionibus.

QUÆST.I. *Quare recumbentibus undecim diſcipulis ad menſam, illis reſuſcitatus apparet Chriſtus ?* p. 329

II. *Quare Chriſtum reſurgentem nullus mortalium vidit, ipſum verò aſcendentem in cœlum viderunt undecim Apoſtoli ?* p. 329

III. *Quare in ſolemniſſimo Aſcenſionis die Chriſtus reprehendit, & exprobrat incredulitatem ſuorum diſcipulorum?* p.330

IV. *Quare cum Sacri Apoſtoli mittantur prædicare Evangelium in toto orbe ad diverſas gẽtes, nullus ſe excuſat, ſed omnes promptè obediunt ?* p. 331

# Series Capitum,

## ADDITAMENTUM in D. Lucam.

### CAP. I.

*Cum Remiſſionibus.*

#### Annuntiatio ad Virginem.


QUÆST. I. *Quare Gabriel miſſus ad Virginem in Nazareth, non dicitur Archangelus, ſed Angelus?* p. 335
II. *Quare potius Gabriel mittitur, quam alius Angelus?* p. 336
III. *Quare Virgo eligitur ad hoc Incarnationis myſterium?* p. 337
IV. *Quare vigilanti Virgini Angelus apparet: Joſeph vero dormienti in ſomnis?* p. 338
V. *Quare Angelus ſalutans Virginem dixit:* Ave Maria gratia plena Dominus tecum? p. 338
VI. *Quare dum Maria audit Angelum turbatur, & modum myſterii quærit,* quomodo fiat iſtud? p. 339
VII. *Quare Angelus explanans Virgini Mariæ Conceptionem Chriſti, ait ei:* Spiritus Sanctus ſuperveniet in te? p. 340
VIII. *Quare Angelus ait de Chriſto D. quod erit magnus cum ab æterno magnus ſit, ut Deus?* p. 341
IX. *Quare Virgo Sanctiſſima dum eligitur in matrem Dei ſe ancillam nominat?* p. 343
X. *Quare ex divina ordinatione diſpoſitum eſt, ut myſterium Incarnationis non fieret ſine Virginis conſenſu?* p. 344
XI. *Sanctiſſima Deipara in ſacratiſſima Conceptione filii Dei, vidit eſſentiam divinam, & inde concluditur exemptam fuiſſe à communi lege, ac proinde ſecundum ſenſum Scripturæ nullam maculam peccati originalis contraxiſſe.* p. 345


#### Viſitatio ad Elizabeth.


XII. *Quare dum Virgo Maria ſalutat Eliſabeth, pacem denunciat?* p. 348
XIII. *Quare ad Chriſti præſentiam non ſolum Joãnes ſanctificatur, ſed ſaltibus exultat?* ibid.
XIV. *Quare Elizabeth tota lætabunda Virginem ſalutans, illius conceptum non dicit filium, ſed fructum?* p. 350
XV. *Quare Deipara ait, quod exultavit ſpiritus ejus non in Deo tantum, ſed in Deo ſalutari meo?* p. 351
XVI. *Quare Virgo dum cantat, quod Deus eam fecerit magnam, tunc ipſum Deum dicit potentem, quia potens eſt?* ibid.
XVII. *Quare dum Virgo Sanctiſſima ait, quod Deus eam fecit magnam, nobis non explicat in quo ſit magna?* p. 352
XVIII. *Quare Elizabeth tam conſtanter affirmat, quod puer non ſit vocandus Zacharias, ſed Joannes?* p. 353
XIX. *Quare cum controverſia de nomine pueri nati refertur ad Zachariam, ipſe poſtulat tabellas ad ſcribendum nomen Joannis?* p. 353
XX. *Quare omnes communi conſenſu dicebant, quod manus Domini erat cum puero nato?* p. 354


### CAP. II.

#### Naſcitur Chriſtus.


QUÆST. I. *Quare cum per edictum Cæſaris deſcribitur orbis, naſcitur Chriſtus?* p. 357
II. *Quare Jeſu nato Sanctiſſima Virgo Mater pannis involvit, & reclinavit in præſepio?* p. 358
III. *Quare non alius miniſter, ſed Angelus aſtat annuncians paſtoribus Chriſti nativitatem, dicens, Gaudium magnum eſſe?* p. 360
IV. *Quare paſtoribus pro ſigno nati Salvatoris datur infans poſitus in præſepio?* p. 361
V. *Quare multitudo cœleſtis militiæ canit Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus?* p. 362
VI. *Quare Jeſus cum lege non teneretur, circumciditur tamen?* p. 363
VII. *Quare in circumciſione Diviniſſimo puero imponitur nomen* Jesus? p. 364
VIII. *Quare dum Sanctiſſimo puero imponitur nomen* Jesus, *dicitur,* ſicut vocatum eſt ab Angelo priuſquam in utero conciperetur? p. 365


#### Purificatio V. Mariæ.


IX. *Quare in circumciſione Chriſti nulla fit mentio legis, maximè vero nunc in ejus Præſentatione, ac Purificatione Mariæ Virginis?* p. 366
X. *Quare expreſsè dicitur, quod ſecundum legem Moyſi, tulerunt puerum Jeſum in Jeruſalem?* ibid.
XI. *Quare pro puero Jeſu offertur pauperum oblatio, par turturum, aut duo pulli columbarum?* p. 367
XII. *Quare Sanctus Simeon dicitur Spiritu Sancto plenus, expectans conſolationem Iſraël cum accepiſſet puerum Jeſum in Ulnas?* p. 368
XIII. *Quare Sanctus Simeon poſtulat mortem, cum maximè timenda ſit ab omni homine?* p. 369


### CAP. IV.

Cum Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare tam inſigniter dicitur, quod Chriſtus D. in Nazareth docuerit, ac prædicaverit?* p. 374
II. *Quare Chriſtus D. dum legit locum Iſaiæ, ſtat ſedet verò ad concionandum, dum illum explicat?* p. 375
III. *Quare Chriſtus D. ad docendum incipit à lectione S. Scripturæ ex Iſaia?* p. 376


CAPUT

# & Quæſtionum.

### CAP. VI.

Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO. I. *Quare tam efficax Chriſti oratio dum pro zelo honoris Dei orat?* p. 380
II. *Quare ante electionem Apoſtolorum Chriſtus ſolus orat in monte, & Apoſtoli ad radices montis?* p. 381
III. *Quare poſt tam largam orationem ſuos eligit Apoſtolos Chriſtus Dominus.* p. 382


### CAP. VII.

*Cum Remiſſionibus.*

#### Convertitur Magdalena.


QUÆSTIO. I. *Quare hæc mulier in primo Evangelii fronte, dicitur peccatrix?* p. 384
II. *Quare hæc mulier ingrediens domum ſtat retro, & lachrymis cœpit lavare pedes Chriſti?* p. 385
III. *Quare hæc mulier ſancta non linteo, ſed crinibus Chriſti pedes abſtergebat?* p. 386
IV. *Quare tam impudenter Phariſæus obmurmurat de Chriſto, ac Magdalena?* p. 387
V. *Quare dum Chriſtus commemorat remitti multa peccata, non opponit illius obſequia, ſed tantum ejus dilectionem?* p. 388


### CAP. VIII.

*Cum Remiſſionibus.*

#### in D. Joannem Apoſtolum.


QUÆSTIO. I. *Quare Chriſtus D. non permiſit viros ſanatos eum ſequi, maximè verò mulieres, & quæ hæ eſſent?* p. 391
II. *Quare non volucres terræ, ſed cæli comederunt granum conculcatum?* p. 392
III. *Quare ſemen cadens in petram areſcit?* p. 393
IV. *Quare ſemen Divini Verbi ab ſpinis ſuffocatur?* p. 394


### CAP. IX.

Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO. I. *Quare cum Apoſtoli Zelo honoris Chriſti poſtularent vindictam, Chriſtus admonet de manſuetudine, ac clementia?* p. 399
II. *Quare Chriſtus D. tam benignè cum Samaritanis agit, ut etiam increparet diſcipulos, cum ipſe, & diſcipuli ejus aliquando uſi fuerint ſeveritate?* ibid.
III. *Quare nonrecipientibus Samaritanis Chriſtum D. ipſe ſtatim declinat in alium locum?* p. 400


### CAP. X.

Cum Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare Dominus diſcipulos ſuos miſit binos?* p. 402
II. *Quare Dominus non ſolum mittit ſuos ad civitatem, & locum, ſed inſuper declarat ad quam ipſe venturus eſt?* p. 403
III. *Quare dum Chriſtus mittit ſuos diſcipulos ad prædicandum, eis proponit, quod meſſis multa quidem eſt, operarii autem pauci?* p. 404
IV. *Quare Chriſtus D. deſtinans ſuos diſcipulos ad prædicandum in orbem, ait, quod eos mittit tanquam agnos inter lupos?* p. 405


#### Martha excipit Dominum ad hoſpitium.

#### Chriſtus Jesus excipit Virginem, Mariam ad gloriam?


V. *Quare Chriſtus, hic venit in domum Marthæ tanquam ipſam quærens, cum aliquando Martha occurrerit Chriſtum ad ipſum excipiendum?* ibid.
VI. *Quare Chriſtus D. qui omnibus præbet alimenta, ingredi voluit in domum Marthæ ad hoſpitandum?* p. 406
VII. *Quare de Zachæo, & non de Martha dicitur, quod exceperit Chriſtum in domo ſua cum gaudio?* p. 407
VIII. *Quare tam aſſeveranter dicitur à Chriſto D. quod Maria optimam partem elegit?* p. 408
IX. *Quare dicitur de Maria, quod elegit partem, & non potius totum?* p. 409


### CAP. XI.

Cum Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare Chriſtus Dominus, tam grandi vehementia, ac inſtantia aderat ejiciens hunc dæmonem?* p. 412
II. *Quare multi de turba tam malè ſentiunt de Chriſto, cum ſæpe ipſum maximè laudaverint?* ibid.
III. *Quare Diabolus exiens ab homine ambulabat per loca arida, & inaquoſa, & regreditur in* domum

domum ſuam priorem, aſſumens ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe? p. 413

IV. Quare hæc mulier in præſenti nec laudat Chriſti beneficentiam, nec ſapientiam, ſed tantum matrem ejus? p. 414

V. Quare hæc mulier encomiis Virginem proclamans ejus uterum, & ubera tantum laudat? p. 415

VI. Quare hæc mulier in hoc præconio Virginis, non dixit: Beata quæ genuit vel peperit? ſed tantum dixit: Beatum ventrem, & ubera? p 416

VII. Quare dum mulier laudat Ventrem, & ubera, matris; Chriſtus reſpondet laudans audientes, & cuſtodientes verba Dei? p. 417

VIII. Quare magno titulo filiorum Virginis, nobilitatur Carmeliticus ordo. p. 418

IX. De multis prærogativis Sacris Scapularis Carmelitani. p. 420

X. De Sacro nomine Virginis Mariæ de monte Carmeli. p. 421

XI. Quare Chriſtus D. hanc ſententiam de lucerna non abſcondenda tripliciter repetit? p. 422

XII. Quare hic per lucernã intelligatur? p. 423

XIII. Quare Dominus prohibet ne lucerna ponatur ſub modio, ſeu in abſcondito? p. 425

XIV. Quare lucerna accenſa potius dicatur, quod non ſit ponenda ſub modio, quàm ſub quacunque alia re? ibid.

XV. Quare Chriſtus ait, quod lucerna ſit ponenda in candelabro potius, quàm in alio inſtrumento, in quo reponitur candela? p. 426

XVI. Quare poſtquam Chriſtus D. dixit, quod lucerna ſit ponenda ſuper candelabrum, adjunxit, quod lucerna corporis noſtri ſit oculus noſter? p. 428

XVII. Quare dicitur lucerna corporis? p. 429

XVIII. Quare dicitur: lucerna corporis eſt oculus tuus in ſingulari, cum in homine duo ſint oculi? p. 430

XIX. Quare oculus dicitur lucerna corpris cum oculus indigeat lucerna ad videndum? p 432

XX. Quare ad hoc ut corpus ſit lucidum totum, requiritur quod oculus, qui eſt lucerna ejus, ſit ſimplex? p. 433

XXI. Quare tam vehementer commendatur ut lumen vertatur in tenebras? p. 434

XXII. Quare dicitur, quod ſi corpus tuum lucidum fuerit, erit lucidum totum, ſcilicet ex omni parte? p. 435

XXIII. Quare non ſolum dicitur, quod corpus erit lucidum totum, ſed inſuper additur nec aliquam partem habens tenebrarum? p. 436

XXIV. Quare Chriſtus D. ait: cum corpus tuum lucidum fuerit, quod ſicut lucerna fulgoris illuminabit nos? p. 437


De Eleemoſyna facienda.


XXV. Quare Chriſtus docet in præſenti, quod per eleemoſynam omnia mundantur? p. 438


## CAPUT XII.

Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I. Quare Chriſtus D. hunc poſtulantem cum fratre diviſionem, hominem appellat? p. 441

II. Quare huic litiganti tam ſeverè, ac dure reſpondet Chriſtus dicens: quis me conſtituit judicem, ac diviſorem ſuper vos? p. 442

III. Quare Chriſtus D. ſuis promittens regnum mandat eis ne timeant? p. 444

IV. Quare Chriſtus D. ſuos Apoſtolos, & diſcipulos appellat puſillos, & parvos? p. 445

V. Quare ſub nomine gregis, & non alio diſcipuli nominantur ac dicuntur à Chriſto Domino? p. 447

VI. Quare Chriſtus D. in præſenti affirmat quod pater ſuis electis dat regnum, cum ſeniores in Apocalypſi decantent ſe regnum à Chriſto accepiſſe? p. 448

VII. Quare Chriſtus D. dicens, regnum dari à Patre ſuo puſillis, utitur verbo, complacuit, & non alio? p. 449

VIII Quare ex parato regno à cœleſti parente infert Chriſtus: Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam? p. 450

IX. Quare Chriſtus D. mandans omnia vendere, & dari pauperibus, mandat etiam ſimul ſacculos parari? p. 451

X. Quare mors, & paſſio Chriſti dicitur Baptiſmus? p. 453

XI. Quare Chriſtus teſtatur de ſe, quod coarctatur uſque dum perficiat ſuum baptiſmum? ibid.


## CAPUT XIII.

Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I. Quid hæc ficulnea infructifera ſignificet? p. 458

II. Quare tam ſevera, ac rigida ſententia mandat Dominus ſuccidere arborem? p. 459

III. Quare hæc arbor mandatur extirpari, quia ſterilis, cum etiam altera fœcunda apud Danielem eandem ſententiam ſuſtineat? p. 460

IV. Quare D. ait cultori juxta D. Chryſoſtomum: dimitte me, ut ſuccidam eam? ibid.

V. Quare cultor vineæ tantis arborem defendit, ut illius excidium in aliud tempus transferatur? p. 462

VI. Quare hæc mulier à Dæmone infirmata ſic erat incurvata, ut non poſſet recto corpore ſtare; & cœlum aſpicere? p 464

VII. Quare Chriſtus D. Herodem vulpem appellat? p. 468

VIII. Quare Chriſtus D. dixit, quod oportet eum hodie, cras, & ſequẽti die ambulare, & pergere in Jeruſalem, ubi occidendus eſt? p. 496

IX. Quare Chriſtus D. ait, quod non expedit Prophetam perire extra Jeruſalem? ibid


CAPUT

## CAP. XIV.

Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I. Quare hæc Cœna dicitur magna, p 471

II. Quare omnes invitati ſe excuſant? p. 472

III. Quare in oratione Dominica dicimus panem noſtrum, nullus ex his, qui excuſantur, dicit: villam meam, uxorem meam, boves meos? p. 473

IV. Quare Divinus Princeps mandat convocare ad hanc magnam cœnam pauperes, debiles, & cæcos, ac claudos? p. 474

V. Quare cum ad cœleſtem menſam nullus veniat, niſi voluntarius, tamen hic Pater familias mandat compellere invitatos? ibid.


## CAP. XVII.

Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I Quare ſervo venienti ab agro Pater-familias providet ei cœnam? p. 479

II. Quare Chriſtus D. mandat ut nos dicamus, quòd ſervi inutiles ſumus? p. 480

III. Quare decem leproſi à longe ſtantes poſtulant ſanitatem à Chriſto, unus ex illis gratificans procidit ad pedes Chriſti? p. 481

IV. Quare tam vehementer, nequitia illorum novẽ qui non venerunt ad gratificandum ſanitatis beneficium, exprobratur? p. 482


## CAP. XVIII.

Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I Quare ad exprimendum hominem peſſimum, & iniquum nullus alius introducitur, niſi Judex quidam? p. 485

II. Quare Chriſtus mandat orare pro conſervanda fide in mundi fine? p. 488

III. Quare Chriſtus D. ad orationem requirit fidem? p. 489


## CAP. XIX.

Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I. Quare Chriſtus D. hic proponit hanc parabolam, cujus ſenſus magis hic explicatur? p. 491

II. Quare iſte homo abiens in regionem longinquam dicitur nobilis: non verò ille peregrè profectus apud D. Matthæum? p. 493

III. Quare dum dicitur, quod iſte homo ob nobilis abiit in regionem longinquam accipere regnum, exprimitur, quod abiit ad accipiendum ſibi? p. 494

IV. Quare iſte homo vocat ſervos ſuos & non alios, eiſque ſingulis dat unam Mnam? p 495

V. Quare iſte nobilis vir dans ſua talenta ſervis, imponit eis, ut illis negotientur donec ipſe veniat? p. 496

VI. Quare tam pertinaciter Cives dicunt, quòd nolunt virum hunc nobilem regnare ſuper eos? p. 497

VII. Quare primus ſervus venit ad ſuum Dominum, & ſimul cum tanta humilitate? p. 498

VIII. Quare Dominus tam prudenter, ac magnificè remunerat bonum ſervum? p. 500

IX. Quare iſte malus ſervus non in alio loco, ſed in ſudario reponit abſconditam pecuniam Domini ſui? p. 501

X. Quare tam diverſo modo ſe habet Dominus cum hoc ſervo negligenti, ac cum illo, qui ſine veſte nuptiali eſt ingreſſus? ibid


## CAP. XXI.

Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO I. Quare Chriſtus D. prædixit prælia, & ſeditiones futuras? p. 505

II. Quare in tanta rerum commotione mandat Chriſtus D. ſuis diſcipulis, ne timeant? p. 506

III. Quare bella, & ſeditiones dantur ut ſignum perituri mundi? ibid:

IV. Quare Chriſtus D. ait, quod ante ultimum diem oportet, ut fiant bella & ſeditiones? p 507

V. Quare Chriſtus D. tam duram, & ſævam perſecutionem exprimit, & declarat ſuis diſcipulis: p. 508

VI. Quare Chriſtus D. ait, quod adverſarii non poterunt reſiſtere ori, ac ſapientiæ ſuorum diſcipulorum cum ab eis eſſe interficiendos dicat? ibid.

VII. Quare capillus, qui minima pars eſt hominis in tanta æſtimatione eſt apud Deum, ut non pereat? p. 509

VIII. Quare per patientiam, ait Chriſtus D. quod anima poſſidetur, ac acquiritur? p. 510


## CAP. XXIII.

*Cum Remiſſionibus.*

Bonus Latro.


QUÆSTIO I. Quare Sanctus Latro videns Chriſtum crucifixum eum ut verum Deum fatetur? p. 514


II. Quare

II. Quare Sanctus Latro commotus eſt ad tam illuſtrem petitionem? p.515
III. Quare Latroni petenti regnum Chriſtus promittit Paradiſum ſimul cum ſua ſocietate? p.516
IV. Quare tam cito, ac indilatè Chriſtus D. Latronis petitioni annuit? p.517

## CAP. XXIV.

Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO I. Quare dum cognoſcitur Jeſus à diſcipulis ſtatim evanuit ab oculis eorum? p.519
II. Quare ſacri diſcipuli ſurgentes à menſa generosè revertuntur in Jeruſalem, à qua ut timidi fugiebant? p.520

## ADDITTAMENTUM in D. Joannem Apoſtolum.

*Cum Remiſſionibus.*

## CAPUT. I.

QUÆSTIO I. Quare ſecunda perſona Sanctiſſimæ Trinitatis, multis, & variis nominibus dicitur, ac ſignificatur? p.524
II. Quare ſecunda perſona Sanctiſſimæ Trinitatis hîc potius dicitur Verbum quam Filius? p.525
III. Quare cum Æternus Pater ſit lux, de ſolo filio dicitur, quod ſit lux vera lucens in tenebris?
IV. Quare lux Chriſti cum eſſet fulgentiſſima tenebræ eam non agnoverunt? ibid.
V. Quare recipientibus Chriſtum datur, ut ſint filii Dei? p.527
VI. Quare illi aſſumuntur ad adoptionem filiorum Dei, qui nec ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis, neque ex voluntate Viri, ſed ex Deo nati ſunt? p.528
VII. Quare dicitur Verbum caro factum, & non potius anima, vel homo factus? p.529
VIII. Quare cùm dicitur Verbum caro factum, ſtatim ſubditur; & habitavit in nobis? p. 531
IX. Quare Joannes incipiens dare Chriſti teſtimonium de Chriſto ait: qui poſt me venit, ante me factus eſt. p. 533
X. Quare dum fit mentio de plenitudine gratiæ Chriſti, dicitur, quod nos omnes de ea accepimus? p.534
XI. Quare poſtquam Evangeliſta dixit, quod de plenitudine Chriſti omnes accepimus, addit gratiam pro gratia? p. 535
XII. Quare lex dicitur data per Moyſem: gratia, & veritas facta per Jeſum Chriſtum? p.537
XIII. Quare dum dicitur, quod unigenitus enarravit, ſimul de eo dicitur, quod eſt in ſinu Patris? ibid.

## CAP. II.

Cum Remiſſionibus,

QUÆSTIO I. Quare Sanctiſſima Virgo nec rogata nec rogans ſolum neceſſitatem vini deficientis proponit? p.539
II. Quare tam ſeverè Chriſtus Sanctiſſimæ Virgini reſpondet; quid mihi & tibi mulier? p. 541
III. Quare Chriſtus D. Sanctiſſimam Virginem hic mulierem appellat? p. 542
IV. Quare Sanctiſſima Virgo dixit miniſtris, quod facerent quodcunque filius ejus mandaverit? p. 543
V. Quare Chriſtus D. mandat implere hydrias aqua? p. 544

## CAPUT III.

Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO I. Quare Nicodemus dum venit ad Chriſtum, dicitur, Princeps Judæorum? p.546
II. Quare cum Nicodemus non intelligit alta Chriſti myſteria, ei proponit Dominus ſuam exaltationem in Cruce? p.547
III. Quare Chriſtus D. ſuam crucifixionem dicit exaltationem? p. 548
IV. Quare ſerpens à Moyſe exaltatus in deſerto dabat vitam, & ſanitatem? p. 550
V. Quare, ut omnes ad ſe traheret exaltandus fuit in cruce?
VI. Quare Chriſtus communiter non baptizabat; ſed tantum per ſuos diſcipulos; & qualiſnam erat eorum baptiſmus? p. 552
VII. Explicantur nuptiæ celebratæ à Verbo Divino cum natura humana? p. 555
VIII. Quare in his nuptiis celebratis à Chriſto cum Eccleſia Ioannes inſigniter dicitur Amicus Sponſi? p. 556
IX. Quare Ioannes teſtificatur, quòd Chriſtum oporteat creſcere, ſe autem minui? p.558

## CAP. IV.

Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO I. Quare Angelo movente aquas unus tantū ſanabatur? p.564
II. Quare Chriſtus D. non rogatus rogat Paralyticum: Vis ſanus fieri? p.565
III. Quare dum languidus interrogatur à Chriſto, an ſanus velit fieri; ipſe reſpondit, quod hominem non habebat? p. 566
IV. Quare languido mandat Dominus tollere grabatum ſuum? p.567





## CAPUT. VI.

Cum Remiſſionibus.

QUÆST. I. Quare Chriſtus D. omnia ſciens conſilium init cum Philippo, & non cum Juda, vel alio ex Apoſtolis? p. 571.
II. Quare Chriſtus D. tam ſolicitè interrogat, unde ememus? ibid.
III. Quare Chriſtus ad ſatiandam tantam hominum multitudinem gratias agens, panes in manibus accipit? p. 572
IV. Quare tam diligenter magnificus Dominus dat colligere fragmenta? p. 574
V. Quare duodecim cophini colliguntur, nec plures, nec pauciores? ibid.
VI. Quare Chriſtus Dominus tam amplus eſt in commendando divina Euchariſtico epulo? p. 275.
VII. Quare panis Euchariſticus dicitur: vere eſt cibus? p.576
VIII. Quare caro, & ſanguis Chriſti verè cibus, & potus eſt dum communicatur? p. 578.
IX. Quare inter Chriſtum communicantes, ac ipſum participantes datur tanta unio? p. 579
X. Quare hic divinus panis dicitur, de cœlo deſcendens? ibid.
XI. Quare manducanti hunc panem promittitur Æterna vita? p. 580
XII. Quare eum hoc divinum myſterium ſit Sacramentum vitæ, multis eſt ad mortem? p. 581

## CAP. VIII.

Cum Remiſſionibus.

QUÆST. I. Quare Iudæi tam impudicè Chriſtum dicunt Samaritanum, ac dæmoniacum? p. 586
II. Quare dum Iudæi Chriſtum blaſphemant, magis ipſum extollunt? p. 587
III. Quare cum Iudæi dicunt Chriſtum Samaritanum, & dæmonium habere, Chriſtus ſolum reſpondit ſe dæmonium non habere? p. 588

## CAP. X.

Cum Remiſſionibus,

QUÆST. I. Quare omnes fideles ad Chriſtum venientes oves dicuntur? p. 591
II. Quare oves vocem ſui paſtoris audiunt, & tam ſedulè ipſum ſequuntur? p. 592
III. Quare Divina Providentia depoſuit, ut in hyeme encænia fierent? p. 593
IV. Quare Ieſus non ſedebat, ſed ambulabat? p. 594.



V. Quare Chriſtus in Porticu Salomonis ambulabat, & non in alio loco? ibid.
VI. Quare dum Chriſtus D. ait, Iudæis quod ipſi eum non credunt, illi ad lapides concurrunt? p. 590

## CAPUT XII.

Cum Remiſſionibus.

QUÆST. I. Quare Iudæi tam impiè conſulentes cogitabant Lazarum interficere? p. 599
II. Quare Iudæi potius Lazarum cogitant interficere, quàm quemcumque alium miraculo illuſtratum à Chriſto: p 600
III. Quare Chriſtus D. ait, quod iam eſt hora, ut filius hominis clarificetur? p. 602
IV. Quare Chriſtus D. in hoc evangelio ter diſcipulos ſuos ad patientiam exhortatur? p. 603
V. Quare Chriſtus D. in ſuis martyribus ſe comparat grano frumenti? p. 604
VI. Quare dum Chriſtus D. ſuos exhortatur ad paſſionem, & mortem, ait; quod ipſum ſequantur? p. 605
VII. Quare Chriſtus D. nunc voluit turbari? p. 606
VIII. Quare Chriſtus D. quamvis ſit turbatus horrore mortis, tamen Patrem orat, ut clarificet nomen ſuum? p. 608
IX. Quare vox venit de cœlo dicens: Clarificavi, & clarificabo? p. 609
X. Quare Chriſtus D ait, quod exaltatus à terra, omnia trahet ad ſe ipſum? ibid
XI. Quare Chriſtus D. exaltatus à terra conſummans omnia trahit ad ſe univerſa? p. 610
XII. Quare dum Chriſtus D. exaltatur in crucis ignominia, ibi agnoſcitur ejus divinitas p. 611.
XIII. Quare Chriſtus D. exaltatus in cruce ad ſe omnia trhit; tamen Crux in quâ exaltatus ad ſummam captivitatis ignominiam devenit? p. 612
XIV. Quare cum ex teſtimonio Iſaiæ Chriſtus appareat in tanta gloria; tamen contra ipſum obdurantur hominum corda. p. 615

## CAP. XIV.

Cum Remiſſionibus.

QUÆSTIO I. Quare antequam Chriſtus promittat Spiritum ſanctum denuntiat legem eſſe ſervandam? p. 621
II. Quare dum Spiritus ſanctus venit, manſionem facit? p. 622
III. Quare Divinus Spiritus dicitur Paraclitus? p. 623
IV. Quare Divinus Spiritus à Chriſto D. dicitur, quod docebit, & ſuggeret omnia? ibid.

# Series Capitum, & Quæſtionum.

## CAP. XV.

Cum Remiſſionibus.


QUÆSTIO. I. *Quare Chriſtus D. dicitur vitis?* p. 625

II. *Quare divinus Pater dicitur Agricola?* p. 626

III. *Quare palmes, qui non manet in Chriſto de futuro dicitur, quod mittetur in ignem, & præſenti, quod ardet?* p. 627


## CAP. XVI. XVII. XVIII. & XIX.

Cum ſuis Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare Chriſtus D. noluit reſpondere Pilato interroganti?* p. 633

II. *Quare tanta ſuperbia reſpondet Pilatus, quod habeat poteſtatem crucifigendi, ac dimittendi?* p. 634

III. *Quare audito clamore populi: ſi hunc dimittis non es amicus Cæſaris: Pilatus ſtatim Chriſtum D. tradit ad mortem?* p. 636

IV. *Quare tam turpiter inſaniunt Pontifices Judæorum, ut non Chriſtum, ſed Cæſarem petant, & quærant ſibi Regem?* p. 637


Stabat juxta Crucem: de deſiderio V. Mariæ ſepulto filio.


V. *Quare mortuo filio ſuo tam vehementi illius deſiderio æſtuabat Sanctiſſima Virgo Maria?* p. 638


Latus aperitur.


VI. *Quare ex percuſſo latere Chriſti exivit ſanguis, & aqua?* p. 640


## CAP. XXI.

Cum Remiſſionibus.


QUÆST. I. *Quare Joannes Apoſtolus inter cæteros dicitur ſingulariter Chriſti dilectus?* p. 643

II. *Quare D. Petrus de Joanne interrogat: Domine, hic autem quid? agitur de ipſo ſtante juxta crucem?* p. 645


LOCA

# LOCA SACRÆ SCRIPTURÆ, QUÆ IN HOC TOMO ELUCIDANTUR.

*Littera M. indicat Matth. A. Marcum, L. Lucam, J. Joannem; Numerus ſequens Caput, q. quæſt. Exp. expoſitionem, p. denique paginam.*

*Ex Geneſi.*

## CAPUT I.


1. In principio creavit Deus Cœlum & terram, M. 6. q. 4. num. 21. pag 62. & A. 3. quæſt. 2. num. 12. pag. 286.

2. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. I. 14. q. 4 n. 17. p 623

4. Dixit Deus. Fiat Lux, & facta eſt lux, M. 6. q. 4. n. 21. p. 62

11. Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum, faciens ſemen & faciens fructum juxta genus ſuum M 6. q. 4. n. 24. p. 63 L 12. q. 5. n. 37. p. 447. L. 13. q. 1. n 17. p. 459. & I. 12 q. . n. 76. p. 6 3

20. Dixit Deus: producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram, M. 13. q. 8. n 36 p 116

26. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ut præſit omni, quod movetur in terra, L 21. q. 2. n. 15


## CAP. II.


8. Plantaverat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis, in quo poſuit hominem, quem formaverat, A. 8. q. 3. n. 21. p. 307. L. 10. q. 1. n. 5. p. 403.

10. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam univerſam terram, L. 11. q. 6. n. 25. p. 416

15. Tulit ergo hominem, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret illum, M. 6. q. 4. n. 16. p. 61. & 21. q. 5. n. 44. p. 189. L. 12. q. 5 n. 37. p. 448

16. Præcepit ei dicens: Ex omni ligno Paradiſi comede, M. 5. q. 6. n. 35. p. 56

17. De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas, in quocumque die comederis, morte morieris, M. 15. q. 3. n. 12. p. 127. & 24. q. 8. n. 57. p. 232. I. 5. q. 4. n. 17. p 567

18. Dixit Deus: Faciamus ei adjutorium ſimile ſibi, M. 19. q. 6. n. 48. p. 160. & q. 9. n. 73. p. 164. I 1. q. 6. n. 25. p 528

19. Formatis igitur, Deus de humo, cunctis animantibus terræ, & univerſis volatilibus Cœli, adduxit ea ad Adam, I. 10. q. 1. n. 1. p. 591

21. Ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adamo in mulierem, M. 19. q. 5. n. 41. 42. p. 158

23. Dixitque Adam: Nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea, M. 19. q. 6. n. 46. p. 159


## CAP. III.


3. Præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, M. 15. quæſt. 3. n. 12. p 127

5. In quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dii, I. 3. q 8. n. 55 p. 556. & q. 9. n. 41. p. 579

6. Vidit igitur Mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, M. 21. q. 1. n. 12. p. 184

7. Tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo, I 10. q. 2. n. 9 p. 592

8. Qui comedit, & aperti ſunt oculi amborum, cùmque ſe cognoviſſent nudos, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata, M. 21. q. 1. n. 14. p. 184. & q. 2. n. 19. p. 185. & 27. q. 7 n. 45. p. 2 6

9. Abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi, M. 2. q. 2. p. 20

12. Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi, M 9. q. . n. 4. p. 78

17. Maledicta terra in opere tuo, M. 23. q. 10. n. 78 p. 216. q 11. n. 83. p. 217

19. In ſudore vultûs tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram, I. 6. quæſt. 3. n. 9. p. 572

21. Fecit quoque Deus Adæ, & uxori tunicas pelliceas; & induit eos, M. 6. q. 4. n. 22. p 63. L. 11. q. 9. n. 49. p. 420.

22. Ne forſè mittat manum, & comedat de ligno vitæ, I. 6. q. 11. n. 47. p. 58

24 Collocavit ante Paradiſum voluptatis, Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem, L. 23. q. 2. n. 7. p. 515


## CAP. IV.


1. Dixit: Poſſedi, hominem per Deum, L. 21. q. 8. n. 32. p. 510

3. Factumque eſt poſt multos dies, obtulit Cain munera Domino, de fructibus terræ, L. 7. q. 5. n. 23. p. 389

4. Obtulit quoque Abel de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum. M.25.q.12. n. 93.p. 219.

5. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus: ad Caïn autem, & ad munera illius non reſpexit, L. 11. quæſt. 24. n. 125. p. 437

5. Caïn iratus, vehementer concidit vultus ejus, L. 13 q.6.n.48.p.465

8. Dixitque Caïn ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras, L.11.quæſt.5.num. 20. p.416

11. Maledictus eris ſuper terram, quæ ſuſcepit ſanguinem fratris tui Abel, M. 23. q. 10. n.78.p.216.A.11.q.1.n.10.p. 317.

14. Omnis, qui invenerit me, occidet me, L. 13. q. 1.n.16.p.458

24. Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties, M.23.q.10. n.77.p.216.

CAP. V.

24. Ambulavitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus, M.6.q.2.n.10. p. 60.& q.7.n.38.p.84 A.8.q.1.n.7. p.305

CAP. VI.

8. Noë vir juſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, M.1.q.11.n.49. p. 12

14. Fac tibi arcam de lignis lævigatis, L. 11.q 9. n. 45.p 420

CAP. VII.

11. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluvia ſuper terram, M.24. quæſt.3.n.21. p. 225

16. Incluſit eum Dominus de foris, L.10.q.1. n.3. p 402

CAP. VIII.

1. Recordatus eſt Deus Noë, & cunctorum animantium, & omnium jumentorum, quæ erant cum eo in arca, M. 19.q 6.n.47. p.159

2. Adduxit Dominus ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ, I. 14.q.3. n. 14. p. 473

20. Ædificavit altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta, L.2.q.9. n 47. p. 366

21. Odoratus eſt Dominus odore ſuavitatis. A. 12.q.1.n.6.p.322

CAP. IX.

18. Erant ergo filii Noë, qui egreſſi ſunt de arca Sem, Cham, & Japhet, porro Cham ipſe eſt Pater Chanaan, M. 10.q.5. n. 23.p. 93

24. Cum didiciſſet, quæ fecit ei filius ſuus minor, ait: Maledictus Chanaam, M. 14.q. 4.n.26.p.123

CAP. XII.

1. Egredere de terra tua, & cognatione tua M.25.q.3.n.12.p.236. Luc. 11.q.11.n.58. p. 423. & I. 19. q. 7.n.43.p.499

6. Pertranſivit Abraham terram uſque ad locum Sichem, M 3.q.1.n. 10. p. 41. & 25. q. 4.n.38

8. Et inde tranſgrediens ad montem qui erat contra Orientem Bethel. I.8.q.2.n.8.

15. Et nuntiaverunt Principes Pharaoni: & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis, M. 2.quæſt.10.n.49.p.32. Luc. .8.quæſt.3. n.27. p. 489

CAP. XIII.

8. Dixit Abrahamus ad Loth: Ne ſit jurgium inter me, & te: fratres enim ſumus: A.9.q.4.n.25 p. 312. I.1.q. 9. n. 50. p. 533

14. Dixitque Dominus ad Abraham, poſtquam diviſus eſt ab eo Loth: leva oculos tuos, & vide à loco in quo ſtas ad Aquilonem. M.9.q.2 n.10.p. 79

CAP. XIV.

23. Levo manum meam ad Dominum, quòd à filio ſubtegminis, uſque ad corrigiam caligæ non accipiam quidquam, M. 7. quæſt. 3.n.21.p.67. L. 11.quæſt. 23.n.122. p. 436

CAP. XV.

5. Numera ſtellas ſi potes, ſic erit ſemen tuum, M.25. q.4.n.15.p.237

16. Generatione autem quarta, revertuntur huc; nondum ſunt completæ iniquitates Amorrhæorum, Matth. 3. quæſt. 6. num. 31

CAP. XVI.

13. Vocavit nomen Domini, qui loquebatur ad eum: Tu Deus qui vidiſti me, Matth. 8. quæſt 4 n. 22. p. 72. 21. q. 5. n. 22. p. 508

10. Hoc eſt pactum meum, quod obſervabitis inter me, & vos; & ſemen tuum poſt te: Circuncidetur ex vobis omne maſculum. I. 1.q.6.n.28.p.529

16. Et benedicam ei, & ex ea dabo tibi filium, I.1.q 8.n.39. p. 531

CAP. XVIII.

5. Ponam buccellam panis, & confortate cor veſtrum, & poſtea tranſibitis, M. 9. q. 8. n. 94

9. Cùmque comediſſent, dixerunt ad eum: Ubi eſt Sara uxor tua? I. 6. q. 3. num. 13. p. 573

10. Cui dixit: Revertens veniam ad te tempore iſto; vita comite habebit filium Sara, L. 1.q.19.n. 95.p.354

17. Num cælare potero Abraham, quæ geſturus ſum? Luc. 13. quæſt. 4. num. 28. p. 461





CAP. XIX.

1. Venerunt duo Angeli Sodomam veſpere; cumque Loth eos vidiſſet, dixit: Obſecro Domini, L.10.q.1.n.2.p.402.& 21. q. 25. & 134.p.439

4. Vallaverunt autem domum ejus à puero uſque ad ſenem, omnis populus ſimul, M. 9 q.1.n.9 p 79

17. Salva animam tuam: noli reſpicere retrò poſt tergum, ne aſtes in omni loco circa regionem, L.11.q.19.n.102. p. 432

26. Reſpiciens uxor poſt ſe verſa eſt in ſtatuam ſalis, A.9.q.4.n.22.p.312. L. 11.q.19. n. 103.p.432

CAP. XX.

16. Ecce dedi fratri tuo mille argenteos: hoc erit tibi in velamen oculorum, I. 1. q.2. n.6.p.525

CAP. XXI.

33. Plantavit nemus in Berſabee, & invocavit nomen Domini Dei, M. 23. q. 1. num. 10. p. 204

CAP. XXII.

2. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Iſaac, & offer illum in uno monte, M.14.q.1.n.3.p.119. & 14.q.2.n.9.p 120. L. 19.q 7.n 42.p.499

13. Levavit oculos poſt tergum, & vidit arietem inter vepres, hærentem cornibus, I.11.q.11.n 68.p. 611

14. Appellavit nomen loci illius, Dominus vidit: inde uſque hodie dicitur, Dominus in monte videbit, Joan. 3. quæſt. 3. num. 14.p.549.

CAP. XXV.

6. Filiis autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparavit eos à filio ſuo Iſaac, dum adhuc ipſe viveret, M.9.q.2. n.9.p. 79

22. Collidebant in utero pueri, quæ ait: ſic mihi futurum erat, Luc. 1. quæſt. 1.n.9. p. 442

CAP. XXVI.

17. Recede à nobis, quia potentior nobis factus es valde, L.9.q.3.n.18.p. 400

CAP. XXVII.

28. Det tibi Deus de rore Cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, L.12.q.9.n.62.p.452

37. Pane, & vino ſtabilivi eum: & tibi fili mi, ultra poſt hæc quid faciam? L.1.q.8. n.29. p. 341

41. Dixit Eſau in corde ſuo, venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum, M.1.q.6 n.28 p.8

43. Nunc ergo, fili mi, audi vocem & conſurgens fuge ad Laban fratrem meum, in Haran, donec requieſcat furor fratris tui. L. 13.q.5.n.34.p. 462

CAP. XXVIII.

5. Cumque dimiſiſſet eum Iſaac, pervenit in Meſopotamiam Syriæ, M. 10.q.6.n.25. p. 93

12. Vidit Jacob in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angeloſque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, M. 13.q.7.n. 52. p.115.L.6.q.3.num.8. p.382.I.3.q.1.n.3. p. 547.& 5.q.3.n.14.p. 566

21. Reverſuſque fuero proſperè ad domum Patris mei, erit mihi Dominus in Deum, A.1.q.4.n.29.p. 282

CAP. XXIX.

20. Servivit pro Rachele ſeptem annis, & videbantur ei pauci præ amoris magnitudine, M 7.q.1.n.7.p. 65

CAP. XXXI.

13. Ait illi: Surge, & egredere de terra revertens in terram nativitatis tuæ, M. 19. q.5. n. 40.p.158

26. Quare ita egiſti, ut clam abigeres filias meas, tanquam captivas, gladio? M. 2. q. 7.n.34.p.29

30. Etſi ad tuos ire cupiebas, cur furatus es Deos meos, M 9.q 1.n.5.p.78

40. Die noctuque æſtu urebar, & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis, L. 19. q. 8 n.46.p.499

CAP. XXXII.

2. Caſtra Dei ſunt hæc, A. 1. q. 1.n. 6. p. 279

24. Manſit ſolus, & ecce vir luctabatur cum eo, M.5.q.8.n.41.p.57

28. Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël, quia fortis fuiſti contra Deum, L. 1. q.13.n.73.p.349.& M.16. q 4.n.31.p 136

CAP. XXXIII.

10. Sic vidi faciem tuam, quaſi viderem vultum Dei, M.8.q.4 n.23. p.73

CAP. XXXIV.

14. Non poſſumus facere hoc, nec dare ſororem noſtram homini incircunciſo, M.7. q. 2.n.11.p.66

CAP. XXXV.

4. Dederuntque ei omnes Deos alienos, & inaures, quæ erant in auribus eorum: & ille infodit eas ſubter therebinthum, L. 11. q.24.n.124.p.437

CAP. XXXVII.

3. Iſraël diligebat Joſeph ſuper omnes filios

4. Oderant eum, & non poterant ei quidquam pacificè loqui, I. 12.q. 1. num. 12. p. 600.& exp.6.n.81.p 614

9. Vidi per ſomnium, quaſi Solem, & Lunam, & undecim Stellas adorare me, M. 2.q. 5.1.25.p. 28

10. Num ego & fratres tui adorabimus te ſuper terram? M. 19.q. 6.n.47.p. 159

35. Lugens deſcendam ad filium meum in infernum, I. 19.q.5.n. 36. p. 639

## CAP. XXXVIII.

25 Cognoſce cujus ſit annulus, & armilla, & baculus, L.11.q.9.n.50.p.421

## CAP. XXXIX.

7. Benedixit Dominus domum Putiphar propter Joſeph, & multiplicavit cunctam ejus ſubſtantiam, I. 3. quæſt. 2. num. 7. pag. 547

## CAP. XL.

1. His geſtis accidit, ut duo Eunuchi peccarent, A 6.q.2 n.9.p. 299

6. Ad quos cum introiſſet Joſeph mane, & vidiſſet eos triſtes, ſciſcitatus eſt eos, I. 5. q.3.n.15.p.567

21. Reſtituitque alterum in locum ſuum, alterum ſuſpendit, A.6.q.2.n.9.p.299

8. Nunquid Dei eſt interpretatio? referte mihi quod videritis, A. 8.q.2.n. 13.p.306

16. Vidi per ſomnium, quòd tria caniſtra haberem ſuper caput meum, & in caniſtro, quod erat excelſius portare omnes cibos, qui fiunt arte piſtoria, M. 11.q. 6 n. 27.p. 101

17. Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt, poſt quos auferet Pharao caput tuum, L. 17. q. 1. n.6.p.479

## CAP. XLI.

1. Poſt duos annos, vidit Pharao ſomnium, L. 8.q.4.n.24 p. 305

16. Abſque me Deus reſpondebit, propera Pharaoni, M.5.q.5.n.27 p. 54

40. Tu eris ſuper domum meam, ad tui imperium cunctus populus obediet, Luc.12. q. 3.n.23.p.445

45. Vertit nomen, ejus & vocavit lingua Ægyptiacâ Salvatorem, I.5.q.1.n.5

51. Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ, M. 10.q.1.num.4.p.89.L.1.q.9. n. 37.p. 344

## CAP. XLII.

24. Tollens Simonem, & ligavit eum, illis præſentibus, & juſſit miniſtris, ut implerent eorum ſaccos, A.11.q.3.num.19 p.319

## CAP. XLIII.

11. Si neceſſe eſt, facite quod vultis, M. 12.q.1. n. 5.p. 104

23. Pax vobiſcum, nolite timere, Deus veſter, & Deus Patris veſtri dedit vobis theſauros....

## CAP. XLIV.

12. Inſcrutans, & incipiens à minori uſque ad majorem, inventus eſt ſcyphus in ſacco Benjamin, M.11.q.1.n.2.p.97

## CAP. XLV.

7. Præmiſit me Deus, ut reſervemini ſuper terram & eſcas ad veſcendum habere poſſitis, M. 15.q.6.n 27.p. 130

20. Proficiſcentibus ait: Ne iraſcamini in via, I. 12.q.1.n.15.p. 601

## CAP. XLVI.

3. Jacob ego ſum fortiſſimus Deus patris tui: noli timere deſcendere in Ægyptum, M.16.quæſt.5.n.34.p. 137.L.12.q.3.n.24. p. 445

## CAP. XLVII.

12. Et alebat eos, & omnem domum Patris, præbens cibaria ſingulis, I. 6. q. 5. n. 20. p. 575

14. Omnem pecuniam congregavit, & intulit in ærario Regis, M. 24.q.7.n.50.p.238

## CAP. XLVIII.

14. Et extendens manum dexteram, poſuit ſuper Ephraïm minoris fratris, ſiniſtram autem ſuper Manaſſem, M. 8. q. 9.n.43. p. 76

15. Benedixit filiis Joſeph Deus, in cujus conſpectu ambulaverunt Patres mei, I.1.q.4. n. 17.p. 527.

## CAP. XLIX.

1. Congregamini filij Jacob, & audite Patrem veſtrum, L. 14.q 2.n.9.p.472. M. 9. q. 5.n.25.p. 82

6. Simon & Levi fratres vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea, I. 19.q.2.n.11.p.634

20. Aſſer pinguis panis, & præbebit delitias regibus L. 17 q.1.n.5.p.479

21. Nephtali cervus emiſſus dans eloquium pulchritudinis L. 8 q.20.n.14.p.393

24. Sedit in forti arcus ejus; inde paſtor egreſſus eſt. Lapis Iſraël omnipotens benedicat tibi, benedictionibus cæli deſuper, L.12.q.9.n.62.p.452.& 19.q.1. n. 11.p.492

28. Hæc locutus eſt eis Pater ſuus, benedixitque ſingulis benedictionibus propriis, L. 14.q.3.n.15.p. 473

## CAP. L.

16. Pater tuus præcepit nobis, ut hæc tibi verbis illius diceremus: obſecro, ut obliviſcaris ſceleris fratrum tuorum, M. 5.q. 7. n. 37.p. 56





### Ex Exodo.

## CAP. I.

12. Quanto opprimebantur, tantò magis multiplicabantur, M. 10 q.5.n. 22. p. 92

16. Quando obſtetricabitis Hebræas & partus tempus advenerit, ſi maſculus fuerit interficite eum, ſi fœmina, reſervate, M.1. q. 2.n.7.p.4

## CAP. II.

10. Quem illa adoptavit in locum filii, vocavitque nomen ejus Moyſes, L.21.quæſt.2. n.11

11. Vidit virum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus ſuis, cumque circumſpexiſſet interfecit ægyptium, M. 2. quæſt. 11 n.61 p.35. Luc.15.q. 24. n. 126 p.417

15. Fugit Moyſes à conſpectu ejus, & moratus eſt in terra Madian, Matth.1.q. 7.num.35. p. 9

17. Erant quidem ſacerdoti Madian ſeptem filiæ quæ venerant ad hauriendam aquam, & impletis canalibus adaquare cupiebant greges, Matth. 25. quæſt.7.n 39.p. 242

## CAP. III.

2. Apparuit ei Deus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quod arderet, & non combureretur, L. 11.q.16.n.83.p.428.I.1. q. 3 n.10.p.526

3. Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non cumburatur rubus, L. 1. q. 4. n.32.p.342.I.2.q.3.n.22.p.543. & 3. qu.9. n. 66. p. 558

6. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Jacob, M.22. q.4.n.28.p.200

11. Quis ſum Ego ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſraël de Ægypto, M. 16.q. 6.num.39.pag.138.L. 12.quæſt.3.num.22. p. 444

14. Ego ſum, qui ſum, I. 12.q.11. n.67.p.611. L. 24.q. 1.n.2.p.520

## CAP. IV.

6. Mitte manum tuam in ſinum tuum, quam cum miſiſſet in ſinum protulit leproſam, M. 24.q.5.n.34.p 227

14. Aaron frater tuus Levites, ſcio, quod eloquens eſt, & ipſe loquetur pro te ad populum, dum eris in his quæ ad Deum pertinent, M. 17 q.3.n.24 143.

21. Ego indurabo cor Pharaonis, & non dimittet populum meum, L. 21. q. 1. num.1. p.505.I.12.q. 13. n. 92. p. 615

## CAP. V.

2. Quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Iſraël? Matth. 10. quæſt. 5. num. 24

8. Vacatis, otioſi eſtis, ac ideo dicitis: Dominum Deum noſtrum adorabimus, L. 8. q.4.n.22.p. 398

## CAP. VII.

10. Projeceruntque ſinguli virgas ſuas, & devoravit virga Aaron virgas eorum, L.10. q.3.n.13.p. 404

17. Peccavi in Dominum Deum veſtrum, & in vos, ſed nunc dimittite peccatum etiam hac vice, & auferte à me mortem iſtam, M.3.q 2.n.11.& 12.p.41.M.2.q.14.n.73. p. 37

22 Fecerunt ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis, M. 3. q. 2. num. 12. p. 41

## CAP. IX.

13. Dominus dedit tonitrua, & grandines, & diſcurrentia fulgetra, M.16.q.2.num.29. p. 130

19. Congrega jumenta tua, & omnia, quæ habes in agro, nec congregata de agris, cecideritque ſuper ea grando, moriantur, L. 13. q. 4.n.29.p 461

## CAP. X.

1. Ego indurabo cor Pharaonis, & ſervorum ejus; ut faciam ſigna mea hæc in eo, I. 12.q.13.n.92.p.615

17. Peccavi in Dominum Deum veſtrum, etiam hac vice, & rogate pro me, M. 3. q. 2.n.11. & 12.p. 41

26. Cuncti greges pergent nobiſcum, nec ungula remanebit, L.11.quæſt.26 num.121. p. 436

## CAP. XII.

3. Tollat unuſquiſque agnum per domos, & familias ſuas, Matth. 10.quæſt. 3.num. 16. p. 91

7. Et ſument de ſanguine ejus & ponent ſuper liminaribus domus, I.6.q.7.num.30. p. 576.

29. Percuſſit Dominus omne primogenitum ægypti, à primogenito Pharaonis, qui ſedebat in ſolio ejus, M. 16. q.6.num. 42. p.139

33. Urgebant Ægypti populum de terra exire velociter, I. 5. q. 2.n.10.p.565.

36. Dominus autem dedit gratiam coram Ægyptiis, ut commodarent eis, & ſpoliarent Ægyptios, L. 19.quæſt. 10. n.55. pag. 502

43 Hæc eſt religio Phaſe: Omnis alienigena non comedet ex eo, I. 12. quæſt. 9. n. 64. pag.610

## CAP. XIII.

21 Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per die in columna nubis, & per noctem in columna ignis, L. 2.q.3.n.16.p. 360

CAP. XIV.

8. Dictūrus eſt Pharao ſuper filiis Iſraël. coarctati ſunt in terra, concluſit eos deſertum, Matth. 21. quæſt. 6. num. 59. p.192

11. Elevantes *filii* Iſraël oculos, viderunt Ægyptios poſt ſe, & timuerunt valde, clamaveruntque ad Dominum, L.6.q.1. n. 2.p. 380

13. Nolite timere, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacetis, I. 10. quæſt. 4. n. 16, p. 594

16. Tunc Deus imperat Moyſi, Tu autem eleva virgam, & extende manum tuam ſuper mare, & divide illud, I.3.q.5.n.23. p. 551

CAP. XV.

24. Murmuravit populus contra Moyſem, dicens: Quid bibemus; At ille clamavit ad Dominum, qui oſtendit ei lignum quod cum miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt, Luc.17. quæſt.4.num.23. p.482

CAP. XVI.

4. Dixit Dominus ad Moyſem, pluam vobis panem, I.2.q 2.n.14.p.516

16. Colligat unuſquiſque ex eo quantum ſufficiat ad veſcendum Gomor per ſingula capita, L. 11.q. 15.n. 75

18. Menſi ſunt ad menſuram Gomor, nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus paraverat, reperit minus, ſed ſinguli, juxta id quod edere poterant, L. 14.q.1.n.5.p.472

CAP. XVII.

3. Populus murmuravit contra Moyſem; cur feciſti nos exire de Ægypto, ut occideres nos & liberos noſtros, & jumenta noſtra, M.10.q.5.n.24.p.93

10. Elige viros, & egreſſus pugna contra Amalec, M.9.q.4.n.22.p.82

CAP. XVIII.

15. Reſpondit Moyſes: Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, I.19.q. 2. n. 14. p.635

CAP. XIX.

8. Reſponditque omnis populus ſimul: verba, quæ locutus eſt Dominus, faciemus, M.2.q.13.n.70. 37

17. Totus Mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace, L. 11. q 4.n.17.q.415.& M.11. q.5.n.44.p. 101

CAP. XX.

5. Puniens peccata patrum in filios in tertiam, & quartam generationem, M. 23. q.10.n.80.81.p.216. 217

CAP. XXI.

24 Oculum pro oculo, manum pro manu, dentem pro dente, pedem pro pede.....

CAP. XXIII.

19. Non coques hædum in lacte matris ſuæ. L.11.q.22.n.118

31. Pones ſuper menſam panes in conſpectu meo ſemper, I.6.q.5.n.21.p.525

CAP. XXIV.

5. Miſit juvenes de filiis Iſraël & obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas? A.1.q.4. num. 28

CAP. XXV.

20. Expandentes alas verſis vultibus in propitiatorium; A.8.q 2.n.12.p. 306

CAP. XXVII.

25. Ut ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonii, L.10.q.2. n. 6. p.403

CAP. XXVIII.

2. Facies veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem, M.19.q.18.n.135. p. 175

21. Habebuntque nomina filiorum Iſraël: duodecim nominibus cælabuntur. ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus, L. 21.q 2.n.8.p. 506

36. Facies laminam de auro puriſſimo in qua ſculpes opere cælatoris ſanctum Domino L.11.q.10.n.53.p.421

CAP. XXXI.

18. Deditque Moyſi duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, M.13. quæſt. 5.n.23. p.113

CAP. XXXII.

4. Quas cum ille accepiſſet, formavit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem, I. 19.q.4.n.29.p.638

10. Dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra vos & deleam eos, L. 13. q. 4. num. 27. p. 461

11. Cur, Domine, iraſcitur furor tuus contra populum tuum quem eduxiſti de terra Ægypti in fortitudine magna & manu robuſta, L. 6. q.1.n. 2.p. 571

CAP. XXXIII.

23. Videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris, I.1. Exp.3.n.65. p.536

CAP.



CAP. XXXIV.

14. Dominus Zelotes, nomen ejus, Deus eſt æmulator, Matth. 12. quæſt. 6.num. 28. p. 107

27. Dixit Dominus: Scribe tibi verba hæc quibus tecum & cum Iſraël pepigi fœdus, M. 13 q.5 n.23. p. 113

---

*Ex Levitico.*

CAP. II.

13. Quidquid obtuleris ſacrificii, ſale condies nec auferes ſal ſacrificij, A. 9. q.4. n.20. p.312.

CAP. XI.

9. Omne quod habet pinnulas, & ſquamas, tam in mari, quàm in fluminibus, & ſtagnis comedetis, quidquid autem pinnulas aut ſquamas non habet, execrandum erit, Matth. 13. quæſt. 8. numero 38. p. 116

13. Hæc ſunt, quæ de avibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis. Aquilam, &c. L.19.q.4.n.27.p 495

17. Non comedes bubonem, & mergulum & ibid. L.11.q.2.n 6.p.413

CAP. XII.

8. Quod ſi manus mulieris non potuerit afferre agnum, ſumat duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum in holocauſtum, alterum pro peccato, L.2.q.11.n.50. p. 367

CAP. XIX.

27. Ne proſtituas filiam tuam, ne contamineturterra, & impleatur piaculo, 1.quæſt.2. num. 8.

1. Propter uxorem ejus Æthiopiſſam, I. 10. q. 1.n.3.p 591

CAP. XXI.

11. Ad omnem mortuum non ingrediatur omnino, ſuper patre quoque ſuo, & matre non contaminabitur, L. 23.q. 1.n. 4. p. 515

12. Ne egrediatur de ſanctis, ne polluat ſanctuarium Domini, quia oleum ſanctæ unctionis Dei ſuper eum, L. 11. q. 16. n. 87. p. 429

CAP. XXII.

10. Quem ſacerdos emerit, & qui vernaculus domus ejus fuerit, veſcatur ex eis, I.6.q.5. n. 21. p. 575

---

*Ex Numeris.*

CAP. I.

5. Tollite quidquid ſexus eſt maſculini, à vigeſimo anno, & ſupra, omnium virorum fortium Iſraël, & numerabitis eos, M. 10. q.7. n. 32. p. 94

5. Quorum ſunt nomina de Ruben Eliſur filius Sedur, L. 21.q.2. n. 16

CAP. III.

10 Aaron autem & ejus filios conſtitues ſuper cultum ſacerdotij, Luc. 21. quæſt. 2 n. 16

15. Numera omnes filios Levi ab uno menſe, L. 1.q. 13.n.73. p. 350

CAP. XI.

5. Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Anima noſtra arida eſt; nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man: In mentem nobis veniunt, &c. M 12 q. 3. n. 14. p. 105. & 23. q. 4.n.41 p. 209

14. Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia gravis eſt mihi, I. 13.q.2. n. 13. p.458

17. Ego deſcendam, & loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, & tradam eis, ut ſuſtentent tecum onus populi, & ne tu ſolus graveris, M. 2. q 4.n.17.p.26 I.19.q.4. num. 24.pag.295.I.1. quæſt. 10. num. 56. p. 534

29. Quid æmularis pro me? Quis mihi tribuat ut omnis populus prophetet, & ei det Dominus ſpiritum ſuum? M.14.q.2.n.15. p. 121.A.9.q.2.n.6 p.310

CAP. XIII.

34. Vidimus monſtra quædam de genere gigantæo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur, M.1.q.7.n.36 p 9.& 14. q. 2. n.10. p. 120

CAP. XV.

3. Adolentes in ſolemnitatibus veſtris odorem ſuavitatis Domino ſive de bobus, ſive de avibus, A. 12.q. 1.n.6. p.322

CAP. XVI.

27. Moyſes, & Aaron fugerunt in tabernaculum fœderis, M. 23.q.13 n.96.p. 219

48. Aaron ſtans inter mortuos, & vivos pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſavit. L.12.quæſt.8.n.54.p.451. & 14.q.9.n.49. p.421

CAP. XVII.

5. Et quem ex his elegero, germinabit virga ejus, & cohibebo à me querimonias filiorum Iſraël, quibus contra vos murmurant, M.20.q.5.n.28.p. 180

8. Sequenti

8. Sequenti die Moyſes ingreſſus, invenit germinaſſe virgam Aaron in domo Levi: & turgentibus gemmis eruperant flores, L. 21.q.6.n.25.p. 509

15 Provideat Dominus ſpiritum omnis carnis qui ſit ſuper *hanc* multitudinem, M.23. q. 7.n. 67.p. 214

CAP. XIX.

2. *Iſta* religio eſt victimæ, quam conſtituit Dominus: Præcipe filiis Iſraël, ut adducant ad ſe vaccam rufam, I. 6.q. 3.n. 14. p. 573

CAP. XX.

11. Percuſſit virga bis ſilicem, & egreſſæ ſunt aquæ, I.1.q 3.n.24.p.528.& 6. q. 1. n.4. p. 571.

CAP. XXI.

6. Quamobrem miſit Dominus ſerpentes igniceos in populum, ad quorum plagas, & mortes venerunt plurimi ad Moyſem, & dixerunt: peccavimus, L. 23. q. 3.n.13.p. 516.I 4. q. 4. n.17.p.550

CAP. XXII.

20. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerunt homines iſti, ſurge, & vade cum eis, L. 6.quæſt. 2.n.7. p. 381

CAP. XXIII.

10. Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia M. 6. q.3.n.12. p. 61

CAP. XXIV.

14. Pergens ad populum meum dabo conſilium, quod populus tuus cum populo faciat, M.6.q.3.n.12.p.61. & 24.q.2.n.16. p. 224

16. Dixit Balaam filius Beor, cujus obturatus eſt oculus: dixit auditor ſermonum Dei, qui viſionem omnipotentis Dei intuitus eſt, Matth. 28. quæſt. 4. num. 31. p. 274

37. Orietur ſtella ex Jacob, exurget homo, ex Iſraël, & dominabitur omni genti, M.12. q.3.n.9

CAP. XXV.

12. Ecce do tibi pacem fœderis mei, & erit illi pactum ſacerdotij ſempiternum, M. 10. q. 2.n.10.p. 90

CAP. XXVII.

16. Provideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis hominem, qui ſit ſuper hanc multitudinem, M.11. q.2.n.4.p.97. & 23. q. 7.n.66.p. 214

CAP. XXXI.

51. Suſceperuntque Moyſes, & Eleazarus ſacerdos, omne aurum, & intulerunt illud in tabernaculum teſtimonij in monumentum filiorum Iſraël, A. 11.quæſt. 3. n.21. p. 319

CAP. XXXV.

2. In urbem ad quam confugerit, manebitque ibi, donec ſacerdos magnus, qui oleo ſancto unctus, moriatur, L. 9.q.3 num.17. p. 400

---

*Ex Deuteronomio.*

CAPUT I.

28. Urbes magnæ ad cælum uſque munitæ, Enacim vidimus, Matth. 14.quæſt.2.n.10. p. 120

CAP. IV.

7. Non eſt alia natio, tam grandis; quæ Deos habeat appropinquantes ſibi, L. 11.q. 8. num. 4.

CAP. XII.

32. Quæ præcipit tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quidquam, vel minuas, M. 15.q.3.n.13.p.127

CAP. XIX.

21. Oculum pro oculo, dentem pro dente, pedem pro pede, I.1.q.11.n. 57.p. 535

CAP. XXIV.

1. Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus, propter aliquam fœditatem, ſcribat libellum repudij, M.19.q.2.n.16.p.154 & q. 7.n. 53. p. 161

CAP. XXVII.

9. Attende, & audi Iſraël, hodie factus eſt populus Domini Dei tui, A.16.q. 4. n. 16. p. 332

15. Maledictus homo, qui facit ſculptile, & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponitque illud in abſcondito, Luc.11.quæſt. 24.n.124. p. 437

CAP. XXVIII.

23. Sit cœlum coram te æneum, & terra ferrea, L. 21. q. 3.n. 13.p. 507

30. Uxorem accipias, alius dormiat cum illa M. 1.q.6.n.23.p.7

CAP.

Loca Sacræ Scripturæ.

CAP. XXXI.

26. Tollite librum iſtum, & ponite illum in latere Arcæ fœderis Domini Dei noſtri, I. 4. q. 2. n. 17. p. 375

CAP. XXXII.

6. Hæccine reddis Domino, popule ſtulte, ipſe eſt pater tuus, qui te poſſedit, L. 12. q.5.n. 36.p. 447

17. Cornua Rhinocerotis cornua illius, & in ipſis ventilabit gentes, I. 3.quæſt. 2.n.10. p. 548

20. Abſcondam faciem meam ab eis, generatio enim perverſa eſt, A. 1. q. 3. n. 16. p. 281.

CAP. XXXIII.

9. Qui dixerit patri ſuo, & matri ſuæ: neſcio vos & fratribus ſuis: ignoro vos, & neſcierunt filios ſuos, M. 19 quæſt. 5.n. 39. p. 158

16. Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Joſeph, & ſuper verticem Nazaræi inter fratres, M. 1.q. 17. n. 83. p. 20

28. Oculus Jacob in terra frumenti, vini, & olei, I. 12.q.4.n.32.p.604

---

*Ex Joſue.*

CAP. I.

9. Confortare, & ſta robuſtus: noli metuere, & noli timere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus, I. 5.q 1.n. 2. p. 564.

CAP. II.

1. Miſit igitur Joſue viros exploratores in abſcondito, I. 3.q.1.n.2.p.547. L.10.q 1. n. 3. p. 402.

5. Fateor venerunt ad me, ſed neſciebam unde eſſent, cumque poſtea clauderetur in tenebris, illi pariter exierunt, M. 13.q. 1.n. 6. p. 111.

CAP. III.

4. Ut procul videre poſſitis, cavete ne appropinquetis ad arcam, L.13. q. 2. n. 20. p. 113.

CAP. IV.

8. Portantes de medio Jordanis alveo duodecim lapides, ut Dominus imperarat, juxta numerum filiorum Iſraëlis, uſque ad locum in quo caſtrametati ſunt, c.23. q. 3. n. 23

CAP. V.

1. Manſerunt in Galgalis, & fecerunt Phaſe I. 6, q. 12.n.51.p.581

CAP. VI.

14. Circuierunt civitatem ſex diebus; die autem ſeptimo muri illico corruerunt. L.13. q.5.n.36.p.462

25. Die autem ſeptima circuierunt civitatem, ſicut diſpoſitum erat ſepties, M.23.q.13. n. 98. p. 220.

26. Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitaverit, & ædificaverit civitatem Jericho, I. 19. q. 3. n. 22.p.636

CAP. VII.

1. Achan filius Charmi filij Zabdi, filii Zare de tribu Juda, M. 23.q 5.n.57.p.212

CAP. X.

11. Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cœlo, M. 16.q.2.n.21.p.135

13. Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra vallem Aialon: Steterunt Sol, & Luna, donec ulciſceretur de inimicis ſuis. M.19.q.9.n.76.p.165

CAP. XXIV.

54. Nunc ergo timete Dominum, & auferte Deos, quibus ſervierunt Patres veſtri, M. 3. q. 3.n.15.p.42

---

*Ex Judicibus.*

CAP. III.

1. Hæ ſunt gentes, quas Dominus dereliquit ut erudiret in eis Iſraëlem, L. 14. q. 1. n. 18. p. 474

25. De cœnaculo loquebatur, cur moratur regredi currus ejus, M. 20. q. 1. n.5.p.177.

CAP. VI.

15. Ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo Patris mei, L.12. q. 4. n. 28. p. 445.

36. Si ſalvum facis per manum meam Iſraëlem, ſicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area, ſi ros in ſolo vellere fuerit, L. 11.q.9.n.45.p.420

CAP. XIII.

2. Rurſum filii Iſraël fecerunt malum in conſpectu Domini, qui tradidit eos in manum Philiſtinorum, I. 5.q.3.n.16.p.567.

CAP. XVI.

16. Cùm moleſta eſſet ei Dalila, & per multos dies adhæreret, ſpatium ad quietem non tribuens, defecit anima ejus, L. 18. exp. 2. n. 11. p. 487

*Ex Ruth.*

## CAP I.

14. Ruth adhæſit ſocrui ſuæ, cui, dixit Noemis M. 1. q. 5. n. 18. p. 7.

---

*Ex 1. Regum.*

## CAP. I.

13. Quare facitis res hujuſmodi, quas ego audio, res peſſimas ab omni populo; l. 10. q. 6. n. 22. p. 595

### CAP. II.

5. Donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt, M. 16. q. 1. n. 9. p. 133

21. Magnificatus eſt puer Samuel apud Dominum, M. 18. q. 1. n. 4. p. 146

30. Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles, Matth. 17. quæſt. 2. num. 8. p. 142.

35. Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciat, L. 4. q. 2. n. 18. p. 375

### CAP. III.

6. Et adjecit Dominus rurſum vocare Samuelem, conſurgenſque Samuël abiit ad Heli, M. 2. q. 13. n. 69. p. 36.

20. cognoverunt omnes à Dan uſque Berzabée, quod fidelis Samuël Propheta eſſet Domini, Matth. 24. quæſt. 4. num. 45. p. 229

### CAP. VIII.

4. Congregati univerſi majores natu Iſraël, veneruntad Samuelem, & dixerunt: conſtitue nobis regem. Math. 2. q. 5. num. 20. p. 27.

6. Conſtitue nobis regem, ut judicet nos, ſicut univerſæ habent nationes, Matth. 5. quæſt. 1. num. 3. pag. 50. & 14. quæſt. 1. n. 6. p. 119

3. Non ambulaverunt filij ejus in viis ejus, ſed declinaverunt poſt avaritiam, & acceperunt munera, Matth. 19. quæſt. 15. n. 111 p. 171

7. Audi vocem populi, in omnibus quæ loquuntur tibi, non te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos, Luc. 2. q. 5. num. 30. p. 363

### CAP. X.

5. Cùm egreſſus fueris ibi urbem, obvium habebis gregem Prophetarum, M. 23. q. 8. n. 69. p. 214

22. Poſt hæc conſuluerunt Dominum an eſſet ibi venturus, & reſpondit Dominus: Abſconditus eſt domi, M. 25. quæſt. 6. n. 23. p. 238

### CAP XII.

3. Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejus, utrum bovem cujuſque tulerim, aut aſinum, M. 19. q. 7. n. 41. p. 499

### CAP. XIII.

14. Quæſivit Dominus virum juxta cor ſuum, & præcepit ei, ut eſſet dux ſuper populum Iſraël, Matth. 25. quæſt. 3. num. 13. p. 236

15. Surrexit Samuël, & aſcendit de Galgalis, in Gaban Benjamin. Matth. 5. q. 2. n. 9. p. 51

### CAP XIV.

29. Turbavit Pater meus terram, Luc. 7. q. 4. num. 18. pag. 388. & 19. quæſt. 6. num 37. p. 497

45. Non morietur, qui fecit ſalutem magnam in Iſraël. L. 7. q. 4. num. 18. pag. 388. & 19. q. 6. n. 37. p. 497.

### CAP. XV.

8. Apprehendit Amalech vivum, omne autem vulgus interfecit in ore gladii, M. 26. q. 5. n. 25. p. 252.

### CAP. XVI.

1. Mittam te ad Iſaï Bethlehemitem, providi enim in filiis ejus mibi regem, M. 2. q. 5. n. 26.

### CAP. XVII.

44. Dixitque ad David: veni ad me, & dabo carnes volatilibus cœli, & Beſtiis terræ. M. 2. q. 7. n. 37. p. 30

45. Tu curris ad me cum gladio, ego autem veni ad te in nomine Domini exercituum, Deo agminum Iſraël, quibus exprobraſti hodie, Matth. 26. quæſt. 7. n. 37. p. 204.

55. Dic de qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens, I. 1. q. 2. n. 8. 525

### CAP. XVIII.

6. Et cantabant: percuſſit David decem millia: Saül autem mille, L. 13. q. 9. num. 18. p. 444

20. Dixit Saül: dabo eum, ut fiat illi in ſcandalum, I. 1. q. 6. n. 25. p. 528

### CAP. XX.

14. Si Dominus tecum, ſicut fuit cum patre meo; & ſi vixero, facies mihi miſericordias Domini., Luc. 23. quæſt. 4. num. 18. p. 517

### CAP. XXII.

4. Et dixi ad Regem Moab: Maneat oro Pater meus, & mater mea vobiſcum, donec ſciam quid faciet mihi Deus, A. 8. q. 1. n. 8. p. 305.

### CAP. XIV.

11. Vide, & agnoſce oram clamydis tuæ in manu mea, M. 12. q. 2. n. 9. p. 104.

21. Jura mihi, ne deleas ſemen meum poſt me. M. 26. q. 4. n. 35. p. 254

CAP.



### CAP. XXVI.

12. Tulit David haſtam, & ſcyphum aquæ, qui erat ad caput Saul: & abierunt, & non erat quiſquam, qui videret, M. 8. qu. 6. n. 31. p. 74

### CAP. XXX.

13. Puer Ægyptius ego ſum, ſervus viri Amalecitæ; dereliquit autem me Dominus meus quia ægrotare cæpi nudiuſtertius, L. 14. q. 4. n. 18. p. 474

### CAP. XXXI.

4. Sta ſuper me, & interfice me, quia venerunt ſuper me anguſtiæ, I. 12. quæſt. 12. n. 71. pag. 612

---

*Ex 2. Regum.*

## CAPUT III.

23. Sanguis Abner veniat ſuper caput Joab, & ſuper omnem domum patris ejus, L. 19. q. 8. n. 48. p. 500

### CAP. IV.

21. Quanto magis nunc quæram ſanguinem ejus de manu veſtra, M. 13. quæ. 1. n. 1. p. 110

### CAP. VI.

21. Ante Dominum, qui elegit me potius quàm Patrem tuum & præcepit mihi, ut eſſem dux ſuper populum Domini in Iſraël, & Iudam, & vilior fiam, A. 5. quæſt. 2. num. 13. pag. 296. L. 1 q. 9. n. 36. p. 343

23. Micholi filiæ Saul non eſt natus filius uſque in diem mortis ejus, M. 1. q. 19. n. 99. p. 23

### CAP. VII.

14. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium.

### CAP. VIII.

18. Banaias filius Joiadæ ſuper Carethi, M 8. q. 5. n. 27. p. 73

### CAP. XII.

1. Miſit Dominus Nathan ad David, qui cùm veniſſet ad eum, dixit ei, M. 1. q. 10. n 53

12 Quoniam feciſti blaſphemare inimicos Domini propter verbum hoc, M. 13. q. 1. n. 1

### CAP. XV.

13. Toto corde univerſus Iſraël ſequitur Abſalon, I. 1. q. 1 n. 58. p. 347

14. Surgite, fugiamus, neque enim erit nobis effugium à facie Abſalon: Feſtinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, M. 27. q. 1. n. 6. p. 259

21. Vivit Dominus, & vivit Dominus meus Rex, quoniam in quocunque loco fueris Domine mi Rex, ſive in morte ſive in vita, ibi erit ſervus tuus, M. 26. q. 1. n. 3. p. 248

### CAP. XVIII.

5. Præceperat Rex cunctis audientibus: ſervate mihi puerum Abſalon, L. 23. q. 3. n. 14. p. 516

18. Porro Abſalon erexerat ſibi cum adhuc viveret, titulum, vocavit que nomine ſuo & appellatur, Manus Abſalon, L. 1. q. 20. n. 97 p. 354

### CAP. XIX.

29. Fixum eſt, quod locutus ſum: Tu & Siba dividite poſſeſſionem, L. 18. q. 1. num. 10. p. 486

### CAP. XXI.

17. Iam non egredieris nobiſcum, ne extinguas lucernam Iſraël, L. 11. q. 19. n. 104. p. 432.

### CAP. XXIII.

8. Sedens in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres, ipſe quaſi tenerrimus ligni vermis, I. 1. q. 2. n. 6. p. 525.

### CAP. XXVI.

17. Tunc ad Dominum dixit David cùm vidiſſet Angelum cædentem populum: Ego ſum, qui peccavi, ego ſum, qui inique egi. I. 6. q. 12. 56. p. 582.

---

*Ex 3. Regum.*

## CAP. II.

5. Tu quoque noſti quæ fecerit mihi Joab, Filius Sarviæ, Matth. 26. quæſt. 1. n. 26. p. 252.

### CAP. IV.

13. Qui diſputavit ſuper ligna, quæ ſunt in Libano, uſque ad hyſopum, quæ egredietur de pariete, M. 6. q. 4. n. 16. p. 60.

20. In Juda & Iſraël innumerabiles comedentes, atque bibentes, & lætantes. L. 7. q. 1. n. 5. p. 479.

### CAP. VII.

25. Quod ſtabat ſuper duo decim boves è quibus tres reſpiciebant ad Aquilonem, tres ad Occidentem, tres ad Meridiem, tres ad Orientem, M. 4. q. 2. n. 11. p. 48.

28. Ipſum opus interraſile erat & ſculpturæ inter juncturas & inter cornulas, & plectas, leones, boves, & Cherubin, A. 1. q. 1. n. 4. p 279.

### CAP. VIII.

9. In arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat Moyſes, Luc. 1. q. 13. n. 80. pag. 349

### CAP. X.

18. Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtivit eum auro fulvo, qui

habebat ſex gradus, & ſummitas throni rotunda erat, Luc. 10 quæſt. num. 25. p. 406

19. Duo leones ſtabant ſuper manus ſingulas, & duodecim leunculi, ſtantes ſuper gradus hinc, & hinc, M. 4. quæſt. 2. n. 11. p. 48.

CAP. XII.

28. Jeroboam fecit duos vitulos aureos, I. 19. q. 4. n. 29. p. 638

26 Nolite ultra aſcendere in Jeruſalem: ecce dii tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti, Matth. 23. quæſt. 3. num. 25. p. 206

CAP. XIII.

4. Cum audiſſet Rex ſermonem viri Dei, quem clamaverat contra altare in Bethel, extendit manum ſuam de altari dicens: apprehendite eum, L. 14. quæſt. 5. n. 20. p. 474

CAP. XIV.

21. Nomen autem matris ejus Noama Amonites, I. 8. q. 3. n. 13. p. 588

CAP. XV.

11. Fecit Aſa rectum in conſpectu Domini, M, 3. q. 3. n. 14. p 42

CAP. XVI.

34. In diebus ejus ædificavit Hiel de Bethel Jericho, I. 19. q. 3. n. 22. p. 636.

CAP. XVII.

1. Vivit Dominus in cujus conſpectu ſto; ſi erit, annis his ros & pluvia, niſi juxta oris mei verba, Luc. 1. quæſt. 3. num. 21. p. 337.

12. En colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, ut comedamus, & moriamur, I. 3. q. 4. n. 19. pag. 550. & 12. q. 11. n. 70. p. 611

13. Vade, & fac, ſicut dixiſti, verum tamen mihi primum, & affer ad me; tibi autem, & filio tuo facies poſtea, M. 8 q. 8. n. 36. p. 75

CAP. XVIII.

10. Vivit Dominus, quia non eſt gens aut regnum, ad quod non miſerit Dominus meus Rex quærens, te, L. 1. q. 11. n. 57. p. 47. & 17. q. 3. n. 19. p. 482.

CAP. XIX.

2. Hæc mihi faciant dii, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animam unius ex illis, M. 2. q. 7. n. 36. p. 30

3. Timuit Elias, & ſurgens abiit quocumque eum ferebat voluntas, L. 17. q. 3. num. 19. p. 482

13. Cum audiſſet Elias operuit vultum ſuum pallio, L. 12. q. 3. n. 22. p. 444

16. Unges Hazael regem ſuper Syriam & Jehu filium Namſi: unges regem ſuper Iſraël, & Eliſæum unges prophetam pro te, M. 25. q. 10. n. 55. p. 245

CAP. XXI.

4. Projiciens ſe in lectulum ſuum, avertit faciem ſuam ad parietem, M. 2. quæſt. 14 n. 74. p. 38

9. Prædicate jejunium: ſedere facite Naboth inter primos populi, & ſubmittite filios Belial contra eum, & falſum teſtimonium dicat contra, Matth. 27. quæſt. 3. num. 15. pag. 260. & 6. quæſt. 1. n. 3. p. 59. & 28. q. 4. n. 29. p. 274

25. Non fuit alter talis ſicut Achab qui venundatus eſt, ut faceret malum in conſpectu Domini: concitavit eum Jezabel uxor ejus, & abominabilis factus, L. 11. q. 2 n. 8 p. 413

CAP. XXII.

12. Congregavit Rex Iſraël prophetas quadringentos, circiter viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quieſcam, Matth. 2. q. 6. num. 32. p. 29

21. Egreſſus eſt ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus eſt Dominus, in quo egrediar & ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus? Matth. 13. quæſt. 1. num. 4 p. 110

32. Cùm vidiſſent principes currum Joſaphat, ſuſpicati ſunt quod ipſe eſſet Rex Iſraël, & impetu facto pugnabant contra eum, M. 26. q. 6. n. 30

---

*Ex 4. Regum.*

CAPUT. I.

Vir piloſus & zona pellicea accinctus, A. I. q. 2. nu. 13. p. 280

10. Si homo Dei ſum deſcendat ignis de cœlo & devoret te, & quinquaginta tuos, L. 9. exp. 2. n. 5. p. 398

16. De lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris, M. 24. q. 6. n. 43. p. 228.

CAP. II.

2. Obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus; L. 12. q. 1. n. 31. p. 444

8. Tulit Elias pallium ſuum, & involvit illud, & percuſſit aquas, quæ diviſæ ſunt in utramque partem, & tranſierunt ambo per ſiccum, I. 1. q. 5. n. 20. p. 528

11. Et aſcendit Elias per turbinem in cælum, M. 6. q. 2. n. 10. p. 60

12. Eliſæus autem videbat, & clamabat, Pater mi, Pater mi, currus Iſraël, & aurigæ ejus, M. 9. q. 5. n. 27. p. 82

13. Levavit pallium Eliæ, quod ceciderat ei, L. 11. q. 9 num. 440. p. 420

19. Ecce habitatio civitatis hujus optima eſt, ſicut tu ipſe perſpicis, & aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis, L. 10. quæſt. 5. n. 15. p. 594

15. Requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum, & venientes filii prophetarum adoraverunt proni



proni in terram, M. 12. quæſt. 4. num. 18. p. 106

CAP. IV.

4. Mors eſt in olla, vir Dei, & non potuerunt comedere, I. 2. q. 2. n. 16. p. 542

CAP. V.

27. Lepra Naaman, adhæreat tibi, & ſemini tuo, M. 23. q. 11. n. 88 p. 218

CAP. VI.

32. Claudite oſtium, Nunquid ſcitis, quòd miſerit filius homicidæ hujus, ut præſcindatur caput, Matth. 23. q. 12. n. 90. p. 218

CAP. IX.

33. Ungulæ equorum conculcaverunt eam, M. 6 q. 1. n. 3. p. 59

CAP. XVII.

26. Gentes, quas tranſtuliſti, & habitare feciſti in civitatibus Samariæ ignorant legitima Dei terræ, & immiſit in eos Dominus leones, Luc. 19. quæſt. 7. n. 44. p. 499

---

*Ex primo Paralipomenon.*

CAP. II.

6. Aſcendit igitur primus Joab, & factus eſt princeps militiæ; L. 10. q. 2. n. 11. p. 404

---

*Ex 2. Paralipomenon.*

CAP. III.

9. Stultè igitur egiſti, & ex hoc præſenti tempore, adverſum te bella conſurgent; iratuſque eſt Aſa adverſus videntem, I. 10. q. 6. n. 23. p. 595

CAP. XXII.

12. Jeſabetha erat filia Regis Joram, uxor Joïadæ Pontificis, M. 4. quæſt. 1. num. 2. p. 46

CAP. XXIII.

11. Impoſuerunt ei diademata, & teſtimonium: dederuntque in manu ejus tenendam legem, A. 6. quæſt. 2. num. 10. p. 299.

CAP. XXV.

6. O Rex, ne egrediatur tecum exercitus Iſraël, non eſt enim Dominus cum Iſraël & cunctis filiis Ephraim, A. 8. q. 1. num. 9. p. 305

CAP. XXVI.

16. Cùm roboratus eſſet, elevatum eſt cor ejus in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum. L. 2. q. 6. n. 33. p. 363

---

*Ex 1. Eſdræ.*

CAP. VI.

3. Cyrus Rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur, quæ eſt in Jeruſalem, in loco, ubi immolent hoſtias, & ut ponant fundamenta ſupportantia, I. 12. Exp. 2. n. 12. p. 600

---

*Ex Tobiâ.*

CAP. II.

21. Cujus cum vocem balantis vir ejus audiſſet, dixit ne forte furtivus ſit, reddite eum Dominis ſuis, Luc. 2. quæſt. 11. num. 11. p. 359

CAP. III.

22. Non delectaris in prædictionibus noſtris: quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lacrymationem & fletum, exultationem infundis, M. 15. q. 1. num. 8. p. 126

CAP. XII.

9. Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam, & vitam æternam, L. 11. q. 22. n. 114. p. 434

---

*Ex Judith.*

CAPUT V.

26. Quis eſt iſte, qui filios Iſraël poſſe dicat reſiſtere Regi Nabuchodonoſor, L. 19. q. 1. n. 10. pag. 492

CAP. VI.

1. Tunc Holofernes vehementer eo indignatus, & dixit ad Achior, L. 19. q. 1. n. 10. ibid.

CAP. VIII.

11. Quod eſt hoc verbum in quo conſentit Ozias ut tradat......

CAP. XV.

10. Tu gloria Hieruſalem, & lætitia Iſraël; Tu honorificentia populi noſtri, I. 2. q. 3. n. 21. p. 543

CAP. XVI.

26. Dabit ignem, & vermes in carnes eorum A. 9. q. 3. n. 15. p. 311

27. In diebus feſtivis, procedebat cum magna gloria, Joann. 2. quæſt. 3. num. 21. p. 543

*Ex Eſther.*

## CAPUT III.

2. Qui in foribus palatii verſabantur, flectebant genua & adorabant Aman, M. 14. q. 4. n. 27. p. 123

CAP. IV.

14. Et qui novit utrum idcirco ad regnum veneris, ut tali tempore paraveris, L. 12. q. 8. num. 52. pag. 450. Joan. 2. quæſt. 3. n. 21. p. 543

CAP. VI.

8. Sic honorabitur, quem rex honorare voluerit, L. 19. q. 8. n. 42. p. 499

CAP. XIV.

2. Omnia loca, in quibus antea lætari conſueverat, crinium laceratione complevit, L. 7. q. 3. n. 7. p. 385
3. Tribue ſermonem compoſitum in conſpectu leonis, I. 2. q. 1. n. 8. n. 540

CAP. XV.

10. Cumque elevaſſet faciem ardentibus oculis, & furorem pectoris indicaſſet, Regina corruit, I. 2. q. 1. n. 8. p. 540
13. Non morieris: non enim pro te ſed pro omnibus lex hæc conſtituta eſt, L. 1. q. 11. n. 59. q. 347

*Ex Job.*

## CAPUT. I.

1. Vir erat in terra Hus nomine Job. I. 8. q. 3. n. 14. p. 588
3. Erat vir ille magnus inter omnes Orientales, M. 1. q. 9. n. 41. p. 10. & 15. q. 1. n. 6 p. 126. L. 21. q. 2. n. 17. p. 507
7. Cui dixit. Circuivi civitatem, & perambulavi eam, M. 15. q. 2. n. 7. p. 126
20. Tunc ſurrexit Job, & ſcidit veſtimenta ſua, L. 21. q. 4. n. 34. p. 510

CAP. II.

4. Cui reſpondens Satan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua, I. 1. q. 11. n. 57. p. 535.
13. Sederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant decorem eſſe vehementem, M. 26. q. 1. n. 4. p. 249

CAP. III.

2. Pereat dies, in qua natus ſum, in qua dictum eſt, conceptus eſt homo, I. 12. q. 1. n. 2. q. 599
3. Obſcurent eum tenebræ & umbra mortis, occupet eum caligo, involvatur amaritudine, A. 8. q. 3. n. 19. p. 307.
14. Nonne dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum regibus, & conſulibus qui ædificant ſibi ſolitudines, M. 27. q. 7. n. 48. p. 265.

18. Qua ipſe vulnerat, & medetur; percutit, & manus ejus ſanabunt, Matth. 27. quæſt. 8. num. 50. pag. 267.

CAP. VI.

4. Sagittæ Domini in me, quarum Indignatio ebibit ſpiritum, M. 15. quæſt. 4. n. 19. p. 128.

CAP. VIII.

17. Super acervum petrarum radices ejus derivabuntur, & inter lapides coronabitur, I. ... q. 1. n. 2

CAP. X.

15. Si impius fuero, væ mihi eſt, ſi juſtus non levabo caput ſaturatus afflictione, & ærumna, I. 12. q. 1. n. 3. p. 599
22. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini, I. 8. quæſt. 3. n. 10. p. 588

CAP. XIV.

7. Lignum habet ſpem, ſi præciſum fuerit rurſum ad odorem aquæ vireſcit, M. 21. q. 3. n. 27. p. 187

CAP. XVI.

14. Circundedit me lanceis ſuis, convulneravit lumbos meos, I. 12. quæſt. 12. num. 74. p. 622

CAP. XIX.

7. Ecce clamabo vim patiens, & nemo exaudiet. I. 12. q. 4. n. 34. p. 605

CAP. XXI.

19. Deus ſervabit filiis illius, dolorem patris, M. 13. q. 10. n. 83. p. 217

CAP. XXII.

17. Qui dicebant Deo: Recede à nobis & quaſi nihil poſſet facere omnipotens, L. 18. q. 1. n. 7. p. 485

CAP. XXIV.

24. Elevati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, M. 13. q. 3. n. 10. p. 111

CAP. XXIX.

3. Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei, quando lavabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi rivos olei, M. 19. quæſt. 13. n. 107. p. 170
7. Quando procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant cathedram mihi, L. 10. q. 2. n. 7. p. 403
15. Oculus fui cæco, pes claudo, pater pauperum, L. 11. q. 16. n. 85. p. 428

CAP. XXXI.

12. Si declinavi greſſus meos de via, & ſi ſecutum eſt oculos meos cor meum, I. 1. q. 6. n. 26. p. 529





CAP. XXXV.

7. Si juſte egerit, quid donabis ei; aut quid de manu tua accipiet? L. 17. q. 2. num. 12. p. 481

CAP. XXXVII.

1. Super hoc expavit cor meum, & motum eſt de loco ſuo, M. 26 q. 1. n. 4. p. 248

CAp. XXXIX.

27. Ad præceptum tuum elevabitur Aquila, M. 25. q. 10 n. 57. p. 245

*Ex Pſalmis.*

## PSAL. I.

1. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit, M. 16. q. 5. n. 32. p. 137. & 19 q. 2. n. 18. p. 155
2. In lege Domini voluntas ejus & erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, M. 25. quæſt. 10. n. 57. p. 245
3. Et fructum ſuum dabit in tempore ſuo, M. 21. q. 3. n. 29 p. 187. L. 13. q. 1. num. 12. p. 458

PSAL. II.

10. Et nunc reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram, apprehendite diſciplinam, I. 6. q. 7. n. 31. 32. p. 577

PSAL. III.

2. Pſalmus David cum fugeret à facie Abſalon filii ſui, Matth 15. quæſt. 5. num. 23. p. 129

PSAL. V.

6. Non habitabit apud te malignus, neque permanebit injuſtus ante oculos tuos, A. 3. q. 5. n. 35. p. 390

PSAL. VI.

7. Lavabo per ſingulas noctes lectum meum lachrymis meis ſtratum meum rigabo, I. 5. q. 4. n. 18. p. 567

PSAL. VIII.

3. Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem propter gloriam nominis tui, M. 19. q. 16. n. 121. p. 173

PSAL. XIII.

1. Non eſt, qui faciat bonum: non eſt uſque ad unum, Matth. 26. quæſt. 2. num. 8. p. 249

PSAL. XV.

2. Dixi: Domine Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges, L. 17. q. 2. n. 12. p. 480

PSAL. XVII.

41. Filij alieni mentiti ſunt mihi: filii alieni inveterati ſunt, & claudicaverunt à ſemitis ſuis, Matth. 7. quæſt. 3. num. 20. p. 67.

PSAL. XVIII.

6. In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, I. 1. q. 8. n. 18. pag. 527. & 8. q. 1. n. 4. p. 586

PSAL. XXI.

1. Deus, Deus reſpice in me quare me dereliquiſti; A. 3. q 1. n. 5. p. 285
8. Omnes videntes me, deriſerunt me: locuti ſunt labiis, & moverunt caput, L. 1. q. 11. n. 55. p. 346
16. Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, L. 23. q. 2. n. 10. p. 516
27. Vota mea Domino reddam in conſpectu timentium eum: edent pauperes & ſaturabuntur, I. 2. q. 2. n. 14 p. 542. & 6. q. 6. n. 27. p. 576

PSAL. XXII.

1. Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco paſcuæ: ibi me collocavit, L. 12. q. 5. n. 55. p. 447
5. Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos, qui tribulant me, I. 2 q. 2. n. 9. p. 541
6. Et calix meus inebrians quàm præclarus eſt, I. 6. q. 7. n. 33. p. 577

PSAL. XXIV.

17. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt & de neceſſitatibus meis erue me L. 14. q. 5. n. 23. p. 475

PSAL. XXVIII.

5. Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani, M. 19. q. 4. c. 31. p. 157
9. Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condenſa, A. 16. q. 4. n. 14. p. 331

PSAL. XXIX.

12. Conſcidiſti ſaccum meum: & circumdediſti me lætitia, M. 19. q. 1. n. 8

PSAL. XXX.

16. Dixi Deus meus es tu. in manibus tuis ſortes meæ, M. 24. q. 6. n. 43. p. 328

PSAL. XXXI.

5. Delictum meum cognitum tibi feci, & injuſtitiam meam non abſcondi, M. 1. q. 6. n. 30. p. 8

PSAL. XXXIII.

6. Accedite ad Deum; & illuminamini; & facies veſtræ non confundentur, L. 13. q. 2. n. 21. p. 459

10. Non eſt inopia timentibus eum : inquirentes autem Dominum non deficient omni bono, L. 16. Exp.2.n.12. p. 134.
16. Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum, Luc.18. Exp. 3. num. 17. p. 487.

PSAL. XXXIV.

10. Omnia oſſa mea dicent : quis ſimilis tibi in diis Domine ? Luc. 11.quæſt.17.n. 80. p. 428
13. Et oratio mea in ſinum meum convertitur, L. 7. q. 3. n. 9. p. 386

PSAL. XXXV.

9. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, I. 6. q. 7. n. 33. p. 577

PSAL. XXXVII.

3. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam, & non eſt ſanitas in carne mea, M. 15. q.4. n. 19. p. 128
5. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum : & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me, L. 13.q.2.n.19.p.459

PSAL. XXXVIII.

4. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis : notum fac Domine finem meum, I.15.quæſt.3.n.13. p.627

PSAL. XXXIX.

7. Sacrificium, & oblationem noluiſti ; aures autem perfeciſti mihi, ut facerem voluntatem tuam, L.1.q.9.n.36.p.343.

PSAL. XL.

1. Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, I. 5. q.2. n. 9.p.565

PSAL. XLIV.

1. Eructavit cor meum verbum bonum, M. 5. quæſt.2.n.8. pag. 51. & I. 21. q. 1. num. 5. p. 644
4. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, M. 19.q.18.n.134.p.174
10. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate, Luc. 10. quæſt. 9. num. 32. pag. 408. & quæſt. 9. num. 38.pag.410. I. 1. quæſt. 10. num. 55. p. 534.

PSAL. XLVI.

10. Quoniam dij terræ fortes vehementer elevati ſunt, M.14.q. 3.n.25. p. 122.

PSAL. XLVII.

1. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus, L.1.q.8.n.34.p.340 & 10.q.7.n.30. p. 342.
2. Fundatur in exultatione univerſæ terræ : mons Sion latera Aquilonis civitas Regis magni ....
15. Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi ipſe reget nos in ſæcula, L. 10. q. 4. n. 15. p. 405

PSAL. XLIX.

13. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo, L. 17. q. 2. n. 12. p. 480.

PSAL. L.

16. Libera me de ſanguinibus, Deus Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea juſtitiam tuam, M. 13. q. 5. n. 22.p. 113.

PSAL. LI

1. Quid gloriaris in malitia, quia potens es in iniquitate ? tota die injuſtitiam cogitavit lingua tua : ſicut novacula acuta feciſti dolum, M. 15. q. 2. n.8. p. 126.
6. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa : propterea Deus deſtruet te in finem, I. 19.q.4.n. 30.
finem, I.19.q.4.n.30.q.638.

PSAL. LIII.

5. Alieni inſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum, A.6. q. 2. n. 8. p. 299.

PSAL. LIV.

23. Iacta ſupra Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet, A 12.q.2.n.12.p.323.L. 8. q.4. n. 22.p. 394.

PSAL. LV.

9. Vitam meam annuntiavi tibi : poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo, L. 7. q. 3. n. 12. p. 387

PSAL. LVI.

5. Eripuit animam meam de medio catulorum leonum, & dormivi conturbatus L. 12. q. 3. n. 26.p. 445

PSAL. LVII.

9. Super eos cecidit ignis, & non viderunt ſolem, L.11.q.21.n.112.p. 434.

PSAL. LVIII.

7. Famem patientur, ut canes, & circuibunt civitatem, M. 15.q.2.n.6.p. 126

PSAL. LIX.

10. Moab olla ſpei meæ : In Idumæam extendam calceamentum meum, I. 1. q.5. n. 23 p. 528

PSAL. LXI.

6. Nonne Deo ſubjecta erit anima mea ; quoniam ab ipſo patientia mea, A. 16. q.4. n. 16. p. 352

10. Verum



10. Veruntamen vani filii hominum mendaces in ſtateris, ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum, M.5.q.1.n.2.p.50.

PSAL. LXII.

3. In terra deſerta, in via, & inaquoſa, ſic in Sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, M.6.q.2.n.8.p.60
6. Sicut adipe, & pinguedine, repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum, M. 13.q.5.n.22.p.113

PSAL. LXVI.

8. Benedicat nos Deus, Deus noſter : benedicat nos Deus, M. 19. q. 2. n. 13. p. 154

PSAL. LXVII.

10. Terra mota eſt : etenim cœli diſtillaverunt, à facie Dei Sinaï, à facie Dei Iſraël. pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, L. 24.q.2.n. 8. p. 521. I. 6. q. 11. n. 49. p. 581
7. Deus in loco Sancto ſuo : Deus, qui habitare facit unius moris in domo, M. 14. n. 4.n.29.p. 123
31. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum, M. 140. 2. n.12.p. 120
18. Currus Dei decem millibus, multiplex, millia lætantium, M. 19. q. 2. n. 10. p. 154
27. Dominus in eis, in Sina, in Sancto, aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem, M.1.q. 8. n. 39. p. 10

PSAL. LXXI.

2. Deus judicium tuum regi da, & juſtitiam tuam filio Regis, A.6.q.5.n.22.p.301
6. Deſcendet, ſicut pluvia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram, L. 1. q. 7. n. 26. p. 341
14. Ex uſuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo, M. 9.q.3.n.15.p.80

PSAL. LXXII.

4. Non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, M. 24. exp. 3. n. 39. p.228
15. Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram : L.11.q.18.n.100. p.431
22. Renes mei commoti ſunt, & ego ad nihilum redactus & neſcivi, L. 1. q. 9. n.39. p. 344
26. Deus cordis mei, pars mea, Deus in æternum, I. 2. q.3.n.24.p.543

PSAL. LXXV.

1. Notus in Judæa Dominus, in Iſraël magnum nomen ejus, I. 12. q 7. n. 54. p. 608
11. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi, M.10.q.7.n.36.p.95

PSAL. LXXVI.

4. Renui conſolari : memor fui Dei, & conſolatus ſum, I.14.q.3.n.15.p. 121

PSAL. LXXVII.

19. Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto, quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, I.6.q.1.n. 4. & 5. n. 5. p. 571. & 572
24. Pluit illis manna ad manducandum, panem cæli dedit eis, I.2.q.2.n.14.p.542
25. Panem cœli dedit eis : panem Angelorum manducavit homo, Joan. 6. q. 10. n.44.45. p. 579. 580
30. Adhuc eſcæ erant in ore eorum, & ira Dei aſcendit ſuper illos, & occidit pingues eorum, & electos Iſraël impedivit, M. 24. q.2.n.15.p. 224
34. Cùm occideret eos, quærebant eum, & revertebantur : & diluculo veniebant ad eum, I.5.q.2.n.7. p.565
47. Et occidit in grandine vineas eorum, & muros eorum in pruina, M. 21. q. 5. n. 44. p. 189
71. Et elegit David ſervum ſuum ; & depoſtfœtantes accepit eum paſcere Jacob ſervum ſuum, M. 8. q. 1. n. 5. p. 70. & q. 9. n.41.p.76.I.1.q.7.n.34 p.530
72. Pavit eos in innocentia, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos, M. 25. q. 8. n.43.p.243

PSAL. LXXIX.

2. Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare coram Ephraïm, Benjamin, Manaſſe, I. 12. q.7.n. 55. p. 608
13. Ut quid deſtruxiſti maceriam ejus ? vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam, M.21.q.1.n.15.p.184

PSAL. LXXX.

16. Inimici Domini mentiti ſunt ei, & erit eorum tempus in ſæcula L.11.q.3.n. 10.p.413

PSAL. LXXXIII.

6. Beatus vir cujus auxilium eſt abs te : aſcenſiones diſpoſuit in corde ſuo, in loco lacrymarum, quem poſuit, Matt. 14 q.3. n.20.p. 122

PSAL. LXXXIV.

1. Benedixiſti, Domine, terram tuam : avertiſti captivitatem Jacob, M. 23. q.11.n. 83.p. 217

PSAL. LXXXVII.

16. Pauper ſum ego, in laboribus à juventute mea, M. 46. n. 14.p. 250

PSAL. LXXXVIII.

38. Et thronus ſicut Sol, in conſpectu meo ; & ſicut luna perfecta in æternum, teſtis in cœlo fidelis, M.5.q.3.n.16.p.52. L. 1. q. 5. n. 28

PSAL. XC.

7. Cadent à latere tuo mille & à dextris tuis decem millia, L. q. 3.n. 24
3. Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem, M. 12. q. 1. n. 6. p. 104.

 PSAL.

PSAL. XCII.

1. Dominus regnavit decorem indutus eſt : indutus eſt Dominus fortitudinem, I.3. q. 3. n.21. p.548

PSAL. XCIV.

7. Nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus, L. 12. q.6.n 34.p.447

PSAL. XCV.

Commoveatur mare, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & univerſi, qui habitant in eo, L. 13. q. 1 n. 7.p.457

PSAL. XCVIII.

3. Confiteantur nomini tuo magno : quoniam terribile & Sanctum eſt, M. 10.q.8. n.39. p.95

PSAL. CI.

14. Tunc exurgens Domine, miſereberis Sion, quia tempus miſerendi ejus, M. 8. q. 8.n. 34.p.74 L 2.q 2.n. 4

18. Reſpexit in orationem humilium, & non ſprevit precem eorum, M. 26. q. 3.n.12. p. 250

PSAL. CIII.

2. Amictus lumine ſicut veſtimento, L. 12. q. 4. n. 32. p. 447

4. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem, M. 18 q.2.n 8. & 9. p. 147

6. Abyſſus ſicut veſtimentum amictus ejus; ſuper montes ſtabunt aquæ, M. 23.q. 8.n.72. p. 215

9. Aſcendunt montes, & deſcendunt campi in locum quem fundaſti eis, terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, M.21. q.1.n. 14.p.184

21. Catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant eſcam ſibi, I. 14. q. 1. n.4.p.621

PSAL. CIV.

25. Convertit corda eorum, ut odirent populum ſuum : & dolum facerent in ſervos ejus, I. 12. q.13.n. 92. p. 615

PSAL. CV.

2. Quis loquetur potentias Domini, & auditas faciet omnes laudes ejus; I.6.q.7.n.34. p. 577

PSAL. CVI.

20. Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos, M. 8. q. 4. n. 17.p.72

23. Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis : ipſi viderunt opera Dei & mirabilia ejus in profundo, M. 19.q.17.n.129 p.174

PSAL. CVIII.

4. Pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi : ego autem orabam, Matth. 5. q.6. n. 32. p.55

PSAL. CIX.

2. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, M.1.q.19.n.100.p.23

3. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : dominare in medio inimicorum tuorum, L. 10. q. 3.n.13.p.404

PSAL. CXI.

5. Jucundus homo qui miſeretur, & commodat : diſponit ſermones ſuos in judicio, M. 6. q. 2.n.5 .p.60

PSAL. CXII.

7. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, L.6.q 3. n. 11. p. 382

PSAL. CXV.

1. Credidi propter quod locutus ſum : ego autem humiliatus ſum nimis, L. 18. q.3. n. 26.p. 489

PSAL. CXVII.

12. Circunderunt me, ſicut apes : & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis M.26.q 6.n.35.p.253

PSAL. CXVIII.

1. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini, L. 19. q. 9.n.51.p.501

10. In corde meo abſcondi eloquia, ut non peccem tibi, M.13.q 6.n 26.p.114.

57. Portio mea, Domine, dixi cuſtodire legem tuam, M 19. q. 18. n.132.p.174.L.12.q. 4.n 4.p. 441

89. In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo, A. 3 q. ult.n.26 p 290

96. Omnis conſummationis vidi finem. Latum mandatum tuum nimis, M. 7. q.1.n. 6. p. 65.L.11.q.15.n.74.p.426

71. Bonum mihi, quia humiliaſti me, ut diſcam juſtificationes tuas, L. 21.q.4.n. 14. p. 507

116. Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & vivam, & non confundas me ab expectatione mea, M.20.q.1.n.5.p.177

PSAL. CXXV.

6. Euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua, venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos, L. 10. q. 9.n.36.p.409.& 21.q.7.n.30.p.510

PSAL. CXXVII.

3. Uxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, I.1.q.6.n.29.p. 529

PSAL. CXXVIII.

3. Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores : prolongaverunt iniquitatem ſuam, M. 10. q. 3.n. 11.p.90

PSAL. CXXXI.

1. Memento, Domine, David, & omnis manſuetudinis ejus, L.10 q. 4 n.15. p.405

PSAL. CXL.

6. Quoniam adhuc oratio mea in beneplacitis eorum abſorpti ſunt juxta petram judices, L.4.q.2.n.20 p.376

4. Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis, L. 19. q.7.n.40.p.498

5. Oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum, L.11.q.24.n.122.p.436

PSAL. CXLIV.

15. Oculi omnium in te ſperant, Domine, & tu das illis eſcam in tempore opportuno, aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione, M.21.q.4.n.36. p.186.& 24.exp 4.n.46.p.229.I.3.q.5.n. 22. p. 550

PSAL. CXLVI.

4. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus nomina vocat, Matth.20. q.7. n. 30. p. 94

PSAL. CXLIX.

5. Exultabunt Sancti in gloria: Lætabuntur in cubilibus ſuis, I.3.q.5.n.25 p.551

7. Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum, ad alligandos reges eorum in compedibus, M. 27.q.5.n.32.p.263

---

*Ex Proverbiis.*

CAP. III.

16. Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra illius divitiæ & gloria, L.4.q. 2. n. 19.p.375

CAP. V.

16. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide, I. 1. q.4.n.16 p.527

CAP. VIII.

18. Mecum ſunt divitiæ, & gloria : opes ſuperbæ, ut ditem diligentes me, Luc.10.q.6.n. 26.p.407

CAP. IX.

1. Sapientia ædificavit ſibi domum : excidit columnas ſeptem : miſcuit vinum : propoſuit menſam, L.14.q.5.n.21.p.475

CAP. XIII.

1. Filius ſapiens, doctrina Patris, I.1.q.2.n.8. p. 525

8. Redemptio animæ viri, divitiæ ſuæ, L. 8. q.4.n.24.p.394

CAP. XVI.

14. Indignatio Regis, nuntij mortis, vir ſapiens placabit eam, M.4.q.14 n.74.p. 38

CAP. XX.

1. Luxurioſa res, vinum, & temulenta ebrietas, M.9.q.6.n.21.p.81

CAP. XXI.

19. Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa, & iracunda, M. 19. p.9.n.77.p.165

CAP. XXIV.

27. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & poſtea ædifices domum tuam, M.13.q.9.n.76

CAP. XXVII.

20. Infernus, & perditio nunquam implentur, M. 11.q.5.n.21.p.100

CAP. XXIX.

12. Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios, M. 28 q.4.n.29.p. 274

CAP. XXX.

8. Mendicitatem, & divitias, ne dederis mihi: Tribue tantum victui meo neceſſaria, L. 23.n.34.p.462

CAP. XXXI.

10. Mulierem fortem quis inveniet ? de ultimis finibus pretium ejus, M.6.q.6.n.29 p. 83

13. Quæſivit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum, Luc.11.q.23.n. 124. p. 437

31. Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fuſum, M.2.q.3.n.14.p.26

---

*Ex Eccleſiaſte.*

CAPUT. I.

11. Non eſt priorum memoria, nec eorum quidem, quæ poſtea futura ſunt, M. 22.q.5. n. 36. p.201

18. Eo quod in multa ſapientia, multa eſt indignatio, I.8.q.1.n.2.p.566

CAP. II.

3. Cogitavi in corde meo abſtrahere à vino carnem meam : & plantavi vineas, I. 1. q. 4. n.18.p.527.M.16.q.3.n.23.p.135

14. Sapientes oculi in capite ejus : ſtultus in tenebris ambulat, M.2.q.1 n.3.p.24

CAP. III.

16. Vidi ſub ſole in loco judicij impietatem, & in loco juſtitiæ iniquitatem, L. 18. q.1. n.9.p.486

CAP. IV.

9. Melius eſt eſſe ſimul duos, quàm unum : habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ, L.10.q.1.n.3.p.402

CAP. V.

1. Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem, coram Deo, I. 5.q. 2. n. 8.p. 565

CAP. VII.

[illegible]. Sicut protegit ſapientia, ſic protegit pecunia, L.8.q.4.n.23.p.394

CAP.

Loca Sacræ Scripturæ.

CAP. X.

16. Væ terræ, cujus Rex puer eſt, & principes mane comedunt, I.2.q.2.n.18.p.542

16 Beata terra, cujus Rex nubilis eſt, & principes veſcuntur tempore ſuo, L. 11.q. 2. n. 13.p.507

---

*Ex Canticis Canticorum.*

## CAPUT. I.

1. Oſculetur me oſculo oris ſui, I.19.q.2.n.38. p. 640

2. Oleum effuſum nomen tuum, idèò adoleſcentulæ dilexerunt te nimis M. 1. q.10.n. 47.p.1 .L.1.q.10.n.46.p.345 & 2. q.8.n. 43 p.365

3. Introduxit me Rex in cellaria ſua: Exultabimur, & lætabimur memores uberum tuorum: Recti diligunt te, I.12.q.1.n.14. p.601.M.1 q.1.n.2.p. 3.

3. Trahe me poſt te & curremus in odorem unguentorum tuorum, M.4.q.2.n.8.& 9. p. 47

4. Nigra ſum, ſed formoſa: quia decoloravit me Sol, I.10.q.1.n.2.p. 591

5. Filij matris meæ pugnaverunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis, M.16. q. 3.n.26 p.136.I.8 q 2.n 9 p.587

10. Murænulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento, I. 12.q.2.n. 26. p.603

12. Cùm eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum, L.11.q.6.n.23.p. 416.I.19.q.6.n 45.p.641

14. Ecce tu, pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es, I.10.q.1.n.3.p.591

15. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus: Lectulus noſter floridus, L. 2. q.8. n.47. p. 366

16. Lectulus noſter floridus: ſigna domorum noſtrorum cedrina, M. 20.q 3.n.17.p.178

CAP. II.

3. Sub umbra illius, quem deſideraveram, ſedi, & fructus erat dulcis gutturi meo, I.3.q 4.n.18.p.550.& 6.q.12.n 53.p. 582

9. En ipſe ſtat reſpiciens per feneſtras proſpiciens per cancellos, Matth.21.q.1.n.13. p 184

10. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera, amica mea, Matth. 19.q.24.p. 156.L.1 q.5.n.11.p.337

13. Ficus protulit groſſos ſuos: vineæ florentes dederunt odorem ſuum, M.23.q.12.n. 92.p.219

14. Veni columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, M.25.q.7.n 34.p.241

15. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas, M.23. q. 12. n.92. p. 219

16. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, M.1.q.11.n.53 .p.13.I.2.q.4. n.28. p. 544

CAP. III.

1. In lectulo meo per noctes quæſivi quem diligit anima mea: quæſivi illum, & non inveni, Matth. 20. quæſt. 3.num.21.22.p. 179.180

2. Surgam, circuibo civitatem per vicos, & plateas: quæram, quem diligit anima mea, M. 20.q.3 .n 22.p. 180

3. Invenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem: num quem diligit anima mea vidiſtis? M. 20. q.3.21.22.ibid.

4. Paululum cùm pertranſiſſem eos, inveni, quem diligit Anima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, M. 13. q.6.n. 28. p. 114.Joan.6.q.6.n.24.575 .A.8.q.1.n:5. p. 305

5. Adjuro vos, Filiæ Jeruſalem, per capreas, cervoſque camporum, ne ſuſcitetis, nec evigilare faciatis dilectum, A.16.q.4.n.15. p. 331

6. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi, myrrhæ, & thuris, L.11. p.7.n.3 .p.417 M 15.q.7 n.32.p.130

7. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, ex fortiſſimis Iſraël: omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, M. 18.q.1.n.6.p.146

10. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, L. 1.q.5.n.18.p 339

11. Egredimini, filiæ Sion, & videte regem veſtrum Salomonem, in diademate, quo coronavit eum mater ſua, M.2.q.8.n.43. p.31 I 1.q.7 n.55.p.530

CAP. IV.

1. Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra, abſque eo quod intrinſecus latet, L 1.q.17.n.86.p. 352

4. Sicut turris David collum, quæ ædificata eſt, cum propugnaculis? mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, M.13.q.7.n.14.p 112.L.13.q 5.n.38.p.433 I.8.q.1.n.4.p.585.& 15 q.2.n. 7.p. 626. L.8.q.1.n.5.p.391

5. Sicut vitta coccinea, labia tua, & eloquium tuum dulce....

6. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris, L.11.q.6.n.24.p. 416

9. Vulneraſti cor meum ſoror mea, in uno oculorum tuorum M.27.q.8.n.40. p. 265

10. Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea, ſponſa, pulchriora ſunt ubera tua vino I.6.q.1.n.6.p.572

8. Veni de libano, ſponſa mea, veni de Libano, veni coronaberis, L. 12.q.3.n.26.p. 445.I.19.q.6.n.7.p.641.M.16.q.5.n. 35.p. 137.L.19.q.1.n.19.p.494

12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus, I. 1.q.4.n.16. q.527

13. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, L.11.q.6.n.26.p.416

15. Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano, L.24. q.2.n.9.p.521

16. Veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius, I.6.q.3.n.22.p. 573

CAP. V.

1. Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructus pomorum ſuorum, M.26. q.1 n.1.p.248.I.6.q.3 .n.12.p.573

1. Comedi favum, cum melle meo: bibi vinum



num cum lacte meo: comedite amici: inebriamini, chariſſimi, I.6.q.7.n.33.p.577

7. Percuſſerunt me, vulneraverunt me, tulerunt pallium meum, L.13.q.5.n.33.p.452

8. Adjuro vos filiæ Jeruſalem, ſi inveneritis dilectum ut annuntietis ei, quia amore langueo, M.8.q.3.n.10. p.70.L.12.q.6.n. 42.p.448.I.12.q.3 n.30. p.604

1. Caput ejus aurum optimum, manus ejus tornatiles aureæ plenæ hyacinthis, L. 1. q.5. n.18.p.339. & 12.q.9.n.57. p.45 I.I. 1.q.1 n.54. p.534

CAP. IV.

3. pulchra es amica mea, & ſuavis ac decora ſicut Jeruſalem, terribilis ut caſtrorum acies ordinata, L.1.q.12.n.65.p.347.& 7 q.1.n.2.p.384

6. Sicut cortex mali punicei, ita & genæ tuæ abſque occultis tuis, Luc.11.q.17. n.60. p. 429

9. Quæ eſt iſta, quæ progreditur, tanquam aurora conſurgens, pulchra ut Luna, M.1 q.10. n.46. p.11

CAP. VII.

1. Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filiæ Principis, M.19.q.10.n.87.p.167

2. Venter tuus ſicut acervus tritici, velatus liliis, M 2.q.15 n.77.p.38.L.11.q.5. nu.18. p. 415

10 Ego dilecto meo: & ad me converſio ejus, L.1.q.9. n.35. p.343

11. Veni dilecte mi, egrediamur in campum, commoremur in villis, & 26. q.1. nu:2. p. 248

CAP. VIII.

1. Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, & inveniam te foris & deoſculer te, L.11. q 5.n.20.p.416.& q.9.n.48 p.420

5. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa ſupra dilectum, L.10.q. 11.n.36. p.409

6. Quia fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio, M 11.q.5.n.21.p.100

10. Ego murus, & ubera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiés, L.1.q.12.n.67.& 11.q.3 n.9.p.413

13. Amici auſcultant: fac me audire vocem tuam. L.1.q.6. n.20.p.340

14 Fuge, dilecte mi: aſſimilare capreæ hinnuloque cervorum, ſuper montes aromatum, M.10.q.6.n.29.p.94

---

*Ex Sapientia.*

## CAP. I.

7. Spiritus Domini replevit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis, M.9.q 6. n.32. p.83

11. Os, quod mentitur occidit animam, M.7. q.3. nu.19. p.67

CAP. V.

1. Stabunt Juſti in magna conſtantia, adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum, M.10. q.4.nu.19. p. 92

4. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore, A.3.q.3 n.16. p.287

CAP. VI.

6. Horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam duriſſimum judicium; his qui præſunt, fiet, I.19.q.6.n.44 p.640

8. Puſillum, & magnum ipſe fecit: & æqualiter cura eſt illi de omnibus, I.2.q.4. nu.29. p. 544

CAP. VII.

1. Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, ex genere illius, qui prior formatus eſt, L.12.q.7.n.45.p.449

11. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius, I.1.q.7.n.37.p.531

22. Eſt in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus, unicus, multiplex, L.12.q.1.n.23. p.445

26. Candor eſt enim lucis æternæ, ſpeculum ſine macula, Dei majeſtatis; & imago bonitatis illius, L 1. q.11.n.60.p.347.& 10.q.1.n 5.p.403.I.1.q 3. n.11.p.526

CAP. IX.

4. Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam: & noli me reprobare à pueris tuis, M.24. quæ. 8. n....

9. Tecum ſapientia tua, quæ novit opera tua, quæ affuit tunc cum orbem terrarum faceres, M.24.q.8. n.7

CAP. XI.

29. Ingrati enim ſpes, tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſupervacua, L.17.q.4. n.22. p.482

CAP. XVII.

10. Semper præſumit ſæva turbata conſcientia, M 1. q.7. n.34. p.9. L 19. q.7. n. 40. p. 498

CAP. XVIII.

24. In veſte poderis, quam habebat, totus erat Orbis terrarum, L.11.q.14. n.66. p.424

---

*Ex Eccleſiaſtico.*

## CAP. II.

16. Initium ſapientiæ timor Domini: & cum fidelibus in vulva, concreatus eſt. M.25. q.2. n.11. p.236. L.12. q.3. n.21.p.144

22. Corona ſapientiæ timor Domini, replens pacem, & ſalutis fructum, L.12.q.2.nu. 21.p.444

CAP. V.

18. Væ qui conjungitis domum ad domum, agrum agro uſque ad terminum loci: numquid habitabitis vos ſoli in medio terræ; A.9.q 4. n.23. p.312

CAP. VII.

19. Vindicta carnis impii ignis, & vermis, A. 9. q.3. n.15. p.311

CAP. XI.

30. Ante mortem non laudaveris quemquam, quoniam

quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir, L. 1.q.15.n.80.p.351.& 19.p.9. n.51.p.301

CAP. XV.

30. Cibavit illum pane vitæ, & intellectûs, & aqua ſapientiæ potavit illum, l.6.q.7.n. 32.p.577

CAP. XX.

22. Ab ore fatui reprobabitur parabola, quia non dicit illam in tempore ſuo, M. 22 exp.4. n.46

CAP. XXIII.

12. Vide arcum, & benedic, qui fecit illum, valde enim ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo M.1.q.19. n.101 p. 23
37. Nil melius, quàm timor Dei, & nil dulcius, quàm reſpicere ad mandata Dei, M.11.q.5. n.18. p.100

CAP. XXIV.

5. Ego ex ore Altiſſimi prodivi primogenita ante omnem creaturam, L.1. q.11. n.62 p.347.q.18. n.101. p.315
24. Ego Mater pulchræ dilectionis, ac timoris & agnitionis, & ſanctæ ſpei, Luc.1. q.10. n.47. p.345
25. In me gratia omnis viæ, & veritatis, in me omnis ſpes vitæ, & virtutis, M.13.q. 7.n.44. p.17
45. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & illuminabo omnes ſperantes in Domino, L.13. q.8. n. 69. p.469

CAP. XXV.

23. Non eſt ira ſupra iram mulieris: commorari Leoni, & draconi, placebit, quàm habitare cum muliere nequam, M.10 q.9. n.77. p.85

CAP. XXXII.

1. Rectorem te poſuerunt; noli extolli, eſto illis, quaſi unus in ipſis, curam illorum habe, & ſic conſide, & omni cura explicita recumbe, l.3.q.8.n.52. p.556

CAP. XXXV.

21. Oratio humiliantis ſe penetrat cœlos, & donec appropinquet, non conſolabitur M. 26.q.3 n.11.p.250. Luc.18 exp.3.n.17 p.487.

CAP. XLII.

13. De veſtimento procedit tinea, & à muliere iniquitas viri, L.12. exp.3. n.48. p.450

CAP. XLIII.

33. Benedicite Dominum, & exaltate illum, quantum poteſtis, exaltate: major eſt omni laude, L.1.q.17. n.87 p 352

CAP. XLV.

18. Beatificavit illum in gloria, & circuncinxit zona gloriæ, & induit eum ſtola gloriæ, M.17.q.2.n.8. p.142

CAP. L.

6. Quaſi ſtella matutina, & quaſi Luna plena, in diebus ſuis lucet: & quaſi Sol refulgens: ſic iſte effulſit in templo Dei, M. 5.q.3.n.14.p.52

*Ex Iſaia.*

CAP. I.

5. Super quo percutiam vos ultra addentes prævaricationem: omne caput languidum, & omne cor mœrens, M.1. q. 12. n. 57 p.14
17. Subvenite oppreſſo: judicate pupillo: defendite viduam, L.18.exp.2. n. 21. p.486
23. Principes tui infideles, ſocii furum; omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non judicant, M.18.q.5. n.25. p.150

CAP. II.

1. Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, L.21. q.8. n.35.p.510
10. Ingredere in petram; abſcondere in foſſa humi à facie timoris Domini, M.14. q.3. nu.18. p.121
12. Dies Domini ſuper omnes naves Tharſis, M.19.q.17.n.129.p.174

CAP. III.

6. Nolite me conſtituere judicem, in domo mea, non eſt panis, nec veſtimentum, M. 21.q.4.n.35. p.188. L.13.q 8. n 51
12. Populum meum exactores ejus ſpoliaverunt, & mulieres dominati ſunt eis, M.18 q.5. n.26. p.150

CAP. VI.

1. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum: Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ uni, ſex alæ alteri, L.7.q.5.n.20.p.388.I.12.q.13.n.86.87.88 p.615

CAP. VII.

14. Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomen ejus Emanuel, L.1.q.2. n.7.p.336.& q.6.n.23. p.340. & q.7.nu. 26. p.341. M.1. q.18 n.89. p.21. I.2.q. 5. n.35.p 545

CAP. VIII.

1. Dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem: & ſcribe in eo ſtylo hominis, velociter, ſpolia detrahe, M.5.q.1. nu.6. p 50
3. Voca nomen ejus: Accelera: ſpolia detrahe, feſtina prædari, quia antequam ſciat puer, L.1.q.13. n.73. p.349

CAP. IX.

6. Parvulus enim natus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum ejus, & vocabitur nomen ejus, admirabilis conſiliarius, M.1.q.3. n.12.p.5.I.1.q.5. n.22. p 528 M.1.q.18. n.90. p.21

CAP. X.

21. Reliquiæ convertentur, reliquiæ, inquam Jacob, ad Deum fortem ſuum, M.21.q.3. n.27. p. 187.





CAP. XI.

1. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice ejus aſcendet, L 1.q.17.n.28.p.341 & 11.q.4. nu.15.p.414.& q.7.29.& 30. p.417
28. Delectabitur infans ab ubere ſuper foramina aſpidis, & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet, L. 10.q.4. n.17.p.405
10. In die illa radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum ejus glorioſum, I.12.q. 9.n.63.p.610

CAP. XII.

3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, & dicetis in die illa.

CAP. XIII.

19. Et erit Babylon illa glorioſa, inclyta in regnis, ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubvertit Dominus Sodomam, & Gomorrham, A.6.q.4. n. 19. p. 300

CAP. XIV.

13. Qui dicebas: in cœlum conſcendam ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis, M.26.q.7. n.38

CAP. XVI.

1. Emitte Agnum, Domine, dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion, cap.3. q.5. n.24
11. Venter meus ad Jacob, quaſi cithara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris, I.10. q.3. n.12. p.593

CAP. XIX.

19. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & erit ſignum Domino exercituum. L.24. q.2.n.6. p.205

CAP. XXVI.

38. Concepimus, & quaſi parturivimus, & peperimus ſpiritum, M 5.q.1.n.1

CAP. XXVIII.

21. Ut faciat opus ſuum alienum opus ejus: ut operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus ejus ab eo, M 20.q.3. n.12.p.178

CAP. XXIX.

11. Erit vobis viſio omnium, ſicut verba Libri ſignati, quem cùm dederint ſcienti literas dicet, L 4.q.3.n.23. p.376

CAP. XXXII.

9. Mulieres opulentæ ſurgite, & audite vocem meam filiæ confidentes, L.8.q.1.num.4. p. 391
16. Habitabit in ſolitudine judicium & juſtitia in Carmelo habitabit, L.11.q.10. n.32 p. 422
17. Et erit opus juſtitiæ, pax, & cultus, juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum, M.15.q.1. n.4. p.125
18. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta, L.21.q.1.n.4. p.505

CAP. XXXIII.

16. Iſte in excelſis habitabit, monumenta ſaxorum ſublimitas ejus, panis ei datus eſt, M.9.q.4. n.20. p.81
17. Regem in decore ſuo videbunt oculi ejus, & cernent terram de longe, L.10. q.9. n.37. p.400.& 19 q.1.n.7.p.492

CAP. XXXV.

2 Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron, ipſi videbunt gloriam Domini, L.11.q.10. n.52. p.421. & n.54. p.422
8. Et erit ſemita, & via, & via ſancta vocabitur: non tranſibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, Matth.2.q. 12. n.64. p.36

CAP. XL.

3. Vox clamantis in deſerto: rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri, A.1.q.2. n.7. p.280
13. Quis audivit ſpiritum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit, & oſtendit illi, L.13.q.4. n.28.p.461
31. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient, M,11.q.5. n. 20. p. 100

CAP. XLI.

23. Annuntiate nobis factum, & dicemus, quia Dii eſtis Vos, L.21. q 1.n.3. p.505

CAP. XLII.

2. Non clamabit, nec accipiet perſonam, non audietur vox ejus foris calamum quaſſatum non conteret, M.27. q 1. n.5 p.258
3. Et linum fumigans non extinguet, M.10.q. 8. n.41. p.95
8. Ego Dominus hoc nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, L.10. q.8. n.34. p. 409

CAP. XLV.

1. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut ſubjiciam ante faciem ejus, gentes, M.11.q.6.n.28 p.102

CAP. XLIX.

5. Et nunc dicit Dominus formans me ex utero ſervum ſibi, L.11.q.5 n.19.p.415
6. Parum eſt, ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob, & fæces Iſraël convertendas, dedi te in lucem gentium, L.23. q. 4. n.15. p.517

CAP. LII.

7. Quàm pulchri ſuper montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, M.6. q.3. n.14. p.61

CAP. LIV.

13. Univerſos filios tuos, edoctos à Domino, & multitudinem pacis filiis tuis, M.23. q.7. nu. 65. p.214

CAP. LV.

1. Omnes ſitientes, venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, & emite, abſque argento, & commutatione ulla, I. 5.q.1.n.3.p.564.& 6.q.12. n.54.p.582

CAP. LVI.

4. Non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum, quia hæc dixit Dominus Eunuchis, M.19. q.10. n.91. p 168

CAP. LVII.

9. Miſiſti legatos tuos procul : humiliata es uſque ad inferos: in multitudine viæ tuæ laboraſti, M.24.n.3.q.1. p.176

CAP. LVIII.

1. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum : & domui Jacob peccata eorum, M.5 q.1.n.5. p.50

CAP. LIX.

2. Iniquitates veſtræ diviſerunt, inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem ejus à vobis, A.1.q.3.n.16. p.281

CAP. LX.

1. Surge, illuminare Jeruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt, quia ecce tenebræ operient terram; ſuper te autem orietur Dominus, l.12.q.12.n.75. p 612

16. Suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis, 16.q 3.n.7. p 572

CAP. LXI.

1 Spiritus Domini ſuper me, eo quòd unxerit Dominus me, ad annunciandum manſuetis miſit me, L 4.q 2.n. 4.5. & 6. p.373. Luc.7. q.3. n.10. p.386. & L.12.q.2.nu. 16 p.443

3 Ut ponerent lugentibus Sion : & darent eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, L.7.q.3. num.10. p.386

CAP. LXII.

2 Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit, & eris corona gloriæ in manu Domini, L.2. q.7. nu.38. p. 364. M.20 q.2. n.7. p.177

4 Terra tua non vocabitur amplius deſolata, ſed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata, Joan.2. q.4. nu.26.p. 543. M.1. q.18. n.89 p.21

CAP. LXV.

10 Et erunt campeſtria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requiſierunt me, l...q.1. n.3

22. Secundum dies ligni erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inveterabunt, l.2. q.4. num 20. p.550

25. Electi populi mei non laborabunt fruſtra, neque generabunt in conturbatione : quia ſemen benedictorum Dei eſt, M.23. q.1. n.14. p.205

CAP. LXVI.

24. Videbunt cadavera eorum, qui prævaricati ſunt in me, & vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur, A. 9.p. 3. n.15. p.311

*Ex Jeremie.*

CAP. I.

10 Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas & deſtruas, & ædifices, & plantes, M.27.q 7. n.44. p.265

18. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum, Matth.5.q.3.n.16.p.52 Joan.10.q.3.n 13. p.593

12 Et dixit Dominus ad me, quid vides? Virgam vig lantem ego video : Et iterum; Illam ſuccenſam ego video, l.15.q.2.n.10 p.627.& q.3. n.14 ib.

CAP. II.

20 Ego autem plantavi te vineam electam : omne ſemen verum : quomodo ergo converſa es mihi in pravum vinea aliena, l.15 q.2. n.6. p.626

CAP. VI.

17 Conſtitui ſuper vos ſpeculatores: audite vocem tubæ, M.4 q.1. n.5. p.46

CAP. VII.

18 Mulieres conſpergunt adipem, ut faciant placentas reginæ Cœli, M.2.q 1.n.4.p.248

CAP. VIII.

8 Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarum, L.2.q.3 n 19. p.361

CAP. IX.

21 Aſcendit mors per feneſtras : ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere parvulos de foris, juvenes de plateis, M.24.q.6. n.42. p.228 & 27.q.18. n.40.p 165

CAP. XIII.

23 Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum, l.12 ex p.6.n.8. p.614

CAP. XV.

19 Si ſeparaveris pretioſum à vili, quaſi os meum eris: convertentur ipſi ad te, & te non converteris ad eos, L.1.q.13.num.69 p. 349

CAP. XXIII.

6 In diebus illis ſalvabitur Juda, & Iſraël habitabit confidenter : & hoc eſt nomen quod vocabunt eum : Dominus juſtus noſter, L.2.q.3. nu.10. p.361

9 Contritum eſt cor meum in medio mei, & contremuerunt omnia oſſa mea : factus ſum, quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino, M.26. q 1.n.3. p.248

CAP. XXXI.

10 Vox in excelſo audita eſt, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, ſuper his quia non ſunt, A.6 q.5. num.24. p.301

21 Quia creavit Dominus novum ſuper terram : fœmina circundabit virum, l.1.q.9. n 47.p.533

CAP. XXXII.

8 Intellexi quid verbum Domini eſſet, & emi agrum ab Hanameel filio patrui mei, M. 14.q.1.n.4. p.119

CAP. XXXIX.

16 Ecce ego inducam ſermones meos ſuper civitatem hanc in malum, & non in bonum, & liberabo te, ait Dominus, M.1. q.5. n.18. p.7

CAP. XLIV.

1. Verbum, quod factum eſt per Jeremiam, ad omnes Judæos, qui habitant in terra Ægypti habitantes in Magdalo, L.11. q.17. n.91. p.430

Ex



*Ex Threnis.*

CAP. II.

4. Tetendit arcum ſuum, quaſi inimicus, firmans dexteram ſuam, quaſi hoſtis effudit iram ſuam, & occidit omne, quod pulchrum erat, l.5.q.2. n.7.p.565

CAP. III.

9. Concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubvertit. M.8.q.6.n.33.p.74

27. Bonum eſt viro cùm portaverit jugum ab adoleſcentia : ſedebit ſolitarius, & tacebit : quia levavit ſuper ſe, ponet in pulvere os ſuum, L.12. q 4. n.30. p.446. & Joan.12. quæ.4. num.33. p.604

CAP. IV.

20. Spiritus oris noſtri, Chriſtus D. captus eſt in peccatis noſtris : cui diximus : In umbra tua vivimus in gentes, l.12.q.12. n. 73. p.612

*Ex Ezechiele.*

CAPUT II.

6. Increduli; & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas : Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, l.8 q.2.n 6. p.587

9. Et vidi & ecce manus miſſa ad me, in qua erat involutus Liber : & expandi illum coram me, l.1 q.13.n.77.p.538

CAP. III.

9. Ut adamantem, & ut ſilicem dedi faciem tuam : ne timeas, neque metuas à facie eorum, quia domus exaſperans eſt, l.1.. q.4.nu.35.p.605

CAP. IV.

3. Tu ſume tibi ſartaginem ferream & pones eam in murum ferreum inter te, & inter civitatem: & obfirmabo faciem tuam ad eam, l.2 q.1.n.5. p.540

CAP. VII.

10. Egreſſa eſt contritio, floruit virga, germinavit ſuperbia, iniquitas ſurrexit in virga impietatis, M.2.q.11. nu.57.p.34

CAP. X.

14. Quatuor autem facies habebat unum : facies una, facies Cherub : & facies ſecunda facies hominis; & in tertio facies Leonis, & in quarto facies aquilæ, M.18 q.1.num.5. p.146

CAP. XVII.

3. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, M.3.q 4 n.19

CAP. XXVIII.

17. Elevatum eſt cor tuum in decore tuo; perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo, in terram projeci te, M.3.q.4 n.21 p. 43.

CAP. XXXIV.

2. Hæc dicit Dominus Deus : Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges à paſtoribus paſcuntur? M.25.q. 7.n 39 p.242

23. Suſcitabo ſuper eas paſtorem unum, qui paſcat eas, ſervum meum Davidem, ipſe paſcet eas, & erit eis in paſtorem, M.11 q.4. n.15 p.99

*Ex Daniele.*

CAP. II.

34. Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus : & percuſſit ſtatuam in pedibus ejus ferreis, & fictilibus, & comminuit eos, M. 10.q.8.n.41. p.95

35. Tunc contrita ſunt pariter ferrum, terra, æs, argentum, & aurum, & redacta quaſi in favillam æſtivæ areæ, Mat.9.q.8,n.42 p.85

38. Sub ditione tua univerſa conſtituit : tu es ergo caput aureum, Joan, 10.quæ.5. n. 19. p.595

49. Daniel autem poſtulavit à Rege, & conſtituit ſuper opera Provinciæ Babylonis, Sydrach, &c. L.19.q.4.n.24.p 495

CAP. III.

1. Nabuchodonoſor Rex fecit ſtatuam auream, altitudine cubitorum ſexaginta, latitudine cubitorum ſex : & ſtatuit eam in campo Dura, M.23. q.3. n. 26. p.207. L.18. q.1. n.8 p 486

2. Itaque Nabuchodonoſor Rex miſit ad congregandos Satrapas, magiſtratus, & judices, & duces ut convenirent ad adorationem ſtatuæ, M.2.q.6.n.31.p.29

34. Ne quæſumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne diſſipes teſtamentum tuum. L.6.q.1.n.3. p.381

38. Non eſt in tempore hoc Princeps, & Dux & Propheta, neque holocauſtum, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum. L.10.q.7.n.35. p.409

50. Non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtavit neque quidquam moleſtiæ intulit, M.10.q.3.n.15 p.91. A.16.q.3.n.11 p.331

92. Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis & nihil corruptionis in eis eſt, M. 10.q.4. n.16.p.91, Joan. 12.q.3.n.29.p 604

CAP. IV.

7. Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo ejus nimia, magna arbor, & fortis, & proceritas ejus tangens cœlum, L.13 q.3.n.23.p.460. l.1.q.5.n 50.p 533

9. Eſca univerſorum in ea, ſubter eam habitabant animalia, & beſtiæ & in ramis ejus converſabantur volucres cœli, & ex ea veſcebatur omnis caro, L.6.q.3.n.12.p.382

10. Ecce Vigil Sanctus de cœlo deſcendit : clamavit fortiter, & ſic ait : ſuccidite arborem & præcidite ramos ejus, & executite folia ejus, M.9.q.4.n.42. p.85



29. Regnum

29. Regnum tuum tranſibit à te, & ab hominibus ejicient te, cum feris, & beſtiis erit habitatio tua. fænum quaſi bos comedes, M.26. q.7. n.39. p.254

31. Igitur poſt finem dierum, ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cœlum levavi, & ſenſus meus redditus eſt mihi, L.13.q.6. n.49. p.465

CAP. V.

17. Munera tua ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da: ſcriptum autem legam tibi, M.18.q.5.n.27. p.150

19. Quos volebat, interficiebat: & quos volebat percutiebat: & quos volebat exaltabat: & quos volebat humiliabat, M.12. q.2. n.8. p. 104

26. Hæc eſt interpretatio ſermonum *Mane*, numeravit Deus regnum tuum. *Thecel*, inventus es minus habens. *Pharez*, Diviſum eſt regnum tuum, M.13.q.6.n.8

CAP. VI.

10. Feneſtris apertis in cœnaculo ſuo, contra Jeruſalem tribus temporibus in die flectebat genua, L.7.q.1. n.3. p.385

4. Principes, & Satrapæ quærebant occaſionem, ut invenirent Danielem ex latere regis, M.19.q.1. n.7. p.155

17 Allatus eſt lapis unus, & poſitus eſt ſuper os laci, ne quid fieret contra Danielem, quem Rex obſignavit annulo ſuo, M. 27. q.9. n.50 p.267

24. Non pervenerunt uſque ad pavimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt. M.23. q.11.n.84

CAP. XIII.

5. Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus judicibus qui videbantur regere populum, L.13.q.9. n.77. p.470

55. Dixit autem Daniel rectè mentitus es in caput tuum: Ecce Angelus Domini accepta ſententia ab eo ſcindet te medium, I.19.q.2. n.24. p.635

CAP. XIV.

1. Erat autem Daniel conviva Regis, & honoratus ſuper omnes amicos ejus. Erat quoque idolum apud Babylonios, nomine Bel, I.3. q.8. n.52. p.556

---

*Ex Oſea.*

CAP. I.

2 Vade, & ſume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino, L. 14. q.2. n.11. p.473

CAP. II.

8. Ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerant Baal, idcirco convertam, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, M.12.q.3.n.13.p.105.L.17.q.4.n.20 p.482

15 Et dabo eis vinitores ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam ſpem, M.8.q. 6.n.34. p.74

19. Et diſpenſabo te mihi in ſempiternum, & diſpenſabo te mihi in juſtitia & judicio, & in miſericordia, ac miſerationibus. L. q.7. n.49

CAP. VI.

16. Quoniam ſicut vacca laſciviens declinavit Iſraël, nunc paſcet eos Dominus, M. 25.q.1.n.6. p.235

CAP. VI.

3. Vivificabit nos poſt duos dies: & in die tertia ſuſcitabit nos, & vivemus in conſpectu ejus, L.13.q.8. n.69. p.469

11 Pone menſam tibi Iſraël cum convertero captivitatem populi mei, A.11.q.1. nu.9 p. 317

CAP. VII.

5. Cœperunt Principes furere à vino: extendit manum ſuam cum illuſoribus, A 6.q. 4. n.21. p.301

CAP. VIII.

5. Uſquequò non poterunt emendari, quia ex Iſraël ipſe eſt: artifex fecit illum: & non eſt Deus, M.28. q.5. n.45. p.276

CAP. XI.

2. Quia puer Iſraël, & dilexi eum, in Ægypto vocavi filium meum, I.1.q.3.n 10. p. 526

3 Ego quaſi nutricius Ephraïm portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt, quòd curarem eos, I. 2. q.5. n.33. p.545

CAP. XIII.

6. Elevavrunt cor ſuum, & obliti ſunt mei, & ego ero eis, quaſi leæna, L.14. q.2. n.6. p. 472

14. Ero mors tua, ô mors, morſus tuus ero inferne, conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, L.2.q.10. n.49. p.367

---

*Ex Joële.*

CAP. I.

4. Reſiduum erucæ comedit locuſta; reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo, M.4. q.1. n.5. p. 46

CAP. II.

31. Sol convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam adveniat dies Domini magnus, & horribilis, M.17.q.3. n. 13. p.143

CAP. III.

15 Sol, & Luna obtenebrati ſunt, & Stellæ retraxerunt ſplendorem ſuum; & Dominus de Sion rugiens, A......q.1.nu.4

---

*Ex Amos.*

CAPUT I.

2. Dominus de Sion rugiet, & de Jeruſalem dabit vocem ſuam, & luxerunt ſpecioſa paſtorum, Matth.24.q.2. n.10.p.223





3. Hæc dicit Dominus ſuper tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non convertam eum: eo quòd non trituraverunt, A.3.q.5. n.34. p.290

CAP. V.

13. Ideò prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum eſt: Quærite bonum, M.19 q.3. n.25. p.156

25. Numquid hoſtias, & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annos domus Iſraël, M.2.q.4. n.6. p.25.A.1.q.4. n.27. p. 282

CAP. VI.

1. Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, M.10. q.2. n.8. p.89

CAP. IX.

2. Si deſcenderint uſque id infernum, inde manus mea educet eos, & ſi aſcenderint uſque ad cœlos, inde detraham eos, M. 14. q.3. n.18. p. 121

---

*Ex Jona.*

CAPUT. I.

3. Et ſurrexit Jonas ut fugeret in Tharſis, à facie Domini: & deſcendit in Joppen. M. 3. q.5. n.27. p. 44

5. Et miſerunt vaſa, quæ erant in navi, in mare, ut alleviaretur ab eis; & Jonas deſcendit ad interiora navis, & dormiebat ſopore gravi. L.13.q.9. n.72. p.470

CAP. II.

1. Præparavit Dominus piſcem grandem, ut deglutiret Jonam: & erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus, M.8.q.8. n.37. p.75

2. Et oravit Jonas Dominum Deum ſuum, de utero piſcis, & dixit: Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, I. 6. q. 3. n. 10. p. 571

CAP. III.

4. Et cœpit Jonas introire in civitatem & clamavit, & dixit: adhuc quadraginta diebus, & Ninive ſubvertetur, L.13 q. 9. n.72. p. 470

---

*Ex Michæa.*

CAPUT. IV.

1. Innoviſſimo dierum, erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles, & fluent ad eam populi, & properabunt ad eam gentes multæ, L.13. q.5. n.39. p.463

CAP. IV.

9. Nunc, quare mœrore contraheris? Nunquid Rex non eſt tibi: aut conſilium tuum periit, quia comprehendit te dolor, ſicut parturientem, L.23.q.2.n.9.p.516



CAP. V.

2. Et tu Bethlehem Ephraïm parvulus es in millibus Juda: ex te enim egredietur, qui ſit dominator in Iſraël, A.1. q.3. nu. 20 p. 281

7. Et erunt reliquiæ Jacob in medio populorum multorum, quaſi ros à Domino, & quaſi ſtellæ ſuper herbam, M. 10. q. 3. n.13. 14. p.90. 91

CAP. VII.

8. Ne læteris inimica mea ſupra me; quia cecidit, conſurgam cùm ſedero in tenebris: Dominus lux mea, &c. I.1. q.3. nu.11. p. 526

---

*Ex Nahum.*

CAP. I.

10. Quia ſicut ſpinæ ſe invicem complectuntur, ſic convivium eorum pariter potantium: conſumentur, quaſi ſtipulæ ariditata plenæ, M.13.q.4.n.18.p.112

CAP. II.

6. Portæ fluviorum apertæ ſunt, & templum ad ſolum dirutum, & miles captivus abductus eſt, I.10.q.5. n.18. p.594

---

*Ex Habacuc.*

CAP. II.

5. Qui dilatavit, quaſi infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors, & non adimpletur: & congregabit ad ſe omnes gentes, & coacervabit ad ſe omnes populos, Luc.2.q. 1. n.6. p.358

3. Si moram fecerit, expecta, quia veniens veniet, & non tardabit, L.18.ex p.3. nu.18. p. 488

CAP. III.

16. Audivi, & conturbatus eſt venter meus; à voce conturbatus eſt venter meus: ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, I.12.q.3.n.31.p.604

---

*Ex Sophonia.*

CAP. I.

14. Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt, & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis: Dies iræ, dies illa, M.17. q.3. n.13. p.143

---

*Ex Zacharia.*

CAP. II.

8. Poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ ſpoliaverunt vos; qui enim tetigerit vos, tangit pupillā oculi mei, M.26.q.2.n.6. p. 249

9. Quia ecce lapis, quem dedi coram Jehu: ſuper lapidem unicum, ſeptem oculi ſunt: Ecce ego cælabo ſculpturam ejus, I.12. q.7.n.56.p.709

CAP. IV.

4. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum & lampas ejus, ſuper caput ipſius,& ſeptem lucernæ ejus ſuper illud : & ſeptem infuſoria lucernis, quæ erant ſuper caput ejus, *L.*2.q.11.n.52.p.367.*L.*11.q.15.n.74.p.427

CAP. X.

8. Et ſibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos, ſicut ante fuerunt multiplicati, *L.*12.q.3.nu.25.p.445

---

*Ex Malachia.*

CAP. I.

11. Ab ortu ſolis uſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo, I.12.q 7. n.54. p 608

CAP. II.

16. Cùm odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Iſraël, operiet autem iniquitas veſtimentum ejus, M 19.q 7, n.57.p.162

CAP. III.

1. Ecce ego mitto vobis Angelum meum, & præparabit viam ante faciem, & ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum, Dominator, quem vos quæritis, A,1.q.2.n.7. p.286

CAP. IV.

2. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol juſtitiæ, & ſanitas in pennis ejus; & egrediemini,& ſalietis, ſicut vinculi de armento, *L.*13.q.8.n.63.p.468

5. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini, magnus, & horribilis, & convertet cor patrum ad filios, M 17.q 3.n.13.p.143

---

*Ex* 1. *Machabæorum.*

CAP. II.

58. Elias dum zelat zelum legis, receptus eſt in cœlum, M. 9. q 5. n.27. p. 82

CAP. IX.

39. Et elevaverunt oculos ſuos: & ecce tumultus, & apparatus multus: & Sponſus proceſſit, & amici ejus, & fratres ejus obviam illis cum tympanis, & muſicis, & armis multis, I.3. q.8.n.51.p.556

CAP. XI.

26. Fecit ei Rex, ſicut fecerant ei, qui ante eũ fuerunt, & exaltavit eum in conſpectu omnium amicorum ſuorum, I.3. q.8.nu.51. p.556

---

*Ex* 2. *Machabæor.*

CAPUT III.

2. Fiebat, ut & ipſi Reges, & principes locum ſummo honore ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent, Joan.12. ex p.2.n.16. p.601

18. Alii etiam gregatim de domibus confluebant, publica ſupplicatione obſecrantes, pro eo quod in contemptum locus eſſet venturus, M.3. q.3.n,16. p.42

CAP. VII.

9. Tu quidem ſceleſtiſſimè in præſenti voto nos perdis: ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus, in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit, L.13. q.11.n.62. p. 468

12. Ut Rex & qui cum eo erant admirarentur adoleſcentis animum, quod tanquam nihil duceret cruciatus, L.6.q.2. n.3. p.381

14. Hic eſt fratrum amator, & populi Iſraël : Hic eſt, qui multum orat pro populo, & univerſa ſancta civitate, L.11.q.9.n.46 p.420

TESTAMENTUM
Novum.

---

*Ex D. Matthæo.*

CAPUT. I.

2. ABraham genuit Iſaac, Luc.11. q.4. nu. 14. p.414

3. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar, Luc.8. q.3. n.12' p.588

6. David autem Rex genuit Salomonem, ex ea, quæ fuit Uriæ, M 3 q.3.n.11.p.41

18. Chriſti autem generatio ſic erat, cùm eſſet deſponſata Mater JESU MARIA JOSEPH. M 1. q.13. n.559.p 14

CAP. II.

1. Ecce Magi ab Oriente venerunt Jeroſolymam dicentes: Ubi eſt, qui natus eſt Rex Judæorum? vidimus Stellam ejus in Oriente, I. q.3. n.13. p.549

6. Et tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es, ex te exiet dux, qui regat populum meum Iſraël, M. 23. q. 1. n. 12. p. 204

11. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria Matre ejus, & adoraverunt eum, M.9. q.9. n.46. p. 86

16. Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, M.19. q.16. nu.123.p.173

17. Vox in Ramath audita eſt, ploratus, & ululatus Rachel plorans filios ſuos I.... q. 5. n.35

CAP. III.

1. Tunc exibat ad eum omnis Jeroſolyma; & omnis Judæa, & omnis Regio circa Jordanem, M.23. q.1. n.13. p.204

16. Tunc aperti ſunt ei cæli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam ſuper ſe, I.14. q.2. nu.8 p.622. M.8. q.2. n. 11. p. 71

17. Ecce Vox de cœlo dicens: hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, M.17.q.1. n.2. p.141. L.12. q.7.nu.43 p.449

CAP. V.

2. Cum jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit, M.6.q. 2. n.7. p.60

3. Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. L.11.q.15. n.77. p.427

6. Mitte te deorſum, ſcriptum eſt enim : Angelis ſuis mandavit de te, M.23. q. 4. n.42. p. 209

11. Dixit ei. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me : dixit ei Jeſus: Vade Sathana, A.11.q 4.n.25. p. 320

CAP. V.

3. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, Luc.17. q. 2. nu. 11. p. 480

4. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram, L.10. q.4. n.15, p. 405

16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, L. 11. q.14. n. 70. p. 425

17. Nolite putare, quoniam veni ſolvere legem, non veni ſolvere,ſed adimplere, M.15. q.1. n.2. p. 125

26. Amen dico vobis : non exies inde donec reddas noviſſimum quadrantem, M. 1. q. 19. n.99. p.23

44. Diligite inimicos veſtros : benefacite his, qui oderunt vos, L.9. q.1. n.8. p.399

CAP. VI.

2. Attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, M. 5 .q.5. nu. 24. p. 54

6. Intra cubiculum, tunc clauſo oſtio ora Patrem tuum, L.7. q.2. n 4. p.385

9. Sic orabitis : Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum, L.18.q. 3.n.25. p.489

10. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, I.6. q.7. n.29. p. 576

CAP. VIII.

5. Puer meus Domine jacet in domo paralyticus, & male torquetur, M,19. q. 15. n. 106. p. 170

7. Ait illi Jeſus : Ego veniam, & curabo eum, L. 6. q.2. n.5. p.381

9. Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic ; Vade, & vadit, Joann, 10. q.2. n.7. p.592

24. Ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat, Math.13. q.1. n.2. p.110

26. Domine ſalva nos, perimus : impera ventis, & fac tranquillitatem, L. 21. q. 1. n. 5. p. 505

CAP. IX.

19. Adorabat eum dicens : Filia mea modo defuncta eſt : Veni impone manum ſuper eam, & vivet, L.17.q.3. n.18. p.482

11. Quare cum publicanis manducat magiſter, M.15. q.2. n.5 p.226

CAP. X.

4. Judas Iſcariotes, qui tradidit eum, I.2. q 2 n.8. p. 358

30. Veſtri autem omnes capilli capitis numerati ſunt : nolite timere, L.21. q. 7. n.26. p. 509

34. Non veni pacem mittere ſed gladium : veni enim ſeparare hominem, L.2. q.5.nu. 28. p. 362

35. Veni ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, M. 19. q. 5. n. 59. p.162

CAP. XI.

7. Quid exiſtis in deſerto videre, arundinem vento agitatam? I. 6. q. 3. nu. 15. p. 574

11. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem meam, I..q.2. n.11

12. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, L.11. q. 25. n. 123. & pag. 437

25. Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis, *L.*12. q.4. n. 32. p. 447

28. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos : Tollite jugum meum ſuper vos, M.7. q.1. nu.7. & 8. p.65. I.15. q.3. n.15. p.628

29. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, *L.*9. q.1.n.11. p.399. *L.*10. q.4. nu.14. p. 405

5. Ite, dicite Joanni quæ vidiſtis : Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, mortui reſurgunt, pauperes Evangelizantur, M.24. q. 8. n.55. p. 231

CAP. XII.

20. Arundinem quaſſatam non confringet ; M 27. q.1. n.5. p.258

30. Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui eſt in cœlis, ipſe meus frater, ſoror, ac mater eſt, *Luc.*11. q.7. n.28. p. 417

48. Regina Auſtri ſurget in judicio cum generatione iſta, Matth. 19. q. 17. nu. 125. p. 173

39. Generatio mala, & adultera ſignum quærit, *L.*12. q.2. n.14. p. 443

CAP. XIII.

5. Alia autem ceciderunt in petroſa; ubi non habebant terram multam, & continuò exortæ ſpinæ, *L.*8. q.3. n.7. p. 392

44. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro, quem cum invenit homo, abſcondit, Joan. 6. quæſt. 8. nu. 38. p. 578

CAP. XIV.

19. Et aſpiciens in cœlum, benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis panes, M.14 p. 121

29. Domine ſi tu es, jube me ad te venire ſuper aquas, Matth. 26. q.7. num. 36. p. 254

30. Et cùm cepiſſet mergi, clamavit dicens: Salvum me fac & continuò extendens apprehendit eum, Matth. 26. quæſt. 5. n. 23. p. 253

CAP. XV.

21. Filia mea male à dæmonio vexatur, qui non reſpondit ei verbum, L. 13. q. 6. n. 44. p. 464

25. At illa venit dicens: Domine, adjuva me, L. 17. q. 3. n. 18. p. 482

CAP. XVI.

14. At illi dixerunt: Alij Joannem Baptiſtam, alij Jeremiam, alij Eliam, aut unum ex Prophetis, Matth. 25. quæſt. 1. num. 5. p. 255

15. Reſpondens Petrus ait: Tu es Chriſtus filius Dei vivi, Matth. 27. quæſt. 3. num. 53. p. 267

16. Reſpondens Jeſus ait, Beatus es, Simon Barjona, quia caro, & ſanguis non revelavit tibi, ſed pater meus, qui eſt in cœlis, M. 19. q. 17. n. 128. p. 173. & 20. q. 3. num. 13. p. 178

23. Vade poſt me Sathana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis quæ Dei ſunt, M. 17. q. 2. num. 9. pag. 142. Luc. 17. quæſt. 2. n. 15. p. 481

27. Sunt de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem donec videant filium hominis in gloria ſua, M. 17. q. 2. n. 10. p. 142

CAP. XVII.

6. Audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, levantes autem oculos, neminem viderunt niſi ſolum Jeſum, A. 16. q. 2. n. 5. p. 330

14. Acceſſit ad eum homo genibus provolutus, ante eum dicens, Domine miſerere filii mei, L. 17. q. 3. n. 28. p. 482

CAP. XVIII.

1. Acceſſerunt Diſcipuli ad Jeſum dicentes: Quis putas major eſt in regno cœlorum? M. 26. q. 8. n. 43. p. 255

2. Advocans Jeſus parvulum ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, niſi efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum, M. 19. q. 16. n. 123. p. 1 3.

6. Qui ſcandalizaverit unum de puſilis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, L. 11. q. 25. n. 123. p. 437.

10. videte ne contemnatis unum ex his puſillis qui in me credunt: Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, L. 5. q. 3. n. 13. p. 566.

19. Dico enim quod ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quacumque petierint, fiet illis, L. 6. quæſt. 2. n. 6. p. 381.

27. Miſertus autem Dominus ſervi illius dimiſit eum, & debitum dimiſit ei, L. 9. q. 1. n. 11. p. 399.

28. Egreſſus autem ſevus ille, invenit unum de conſervis ſuis, qui debebat ei centum denarios, & tenens ſuffocabat eum, dicẽs: Redde quod debes, L. 21. q. 5. n. 19. p. 508 M. 21. q. 10. n. 55. p. 191

34. Juſſit eum Dominus venundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia, quæ habebat reddi, A. 11. q. 12. n. 16. p. 318

CAP. XIX.

6. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro, M. 1. q. 13. n. 60. p. 14

14. Sinite parvulos venire ad me: talium eſt enim regnum cœlorum, L. 12. q. 4. n. 29. p. 446

17. Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, L. 12. Exp. 3. n. 47. p. 450

24. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem intrare in regnum cœlorum, Math 8. q. 3. n. 18. p. 72

28. In regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos judicantes duodecim tribus Iſraël, M. 10 q. 4. n. 19. p. 92. & 30. q. 3. n. 20 p. 179

CAP. XX.

14. Tolle quod tuum eſt, & vade: volo huic noviſſimo dare ſicut & tibi, M. 24. q. 4. n. 26. p. 226

24. Dixit eis: poteſtis bibere calicem quem ego biturus ſum, M. 9. q. 10. n. 9. p. 153. L. 21. q. 4. n. 19. p. 508

CAP. XXI.

4. Quod totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem: dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, L 21. q. 3. nu. 11. p. 506

8. Plurima autem turba, ſtraverunt veſtimenta ſua in via: alii cædebant ramos de arboribus, L. 2. q. 4. n. 33. p. 447

9. Clamabant dicentes: Hoſanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini, L. 19. q. 4. n. 18. p. 638

19. Nuſquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum, & arefacta eſt continuò ficulnea, L. 19. q. 9. n. 53. p. 501

23. In qua poteſtate hoc facis, & quis dedit tibi hanc poteſtatem. M. 19. q. 3. n. 31. p. 57.

CAP. XXII.

13. Tunc dixit miniſtris: Ligatis manibus, & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores: Ibi erit fletus, & ſtridor dentium, L. 19. q. 10 p. 54. p. 501

29. Reſpondens autem Jeſus ait illis: Erratis neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei, L. 4. q. 3. n. 22. p. 376

CAP. XXIV.

3. Acceſſerunt ad eum diſcipuli dicentes ſecreto: Dic nobis quando hæc erunt. I. 10. 4. 5. n. 19. p. 595

12. Quoniam abundavit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum, qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit, L. 18 q. 2. n. 21. p. 488

21. Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit

ab



ab initio, neque fiet, *Luc.* 11. q. 3. n. 12. p. 414

28 Ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ, L. 14. q. 5. n. 2. p. 475

29 Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & Stellæ de cælo cadent, M. 25. q. 7. n. 36 p. 241

30. Videbunt filium hominis venientem in nubibus Cœli cum virtute multa & majeſtate, L. 12. q. 3. n. 33. p. 447

CAP. XXV.

14. Homo quidam peregrè proficiſcens, vocavit ſervos ſuos, & tradidit eis talenta ſua, L. 21. q. 2. n. 13. p. 507

18. Qui autem unum acceperat, abiens abcondit pecuniam Domini ſui, L. 19. q. 9. n. 52. p. 501

21 Euge, ſerve bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui, *L.* 7. q. 3. n. 10. p. 386

34 Poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, eſurivi, & dediſtis mihi manducare, ſitivi, & dediſtis mihi bibere, L. 12. q. 8. n. 53. p. 421

40. Reſpondebit Rex, & dicet illis, quandiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis, M 8. q. 1. n. 4. p. 69

CAP. XXVI.

7. Cùm autem eſſet Jeſus in Bethania in domo Simonis Leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum, L. 7. q. 2. num. 4. p 385

8. Ut quid perditio hæc: potuit enim iſtud venundari multum, & dari pauperibus L. 7. q. 4. n. 14 p. 387

33. Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor, M. 26. q. 7. n. 38. p. 254

38. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem, M 20 q. 4. n. 26. p. 180

39. Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, veruntamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis, M. 2. q 10. n 52. p 33, L. 12 q. 11. n 69. p. 453. exp. 3. n. 41. p. 606

18. Ite in civitatem ad quendam, & dicite ei: Magiſter dicit: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis, I 6 q. 8. n. 36. p. 578

26. Et accipiens calicem, gratias agens ait eis: Accipite, & bibite, I. 6. q. 6. n. 26. p. 576

46. Surgite eamus: ecce appropinquavit qui me tradet, *L* 12. q. 11. n. 71. p. 454

52. Converte gladium tuum in vaginam, M. 19 q. 3. n. 27. p. 156

61 Hic dixit: poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud, M. 27 q. 5. num. 31. p. 263

75 Recordatus eſt Petrus Verbi Jeſu, & egreſſus foras flevit amarè, *L.* 7. q. 2. n. 3. p. 385 I. 2. q. 1. nu. 9. p. 541

CAP. XXVII.

6. Principes ſacerdotum dixerunt: non licet eos mittere in corbonam, & quia pretium ſanguinis eſt, conſilio autem inito emerunt agrum figuli, I. 6. q. 4. n. 18. p. 574

38. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, unus à dextris, alter à ſiniſtris, l. 12. q. 1. p. 600

42. Si Rex Iſraël eſt, deſcendat de cruce, & credimus ei, l. 3. q. 3. n. 15. p. 549

46 Jeſus clamans voce magna dixit: Deus meus, ut quid dereliquiſti me, l. 12. q. 6. n. 48. p. 607

50. Jeſus iterum clamans voce magna emiſit ſpiritum, & ecce velum templi ſciſſum eſt, l. 3. q. 1. n. 4. p. 547

60. Et poſuit illud in monumento novo quod exciderat in petra, l. 19. q. 6. n. 42. p. 640

61. Erat ibi Maria Magdalena, & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum, l. 16. q. 5. n. 33 p. 638

CAP. XXVIII.

9. Et ecce Jeſus occurrit illis, dicens: Avete, & acceſſerunt, & tenuerunt pedes ejus, L. 2. q. 3. n. 18. p. 361

*Ex D. Marco.*

## CAPUT. I.

10. Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit cælos apertos, & Spiritum ſanctum tanquam columbam deſcendentem & manentem in ipſo, L. 23. q. 1. n. 3. p. 515

24 Exclamavit: quid nobis, & tibi, Jeſu Nazaræne? Veniſti ante tempus perdere nos: ſcio quod ſis ſanctus Dei, M. 15. q. 1. nu. 2. p. 125

25 Et comminatus eſt ei Jeſus dicens: obmuteſce, exi ab homine, Luc. 7. q. 5. num. 23 p. 389

CAP. II.

19. Nunquid poſſunt filii nuptiarum quandiu ſponſus eſt cum illis jejunare? quanto tẽpore habent ſponſum non poſſunt jejunare, l. 3 q. 8. n. 51. p. 556. M. 28. q. 3. n. 23. p. 272

CAP. III.

5. Dicit homini: Extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt manus illi, I. 5. q. 2 n. 11. p. 566

21. Tunc diſcipuli exierunt tenere eum, & dicebant, quoniam in furorem verſus eſt, M. 19 q. 15. n. 114. p. 179

CAP. V.

31. Converſus ad turbam, ajebat: Quis tetigit veſtimenta mea? Luc. 2. quæſt. 3. nu. 17 p. 360

CAP. VI.

1. Egreſſus inde Jeſus abiit in patriam ſuam & ſequebantur eum diſcipuli ejus, M... q. 3. n. 22

8. præcepit eis, ne quid tollerent in via, niſi virgam tantùm; non peram, non panem, M. 10 q. 2. n. 9. p. 90

22. Cumque intraſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet & placuiſſet Herodi, M. 23. q. 13. num. 95. p. 219

31. Venite ſurſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum: erant enim qui veniebant

niebant, & redibant multi, M.5.q.1.nu. 4. p. 50

CAP. VIII.

26. Et miſit illum in domum ſuam, dicens: Vade in *domum* tuam, Luc. 8. q.5. n.3. p. 391

CAP. IX.

11. *Elias* cùm venerit, primò reſtituet omnia, & quomodo ſcriptum eſt filium hominis, ut multa patiatur, & contemnatur, M.17. q.4.n.22.p.144

CAP. X.

17. Acceſſit ad eum, dicens: Magiſter bone, quid faciam, ut vitam æternam percipiam? l.3.q.9. n.68. p.559

18. At ille ait: quid me dicis bonum? nemo bonus, niſi unus Deus, Luc.12. q.6.n.39 p. 448

CAP. XIV.

15. Ipſe vobis demonſtrabit cænaculum grande ſtratum: illic parate nobis, l.6.q.8.n. 37. p 578

52. Illi tenuerunt, at ille, relicta ſyndone, nudus profugit ab eis, L.7. q.1. n.1.p.384.

57. Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego diſſolvam templum hoc manu factum, & poſt triduum, illud non manu factum excitabo, Math.13.q.1.n.5.p.110

58. Tunc diſcipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt, *M.24.q.4.n.25.p.123*

CAP. XVI.

17. Ite, dicite diſcipulis ejus, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam, M.26. qu.8. n.42. p.255

---

*Ex D. Luca.*

CAP. I.

5. Erat ſacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abju, & uxor illius nomine Elizabeth. M.4.q.1. n.2.p.46

15. Replebitur Spiritu ſancto adhuc ex utero matris ſuæ, I.1.q.9.n.49. p.533

13 Ecce oratio tua exaudita eſt, & Elizabeth uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus, Joannem, & erit gaudium tibi, I.23.q.4.n.20.p.518. I.1. q.8. n.39. p. 531

19. Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi Evangelizare, L.1.q.1. n.2. p.336

20. Ecce eris tacens, & non poteris loqui uſque in diem nativitatis ejus, L.18. q. 3. n.26. p.489

31. Ecce concipies in utero, & paries filium & vocabis nomen ejus Jeſum, L.1. q.2.n.7. p. 356

48. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, *L.*1.q.9. n.40.p.344

63 Et poſtulans pugillarem ſcripſit dicens: Joannes eſt nomen ejus, L.11.q.23.n.125 p. 437

CAP. II.

11. Ecce Evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſalvator, M.17.q.1. n.2. p.141. I.1. q.3. n.13. p 526

13. Subito facta eſt cum Angelo multitudo cæleſtis militiæ, A.1.q.1. n.5. p. 279

15. Paſtores loquebantur ad invicem transeamus uſque Bethleem, & videamus hoc verbum, quod Dominus oſtendit nobis, I. 6.q.6. n.28. p 576. & q.10. n.46. p 580

24. Ut darent hoſtiam, ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini: par turturum, aut duos pullos columbarum, L.7. q.4. n.16 p. 387

25. Ecce homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte juſtus, & timoratus, M.17.q.2.n.11. p.142

34. Ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum, M.2.q.5.n.22

35. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, l.12.q.12.n.74.p.612

48. Fili quid feciſti nobis ſic? Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te, M.1. q.14. nu 67. p.16

CAP. III.

22. Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Jeſus erat incipiens, M.1.q.14. n.64.

23. Qui putabatur filius Joſeph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, M.1.q.2. n.6

4. Vox clamantis in deſerto; parate viam Domini, L.1.q.6. n.19. p.339

CAP. IV.

13. Conſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab eo uſque ad tempus, M. 13. q.3. n.11. p.111

30. Ipſe tranſiens per medium illorum ibat, L. 9. p3. n.16. p.400

CAP. V.

6. Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam: rumpebatur autem illorum rete, L.8.q.3. n. 21. p.394

CAP. VI.

12. Factum eſt autem in illis diebus: exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei, A.1. q.2. n.14. p.281

CAP. VII.

3. Miſit ad eum ſeniores Judæorum rogans eum, ut ſanaret ſervum ejus, L.6.q.2. n.5. p. 381

37. Attulit alabaſtrum unguenti ſtans ſecus pedes, L.17. q.4. n.24. p.483

43. Æſtimo, quia is, cui plus donavit, ait illi Jeſus rectè judicaſti, A.16. quæſt. 3. n. 9. p. 330





44 Vides hanc mulierem, intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti, A.12.q.1.n.7.p.322

CAP. VIII.

45 Redemptor, turbæ te comprimunt, & dixit Jeſus: Tetigit me aliquis, M.19. q.15.nu. 116. p.172

CAP. IX.

51 Factum eſt autem, cùm complerentur dies aſſumptionis ejus, ipſe faciem ſuam firmavit, ut iret in Jeruſalem, & miſit nuntios, I.12.q.10.n.61. p.609

CAP. X.

2. Dicebat illis: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci: rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios, Luc.12 q.4. n. 52. p. 446

18 Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem, L.6.q.3. nu.11.p.382

20 In hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur: gaudete autem, quod nomina veſtra ſint ſcripta in cœlis, M.15.q. 4. n. 18. p.128

4 Martha Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima: porrò unum eſt neceſſarium, L. 7. q.3. nu.8. p.386

CAP. XI.

3 Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, I 2.q.2. n.7. p.515

7 Et ille intus reſpondens dicat: noli mihi moleſtus eſſe: non poſſum ſurgere, & dare tibi, M.19.q.10. n.88. p.167

8 Si non dabit illi ſurgens, eo quod amicus ejus ſit: propter importunitatem ſurget, & dabit illi, L.18. exp.2. n.11. p.487

24 Tunc dixit, revertar in domum meam, unde exivi, & veniens invenit eam vacantem, & ſcopis mundatam, M.6.q.1.n.4.p.59

CAP. XII.

22 Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, aut corpori veſtro quid induamini, 2. q.2. n.87

32 Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum, L.7 q.2. n.7. p.385

33 Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam: facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, M.21.q.8.num.45

41 Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, M.23.q.7.n.67. p.214

49 Ignem veni mittere in terram, quid volo, niſi ut accendatur? Joan. 14. q.3. n.10 p.622

50 Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor, uſque dum perficiatur: M.26 q.3.n.13. p.250

CAP. XIII.

7 Ecce tres anni ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: ſuccide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? L.19.q.9.n.53. p.501

41 Archiſynagogus, indignans, quia ſabbatho curaſſet Jeſus, dicebat turbæ: ſex dies ſunt in quibus oportet operari, in his ergo venite & curamini, Matth.19.q.3. n.22.p.155

19 Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, l.12.q.5.n.37.p.605

CAP. XV.

25 Donec inveniat eam, & cum invenerit ponit in humeros ſuos gaudens, l.10.q.2 n.4. & 5.p.592

8 Quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat, l.3.q.2. n.8.p. 548

18 Pater, peccavi in cœlum, & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut unum de mercenariis tuis, A.8 q.1. n.7. p.305

22 Citò proferte ſtolam primam, & induite illam, L 7.q.2. n.5. p.385. & 23.q.2.n. 7. p.515

25 Cùm veniret, & appropinquaret domui, audivit ſymphoniam, & chorum & nolebat introire, L.12 q.1.n.25. p.445

29 Nunquam dediſti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer, & poſtquam hic filius tuus, M.12. q.4. nu. 17. p.106

30 Sed poſtquam hic filius tuus, qui devoravit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum, M. 7.q 2. n 12. p.66

CAP. XVI.

3 Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubeſco, M.25. q.7. nu. 38. p.242. L.19.q.7. n.40. p.499

9 Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula, Luc. 11. q.25. nu. 128 p. 438

19 Erat quidā dives, qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie: erat quidam mendicus Lazarus, A. 9. q. 3. nu.17. p. 311

24 Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam, I.5.1. n.6. p.564

CAP. XVIII.

11 Deus gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri homines raptores, & injuſti. M.14 q.4. n.27. p.123

19 Magiſter bone, quid faciens vitam æternam poſſidebo? dixit autem illi Jeſus: Quid me dicis bonum? L. 12. q. 1. nu. 2 p. 441

CAP. XIX.

6 Feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens, in domum ſuam, L.10. q.10. nu. 27. p.407

30 Invenietis pullum aſinæ alligatum, cui nemo unquam hominum ſedit, ſolvite illum & adducite, Joann. 1. quæſt. 7. nu. 33. p. 530

40. Dico vobis, quia ſi *hi* tacuerint lapides clamabunt, M.2.q.3.n.11.p.26

CAP. XXI.

28. His autem fieri incipientibus reſpicite & levate capita veſtra: ecce appropinquat redemptio veſtra. M.15.q.5.n.22.p.129 & 28.q.2.n.19.p.272

CAP. XXII.

15. Deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar. I.6.q.6.n.27.p.576

17. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & dividite inter vos, M.20.q.30.n.11.p.178

35. Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt nihil, M.10.q.1.n.3.p.88

28. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis: Ego diſpono vobis regnum, L.21.q.2.n.7.p.506

40. Ipſe avulſus eſt ab eis, quantum jactus eſt lapidis & poſitis genibus orabat, M.14.q.1.nu.2.p.19

43. Apparuit illi Angelus de cœlo confortans eum; & factus in agonia prolixius orabat. M.20.q.4.n.25.p.180

61. Converſus Dominus reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus verbi Domini, M.14.q.3.num.16.p.121

62. Egreſſus foras flevit amare. I.2.q.1.n.9.p.541

CAP. XXIII.

39. Unus de latronibus blaſphemabat eum dicens: Si tu es Chriſtus, ſalva temetipſum, & nos: Reſpondens autem alter increpabat eum, Matth.11.q.2.n.5 p.97

44. Erat ferè ſexta, & tenebræ factæ ſunt in univerſa terra & ſol obſcuratus eſt, I.3.q.1.n.4.p.547

CAP. XXIV.

31. Et aperti ſunt oculi eorum: & cognoverunt eum in fractione panis, I.12.q.7.n.57.p.609

39. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum, palpate, & videte, M.9.q.9.n.47.p.86

Vos autem ſedete in civitate, quoadusque virtute induamini ex alto, L.11.q.23.n.124.p.437

---

*Ex D. Joanne.*

CAP. I.

1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, Math.1.q.13.n.58.p.14

11. In propria venit, & ſui eum non receperunt. M.20.q.2.n.8.p.177

12. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, M.1.q.5.n.20.p.7. L.11.q.8.n.36.p.418

13. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt, M.1.q.13.n.62.p.15. & 19.q.6.n.45.p.159. & 25.q.6.n.30.p.240

15. Joannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicens: Hic erat, quem dixi, M.11 q.3.n.12.p 99

18. Deum nemo vidit unquam: Unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, enarravit nobis, M.25.q.3.n.14.p.236. L.1.q.11.n.50.p.346

29. Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi, M.11.q 1.n.1.p.97. & I.1.q.5.n.19 p.527

42. Tu es Simon, filius Jonas: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, I.1.q.1 n.4.p.525

CAP. II.

3. Dixit Mater Jeſu ad eum: Vinum non habẽt, L.23.q.4.n.17.p.517

5. Dixit Mater ejus miniſtris: quidquid dixerit vobis, facite, L.1.q.16.n.84.p.352

11. Hoc fecit initium ſignorum Jeſus in Cana Galilææ, & manifeſtavit gloriam ſuam, L.11.q.15.n.6.p.427

15. Et cùm feciſſet flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque & boves, L.9.q.2.n.12.p.399

18. Dixerunt ei Judæi: quod ſignum oſtendis, quòd hæc facis, L.23.q.4.n.16.p.517

19. Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, M.13.q.1.n.5 p.110. & 27.q.6.n.34.p.263

CAPUT III.

3. Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua, *&* Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei, L.2 q.2.n.12.p.359

10. Tu es Magiſter in Iſraël, *&* hæc ignoras, Matth.21.q.6.n.52.p.191. L.12 q.7.n.46.p.449

17. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum. I.1.q.8.n.39.p.531

CAP. IV.

35. Levate oculos veſtros, *&* videte regiones quia albæ ſunt jam ad meſſem, A.4.q.unic n.9.p.293

40. Cùm veniſſent ad illum Samaritani, rogaverunt eum, ut ibi maneret, *&* manſit ibi duos dies. L.9.q.2.n.13.p.400

47. Rogabat eum, ut deſcenderet, *&* ſaneret filium ejus: incipiebat enim mori, L.6 q.2.n.5.p.381

CAP. V.

27. Pater dedit ei judicium facere: quia filius hominis eſt, L.1.q.1 n.4.p.336

30. Ego à me non poſſum facere quidquam, ſicut audio, ſic facio, L.19.q.8.n.47.p.500

39. Scrutamini ſcripturas, ipſæ teſtimonium perhibent de me, L.4.q.3.n.23.p.376

44. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam abinvicem accipitis, *&* gloriam, quæ à ſolo Deo eſt non quæritis, I.19.q.3 n.23.p.637

CAP.



CAP. VI.

12. Ut autem impleti ſunt, collegerunt, & impleverunt duodecim cophinos, Luc.11.q.15.n.76 p.427. & 14.q.1 n.5.p.472

14 Illi ergo homines, cum vidiſſent, quod Jeſus fecerat ſignum, dicebant, quia hic eſt Propheta, qui venturus eſt in mundum, L.24.q.1.nu.5.p.520

55 Ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die, I.6.q.11.n.47.p.580

30 Quod tu ſignum facis, ut videamus & credamus? Quid operaris? Patres noſtri manducaverunt Manna, I.6.q.4.nu.16.p.574

44 Nemo venit ad me, niſi Pater, qui miſit me traxerit eum, M.4.q 2.nu.9.p.47

58 Sicut miſit me vivens Pater, & Ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe vivet propter me, I.6.q.9.n.42.p.579

CAP. VII.

39 Nondum erat ſpiritus datus, quia nondum erat Jeſus glorificatus, Joan.3.q.6.n.33.p.552

45 Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices & Phariſæos, & dixerunt eis illi: quare non adduxiſtis eum? M.26.q.4 nu.20.p.251

CAP. VIII.

28 Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum. I.12.q.11.q.nu.67.p.611

56 Abraham Pater veſter, exultavit ut videret diem meum: vidit, & gaviſus eſt. I.1.q.3.n.13.p.526

CAP. X.

30 Abiit iterum trans Jordanem in eum locum, ubi erat Joannes baptizans. L.9.q.3.n.16.p.400

10 Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant, I.1.q.12.nu.68.p.537

CAP. XI.

8 Dicunt ei diſcipuli ejus: Rabbi nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc, L 11.q 2.n.15.p.414

27 Alii dicebant, nonne poterat qui aperuit oculos cæci nati, facere, ut hic non moretur. M.27.q.4.n.21.p.261

52 Jeſus erat moriturus, at non tantum pro gente, ſed ut filios Dei qui erant in diſperſione congregaret, M.27.q.2.nu.9.p.259

CAP. XII.

2 Lazarus unus erat ex diſcumbentibus cum Jeſu: Maria ergo accepit libram unguenti Nardi Piſtici pretioſi, L.17.q.4.nu.24.p.483

27 Nunc anima mea turbata eſt: & quid dicam, Pater? L.7.q.2.n.7.p.385

32 Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum, M.27.q.2.n.9.p.259

CAP. XIII.

3 Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit, L.1.q.9.n.37.p.343

4 Surgit à cæna; ponit veſtimenta ſua, mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum ſuorum, Matth.1.q.15 n.78.p.18. L.7.q.2.n.6.p.385

24 Innuit Simon Petrus diſcipulo quem diligebat Jeſus, qui recubuit ſuper pectus ejus. L.1.q.5.n.12.p.337

28 Quod facis fac citius: hoc autem nemo ſcivit diſcumbentium ad quid dixerit, L.12.q.11.n.74.p.454

33 Filioli, quæretis me, adhuc modicum vobiſcum ſum L.11 q.8.n.35.p 418

CAP. XIV.

6 Ego ſum via & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem niſi per me, L.21.q.4.nu.16.p.507

17 Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit, I.14.q.1.n.2.p.621

CAP. XV.

14 Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis, M.26.q.4.n.20.p.251

25 Ut impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis, M.1.q.3.n.11.p.5

CAP. XVI.

5 Nunc vado ad eum, qui miſit me: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? M.9.q.7.nu.39.p.85

8. Cùm venerit ille ſpiritus, arguet mundum de peccato, juſtitia & judicio, L.18.q.3.n.14.p.487

15 Multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modò. M.24.q.7.nu.51.p.230

CAP. XVII.

1 Pater venit hora: clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te....

5 Nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate quam habui prius, quam mundus eſſet, M.5.q.2.n.12.p.51. I.10.q.3.n.11.p.593

6 Pater, manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo: tui erant & mihi eos dediſti, M.12.q.6.n.29 p.108

3. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolùm Deum verum, M.16.q.4.nu.30 p.136

21 Ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, I.6.q.9.n.40.p.579

CAP. XVIII.

10 Petrus gladium eduxit, & percuſſit Pontificis ſervum, Matth.14.q.4 n.26.p.123,

28 Adducunt ergo Jeſum à Caipha in prætorium

ũ rium

rium: Erat autem mane: & ipſi non introierunt prætorium, M.19. q.1. nu. 10. p.154

31 Nobis non licet interficere quemquam, M.27. q.6. n.36, p.264

### CAP. XIX.

7 Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit, M.2. q.11. n.59. p.34

20 Hunc ergo titulum, multi Judæorum legerunt, quia propè civitatem erat locus ubi crucifixus eſt, Joann.3. q.2. n.9.p.548

25 Stabant juxta crucem Jeſu, Maria Mater ejus, & Maria Cleophæ, & Maria Magdalena, M.11.q.4. n.16. p.99

### CAP. XXI.

15 Dicunt ei Angeli: Mulier quid ploras? M. 20. q.2. n.9. p.177

22 Jeſus inſufflavit & dixit eis: accipite Spiritum ſanctum, L.11. q.19. nu. 19. p.415. I. 14.q.1. n.1. p.621. M.25. q.5.n.18. p.257

27 Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis: I.12. q.11. n.69. p.611

### CAP. XXII.

5 Pueri nunquid pulmentum habetis ad manducandum? Luc.12. q.4. n.32. p.446

17 Dixit: tu Domine, omnia noſti: tu ſcis, quia amo te, Dicit ei: paſce oves meas, M.2. quæſt.2. nu.7. p. 25. Luc. 19. q. 5. nu.30. p. 496

---

## Ex *Actis Apoſtolorum.*

### CAP. I.

4 Conveſcens præcepit eis ab Jeroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, Joan.14. q.1. n.1. p.621.

11 Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Jeſus, qui aſſumptus eſt à vobis, in cœlum ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum, L. 10.q. 5. nu. 19. pag. 405. A.16. q. 4. nu. 17. p.300

18 Suſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus, Joan. 6. q. 12. n. 52. p. 582

### CAP. II.

1 Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant pariter omnes in eodem loco, & factus eſt repente de cœlo ſonus, J.14. q.1. n. 3. p.621. L.11. q.4. n.17. p.415

2 Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum, I.14. q.1. n.3. p.621. M.3.q.5.nu. 25. p.44

### CAP. III.

21 Quem oportet cœlum ſuſcipere, uſque in tempora reſtitutionis omnium, Luc. 19. exp.1. n.1. p.491

### CAP. IV.

12 Non eſt in alio ſalus: nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo nos oporteat ſalvos fieri, I.1.q.12.n.6. p. 564

34 Neque enim quiſquam egens erat inter illos, M.25.q.6. n.28. p.239

### CAP. V.

2 Fraudavit de pretio agri conſcia uxore ſua; afferens partem quandam ad pedes Apoſtolorum, M.6. q.3. n.4. p.59. A.12. q.1. n.8. p.322

41 Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati, I.14. q.3.n. 13. p.623

### CAP. VI.

3 Argentum, & aurum non habeo, quod autem habeo hoc tibi do, in nomine Jeſu Chriſti: ſurge, & ambula, M.6.q.3 .n.13.p.61

### CAP. VII.

2 Deus Gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, L.11. q.11 n.49. p.423

29 Factus eſt advena in terra Madian, ubi generavit filios duos, Luc. 11. qu. 12. n. 57, p. 422

55 Cùm eſſet Stephanus plenus Spiritu ſancto, intendens in cœlum ait: Video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei, I.12. q.5. n.38. p. 605

### CAP. VIII.

1. Facta eſt in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Jeroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Judeæ, & Samariæ, M.10. q.6. num.26. p.93

20 Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri, M.16. q.3, n.28. p.150

17 Et ecce vir Æthiops Eunuchus potens reginæ Candacis, qui erat ſuper omnes gaſas, venerat adorare in Jeruſalem, I.12 Exp.2. n.16. p.601

38 Juſſit ſtare currum, Philippus & Eunuchus deſcenderunt in aquam, & baptizavit eũ, L.4. q 3. n.25. p.377

### CAP. X.

13 Facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca, quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris, M.19. q 3. nu. 24 p.156

25 Et factum eſt, cum introiſſet Petrus, obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes ejus adoravit, Matth. 8. quæſt. 5. nu.28 p. 73

40 Hunc



40 Hunc Deus ſuſcitavit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri, non omni populo ſed teſtibus præordinatis à Deo, M 2. q.8 nu.44. p. 31

### CAP. XII.

12 Statuto autem die, Rex Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos: populus autem clamabat, M.24. q.2.n.14. p.224

### CAP. XIV.

11 Sacerdos autem Jovis, qui erat ante civitatem, tauros, & coronas offerens, cum populo volebat ſacrificare, Luc.21.q.5. n.21. p.508

### CAP. XVI.

8 Cùm pertranſiſſet Myſiam deſcenderunt Troadem, & viſio per noctem oſtenſa eſt: Vir Macedo quidam erat, M.2.q.13 n.67.p.36

### CAP. XVIII.

9 Noli timere, ſed loquere, ne taceas propter quod ego tecum ſum: & nemo opponetur tibi, ut noceat quoniam multus eſt mihi populus in hac civitate, L.10. q. 3. nu.12. p 404

### CAP. XX.

33 Argentum, & aurum, aut veſtem nullius concupivi, ſicut ipſi ſcitis, M.10. q.1.n. 5. p.89

### CAP. XXVI.

24 Magna voce dixit: Inſanis Paule: multæ te litteræ ad inſaniam convertunt, I 8.q.1 n.3. p.185

26 Non inſanio, optime Feſte, ſed veritatis, & ſobrietatis verba loquor, I.8 .q.1. nu.3. p. 586

### CAP. XXVIII.

25 Bene Spiritus ſanctus locutus eſt per Iſaiam Prophetam ad Patres noſtros, I.12.q.13 n.88. p. 615

---

## Ex *Epiſtola ad Romanos.*

### CAP. II.

10 Pax omni operanti bonum Judæo primo, & Græco: non eſt enim acceptio perſonarum apud Deum.I.12.exp.2. n.16.p.601

### CAP. III.

13 Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei. L. 1 q.11. n.52. p.346

### CAP. V.

12 Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſit, Luc.1.q. 11.n.52.p. 346

### CAP. VII.

2 Nam quæ ſub viro eſt mulier, vivente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir ejus, ſoluta eſt à lege viri, M.19. q.8. n.66. p.162

### CAP. VIII.

32 Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, M.5. q.4. n.21. p.43

### CAP. IX.

18 Evangelium prædicamus ſine ſumptu: ponam Evangelium, ut non abutar poteſtate mea, Luc.11. q.11. n.51

22 Subſtinuit in multa patientia vaſa iræ parata in interitum, Matth.16.quæ.3.n.26 p. 136

18 Verbum abbreviatum fecit Dominus ſuper terram, M. 15. q.1. nu.3. p.125

### CAP. X.

10 Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, Luc.2.exp.7.n.91

12 Cum eſſet dives in omnes, qui invocant nomen ejus, Joan.2. q.2. n.12. p.541

### CAP. XII.

1. Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra Deo, hoſtiam vivam, Deo placentem, M.25.q.6. nu.27. p. 239

9 Non voſmetipſos defendentes Chariſſimi, date locum iræ, L.9.q.3. n.16. p.400

### CAP. XIII.

4 Si autem malum feceris, time, non enim ſine cauſa gladium portat, L.9.q.2.nu. 12 p.400

12 Induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus non in comeſſationibus & ebrietatibus, Luc.11. q.10. n.47. p 420

14 Induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam non feceritis in deſideriis, M. 10.q.2. n.7. p.89

### CAP. XX.

5 Deus autem patientiæ, & ſolatii det vobis id ipſum ſapere in alterutrum, M.27.q.4.n. 19, p.144

---

## Ex *1. Corinth.*

### CAP. I.

1 Paulus vocatus Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei & Soſthenes frater, M.17. q.1. n.3. p.141

16 Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, Matth. 22. quæſt. 1. num.7. p. 196

CAP. II.

9 Oculus non vidit, nec auris audivit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe, L.12. q.4. nu. 36. p.446

10 Nobis autem revelavit Deus per ſpiritum ſuum: ſpiritus enim omnia ſcrutatur etiam profunda Dei, I. 1. q.13. nu.73. p. 537

14 Animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei, A.9.q.4. n.23. p.312

CAP. III.

4 Alius dicit: Ego ſum Pauli; Alius autem ego Apollo: non ne homines eſtis? L. 12. q.1. n.22. p 444

7 Neque qui plantat eſt aliquid: nempe qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, A. 4. q.unica n.7. p.292 L.19. exp.3. nu. 38. p.498

9 Dei ſumus adjutores, Dei cultura eſtis, Dei ædificatio eſtis, M.10.q.5.n.22.p.92 L. 21. q.4. n.15. p.507

CAP. IV.

10 Semper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, ut vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris, M.16. q.6. n.37. p 138

17 Miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus dilectus in Domino, M.. q.5.n.19

CAP. V.

6 Modicum frumentum totam maſſam corrumpit, M.16. q.1. nu. 17. p.134

13 Charitas non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non æmulatur, non agit perperam, A.9. q.4. n. 3

CAP. VII.

25 De virginibus præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, M.2 q.4. n.14. p.26

27 Alligatus es uxori, noli quærere ſolutionem: Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem, M.19. q.9. nu.75. p.165

CAP. IX.

6 Qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, L.2.q.9.n.59.p.369

5 Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, L.8 q.1.n.2. p.391

CAP. X.

2 Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari: & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducaverunt....

4 Bibebant de ſpirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus, I.1. q.1.nu. 4. p.525

11 Hæc autem omnia in figura contingebant illis, I.1.q 12 n.70. p.37

CAP. XI.

21 Jam non eſt dominicam cœnam manducare, unuſquiſque ſuam cœnam præſumit ad manducandum, Luc.29. q.4. nu. 26. p. 495

CAP. XII.

7 Unicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem, L.11.q.12. n.64. p.424

18 Alii quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum; alii fides in eodem ſpiritu, I.3.q.9. nu.73. p.560

CAP. XV.

10 Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus, laboravi, L.19. exp.3. n 38. p 498 L 12. q.6 n 40. p.448

21 Ecce myſterium vobis dico: Omnes quidem reſurgemus: ſed non omnes immutabimur, L.1 q.11.n.55. p.346

26 Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum, L.19. q.3 n.21.p.494

22 Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur, L.1.q.11 n.52. p.346

21 Oportet Chriſtum regnare, donec ponat inimicos ſub pedibus, M.1. q.19.n.100 p. 23

CAP. XVI.

7 Spero aliquantulum temporis manere apud vos, ſi Deus permiſerit: manebo autem Epheſi, M.24. q.7. n 52. p.251

16 Non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quod ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia, M.23.q.9.n.73.p.215.

---

*Ex 2. Corinthiorum.*

CAPUT I.

22 Qui autem ſignavit nos, dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris, I.1.q.11.n.63. p. 535

CAP. III.

14 Obtuſi ſunt ſenſus eorum, uſque in hodiernum diem, id ipſum velamen poſitum eſt ſuper cor eorum, L.11. q.17. nu. 84. p.428

CAP. V.

5 Qui autem fecit nos, in hoc ipſum Deus, qui dedit nobis pignus ſpiritus, I.1.q.11. n.63. p.535

16 Si cognovimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed jam nunc non cognovimus, A.16.q.2 n.6. p.310

19 Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, I.1.q.12. n.68. p.537

CAP. VI.

4 In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, M.10. q.6. n.28. p 93

CAP



CAP. VIII.

2 Notam vobis facio gratiam quæ data eſt mihi in Eccleſiis Macedoniæ; quia in multo experimento tribulationis, M.25.q. 8 n.46. p.243

9 Qui cum Deus eſſet, propter nos egenus factus eſt, Joan.11. q.3.n.8. p.600

CAP. IX.

10 Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, idem multiplicat ſemen veſtrum, ut augeat incrementa frugum juſtitiæ veſtræ. A.4. q. unica n.7. p.292

CAP. XI.

29 Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego non uror? I.2. q.1. n.4. p.540

CAP. XII.

2 Scio hominem raptum hujuſmodi, uſque ad tertium cœlum, & ibi audivit arcana Dei, quæ non licet homini loqui, M.6 q. 2. n.9. p.60

7 Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Sathanas, L 21. q.1.n.1.p.505

---

*Ex Epiſtola ad Galatas.*

CAP. II.

9 Cùm cognoviſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Jacobus & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ L. 19. q. 7. nu. 42. p. 499

20 Chriſto confixus ſum cruci: vivo autem jam non ego, vivit verò in me Chriſtus, I.1. q 6. n.25. p.528

CAP. IV.

4 Cum autem venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, L.11 q.4. n.16. p.415

7 Quoniam autem eſtis filii, miſit Deus ſpiritum filii ſui in cordibus veſtris clamantem, Abba Pater, I.14.q.2. n.9. p.622

CAP. V.

17 Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, ſpiritus adverſus carnem: hæc ſibi invicem adverſantur, I. 1. q.6. n.26. p.528

CAP. VI.

6 Nolite errare: Deus non irridetur, M.9 q.9 n. 45. p.86

14 Mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, I.12.q.2.n. 24. p. 603

---

*Ex Epiſtola ad Epheſios.*

CAP. I.

10 Inſtaurans omnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quæ in terris ſunt, M.17 q.4. nu. 21. p.144

14 Credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis æternæ, I.1. q.11. n.63. p.535

CAP. IV.

13 Donec occurramus in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, M. 22. q.4. n.24. p.226

CAP. V.

3 Erunt duo in carne una, ſacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia, I.3. q.7.n.49. p.555

29 Nemo enim carnem ſuam unquam odio habuit, M 19. q.6. n.46. p. 159

30 Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una, M.19.q.6.n.43.p.160

CAP. VI.

12 Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, aut ſanguinem, ſed adverſus principes, & poteſtates tenebrarum harum, M.26 q.6. n.30. p.253

17 Galeam ſalutis aſſumite; quod eſt verbum Dei, M.11. q.6. n.28. p.101

---

*Ex Epiſtola ad Philippenſes.*

CAP. II.

6 Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, L.1.q.8. n.31. p.342

8 Humiliavit ſemetipſum factus obèdiẽs uſque àd mortem, mortem autem crucis, pròpter quod Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, L.2.q.2. n.36. 27. p.364. I. 12. q.12. n.72. p.612

9 Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genu flectatur, *L.*1.q.1. n.5. p.336

CAP. III.

8 Omnia detrimentum feci, ut Chriſtum lucrifaciam, M.2.q.10. n.50. p.32

12 Sequor autem ſi quomodò comprehendam, in quo comprehenſus ſum à Chriſto Jeſu, L.19. q.5. n.28. p.496

CAP. IV.

4 Gaudete in Domino, ſemper iterum dico gaudete, modeſtia veſtra ſemper nota ſit omnibus, M.25. q.5. n.22. p.238

7 Pax Chriſti,, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Jeſu, L.21. q.3. n. 11. p. 506

12 Scio ſatiari, & eſurire, abundare & penuriam pati, L.14. q.5. n.23. p.475

13 Omnia poſſum in eo qui me confortat in Chriſto, M.9. q.7. n.35. p 84

### *Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.*

CAP. II.

9 In Chriſto habitat omnis plenitudo divinitatis co.poraliter, & eſtote in illo repleti, I.1.q.8. n.38. p.531

15 Expolians principatus, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſos, M. 1.q.18. n.90. p.21

CAP. III.

51 Surrexiſtis cum Chriſto quæ ſurſum ſunt quærite ubi Chriſtus eſt ad dexteram Patris, I. 6. q.11. n. 48. p.581

17 Omnia quæcumque facitis in verbo, aut opere, omnia in nomine Jeſu Chriſti facite gratias agentes Deo per ipſum, L.11.q.22. n.117. p.435

CAP. IV.

18 Salutatio manu mea Pauli: memores eſtote vinculorum meorum, M.11.q.2.n.8.p.98

### *Ex 1. ad Theſſalonicenſes.*

CAP. II.

5 Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, neque in occaſione avaritiæ, L.6.q.1. n.3. p.381

CAP. IV.

13 Credimus, quòd Jeſus mortuus eſt, & reſurrexit, & ita & Deus eos, qui dormierunt per Jeſum adducet cum eo, I.12.q.5.n.36 p.605

15 Ipſe Dominus, in juſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo, L.19. exp.2.n.32. p.497

15 Rogamus vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & proſunt vobis, L. 19.q.6 n.35. p.497

### *Ex 1. ad Timotheum.*

CAPUT III.

2 Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, pudicum hoſpitalem, Matth. 29. quæſt. 6. nu. 28. p. 239

CAP. VI.

9 Qui volunt divites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, M.9.q.3. nu. 16. p.81

13 Præcipio tibi coram Domino, ut ferves mandatum, ſine macula irreprehenſibile, uſque ad adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, L.10. q. 2. nu.8. p.403

20 O Timothee depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, M.15. q.1. n. 2. p. 125

### *Ex 2. ad Timotheum.*

CAP. II.

4 Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus, L.12. q.2. n.13. p.443

CAP. IV.

16 In prima mea defenſione, nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur, L.1.q.6. n.28. p.341

### *Ex Epiſtola ad Titum.*

CAP. II.

1 Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, & neminem blaſphemare, L.19. q.6. n.32. p.497

### *Ex Epiſtola ad Philemonem.*

CAP. II.

1 Paulus vinctus Chriſti Jeſu, & Timoth. frater, M. 11. quæſt. 2. n.8. p.8. & 17. q. 1. n.3. p.141

### *Ex Epiſtola ad Hebræos.*

CAP. I.

9 Cùm iterum introduxit primogenitum in orbem terrarum, dicit: adorent eum omnes Angeli Dei, M.1.q.19.n.100.p.25

CAP. II.

10 Dicebant eum propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloria adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummare, L.13. q.8.n.68 p. 469

CAP. IV.

15 Non enim habemus pontificem, qui non poſſit condolere infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia, L.23. q.4.n. 18. p. 517. I.6.q.3 n.8. p.572

CAP. VII.

1 Melchiſedech, Rex Salem ſacerdos Dei altiſſimi, primum quidem, qui interpretatur rex juſtitiæ: deinde autem & Rex Salem quod eſt Rex pacis. M.1.q.9.n.42 p. 10

CAP. IX.

4 In qua urna aurea habens Manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti, L.1. q.13.n.70.p.349





15. Morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, M.11.q.5.n.23.p.101 & M.26. q.2. n.10.p.249

19 Lecto omni mandato legis à Moyſe univerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccinea, M.11 q.5. n.23. p.101

CAP. X.

1 Umbram habens lex futurorum bonorum non ipſam imaginem rerum, I.1.q.121. n.70.p.537

14 Una enim oblatione conſummavit in ſempiternum ſanctificatos, Luc.13.q.8.n.68 p.469

CAP. IX.

4 Fide plurimam hoſtiam Abel obtulit, quam Caïn, L.7 q.5.n.22.p.388

24 Fide Moyſes grandis factus negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei quàm temporalis peccati habere jucunditatem, L.11.q.21. n. 109. p.435

37 Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, in ſolitudinibus errantes anguſtiati, afflicti, quibus non erat mundus dignus, A.1.q.2. n.13. p.240

40 Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur, L. 13. q 3. n.19. p.459

CAP. XIII.

4 Ut honorabile connubium in omnibus & thorus immaculatus, M.19. q.6. n.49. p.160

### *Ex Jacobo Apoſtolo.*

CAPUT. I.

6 Poſtulet in fi e nihil hæſitans: qui autem hæſitat ſimilis eſt fluctui maris, L.18.q. 3. n.24. p.489

17. Omne datum optimum, & donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, I.1.q.3. n 11. p 526

CAP. II.

10 Quicumque autem totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus, n.125 p.437

12 Sic loquimini, ſic facite ſicut per legem libertatis incipientes judicari, L. 19. q.5 n.29. p.342

CAP. III.

7 Quæ enim deſurſum eſt ſapientia, primum quidem publica eſt, deinde pacifica, A. 9. q.4.u.24. p.312. l.8.q.1.n 4. p.586

CAP. V.

1 Agite nunc divites, plorate ululantes in miſeriis veſtris, quæ advenient vobis: Ecce merces operariorum, L.17.q.1. n. 7. p.480

2. Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt, I. 6. q.4.n.17.p.574

9 Nolite ingemiſcere fratres, in alterutrum, ut non judicemini: Ecce Judex ante januam aſtitit, M.24. q. 2. nu.13. p. 224

17 Elias oratione oravit, ut non plueret ſuper terram, & rurſum oravit, & cœlum dedit pluviam. L.1. q.3. nu.12.p.337

### *Ex 1. Petri.*

CAP. II.

13 Subjecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive regi, quaſi præcellenti, L.3.q.7. n.62.p.369

CAP. IV.

14 Quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, qui eſt ejus Spiritus, ſuper vos requieſcit, I.14.q.2. nu. 9. p.622

### *Ex 2. Petri.*

CAPUT II.

14 In conviviis luxuriantes vobiſcum, oculos plenos, & inceſſabilis delicti, L.14.qu. 2. n.12. p.473

CAP. III.

3. Venient in noviſſimis diebus in deceptionem veſtram, juxta proprias concupiſcentias ambulantes, L.18.q.2.n.23. p.488

### *Ex 1. Joann.*

CAP. V.

3. Hæc eſt Charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus, M.11.q.5.n.19. p.100

### *Ex Juda Apoſtolo.*

5. Non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit: Imperet tibi Dominus, L.11. q.12. nu.58. p.423

19. Qui ſegregant ſemetipſos animales ſpiritum non habentes, L.12.q.1. n.22.p.444

### *Ex Apocalypſi cap. I.*

CAPUT. I.

5 Jeſus lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, I.1.q.12. n.69. p.537

8. Ego ſum Alpha, & Omega, principium & finis, M.17.q.2. n.7. p.142

13. Veſtitum podere, præcinctum, ad mamillas zona aurea, L.2. q.4. n.25. p 362

16. Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem, & de ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat, & facies ejus ſicut Sol lucet in virtute ſua, M.2. q.3.n. 13. p.26. & q. 4. n.15. ibid.L.1.q.5. n.19. p.339

CAP. II.

4. Habeo adverſum te pauca, quia Charitatem tuam, primam reliquiſti, memor itaque eſto unde excideris, L.12. q.8. n.55, p. 451

# Loca Sacræ Scripturæ


CAP. V.

1. Vidi in dextera ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intus, & foris, ſignatum ſigillis ſeptem, L.1.q.6.n.27.p.8.

6. Vidi tanquam Agnum occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos, ſeptem: qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram, M.15.q.3.n.10.p.127.

7. Et venit, & accepit de dextera ſedentis in throno, librum. L.4.q.2.n.19.p.375.

8. Et cùm aperuiſſet librum, quatuor animalia, & vigenti quatuor ſeniores, ceciderunt coram Agno, L.4.q.2.n.26.p.377.

5. Vincit Leo de tribu Juda, radix David aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus, I.1.q.1.n.75.p.538.

9. Et cantabant: Dignus es Dñe accipere Librum, & apperire ſeptem ſingnacula ejus: quoniam occiſus es, & redemiſti nos in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, L.12.q.6.n.38,p.448.Joan.12.q.9.64.p.60.

10. Et feciſti nos Deo noſtro regnum, & regnabimus ſuper terram, M.24.expoſ.4 n.48.p.230

CAP. VI.

6 Et audivi tanquam vocem in medio quatuor animalium: Bilibris tritici denario & tres bilibres hordei, denario, & vinum & hordeum, ne læſeris, M.21.q.1.n.21. p.185

9 Vidi ſub altare animas interfectorum, propter verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant, M.10.q.4.nu.18 p.91

10 Et clamabant voce magna dicentes: uſquequò Domine, Sanctus, & verus, non judicas, & vindicas ſanguinem noſtrum, M.5.q.6.n.29.p.55

CAP. IV.

10 Providebant viginti quatuor Seniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ante thronum, I.6.q.12 n.35.p.552

CAP. VII.

9 Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei vivi, & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ & mari, M.27.q.2.n.3.p.258

CAP. X.

1 Et vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cœlo, amictum nube, & iris in capite ejus & facies ejus erat ſicut Sol, A 9. q.4.n.24.p.312

2 Habebat in manu ſua Librum apertum & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, L.8 q.1.n.1.p.586

CAP. XI.

12 Audierunt vocem magnam de cœlo dicentem eis: Aſcendite huc. & aſcenderunt in cœlum in nube, & viderunt inimici eorum, L.21.q.1.n.2.p.505

CAP. XII.

Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim, Matth. 1.q.1.n.4.p.4.L.1.q.14.n.78.p.250

3 Ecce draco magnus rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus ejus diademata ſeptem, M.15.q.3.nu.10. p.127

4 Et draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut cum peperiſſet filium ejus devoraret, L.1.q.3.nu.15 p.338

CAP. XIII.

4 Et adoraverunt beſtiam dicentes: quis ſimilis beſtiæ, & quis poterit pugnare cum ea, & datum eſt ei, I.6.q.5.n.3.p.571

11 Vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo ſimilia Agni, & loquebatur ſicut draco, Luc.8.q.2.nu.12 p.393

CAP. XVI.

1 Ecce Agnus ſtabat ſupra montem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis. M.1.q.14 nu.70.p.16

CAP. XVII.

1 Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt reges terræ, M.14.q.3.nu.19.p.122

15 Et dixit mihi: Aquas vidiſti ubi meretrix ſedet, populi ſunt & gentes, & linguæ, I.1.q.5.n.32.p.545

CAP. XXI.

1 Vidi cœlum novum, & terram novam: primum enim cœlum, & prima terra abiit, L.11.q.11.n.57.p.422

2 Et ego Joannes vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam deſcendentem de Cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, L.10.q.5.nu.21.p.406

9 Et venit ad me unus de ſeptem Angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis noviſſimis: & locutus eſt mecum dicens: Veni, & oſtendam tibi ſponſam uxorem Agni, I.10.q.3.n.12.p.593.& 15.q.2.n.9.p.627

CAP. XXII.

2 Ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos, reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentium, M.21.q.3.n.31 p.187


INDEX

# INDEX CONCIONATORIUS.

Cùm totus hic Liber ſit pro Evangelio explicando; hic index poterat videri ſuperfluus; ad majorem tamen abundantiam, illum hîc reponimus.

*Littera M. Matthæum, A. Marcum, L. Lucam, I. Joannem, numerus ſequens Caput, Exp. Expoſitionem, q. quæſtionem, n. numerum marginalem, p. denique paginam indicant.*

## DOMINICA I. ADVENTUS.

*Luc. 21.*


*ERUNT ſigna in Sole, & Luna.* His ſignis nos admonet Deus, ut ab ejus ira ventura fugiamus, Luc.13.q.4.n.26.27.28.29.p.460.461

*Erunt ſigna in Sole & Luna* Admonetur peccator ut Deum judicem timeat, M.27.q.7.n.45.46.p.266

*Erunt ſigna in Sole*, ut appareat obduratio peccatoris, quæ adhuc ſub flagelio non emendatur, M.24.q.3.n.2.p.222

*Erunt ſigna in Sole, & Luna.* Bonorum temporalium finem nobis proponit Spiritus Sãctus ut emendemur, A.8.q.3.n.20.21.p.307

*Erunt ſigna in Sole*: Ut ſcribit D.Matth.24.Sol obſcurabitur, videns horrorem divinæ juſtitiæ, A.3 q.1.n 4.p.285

*Erunt ſigna.* Cùm tanta ſigna præcedant, ante diem judicii, cur ipſe tam repentinus erit, ut dicat Chriſtus de illo, neque filius hominis, neque Angeli in cœlo, ſed ſolus Pater ſcit? M.24.q.3.n.18.19.20.21 p.225

*Areſcentibus hominibus præ timore.* Si ignis inferni modò ardet in noſtra cogitatione, poſtea non ardebit, I.15 q.3.n.12.13.& 14.p.627

*Areſcentibus hominibus.* Ratio reddenda in die judicii, maximè timenda, L.19.q.5.n.28.Ex quo diabolus etiam timet diem judicii, A.1.q.3.n.17.p.281

*Areſcentibus hominibus.* Ex minace ſupplicio tot ſignis viſis inducuntur homines ad vitæ novitatem, I.5.q.2.n 8.9.10.p.565

*Eſurivi, & dediſtis mihi manducare.* Benignitati in pauperes comparatur Regnum cœlorum, I.12 q.8.n.52.54.p.608

*Quod feciſtis uni ex fratribus meis, mihi feciſtis.* Pauperes, & humiles maximè elevantur à Chriſto, L.14.q.4.n.17.18.p.474


## DOMINICA II.

*Matth. 11.*


*CUm audiſſet Joannes in vinculis.* Maximè magnificatur Joannes, quod eſſet ipſe in vinculis cum regnat Herodes, I.1.q.6.n.26.& 28.p.529.Joan.8.q.2.n.7.8.& 9.p.587

*Joannes in vinculis.* Utpote Dei dilectiſſimus; Juſtus tanquam Dei agricultura multis laboribus exercendus, Luc 21.q.3.n.15.p.507 I.15.q.1.n.1.2.3.& 4.p.625

*Mittens duos de diſcipulis ſuis.* Non ſolum Joannes ducebat ad Chriſtum, ut prædicabat in Jordane, ſed etiam cùm eſſet in vinculis, M.21.q.3.n.29 30.31.p.187

*Mittens duos de diſcipulis ſuis.* Cum eſſet Joannes in vinculis, ac illis oppreſſus etiam de aliorum ſalute agit, quod eſt valde divinum, Matth.11.q.2.num.5.p.97.L.21.q.2.nu.6.p.506

*Mittens duos de diſcipulis ſuis.* Interior virtus Joannis etiam reſplendet exterius de aliorum ſalute agens, L.11.q.22.nu.116.117.118.p.435

*Mittens duos*; non omnes, ſed duos, quia non omnes ſunt apti miniſtri, ſed ille tantum, de quo experimentum habetur, L.19.q.8.n.42.& magna prudentia requiritur in miniſtro eligendo, M.23.q.7.nu.64.65.66.67.p.214.& valde raro bonus miniſter invenitur, M.24.q.7.n.49.50.p.230

*Tu es qui venturus es.* Ita ut tota noſtra ſpes ſit in te ſolo & in nullo alio, L.21.q.1.n.3.4.& 5.p.505.506

*Ite, dicite Joanni, quæ vidiſtis, cæci vident, claudi ambulant.* Prædicator potius debet dicere opere, & actione quàm verbo, M.5.q.2.n.7.p.51.& q.5.n.24.p.54.M.13.q.5.n.23.24.p.113

*Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur.* Tanquam quid majus, ac rarius ultimo loco ponitur quod pauperibus, à quibus nihil ſperatur, regnum cœlorum annuntietur, Matth.24.quæſt.8.n.56.p.231


Cœpit

*Cæpit dicere de Joanne.* Joannes unum, vel alterum verbum dixerat de Chriſto. Chriſtus ampla viciſſitudine multa dixit de eo, I.6. q. 3, n.15. p.574

## DOMINICA III. ADVENTUS.

*Ioann.* 1.

*Miſerunt Judæi ab Ieroſolymis.* Judæi ad Joannem, ut eum tanquam regem, ac Meſſiam ſuum haberent; Juſtus etiam ab iniquis, ac depravatis veneratur, ac honoratur, M.10.q.3.n.14.15.16. p.91

*Miſerunt Judæi Sacerdotes, & Levitas.* Sacerdotes & Levitæ, qui erant ſanctiores, & religioſiores in populo deſtinantur, ut ſub tegumento ſanctitatis Judæi velarent ſuum venenum, M.6.q.1. n.4.p.59.M.19 q.1.n.7 8. & 9. p.153

*Miſerunt Judæi ad Joannem.* Hæc interrogatio quæ ad ſpeciem poterat videri bona, ſed cum eſſet ex mala intentione, ut Joannes profiteretur de ſe, quod non erat, totus illius valor deperditur, L.1. q.20. nu.103. 104. 105. p. 432. 433. & q. 24. n.123. 124. 125. p.437. M.3. q.4.20.21. p.43

*Tu es, qui venturus es.* Super interrogant, exiſtimantes ſuis cogitationibus ac placitis nihil poſſe reſiſtere, Matth. q.7. n.35.36. 37. p. 29.30

*Et confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus.* Dum Joannes inter ſuas metas ſe continet, & non vult eſſe quod non erat, inde maximè exaltatur, Luc.11. q.25. n.77. 78. p.427

*Propheta es tu, & dixit, non.* Cum Joannes non ſolùm eſſet propheta, ſed etiam pluſquam propheta, & dum negat id quod erat, inde maximè ſublimatur pluſquam id quod erat, ut Angelus diceretur, L.12. q.7.n.44. 45. p.449. Luc.17. q.2. n.14.15, p.481. Vide: Verb. *Humilitas.*

*Et dixit, non ſum.* Cum ſe ſine ulla dignitate dicit, inde illâ maximè probatur dignus, M.1.q.15.n 75

*Prædicans in deſerto.* D. Thomas lect. 12. ait: *Ut in deſerto manens immunis eſſet ab omni peccato: ut ſic dignior eſſet Chriſti teſtimonium ferre: & ex vita ſua teſtimonium ſuum credibilius eſſet hominibus.* Prædicatoris vita, & morum compoſitio potentiſſima ad peccatores convertendos, Matth.3. q.1.n.2. & 3 p. 39.40. Matth. 13. q. 5. nu.22. 23. p. 113

## DOMIN. IV. ADVENTUS

*Luc.* 3.

*Procurante* Pontio Pilato *Judæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode.* Diviſum erat regnum, ac proinde nihil in eo erat Spiritus Divini, ſed tantum diabolici, L.12.q.1. n.2. p 441. & 4.7.8. p 442

*Procurante Pontio Pilato.* Deſcribuntur peſſimi ac facinoroſi regentes, ut inde totum regnum depravatum intelligatur, populus principum mores ſequitur, Matth.2. q.6.n. 30.31. 32. p. 29

*Procurante Pontio Pilato.* Proponitur Reſpublica extremo malo oppreſſa tot iniquorum Principum, & tunc cum humana deficiunt adeſt Dei remedium, M 8. q.7. n.31. p.74. L 2. q.2. n.13. 14. p. 559. 360

*Procurante Pontio Pilato.* Impii & mali in dignitate, probi ſine illa, M.20. q 1. n.4 p.24. quod eſt quid valde monſtruoſum, M.6.q.3. n. 9.10.11.& 12.p.382

*Factum eſt Verbum Domini ſuper Joannem.* Dicitur Verbum Domini factum, non prolatum, qui Verbum Dei annuntiat prius illud debet in ſe facere vita, moribus, quam ore proferre, *Vide Prædicator.*

*Factum eſt Verbum.* Id eſt, quia Joannes omnino independens erat à principibus, ac ab omni commodo temporali, inde in eo factum erat verbum Domini, M.24. q.8. n.55 56. p.231

*Super Ioannem in deſerto.* Merito dicitur Verbum factum ſuper Joannem in deſerto. Qui temporalia deſpicit, verbo Dei impletur, & ad ſublimia elevatur, M.14. q.3. n.19.20.21. p. 22, & 23.q.8. n.71. p.25

*Filium Zachariæ.* Talis Patris filius dicitur, pro ornamento, ac decore tanti Patris, M.19. q. 14 n.109. p.171. I 1.q.2. n. 7. & 8. p.525. & q.3. n.1. p.526

*Vox clamantis in deſerto.* Ipſe auſterus vivendi modus, ipſa dura, ac aſpera vita in deſerto erat vox clamans, *Luc.*7.q.6.n.19.p.388

## SERMONES

Quadrageſimales.

## FERIA IV. CINERUM.

*Matth.*

*Cum jejunatis nolite fieri ſicuti hypocritæ triſtes.* In exordio hujus ſancti temporis docet nos Dominus hypocriſim fugere, ne ſpeciem boni ferentes, malum faciamus, M.9.q.1. n.1.& 2. p.59

*Memento homo*, & ideo ad ſuperbiam, ac jactantiam vitandam Eccleſia nobis proponit noſtra principia cinerum, ut ita à gravi ruina fugiamus, M.26. q.7. n. 37.38. p.254. ut ita homo fiat particeps myſteriorum hujus Sancti temporis, I.19.q.1.n.8. p.634

*Memento homo.* In exordio hujus ſancti temporis, admonetur homo, ut fructus pœnitentiæ faciat, Dei dona occultare, ne pereant, M.5.q.4.n.20.21.22.p.53.& q.5.n.25 p. 54

*Memento homo.* Homo maximè debet intendere in ſe habere Chriſtum, ad quod multum conducit memoria mortis, M.16. q.6. n.40.41. p.138

*Memento homo.* Dies mortis maximè cogitandus,



tandus, quia quando minus ſperatur, ac recogitatur, tunc adveniet, & nos tenebit. M. 24.q.6.nu.39.40.41.p.228

*Memento homo*, Eccleſia Sancta, quæ Spiritu Sancto regitur, nobis mundalium rerum proponit finem, & interitum, A.8.q.3.n.20. 21. p.307

## FERIA V. POST CINERES.

*Matth.* 8.

*Acceſſit Centurio rogans eum, & dicens: Puer meus jacet.* Orig. homil. in Div. Matth. locis ait: *Multi illo tempore rogabant pro diverſis infirmitatibus, nullus tamen pro ſervo, niſi iſte ſolus, & hoc ei, ad beatitudinem, & coronam gloriæ erat.* Magnitudo Principis non ſolum magnos, ſed etiam parvos reſpicit, M.19.q.13. n.104.105. 106. p.170

*Puer meus jacet.* Bonus Dux, non de ſe, ſed de ſuo ſervo agit, Princeps magis intendat benefacere ſuis, quàm ſibi, *L.*12. q 8. n.50.51 p. 450

*Acceſſit ad eum Centurio.* Vexatus & afflictus calamitate, ac infirmitate ſervi; Labores ac preſſuræ nos ad Chriſtum ducunt, L. 23.q.2 n.8.9.10. p.516

*Puer meus jacet.* Vera charitas aliena calamitate, ac miſeria maximè movetur, & excitatur, Joann.2. q.1.n.4.& 5.p.540

*Ego veniam, & curabo eum.* Unde Centurio obtinet à Chriſto, tam promptè, ac faciliter id, quod petebat; impetrat enim ex humilitate qua petebat: *Domine non ſum dignus*, L. 12. q.7. nu.44.45. p.449. L.17. q.1. nu. 14. 15. p.481

Dico *huic vade, & vadit; & illi veni, & venit.* Nam etſi mandata diverſa, tamen benignitas Centurionis in ſuos, faciebat, ut promptè exequerentur, nam hoc princeps maximè ſuorum animos devincit, I.10. q.2. n.6.& 7 p. 592

*Sanatus eſt puer in illa hora.* Centurio laudatur à Chriſto de fide firma, & fides optata impetrat, M.15. q.7. n.29. p.130

*Filii regni ejicientur foras.* Et Gentes in eorum locum introducuntur, ut ait Euthymius, ob earum pœnitentiam ſuorum errorum, & hæc maximè nobilitat & exaltat homines, Matth.1. q.6. n.28.29.30. p.38

## FERIA VI. POST CINERES.

*Matth.* 5.

*Audiſtis quia dictum eſt antiquis: diliges proximum tuum.* Quod deſumptum eſt ex Levitic.19. n.17. Ubi lex præcipiebat. *Diliges amicum tuum.* Charitas Judaica amico tantum; Pietas verò Chriſtiana cuique proximo inſervit, Matth.5. q.4. n.28 Lex enim gratiæ multo perfectior antiqua, I.1. q.12. n.71. p.538

*Et odio habebis inimicum tuum.* Odium enim intrinſece malum eſt, & lex non imperabat; ſed apertè oppoſitum, ut dicitur Levit. 19. n.17. *Non oderis fratrem tuum.* Tamen Phariſæi per depravatas additiones, legem Dei corruperant, ac violaverant, M.15.q.3. n.11 12. & 13. p.127

*Diligite inimicos veſtros.* Inimicorum dilectio multa bona impetrat, & magna merces ei eſt propoſita, Matth.5. q.18. nu.37. 38. 39 p. 56

*Orate pro perſequentibus vos*, Quia eorum perſecutiones, ad magnam meſſem, ac mercedem comparandam inſerviunt, L.21.q.7.n. 3. p.505. L.18.q.1. n.1.2

*Orate pro perſequentibus vos.* Oratio pro inimicis multa bona impetrat, M.5.q.8.n.38. 39. p.56

*Qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos.* Deus ſua beneficia omnibus communicat, I. 5. q.8. n.38.39.40.p.531. I.2.q 1.n.1.p.539

*Ut ſitis filii Patris veſtri.* Perfecta dona non in uno coarctantur, ſed ad omnes extenduntur, L.19. q.4. n.23.26. p.495

## SABBATHUM POST CINERES.

*Marc.* 6.

*Erat navis in medio maris, Jeſus ſolus in terra.* Jeſus in terra, ipſi autem Apoſtoli ab eo in mari diviſi, ideo in tempeſtates, ac procelloſos fluctus incidunt, M.20. q.2. nu.9. & 10. p. 177. Matth. 24. q.5. n.33. 34. 35. p. 227

*Vidit eos laborantes in remigando.* Deus permittit, ut ſui laboribus vexentur, & per labores, eos ad ſe adducit, L. 21.q.4. n.15. L.23.q.2 n.8.9.10. p.516

*Vidit eos laborantes in remigando.* Ut eos vidit laborantes, ſtatim adeſt illis Jeſus. Perfecta charitas maximè movetur ad ſubveniendum, viſa aliena preſſura, I. 2. q.1. n.4. & 5. p.542

*Volebat præterire eos.* D. Bernard. ſerm. 74. in Cantic. ait: *Ne tunc quidem iſtud volebat, ſed magis probare fidem & audire precem*, Etſi Deus volebat ſubvenire, hoc tamen interveniente oratione, quæ habet quandam Omnipotentiæ æmulationem, M.14. q.4. n. 23. p.122

*Putaverunt phantaſma.* Semper timidis omnia videntur majora, ac aliter ut ſunt, M.14.q.2. n.10.11.& 12. p.80

*Confidite filii.* Eos ad fidem exhortatur, nam per fidem omnia mala ſuperantur, Matth.14 q.3. n.17.& 18. p.121. M.14. q 7.n.29.p.130

## DOMINICA. II.

*Matth.* 4.

*Ductus eſt Jeſus in deſertum.* Poſtquam Chriſtus Dominus à Joanne fuit laudatus; ab æterno Patre prædicatus Filius ejus; Tunc ductus eſt in deſertum, ut ſplendorem

dorem generis glorioſis operibus comprobaret, M.1. q.9. nu.39. 40.41. p.10. M.8. q 9 q.42.43. p.76

*Ductus eſt in deſertum.* Ut laudes, ac acclamationes datæ ab Æterno Parente, ac Joanne operibus, ac meritis correſponderent, A. 11. q. 3. n.7. p.317.

*Cum jejunaſſet quadraginta diebus.* Chriſtus Dominus jejunan, antequam doceat, ac Sacramenta inſtituat, juxta D. Maxim. homil.3. de Quadrageſima; ut inde inſtruamur, quantum nos debemus jejunare ad recipienda Sacramenta, M.6.q.2.n.7.& 8.p.60

*Eſuriit, & accedens tentator.* Stultus Dæmon, quia viderat eſurientem, non debebat accedere, nam neceſſitas vox viva, & precaria eſt ad excitandam divinam largitatem, Joan. 2. quæſt.2. n.6. 7. p.540. Joan.5. q.2.nu.8. p. 565

*Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant.* Et noluit miraculum facere, quia inde nullus noſter proventus, nullumque commodum erat eventurum, Luc. 11. quæſt. 14. nu.73. p. 426

*Non in ſolo pane vivit homo.* Bene D. Chryſoſtom. Druthmanti. inquiunt: *Illa anima, quæ verbo Dei non paſcitur, muta jacet.* Verbum Dei efficax ad deſtruenda omnia contraria tela, M. 19.q.4. n.30. 31. p.157

*Tunc accedens tentator.* Diabolus devictus in una tentatione, non quieſcit, ſed inde magis accenditur, & ſtimulatur ad tentandum, M. I.3 q.3. n.11.p.111

*Statuit eum ſuper pinnaculum Templi.* Non ut honoraret, ſed ut diſceret, nam repentina & ſubitanea aſcenſio ad dignitates, valde ſuſpecta eſt, L 12. q.3.n.22.23. & 24. 25. & 26. p.444. & 445

*Super pinnaculum templi.* Ut templum pedibus conculcaret, & contemneret, & inde in grandia, & gravia mala incideret, M. 23. q. 13.n.93.94.p.219

*Oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* In imagine ſcilicet, ut ſuo loco dixi, & D. Lucas ſcribit in momento temporis, ut oſtendatur brevitas temporalium bonorum, M.24. q.2. n.14. p.224.A.3. q.2. n.11.13.p. 286. & 287

*Vade Sathana.* Durius ſe habet Chriſtus in hac tentatione cum diabolo, quàm in aliis, quia quæ Dei erant, volebat ſibi uſurpare, omnium Dominum ſe dicens, Marc.12.q.4 n.24. 25

## FERIA II. A DMONICA I.

*Matth. 25.*

*CUm venerit filius hominis.* Dies judicii plenus iræ, tamen ſumma Dei miſericordia reſplendet, quod illum nobis proponit, ut illius ſupplicia, ac horrores evitemus, I.51. q.2. n.8.9. p.617

*Cum venerit filius hominis* Oſtendens ſuam benignitatem, & ſeveritatem, benignitatem erga bonos, ſeveritatem erga peccatores, M.10. q.8. n.39.40. p.95

*Separabit eos.* Ut iniqui puniantur; Divinitatis ſignum caſtigare, ac punire impios. A.11. q.4. n.24.25. p.320

*Sitivi, & dediſtis mihi bibere.* Quodlibet minimum opus factum, in obſequium Dei, habet ſuum præmium, L.21. q.7. n.28.29.30 p.509. & 510

*Quod feciſtis uni ex fratribus iſtis minimis.* Cum Rex eſſet in ſupremo majeſtatis ſuæ ſolio, tamen abjectos & minimos dicit fratres, quod denotat quandam æqualitatem, ecce ſumma benignitas, M.8.q.1.n.4.& 5.p.70

*Benedicti Patris mei.* Non ait Benedicti mei, ſed Patris, quia in promulganda ſententia, non ſuam ſed Patris voluntatem attendebat, I.15. q.2.n.12.13. p.627

*Ite maledicti.* Non ait à me, nec à quo ſint maledicti, exprimitur, quia eorum nequitia, ac prævaricatio, eos maledictos reddebat. L.19 q.8. n.47. 48 p 500

Vide Dominicam primam Adventus.

## FERIA III. ADOMINICA I.

*Matth. 21.*

*INtravit Jeſus in Templum, & ejiciebat vendentes.* Ubi Jeſus in civitate intravit, ad templum acceſſit; ſtatim in primo civitatis ingreſſu templa viſitanda, A.11. exp.1.nu.2. p.316

*Ejiciebat vendentes.* Nullos alios tam durè, ac aſperè Chriſtus D. tractaſſe legitur, ut hos vendentes. Eccleſia ſummè veneranda, & prophanantes rigidè puniendi, M.23. q.13. nu.93. 94. p.219

*Menſas nummulariorum ſubvertit.* In nummularios aureos in templo, Chriſtus, & non in illos, qui erant extra templum, quia ob aurum contemnebant homines divina, ut aurum adorarent, M.23. q.3. n. 24. 25. 26. p. 206

*Et cathedras vendentium columbas ſubvertit.* Vendebantur turtures, & agni ad ſacrificia: cur ergo non turturum, ac agnorum, ſed columbarum cathedræ dicuntur everſæ? In columba, cum valdè laſcivum animal ſit, oſtendebatur Luxuria, & ubi hæc intrat, nihil poteſt eſſe Dei, M.23. q.12. nu.90.91 .p.218

*Menſas nummulariorum ſubvertit*, & quomodo tam turpiter homines in templo negotiabantur: ubi lucrum intervenit, ſtatim divina contemnuntur, Joan.19. q. 3. nu.20.21. 22 p.616

*Menſas nummulariorum:* Et quomodo Sacerdotes, qui debebant zelare templi cultum, talia permittebant, comedebaut de his, quæ in ſacrificio offerebantur, & Sacerdotum avaritia multa mala introduxit, A.11.q.1. nu.5. p.317.& q.3. nu.20.21.22. p.319

*Indignati ſunt.* Scilicet Sacerdotes, & Scribæ, cum viderint caſtigari vendentes, extrema peccatorum malitia, quæ nec ſub flagello emendatur, M.24. q.3. n.2. Nec viſo aliorum ſupplicio emollitur, M.23.q.10. n.77. 78. 79. p. 216





## FERIA IV. à DOMINIC. I.

*Matth. 12,*

*MAgiſter volumus à te ſignum videre.* Ad ſigna quærenda, nullam aliam rationem aſſignant, niſi eorum voluntatem, majorum voluntas jus legum eſt, A.6. q.2.nu.9. & 10. p.299

*Signum videre.* Ad quid tale ſignum deſiderant, nam paulo ante viderant dæmonem potenter expulſum, & multa alia mirabilia, cum hæc manibus teneant, ad quid alia requirunt, ex odio viſus humanus non quieſcit, ſed ſemper aliter judicat, ac res eſt, L. 11. q.11. n.68. Vel quia tam mirabilibus operibus Phariſæorum invidia nutriebatur, M.27.q.5 n.27. p 262

*Signum videre.* Ac ſi tot ſigna, quibus Jeſus pertranſit ſanando, ac benefaciendo, nulla eſſent, & inde eis detrahere volebant, M.9. q.1. nu.2. p.78

*Signum videre.* In hac ſua petitione, ſe depravatos oſtendunt, ac ab omni virtute alienos, quia non communia miracula, ſed inſolita, ac extraordinaria requirebant, M 2.q.8. nu. 42.43. 44. p.31

*Generatio mala, & adultera.* Quia quamvis ab ejus virtutibus defecerat, & inde adulterinum ſemen erat, Joan.8. q.3. n 14. maximè cum filii à ſuis parentibus debeãt trahere mores, M.23. q 3.n.55 56.57. p.212

*Niſi ſignum Jonæ Prophet..* Qui Chriſtum D. præfigurabat; ſub umbra autem Chriſti omnia bona confluunt in nos. Joan.3. q.2. nu. 7. p. 547

*Pœnitentiam egerunt.* Per quam maximè nobilitantur, ac exaltantur homines depulſis ſuis peccatis, M.1. q.6 n.28.29. 30. p.8

*Regina Auſtri ſurget in judicio.* Chriſtus D. ait ſuis Apoſtolis M. 19. *Cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ ſedebitis, & vos.* In judicio humiles piſcatores ſedent, & Regina aſtat, ſublimior eſt Chriſtiana paupertas omni regali dignitate, M.19. q.17. n.125.p.173

*Generatio mala.* Apud Lucam 11. n.29. *Generatio nequam.* D. Anton. Ulyſipp. ſerm. in feria ait, quod ideo dicitur mala, quia invidia erat plena, invidia commune malũ, & multa mala generat, M 9.q.2.n.8.9.& 10.p.79

## FERIA V. à DOMINICA I.

*Matth. 15.*

*ECce mulier Chananæa à finibus ſuis egreſſa.* Ut miſericordiam à Deo imperret à finibus idololatriæ exiit, ab iniquis exeundum ut bona à Deo imperes, Matth. 14. quæſt. 3. num. 16. p. 121. Matth. 27. exp. 1. n. 39. p. 165

*Ecce mulier Chananæa.* Unde mulier mota eſt, ut à finibus ſuis exiret, & Chriſtum quæreret, ex procuranda filiæ ſanitate, Tribulatio, & anguſtia propria, maximè nos ducit, ac impellit ad Chriſtum quærendum, L.23.qu.2 n.8.9.10. p.516

*Fili David, miſerere mei.* Et ſi multi eſſent in populo à Davide originem trahentes, tamen inſigniter Chriſtus filius Davidis dicitur, quia ſuis virtutibus non ſolum correſpondebat, ſed etiam excedebat Davidis virtutes, I.1.q.2. n.7.8. p.525. M.23.q.5. n.55.56. 57. p.212

*Filia mea malè à Dæmonio.* Fortiter, & inſtanter mulier clamabat, iterum, ac iterum pro ſanitate filiæ ſuæ; ex propria preſſura ac calamitate, quiſque maximè movetur, ac excitatur Matth 8.q.8. n.35.36.37. p.74 & 75.L.14. q.5. n.20. p.474

*Filia mea.* Parentes maximè ſoliciti de bono filiorum ſuorum, M.19.q.14.nu.108

*Etiam Catelli.* Mulier impetrat optata. Oratio cum humilitate exauditur, M.8.q.4 nu.18. q. 494

*Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt.* Quamvis Dominus mulieris petitionem eſſet conceſſurus, tamen repulſam dat mulieri ad ejus meritum augendum, A 9.q.1.n.3.p.309

*O mulier magna eſt fides tua.* Oratio cum fide omnia impetrat, & obtinet, M.18.q.3.n.24. 25.26.27. p.156

## FERIA VI. à DOMINIC. I.

*Joann. 5.*

*IN his jacebat multitudo magna languentium.* Jacebant tanquam gravati pondere ſuorum peccatorum, M.15.q.4. n.18.19.20.p. 128.& 129. L 13. q.6. n.47. p 465

*In infirmitate ſua* Rectè dicitur *ſua*, quia à ſua infirmitate ſuorum peccatorum omnia mala illi proveniebant, M.23. q.11. nu.82.83. 84. p. 217

*Angelus autem Domini deſcnedebat.* Et aquam movebat, & unus ſanabatur, ubi autem ad eſt Jeſus, ſalus non eſt ad unum, ſed ad omnes; qui tranſit ſanando, & beneficiendo omnes, Luc. 14. quæſt. 1. num. 5. p. 472

*Angelus autem Domini.* Angeli magno affectu ad hominum ſalutem feruntur, M.18.q 2. n. 7. & 8. p 147

*Triginta & octo annos habens in infirmitate.* Cur per tot annos permittitur pati, quia mala fortuna virtutum Schola eſt, Joan 5. quæſt. 2. n. 7. p. 565. Ut inde tantum ſanitatis donum ex morbis mereatur accipere, Matth. 1. q.5. n. 19. 20.21. p.7. L. 10.q.8. n.30. p.408

*Vis ſanus fieri.* Magna majeſtas ſuam beneficentiam erga miſerum declarat, Matth. 8. quæſt.2. n. 7. p.70. neceſſitas precaria eſt, & clamat, Joan.5. q.2 n 8. p.565. Chriſtus

maximè afficitur ad neceſſitatem laborantes, I.6.q.2. n.8. p.572

*Vis ſanus fieri.* Inde celſitudo hujus beneficii demonſtratur, quod abſq; precibus fuerit oblatum, & datum, Jo.2.q.3.n.20.21. p.550

*Vis ſanus fieri.* Animus benignus, non poteſt videre alienam miſeriam, quin ſubveniat, & ex ipſa miſeria allicitur ad ſubveniendum, M.3.q.1. n.3.4. & 5. p.285

*Domine hominem non habeo.* Qui patronum, ac fautorem non habet, nil ſperet, I.5.q.3.n.13 p.556

*Tolle grabatum tuum.* Ad quid hoc ei mandatur, ut ſemper memor ſit beneficii, & magna obſequia ſuo benefactori præſtet, L.1. q.9, n.36. p.343

*Tolle grabatum tuum.* Ne iterum repetat piſcinam in qua peccata antiqua denotabantur, nam repetere peccata grande malum, A.11. q.2. n.15.16. p.318

*Sabbathum à Dominic. 5.*

Vide ſequentem Dominicam.

## DOMINICA II.

*Matth 17.*

A*ſſumpſit Jeſus Petrum, Jacobum, & Joannem.* Hos tres præ aliis aſſumpſit; vult D. Chryſoſtom. *quia meliores.* Et tales ad dignitates eligendi, L.6. q.3. n.9.10 & 11.p.382

*In montem excelſum.* Summa claritate omnes ad montem aſcendunt, quia Chriſtus Rex præibat, Joan.10.q.2. n.6.7.8. & 9.p.592

*In montem excelſum,* In altum cacumen, & elevatum à terra eos ſecum Chriſtus adducit; quia cœleſtis gloriæ ſolum fit particeps, qui terrena dimittit, & contemnit, M.23. q.8. n. 81. p.217. L.19.q.1. n 7. p.492.

*Reſplenduit facies ejus ſicut Sol.* Sumit à nobis ſpeciem ſplendoris Solis, & dat nobis ſpeciem ſplendoris ſuæ Divinitatis, quod Deus à nobis aſſumit, in duplum dat, M.22. q.3.n. 21.22.23.p.18.Jo.1.q.5.n.21.22.23. p 528

*Apparuerunt Moyſes, & Elias.* Sed ut habet D Lucas, *Erant cum eo Moyſes, & Elias viſi in majeſtate.* Ad hanc majeſtatem vocantur hi tres Apoſtoli, & valde præclarum ad gloriam magnorum venire, M.1-q.5. nu.18. 19. 20. p.7

Div. Lucas exprimit *loquebantur de exceſſu quem completurus erat in Jeruſalem.* Nempe de morte ſua erat ſermo: & hic tractatus agitur in gloria, & majeſtate. Quia Chriſto pati, & mori, & erat ei pro gloria, ac ornamento majeſtatis, I.12. q.2. n.23. 24.25.26 p.602

*Faciamus hic tria tabernacula* Non ait domos, ſed tabernacula, quæ non ſunt permanentia, ſed tranſitoria, ut intelligamus gloriam mundialium eſſe brevem, & tranſitoriam, A.3.q.2. n.11. 12. 13. p.286. & 287. & A.8. q 3. n.20.21. p.307

*Elevantes oculos, neminem viderunt, niſi ſolum Jeſum.* Nec principium, nec finem Transfigurationis viderunt diſcipuli, quia tam ſublimis eſt Chriſti gloria, ut nullus intellectus valeat illam capere ac explicare. A.16. q.2. n.5. & 6. p.330

## FERIA II. A DOMINIC. II.

*Joan. 8*

Q*Uæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Quia non quærebant ſincero, & puro corde, ſed depravato animo, L.7. q 5. n 22 23. p.388

*In peccato veſtro moriemini* Quærentes Chriſtum etiam in peccato moriuntur, quia quærebant ſimul Chriſtum cum mundo, ac mundialibus rebus, Luc.11.q.16. n.84. p.428.M.19. q.18. n.130.131. p.174

*Quæretis me & in peccato veſtro moriemini.* Quærent Chriſtum, & non invenient, quia eum cum ſuis peccatis à ſe expulerunt, Matth.20. q 2. n.9. & 10. p.177

*Quò ego vado, non poteſtis venire,* quia à veſtris peccatis impedimini, ne me ſequamini, M. 8. q.5. n.25.26. p.73

*Quò ego vado, non poteſtis venire.* Bonis, quæ à Chriſto veniunt, ſolum juſti illis replentur, qui ipſum ſequuntur, non verò alieni, Jo. 5. q.4.n.16. 17. 18. p.567

*Dixi vobis, quia in peccato veſtro moriemini.* Chriſtus non ſtatim infert ſupplicia, ſed eſt longanimis in expectandis peccatoribus, expectat enim ut menſura peccatorum impleatur, M.23. q.3. n.61.62.p.213

*Dixi vobis, quia in peccato veſtro moriemini.* Summa miſeria, quod ex Chriſti ſequela, unde alii habent vitam, ipſe homo inveniat mortem, L,13. q 2. nu. 20. p.456

## FERIA III. A DOMINICA II.

*Matth. 23.*

S*Uper cathedram Moyſis ſederunt Scribæ.* In eadem cathedra, in qua erant Scribæ, fuit pius, & ſanctus Moyſes, non enim à loco, ſed à meritis ſumenda eſt dignitas & corona, *Luc.* 6. q.3. nu. 10.11.12. p. 383

*Sederunt Scribæ, & Phariſæi:* Sic frequenter accidit ut mali, & peſſimi, ſint in dignitate, à qua excluduntur boni, & digni, M.2. quæ. 1. nu. 4. p. 24. Luc. 6. q. 3. nu. 9. 10. & 11. p.382

*Sederunt ſuper cathedram.* Tamen dignitatem illius non tenebant, utpote à ſua malitia ab illa privati, Luc. 13. q.7. n.62. p.468. Non enim dicitur: ſederunt in cathedra, ſed ſuper cathedram.





*Super cathedram ſederunt* Non ait de præſenti ſedent. ſed ſederunt de præterito; quia bona temporalia ſtatim pereunt, & tranſeunt, M. 24.q.2.n.14 p.224. Marc.2.q.2, n.10.11. & 13. p.286. Marc.8.q.3. n.20.21. p.307

*Secundum opera illorum nolite facere.* Rectè, tam apertè ac ſtrictè admonet Chriſtus, ne eorũ opera ſequamur. ſed ab illis fugiamus, L.13 q.1. n.16.p.458. Joan.10.q.2.n.8.& 9.p.592

*Imponunt onera gravia.* Superior intendat mediocritatem & nimia evitet, M.5.q.1.n.4.p.52

*Digito ſuo nolunt movere illa.* Valde execrabile quod ſuperior aliud facit ab eo quod præcipit, Matth.5. qu.6. n.27. p.54. Luc.10. q 1. n.5. Joan. 2.q.5. n.54. 55. Matth.5.q.2. n.7 p. 51. M.13 q.5. p.111

*Amant primas cathedras.* Cum homines ambitione moventur, omnia perturbantur, ac ſubvertuntur, Marc.9. q.4. n.22.23.p.312

*Nolite vocari Rabbi.* Vana gloria, & applauſus humanus vitandus, Marc. 8. q.1. nu.3. p.305 Talenta noſtra ad Dei gloriam ſunt manifeſtanda, Luc.11. q.14. n.73. p.426

## FERIA IV. A DOMINICA II.

*Matth. 20.*

E*Cce aſcendimus Jeroſolymam.* Cum Dominus ad ſuam mortem, & paſſionem tendit, dicitur aſcendere, quia ipſam habebat pro gloria & ornamento, I.12.q.2. n.23.24. 25.26. p. 603

*Filius hominis tradetur.* De ſua morte, ac illius circunſtantiis agit Dominus, ut oſtendat quàm ſalutaris ſit homini memoria mortis, Matth. 16. q.6. nu.40. 41. pag.138. maximè cum mors adveniat, quando minùs ſperatur, ac cogitatur, M 24. q.6. n.39. 40. 41. 42 p. 228

*Dixit illis ſecreto: filius hominis tradetur.* Ubi duo notanda ſunt, ait *ſecreto*, & deinde non explicat, à quo tradendus ſit; Chriſtus maximè eſt in occultandis aliorum defectibus, Matth.1. q.16. n.79. p. 18. Luc.7. q. 1. nu. 1. p. 384

*Unus ad dexteram, & alter ad ſiniſtram.* Quid inde ſequitur? alii indignati ſunt, de duobus fratribus, qui omnia volunt ſibi occupare, non poſſunt colere pacem cum aliis, Marc. 9. quæſt. 4. numer. 22 23. p.312

*Neſcitis quid petatis.* Neſcio vos, dixit, ut eorum ora claudat, ambitioſorum inſtantiæ maximè evitandæ, ac fugiendæ ſunt, Matth. 20. quæſt. 5. numer. 27. 28. 29. pag. 287

*Non eſt meum dare vobis.* Quia Judex, ac princeps in diſtributione bonorum, non ſuam, ſed Dei voluntatem ſequatur, I.19. quæſt.2. n.12. 13. p. 634. & L. 19. q. 8. nu. 43. 44 p. 499



*Non eſt meum dare vobis.* Et ſi multis dediſſet ſalutem, & vitam temporalem abſque precibus, tamen cœleſtia dona non dantur gratis, ſed ex meritis, Luc.21. q.4. n.15.16. p.507

*Non eſt meum dare vobis.* Quia etſi cognati, tamen apud Deum, non affectus, ſed merita dant dignitatem, M.2. q.9.n.47.p.32.M.20. q.10. n.53

*Dicunt ei poſſumus.* Si tam generosè ſe ad calicem mortis offerunt, cur ei præmium peritum non promittit? quia ipſa voluntas mortis pro Chriſto, eis magnum præmium erat, M.16.q.4.n.31.p.136. M.1.q.18. nu.93.p.21

*Quem ego bibiturus ſum.* D. Chryſoſtom. ſic ait: *Adjiciens, inquit, quem ego bibiturus ſum? ut communione laborum cum ipſo promptiores redderentur.* Prælatus, quæ præcipit opera exequatur, M.5. q.6. n.27. p.54. Luc.10. q. 1. n.5. p 403. Luc.1. q 16. n.83. p.428. I.2.q. 5. n.54. 55

## FERIA V. A DOMINICA II.

*Luc. 16.*

Q*Ui induebatur purpura, & byſſo.* Introducitur dives multum præſumens de ſuis divitiis, ut inde gravis caſus, & ruina oſtendatur, M.26. quæſt 7. n.37. 38. p.30

*Epulabatur quotidie ſplendide.* Quo exprimitur radix ſuæ damnationis, ac omnium illius malorum, M 23. q.4. n.39. 40.41. p.209

*Epulabatur quotidie ſplendidè.* Valde miſer homo, qui ſolum de cibo & potu agit, I.2.q.2 n.16.17.18. p.542

*Erat quidam mendicus Lazarus.* A Divite contemptus, ſed à Deo multum honoratus. L.14 q.4. nu.18. p.474

*Epulabatur quotidie.* Tanta mundana felicitas multa mala, & grandia illi denuntiabat, ac prognoſticabat, M 14. q.4 n.26 p.123. Luc. 8.q.3, n.16. p.393. Joan.2 q.5.n.50

*Ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis* Tanquam quid divinum, & excelſum, à nullo alio portatur, & habet miniſterium, niſi ab Angelis, Luc.12. quæſt.7. nu.44. 45. pag. 449. Angeli enim tali miniſterio maximè gaudent, Matth. 18. quæſt. 2. nu. 11. p. 148

*Ut intingat extremum digiti ſui in aqua.* Per digitum juxta D. Auguſtin. apud Catenam D. Thomæ intelligitur virtus Spiritus Sancti, minimum quid Dei poteſt levamen dare omnibus tormentis, I.5.q.2 n.5.6. p.564

## FERIA VI. A DOMINIC. II.

*Matth. 21.*

P*Lantavit vineam, & ſepem circumdedit ei.* Vineæ plantatæ, addit inſuper

& turrim ; ſemper enim, prima divina beneficia multis aliis confirmantur, I.1.q.11.nu. 62.63.64.p.535

*Homo erat Paterfamilias.* Non dicitur Dominus vel Princeps vineæ, ſed Pater, ut explicetur ſuus amor, ſuaque benevolentia, qua cunctos intendebat ad ſe allicere, ac adducere, L.9.q.2.n13.14.p.400.n.10.q.2.n.6.7.p.592

*Plantavit vineam, & ſepem circundedit.* Ipſe Deus plantavit vineam, & ab agricolis diſſipata eſt : omne bonum à Deo, omne malum à nobis, M.23.q.11.n.82.83.84.p.217.

*Sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim.* Si cœpit beneficiare vineam, in hoc progreditur, nam qui incipit, in virtute debet proficere, M.13.qu.6.n.27.28.29.p.114.A.8.q.3.n.18.p.307 L.19.q.9 n.47.p.500

*Locavit eam aliis agricolis.* Non quia ipſe ex noſtris operibus habeat aliquam utilitatem, & lucrum, Luc.17.q.2.n.17. Sed quia ipſe vult ut per noſtra opera operemur noſtram ſalutem, Luc.19.q.5.n.28.p.496

*Peragrè profectus.* Ecce ſumma hominis miſeria quod à Deo ſit diviſus, ac ſeparatus, M.20.q.2.n.9.10.p.177. M.24.q.5.n.33.34.35.p.227

*Apprehenſis ſervis ejus alium occiderunt.* Docti ſua ambitione, Dominum contemnunt, & ſervos ejus occidunt, ut dominium vineæ ſibi uſurparent, omne jus humanum, & divinum contemnitur, Marc.11.q.4.n.23.p.319 Joan.19.q.3.n.20.21.22.p.636

*Hic eſt hæres, venite occidamus eum.* Filium Domini ſui contemnunt, & in eum inſurgunt, ut ipſum occidant. Avaritia omnem amoris ac reverentiæ affectum amputat, ac excludit, Luc.12.q.1.n.7.& 8.p.442.& q.2.n.14.15.p.460

*Malos malè perdet.* Omnes nempe æquales, in peccato, ac delicto, æquales in pœna. M.4.q.14.n.72.A.11.q.1.n.8.9.10.p.316.& 317

## SABBATHUM DOMINIC. II.

*Luc.* 15.

*Diviſit illis ſubſtantiam ſuam.* Ubi diviſio, ibi fatuitas; Ubi unitas, ibi ſapientia, & bonitas. A.9.q 4.n.21.p.312

*Diſſipavit ſubſtantiam ſuam.* A patre accepit ſubſtantiam, à ſe autem deſtructionem, ac diſſipationem ; Omne bonum à Deo, omne malum à nobis, M.23.q.11.n.82.83.84.p.217

*Vivendo luxurioſè.* Pro quo vide multa, verbo Luxuria.

*In ſe reverſus dixit.* Labores, ac calamitates nos ducunt ad Deum, L.23.q.2.n.8.9.10.p.516 Adverſa fortuna virtutum Schola. I.5.q.2.n.7.p.566

*Ibo ad Patrem meum.* Radix malorum receſſus à Deo inde intendens remedium ad ipſum revertitur, Luc.22.q.3.n.12.13.& 14

*Pater peccavi in cœlum & coram te.* Vide A.8.q.1 n.7.p.305

*Cito proferte ſtolam primam.* Vide Luc.7.q.2.nu.5.p.385. Luc.23.q.2.n.7.q.515

*Senior ut audivit Symphoniam, & Chorum.* Vide L.12.q.1.nu.24.p.445

*Nunquam dediſti mihi hædum.* Vid. M.12.q.4.n.17.p.106

*Sed poſtquam hic filius tuus, qui diſſipavit.* M.7.q.2.n.11.p.66

## DOMINICA III.

*Luc.* 11.

*Erat Jeſus ejiciens dæmonium.* Illud verbum *erat*, conatum Chriſti in ejiciendo dæmonio denotat, nam cum dæmon, ſeu peccatum eſſet inveteratum in homine, magna vis, ac inſtantia requirebantur, M.9.q.8.n.40 41.p 85. Luc.11.q.1.n.3.p.412

*Illud erat mutum.* Cœcus, & ſurdus, ac mutus hic miſer habebatur, & inde ſaluti propinquior, quanto magis ab omnibus potentiis erat deſtitutus, tanto magis ſaluti propinquior, M 8.q 7.n.32.p.72.L.2.q.2 n.13.& 14.p.559.& 560

*Et illud erat mutum.* Ne peccata ſua in confeſſione detegeret ad ſalutis remedium, M.21.q.1.nu.12.& 14.p.184

*Locutus eſt mutus.* Loquitur, & adhuc mutus dicitur, ſemper apud homines, quiſque dicitur ex defectu, ac vitio, quod habuit, & non habuit, & non à præſenti bono, ac virtute, M.2.q.11.n.59 60.p.35.& 36

*Cum ejeciſſet dæmonium locutus eſt mutus.* Ut ſalus adveniat, cauſa mali, quæ erat dæmon expellenda eſt, L.23.q.3.n.12.13.& 14.p.204

*In Beelzebub principe dæmoniorum.* Laus magna Chriſti ab iniquis reprobari ac vituperari, Joan.8.q.2.nu.7.8.9.p.587

*In Beelzebub ejicit dæmonia.* Fieri non poteſt, ut dæmon dæmoni ſit contrarius, & unus expellat alium; Phariſæi ſuiſmet verbis ſe impugnant, ac contrariantur, M.27.q.6.nu.35.36.p.264. Joan.19.qu.2.n.10 p.634

*In Beelzebub principe dæmoniorum.* Luce clariora erant opera Chriſti, & tamen invidia, ac odium in tantum excæcat, ut unumquodque videatur aliter ac eſt, Luc.11.q.11.n.68.p.425

*Fiunt hominis illius pejora prioribus.* Per ſimulatam virtutem ac hypocriſim, M.6.q.1.n.3.&4.p.59





## FERIA II. à DOMINIC. III.

*Luc.* 4.

*Medice cura te ipſum.* Prædicator ut munus adimpleat, & alios valeat curare à peccatorum morbis, à ſe ipſo incipiat vitam ſuam componendo, M.5.q.2.n.7.p.51. M.13.q.4.n.22.23.p.113.& q.9.n.50

*Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Opera virtutum petunt à Chriſto in patria ſua, Deus autem quidquid à nobis ſumit, cumulatè reddit, M.22.q.3.n.21.22.23, p.198

*Nemo propheta in patria ſua.* Quia conſanguinei, ac propinqui, ſuorum gloriam corrodunt, & eam clarè videre non poſſunt, M.2.q.5.n.24 25.26.p.27.A.3.q.2.n.15.p.287

*Sed in Sarephta Sidoniæ.* Etſi eſſet terra gentilium, non qualitas loci, ſed virtutum ſublimitas ſpectatur à Deo, M.21.q.2.n 18 p.185 L.6.q.3.n.9.10.11.& 12.p.382

*Nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus.* Inter omnes hic meruit ſolus ſanitatem accipere, quia prævaluit in eo animus gratus erga ſuum benefactorem, ut patet ex 4 Reg. cap.5.Joan.1.q.5.n.21,22,23, p.528. M.23.q.12.n.90.p.218. M.5.q.2.n.12.13.p.295.& 296

*Niſi Naaman Syrus.* Quia mandatis Prophetæ promptè obedivit, & inde tantum beneficiũ eſt aſſequutus, A.16.q.4.n.14.15.p.331

*Jeſus tranſiens per medium illorum ibat.* Ut locum daret, ac furor eorum, qui maximè abſentia ſedatur, & quieſcit, L 9.q.3.n.16.17.p.400

## FERIA III. A DOMINICA III.

*Matth.* 18.

*Si peccaverit in te frater tuus corripe eum inter te, & ipſum ſolum*, ait ſolum ut illius defectus ſint oculti, & non manifeſti. M.1.q.16 n.79.p.166 L.7.q.1.n.1.p.384

*Corripe eum inter te & ipſum ſolum.* Non ait, expecta quod ipſe veniat ad te, ſed tu vade & quære illum ad ſalutem, L.10.q.3.nu.12 p.404

*Si te audierit.* Tua benigna, ac levi correptione, major ſpes emendationes datur benignitate, quam ſeveritate, M.10.q.8.n.38.39.p.408. Luc.9.q.2.n.12.13.& 14.p.80

*Lucratus es fratrem tuum.* Per correptionem tuam innovatur ipſe in vita: Novitas autem vitæ multum proficit ad ſalutem, Joan.10.q.3.n 10.11.12.13.& 14.p.593.& 594

*Dic Eccleſiæ.* Ut ab ipſa corrigatur, ac puniatur, quia ſæpe ex pœna, ac ſupplicio aperitur ſalus, & vita, Joan.15.q.2.n.8.9.& 10 p.626.627

*Dic Eccleſiæ.* Ut ab ipſa etiam puniatur, quia Divini Spiritus, eſt iniquos punire, ac caſtigare. A.11.q.4.n.24.25.p.320.& Virtus ſi ex charitate affectat bonum, etiam ex juſtitia punit, M.5.q.6.n.28.29.30.p.54.55

*Sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus.* Euthymius. *Sit tibi deinceps incommunicabilis, cum quo nullam ineas ſocietatem*, tanquam immedicabilis ; ne illius conſortio alii corrumpantur, M.14.q.3.n.15.& 16.p.71.L.10.q.1 n.4.p.403

## FERIA IV. à DOMINIC. III.

*Matth.* 15

*Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones.* Non dicunt, quare tu tranſgrederis, ſed quare diſcipuli tui, ut ita eorum defectus in Magiſtrum refundant, M.8.q.6.numero 30.31.p.74. L.10.q.2.nu.7.& 8.p.402

*Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones.* Maligni, & perverſi ſolum vident ea, quæ defectus reputant, non ea, quæ laudabilia ſunt, Matth 2.q.11.n.58.59.60.p.34, & 35

*Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur.* Perverſi Phariſæi, ſolum vident aliorum reputatos defectus, non verò ſuas proprias turpitudines, ac nequitias, Matth.23.q.5.num.51, p.211

*Reſpondens Jeſus.* Tacentibus diſcipulis, unus ſolus Jeſus reſpondet, quia verus Princeps ac Magiſter pro ſuis debet ſe opp[illegible] exire M.[illegible] n.10.11.p.51

*Cum panem manducant non lavant manus.* Ficto religionis zelo Diſcipulos arguunt, & accuſant, M.19.q.1.n.7.8.& 9, p.153

*Non lavant manus.* Zelabant id, quod minimum & nullius momenti erat, cum ipſi in grandia, & turpia crimina inciderent, M.7.q.2.n.10.& 11.p.65

*Quare vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras.* Per novas additiones, ac expoſitiones Dei leges corrumpuntur, ac violantur, M.15.q.3.num.11.12.13.p.127

*Tranſgredimini mandatum Dei.* Hoc vitium maximè apud Principes, & magnates inolevit, ut Dei legem violent, Matth 2 q.11.n.56.57, p.34

*Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Vera virtus, quod habet in corde, hoc oſtendit in opere, ut interiora exterioribus cohæreant, Luc.11.qu.22.n.116.117.118.p.435. Matth.23.q.1.n.3, p.204

## FERIA V. à DOMINICA III.

*Luc.* 4.

I*Ntravit in domum Simonis.* Dei acceſſus, & eſſe cum Deo, omne bonum dicit, ſicut omne malum ab eo ſeparari, Matth. 24 quæſt. 5.n. 53.34.p.227. M. 20.q.2.n.9. 10. p. 117

*Intravit in domum Simonis.* Ad hoſpitandum nempe, & tamen infirmanti mulieri dat ſanitatem; ſi Deus à nobis parva recipit, multo majora dat, Matth. 22. quæſt. 3. n. 21. 22.23.p.198. Joan.1.q.5.n.21. 22. 23.p. 528

*Socrus autem Simonis.* Illa non ex ſuo nomine dicitur, ſed ex genere, ac conjunctione cum petro, quia illius virtutes imitabatur, & inde nobilior apparebat, M.11.q.n.14. 15. 16 p. 99

*Rogaverunt pro illa.* Non unus, vel alter, ſed multi: orationes multorum, valde efficaces ſunt apud Deum, Matth. 8. quæſt. 3. num. 14. 15. 16.p.148. L.6 quæſt 2 n 4. 5. 6. 7. p. 381

*Surgens miniſtrabat ei.* Utpote grata tanto ſanitatis beneficio accepto. Luc. 1. q. 9. n.36. p. 343 Antea nunquam legimus, quod miniſtraſſet, ut de aliis mulieribus legitur, L 8 n.3.p. 391. Sed modo poſt acceptam ſanitatem, L. 17.q 3.n.13. p. 481

*Surgens miniſtrabat eis.* Cibos præparando, & ea, quæ neceſſaria ad menſam, exercens ſe in ſuo muliebri officio. L. 11.q.15. n.77. 78. q. 427

## FERIA VI. à DOMINICA III.

*Joan.* 4.

J*Eſus fatigatus ex itinere, ſedebat* &c. Hic oſtendebat Chriſtus ſuam divinitatem, quod fatigatus, & vexatus labore de ſalute mulieris agebat, Matth. 11. quæſt. 2. n. 5. p. 97

*Fatigatus ex itinere ſedebat ſuper fontem.* Cur fatigatus Jeſus ſedet ſuper aquarum puteum, quia quies hujus vitæ, veluti aqua fluit, & nullam habet permanentiam. A. 8. q.3.n. 20. 21. p. 307

*Hora erat ſexta.* Quando Sol maximè reſplendet, quia veniebat ad miſericordiam exercendam, quæ maximè reſplendet in Deo. Matth. 21.quæſt. 4. num. 31.32. p. 187

*Mulier da mihi bibere.* Parat Chriſtus dare illi ingentia dona gratiæ, & ab illa tantum petit potum aquæ, quia Chriſtus non conſiderat quantitatem rei, ſed animum offerentis, Marc. 12. quæſt.1. n.4. 5. 6. & 7. p. 322

*Ego dediſſē tibi aquam vivam.* proponit Chriſtus magnum emolumentum ex poſtulata aqua ſua, maximè moventur homines ex propoſito emolumento, A. 11. q. 4. n. 22. p. 319.L.19. q. 3.n. 18.p.494.I.19. q. 3.n.20. 21. 22. p. 636

*Domine da mihi hanc aquam.* Nunc primum cum appellat Dominum, nam beneficentia, quam expectabat à Chriſto, eam allicit ad reverentiam & honorem, M 10.q.5.n.21.p.92.

*Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.* Non enim bona temporalia ſatiant, nec durant, ſed ſolum ſpiritualia, quæ à Deo ſunt, Marc. 3.q. 2.n. 11. 12. 13. p. 286. 287

Vide, quæ dixi de hoc Evangelio, A. 4.q.unic n.9.p.280.L 9.q.2.n.13.p. 400

## SABBATHUM à DOMIN. III.

*Joan.* 8.

A*Dducunt Scribæ, & Phariſæi mulierem deprehenſam in adulterio.* Cum Chriſtus doceret in templo, ibi adducitur mulier adultera ad pœnam, quia, laſcivia maximè repugnat rebus ſacris, ipſaque Dei memoria aboletur, M. 23.q.12.n.90.91.p. 218

*Modo deprehenſa eſt.* Multi alii peccatores diſſimulantur, & tamen hæc dum deprehenditur ſtatim adducitur ad pœnam, in laſcivos enim ſemper repentina caſtigatio volat, M. 24. q 2.n.16.p.224

*Modo deprehenſa eſt in adulterio.* Dum mulier adducitur ad pœnam, inde ei aperitur ſalus & vita, Joan. 15.quæſt 2. num. 8 9.10. p. 626. 627.

*Statuerant eam in medio.* Ut ex hoc maximè notum, ac manifeſtum eſſet ejus peccatum ex quo illius remedium provenit, quia peccata dum denudantur, ſanantur, M.21.q.1.n.13. 14. p. 184

*Moyſes mandavit hujuſmodi lapidare.* Vide ſpiritum Moyſis, & Dei. Moyſes mandat lapidare, ſpiritus Dei abſolvit, & indulget, ſervus condemnat, Dominus liberat, L.9. q. 1. n. 10. 11.p. 413. 414

*Qui ſine peccato eſt primus in illam lapidem mittat.* Qui alios eſt reprehenſurus, bona vita, & ſine peccato vivat, M.3.q.1.n.5.& 6. p. 40.

*Qui ſine peccato eſt primus in illam lapidem mittat.* Quid inde ſecutum eſt, unus poſt alium exibat: nam omnes ſuorum ſcelerum conſcii, timebant, ne fortè eodem ſcelere conſtricti, eadem pœna plecterentur nam ſupplicium, uno peccatori inflictum, alii ſimiles eodem caſtigabuntur, M. 2.q. 14.n.72.p. 37.A. 11.q.1.n.8.9. & 10. p...

## DOMINICA. IV.

*Joan.* 6.

D*Ixit ad Philippum unde ememus panes?* Prius examinat Dominus an per homines haberi poſſint, non eſt enim quærendum miraculum in his, quæ fieri poſſint humana induſtria, I.10. q. 4. num. 14.15.16. p. 594

*Unde ememus panes.* Nemo rogat pro fameſcentibus, ſed ipſe pro ſua liberalitate confert beneficium ante preces ut inde magis ejus magnitudo reſplendeat. I. 2. q. 3. n. 20. 21. vel quia ipſa neceſſitas clamabat, I. 2. q. 2. n.6.7. p. 540. I. 5.q. 2. n. 8. 9. p 564.

*Ut manducēt hi,* Tanquam bonus Rex, & princeps de omnibus habet curam, & ſollicitudinem, M. 19. q. 13. n. 104. 105. p. 170.

*Ut manducent hi,* non ait, ut manducemus nos ſed ut manducent hi, quia ut bonus princeps ac Rex, potius de aliis, quàm de ſe agit, L.12 q. 8.n.50.51.p.450.L.11.q.13.n.68.69. p. 425.

*Unde ememus. panes.* Exemplum præbens omnibus prælatis, qui ſi dant præcepta, dant etiam alimenta. L. 12. q. 5.num. 34. 35. 36. p.447

*Ut manducent hi* non informat Dominus ad de pauperibus curam habendam, ad eiſque per eleemoſinam ſubveniendum, quia multa bona computantur. Vide Verb. Eleemoſyna.

*Gratias agens* Suo ſcilicet Æterno parenti omnia bona ſua refert cum omnia Deo referuntur, inde maxime creſcunt, L. 12. q. 6. n. 38. 39 40. 41. p. 448.

*Dedit diſcipulis ſuis,* Quia ut boni, miniſtri, non de ſeipſis, ſed tantum de Domini mandato implendo. L. 19.q. 7 n.43. p.499.

*Ut ſaturati ſunt* Regi gloria ſaturitas ſubditorum, L. 17.q.5.n.3.4.5. 6. p. 4 9.

*Collegerunt duodecim cophinos,* Apoſtoli ad ſaturandos fameſcentes, obtulerunt quinque panes & colligunt duodecim cophinos: quæ in eleemoſynam dantur cum uſura recipiuntur. M.25.q.8.n.46.47.48.p.273.& 274. L. 12. q 9.n.57.p.451.

*Collegerunt duodeci mcophinos.* Vid.L 11.q.15.n. 76.p.427.L 14.q.7.n.45.p..

*Illi autem homines cum vidiſſent, quod Jeſus fecerat ſignum.* Vide quæ dixi, L. 24. q 1. n. 5. p. 520

## FERIA II. à DOMINICA. IV.

*Ioann.* 2.

C*Um feciſſet quaſi flagellum.* Cùm Chriſtus Dominus ex benignitate pro hominibus oraret, modo cum juſtitia poſtulat, punit M. 5.q.6.n.28.29.30.p.54. 55

*Cum feciſſet quaſi flagellum.* Dignitatis ſignum punire, ac caſtigare delinquentes, A.11 q.4 n. 24. 25.p 320

*Cum feciſſet flagellum.* Neceſſe eſt ſupplicium ut amputetur delinquendi fomentum. L. 19. exp. 2.n.31 p. 497

*Cum feciſſet flagellum.* Supplicii rigor utilis, ex illo aperitur ſalus, & vita, I.15.q.2.n.8 9.10. p. 626. 627

*Effudit æs & menſas nummulariorum ſubvertit* Qui erant complices in delicto, fuerunt & in pœna, A. 11.quæſt.1.n.8.9.& 10. pag.316 & 317

*Menſas ſubvertit.* Magnus Chriſti triumphus peccatorum occaſiones amputare. M. 21.q.1. n.12.p.184. & q.6.n.48.49. p.190

*Menſas nummulariorum ſubvertit.* Et quomodo talia ſacrilegia permittebant ſacerdotes in templo, in hoc ſpectabant ad eorum lucrum ob quod contemnuntur humana, & divina, I.19.q.3.n.20.21.22.p.636.M.23.q.3.n.24. 25.26.p.206. & 207

*Nolite facere Domum Patris mei.* Templum Dei ſumme venerandum, & nullo modo violandum ac contemnendum, M.23.q.13 n.93.94. p. 219

*His, qui vendebant columbas dixit: auferte iſta hinc.* Cur cum iſtis adeo manſuetè, cum nummulariis adeo rigoroſè, quia nummularium eſt fundamentum totius mercaturæ ac negotiationis, radix autem malorum extirpanda, Luc.23.quæſt. 3.num. 12.13.14 p 5 6

*Dixerunt Judæi quod ſignum oſtendis, quod hæc facis?* Vide, L. 23.q. 4. n. 16. p.517

Solvite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. M. 27. q.6.n.34.q 263

## FERIA III. A DOMINIC. IV.

*Joan.* 9.

P*Ræteriens Jeſus vidit hominem cæcum.* Ipſa, hominis neceſſitas alliciebat Jeſum ad illi benefaciendum, ac ſubveniendum, I.6.q.2. n.8.p.572

*Præteriens Jeſus vidit hominem.* Bonus princeps & Prælatus ſuos videt ut eis neceſſaria largiatur. L.10.q.2.n.7.8.p.403.L.11.q.13.n.68.& 69.p.425

*Vidit hominem. cæcum* Homo tanquam cæcus verſatur in mola ſuorum peccatorum, Matth 24 q.4.n.3.p.222.M.27.q.5.n. 31.32. p.263

*Quis peccavit hic, aut parentes ejus.* Recte ſciebant quod omne malum noſtrum à peccatis habet initium, M.23.q.11. n. 82. 83.84. p. 217

*Quis peccavit.* Peccato referunt, cum ſæpe Deus permittat labores ut Juſti exerceantur ad ipſius Dei gloriam, M.27.q.4.n.18. 19.& 20. p.261. I. 12.q.3.n.30.31.p.604

*Neque is peccavit, neque parentes ejus.* His docet Chriſtus, quod de proximis non ſit inconſideratè loquendum, M. 7.q.3.num.15.p.67. L.1.q.20.n.112.p.356

*Fecit Lutum.* Summa Chriſti pietas, non requirit hominis preces, ſed ex ſua liberalitate concedit ſanitatis beneficium, I.2.q.3.n. 20. 21.p.542. 543

*Fecit lutum, & lenivit oculos ejus,* De eo, quod videbatur impedimentum ad viſum fecit remedium. M.27.q.8.n.50.vel quia per actiones contrarias virtus, & poteſtas fulget, M 8.q. 4. n.19.p.72 L.7.q. 2.n. 3.p.385

*Lavi, veni, & vidi,* Per lutum quod videbatur maxime viſui contrarium, viſum recipit: divina virtus reſplendet in majoribus difficultatibus vincendis, M. 21. q.1.n.16.p.185

*Hoc unum ſcio, quia cum cæcus eſſem, modo video.* In Dei cauſa ſemper eſt, qui loquatur etiam in majori contradictione, M.2.q.3.n.11. p. 26. L.21.q.6.n.24.25.p.509.

Huc advoca quæ dixi. Verb.Gratia. *& obediens*

## FERIA V. à DOMINICA IV.

*Luc. 7.*

E*Cce defunctu efferebatur filius unicus matris ſuæ, & hac vidua.* Cum eſſet vidua, & filius unicus omni ſubſidio mulier erat deſtituta, & inde opportunum adeſt divinum auxiliũ, M.8.q.7.n.32.p.74.L.21.q.2.n.13.14.p.507

*Defunctus efferebatur filius unicus.* Adoleſcens nempe in flore ætatis, quando mors minus expectabatur, M.24.q.6.n.39.40.41.& 42 p.275.276

*Turba civitatis multa cum illa.* Et cum ante oculos eſſet defunctus, mortis memoria omnes premebantur, & inde Chriſtum ad ſe allicit ac trahit, M.16.q.6.n.40.41. p.138.& 139

*Turba multa cum illa*, nempe matre, quia ejus miſeria omnium animos alliciebat, ac commovebat, A.2.q.3.n.2.3.4.& 5

*Turba multa.* Valde mirum. quod cum mater ac comitantes, vidiſſent Jeſum, cujus mira virtus valde nota erat, & tamen non deprecantur pro defuncto, vehemens anguſtia ſic perturbabat animos, ut nihil magnum cogitarent, I 5 q.3.n.15.16. p.567

*Miſecoridia motus ſuper illam.* Quæ ſibi ſubvenire non poterat, in quo maxime refulget divina pietas, M.8.q.2.n.7. p.70.I.5.q 3.n. 14 p.566

*Acceſſit, & tetigit loculum.* A Jeſu manu provenit omne bonum, & omnipotens divina virtus, M.9 q.6. n.29. p.83. M.17. q.2. n.5 p.41

*Dedit illum matri ſuæ.* Felices, qui à Deo dati ſunt Matri Dei Virgini Mariæ, ut ſub ejus umbra vivant. Vide multa. Verb. *Maria.*

## FERIA VI. à DOMINIC. I.

*Joann. 11,*

M*Iſerunt ſorores ejus ad Jeſum.* Optime ſcientes, quod ſolum ab ipſo eſt ſalus & vita, I.5.q 1.n.3. p.564

*Quem amas infirmatur.* Non petunt, ſed ſolum neceſſitatem proponunt, quia ipſa neceſſitas precaria eſt, & pro te poſtulat, I.2.q.2. n.6. 7.& 8.p.540.l.6.q.2.n.8. p.572

*Vadam ut à ſomno excitem eum.* Et quomodo vult ire in Jeroſalem, ut dixit ei Thomas, cum heri voluerint eum lapidare, M.7.q.1: n.6.7.p.65.L.1.q.13.n.67. p.348.L.17. p.2. n.15. p.481

*Dixit ei Thomas, quomodo vis ire, heri te voluerunt lapidare.* Et altera die feſtiva voce acclamarunt: *Hoſanna filio David*: voluntas humana valde varia & inconſtans, L. 11. q.2. n.6.7.8. p.413

*Manſit in eodem loco duobus diebus.* Quia potius voluit ſuſcitare, quàm ſanare, quia ubi repugnantia videtur major, in vincendo magis relucet divina potentia, M.21.q.1.n.17.p.185

*Lachrimatus eſt Jeſus.* Cum vocet ad reſuſcitandum, quia eum trahebat ad vitam miſeriarum plenam, I.11.q.1.n.7.8. p.600

*Infremuit ſpiritu, & turbavit ſemetipſum.* Beda ait: *Attende ſignificationem, magnus reus eſt, quem mors quatriduano, & illa ſepultura tenet, quid ergo, quod turbat ſemetipſum Chriſtus* Quia multitudo peccatorum inveterata gravis eſt Deo, M.9.q.8.n.40.41.p.85.L.11.1.nu. 3. p.412. L.13. q.6. n.47. p.465

*Clamavit voce magna.* Prius Chriſtus ſanavit cæcum à nativitate, deinde Lazarum ſuſcitat quod eſt majus, ut notat D. Hieronym. ad magna & excelſa paulatim eundum, M.21. q.2.n.10. p 184. M.28.q.2.n.17.p.271. A.1. q.4.n.24. p.282

*Clamavit voce magna.* Ut oſtendat eſſe valde difficile peccatorem in ſuis peccatis demerſum evocare ad vitam, M.4.q.2.n.10. 11.12. 13. p.47.48

*Non poterat is qui aperuit oculos cæci nati.* Vide M.27.q.4. n.21. p.261

## SABBATHUM A DOMIN. IV.

Joann. 8.

E*Go ſum lux mundi.* Chriſtus princeps noſter vere lux ad cujus imitationem verus prælatus tanquam lux producit in aliis bonos fructus ſalutis.L.11 q.13.n.68.69 p.425

*Ego ſum lux mundi.* Quia lex Chriſti mentem illuminat, & tenebras depellit.M.11.q.5.nu. 24. p.101

*Ego ſum lux mundi.* Non hujus vel illius partis, ſed totius mundi, quia Dei beneficia ad omnes, I.1.q.8. n.38.39.40.p.531.l 2.q.1. n.1. p.539

*Ego ſum lux mundi.* Non ait: ego ſum lux ſolis & lunæ, quia hi per ſuas eclipſes deficiũt, ſed lux mundi, quæ pro ſuo tempore perſeverat & durat, ſic & divina beneficia, non deficiũt, A.3.q.2.n 11.12.13 14.15 p.286.& 287

*Teſtimonium tuum non eſt verum.* Inde maximè probatur verum, quia iniquis Phariſæis, ac Scribis diſplicebat, I.8.q.2.n.8.9.p.587

*Teſtimonium tuum non eſt verum.* Cum omnia in Scribis eſſent falſa, & mendoſa, ſimilia reputant quæ aliorum erant, M 9.q.1.n 5.& 9. p.78.79

## DOMICA V. PASSIONIS.

Joann. 8

Q*Uis ex vobis arguet me de peccato.* Valde confidenter hæc Chriſtus dixit, quia à bona, & ſancta conſcientia magna ſecuritas in operibus provenit, L.11.q.21. n.123.124 125. p.437

*Quis ex vobis arguet me de peccato.* Hoc dixit Chriſtus, ut oſtendat auctoritatem ſuam in reprehendendo, nam qui aliorum crimina objurgat, liber ſit ab omni culpa, M.3.q.1. n.56.p.40. A.11.q.2.n.10.p.180

*Quis ex vobis arguet me de peccato.* Et tamen ſæpe



ſæpe eum arguerunt, ut blaſphemum, legis violatorem, ut ſuo loco dixi, arguere, idem eſt, ac convincere bona conſcientia, ubique ſecum, pro ſe loquitur nihil timens, I.15.q. 1.n.7.p.626

*Si veritatem dico vobis.* Phariſæi, ob ſuam iniquitatem veritatem non audiebant, ipſa tamen veritas ſemper vincit, & triumphat.M. 5.q 1. n.2. p.50

*Si veritatem dico.* Prius Chriſtus oſtendit ſuam innocentiam, quod non poteſt argui peccato; deinde ait, quod docet veritatem, quia Dei concionator prius fulget operibus, quàm verbis, pro quo vide multa Verb. Prædicator.

*Si veritatem dico vobis.* Cum Chriſtus veritatem prædicaret, quæ eſt valde amara principibus, ac magnatibus, inde oſtenditur eis non gratus, ſed in odio habitus, I.2.q.2.nu.6. p. 540. I.19.q.4. n.26. p 637

*Qui ex Deo eſt verba Dei audit.* Cum oſtendantur verba eſſe Dei, inde habent efficaciam, ut vitia deſtruant, & virtutem generent, M. 19.q.4.n.30.31, p.157. & excellentia imperantis multum allicit, M 5.q 7.n. 34.35. p. 56

*Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.* Toti convitia in Chriſtũ conjiciunt, ut illis valeant abſcondere & tegere ſua delicta, L.7. q.4.nu.17. 18. p. 387 & 388

*Samaritanus es tu, & dæmonium habes.* Cum injuria graviſſima ſit viro ingenuo, I.8. q.3. n. 10 p.588 tamen Chriſtus modeſtè ſe habet, quia ipſa injuria clamat ad cœlum, A.6. q.5.n.24.25. p.301

*Tulerunt lapides.* Chriſtus docuit, & oſtendit eis veritatem, quod ipſe à Deo Patre erat, quod ad ſalutem ſpectabat, ipſi ut maligni pro tanto beneficio currunt ad lapides, M.10. q.10. n.23.24. p.92.93. M.12.q.3.n.12.13.14 p. 105

## FERIA II. A DOMINICA V.

*Joann. 7*

M*Iſerunt principes miniſtros, ut apprehenderent Jeſum.* Gubernatores vitium, magnates iniquos venerantur, juſtos, & innocentes perſequuntur, M..26. q.5.n.24.25.p.252

*Quæretis me & non invenietis.* Cur non invenient cum ipſemet Chriſtus dicat, M.7. *Omnis qui quærit, invenit*, quia à ſuiſmet peccatis obcæcantur, ne Chriſtum videant, ac inveniant, M.27.q.5.n.31.32. p.263.L.11. q.1. nu.1. & 2. p.412

*Ut comprehenderent Ieſum.* Et tamen ipſum non comprehenderunt, quia ſua bedignitate eorum furorem delinivit ac demulſit, qua etiam leones vincuntur, M.3.q.5.n.24.p.44. L 9. q.2. 11.12.13.14.p.399.400

*Si quis ſitit, veniat ad me.* Quia bona, quæ à Deo veniunt, ſi parva videantur, ſatiant, & replent hominem, I 5.q.1. n.4.5.6. p.564

*Aquæ fluent de ventre ejus.* Comparat ſe Chriſtus fonti aquæ, quia nihil magis omnibus patens, quam aqua fluens, ex qua bibunt omnes, qui volunt, ſic divina dona veluti fons apertus ſe habent erga omnes, I.1.q.8. n.38.39.40.p.531. I.2.q.1.n.1.p.539

*Vado ad eum.* Duam crucis mortem, adivit abjectionem, quod voluntariè fit multum levaminis habet, M.3.q.2.n 11.p.41.M.7.q.1.n.7 8. p.65.M.11.q.5.n.19. p.100

## FERIA III. A DOMINICA V.

Joan 7

N*On volebat Jeſus in Judæa ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.* Cur Chriſtus D qui tanta aviditate mortem cupiebat, nunc ab ea declinat, quia nondum tempus erat, ut ipſe dixit deſignatum, nempe à Patre, & potius voluit obedientiæ, quam amori ſatisfacere. M.14 q.1.n.3. p.119

*Ambulabat in Galilæam, non enim volebat ambulare in Judæam.* Magni viri eſt dare locum iræ, ab illa recedere, L.9.q.3. n.16.17. 18. p. 400

*Ambulabat in Galilæam, non in Judæam*, D. Auguſt. *Infirmitati noſtræ præbebat exemplum, futurum enim erat, ut aliquis fidelis abſconderet ſe, ne à perſecutoribus inveniretur, & ne illi pro crimine objiceretur latibulum præceſſit in capite*, M.2.q.12.n.62. p.35.I.12 q.6.n.43

*Quærebant eum Judæi interficere.* Semper juſti ac ſancti multas tribulationes, ac perſecutiones patiuntur à mundo, L.21. q.4. n.15. p.507. M.11.q.1.n.2.p.97.I.15.q.1.n.1.2.3.4.p.625

*Manifeſta te ipſum mundo.* Hoc erat adhuc ignorantium conſilium, nam perfecta virtus latibulum quærit, non manifeſtationem, M.9. q.6.n.28 p.82.M.13.q.3.n.25.26. p.114.A. 1.q.2.n.11.12.13.14. p.259.260

*Manifeſta te mundo.* Hortabantur eum ad honores excipiendos, quod valde erat alienum à Chriſti animo, cujus regnum in humilitate fundabatur, M.19.q.16. n.121. 122. 123. p. 173

## FERIA IV. A DOMINICA V.

*Joann. 10.*

F*Acta ſunt encænia in Jeroſolimis.* Encænia, id eſt invocatio, ſeu renovatio. Celebratur renovatio templi facta à Juda Machabæo cum multa magnificentia, ex quo ſua præſentia nos admonet Chriſtus ad templi venerationem, M.23. quæſt.13. n.93.94 p.219 Et quod bona Eccleſiaſtica ſint augenda non diripienda, I.6.q.4. n.18. p.574

*Facta ſunt encænia.* In hac templi renovatione dicitur inſigniter; quod Chriſtus aderat, quia maximè placet ei noſtra innovatio in vita, I.10.q.3.n.10.11.12.13.p.593

*Facta ſunt encænia.* Hæc ſolemnitas celebratur Chriſti præſentia, in qua agebatur renovatio templi deſtructa prophanitate gentilitatis, quia templum corporis noſtri depulſis peccatis maxime innovatur per pœnitentiam

nitentiam, M.1.q.6. n.28.29.30.p.8

*In porticu Salomonis.* Cur ille dicitur Salomonis cum à Chaldæis fuiſſet deſtructus, & à Neæmia, ac Eſdrate ædificatus, quia Salomon prius illud ædificavit, & primus in aliqua virtute maximè venerandus, Luc.2.q.4.n.2. p.357

*Quouſque animam noſtram tollis, ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam.* Doloſè deſiderium Chriſti amicitiæ oſtendunt, ut durius in eum invehantur, illumque accuſent, L.8.q.2.n.11.12 p.392. 393

*Quouſque animam noſtram tollis.* Perfidi etſi malo animo hoc unum bonum oſtendebant, quod in re ſalutis diligentiam cùm inſtantia adhibebant, L.19. q.5. n.28. p.496. cum ſemper major ſit hominis diligentia ad malum, quam ad bonum, M.27.q.9.n.52.53 54. p.267

*Multa bona opera oſtendi vobis propter quod me vultis lapidare.* Magna opera oſtendit Chriſtus, ſanando, docendo, & inde depravati Phariſæi arripiebant anſam, ut inſurgerent contra eum, quod eſt ſuprema ingratitudinis malitia, M.10. q.5. n.24. p.92.93. M.12. q.3. n.12. 13.14. p.105

*Opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me.* Non verba & opera perhibent teſtimonium, qualis quiſque ſit, L.11.q.1.n.123.124.125 p.437

## FERIA V. à DOMINICA V.

*Luc. 7.*

M*Ulier in civitate peccatrix.* Dicitur mulier in civitate peccatrix, quia una mala mulier totius civitatis ruina eſt, M.1, q.2.n. 6.7. 8. p.45

*Mulier in civitate peccatrix.* Hæc mulier dicitur Magdalena, quæ interpretatur Magnifica, nomen index ac prænuntius futurorum, L. 1. q.2. n.6.7. p.336. valde enim per ſuam pœnitentiam nobilitata, ac magnificata eſt. M. 1. q.6. n.28. 29. 30. p.8

*Ut cognovit, quod accubuiſſet.* De hac ſancta fœmina ſcribitur Joann.11 quod miſerit ad Jeſum: *miſerunt ſorores ejus ad eum.* Modo non mittit ſed vadit. Nunc vero agebatur de ſalute animæ, non verò corporis, ut quando miſit pro Lazaro, A.8. q.1. n.6. p.305

*Ut cognovit.* Ad quid opus fuit; ut cum lachrymis tam feſtinanter ingrederetur domum convivii, negotium erat ſalutis, quod ſemper, ac perſeveranter eſt agendum. L.19.q.5. n.28

*Stãs retro.* Præ humilitate; qua & lavabat pedes unguento ungebat; Unguentum autem ſignificat odorem orationis. Oratio autem humiliati multum penetrat, & exauditur, M.8, q. 4.n.18. p.72

*Attulit Alabaſtrum.* Unguenta, crines, oſcula Deo præſtat; omnia, quæ ſui erant Deo conſecrat nil mundo relinquens, inde maximè placet. L.11.q.16.nu.84

*Lachrymis cœpit rigare.* Inter multa obſequia, quæ hæc mulier Chriſto præſtitit lachrymas, pedum ablutionem, ſimulque illorum abſterſionem, oſcula, unguenta; Lachrymæ tamen ponuntur primo loco, utpote quia apud Chriſtum primas tenent, ut maximè æſtimabiles. Vide Verb. Lacrymæ.

*Vides hanc mulierem.* A.12.q.1. n.7. p.322

*Æſtimo, quia is, cui plus donavit*, A.16.q.3.n. 3. p.329

## FERIA VI. à DOMINIC. I.

*Joann. 11.*

C*Ollegerunt Pontifices, & Phariſæi conſilium adverſus Jeſum.* Ad hoc pertinebat de Religione agere, & falſo religionis zelo contra Chriſtum armantur, M.19.q.1.n.7.8 & 9. p.153

*Conſilium adverſus Jeſum.* Cùm vidiſſent tot mirabilia Chriſti opera, ſanando, docendo, faciunt conſilium non ad Chriſtum venerandum, ſed perſequendum: ſumma malitia ex donis acceptis provocari ad nequitiam, M. 12.q.3. n.12.13.14. p.105

*Adverſus Jeſum.* Faciunt conſilium ad occidendum Jeſum, & Deus ipſum conſilium ordinavit ad redemptionem generis humani, M. 27. q.5. n.28. p.262

*Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit.* Cur, non timent, quod etiam contra eos Chriſtus multa ſigna faciat, cum ab invidia excitarentur, omne malum contemnunt; illa enim nullum timet, etiam vita privari, M.2. q.5.n.24.25.26. p.27.28

*Venient Romani, & tollent locum noſtrum.* Armantur contra Chriſtum, ne Romani tollant eorum locum, & inde factum ob Chriſti mortem, ut Romani tollerent eorum locum Impius ſuis malis conſiliis perit, M.2. q.6. nu.52.53. p.33

*Tollent locum noſtrum.* Si Chriſtus ſua divina virtute tot ſigna faciebat, etiam poterat facere contra Romanos, quidquid Dei eſt fortius omni humana poteſtate, M.15.q.3.n.10 p. 127

*Tollent locum noſtrum.* Quid iniquius attendere ad proprium commodum, & commune omnium bonum contemnere, M.20.q.3.nu.20. 21. 22. p.179. 180

*Expedit ut unus homo moriatur pro populo.* Quanta autem bona, nobis mors Chriſti germinavit. Vide Verb. Chriſtus, vel Crux. Jeſus moriturus erat pro populo vide M. 27. q.2. nu.9. p.259

## SABBATHUM A DOMIN. V.

*Joann. 12.*

C*Ogitaverunt principes ſacerdotum, ut Lazarum interficerent.* Qui eum mortuum deplorabant, nunc vivum cogitant interficere, varius, & inconſtans, eſt humanus animus, L.11, q.2. n.6. 7.8. p.413

*Cogitaverunt Lazarum interficere.* Tanquam communes hoſtes, non ſolum Chriſti, ſed etiam Lazari, quia ab eo Lazarus beneficium

Index Concionatorius.

cium acceperat, M.9. q.2.n.8.9. 10.p.79

*Ut Lazarum interficerent.* Stultiſſima cogitatio quaſi qui ſuſcitare potuit mortuum, non poſſet occiſum, ſed ſua malitia, ac nequitia eos obcæcavit. M.27.q.5. n.31.32.p.263.vel quia ſuperbus, ac inflatus, cogitat mihi ſuis placitis poſſe reſiſtere, M.2. q.7.n.35. 36.37 p.29. 30

*In craſtinum turba multa.* Cogitant Lazarum interficere, ne multi ad Jeſum abeant; & ecce turba multa, & etiam puerorum clamantium, quæ vix ſciebat loqui, ad Chriſtum venit, ipſum regem Davidis filium proclamans, L.21.q.6. n.24.25. p.509

*Videte quia nihil proficimus.* Indeque ſolum iſti ſibi faciebant malum: ut non crederent, M. 2.q.14. n.73. p.37

## DOMINICA PALMARUM.

*Matth. 11.*

I*Nvenietis aſinam, & pullum.* Ad tantum triũphum, non equum, vel currum mandat adducere, ſed aſinam: mundialis poteſtas in pompa, & apparatu, Chriſtiana in paupertate, & humilitate. L.13. q.2.n.6

*Solvite, adducite mihi.* Per hoc animal alligatum communiter intelligunt ſancti Patres peccatorem in ſuis peccatis aſtrictum, qui ſolum divina vi poteſt ſolvi, & trahi, M.4, q.2.n.10.11.12.13.p.47.48

*Ecce Rex tuus venit tibi.* Non dicitur venit ſibi, ſed *tibi.* Rex creatur, non ut ſibi, ſed ut aliis ſit proficuus, L.12. q 8.n.50.51.p.450 utque totus in eis conviſceratus ſit, M.16.q. 3. n.25.p.135

*Manſuetus.* Inde omnia ad ſe allicit, & eum principem, ac regem acclamant, M.10.q.10. n.16. L.10.q.4.n.15.16.17. p.405

*Turba autem plurima.* Chriſtum triumphantem ſequitur, ipſumque in cruce pendentem, principes, ac reges venerantur, I.3.q.1.n.2.3 p.546. 547

*Straverunt veſtimenta ſua.* Numquam magis veſtimenta ſua, ac cum magno lucro habuerunt, quàm cùm ſub pedibus Jeſu dantur. M. 25.q.8.n.46 47.48. p.243.244

*Hoſanna filio David.* Cum Chriſtus eſſet omnibus beneficus, rectè eum acclamant, Deum ac Dominum, nam beneficia data faciunt homines, Deos reputari, L.21. q 5. n.20.21.22. p.508

*Hoſanna filio David.* Rectè D.Bernard, ſerm.1. in Pſalmis ait, *Quis ſperare jam debeat in incerto gloriæ temporalis.* Nam hodie acclamatur Rex, & cras crucifixus. *Hic eſt tranſitoriæ finis lætitiæ, hic gloriæ temporalis.* Bona temporalia, cum maxime florent, tunc defluunt. M. 24.q.2.n.14.p.224.A.8.q.3.n.20.& 21.p.307

## FERIA V. IN COENA DOM.

*Joan. 12.*

S*Ciens Jeſus, quia venit hora ejus*: Tempus *paſſionis.* Inſigniter horam ſuam dicit Chriſtus, quia pro gloria, & honore mortem habuit, I.12.q.2.n.23.24.25.26.p.603.604.

*Venit hora ejus.* Horam ſuam dicit, quia in illa nos ſalvat, à nobiſque omne malum, ac languorem expulit. M.9 q.6.n.30.31.32

*In finem dilexit eos.* Illud *finem* ponitur ad explicandam amoris Chriſti magnitudinem, quæ à nobis non poteſt dici, nec explicari, L.12 q.11. n.70. 71.72. p.454

*Surgit à cœna, ponit veſtimenta ſua, & cœpit lavare pedes.* Ex ſumma humilitate, ac eo omni titulo, hominum ſalutem negotiatur Chriſtus, A.11. q.6. n.24

*Surgit à cœna.* Amor quietis impatiens, & Chriſtus pro hominum ſalute, tanquam alienus mente videbatur, M.19.q.15. n.113. p.171 A.3. q.3. n.19. 20. p.283

*Ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Dum tranſit, tot amoris ſigna exhibet, oſtendens quod ſuorum memoria in abſentia, in animo illius non erat peritura, ac abolenda, A 5.q.1.n.6. 7.p.295

*Sciens quia ad Deum vadit.* Antequã inſtitueret ſacram Euchariſtiam, dicitur ſciens quia ad Deum vadit, taliter nos debemus accedere ad Euchariſticam menſam tanquam tranſituri de hoc mundo, pro quo vide Verb. *Euchariſtia.*

*In finem dilexit eos.* Id eſt cum omni perfectione & conſummatione, ut explicant D.Chryſoſt. Leontius, Theophyl. Euthym. id eſt, pervenit ad ultimum finem, & perfectionem amoris, id eſt ad totam amoris eſſentiam, quæ nec magis, nec minus poteſt ſuſcipere, I.19. q.5. n.33. p.638

*Deponit veſtimenta ſua.* Diſponebat Dominus ad menſam Euchariſticam accedere: inde ſuo exemplo diſcat homo, qui ad talem menſam ſe præparat, quò omnia temporalia abjicere debet. Vide Verb Euchariſtia.

*Cœpit lavare pedes diſcipulorum ſuorum.* Tranſiturus de hoc mundo ad Patrem; omnia perficit, quæ ad ſuorum ſalutem pertinebant, pedum lotione, admirabili doctrina, & alta mandatorum inſtructione, præcepto de mutua dilectione dato; ut inde diſcat Prælatus quod moriens debet maxime de ſuorum bono agere, M.11.q.2.n.4.p.97

*Pro Chriſti paſſione.*

Vide Verbum paſſio.

*Pro deſiderio Virg. Mariæ.*

Filio ſuo ſepulto q.5. per totum.

Vide Joan.19

## DOMINICA RESURRECTIONIS

*Marc. 10.*

M*Aria Magdalene, & Maria* Jacobi. Valde perſeverantes fuerunt in Chriſti obſequio, feria 6. pendente Jeſu in cruce, juxta illam extiterunt aromata, & modo die dominica valde mane veniunt ad ungendum. M.9. q.7. n.37.38.p.84. 85. L.8. q.3. n.17. p.393

*Maria*

*Maria Magdalena, & altera Maria veniunt.* Nemine imperante, vel adhortante, ſed ipſæ ex ſuamet voluntate, ac amoris affectu, A. 1. q. 4. n. 26. 27. 28. p. 282

*Veniunt ut ungerent Jeſum.* Quem ſciebant mortuum & de reſurrectione ſequenti erant hæſitantes, ac proinde nihil ab eo ſperabant, ſed gratis obſequia præſtant, L. 15. q. 7. n. 42 cum frequenter apud homines, magna oblivio ſit de mortuis. M. 22. q. 5. n 36. p. 201

*Veniunt ut ungerent Jeſum.* Virtuoſus amor, qui erat in mulierum corde relucet exterius in opere. M. 23, q. 1. n. 13. p. 204. L. 11. q. 22. n. 117. p. 435

*Quis revolvet nobis lapidem?* Amor eis vires dabat, & animum miniſtrabat, M. 7. q. 1. n. 6. 7. p. 65. L. 1. q. 13. n. 67. p. 348

*Quis revolvet nobis lapidem?* De his generoſis fæminis nulla ſcribitur laus, quia illarum opus ipſas laudabat, earumque famam prædicabat. L. 7. q. 1. n. 2. p. 384

*Viderunt Angelum.* Qui magno affectu feruntur ad hominis bonum, & ſalutem, M. 18. q. 2. n. 7. 8. p. 147

*Surrexit.* Chriſtus ſuſcitatus, Euchariſtiam recipientes maxime ad ſe adducit, I. 6. q. 11. n. 48. p. 581

*Ieſum quæritis Nazarenum.* Nazarenus, id eſt floridus: magna Chriſti majeſtas poſt reſurrectionem denuntiatur ab Angelo, ut auctor eſt Rupertus lib. 2. in Matth. & ait. *Angeli gratulantes reſurrectionem ejus, nomen iſtud ſolemniter prædicarunt.* In Chriſto ſuſcitato Paulus quandam eximiam majeſtatem agnoſcit. Gal. 1. n. 1. *Paulus Apoſtolus, non per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum*: quomodo dicitur non per hominem, cum Jeſus Chriſtus verus ſit homo? ſubdit Apoſtolus. *Per Jeſum Chriſtum, & Deum Patrem, qui eum ſuſcitavit à mortuis.* Cum in tanta reſurrectionis gloria eum conſiderat, pluſquam hominem agnoſcit. Theophilact. *Quem Deum ſuſcitavit,* ait; U*t hinc appareret cur dixerit neque per hominem, nam propter immortalitatem, jam nunc Chriſtus non homo eſt.*

*In die Aſcenſionis.*

Vide Marc. 16

*In feſto Pentecoſtes.*

Vide in Syllabar. Verb. Spiritus ſanctus.

*In feſto Corporis Chriſti.*

Vide Verbum, Euchariſtia.

R. P.



# R. P. D. F. JOANNIS
# DA SYLVEIRA
## TOMUS SEXTUS,
### ADDITAMENTA IN EVANGELIA.

### PRÆFATIUNCULA.

IAM in noſtro primo Tomo explicavi quid ſit Evangelium? quid ſignificet? quod in ſe unum conſiſtit, cum ſcriptores ſint quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, & ex tot Scriptoribus maximè dignitas Evangelii conjecturari licet, ut docet D. Auguſt. lib. 10. de Civitate: maximè verò ejus dignitas cognoſcitur ex ipſius materia, ac ſubjecto, quæ ſunt vera opera, & facta JESU-CHRISTI unigenti Filii Dei? ex quo ait ipſe D. Auguſt. lib. de Conſenſ. Evangel. cap. 1. *Inter omnes divinas authoritates, quæ ſacris litteris continentur, Evangelium merito excellit: quod enim lex, & prophetæ futurum prænunciarunt, hoc redditum, & completum in Evangelio demonſtratur. Prophetia ergo eſt Evangelium revelatum; Evangelium verò eſt Prophetia revelata* in Chriſto Jesu, & D. Bernardus Homil. 16. ait: *Omnis Evangeliorum vox, reliquis omnibus Sancti Spiritus præceptis eminentior eſſe dignoſcitur.* Unde Origenes Præfatione in Joannem ait: *Totius Scripturæ primitia eſt Evangelium.* Et Gelaſius lib. 1. Epiſtol. 31. Evangelium dicit *Totius Scripturæ epilogum, omniumque myſteriorum pelagum.*

D. Auguſt. — D. Auguſt. *Magna excellentia Evangelii.* — D. Bernard. — Origenes. — Gelaſius.

Suprema Evangelii dignitas bene deprehenditur ex nominibus, quibus dicitur, & nominatur: appellatur *Evangelium Dei* Rom. 1. n. 1. Solus enim Deus potuit tantum bonum mundo dare, ac manifeſtare. Diciturque *Evangelium* JESU-CHRISTI *Filii Dei*, à D. Marco cap. 1. n. 1. Diciturque *Evangelium gratiæ Dei*, Actor. 2. n. 14. per ipſum gratia Dei nobis communicatur: appellaturque *Evangelium ſalutis*, Epheſi. 1. n. 13. per ipſum habemus ſalutem à Chriſto. Diciturque *Evangelium pacis*: Epheſ. 6. n. 26. per ipſum facta eſt pax inter homines & Deum. Appellaturque etiam Apocalyp. 14. n. 6. *Evangelium æternum.* Hoc eſt regni æterni, quod à Deo nobis datur per Evangelium.

*Excellentia Evangelii ex nominibus.* — Roman. 1. — Marc. 1. — Actor. 2. — Epheſ. 1. — Epheſ. 6. — Apocal. 14. — 1. Cor. 2.

Cum ergo Evangelium ſit Evangelium Dei, ac JESU-CHRISTI Filii ejus, & *quæ ſunt Dei, nemo novit, niſi Spiritus Dei*: 1. Corinth. 2. n. 11. 12. & cui ipſe Spiritus Dei per gratiam ſuam voluerit revelare, auxiliante Sacratiſſima Virgine MARIA illuminatrice Evangelii ac omnium ſcientiarum, cujus opem ex toto corde, ac affectu invoco, & exoro, quæ ſem-

per mihi in omnibus maximè neceſſaria eſt, & præcipuè in explanatione Evangelii, quod totum ſuum eſt.

*Quanta eſt altitudo, & ſublimitas Evangelii.* Ipſum namque Evangelium eſt Epilogus totius Scripturæ, pelagus omnium myſteriorum, ut ſupra ex Gelaſio dixi. *Cujus tanta eſt altitudo, & profunditas*, ut ait D. Paſchaſius lib. 1. in Matth. *quod ad illum nullus valeat aſcendere, nec ad eam penetrare*; & ideo ſancti Patres variis Commentariis explanarunt, D. Auguſt. duobus lib. Quæſtionum Evangel. lib. uno Quæſtionum in Matth. lib. 3. de conſenſu Evangel. ſerm. 13. de Verbis Domini, & peculiari tract. & Com. in Joan. D. Chryſoſt. homil. 91. in Matth. & in alio opere, quod dicitur Imperfectum, homil. 54. in Matth. Et iterum homil. 27. ex variis locis Matth. Explanat etiam totum Joan. Evangelium, per varias homilias, ſicque habet alias varias homilias in Marcum, ac Lucam. D. Thomas enucleat Evangelium in ſua Catena Aurea, & proprio Commentario in Matth. ac Joannem: ſic & multi alii Patres, imò & quod magis eſt Spiritu ſancto dictante ſcriptum eſt Paralipomenon, quod eſt nomen Græcum, & idem valet ac narratio eorum, quæ omiſſa ſunt in libro Regum, ut obſervat D. Hieronym. epiſtola ad Paulin. & epiſtol. ad Domnionem, & omnes Expoſitores in illius exordiis.

D Paſchal. D. Auguſt D. Chryſ. D. Thom. Paralipom. D. Hieron.

Ad quorum exemplum, ac imitationem, quamvis nos jam explicavimus Text. Evangelior. per quinque volumina, quia tamen brevitatis cauſa aliqua loca fuerunt prætermiſſa, & alia compreſſè explicata, maximè in 4. tomo, quia multum volumen excreverat, ideò Deo dante intendimus per ordinem Evangeliſtarum aliqua explanare, vel latius expendere, ac declarare.

# ADDITAMENTUM
## In D. Matthæum.
## CAPUT PRIMUM.

LIBER Generationis JESU-CHRISTI, filii David, filii Abraham. 2. Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, & fratres ejus. 3. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Eſron. Eſron autem genuit Aram. 4. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon. 5. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jeſſe. 6. Jeſſe autem genuit David Regem, David autem Rex, genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. 7. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias autem genuit Aſa. 8. Aſa autem genuit Joſaphat. Joſaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam. 9. Ozias autem genuit Johatan. Johatan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam. 10. Ezechias autem genuit Manaſſen. Manaſſes autem genuit Amon. Amon autem genuit Joſiam. 11. Joſias autem genuit Jechoniam, & fratres ejus in tranſmigratione Babylonis. 12. Et poſt tranſmigrationem Babylonis Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. 13. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit

Azor.



Azor. 14. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. 15. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob. 16. Jacob autem genuit Joſeph virum Mariæ: de qua natus eſt JESUS, qui vocatur CHRISTUS. 17. Omnes itaque generationes ab Abraham uſque ad David generationes quatuordecim, & à David uſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim, & à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum generationes quatuordecim. 18. Chriſti autem generatio ſic erat. Cùm eſſet deſponſata mater ejus Maria Joſeph, antequam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto. 19. Joſeph autem vir ejus, cùm eſſet Juſtus, & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. 20. Hæc autem eo cogitante: Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei dicens: Joſeph filî David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. 21. Pariet autem filium: & vocabis nomen ejus JESUM, ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum. 22 (Hoc autem totum factum eſt ut adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per Prophetam, dicentem: 23. Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen ejus Emanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus.) 24. Exurgens autem Joſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini: & accepit conjugem ſuam. 25. Et non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum: & vocavit nomen ejus JESUM.

### *ARGUMENTUM CUM remiſſionibus.*

*Primò, verſ. 1.* Deſcribit Evangeliſta Chriſti genealogiam ab Abraham uſque ad ipſum. De qua egi tom. 1. lib. 1. cap. 2. & hic etiam dicam.

*Secundò, V. 18.* Deſcribitur Chriſti conceptio ex Spiritu ſancto, ac ejus Nativitas ex Virgine Deipara, revelata in ſomnis Joſeph. De quo dixi tom. 1. libro 1. capite 10. & hîc infra.

*Tertiò, v. 22.* Proponitur Vaticinium Iſaiæ de partu Virgineo; quod explicabo.

---

### QUÆSTIO I.

*Quare per tot, ac tantos Patriarchas deſcribitur Genealogia Chriſti uſque ad Beatiſſimam Virginem MARIAM.*

1. DE hac Sacra Genealogia latè tractavi Tom. I. in Evangelia, l. 1. c. 2. per Quæſt. 44. Adde nunc ad majorem doctrinam. Communis Expoſitorũ vox eſt, per tot illuſtriſſimos viros, præclaram nobilitatem proſapiæ Virg. Mariæ, ac Chriſti Glorioſis literis commendari. Andræas Cretenſis *Sylvera in Evang.* Tom. VI.

Andr. Cretenſ.

aliam ad præſentem difficultatem invenit rationem, Orat. de Annunciatione, & ait: *Conſentaneum eſt eam* (ſcilicet Deiparam) *utpote nobilem Davidis filiam, divinarum Scripturarum non fuiſſe ignaram*: Suprema nobilitas deſcribitur per tot Patriarchas, Reges, Principes, Duces, ac ſi tanta ſanguinis claritudo, non ſufficiat ad nobilitatem, niſi inde claritas ſapientiæ adjungatur, & ideo genealogia Mariæ per tot viros illuſtres trahitur non ſolum ob eorum nobilitatem, ſed quia in ipſis præcipua pars veteris teſtamenti contineatur; ac ſi ipſa tota Scriptura in Maria tanquam in theſauro reponatur, contineatur, ac terminetur, omneſque ejus parentes ipſam reſpiciebant, ad eamque referebantur, ut undique appareat Mariæ celſitudo, quæ cum tam præclara parentum nobilitate habebat conjunctam Biblicam ſapientiam. *Conſentaneum eſt eam, utpote nobilem Davidis filiam, Divinarum Scripturarum non fuiſſe ignaram.* Maximè conveniens erat, ut quæ tam nobilis erat, utpote regis filia Virgo Maria, totius ſcripturæ plena ſcientiâ eſſet.

*Virgo glorioſa ſuam nobilitatem cum ſapientia conjungit.*

Divinæ Sponſæ verba ſunt Cant. 1. num. 4. 2.
*Introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabimur in te:* maximè dubitant interpretes, quid hîc per cellaria intelligatur, bona pars eorum per cellaria, ſacrarium Divinitatis exponit cum Chaldæo. Divinus Sponſus ſuam dilectiſſimam Sponſam Mariam in ſacrarium ſuæ Divinitatis, ac ſapientiæ introduxit, ut ei omnia arcana, ac ſecreta aperiret, ac manifeſtaret: prædicta Canticorum verba ex perſona Virginis loquens, ejuſque ſapientiam commendans, ſic elucidat Rupertus, inquit: *Et quæ ſunt illa cellaria Regis Dei? Nimirum ſacra myſteria, quæcumque continentur in Scripturis Sanctis. Nihil enim à me abſcondit, ſed omni dulcedine ſua me inebriavit. Qui enim verbum ſuum, quod erat, & eſt in corde ſuo, mihi totum infudit, quomodo non etiam cum illo omnia donavit.* Virgo Sanctiſſima *in cellaria Regis Dei*, hoc eſt in ſacrarium Divinitatis, Divinæque ſapientiæ intro-

Cantic. 5. Chaldæus. Rupertus.

*Totum verbum quod eſt ſapientia Patris, in Virgine infuſum eſt.*

ducta decantantur, ita ut ab ea nullum ſit abſconditur arcanum, quamvis maximum ſit ſecretum in abditis Divinitatis reconditum, quod præclara verborum energia comprobat Rupertus. *qui enim verbum ſuum, quod erat, & eſt in corde ſuo mihi totum infundit: quomodo non etiam cum illo omnia mihi donavit.* Verbum quod eſt in corde Patris, & quod eſt ipſa Patris ſapientia totum Deus Pater in Mariam infundit; quid non-ſapiet, quæ ſic introducta eſt in ſacrarium Divinitatis, ut ipſam æternam Dei ſapientiam in ſe ſuiſque viſceribus habeat: ſi enim ipſa in ſe habet Dei ſapientiam, quæ ſua luce omnia etiam maximè abdita manifeſtat, quomodo fieri poteſt, ut tantæ lucis non ſit particeps, ac de tanta Divinitatis affluentia non bibat, & hauriat. *Nihil enim à me abſcondit, ſed omni dulcedine ſua me inebriavit.*

3. Cantic. 1. Lætanter decantant Sodales: *Exultabimus, & lætabimur memores uberum tuorum:* Ex eo quod ipſa Virgo Maria in cellaria ſummi Regis, ac in ſacrarium Divinitatis eſt introducta, exultant, ac lætantur animæ fideles Juſtorum, quia ejus corda, ac ubera abundantiſſima, plena ſunt lacte Divinæ ſapientiæ, ac ſcientiæ, ut in omnes infundant, omneſque de illius lacte Divino bibant, & repleantur. Hinc rectè à ſapientiſſimo Idiota de Cont. Virgin. *Maria Doctrix Doctorum, Magiſtraque Apoſtolorum* appellatur.

*Maria omnes ſua ſapientia illuſtrat.* Idiota.

4. Apoc. 12. Valde celebris eſt illa viſio, qua mulier apparuit in cœlo, in utero habens, clamans, ac parturiens, *& in capite ejus corona ſtellarum duodecim.* Apoc. 12. n. 1. & cur in tam ſublimi capite duodecim ſtellæ apparent, cur non plures, vel pauciores, niſi ut ibi clarè manifeſtentur duodecim Apoſtoli, ut omne, quod in eis eſt ſanctitatis, virtutis, ac ſapientiæ, & doctrinæ à luce Mariani Splendoris participaverint, ac hauſerint. Ubertinus apud Carthuſianum lib. 4. de laudibus Mariæ, art. 16. ait: *Ipſa digniſſima Virgo ſingulariter totum myſticum corpus, cum vero corpore ſuo portavit in utero, & in continuis cordis ſui doloribus, aſſimilata doloribus filii ſui parturivit, cui attribuitur tota corona duodecim Apoſtolorum, quoniam meritis ejus fuerunt vocati, ac per ejus inſtructionem edocti, per ejus quoque ſuſpiria, & orationes, Spiritu ſancto repleti. Unde & Virgini Sanctæ ſingulariter attribuitur tota per Apoſtolos facta mundi victoria.* Expende verba *per ejus inſtructionem edocti*: nam quamvis Sacri Apoſtoli à Chriſto in ſacra ejus doctrina illuminati fuerint, tamen à Mariano lacte multum in ea ſunt enutriti, ac profecerunt; & ideo hæ ſtellæ, ſeu Apoſtoli fulgent in Capite, quod eſt ſedes ſapientiæ, quia à Mariana ſapientia derivata eſt lux doctrinæ, ac ſcientiæ, qua totum mundum, ut fulgentiſſimæ ſtellæ illuminarunt.

Ubertinus. *Apoſtoli à Sacra Virgine ſunt edocti, ac illuminati.*

5. Pro quo multum facit id quod tenet Auctor ſupplem. Gabrielis in 4. diſt. 49. q. 4. n. 3. dub. 2. *Et ob hoc, Chriſto aſcendente in cœlum, ipſa ad tempus in terris, pro fidelium conſolatione, & magiſterio eſt derelicta, & pie tenendum eſt, quod ipſa diaboli ſuggeſtiones plus omnibus aliis detexit, & enervavit. Diſcipulos Domini, & Eccleſiæ magiſtros informando, & erudiendo, & ſacratiſſimis morum diſciplinis inſtruendo, veritate evangelica illuſtrando, & fidei ſecreta pandendo.* Cujus rei optimam explanationem, ac rationem aſſignat D. Anſelm. de Excellent. Virg. c. 7. & ait. *Quia licet Apoſtoli per Spiritus ſancti revelationem edocti fuiſſent in omnem veritatem; incomparabiliter tamen eminentius, & manifeſtius ipſa* (ſcilicet Virgo Maria) *per eumdem Spiritum veritatis virtutum profunditatem intelligebat, & per hoc multa eis per hanc revelebantur, quæ in ſe non ſolum ſimplici ſcientia, ſed ipſo effectu, ipſo experimento didicerat de myſteriis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Maria *ſancti Spiritus magiſterio erat deputata,* ad omnes docendos, ac illuminandos, ut dixi ex D. Laurent. Juſtiniano tom. 2. in Apoc. cap. 12. q. 13. n. 105. Vide etiam dicta eodem cap. 12. q. 9. n. 76. 77. & 78.

*Suplementum Gabrielis: Virgo à filio relicta in terris ad fideles illuminandos.* D. Anſelm. *Maria altiſſima ſcientia & etiam experientia myſteria intelligebat.*

---

## Quæstio II.

### *Quare D. Matthæus in præſenti genealogia quatuor fœminas præter Virginem enumerat? Divus verò Lucas nullam commemorat?*

6. Text. Matthæi. NUmero tertio ait noſter Evangeliſta, *Judas autem genuit Fares, & Zaram de Thamar, &c. Salmon autem genuit Booz de Raab. Booz autem genuit ex Ruth, &c. David autem genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Uriæ.* Ecce hic nominantur quatuor fœminæ, Virgine MARIA excepta. Aliter Lucas poſt baptiſatum Jeſum, ejus progenitores numerans ait c. 3. *Qui putabatur filius Joſeph qui fuit Heli, qui fuit Mattha, qui fuit Levi, &c. qui fuit Adam, qui fuit Dei*: nullius in hac tota genealogia fœminæ fit mentio. Cur ergo Lucas nullam fœminam nominat in Salvatoris genealogia, cum Matthæus præter Virginem Mariam quatuor fœminas ſcribat. Lucas oſtendebat, ut regeneratus homo in Baptiſmo aſcendit ad Deum; Matthæus autem oſtendebat, ut homo deſcendens à cœleſtibus in terram veniebat, & ideo in deſcenſu hominis à cœlis in terram proponitur fœmina, quæ ubi intervenit, ſtatim veluti conſequens eſt, ut homo è cœlis in terram deſcendat, & ruat. Patrocinatur Origen. homil. 28. in Lucam, & ait: *Nec eædem perſonæ ſunt in generatione* JESU, *quando deſcendere dicitur, & quando conſcendere; Qui enim fecit eum à cœlis tibi deſcendentem, mulieres non quaſlibet, ſed peccatrices, & quas ſcriptura reprenderat, introducit: qui eum baptiſatū narrat, nullius mulieris facit mentionem.* Dupliciter proponitur JESUS in ſuis genealogiis, in una aſcendens ad Deum, in altera deſcendens: cum deſcendit, mulieres nominantur, quæ facile homines in terram cadere faciunt: *Qui enim fecit eum à cœlis tibi deſcendentem, mulieres non quaſlibet, ſed peccatrices, &c.* At vero cum aſcendit nullius mulieris interventus commemoratur. *Qui vero baptiſatum tum narrat, nullius mulieris facit mentionem.*

Luc. 3. *Ubi mulier, ibi ruina, & lapſus.* Origenes.

7. Exod. 1. Pharao ad obſtetrices præcepit, Exod. 1. n. 16. *Quando obſtetricabitis Hebræis, & partus tempus advenerit, ſi maſculus fuerit interficite eum, ſi fœmina reſervate.* Cur Pharaonis furor tam diverſimodè ſe habet in fœminas





ac maſculos, ſi unum interficit, cur & non alios, ſed unum mandat reſervare, alterum occidere, ſi exoſus eſt populus Pharaoni, cur æqualiter in omnes non deſævit? ſub Pharaone intellige diabolum, qui hoc illi ſuggerebat, ut ſicut viriles animos timet, ſic fœmineas mentes curat, in his enim putat habere fomentum ad perficiendum omne conſilium ſuæ perverſitatis. Viri maximè conducebant ad exitum populi de Ægypto in terram promiſſam, ubi demonſtratur exitus de terra in cœlum, fœminæ verò maximè inſerviebant ad impediendum, ac retinendum. Noſter D Cyrillus Alexandrin. lib. 4. de Adorat. ait, præcepit Pharao omni populo dicens, *Omne maſculinum projicite in flumen, omnem fœminam vivificate:* & poſt pauca ſubdit, *jucundiſſimus eſt igitur, atque gratiſſimus tetro illi draconi, Satanæ, inquam, muliebris ille ſenſus animi effœminatus, & imbellis, ad ſapientiam quoque parum aptus: inimica porro, & inviſa illa ad fortitudinem alacritas, & animi vis languore metuque ſuperior, mens item ſumma prudentia prædita, propterea muliebrem ſexum vivum ſervat, & in eo ſolo deponit cruentam illam determinationem, atque conſilium.*

D. Cyrillus. *Mulier maximè inſervit ad perditionem.*

8. Levit. 19. Onkelus. Præcipitur Levitici 19. n. 27. *Ne proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & terra impleatur piaculo*: legit Onkelus, *Ut non idolis ſerviat terra, & impleatur ſcelere & peccatis*: Cum una mulier proſtituitur malitia, ac impudicitia ſe implicat, inde conſequens fit, ut omnia vicina inficiantur omni turpitudine, ac nequitia, ut idolis repleantur, peccatis, ac abominationibus abundent. Vide in aliis meis libris verbum *Mulier.*

*Ubi mulier, ibi omnis prævaricatio.*

---

## Quæstio III.

### *Quare Thamar ſtatim in exordio genealogiæ Chriſti proponitur ante omnes alias fœminas?*

9 Textus. AIt Text. *Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.* Cur hæc fœmina, non bene de inceſtu audiens, ſtatim in primo limine in Chriſti genealogia ponitur? potuit Evangeliſta inverſo ordine proſapiam Salvatoris intexere, & non ſtatim in exordio fœminam proponere, quæ obſcurum cum nomine inceſſum ignominioſè profert, cur ergo Evangeliſta avitam nobilitatis gloriam, qua Chriſti progenitores claruerunt, hujus fœminæ luxurioſo propudio devenuſtat.

*Ratio dubitandi.*

10 D. Ambr. Pulchrè D. Ambroſius lib. 2. in Lucam dat rationem, & ait: *Sancti Matthæi conſilium à rationis Juſtitia non abhorret, nam cum evangelizaret ſecundum carnem generatum eſſe, qui omnium peccata ſuſciperet, ſubjectum injuriis, ſubditum paſſioni, nec hunc quidem putavit exortem aſſerendum eſſe pietatis, ut maculatæ quoque originis non recuſaret injuriam* D. Matth. non deviat à ratione, imò maximè facit ad ſuperabundantiam pietatis, qua Chriſtus redundantius erga offenſores ſuos exundat. Hanc à Thamaris inceſtu accipiens *injuriam*, ut ipſa prima fœmina eſſet, quæ glorioſam ejus macularet originem, hanc gratiam benevolo officio dominus illi rependit, ut ipſa prima inter alias fœminas recenſeatur, ſub initium illuſtriſſimæ Jeſuanæ genealogiæ, Thamar propudioſo inceſtu notiſſima; ut ſi ipſa mulier ſuo libidinoſo concubitu quodammodo offendit, ac fœdavit tam nobiliſſimam proſapiam, catalogo ipſiuſmet proſapiæ prima condecoretur, ac ſublimetur. Quoniam Thamar *injuria maculatæ originalis*, feſtinavit devenuſtare Chriſti Genealogiam, Chriſtus vice verſa, eam ſua redemptione emaculare, ac emundare feſtinat, neque ſit ſegnior ad beneficium, quam illa ad injuriam.

*Chriſti pietas injuriis illatis cum beneficiis reſpondet.*

11. Joan. 15. Conquerens Chriſtus D. de crudeli Judæorum odio, ait Joan. 15. n. 25. ſi opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius facit, peccatum non haberent: nunc autem, & viderunt, & oderunt me, & Patrem meum. *Sed ut impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt: quia odio habuerunt me gratis* Pſ. 34. n. 19. Per opera communiter expoſitores intelligunt Chriſti miracula, virtutes, doctrinam divinam, quibus Chriſtus eorum benevolentiam maximè conciliare debuerat, ſub his etiam operibus redemptionis opera connectit D. Aug. tr. 92. in Joan. quibus maximè exaggerat ſummam Judæorum ingratitudinem, & ait: *Tanti ſanguinis tam impie, ac immaniter fuſi, indulgentiam perceperunt, ipſo redempti ſanguine, quem fuderunt. Chriſti enim ſanguis ſic in remiſſionem peccatorum omnium fuſus eſt, ut ipſum etiam peccatum poſſet delere, quo fuſus eſt. Hoc ergo intuens Dominus dicebat, Odio me habuerunt gratis:* perpende vim argumenti. quo Dominus probat, ſe gratis odio haberi, nimirum quia illis præſtitit multa beneficia, ſanitates, miracula, virtutes, doctrinam, imò & ſuum ſanguinem, quem per ſummam injuriam, ac crudelitatem melius clamantem, quam Abel, quem ſumma impietate effuderunt, qui non ſolum omnibus profuit, ſed etiam ipſiſmet crucifixoribus, ac effundentibus valdè proficuus fuit, ac beneficus, ut injurias, tormenta, ac tot immanes crudelitates beneficiis reſponderent, Judæi præ odio ipſum ſanguinem effuderunt; Meus JESUS pro ſua eximia pietate ipſo ſanguine eos redimebat; ac pro eis in reconciliationem Patri offerebat.

Pſalm. 34. D. Auguſt. *Chriſtus ſuo effuſo ſanguine ab hoſtibus, ipſe eis benefacit.*

12. Pſal. 128. Ait David in perſona Chriſti Pſalm. 28. n. 3. *Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores*: id eſt, ut tenet communis interpretatio, inimici mei iniquas plagas impoſuerunt dorſo meo, veluti quaſi fabri dorſum meum flagellis continuis, veluti malleorum ictibus, quā duriſſimè contuderunt, ac percuſſerunt; ſed quomodo meus JESUS ſe ſolùm in tergo percuſſum dicit; non ne etiam ipſe vulneratus eſt in manibus, pedibus, ac latere, imò etiam in pectore flagellatus, ut ſuo loco ex D. Auguſtino dixi, cur ſolum plagas datas in dorſo commemorat; ô ſumma pietas, ac clementia JESU, ut ſe pulſato à tergo dicat, ac ſi tales plagas ſic habeat in oblivionem, ac ſi poſt tergum eſſent, ut perbelle dixit Seneca lib. ad Conſtant. c. 14. *Non memini percuſſum me majori animo, non agnovi injuriam, quam ignoviſſet.* In rem tamen noſtram de Chriſto JESU prophetizavit Iſaias cap. 9. n. 6. *Factus eſt principatus ſuper humerum ejus* Ex radice Hebraïca bene poteſt legi; *Factus eſt principatus ſuper dorſum ejus Principatus*; ut explicat noſter D. Cyrill. Alexandr. ibi: *Principatus Salvatoris, redemit.*

*Chriſtus ſuas injurias in oblivione habet.* D. Auguſt. Seneca. Iſai. 9. D. Cyrill. Hebraïc. *Suis vulneribus, quibus percuſſus eſt Chriſtus ſuos perſecutores redemit.*

*ac redemptoris*: O Altiſſima, & ſuprema JESU Clementia! inimici crudeliſſimi vulneribus percuſſerunt dorſum ejus, ipſe vero talibus vulneribus eos redemit, à poteſtate dæmonis liberavit, in ipſiſmet flagellis datis in dorſo ſuum principatum, ac regnum ſalvatoris conſtituens.

---

## QUÆSTIO IV.

### *Quare altiſſimo Dei conſilio Aram genuit Aminadab?*

13. Textus. AIt Tex. num. 3. & 4. *Aram autem genuit Aminadab; Aminadab autem genuit Naaſſon.* Non caſu talia nomina tali rerum ordine poſita ſunt in catalogo progenitorum Chriſti. Primo Strabus Fuldenſis ibi ex Rabbano Mauro horum nominum interpretationem ingenioſè emedullans, ad Chriſtum eorum filium his verbis derivat, & ait: *Aram Chriſtus electus, vel excelſus interpretatur..... Ipſe eſt Aminadab, id eſt voluntarius, qui dicit voluntariè ſacrificabo tibi. Idem eſt Naaſſon, id eſt augurium.* Rectè tali ordine Chriſti progenitores deſcribuntur. Nam ex eo quod Chriſtus D. eſt electus, ac excelſus filius Dei Patris, & ex eo quod ipſe pro nobis ſe obtulit voluntariè Deo Patri in ſacrificium, inde pro nobis eſt augurium totius felicitatis ac bonitatis. O magnum augurium non de incertis hominum conjecturis ſuperſtitioſè falſis, ſed de providentiæ Divinæ certiſſima præſcientia feliciſſima, qua nobis deſtinavit excelſum filium ſuum in ſacrificium oblatum pro ſalute noſtra in omne auſpicatiſſimum bonum.

Strabus. Rabbanus.

*In Chriſto feliciſſimũ omnium augurium.*

14. D. Chryſoſt. Secundò D. Chryſoſt. in imperfecto homil. in Matthæum. *Convenienter Aram (qui erat viſitatio ipſorum) genuit filium Aminadab, qui interpretatur, vel gens deſiderata, vel populus voluntarius. Neque enim facta fuiſſet ſuper eos viſitatio Dei, niſi gens deſiderata fuiſſet, & populus voluntarius. Qui enim voluntarius eſt Deo, & dicit voluntariè ſacrificabo tibi, ipſe eſt & deſiderabilis apud Deum, & qui deſiderabilis eſt Deo, ſine dubio voluntarius eſt; quia non omnino ſubjectionem hominum diligit Deus, aut famulatum, ſed voluntariam ſubjectionem, aut famulatum voluntarium:* & aſſignat optimam rationem. *Natura enim omnes ſub Deo ſunt, quoniam & à Deo creati ſunt, voluntariè autem non omnes ſunt Dei, quia ſecundum opera diabolo ſe ſubſternunt.* Optimè dicitur in Text. *Aram autem genuit Aminadad*: Quod rectè colligitur ex nominum ſignificatione. *Aram* id eſt *Viſitatio eorum*: *Aminadab* idem valet, *ac populus voluntarius*; & quia populus Iſraël Deo voluntariè ſerviebat, ejuſque obſequio ſe dedicabat; inde promeruit à jugo Pharaonis liberari, & à ſervitute Ægypti exire. *Nequem enim facta fuiſſet ſuper eos viſitatio Dei, niſi fuiſſet populus voluntarius.*

*Ex voluntatis affectu opera noſtra valorem habent apud Deum.*

15. D. Nazian. Ait Nazianzen. Orat. 37. *Quod voluntarium eſt, tum divinum, tum certum eſt*: in Dei famulatu, illi maximè complacente; ait Paulus 1. Corinth. 7. n. 25. *De Virginibus præceptum Domini non habeo*: Cur tam explicitè ipſe gentium Doctor prædicat quod de Virginibus præceptum non habeat, cur hoc etiam non dicit de aliis operibus conſilii, ut de paupertate, obedientiâ religioſâ, de eleemoſyna in pauperes, de lugentibus, ac aliis virtutum operibus, ſed tantum de virginibus ait, quod non habet præceptum à Domino, ut deinde maximè commendetur virginum præſtantia, tanquam ſuperior aliis virtutibus, ut propinquior, & amabilior Deo, ut ſine ullo præcepto, merè voluntariè, tam admirabiliter ſe habeant. D. Hieronym. lib. 1. in Jovinian. ait: *Tenet in manu Virginitatis bravium: oſtendit puriſſimum fontem, & clamat, qui ſitit, veniat, & bibat: qui poteſt capere, capiat. Non dicit velitis, nolitis, bibendum vobis eſt, atque currendum: ſed qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare, ille vincet, ille ſaturabitur: & ideo plus amat Virgines Chriſtus, quia ſponte tribuunt, quod ſibi non fuerat imperatum: Majoriſque gratiæ eſt, offerrè quod non debeat, quam reddere quod exigaris.*

1. Corint. 7.

*Inde maximè commendatur Virginitas apud Deũ, quia ſine præcepto, & voluntate fit.* D. Hieron.

16. Conqueritur Deus de populo Hebræo, quippe non ſacra ſit operatus cum per ſolitudinem duceretur: *Nunquid hoſtias, & ſacrificium obtuliſti mihi in deſerto, &c.* Amos 5. n. 25. ſed opponet Hebræus: Anne certè Deus queritur? Certè Moyſes in Horeb aram extruxit? Exod. 24. n. 5. *Miſit juvenes, & obtulerunt holocauſta, &c.* Mitto plura ex Numer. cap. 7. n. 2. ubi alia ſacrificia oblata invenies. Quomodo ergo ait Deus, quod non obtulerunt holocauſta. D. Hieronym. ibi: *Bene eſt, ſed poſt quædam eos legimus Deo obtuliſſe non voluntate, ſed metu fecerunt:* Viderunt homines fumare montem, micare ignes, mugire tonitrua, c. 20. n. 8. hac rerum facie metum concipere, & ſacra facere; ſed quæ neceſſitate potius, quam voluntate, perinde eſt apud Deum, ac ſi non fiant: ingratum omnino id eſt opus, utpote quod in Dei cedat injuriam. Unde rectè monet Seneca lib. 1. de beneficiis, cap. 6. *nec in victimis, licet optimæ ſint, auroque fulgeant, Deorum eſt honor, ſed pia, ac recta voluntate venerantium.*

Amos 5. Exod. 24. Numer. 7. D. Hieron. Exod. 20. Seneca.

---

## QUÆSTIO V.

### *Quare Ruth Moabites, mulier gentilis tantum ſublimatur, ut illuſtriſſimo Catalogo progenitorum Chriſti annumeretur cum præſtantiſſimo viro ſuo Booz.*

17. Textus. AIt Textus n. 5. *Booz autem genuit Obed. ex Ruth*: de excellentiſſimis virtutibus Booz jam aliqua dixi citato tom. 1. in Evang. lib. 1. cap. 2. q. 25. de qua ait D. Chryſoſt. in Imperfecto homil. 1. *Quod non ſibi uxorem accepit, ſed Deo*: nimirum ut legem adimpleret, eique ſatisfaceret, ut ibi explicavi: cujus tanta erat probitas, ac ſanctitas, ut idem Chryſoſt. citatus dicat: *Salvum autem æqualem virum genuit ex Rahab Booz, qui interpretatur, in virtute, vel virtus in ipſo.* Tantum erat Booz vitiis defæcatus, ut non ſolum dicatur de eo, quod in ipſo erat *virtus*; ſed etiam quod ipſe erat *in virtute*. Tanta ſanctitatis prærogativa eminebat

D. Chryſ. *Imperfectus.*

*Booz pro magna laude celebratur, quod ſit in virtute impreſſus.*





ut totus videretur in virtute plantatus, impreſſus, ac radicatus, ac ſi veluti eſſet quædam virtutis portio, ut quidquid ipſe faceret, ab eoque prodiret, tantum veluti à virtute emanabat, ut de eo liceat dicere, quod de Magno Baſilio dixit D. Gregorius Nazianz, oratione de ejus laudibus: *Qui Baſilium laudat, virtutem laudat.*

D. Nazian.

18. Ad quæſtionem propoſitam maxime mirandum eſt quod Ruth mulier gentilis, & alienigena, ad tantam ſublimitatem deveniſſet, ut inter progenitores unigeniti Filii Dei incarnati ſcriberetur, & unde ad tantam ſublimitatem pervenit, habes in ejus libro, cap. 1. n. 4. *Ruth adhæſit ſocrui ſuæ*: quæ in magna erat afflictione. Orbata enim marito, ac filiis erat Noemi, in ſumma deſolatione, ac anguſtia, quam minimè deſeruit Ruth, ſed ei inſeparabiliter adhæſit, eligens magis cum ea mendicare in paupertate, & multis incommodis quam apud ſuos manere pluribus abundans, ex quo inde in tantum ſublimatur, ut ex ſemine ejus Chriſtus naſceretur, interque Chriſti Patres annumeretur. D. Hieron. epiſt. ad Paulum ſic ait: *Vide quanti meriti ſit, deſertæ præſtitiſſe ſolatium, ex ejus ſemine Chriſtus oritur de Noemi refecta à Ruth, inde extollitur ipſa, ut veri Dei fidem recipiat, ac in catalogo parentum Chriſti adſcribatur.* Semper pietas, ac clementia in ſanctos valde ſalubris, ac proficua fuit hominibus. Obſidetur, ac devaſtatur Jeruſalem, pereunt cives, ac captivi ducuntur? mandat Deus tamen diceret Abdemelech Æthiopi: *Ecce ego inducam ſermones meos ſuper civitatem hanc in malum, & non in bonum, & liberabo te in die illa, ait Dominus, & traderis in manus virorum, quos times.* Jeremiæ 36. n. 16. & unde homo alienigena, ac Æthiops tantam gratiam & benevolentiam promeruit. Quia liberavit Jeremiam à Lacu, cap. 38. n. 12. Cujus miſericordiæ hic mercedem accipit ab eo, ut notant D. Hieronym. & Lyran.

Ruth 1. D. Hieron.

*Pietas, & clementia in ſanctos valde proficua hominibus.*

Jerem. 39. Jerem. 38. D. Hieron. Lyran.

19. D. Hieron. Secundo D. Hieronymus in tractatu de vera circunciſione, ait: *O Virtutem Ruth viris etiam præferendam. Deos ſuos Moabita contemnit, cum tu Iſrael deſideres alienos; illa in unum Deum, ſuorum jam oblita conjurat, & in poſt multitudinem fornicaris idolorum? Hinc eligitur à Domino? hinc fit Iſraëlita mente non genere, fide non ſanguine, virtute non tribu: hinc uſque adeò benedicitur, ut prophetarum tuorum mater vocetur, & regum.* Ruth facta eſt filia Abrahæ? ac vera Iſraelita, non naturâ, conditione, ac tribu; cum eſſet Moabita inter idolorum cultum genita, & creata, ſed tantum probitate profecit, ut virtute, fide, ac juſtitiâ, vera filia Abrahæ computaretur, Deos gentilium contemnens, verum Deum adorans, & inde ingenti virtutum pretio comparavit, ut in ſerie parentum Chriſti ipſa computaretur, non enim ita eſſet beata Ruth, ſi naturali progenie cenſeretur inter Iſraelitas, ut habita eſt virtutum cenſu.

*Magna laus ad gloriam magnatum devenire.*

20. 1. Cor. 4. Ait Paulus 1. Corinth. 4. n. 17. *Miſi vobis Timotheum, qui eſt filius meus dilectus in Domino*: Quantum hoc cedat in laudem Timothei, audi Chryſoſt. homil. 1. ad Paulum ibi: *quando autem Paulus eum vocat filium, hæc verba omnem ipſius virtutem demonſtrare ſufficiunt; ſanctorum enim indicia non ad gratiam, nec ad inimicitiam fiunt, ſed ab omni ſunt dubitatione libera, non fuiſſet tam beatus Timotheus, ſi Pauli filius à natura fuiſſet, quam nunc eſt admirabilis, quoniam ſecundum carnem nihil ad ipſum attinens per cognationem, quæ eſt ſecundum religionem, in ipſius ſe adoptionem induxit*: Non ita laudabilis, ac glorioſus Timotheus fuiſſet, ſi filius Pauli natura extitiſſet, ac eſt modo per adoptionem virtutum, ac aſſimilationem; nam ſi eſſet filius naturalis, hoc accepiſſet à natura: ac quod ſit filius adoptivus, hoc ipſe per ſua merita comparavit. *Non fuiſſet tam beatus Timotheus, ſi Pauli filius à natura fuiſſet, quam nunc eſt admirabilis.*

Chryſoſt.

*Glorioſior Timotheo filiatio per merita quam per naturam.*

21. Ait Joannes de fidelibus Chriſtum adorantibus: *Quotquot autem receperunt dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*: Joan. 1. n. 12. intendit Evangeliſta explicare ſummam Dei benignitatem, ac benevolentiam erga homines, quos intantum dilexi ut ad ſublimitatem filiorum Dei elevaret; ſed ad tantum affectum exprimendum magis videbatur conducere ſi diceretur fecit eos filios Dei, cur ergo *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*, ſi ſcriberetur, quod fecit eos filios Dei, exprimeretur magna Dei gratia erga nos, at cum aſtruitur, quod *dedit poteſtatem*, denotatur, quod per noſtram diſpoſitionem, voluntatem ac meritum, ad tantam dignitatem evehimur, & ut honorabilior eſſet ipſa filiatio decrevit, quod eſſet ex merito, & non ex gratia. D. Joannes Chryſoſtom. homil. 9. in Joan. ait: *Cur non dixit fecit eos filios Dei fieri? ut oſtenderet multà nobis opus eſſe diligentia ut adoptionis nobis per Baptiſma impreſſam imaginem puram ſervemus, cumque hoc nos honorare dignatur inter omnes, ut maximus ſit præſtantiſſimus.* Et ita noſter D. Cyrill. Alexand. lib. 1. in Joan. c. 13. D. Gregorius homil. 9. in Ezechiel. per poteſtatem exponunt *dignitatem & excellentiam.*

Joan. 1.

*Nobilius eſt quod ex meritis quam ex gratia obtinetur.*

D. Chryſ. D. Cyrillus. D. Gregor.

---

## QUÆSTIO VI.

### *Quare Evangeliſta hic non exprimit nomen Bethſabee, ſicut aliarum fœminarum, ſed tantum ait, ex ea quæ fuit Uriæ?*

22. Textus. Rabban. AIt noſter Tex. n. 6. *David Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ*: merito dubitat Rabbanus dicens: *Quærendum eſt, quare Evangeliſta Bethſabee proprio nomine non nominavit, ſicut cæteras fœminas*: Cur ergo peculiariter nomen iſtius mulieris tacetur.

23. Reſpondeo primò ex mente D. Thomæ ſtatim citandi, quia Bethſabea ſecum ſuo crimine involvebat adulterium, & ideo ſuo nomine indigna; nam Thamar nomen habet in ſacro Textu n. 3. etſi vidua proſtratæ pudicitiæ Geneſ. 38. n. 19. Item non habet Rahab apud Matthæum n. 5. & ſi meretrix dicatur. Joſue 2. n. 3. neutra vero erat adultera, ſed Bethſabee nomen perdidit, quæ pudorem perdiderat viro læſo: ſic bſurdum adeo eſt adulterium, immane ſcelus; inde & maxime erubeſcit Suſanna etſi falſo accuſata ſceleris; cum ducitur enim habet Tex. Daniel. 13. n. 32. *Erat enim cooperta*, pudore ſcilicet contracto, cum rapitur ad

Gen. 38. Joſue 2.

*Adultera nomen perdidit, quia pudorem perdidit.*

Daniel. 13.

Tertull. judices ob irrogatam ſibi calumniam de mariti jure polluto. Tertullian. de Corona cap.4. *Rea venerat erubeſcens de fama ſua* : notata tam fœdo crimine , quod in mulieribus eſt ſuper omne delictum , & ita dicitur Deuteron. 28. n. 30. *Uxorem accipias & alius dormiat cum illa* , &c. *præcordialis enim dolor eſt* : ſuper omnem dolorem marito, ubi Abulenſis. *Maritus enim libentius audit uxorem interfici , quam pollui.*

Deuter. 28. Abulenſis.

24. D. Thom. Secundò D. Thomas in ſuo Commentar. *Hæc*, ſcilicet Bethſabee, *autem turpiter peccavit crimine adulterii , & conſenſu homicidii , & ideo propter verecundiam ſubticetur ejus nomen :* Aliæ fœminæ ut Thamar , Rahab , unum luxuriæ crimen commiſerunt. At Bethſabee non ſolum deliquit lapſu carnis, ſed etiam conſenſu homicidii ; & addere peccata ſuper peccatum ſupremum malum eſt , & omnem gloriam & nomen extinguit. Vide multa in aliis libris meis verbo *Peccatum.*

*Supremum malum addere peccatum peccatis.*

25. Salmeiron. Tertiò Salmeiron ad hæc verba Matthæi , *Ex ea , quæ fuit Uriæ , non dixit ex Bethſabee, ſed periphraſi deſcripſit illam... Ut Urias fidelis, & juſtus ſervus David, in hac genealogia locum habeat apertum , & expreſſum : Bethſabee autem propter adulterii notam , ſuppreſſum , & implicitum :* Ex duplici capite Evangeliſta ait *Ex ea quæ fuit Uriæ* : ut ſupprimeret , ac occultaret nomen mulieris ob adulterium , & etiam ut honorificaretur Urias , juſtus & bonus fidelis ſervus David ; nam ſi ipſe ob fidelitatem in dominum ſuum Davidem crudelem mortem invenit, ob ipſam ſuam fidelitatem (quam Deus ſemper remuneratam habet ) obtineat glorioſam famam, & nomen in illuſtriſſimo catalogo magnorum virorum; valde enim excelſum , ac ſublime eſt habere locum interque eos ſcribi, ac computari.

*Valde glorioſum inter magnos viros computari.*

26. Cellada. Quartò Doctiſſimus Mag. Didacus Cellada c.4. in Tobiam §.144.n.5. quod dum ſupprimitur, ac occultatur Bethſabee nomen, ac inhoneſtum crimen ibi declaratur , ac manifeſtatur ; & ſi cautè Evangeliſta poſuit verbum, *fuit Uriæ* , id eſt ex vidua, quæ olim matrimonium contraxit cum Uria , quo marito defuncto , David nupſit (quod erat licitum, ac honeſtum ) tamen dum ſolerter cautelam adhibuit , quidquid inhoneſtum fuit , ſuppreſſum voluit, adulterium tamen, & homicidium apertè promulgavit; & quis in Uriæ honeſta recenſione , in honeſtum uxoris Uriæ facinus ſcriptum non legat , dum honoratur , & Bethſabee nomen ſupprimitur, ejus libido implicite culpatur , & manifeſte proditur : ſic ſæpè contingit , quod dum delictum maxime obſignatur , ac occultatur, ſua taciturnitate declaratur, & proditur.

*Defectus ſtudioſe abſconditus ſua cautela publicatur*

27. Apoc. 5. Scribit Joannes Apocalyp.5. n.1. *Vidi in dextera ſedentis ſupra thronum librum ſcriptum intus & foris , ſignatum ſigillis ſeptem* : de materia contenta in hoc libro variæ ſunt ſententiæ, ut ibi dixi per quinque quæſtiones, de qua re ſic ſcribit Origenes homi.2. in Ezechielem , & ait : *Exiſtimo per ea , quæ erant ante ſcripta ſignificari promiſſa , quæ ad ſanctos pertinent, & ad eorum vitam : per poſteriora vero , quæ ſpectant ad illos , qui pereunt , & ad rationem punitionis.* In iſto libro erant ſcripta hominum peccata , ſive Adæ , ſive Judæorum , ſive aliorum omnium, & tamen liber erat ſigillis ſeptem obſignatus ad obſtruſam defectuum abſconſionem, nihil enim videtur poſſe eſſe magis reconditum, ac humanis oculis inviſum, quam illud , quod eſt obſignatum ſigillis ſeptem, & tamen liber erat *ſcriptus intus, & foris*: & quamvis ita obſignatus foris apparebat, quod erat, & quidquid in eo continebatur, nec ſub tantis ſigillis abſcondebatur, ſed ab humanis oculis videri , legi , ac agnoſci poterat.

Origenes.

*Defectus dum abſconditur publicatur*

Ob futuram benedictionem alto Dei conſilio crudeli odio proſequebatur Eſau Jacob : *Dixitque in corde ſuo , veniet dies luctus Patris mei , & occidam Jacob fratrem meum*: & immediate ſubdit Tex. *Nunciata ſunt hæc Rebeccæ*, Geneſ.27.n.41.42. nihil magis reconditum , & abſconditum quam id, quod occultatur in corde , ſi hoc in intimo pectore erat Eſau , quomodo hoc declaratum eſt Rebeccæ. Sævum, & inhumanum odium Eſau non potuit ita abſcondi , quin per aliqua ſigna manifeſtaretur : ut ibi explicat D.Thomas, occultum , quanto magis abſconditur , in publicum prodit. 28.

Geneſ.27. D. Thom.

*Occultum dum abſconditur prodit.*

Quinto , *Ex ea , quæ fuit Uriæ* : quod ſacer Textus de delicto meminit, non ut peccato objecto Regem lædat , ſed facti pœnitentem laudet hominem. Nam ſacer Evangeliſta totus eſt in hoc capite in Davide ſublimando , ideo prius dicit Chriſtum filium Davidis , quam Abrahæ : *filii David , filii Abraham* : deinde inter omnes Reges deſcriptos in hoc catalogo , ſolum Davidem dici Regem , & non ſemel , ſed bis : *Geſſe genuit David regem ; David autem Rex genuit Salomonem* , ob duplicem pœnitentiam duplicis peccati , adulterii nempe & homicidii , quod totum innuitur , dum dicitur : *Ex ea , quæ fuit Uriæ*. Et hac de cauſa , ut multis placet , & dixi ſuo loco, ideo Evangeliſta in exordio hujus genealogiæ ait : *filii David , filii Abraham* : nam & ſi Abraham ſit Pater credentium. Rom.4. n.11. David vero eſt Pater , ac princeps Regum pœnitentium & inde maxime honoratur à Deo , ut ait D. Laurentius Juſtin. Reſp.78 *Benigne pœnitentiam honorat Deus.* 29.

Matth. 1.

*Ex pœnitentia maxime nobilitatur David.*

Roman. 4. D. Juſtin.

Multus eſt David Pſal.31. à n.5. in manifeſtando , & publicando ſuum peccatum. *Delictum meum cognitum tibi feci* , ac manifeſtavi , & confeſſus ſum , *& injuſtitiam meam non abſcondi* , & magno dolore declaravi , & publicavi , & ideo tu illud mihi remiſiſti, ac pepercisti , & ſubdit n.6. *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus*. Urget ibi Hieronymus : *Si ſanctus, quomodo orat pro iniquitate : Si iniquitatem habet , quomodo ſanctus appellatur ?* Optime ſane, quia per pœnitentiam peccatum deletum eſt , & ubi intervenit pœnitentia , jam non eſt peccator , ſed ſanctus. Idem Hieronym. epiſt.45. *Juſti enim vocabulum non amittit qui per pœnitentiam ſemper ſurgit.* 30.

Pſal 31. Hieronym.

*Sanctus dicitur qui per Pœnitentiam dolet de peccatis.*

Pſalmus quinquageſimus habet pro titulo , *In finem* : Theodoretus , ex Græco vertit *ad Victoriam*. In quo Pſalmo totus David pœnitens ſuorum ſcelerum maxime dolet , & plorat : *Dele iniquitatem meam*: iterum, *Averte faciem tuam à peccatis meis* , & paſſim fere ſimiliter , & ideo bene Pſalmus habet pro titulo *ad Victoriam* , quia nulla major victoria , ut illa quam per pœnitentiam obtinet homo à peccatis : hac præ cæteris omnibus glorioſe exaltatur, 31.

Pſal. 50. Theodoret.

*Victoria de peccatis glorioſe nobilitatur homo.*



Salvian. exaltatur, & ſublimatur homo : Ut ait Salvianus lib.3. de Gubernar.

## Quæstio VII.

### *Quare videtur inſinuari in Textu , quod tranſmigratio hæc acciderit tempore Joſiæ Regis , cùm multo poſt contigerit ?*

32. Textus. Ait Text. n. 11. & 12. *Joſias autem genuit Jechoniam , & fratres ejus in tranſmigratione Babylonis* , Iſta autem tranſmigratio poſt triginta annos à morte Joſiæ contigit ; nec Jechonias eſt filius Joſiæ , ſed nepos ; ut jam notavi tom.1. in Evangelia, lib.1.c.2.q.30. Et totum conſtat ex 4.Reg 24.n.12. & ex 1.Paralip. cap.36.n.10. & dum in præſenti dicitur, quod Joſias genuerit Jechoniam in tranſmigratione, videtur denotari, quod ipſa tranſmigratio acciderit Jechoniæ, ac fratribus ſub ipſo Joſia regnante.

*Difficultas quæſtionis.*

4. Reg. 24. 3. Paral. 36.

33. Euthymius Reſpondet primo Euthymius hic : *Joſias autem genuit Jechoniam & fratres ejus in tranſmigratione Babylonis. Et quidem hos ante Judæorum in Babyloniam tranſmigrationem genuerat. Reliquum eſt ergo, ut in tranſmigratione accipiatur pro eo, quod eſt circa tempus tranſmigrationis* : Joſias exilium Babylonicum nunquam ſubiit, ſolicitudine tamen , & angore moleſtiſſime præſentiebat , & tunc genuiſſe filios perhibetur , & quod *circa tempus tranſmigrationis* evenit , in illa, & ſub illa accidiſſe dicitur: non temporis articulo, ſed calamitatis præſentione , qua ſic afflictabatur Joſias, ac ſi jam ipſe illam ſubiret. Seneca epiſt.24. ait : *Quid neceſſe eſt, mala accerſere, & ſatis cito patienda cum venerint præſumere, ac præſens tempus futuri metu perdere, E ſine dubio ſtultum , quia quamquam futurus ſis miſer , eſſe jam miſerum.*

*Qui futurus eſt miſer , multè nunc incipit eſſe miſer præſumptione miſeriarum.*

Seneca.

34. Maldonat. Secundo : Joſias jam mortuus eſt ante tranſmigrationem, ſed cum Joſias vivens, videnſque populi tranſmigrationem timuiſſet , acerbam ſortem tranſmigrationis pertuliſſe, ac ſuſtinuiſſe viſus , ac dictus eſt. Maldonatus ait : *Totum hoc ſpatium vocatur tempus tranſmigrationis, quo Regum Juda licet non conſiderat , metuebat tamen* , ipſam nempe tranſmigrationem, tanta in metu damni vis eſt , ut damnum proprie dicatur , imo graviſſimum damnum , metus fingit graviora , & auget in dubiis peſſima , inde ſapiens ait 7.num.10. *Semper enim præſumit ſæva perturbata conſcientia.* Et recte Seneca epiſt.5. ait. *Non numquam apparentibus ſignis, quæ mali aliquid prænuntient, animus ſibi falſas imagine, fingit, aut verbum aliquod dubiæ ſignificationis detorquet in pejus. Nulla vitæ cauſa eſt, nullus miſeriarum modus , ſi timetur quantum poteſt.*

*Quod quis timet, jam patitur.*

Sapient. 7. Seneca.

35. Exod. 2. Cum publicatum eſſet in Regio palatio Ægyptium interfectum fuiſſe à Moïſe, qui timens iram Pharaonis, *Fugit Moiſes de conſpectu ejus , moratus eſt in terra Madian* , Exod.2. n.15. Ibique paſtoris vitam egit. Exod.3.n.1. Cur Moïſes vir magnanimus ob conceptum metum iræ Pharaonis , ſic declinat & in deſertum tranſit, contemnens dulces aulæ favores, ac illecebras , eligens acerbam paſtoris vitam expoſitam Solis caloribus , nivis frigoribus , ventorum , ac pluviarum tempeſtatibus , ſine domo , ac lectulo , ſi Pharao furorem concepit, omnia interpoſito tempore mutantur , maxime cum ipſe eſſet reputatus Regis nepos, filius filiæ Pharaonis; cur ergo ſic rejicit ſuavem ſortem, dulcemque regiæ ſanguinitatis vitam, commutans eam in aſperam , & duram paſtoralem conditionem. Ipſa rigoroſa paſtoris vita cum omnibus ſuis incommodis ſuavior , ac dulcior illi , quam inter acerbos timoris aſſultus degere , ac vivere. Thomas Anglicus , *nequit plenus timere , in aula Regis verſari.*

*Timoris cruciatus acerbus.*

Tho. Ang.

Viri , quos miſit Moïſes ad contemplandam terram Chanaan , veniunt, & dicunt univerſo populo Num.13.n.34. *Vidimus ibi monſtra quædam de genere Giganteo, quibus comparati , quaſi locuſtæ videbantur* , Teſte Abulenſe , non ita ſe res habebat , nec habitatores erant tam proceræ ſtaturæ , ut tanquam gigantes apparerent , nec ipſi tam parvi ut quaſi locuſtæ reputarentur , ſed cum ipſi exploratores eſſent timore correpti : timor ſic res mutat, ac in diverſas facit abire formas , ut homines communi corpore , ut corpulenti, ac magni proceres gigantes objiciantur ; etiam ita parvi , ac minuti , ut etiam tanquam locuſtæ habeantur. Ibi Abulenſ.q 53. ait. *Timentibus omnia videntur eſſe majora , & pejora quam ſunt.*

39. Num. 13.

*Timore omnia augentur, ac minuuntur.*

Abulenſ.

## Quæstio VIII.

### *Quare in captivitate Babylonica Evangeliſta à proprio captivitatis vocabulo abſtinuit, & tranſmigrationem dicit.*

Ait Textus verſ.11. *Joſias autem genuit Iechoniam , & fratres ejus in tranſmigratione Babylonis , & poſt tranſmigrationem Babylonis , &c.* Hanc quæſtionem jam excitavi , & per varias reſponſiones ſolvi citato tom.1.l.1.cap.2. quæſt.32. Nunc ergo uberioris doctrinæ gratia Adde. 37.

Textus.

Reſpondeo primo cum Caetano , quia ait : *Redditur ratio nominis, quia Ioachim velut ſponte migravit in Babylonem ? quandoquidem ex conſilio Jeremiæ dedit ſe.* Revera Jechonias captivus ductus eſt in Babylonem , ubi ſuſtinuit duram ſervitutem , valde miſerabilis ſub multis ærumnis, carceris ſqualore : tamen non dicitur captivus, ut Joachim, ſeu Sedecias Rex, qui captivus dicitur 2.Paral.36. quia Jechonias ultro ſe dedit Nabuchodonoſori, & ideo in eo dicitur tranſmigratio. At vero Sedecias multa repugnantia , ac animi viribus reſiſtentibus trahitur in Babyloniam , & inde optime ei convenit captivitatis vocabulum. Nam ille maxime captivitate laborat, qui ejus ærumnis impatiens reluctatur, ac contradicit: qui autem illam ærumnarum procelloſam tempeſtatem, pietatis affectu , & prudentiæ arbitrio , in virtutis meritum componit , & calamitatis oppreſſionem libenter ſuſtinet , ſic illas duras moleſtias mitigat , ut vera captivitas quaſi captivitatis jugo vacua ſit, ut jā non dicatur captivitas, ſed tranſmigratio 38.

Caetanus. 2. Paral. 36.

*Spontanea captivitas vacuare captivitatis eſt.*

migratio. Sic ſpontaneus affectus tribulationes ac moleſtias exarmat, earum aculeos mitigat, ac ſuaves reddit.

39. Pſalm.67. Exod.12. *alia lectio.* Compone modo Pſalm.67.cum c.12.Exod. nam in dicto Pſalmo, n.27.& 28.dicitur: *Dominus in eis in Sina in ſancto. Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem*: Alia litera habet *Captivaſti captivitatem.* Qui locus multas habet interpretationes.

Caetanus. Caetanus exiſtimat hic loqui Pſalmographum cum Moïſe educente filios Iſraël de Ægyptiaca ſervitute in montem Sina legem illis ſtatuente. Regius Vates ad Moïſen loquitur: *Aſcendiſti in altum cacumen montis Sinai*, ait Caetanus. *Dicitur ad Moiſen captivaſti captivitatem, qui captivitatem filiorum Iſraël in Ægypto exiſtentem ad ſimilitudinem captivitatis eduxit; nam eduxit eos de ſervitute Ægyptiaca, quodammodo violenter*: multis calamitatibus, ac ærumnis, ac oppreſſionibus affligebantur Iſraëlitæ in Ægypto, tamen in Ægypto commorari volebant, & ideò ut patet ex multis locis, in deſerto pro Ægypto ſuſpirabant, illiuſque deſiderio tenebantur, ita ut in Ægyptum reverti optarent, & ideo quia renitente voluntate exibant, ipſa egreſſione invita, non videntur eis, à captivitate liberari, ſed nova captivitate teneri, ac opprimi.

*Affectus voluntarius ac involuntarius diverſimode appendit res.* Exod.12.

*Captivaſti captivitatem, nam eduxit eos de ſervitute Ægyptiaca quodammodo violenter*: & ideo nova captivitas eis viſa eſt. Exod. vero 12.num.11.cum de ipſa egreſſione ſit ſermo, Recole cap.12.Exod. n.27.ſic dicunt Hebræi: *Cum dixerint vobis filii veſtri, quæ eſt iſta religio, dicetis eis, victima tranſitus Domini eſt.* Sicut eis dictum fuerat eodem cap.12.num.11. Ipſa egreſſio de Ægypto quibuſdam videbatur tranſitus, aliis captivitas, ac in novam, & duriorem captivitatem ire; qui voluntariè, ac libenter exibant, *tranſitus*; qui vero violenter, ac invitè prodibant, captivitas, & ſatis rigoroſa videbatur, ſic enim tam diverſimodè complacentia, ac diſplicentia animi res judicat, ac appendit, ex vario affectu tam variè res dijudicatur.

## QUÆSTIO XII.

### *Quare ab Evangeliſta genealogia B. Virginis Mariæ non ſcribitur directè, ſed indirecte per Joſeph Virum ejus?*

40. Textus. AIt Text. num.15. *Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus*: Ecce genealogia Deiparæ Virginis oſtenditur indirectè per Joſeph ejus virum, qui de eadem cognatione erat; & cur genealogia Mariæ uſque ad illam indirectè deſcribitur; ſiquidem ejus excellentiſſima virtus non probanda erat Deo ex atavis, ſed de ſuis virtutibus: ait Richardus à ſancto Laurentio lib.12. de laudibus Mariæ, *Virtus divinitatis B. Virginis initium præbuit exiſtendi, de qua natus eſt Ieſus.* Preme verbum *Virtus divinitatis B. Virginis*: dicitur, *divinitatis*, quia quamvis ipſa non ſit perſona Divina, eſt tamen maxime, & intime proxima Deo, adhærens Deo, ad rem noſtram, *Initium præbuit exiſtendi, de qua natus eſt Ieſus*: ac ſi ortus, ac exordium gloriæ Mariæ Virginis non quærendum eſt ex atavis, ſed ex ſuis virtutibus, quibus promeruit eſſe mater Chriſti.

*Maxima nobilitas probatur a Deo non ex parentibus ſed ex virtutibus.* Richard. à S. Laurent.

De Job dicitur cap.1. n.3. *Erat vir ille magnus inter omnes orientales*; Origenes lib.1. in Job legit: *fuit autem hic homo de genere optimo ex patribus orientalibus.* Job erat Idumæus ex proſapia peſſimi Eſau: quo ergo fundamento dicitur *ex genere optimo*: quomodo dici poteſt de genere optimo, qui à maligniſſimo Eſau trahebat originem? Præclara nobilitas Job non per carnalem avorum cenſum veniebat, nec reputabatur ab atavis, ſed à magnis virtutibus, quibus fulgebat. Sic ait Origenes citatus. *Quomodo ergo de genere optimo erat qui de talibus naſcebatur. Ruben primogenitus Iacob, Simon & Levi, qui ex Iſraël ſunt primogeniti, de genere optimo non dicuntur. Iob vero, qui ex impiis ortus eſt, ideſt ex filiis Eſau, hic de genere optimo dicitur. Ego, inquit, non carnalem nativitatem quæro, non carnalem generationem ſignifico, non pereuntem generoſitatem laudo: nam hæc apud Deum non magni penduntur, hæc à creatore non requiruntur, ſicut enim non ſtat apud Deum perſonæ gloria; ſic non requiritur ab eo carnalis generoſitas*: Vera, & præclara nobilitas non ex parentibus, ſed ex virtutibus commendatur apud Deum. Ruben primogenitus Jacob, Simon & Levi, cum ex præclariſſima proſapia Abraham, Iſaac, & Jacob deſcenderent, cum malis moribus pollerent, non dicuntur prognati ex optimo genere, ut Job, qui licet ex depravato genere Eſau; optimis tamen virtutibus imbutus ex optimo genere natus ſcribitur; non à parentum claritate, ſed à fulgore virtutum præclara generis nobilitas irradiat, ac reſplendet. 41. Job.1. Origenes. *Nobilitas generis non à parentibus, ſed à virtutibus cenſenda eſt.*

Ait Paulus ad Hebræos 7. n.1. *Melchiſedech rex Salem, ſacerdos Dei ſummi:::primum quidem, qui interpretatur Rex Iuſtitiæ, deinde autem, & Rex Salem, quod eſt rex pacis. ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus autem Filio Dei*: magna, & præclara dicit Apoſtolus de Melchiſedech. *De quo nobis grandis eſt ſermo* cap.5. n.11. Quod primus ſit dictus Rex juſtitiæ, ſeu ut legitur ex Hebræo, *Rex Iuſtus*, & Rex pacis, ſine patre, ac matre proponitur, ſine genealogia. Cur hæc? quia dicitur aſſimilatur Filio Dei, ſeu quia imaginem Filii Dei portat, ut explicat Chyſoſtom. ut inde aperte agnoſceretur quod tantam imaginem, ac ſimilitudinem Filii Dei ſecum habet, non ex parentibus, ſed ex virtutibus; ac ſi dicatur: alto Dei conſilio tantus princeps, Rex juſtus, ac rex pacis aſſimilatus Filio Dei, ſine matre, ac patre introducitur; quia tam illuſtrem, ac nobilem commendationem non obtinuit à parentum ſanguine, ſed à virtutum operibus, quibus mirificè claruit. 42. Hebr.7. Hebr.5. D.Chryſ. *Commendatur proſapia non à ſanguine, ſed à virtutibus.*

QUÆSTIO



## QUÆSTIO X.

### *Quare poſt narratas quadraginta duas generationes devenit ad clauſulam, Virginem Mariam?*

43. Textus. POſt narratas ter quaterdenas majorum Chriſti Filii Dei, longa ſerie genealogia clauditur, ac terminatur, *Jacob genuit Joſeph virum Mariæ, de qua natus eſt* JESUS, *qui vocatur Chriſtus*: Text. num.16. Hanc quæſtionem jam tractavi, ac per multas ſolutiones reſolvi tom.1. lib.1. cap.2. q.36.

44. Beda. Nunc vero accipe Bedam ad hunc locum dicentem: *Quemadmodum Iſraëliticus populus de Ægyptiaca ſervitute liberatus, quadraginta duo arctiſſimæ viæ metatus eſt caſtra, aperto mox Jordane, ſedes victis hoſtibus adit: ſic Dominus* JESUS *quadrageſima ſecunda generatione, in carne veniens ad participandum nobiſcum mortalitatem deſcendit, & per tot viros, quaſi ejuſdem numeri menſiones, ad intelligibilem Jordænem, id eſt, Virginem Mariam, Sancti Spiritus gurgite plenam, duce Jeſu Chriſto ventum ſit.* Sicut populus Hebræus (*omnia in figuris contingebant illis*) per quadraginta duas manſiones, pervenit ad Jordanem, qui tanquam, ac ſi eſſet intelligibilis, ad conſpectum arcæ, Joſue 3.n.16.ſteterunt ejus undæ mirabili prodigio, donec populus ſicco pede pertranſiret; ſic JESUS CHRISTUS deſcendens de Cœlo, per quadraginta duas generationes devenit ad verum Jordanem Virginem Mariam, *Sancti Spiritus gurgite plenam*: In quo Jordane, ſeu Virgine Maria tota aqua humanæ naturæ ſecundum ſuas leges, obſtuperfacta ſterit, donec ipſa arca teſtamenti ſingulariter tranſiret ſicco pede, nullo contracto humore peccati originalis ipſius naturæ, nec labe lutei pulveris.

Joſue 3. *In Conceptione Mariæ natura obſtupefacta ſtetit.*

45. Et quid mirum, quod in ſua puriſſima conceptione tota humana Natura tanquam Jordanis intelligibilis ſtetiſſet admirata donec ipſa ſingulariter pertranſiſſet, quando ipſa Sanctiſſima Deipara, præ magnitudine ſuorum magnalium omnem cæleſtem curiam in ſtuporem induxit? inde rectè exclamat D. Epiphanius Orat. de Deipara: *O Virgo ſanctiſſima, quæ exercitus Angelorum in ſtuporem induxit; ſtupendum eſt enim miraculum in Cœlis; mulier amicta Sole*: & D. Damaſcen. Orat.1.de Nativitat. exclamans ait: *O Maria naturæ miraculum, gratiæ prodigium, utriuſque ſtupor; ſileat ſapientiſſimus Salomon; nec enim nihil ſub Sole novum eſſe affirmat.* In Maria adimpletum eſt: *Ecce nova facio omnia*: Ex quo rectè S. Ignatius in Epiſtol. ad S. Joannem, Virginem Mariam appellat, *Cœleſte prodigium; ſacratiſſimum ſpectaculum.*

*Stupendum miraculum Virgo Maria.* D.Epiphan. D.Damaſc. S.Ignatius.

46. Cantic.6. Et quod majus prodigium, & quod majus ſpectaculum quàm quod unâ mulier exurgeret ex natura humana, ſine ulla labe, contagio, ac obſcuritate humanæ naturæ. Cantic. 6.n.9. dicitur: *Quæ eſt iſta quæ progreditur, tanquam aurora conſurgens*: Sicut Solis nomine Chriſtus adumbratur, ſic auroræ vocabulo Virgo Maria ſignificatur; ut his verbis aſſerit Petrus Damianus ſerm. de Aſſumptione. *Tu fabricatus es auroram, id eſt, Virginem; & Solem juſtitiæ, id eſt chriſtum, qui de Spiritu ſancto eſt conceptus*: Aptiſſimè ſanè Auroræ nomen Sanctiſſimæ Deiparæ competit: Quando enim primò ſterit Virgo in ſuæ primo conceptionis inſtanti, tanquam vera Aurora exiit. Aurora enim prænuntia diei eſt; Aurora eſt initium non eſſe noctis; & ſic ſurgit nitens Aurora, ut in ea nullæ noctis tenebræ, nec minima noctis caligo, aut umbra introſcipiatur, ſed undique ab omni obſcuritate libera mirifice fulget, & nitet, præferens incipientis diei auſpicium. Sic myſtica Eccleſiæ aurora Virgo Maria progreditur in ſuæ conceptionis inſtanti, ut in ea omnes nocturnæ obſcuritates præcedentis peccati fugentur; ſic tota pura, & nitida exurgit abſque ulla etiam minutiſſima, ac leviſſima peccati caligine, cum tota jam adveniente fulgore prænitear, ac reſplendeat. Opportunè D. Bernard. ſermon. 4. ſuper *Salve Regina*; ſic Deiparam alloquitur. *De te ſecretorum conſcius Salomon, dicit. Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens: Aurora ſemper noctem ſequitur, nox precedit auroram, Quid autem eſt nos frigida, & obſcura, niſi originale peccatum, frigidum concupiſcentiâ, obſcurum ignorantia, Tu vero proceſſiſti, ut Aurora lucida, & rubicunda, &c.* Nox peccatum originale adumbrat, in reliquis Adæ poſteris nox præceſſit originalis culpæ, at à Maria talis fugit nox, ut omnino illius obſcuritatis expers, ut pote ſemper albicans, ſemperque gratiæ candore in omni inſtanti præfulgens, ac nitens.

Damian. Pſalm.73. num.16. *Virgo Maria aurora, utpote in ſua conceptione expers obſcuritatis noctis.*

47. De ſuo dilectiſſimo Sponſo Chriſto JESU ſua dilecta Sponſa decantat Cantic.1. num. 2. *Oleum effuſum nomen tuum, ideò adoleſcentulæ dilexerunt te nimis*: ſtatim de eo, n.13. aſtruit: *Faſciculus myrrhæ, Dilectus meus mihi.* Valde inter ſe diſcepant *Oleum & Myrrha*; oleum ſuave, lene, & dulce, Myrrha verò amara, guſtu acris, acerba, & pungens, ut teſtatur Plinius lib. 12. cap.15. Si hæc tantum inter ſe diſtant, quomodo Divinus Sponſus dicitur Oleum & Myrrha? Nota utriuſque diverſa functiones. Oleum inſervit ad medicamenta, ad ſananda, ac fovenda vulnera. Iſai.1. num. 6. *Vulnus, & livor, plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo*: hic illi Samaritanus Evangelicus in vulnera ſemivivi oleum, & vinum effudit Luc.10. At Mrrha, eſt quoddam præſervativum à corruptione, & corpora conſervat, & hac de cauſa corpus Chriſti poſt mortem Myrrha, & oleo à Joſeph. ab Arimathia perunctum eſt. Joan.19. n.20.ut ubi notant communiter omnes Expoſitores. Ex quo bene ſolvitur tota difficultas propoſita; Chriſtus D. dicitur *Oleum & Mirrha* Oleum per reſpectum ad adoleſcentulas, ad animas nempe juſtas, ac ſanctas, quas tanquam divinum oleum ſanavit, ac curavit à vulnere peccati originalis: *Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te nimis*: At dicitur Myrrha non per reſpectum ad omnes, ſed tantum reſpectivè ad Sacratiſſimam Virginem: *faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi*: quia ipſi fuit Myrrha, quia eam præſervavit, ac cuſtodivit à corruptione peccati originalis; Aliis, adoleſcentulis nempe, extitit oleum, quia eas ſanavit,

Cantic.1. Cantic.1. Plinius. Iſaiæ 1. Luc.10. Joan.19. *Omnes à morbo originali ſunt ſanati, ſola Maria ab illo reſervata.*

ac medicavit ab originario vulnere; at Sacratiſſimæ Virgini adfuit ſponſus, ut myrrhæam reſervans, ac cuſtodiens à tali humana plaga. Huc advoco, quod appoſite dixit Philippus Abbas lib. 1. in Cantic. *Omnes nos naſcimur propagine vitata ex Adami ſtirpe hæc una ſola Virgo Maria, ſine ullo vulneris medicamine integra, & ſana proceſſit.* (Philippus.)

48. Mirifice loquuntur inter ſe Divinus ſponſus & ſponſa. Cantic. 1. n. 15. & 16. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es... Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus: lectulus noſter floridus:* Ecce ſponſus, & ſponſa mirifice de pulchritudine laudantur, ſed quid *floridus lectulus* ad utriuſque pulchritudinem facit? Quænam eſt hæc pulchritudo, quam florida lecti venuſtas ſic adornat; Valdè ad rem noſtram prædicta verba Canticorum exponit Galatinus lib. 7. cap. 5. *Ecce tu pulchra es amica mea..... Ecce tu pulcher es dilecte mi, &c. Quemadmodum ego abſque originali labe concepta ſum, ita tu quoque amicus meus: & idcirco pulcher es, & formoſus: lectulus noſter, ideſt conceptio noſtra, eſt florida, & odorifera abſque peccati corruptione:* O præclara de Conceptione pulchritudo, de qua mater Virgo Filium Deum æmulari dicitur, ad maximè applicandam puritatem conceptionis Virginis, *lectulus noſter, ideſt, conceptio noſtra, eſt florida, & odorifera, abſque peccati corruptione*, Sed cur conceptio utriuſque dicitur lectulus? lectulus eſt ille, de quo ſponſus exit, & procedit. Pſalm. 18. n. 6. *Tanquam ſponſus procedens de Thalamo ſuo:* Ex radice Hebraïca, & Græca legi poteſt, *Procedens ex lectulo ſuo*, Conceptio filii, ac matris dicitur lectulus floridus, ac odoriferus abſque corruptione peccati. Filius procedit ex lectulo florido ac odorifero ac ſinu patris, cooperante Spiritu ſancto, Mater vero procedit ex humana natura non infecta fætore peccati, ſed ut ex lectulo florido, ac odorifero divinæ gratiæ, cœleſtium donorum interveniente ſuperno auxilio in ſua conceptione abſque corruptione peccati. *Lectulus noſter, hoc eſt conceptio noſtra, eſt florida, & odorifera abſque corruptione peccati.* Et comparatur utraque conceptione, non per æqualitatem; nam Chriſtus conceptus eſt abſque corruptione peccati per naturam, utpote verus Filius Dei, Virgo concepta eſt abſque corruptione peccati per gratiam; tamen utraque dicitur lectulus floridus, ac odoriferus ſimilitudinariè, ut maximè explicetur, quam pura, & ſancta fuerit Virginis conceptio.

(Cantic. 1. — Galatinus. — Pſalm. 18.)

*Conceptio Virginis fuit lectulus floridus, & odoriferus omni virtute.*

## Quæstio XI.

### *Quare in Sacratiſſima Virgine præter Sacræ Scripturæ morem ſcribitur ſuprema dignitas matris Dei, abſque eo quod illius excellentiſſima merita referantur?*

49. Profunde notat Albertus homil. 2. de Annuntiatione, jam alibi à me datus, quod ſolemnis ſit ſcripturæ conſuetudo, quod antequam præclari viri à Deo ad magnas dignitas ſublimati dicantur, prius illius facta nobis proponuntur, ut inde aperte demonſtretur, quam apta, & conveniens erat dignitas tantis meritis; ſic & Noe, antequam totius generis humani conſtituatur Protoparens, de eo nobis narrat ſcriptura Geneſ. 6. n. 8. *Noe vir juſtus atque perfectus fuit in generationibus:* Antequam Abrahamus deſtinaretur Pater Æterni Verbi incarnati, *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes:* Geneſ. 22. num. 18. Multipliciter probatur à Deo, ut exeat de terra ſua, & cognatione ſua, ac ut unigenitum filium ſuum Iſaac in holocauſtum offerat. Sic & Joſeph antequam aſſumeretur ad gubernacula totius Ægypti: *Tu eris ſuper domum meum:* Geneſ. 41. n. 41. multas & magnas ærumnas ſuſtinuit, à veſtibus expoliatus mittitur in ciſternam, venditur ut captivus, & ut reus incarceratur. Similiter & Moïſes, priuſquam totius populi Iſraëlitici eſſet creatus Dux, multas contrarietates, & adverſitates perpeſſus eſt cum Pharaone, ut veluti quoddam contentioſum bellum videatur; eodem fere modo, David cum Saule antequam ad coronam regni eveheretur.

*Difficultas quæſtionis.* (Geneſ. 6. — Geneſ. 22. — Geneſ. 41.)

50. At in Beatiſſima Virgine Maria, in qua excellentiora merita ſuper omnes puras creaturas effulſerunt; primum, quod de ea in toto teſtamento novo ſcribitur, eſt ſuprema maternitatis Dei dignitas. *De qua natus eſt Ieſus:* Cur hic invertitur ſtylus, & totitus ſcripturæ methodus? Cur non prius commemorantur excellentiſſima illius merita, & poſtea ſcribitur dignitas, ut in aliis? Citatus Albertus Magn. *Dignitate comprobatur meritum:* merita aliorum magnorum virorum, ut Noe, Abrahami, Joſeph, Moïſis, Davidis, ac aliorum, valent humanis verbis explicari, ac declarari. At merita Sanctiſſimæ Virginis ſic tranſcendunt omnem humanum captum, ut nulla nobis ſint verba, nulla methodus, ac phraſis loquendi, quibus illa explanare, ac etiam indagare valeamus: *Dignitate comprobatur meritum:* Ex ipſa ergo ſuprema dignitate matris Dei ſunt à nobis conjecturanda; ipſa dignitas eſt ſuprema, & maxima, quæ uni puræ creaturæ poteſt dari: ergo & merita cum debeant eſſe proportionata dignitati, debent ſuprema, & maxima conſiſtere & inveniri.

*Merita B. Virginis non poſſunt explicari, ſed ex dignitate inveſtiganda.*

51. Chriſtus D. ait Matthæi 7. n. 16. *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos:* Ex fructu, quem nobis dedit Sanctiſſima Virgo Maria Chriſtum Jeſum ſcil. cognoſcitur, qualis, ac quam ſublimis meritis ipſa ſit. D. Damaſcen. ſerm. 47. de Nativitate, ait de ipſa Deipara. *Clara proavorum titulis, ſed incomparabiliter clarior generoſitate prolis. Filia quidem Regum, ſed mater Regis Regum:* & Petrus Damianus ſer. 47. qui eſt 3. de nativitate, ait de ipſa. *Pariens Parientis, Oriens Orientis: fons fontis vivi, Oriens principii:* Richardus Victorinus in Pſal. 71. ait: *O puritas mentis! ô fœcunditas ventris! O ſumma puritas; ô ſingularis fœcunditas, quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas mentis.* Perbellè dictum! ex fructu ventris, filio nempe Dei cenſenda eſt puritas, integritas, ac ſanctitas mentis; Tam excelſæ ſunt prærogativæ glorioſæ Virginis Mariæ, gratiarum privilegia, præpropera ſanctitas, ac ſydereus puritatis nitor, quod non ex alio in Beatiſſima Virgine ſit conjecturandus, ac inveſtigandus, quam ex unigeniti

(Matth. 7. — Damaſcen. — Damian. — Richard. Vict.)

*Ex fructu ventris puritas, ac ſanctitas Virginis colligenda.*



geniti Filii Dei incarnati Conceptione. *Quam beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas mentis.*

52. Angelus in feliciſſima Annuntiatione ait Virgini Mariæ: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Richardus de S. Laurentio lib. 12. de laudibus Virginis: Per umbram hanc, per quam Spiritus ſanctus ſuper Virginem Mariam venit, intelligit Corpus Chriſti hypoſtatico vinculo unitum Divinitati. Nam ſicut umbra tegit, & cooperit aliquid, ſic caro Chriſti ejus divinitatem cooperit, ac tegit; ſic ait præfatus Richardus: *Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, quia in te accipiet, id eſt, carnem levem, & à peccato immunem: Umbra enim figuram habet corporis, ſed non corruptionem:* Chriſti caro hypoſtaticè Deo unita, Mariæ *umbra*, nominatur; nam à Maria talem umbram, ſeu carnem habet Dei verbum, Chriſti caro à peccati corruptione immunis. Deiparæ *umbra* eſt, qua ab Spiritu ſancto obumbrata, formam delineat Chriſto Deo: *Umbra enim figuram habet corporis:* Corpus, quod umbram habet, ſemper ſplendet, & luce fulget; per umbram corpus agnoſcitur, umbra corporis menſura eſt, individualiter corpus ſequitur, à quo ſeparari nequit. Cupis noſſe, quanta & qualis ſit Maria, ex ejus umbra deprehendes, ac cognoſces: umbra corporis menſura eſt, & corpus incorruptibiliter figurat, umbra corpus individuè ſequitur; ſic Chriſtus Mariam, & ſic inter ſe ſunt connexi, ut nequeant inter ſe ſeparari, nec unum ſine altero bene cognoſci; nam res per ſuam figuram, ac umbram deprehenditur, & noſcitur.

(Richard. à S. Laurent.)

*Chriſtus dicitur umbra Mariæ, quia per ipſum cognoſcitur & menſuratur.*

53. Res per nullum aliud melius cognoſcitur, quam per ſuam umbram, ac figuram, ſic & Virgo non poteſt bene cognoſci, niſi per filium ſuum, & filius per Virginem; ſic & mater Virgo filium ſuum alloquitur, *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Cantic. 2. n. 16. Tanquam ſi dicatur, dilectus meus totum ſe mihi tradidit, & ego, viciſſim libentiſſimè me totam trado illi; quare, quod ipſa vult, & ego volo: ipſius enim velle, & nolle, meum velle, & nolle eſt. Simmachus vertit, *Ego ejus:* ac ſi dicat, ego tota ſum ſponſi, ſicut ſponſus totus eſt mei, proindeque ipſe eſt id quod ego ſum, & totus ipſe ſponſus eſt meus, & ego tota ſum illius, proindeque non tam duo quam unum, idemque eſſe videmur, ut explicant Ghiſlerius, Cornelius, & alii. Profundè conſidera, quod ſponſa dicit, quid ſit illi ſponſus: *Dilectus meus mihi.* At quid ſit ipſa ſponſa illi, alto ſilentio premit, non ait, & ego dilecta illi, ac ſi hoc præ ſui magnitudine, utpote ineffabile, obſignandum eſſe arcana taciturnitate, utpote maxime inexplicabile, ac humanis verbis indicibile. Appoſitè Richardus de S. Laurentio, lib. 5. de laudibus Virginis, ait: *Ipſa B. Virgo, quiddam Divinum nobis ineffabile ex Dei omnipotentia mutuavit:* Unde dicit in Cantic. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. *Quid autem ſit illi dielectus, & illa dilecto, non dicit, quia id tantum eſt, quod ad ipſum explicandum, verba deficiunt, & iſtud inſcrutabile eſt viatori, quia credere præcipimur: dicere prohibemur.* Sic Beata Deipara jure maternitatis quiddam Divinum, & ineffabile ex Dei omnipotentia mutuavit; *Quid ſit illa dilecto non dicit, quia id tantum eſt, quod ad ipſum explicandum verba deficiunt.* Valde enim inſcrutabile, ac omnino ineffabile, quid mater Virgo Filio Dei ſit: tantum autem & tam ſublime eſt, ut nulla humana mens valeat declarare, ſed tantum Divinæ Sapientiæ ſit reſervatum.

(Cantic. 2. — Richard à S. Laurent.)

*Quid ſit Virgo Maria Filio Dei ineffabile.*

## Quæstio XII.

### *Quare Evangeliſta in tres teſſaradecades omnes generationes diviſit, & id valde ſignatè admonuit.*

54. Ait Text. n. 7. *Omnes itaque generationes ab Abraham uſque ad David, generationes quatuordecim, à David uſque ad tranſmigrationem Babylonis quatuordecim, & tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum generationes quatuordecim.* Hanc quæſtionem laceratam vitom. 1. lib. 1. c. 2. q. 4. Ubi pluſquam octo rationes adduxi. Nunc adde. (Textus.)

55. Primo Theophilactus ait: *In tres ordines Evangeliſta diſtribuit generationes, ut monſtraret, quod judæi, ſive à judicibus gubernarentur, ut qui uſque ad David: ſive à Regibus, ut qui uſque ad tranſmigrationem: ſive à ſacerdotibus, ut qui uſque ad Chriſtum; nihil tamen in virtute profecerunt, ut qui opus habuerunt vero & judice, & Rege, ac ſacerdote, qui eſt Chriſtus.* Ecce alte exprimitur ſumma neceſſitas incarnati Verbi. Nam populus Hebraïcus ſub judicibus multa idololatria laborabat. Præfuerunt Reges, qui majori imperio populum potentia coercere valent, ac huc ibi ſub Regibus multum exorbitant à Divina lege. Succeſſerunt ſacerdotes, nec morum valetudo hactenus ægra ullo modo convaluit: ergo per omnes ſtatus miſera ruina illius populi demonſtratur, ut inde fiat evidens, quam neceſſaria erat Filii Dei præſentia ad ſanitatem, ac ſalutem totius populi. *In tres ordines Evangeliſta diſtribuit generationes, ut monſtraret, quod Judæi ſive à Judicibus gubernarentur, ſive à Regibus, ſive à ſacerdotibus nihil tamen in virtute profecerunt. Et opus habuerunt vero & Judice, & Rege, ac Sacerdote, qui eſt Chriſtus.* Sic Theophilactus. (Theophyl.)

*Summa neceſſitas ad ſalutem, Chriſti adventus.*

56. Secundo Maldonatus, quia licet in ſacris litteris non ſit philoſophandum, tamen ex philoſophia aliquid in eis colligi poteſt, ò & ait. *Medici quartumdecimum diem criticum vocant, & omnium in morbis periculoſiſſimum eſſe dicunt. Videtur igitur Deus congruenter naturæ decimoquarto quoque ſæculo populi ſui ſtatum mutare voluiſſe, ut una Republica quodammodo mortua, alia naſceretur melior.* Maximè inquirendum eſt cur Evangeliſta per teſſaradecades numerare potius voluit, quam per aliam computationem, & præſertim cum in ſecunda, & tertia ultra numerum quatuordecim, augere catalogum legitimè potuiſſet, tres enim Reges prætermiſit, Ut denotaretur, quod maxime ægrotanti, mundo ſalutis remedium Chriſtus afferebat, *Videbit omnis caro ſalutare Dei:* hac de cauſa obſervat decimumquartum numerum, cum in ſecunda, & tertia multos omiſerit. Umor- (Maldonat.)

*Deus inſtar medici in tempore maxime periculoſo adhibetremedium.*



 talibus

talibus inſinuaret ſe velut optimum medicum advenire ad curandos depravatos hominum languores; & hac de cauſa criticos dies, & infirmitatis periculoſiſſimum tempus ad ſalutem conferendam ſtudioſiſſimè obſervaſſe.

57. Iſai. 1. Ait Deus per Iſaiam 1. num. 5. *ſuper quo percutiam vos ultra addentes prævaricationem Omne caput languidum & omne cor mœrens. A planta pedis uſque ad verticem non eſt in eo ſanitas, vulnus, & livor, & plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo:* Conſidera, quanta obſervat ad emendationem populi, ne plagæ multiplicentur, quia tumor plagarum populi nullo fotus eſt oleo, nullo curatus medicamine: ſapientes medici, cùm tumorem gravem curam, non ſtatim ferrum adhibent immaturo vulneri, ſed prius fomenta adhibent, & alia medicamina, ut concoquatur tumor, & maturum ſciſſioni oſtendatur: merito ergo Deus à percuſſione abſtinet pro remedio, ac ſanitate, *ſuper quo percutiam vos.* Noſter D. Cyrillus Alexand. lib. 1. in Iſaiam: *Quæ non erit menſura vobis ſatis ad emendationem.* Deus ſua infinita pietate, intendit ſanare ſui populi vulnera, *cum à planta pedis uſque ad verticem non ſit in eo ſanitas.* Hoc eſt à rege uſque ad minimum plebeium, ut explicat Gloſſa, adhibet voces prophetarum clamantes legem Dei, quibus ſunt circumligati, adhibet pietatem & miſericordiam multorum beneficiorum, & ita ſe habet Deus cum ſuo populo tanquam peritus medicus cum infirmo laborante, ut eum ad veram ſalutem, ac ſanitatem reducat. *Quæ erit vobis menſura ſatis ad emendationem.*

*Deus inſtar medici ſe habet erga nos.* D. Cyrillus. Gloſſa.

---

## Somnus ſanctiſſimi Joſeph.

## QUÆSTIO XIII.

### *Pro magna laude, ac celſitudine D. Joſeph dicitur, quod ſit Sponſus Virginis Mariæ.*

58. Textus. AIt Text. n. 19. *Cum eſſet deſponſata Mater ejus, ſcil.* Jeſu, *Maria Ioſeph:* quod eſt explicatum à nobis tom 1. in Evangel. lib. 1. c. 10. per viginti tres quæſtiones. Adde nunc, & rectè exclamat Gerſon. ſerm. de Nativitate Virginis. *O miranda prorſus Ioſeph ſublimitas, ô dignitas inſuperabilis, ut mater Dei, Regina cœli, domina mundi, appellare te Dominum non indignum putaret.* Cum Joſeph dicitur Vir Mariæ, ſequenti verſ. *Ioſeph cum eſſet vir ejus, &c.* Vir autem, Dominus familiæ nuncupatur; ſic Abrahamus vocatur à Sara *Dominus meus*: Gen. 18. n. 12. Ecce quanta ſit ſublimitas Joſeph, ut à Regina, ac Domina totius mundi, ac Angelorum, Dominus dicatur, ac appelletur. Nam ut ait S. Enodius in vita ſancti Epiphanij, in perſona ipſius Joſeph loquentis cum Deipara, ac filio ejus. *Licet pariendi vobis, magis quam jubendi habuerim voluntatem, mutavi tamen per officium perſonam, & ſerviendi animum non amiſi.* Cum enim titulo viri, ac Patris nomine, tanquam familiæ herus, illis habebat jus principandi, miniſtralia tamen, ac officia utrique libentiſſimè præſtabat.

Gerſon. *Mater Dei, ac Domina mundi Dominum appellat. Ioſeph.* Geneſ. 18. S. Enodius. Matth. 1.

59. D. Chryſol. D. Hidalp. Sed jam altiora in majorem laudem Joſeph dicamus. Ait noſter Evangeliſta in hoc cap. 1. n. 18. *Chriſti autem generatio ſic erat, cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph:* Ubi maximè ponderandum D. Chryſol. ſerm. 146. D. Hidalphon. de laudibus Virginis Mariæ, quod Evangeliſtas ad explicandum Chriſti generationem temporalem, non ait, Chriſti generatio fuit, vel facta eſt; ſed idem vocabulum interponit ad declarandam generationem temporalem ex Virgine Maria Joſeph, quo utitur ad exprimendam generationem æternam Divini. Verbi ex Patre Deo. D. Hidalphonſus citatus: *Non ait Evangeliſta, generatio Chriſti ſic facta eſt, ſed erat quia Chriſti generatio erat quod Patrem, quando generabatur ex matre, unde quod erat, ſemper erat, & utique ex æternitate erat.* Tali vocabulo utitur Evangeliſta, ut denotaretur, quod generatio Chriſti, ſic facta eſt in tempore, ut fuit præordinata à Deo in æternitate. *Et utique ex æternitate erat*, Deus ab initio ordinans incarnationem filii ſui, ex toto humano genere elegit puriſſimam, & ſanctiſſimam Virginem Mariam, ut eſſet mater filii ſui incarnati: ſic ex toto genere humano elegit virum ſanctiſſimum, ac puriſſimum Joſeph, ut eſſet ſponſus talis Virginis, ac Pater habitus unigeniti filii. Et ideo Evangeliſta; cum ait: *Chriſti generatio ſic erat:* illud, *erat*, refert ad ordinationem æternitatis, juxta Chryſologum, ac Hidalphonſum, ſtatim adjungit: *Cum eſſet deſponſata mater ejus Maria Joſeph.* Quia ſicut Virgo puriſſima fuit ordinata, ut eſſet mater Jeſu, ſic & ſponſus illius puriſſimus, ac ſanctiſſimus, ut decens erat tam puriſſimæ Virgini. Simon Metaphraſtes orat. de educatione Mariæ, ait: *Inventus eſt itaque Ioſeph, qualem quærebat ratio:* Ratio ut exiſtimo, non intelligitur humana, ſed Divina. Joan. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Tertullian. Origenes, Caetan. & alii apud D. Hieronymum, ut ſuo loco citavi, legunt; *In principio erat ratio, & ratio erat apud Deum:* dixit ergo Metaphraſtes, *Inventus eſt Joſeph, qualem quærebat ratio*, nempe Divinum Verbum, Sapientia Patris, ut tanti myſterii eſſet fideliſſimus cuſtos, & miniſter. Pondera verba *quærere & invenire:* quæ ex energia ſuæ ſignificationis denotant diligens ſtudium, & ſolertem diligentiam, ut denoteretur, quod tantus vir Joſeph, alto Dei conſilio fuit electus ut eſſet matris ſuæ ſponſus, illius Pater dictus, & habitus, & tanti ſacramenti ſecretarius, præſtans miniſtrale obſequium Matri, & Filio, & utriuſque cuſtos, & cohabitator.

D. Hidalp. *Alto Dei conſilio ex puris hominibus ſanctiſſimus Joſeph electus eſt.* Metaph. Joan. 1. Tertull. Origenes. Caetanus. D. Hieron.

60. Nazian. Vis ſcire quantus, & qualis fuerit Joſeph, cogita, quod ab Spiritu ſancto electus, ut eſſet Sponſus, & Conjux Virginis Mariæ. *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam:* Huc advoco, quod alibi dixit Gregorius Nazianz. Orat. 11. *Vultis uno verbo Virum deſcribam? Vir illius; neque enim ſcio, quid amplius dicere neceſſe ſit.* Sicut enim magnalia Deiparæ ex Filio Deo optimè colliguntur; ſic & Joſeph elogia penſitare debemus ex Maria conjuge quaſi tanti conjugii magnificos appendices. Vir Mariæ eſt, *neque ſcio quid amplius dicere neceſſe ſit.*

*Magnifica Ioſeph laus ex Mariano Connubio.*

61. Matth. 19. De copulatis conjugio ait Adamus Gen. 2. num. 24. & Chriſtus D. Matth. 19. num. 5. *Erunt*

duo



Syrus. *duo in carne una:* ſeu ut vertit Syrus: *Erunt ambo unus homo:* ut explicant ibi ad cit. c. 19. Matth. Abulenſ. q. 7. Maldonatus, Cornelius à Lapide, & nos dicemus eodem cap. 19. q. 6. itaut ſit veluti una perſona intima unione, & amore, ac effectu, ſecundum velle, & nolle: Quod optimè explicatur ex Joan. 1. 13. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: Qui non ex ſanguinibus; neque ex voluntate carnis: neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Multum deſudant Authores, ut ibi dixi, ut explicent, quid nomine Viri, quidve nomine carnis intelligatur. D. Auguſt. ſuo magno ingenio ſic enodat tract. 2. in Joan. & ait: *In eo autem, quod ſequitur, Neque ex voluntate viri: neque ex voluntate carnis, carnem pro fœmina poſuit, quia cum facta eſſet de coſta Adam, dixit,* Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. *Ponitur ergo caro pro uxore, quomodo aliquando Spiritus pro merito:* Non potuit Doctor præclariſſimus vivaciùs explicare arctiſſimum unionis nexum inter conjuges, quo fiunt unum in uno homine, in unaque perſona, quam dum ſub metaphora corporis, ſeu carnis, & ſpiritus, ſeu animæ, quæ ſic indiviſo nexu copulantur, ut minime ſeparari queant, quæ eſt ſumma unio, quæ datur in humanis, quandiu ipſi conjuges uniuntur.

Abulenſ. Maldonat. Cornel. D. Auguſt. *Summa unio datur inter conjuges.*

62. Si Deus, qui alta, & ſoprema ſapientia omnia in pondere; & menſura diſponit, & ordinat, tam intimo, & arctiſſimo vinculo univit animam Joſeph cum anima Sanctiſſimæ Virginis, planum & evidens eſt, quod univit illi animam proportionatam, & valde ſimilem ei, cum ratione vinculi matrimonii jam non ſunt duo, ſed unum; conſidera, quid ſit Magnus Joſeph; qui quodammodo dici poteſt unum cum puriſſima Virgine. Audi Rupertum ad hunc locum Matth. *Quomodo, & in quo conjugati fuerunt? Nimirum quod unus Spiritus, & una fides erat in eis, ſola illic deſinit corruptio carnis... conjugium, ſeu conjunctio eorum tota fuit cœleſtis. Spiritus Sanctus amborum conjugalis amor, in ambobus præſidens.* O præclarum, & Magnum Joſeph, & Mariæ conjugium! *Una fides* erat amborum, ne quis eorum violaret cœleſte connubium; imò & *unus Spiritus* amandi, ac ſerviendi Deo, puritatemque caſtitatis inviolatam ſervandi. In communi matrimonio unum coaleſcit corpus ex utroque contrahente, *ſunt duo in carne una.* At in hoc cœleſti connubio Mariæ, & Joſeph, veluti *unus Spiritus*, & una anima erat amborum, totus eorum affectus, & amor conjugalis erat infuſus, & datus ab Spiritu Sancto, qui Divinus Spiritus totum hic cooperabatur, & *in ambobus præſidens*; tanquam ſi uterque eſſet pleniſſimum Sanctitatis conſiſtorium, conſultuſque omnium virtutum Senatus: *Spiritus Sanctus in ambobus præſidens.*

Rupertus. *Una fides, & unus ſpiritus in Maria, & Joſeph.* *In Maria, & Joſoph veluti unus ſpiritus, una anima.*

63. In vulgari, ac naturali matrimonio dicitur, *Erunt duo in carne una:* quod non ſic eſt intelligendum, ac ſi utrumque conjugem idem indiviſibiliter informet animus; ſed quia quadam matrimonii lege in unum coaptantur, & coagulantur vinculum; ſic in hoc divino connubio Mariæ cum Ioſeph animus conglutinatur animo, ac ſi in utroque una anima, unus ſpiritus eſſet. Audi D. Bernard. ſermon. de S. Joſeph, & ait. *Quomodo poteſt cogitare mens diſcreta, quod Sanctus Spiritus tanta unione* (conjugii) *uniret menti Virginis aliquam animam, niſi ei virtutum operatione ſimillimam? Unde credo Joſeph fuiſſe mundiſſimum in virginitate, profundiſſimum in humilitate, ardentiſſimum in charitate.* Ex eo quod Joſeph dicatur Sponſus Mariæ, inde apertè demonſtratur; quod omnium virtutum, ac ſanctitatum conſummatè eſſet perfectiſſimus; nam Divinus Spiritus Marianæ virtuti *univit animam virtutum operatione ſimillimam*: O ineffabilis prærogativa! ô eximia gloria Joſeph! cum Dei matri ſit ſimillimus in omni virtutum genere: *& ut etiam Spiritus Sanctus tanta unione eum uniret menti tantæ Virginis.* Non dicitur unitus voluntati per reciprocum amorem, ſed conjugatus, ac conglutinatus menti ipſius Virginis, ut cum ejus mente ſemper eſſet in meditatione, contemplatione, ac cognitione tantorum Sacramentorum, ac Myſteriorum.

D. Bernard. *Joſeph animus Virginis menti unitur.*



---

## QUÆSTIO XIV.

### *Quare Sanctiſſima Deipara, dum dicitur Sponſa Joſeph, non ſolum* MARIA *nuncupatur, ſed etiam Mater* JESU.

64. Textus. TExt. ait n. 19. *Cum eſſet deſponſata Mater Jeſu Maria Joſeph:* non ſolum dicitur Maria in hac deſponſatione, ſed etiam Mater Jeſu. Ratio literalis, quia Evangeliſta intendebat hic ſcribere temporalem generationem per Joſeph, ſic ſupra immediatè dixit: *Chriſti generatio ſic erat.* Deinde dum dicitur Sponſa Joſeph, dicitur mater Jeſu, ut innueretur, quod, ut ait D. Bernard. homil. 2. ſuper *Miſſus eſt, Porro Deum hujuſmodi decebat nativitas, quia non niſi de Virgine naſceretur, talis congruebat & Virginis partus; ut non pareret, niſi Deum:* Sicut conveniens erat, quod Maria Virgo non haberet alium filium, niſi Jeſum unigenitum Filium Dei, ſic conveniens erat, ut ipſa Virgo Mater Jeſu, niſi Virginem puriſſimum Ioſeph, alium non haberet.

D. Bernard. *Decebat ut Deipara non haberet alium filium, niſi Jeſum, nec ſponſum, niſi Joſeph.*

65. Quid mirum, quod Virgo cum Sanctiſſimo Ioſeph tantum haberet commercium, utpote illius Sponſa, cùm Ioſeph cum tribus Divinis perſonis valde peculiare habuit commercium cum æterno Patre, ut Ioſeph illius vices gerens in terris Pater Chriſti diceretur, ac nominaretur. Refert Divus Lucas, quod baptiſato Ieſu, cum aſcenderet de aqua, cap. 3. n. 22. vox Patris de cœlo facta eſt: *Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi:* & immediatè ſequenti n. 23. ſubdit Evangeliſta: *Et ipſe Ieſus erat incipiens annorum triginta, ut putabatur. filius Ioſeph.* Quid tam

*Joſeph commercium habuit cum Patre Æterno.* Luc. 3.

 immediata

immediata connexio ſignificet, & denotet, ſcilicet, cum Chriſtus Deus, à Deo Patre tanquam verus, ac naturalis filius agnoſcitur, ac publicatur, protinus additur, quod idemmet Dei Patris Filius *putabatur filius Joſeph*. Quorſum tam confinis utriuſque Patris mentio? Intellige myſterium. Intonat vox Patris de cœlo: *Hic eſt filius meus dilectus*, ut explicat Abulenſis ad cap. 3. Matth. q. 94. *In magna honoris æſtimatione, quod ipſe nempe eſſet filius Dei*: Tamen hæc vox Divini Parentis non fuit audita ab omnibus, ſed ſolum à Chriſto, & Joanne, ut tenent Caetanus, Janſenius ad citatum cap. 3. Matth. Vox illa Patris, quæ tantum cedebat in æſtimationem honoris Chriſti ex alto conſilio Divinæ Providentiæ, non erat pro tunc conveniens, ut ab omnibus agnoſceretur, ac ſciretur, diſponit ergo ipſa altitudo Divinæ Sapientiæ; ut *reputetur filius Joſeph*, excepta filiatione divina naturali, quæ incomparabiliter major eſt omnibus, hoc valde magnum, & excelſum in æſtimationem honoris Chriſti erat evulgandum, quod ipſe habebatur filius Joſeph.

Abulenſ. — Caetan. Janſen. — *Magnus Chriſti honor quod filius Joſeph reputetur.*

66\. Adhuc hæreo in eiſdem verbis Lucæ: *Jeſus erat incipiens annorum triginta, qui putabatur filius Joſeph, &c.* Et tandem genealogia terminatur, *Qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Computat Evangeliſta Chriſti generationes aſcendendo de Joſeph uſque ad Deum, ut notat D. Auguſt. lib. 2. de conſen. Evang. cap. 4. & lib. 2. quæſt. Evang. cap. 6. *Evangeliſta aſcendens ad Deum, cui per peccatorum abolitionem reconciliamur.* Aſcendit Evangeliſta de Joſeph ad Deum, quia de Joſeph nihil aliud reſtat niſi aſcendere ad Deum per peccatorum remiſſionem. In rem noſtram, ut notat D. Ambroſ. lib. 3. in Lucam; quia ſic Evangeliſta enumerat generationem, ut illius principium ſit Deus; illius verò terminus Joſeph, quia Chriſti generatio ab æterno eſt ex Patre Deo per naturalem productionem: in tempore vero terminatur in Ioſeph per communem reputationem, ac per miniſtralia obſequia.

Luc. 3. — D. Auguſt. — *De Joſeph aſcenditur ad Deum.* — D. Ambr. — *Chriſti generatio ab æterno ex Patre, tempore terminatur in Joſeph.*

67\. *Qui putabatur filius Joſeph*: & ex multis rationibus; & primo Quia, Jesus erat filius naturalis Virginis, quæ erat deſponſata Joſeph, & neſcientes myſterium exiſtimabant Chriſtum eſſe filium Joſeph. Secundo ex intimo amore, quo Joſeph Chriſtum diligebat, ac ſi eſſet filius ſuus naturalis, exiſtimo, quod Spiritus Sanctus infudit in B. Joſeph quendam magnum, & eximium amorem erga Chriſtum Dominum, ut eum intimè diligeret, ac ſi eſſet filius naturalis illius. Invento Jesu in templo, dixit Mater ejus ad eum. *Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Lucæ 2. n. 48. Arabicus: *Dolentes cum dolore quærebamus te*: Dolor, ut docet Ariſtoteles 3. Ethicorum, naſcitur ex affectu, ac amore; magnus ergò dolor ex magno amore: *Quærebamus te dolentes cum dolore*: Deipara modeſtiæ cauſa uniformiter loquitur de ſuo amore, ac Ioſeph, & quamvis Virginis amor erga filium ſuum Ieſum fuiſſet ſupremus, & maximus, ſuper omnem amorem omnium patrum, ac matrum ad filios ſuos, & amor Ioſeph non adæquaret amorem Virginis, erat tamen valde illi ſimillimus; & excedebat communem aliorum Patrum amorem naturalem ad cæteros filios ſuos. Inde Virgo ſic loquitur de ſe, ac Ioſeph: *Quærebamus te cum dolore*: Unde ait Iſidorus Inſolan. 4. p. cap. 3. Quod Ioſeph diligebat Ieſum, & Mariam pluſquam animam ſuam.

Luc. 2. Arabic. Ariſtot. — *Magnus, ac eximius amor Joſeph erga filium.* — Iſid. Inſol.

68\. Quid mirum, quod Ioſeph tam intime diligeret Jeſum, cum Ieſus eum intime etiam diligeret? Sic ipſe Ieſus de Ioſeph loquitur apud Iſidorum Inſolanum part. 4. cap. 9. *Ego converſatus ſum cum Joſepho in omnibus, ſicut ſi eſſem filius ejus, & eram per omnia ſicut ipſe; & obediebam ei in omnibus, nec unquam tranſgreſſus ſum verba illius, & eram ſubditus illi, ſicut filii parentibus, & diligebam Joſeph valde, ſicut pupillam oculi mei.* Declaratur ſumma obedientia Chriſti erga Ioſeph: *Obediebam ei in omnibus, nec unquam tranſgreſſus ſum verba illius.* Ex quo rectè infert Chriſtoph. Archiepiſcopus lib. de Virgin. Mariæ, quod dignus erat Ioſeph, ut non ſolum totus mundus, ſed etiam Angeli ei ſubjicerentur, cum Dominus Angelorum, ac Regina Angelorum ei eſſent ſubjecti. In verbis Iſidori citati notandum illud quod præmittitur. *Eram per omnia, ſicut ipſe* S. Ioſeph, nempe in externa apparentia, ac communi hominum opinione. Hoc multam expenſionem requirit, quam brevis tranſcurſus non concedit, rem digito oſtendo.

Iſid. Inſol. — *Jeſus intimè Ioſeph diligebat eique obediebat.* — Chriſtop. Archiep.

69\. Hic amor inter Ieſum & Ioſeph firmabatur ex mutua ſimilitudine. Gerſon in fine Ioſephinæ, ait: *De Ioſeph ſuadet ratio ſua quod facialis forma, Ieſu formæ ſimilis reputanda fuiſſet, eſt: ſi non, quo pacto Pater ejus creditus eſſet. Qualiter omnino matris ſalutaſſet honorem?* Chriſtus Deus fuit ſpecioſus forma præ filiis hominum, ac eleganti, & eximia forma, tanquam filius *Patrem* referebat Ioſephum; qua de re etiam ſic loquitur Salmeiron tom. 3. tract. 30. & ait: *Vere Ieſus Chriſtus Ioſephi ingenium, ac proprietates referebat, quia ſimilis effectus, à cauſa* (ſuperiori, nempe, increata) *iis, qui item à ſecunda producuntur*: Sic ſua alta Divina Providentia, nempe, Deus diſpoſuit, & ordinavit, ut Ioſeph ingenium, ac proprietates eſſent ſimiles in externa apparentia ac hominum opinione, quantum fieri decebat, proprietatibus, ac externis corporis lineamentis Chriſti, qualis ſecundum vulgarem opinionem reputandus erat filius Ioſeph; & ſi Ioſeph perfecta Chriſti imago non erat, illius tamen umbra approbat, & quid pulchrius, ac elegantius ad Ioſephi elogium dici poteſt, quam quod ipſius *formam, ingenium, & proprietates* referebat: quod intelligo, non per æqualitatem, ſed per quædam veſtigia, ac ſimilia, quam decebat.

Gerſon. — *Jeſus quandam ſimilitudinariam imaginem Joſeph referebat.* — Salmeir.

70\. Et quod autem Chriſtus reputaretur filius Ioſeph, ipſi Ieſu in magna æſtimatione, ac gloria erat. Ait Ioannes in ſua Apocalypſi capite 14. num. 1. *Vidi, & ecce Agnus ſtabat ſuper montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum quocumque ierit.* Maximè eſt ponderandum id, quod dicitur: *Habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis.*

Apoc. 12.



Quodnam eſt nomen Patris ejus, nam tres Divinæ perſonæ purè conſideratæ in ſuo eſſe divino, non habent proprium nomen, niſi appellativum per reſpectum ad æternas emanationes. Prima perſona dicitur Pater, quia generando producit Filium; ſecunda vocatur Filius, quia generatur à Patre. Tertia, communi vocabulo appellatur Spiritus ſanctus, quia inſpirando amorem producitur per voluntatem, vel etiam per reſpectum ad homines, quia ſpirando eos gubernat, ac dirigit ad omnia opera bona; de quo Div. Thomas 1. parte, quæſt. 36. articul. 1. Quodnam eſt *nomen ejus, & Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis*: dicant habentes nomen ejus, Jeſu, & Joſeph Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis. Cum Beatæ, ac cœleſtes virgines volunt magnam, ac ſolemnem feſtivitatem Divino Agno dedicare, cantantes canticum novum in citharis ſuis, ferunt nomen Ieſu, & Ioſeph patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis, tanquam in eminentiori, & altiori loco, ac ſi in tam magnifica cœleſti celebritate nihil magnificentius, ac aptius poterant oſtentare, ac ſecum portare: & hoc non omnibus eſt commune, ſed tantum virginibus, quia nomen Jeſus, ac Joſeph ſolum Virgines capit.

D. Thom. — *Virgines cœleſtes pro magno ornatu habent nomen Joſeph.*

71\. Joſeph magnum commercium habuit cum Spiritu ſancto. Quærunt Theologi, an Spiritus ſanctus dicendus ſit Chriſti Pater, & Chriſtus ejus Filius; nam Chriſtus, ut eſt de fide, conceptus eſt virtute Spiritus ſancti, ac proinde videtur inde ejus Pater? Negat Divus Thomas 3. parte, quæſt. 32. articul. 3. ex Divo Auguſtino Enchirid. capite 36. circa finem, & ſic ait Angelicus Doctor, ad primum. *Chriſtus autem ſecundum quod homo, conceptus eſt de Spiritu ſancto, ſicut de principio activo, non tamen ſecundum ſimilitudinem ſpeciei, ſicut homo naſcitur de patre ſuo, & ideo Chriſtus non dicitur Filius Spiritus ſancti.* Quod etiam docet D. Chryſoſtomus homil. 2. in Symbolo. Pater non dicitur, niſi qui producit ſibi ſimile in natura viventis ex vi productionis: ac proinde inter patrem, & filium debet dari ſimilitudo ſpeciei. Cum autem Spiritus ſanctus & Chriſtus ſecundum naturam humanam valde diſſimiles ſint, inde ſequitur, quod Spiritus ſanctus non poteſt dici Chriſti pater. Titulus ergo Patris, qui ex ſua ineffabili operatione in myſterio Incarnationis non videbatur conveniens, & debitus Spiritui ſancto, quia ob diſſimilitudinem naturæ ei non competit, tribuatur ſanctiſſimo Ioſeph, qui ut ſubſtitutus Spiritus ſancti dicatur, & reputetur Chriſti Pater.

*Joſeph magnum commercium cum Spiritu ſancto.* — D. Auguſt. D. Chryſ. — *Joſeph dicitur Pater Jeſu, ut ſubſtitutus Spiritus Sancti.*

72\. Deinde Virgo ſacratiſſima eſt Sponſa. Joſeph cum quo contraxit verum, & proprium matrimonium, ut ex communi ſententia dixi tom. 2. in Evangel lib. 1. capite 10. quæſt. 2. & quia etiam ipſa Virgo ſacratiſſima in Incarnatione Divini Verbi concepit virtute Spiritus ſancti, dicitur etiam ſponſa Spiritus ſancti, de qua re accipe acutiſſime Chryſologum ſerm. 140. Venit Angelus Gabriel de Virginem, ut ad Dei ſponſam, ait Chryſologus. *Neque auferat à Ioſeph Virginem, ſed reddat Chriſto, cui eſt in utero pignorata cum fieret. Chriſtus ergo ſuam ſponſam recipit, non præripit alienam? nec ſeparationem facit quando ſuam ſibi totam jungit in uno corpore creaturam*: Quodammodo videtur, ſi fas eſt dicere, quædam pia æmulatio inter Deum, & Ioſeph deſponſatione Mariæ. Pro parte Dei allegari poteſt, quod jam antea Virgo fuerat ſibi deſponſata; *cui in* Annæ *utero pignoravit cum fieret*? illam nempe in primo ſuæ conceptionis inſtanti mirifice exornando ditiſſimo eximiæ gratiæ arrhabone, & inde Deus priori, ac antiquiori jure, eam ſibi ſponſam totam vendicat; & ideo *ſuam qui ſponſam recipit, non eripit alienam.* At contra pro parte Ioſeph contenditur, quod ipſe eſt Sponſus Virginis ſecundum Divinæ legis diſpoſitionem, & quod inde ipſi debetur inviolata fama intacti pudoris Virginis, dum ſub titulo ſponſi myſterium divinæ Incarnationis abſconditur, & colotatur; ac proinde tantis arrhis ſuam ſponſam dotaſſe. Tamen alta providentia tota conſtituitur Dei Sponſa, quæ Sponſo Ioſepho non negatur: *Nec Deus ſeparationem facit quando ſuam ſibi totam jungit, in uno corpore creaturam*: Ac ſi Deo nubat quæ ſpondetur Ioſepho, tanquam Dei ſubſtituto ad miniſtralia obſequia.

Chryſolog. — *Veluti quædam pia æmulatio de deſponſatione Joſeph cum Maria.*

73\. Commercium magnum habet Ioſeph cum Divino Verbo Incarnato; nam illius Pater dicitur, & nuncupatur, & hoc non ſolum à Vulgari populo, ſed etiam à ſapientiſſima, & prudentiſſima Virgine Maria, Luc. 2. *Pater tuus, & ego, dolentes quærebamus te.* Deinde Divinum Verbum ſumpſit carnem, & ſanguinem ex Virgine Maria, ex corpore nempe, carne, & ſanguine ipſius Virginis: atqui puriſſima Deipara jure deſponſationis pertinebat ad ſuum Sponſum Ioſeph: ergo Verbum Divinum ſumpſit carnem & ſanguinem ex re, ſeu muliere, quæ pertinebat ad ſponſum Ioſeph. Hoc advoco quod ait D. Hieronymus contra Helvidium. *Tu dicis Mariam Virginem non permanſiſſe: Ego mihi plus vendico, etiam ipſum Ioſeph Virginem fuiſſe per Mariam, ut ex Virginali conjugio Virgo Filius naſceretur.* Ioſeph ante deſponſationem cum ſacratiſſima Deipara, Virgo erat, tamen tam ſuprema, & alta eſt Virginitas Mariæ, ut exundaret in Sponſum Ioſeph, & inde ipſe magis Virgo fieret. *Ut ex Virginali conjugio Virgo filius naſceretur.* Filius Dei naſcitur ex illo virginali conjugio ex Maria, tanquam ex vera, & naturali matre, & ut Sponſa Ioſeph, quæ jure deſponſationis ad ipſum pertinebat, & ita Chriſtus Deus erat Ioſephi poſſeſſio. D. Baſilius Seleuc. Orat. 1. *Ejus denique ſit poſſeſſor, cuius non fuerat conditor.* O ditiſſimus Vir ſanctus Ioſeph, qui totum Chriſtum Deum, quem non *condidit* per naturam, *poſſidet* ad gratiam, potiturque ad gloriæ coronam.

*Magnum commercium inter Joſeph & Verbum* — Luc. 2. — D. Hieron. — *Deus ſit homo ex re, ac poſſeſſione Joſeph.* — D. Baſil. Sel.



Quæstio

## Quæſtio XV.

### *Quare ſanctus Joſeph noluit traducere ſanctiſſimam Virginem, ſed occultè dimittere?*

74. Textus. AIt Text.n.19. *Joſeph autem vir ejus, cum eſſet juſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam:* tom.1. in Evangel.lib.1. cap.10. quæſt.6. & 7. de hac re multas, & varias rationes dedi, & inter citatas quæſt.7. n.27.ex magnorum ſanctorum Patrum mente, quod Joſeph piè præſumens, quod Deipara conceperat Divinum Verbum, voluit declina-
Origenes. re, & fugere ab ea: ita Origenes homil.1. in Matthæum ait: *Juſtus erat Ioſeph, & illa Virgo immaculata erat; ſed ideo eam dimittere volebat, quoniam virtutem myſterii, & ſacramentum quoddam magnificum in eadem cognoſcebat; cui approximare ſe indignum exiſtimabat; ergo humilians ſe ante tantam & inef-*
Remigius. *fabilem rem, quærebat ſe longe facere.* D. Remigius in Matth. ſic ait. *Videbat enim gravidam, quam noverat caſtam; & qui legerat, egredietur Virgo de radice Ieſſe, unde novit Mariam duxiſſe originem, & legerat etiam: Ecce Virgo concipiet, non diffidebat hanc prophetiam in ea eſſe implendam.* D. Baſil.D. Bernardin. Theophil. D. Thomas, & alii citato loco. (D Baſil. D.Bernard. D. Thom. Theophil.) Deinde Joſeph, ut juſtus, & ſanctus bene ſciebat ex ſcripturis, ac Prophetis illud eſſe tempus determinatum adventus Meſſiæ, aliunde etiam ipſo Joſepho aſtante, ab Eliſabeth ſalutata fuit *Dei Mater*, Inde ſuſpicatus Divinæ Incarnationis myſterium peractum eſſe in Virgine, maxime cum poſt trimenſem animadvertiſſet turgentem uterum Virginis; ex qualibus documenta moralia deducamus.

*Joſeph præ humilitate ſe reputabat indignum habitare cum Virgine.*

75. Primo Joſeph bene certus de ſingulari, ac admirabili pudicitia ſuæ uxoris, quam caſtiſſimam noverat, per ſe ſemper ferentem virgineam modeſtiam in omnibus; ita fortis, & vehemens eſt ipſa virginitas, ac puritas caſtitatis, ut nihil contra illam potuerit prævalere, uteri tumor in dies aſſurgens per minuta tempora ante oculos objectus, nihil potuerit prævalere contra illam, ut ad ſiniſtras opiniones deflecteretur contra illam; eximia virginitas, ſingularis puritas, ubique ſemper tuta, & ſecura, omnes ſibi contrarias opiniones deſtruit, ac diſſipat. Perbelle D.Cyrill.l.4.Apol. Moral.c.8.ait. *ô ſaphyrus mirabilis caſtitatis, omnem fugans, & deſtruens famam venenoſam.* Cohæret etiam Tertullianus l.1.de Pudic.c.1.& ait. *Pudicitia honor corporum... præjudicium omnis bonæ mentis:* Bene, & apte Virginitas dicitur *honor corporum*, ſiquidem fugat, ac *deſtruit omnem venenoſam opinionem?* Præclara ſanè Mariæ Virginitas, quam omnes ejus actiones mirificè ſpirabant, quæ ſic Joſeph mentem occuparunt, ut evidentia tumentis uteri, nullo modo flecti potuerit ut aliquid mali cogitaverit, ut ſiniſtris ſuſpicionibus locus daretur.

*Pura Virginitas venenoſas opiniones deſtruit.* D.Cyrill. Tertul.

76. Secundo, reputabat ſe Ioſeph indignum ut cum Virgine Maria prægnante de Verbo Divino, ut ſuſpicabatur, habitaret, illiuſque ſponſum dici, Jeſu Chriſti Patrem reputari; ideo tantorum magnalium inventus eſt dignus. Deſtinatur Moïſes Legatus à Deo ad Pharaonem; cui ait Moyſes: *obſecro Domine, mitte, quem miſſurus es:* Exod.4.n.15. Chaldaicus legit: *obſecro Domine, mitte per manum illius, qui dignus eſſe mereatur.* Ac ſi dicat Moyſes, ſcio me indignum, utpote meritorum expers. Elige, Domine, meritis ad tantum muneris apicem dignum. Et quia ipſe illius ſe reputabat indignum; inde ad illam magno meritorum apparatu ſublevatur; qui ſe reputat indignum, dignus invenitur.

Exod.4. Chaldæus.

*Qui ſe putat honoris indignum, inde illius oſtenditur dignus.*

77. Tertio: Joſeph præ humiliate, agnoſcens Virginis puritatem, ac ſanctitatem, non audebat habitare in eadem domo cum illa, inde ei tanquam per clavem aperitur ad ſublimia, & alta penetranda, & ad abditum myſterium Incárnationis abſconditum à ſæculis, notum ſoli Deo, cognoſcendum, & intelligendum, ut ei revelavit Angelus. *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt, pariet filium, & vocabis nomen ejus Jeſum, &c.*

*Humilitas aperit portam ad cognoſcenda myſteria.*

78. Hinc meus Jeſus in ultima cœna, cum traditurus eſſet Diſcipulis ſuum corpus, & ſanguinem ſub ſpeciebus panis, & vini: facturuſque eſſet admirabilem ſermonem, magnis myſteriis, plenum, prius tamen, ut ſcribit D. Joannes 13. n.4. *Surgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteum præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum.* Antequam accedat ad tam alta, & profunda myſteria celebrare, prius ad pedes diſcipulorum ſeſe demittit, & illos incipit lavare. Cur, Domine, lotio iſta non prætermittitur; & ad obſtruſa myſteria percipienda, non das aliqua documenta, ac præparationem ad illius intellectionem? Divinus magiſter optime ſciebat, quod humilitas maximè diſponit mentem, & aperit viam ad ſuprema myſteria capienda, & inde inſtruit eos in humilitate, ut remota caligine eis aperta ſit via, ut per eam omnia intueantur: & percipiant. D. Bernard. tract. de Gradibus humilitatis, §. *Interlucet*, ſic loquitur: *Tradebat diſcipulis humilitatis formam veritatis Magiſter, qua in primo gradu veritas eis innoteſceret.* Primo tradit Dominus humilitatis documenta, ut inde veritas eorum, quæ tractanda, & dicenda erant, innoteſceret.

Joan.13.

*Per humilitatem datur via ad cognitionem myſteriorum.*

D.Bernard.

## Quæſtio XVI.

### *Quare Angelus tam reverenter loquitur Joſeph aperiens ei totam ſeriem myſterii.*

79. Textus. APparens Angelus ait n.21. *Ioſeph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt; pariet filium, & vocabis nomen ejus Ieſum, & ipſe ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum*; quod latè per multas quæſtiones explicavi tom. 1. in Evangelia, lib. 1. capit. 10. & ibi etiam explicavi per multas rationes quæſt.11. ex D. Thoma, cur cum Angelus venerit ad Mariam Virginem vigilantem, Joſeph



verò dormienti apparet? quia cum Deipara agebatur de altiſſimo Incarnationis myſterio, quod animum valde vigilantem requirebat? Cum Joſeph verò tractabatur de puritate, ac innocentia Virginis Mariæ, quæ adeo nota erat, tot, ac tantis ſignis illuſtrata, ut etiam à dormiente facile poſſet cognoſci, ac videri.
Euthym. Euthymius. *Virgini opus erat manifeſta viſione propter rei, quæ ſignificabatur novitatem, Joſeph autem, videns quidem uteri tumorem, cognitam tamen hanc vitæ Virginis puritatem, ac innocentiam, alio quoque modo faciliori erat crediturus, tanquam qui ſomnia probe noverat dijudicare, & ideo in ſomnis Angelum videt.*

*Puritas, ac innocentia Mariæ Virginis etiam à dormiente videri poterat.*

80. Ad noſtram quæſtionem. Aſtat Angelus noſtro Patriarchæ. *Ioſeph fili David*, &c. ibi
D.Hieron. D. Hieronymus: *Et blandientis affectu ei per ſomnium Angelus loquitur, ut juſtitiam ſilentii comprobaret.* Valde profundè loquitur D. Hieronymus, cum nempe Joſephus videret intactæ à ſe Sponſæ uterum in dies magis intumeſcentem, & myſterii ignarus, variis ſuſpicionibus moleſtiùs premebatur, ſed tacitus ſecum ipſe ſuſpicionum moleſtiam coquebat; Tamen Sponſæ dubiè injurioſas cogitationes nemini communicans, ſed mutua taciturnitate obſignans. Inde ergo Angelus Joſepho apparens, blande illum proprio, ac honorifico appellat nomine, quaſi illi blanditur de virtutis præſtantia, ut probet, & commendet in Joſepho *Iuſtitiam ſilentii:* in tanta loquendi occaſione, & fandi licentia; niſi præcellens virtutis linguæ pruritum inhiberet. Et confirmatur, quia ideo Angelus in ſomnis admonet Ioſephum Incarnationem Verbi in Virgineo utero peractam, ut ejus menti dumtaxat inſciis ſenſibus intimaretur, quia ſuſpiciones, quæ in mente Joſeph volvebantur, ſic retinebantur abditæ, & abſconditæ, ut illarum externi ſenſus nullo mo-
D. Chryſol. do eſſent participes, & hoc ad Ioſeph refero, quod de Sanctiſſima Virgine ait Chryſolog. ſerm.4. *Quæ divinum pignus ſic ſuo ſuſcepit, & ſervavit in corpore, ut illud tota corporis externa neſcirent:* Sic Ioſeph ſiniſtræ ſuſpiciones, quæ de Sponſa objiciebantur, ſervabat in mente, *ut externa corporis neſcirent.*

*Magno ſilentio ea, quæ in decorus proximi cedunt retinenda.*

81. D.Ambr. Secundò: D.Ambroſ. ad hæc verba: *Ioſeph cum eſſet juſtus*, ſic ait: *Ideo Evangeliſta, qui Incarnationis incorruptum ſuſceperat probare myſterium, non putavit uberius perſequendum Virginitatis Mariæ teſtimonium, ne defenſor magis Virginis, quam aſſertor myſterii crederetur. Certè quando juſtum declaravit Ioſeph, ſatis declaravit, quod Sancti Spiritus templum, uterum myſterii, matrem Domini violare non potuit.* Inter cætera divina opera, ac myſteria, quæ Deus eſt operatus, Incarnationis arcanum, primum & excellens, & inter cætera, quæ Deus in pura una creatura exercuit invenitur in ſacra Deipara Maria, ut integra virginitate conciperet de Spiritu Sancto. Volens ergo Matthæus in limine ſui Evangelii. *Qui incarnationis incorruptum ſuſceperat probare myſterium, non putavit uberius perſequendum Virginitatis Mariæ teſtimonium:* Ad tam alta, & ſuprema myſteria de arcano incarnationis, ac Virginitate Mariæ, non potuit Evangeliſta aliud uberius teſtimonium ad majorem comprobationem, quam authoritatem Ioſeph interponere, quia antea ſuſpicioſus fuerat, jam nunc non ſolum defenſor, ſed etiam aſſertor egregius fieret, *Aſſertor myſterii.* Tam ſuprema & alta eſt authoritas Joſeph, tamque veneranda, ut præclariſſima, ac excellentiſſima myſteria bonitatis Divinæ, quæ relucet tum in Incarnatione, tum etiam in integra Virginitate Mariæ; hinc ad Joſeph authoritatem manifeſtandam Evangeliſta eum dicit, Juſtum: *Cum autem eſſet juſtus:* & Angelus veneranter alloquitur, *filium David* appellans, etiam conſentiens cum Ambroſio, ait Chryſolog.ſerm.145. Ubi de eo ait quod *erat ipſe Virginitatis Mariæ aſſertor*, ac ſi totum ejus negotium foret, Mariæ pudorem tueri, ejuſque puriſſimam Virginitatem *aſſerere:* & cum Deiparæ illibata ſemper virginitas ſit Divinæ Incarnationis ſingularis nitor, quiſquis Marianæ Virginitatis eſt *Aſſertor*, ſimul & ſit myſterii Incarnatiotionis *Aſſertor.*

*Joſeph aſſertor myſterii Incarnationis, ac Virginitatis Mariæ.*

D.Chryſol.

## Quæſtio XVII.

### *Quare Evangeliſta non ſupprimit, ſed nobis declarat ſuſcipiones Joſeph?*

NOſter ſacer Evangeliſta non præterit ſuſpiciones Sancti Joſeph, nec ſilentio involvit, ac obſignat, ſed denotat dicens. *Cum eſſet juſtus noluit eam traducere; ſed voluit occulte dimittere illam:* Hoc totum alta Divina Providentia factum, ut inde Marianus pudor authoratiſſimum caperet ſuffragium, & aliquantulum ſiniſtris Sponſi ſuſpicionibus, Deiparæ Sponſæ illibata virginitas robuſtius fundaretur. Sicut incredulitate Thomæ fides Chriſtiana fulcitur, ut præclare proſequitur D.Bern. ſerm.2. ſuper *Miſſus eſt:* Ne nos in ſimilem ſuſpicionum laqueum de puritate Virginis incideremus. Sic ait Bernardus. *Sed valde prudenter, & pie factum eſt per contrarium, ut unde metuebatur ſuſpicio, firma ſit certitudo.* O Altitudo Divinæ Sapientiæ! quæ taliter media ordinat, quæ dum refragari videntur, è diverſo ferunt ſuffragium peridoneum. O quis crederet ſiniſtris piæ mentis ſuſpicionibus uxoriam pudicitiam ſumptuoſius fundari? *Valde prudenter factum eſt per contrarium, ut unde metuebatur ſuſpicio, firma ſit certitudo.* Ex parte Joſeph de Uteri tumore ſuboriebatur ſuſpicio circa uxoris puritatem Aſtat Angelus dicens; *Quod in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt:* inde maximè firmatur certitudo Marianæ puritatis, quia de Spiritu Sancto nulla alia poterat concipere, niſi quæ excellentiſſimè, & maximè pura, & Virgo erat. Hic accommodatè flecto ad Sponſum Joſeph, id quod tempeſtivè dixit Chryſòſtom.homil. 49. in Geneſ. cap.24. Proponens colloquium ejuſdem Angeli ad Sponſam Mariam cunctanter ad ſenſum Incarnationi præbentem. Et ait: *Non quæras naturæ modum, & ordinem... Itaque quam ob rem dubitas, eam ob rem crede.* Puritas Mariæ manifeſta & nota erat, tumens tamen ejus uterus ſuſpiciones Joſepho anxias ſuggeſſit: inde eam crede ſummè puram, ac Virginem, quia aliter de Spiritu Sancto non conceperat, *quod in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt.* 82.

D.Bernard.

*Suſpicione Joſeph firmiſſima invenitur pudoris certitudo.*

*Deus per media quæ videntur contraria res ordinat* D. Chryſ.

Cum ergo Joſephus ad tam alta & ſuprema myſteria 83.

myſteria fuiſſet à Deo ordinatus, inde conjice, quot donis, bonis, ac benedictionibus cœleſtibus fuiſſet cumulatus. Benedicens Moïſes filios Iſraël, ad Joſephum ait. *benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Joſeph, & ſuper verticem Nazaræi inter fratres ſuos:*

Deuter.33. Deuteron.33. n. 16. Quod iſte Joſeph fuerit figura, ac typus noſtri ſanctiſſimi Patriarchæ tenet D.Bernadus homil.2. ſuper *Miſſus eſt:* Benedictio illius, qui apparuit in rubo, eſt benedictio ipſius Verbi Incarnati, qui ibi figurabatur: nam rubus ſpinoſus, aſper, humilis, & vilis ſignificat Chriſti humanitatem, quam ipſe ſponte multis ærumnis, laboribuſque ſubjectam ſuſcepit. Ignis vero Divinitatem. *Deus noſter ignis eſt:* qui humanitatem, ejuſque mortalitatem, & infirmitatem non conſumpſit. Ita

D. Gregor. Nyſſen. D.Cyrill. D.Bernard. D.Gregorius Magnus lib. 28. Moral. c. 2. Noſter D.Cyrillus contra Eutychem. D. Gregor. Nyſſenus Oratione de Chriſti Nativitate. D. Bernardus ſerm. in *Signum Magnum*: Apoc. 12. &

Theodor. Rupertus. ad locum Exod. Theodoretus, Rupertus, & alii; ac proinde idem valet: *Benedictio illius, qui apparuit in rubo veniat ſuper caput Ioſeph:* ac benedictio ipſius Verbi Incarnati ſit ſuper noſtrum Joſeph; ſed quid peculiare, ac ſingulare dicitur de eo, cum hæc benedictio ſit omnibus communis? Jesus-Christus *venit in hunc mundum omnes peccatores ſalvos facere.*

1.Tim.5. *Dona cœleſtia Joſeph ſunt valde peculiaria inter omnes.* 1.Timoth.5.n.15. Verum eſt, quod Chriſtus venit in hunc mundum, ut omnes ſalvos faceret, omnibuſque benediceret, ac Divina, & cœleſtia dona concederet. At benedictiones Divinæ, cœleſtia bona gratiarum, ac virtutum donorum amplitudines inter omnes ſunt valde peculiares, ac ſingulares conceſſæ Noſtro Sancto Patriarchæ; pro quo faciunt ſequentia verba: *Et ſuper verticem Nazaræi inter fratres ſuos:* veniat, ſcilicet, benedictio illius, qui apparuit in rubo.

Abulenſ. Lyran, Hugo. *Nazaræus:* id eſt, ac ſeparatus; ut docent Abulenſis, Lyranus, Hugo, & alii; dicitur ſeparatus inter fratres ſuos in donis ac excellentiis, ac ſuis magnalibus noſter Sanctus Patriarcha, nam ipſe inter omnes homines dignus habitus eſt, ut Chriſti pater reputaretur. ejus eſſet cuſtos, ac nutritor, ſimulque cum illo, ac ſua Sanctiſſima matre Maria in eadem domo cohabitaret, eiſque de ſuo labore alimenta provideret, miniſtraliaque obſequia exhiberet, ac in Ægyptum ſolatium, atque

Iſidor. Inſulan. ſemper illius collega, ut loquitur Iſidorus Inſulanus 2.part.cap.1. & ait: *Ioſeph patris cœleſtis vices geſſit... Beatiſſimæ Reginæ mundi conjugis ſuæ collega fuit, atque Angelicæ majeſtatis ſublimitatem attigit.*

84. Gerſon. Ex quibus bene infert Gerſon ſerm. de Natali Virg. dicens: *Quantus exiſtimandus eſt juſtus Ioſeph in gloria, & in cœlis, qui tantus, ac talis inventus eſt in miſeria, & in terris?*

*Et magnis geſtis Joſeph colligenda eſt ejus gloria.* Cœleſtia præmia correſpondent terrenis meritis, meritaque noſtra in cœleſtem patriam reverberant. Vis ſcire quantus, ac qualis erit Ioſeph in illis, dimitte oculos ad terram, atque ad hanc mundi miſeriam; & cogita quot, & quanta ille fecit, ſuſtinuit, ac operatus eſt, & inde mentem eleva, quanto gloriæ pondere opus eſt, ut condignè glorificetur, ac fruendo poſſideat.

*Vaticinium Iſaïæ.*

*Matth.1.n.22.* Hoc autem totum factũ eſt, ut adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem.

*Num.23.* Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel: quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus.

### *VERSIONES.*

*Perſicus n.22.* Ut impleretur, quod Deus in libro Iſaïæ Prophetæ prænuntiavit.

*Burgen.* Ut præſtaretur, vel perficeretur.

*Syrus n. 23.* Ecce Virgo concipiet, &c. quod eſt interpretatum. Nobiſcum Deus noſter.

*S. Leo.* Ecce Virgo accipiet in utero.

*Vatablus.* Ecce Virgo prægnans erit, &c. Quod ſic interpretatum eſt.

*S. Cyprian.* Vocabis nomen ejus Emmanuel.

*Perſicus.* Emmanuel, id eſt, quod in nobis habitet Deus.

*Æthiopicus.* Et imponent ei nomen, cujus interpretatio eſt: Quod Deus apud nos.

### *EXPOSITIO I.*

*Hoc totum factum eſt:* eſſe verba Angeli cum Joſeph loquentis, tenent D.Irenæus lib.4. cap.40. D. Chryſoſtom. Euthym. Theophylact. hoc loco. E contra, & veriſimilius D.Thomas, Leontius, D.Paſchaſ. & multi alii Recentiores tenent verba eſſe Evangeliſtæ intendentis admirabilem Chriſti generationem de qua egerat, Virginiſque auguſtiſſimum, & inauditum partum confirmare Iſaïæ teſtimonio. *Illud*, Ut, non ſignificat cauſam, ſed conſecutionem. Non quia prophetatum eſt, factum eſt myſterium, ſed quia illud futurum erat, ideo prophetatum eſt. 85. D.Irenæus. D.Chryſ. Euthym. Theophyl. D.Thom. Leontius. D.Paſchaſ.

*Ecce Virgo in Utero habebit*, id eſt, Virgo concipiet abſque ullo Virginitatis detrimento, *& vocabunt nomen ejus Emmanuel*, & componitur ex duabus propoſitionibus Hebraïcis, & idem valet ac *cum nobis Deus, vel nobiſcum Deus*; & eſt phraſis Hebraïca, ubi nomen pro re ſumitur, & ſenſus eſt, revera? Verus Emmanuel erit, quia nobiſcum Deus, verus Deus, & homo, non ut olim per gratiam cum Judæis, ſed inſuper per veram, ac realem perſonam, ac eſſentiam ſuam. Quia *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Joan.1. n.14. 86. Phraſis Hebraïca. Joan.1.

Quæstio



## Quæstio XVIII.

### *Quare dicitur de Chriſto, quod vocabitur nomen ejus Emmanuel, cum in toto Evangelio ſic vocatum non legamus?*

87. Iſai.7. Hoc Oraculum, quod refert Evangeliſta deſumptum eſt ex Iſai.7.n.14. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Et tamen hoc adimpletum eſſe in Chriſto Domino, concepto in utero Virginis, diſertis verbis teſtatur noſter Evangeliſta in præſenti. Si autem nomen, quo Chriſtus D. inſignitus fuit inquiramus, facile invenitur ejus proprium nomen eſſe, Jesum, apud D.

Luc 1. Lucam cap.1.n.31. *Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum:* ſic

Matth.1. & ad Joſeph Angelus Matth.1.num.21. *Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Jeſum:* & idem nomen inditum fuiſſe Chriſto in Circun-

Luc 2. ciſione teſtatur Luc.2.n.21. *& vocatum eſt nomen ejus Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur.* Et in ſublimi crucis vexillo affixum eſt: *Ieſus Nazarenus*

Joan.19. *Difficultas quæſtionis.* *Rex Iudæorum:* Joan.19.n.19. & hoc fuit præclariſſimum noſtri Salvatoris nomen: Quomodo ergo dicitur à Propheta, ac Evangeliſta quod vocabitur nomen ejus Emmanuel?

86. D. Juſtin. Tertullian. Lactantius. D. Chryſ. Euthym. Theophyl. D.Paſchaſ. D. Thom. Alb.Magn. Lyran. Abulenſ. Beauxam. Communis eſt Patrum ſententia, quam docent D. Juſtin. ad Orthodoxos q.131. Tertullian lib.3. contra Marcion. Lactantius lib.4. de Vera Sapient.cap.12. & in præſenti D.Chryſoſtomus, Euthymius, Theophylactus, D.Paſchal. D.Thomas. Albertus Magnus, Lyranus, Abulenſis, noſter Beauxames, & ut Tertullianus libro contra Iudæos, Emmanuel, & Ieſus, idem eſt nomen non ſono, ſed ſenſu: *Emmanuel, id eſt nobiſcum Deus:* Jeſus verò, id eſt, Salvator; & eſt ſenſus: Erit nobiſcum Deus Salvator. Nec alius poterat eſſe noſter Salvator, niſi Deus; & eſt Hebraïſmus, in quo ſæpe nomen

D.Chryſ. ponitur pro re; quia ipſo adveniente in mundo, Nobiſcum eſt Deus. D. Chryſoſtomus in præſenti ait: *Mos Scripturæ eſt, eventus rerum ponere nominum loco: quid enim aliud eſt, vocabitur nomen ejus Emmanuel, niſi videbunt oculi mortalium Deum inter homines verſantem.* D.

D. Auguſt. Auguſt.ſerm. 4. de Nativitate ait: *Salvator noſter ab effectu rerum hoc nomen accepit, ut vocaretur, Nobiſcum Deus.*

89. *Nomina Chriſti multa.* Iſai. 9. Majeſtas, ac dignitas Chriſti eſt ſupereminens, & infinita, inde variis nominibus explicatur, ac demonſtratur, Iſai.9.n.6. *Et vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis:* eſt Metonymia, & his explicantur Magnalia, quæ in Chriſto D. relucent, ac reſplendent. Similiter

Iſai. 8. idem Propheta de eodem Chriſto D. ait: *Voca nomen ejus: Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari.* Et duplicato verbo ait: *Accelera, feſtina*; quia Chriſtus D. futurus erat celerrimus prædator, & citiſſimè nos, qui eramus ſpolia, & præda diaboli, ab ejus poteſtate liberavit, & ſibi detraxit, orbemque ad ſe convertit, ac

Coloſſ.2. adduxit, juxta illud Apoſtol. 2. Coloſſenſ.n.15. *expolians principatus, traduxit confidenter.* Sic & dicitur de Eccleſia, Iſai.62.n.4. *Non vocaberis ultra derelicta, ſed vocaberis voluntas mea in ea,* Non enim hoc nomine Eccleſia veluti proprio eſt appellata, ſed quia voluntas, ac benevolentia Dei in illa oſtenditur. Iſai.62.

90. *Nomina Dei ſub nomine Emmanuelis continentur.* Multa & varia ſunt Dei nomina, quæ veluti recapitulantur in hoc nomine Emmanuel, id eſt, Nobiſcum Deus. Appellatur Deus: *Iehovah, Adonai, Elohim, El:* Nomen, *Iehovah:* dicit Dei eſſentiam, quatenus eſt primum & immenſum ens, à quo omnia entia ſuum participant eſſe. *Adonai*, ſignificat Deum, prout eſt omnium Dominus ſupremus. *Elohim*, dicit Deum providentem, prout eſt omnium gubernator Judex, ac vindex. *El*, denotat Dei omnipotentiam, & infinitum robur. *Emmannuel*, ſeu Chriſtus Dominus eſt, *Iehovah:* quia ſicut dat eſſe in naturalibus, ita dat eſſe in ſpiritualibus gratiæ, & ſanctificationis. *Adonai:* quia data eſt ei ſuprema omnium poteſtas: *Elohim*, quia ipſe eſt conſtitutus Iudex omnium vivorum, ac mortuorum: *El*, dicit Dei robur, & omnipotentiam, quia Deus totam ſuam omnipotentiam, ac robur oſtendit in Chriſto, ac ejus Incarnatione: *Fecit potentiam in brachio ſuo.*

91. D.Bernard. Quæ omnia Dei nomina ſub nomine Iesu continentur. D. Bernardus ſerm.15. in Cantica ait: *Omnia nomina Dei, aut pietatis gratiam, aut potentiam majeſtatis ſonant. Nomen pietatis eſt Emmanuel, nomen pietatis eſt Ieſus. Rurſus Propheta inquit:* Vocabitur nomen ejus Admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. *Primum, tertium, quartum majeſtatem ſonant, reliqua pietatem. Profecto majeſtatis, ac potentiæ nomen in id, quod eſt pietatis, & gratiæ quodammodo transfunditur ipſumque effunditur abundè per Ieſum Chriſtum Salvatorem noſtrum.* Et poſt pauca ſubdit: *O nomen benedictum! Oleum uſquequoque effuſum. Quouſque? de cœlo in Iudæam; deinde in omnem terram excurrit, & de toto orbe clamat Eccleſia: oleum effuſum nomen tuum: Effuſum planè*, quod non ſolum cœlum, terraſque profudit, *ſed aſperſit, & inferos adiit.* Ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & inferorum, & omnis lingua confiteatur, & dicat: *Oleum effuſum nomen tuum.* *Sub nomine JESU omnia Dei nomina continentur.*

92. *Ieſus nomen maximè venerabile.* Perpende verba Sancti Doctoris: *Profecto majeſtatis, ac potentiæ nomen in id, quod eſt pietatis, & gratiæ quodammodo transfunditur,* ſi omnia Dei nomina, quæ potentiam indicant, in hoc Iesu nomine continentur, ac recapitulantur. Inde ſuper omnia Dei nomina eſt maximè venerabile, ut notat Abulenſis ad c.13. Numer.q.7. ait: *Eccleſiæ communis ac laudabilis conſuetudo magis honorat iſtud nomen, Ieſus; quàm nomen Deus, Unde audito nomine Ieſu, devoti fideles, aut capue inclinant, aut genuflectunt; quod non faciunt audito nomine Deus.* Abulenſ.

93. Et unde tantus honor, ac reverentia Sanctiſſimo Iesu nomini? Alia Dei nomina, ut dicit D. Bernardus proximè citatus, dicunt Dei celſitudinem, majeſtatem, ac potentiam: at Sanctiſſimum Jesus nomen dicit ejus meritum, ac infinitam charitatem, qua nos redemit, ac liberavit à poteſtate dæmonis; & quæ ex meritis ſunt, ſemper maximè affectum alliciunt,

ciunt , & illuſtriora , ac venerabiliora cæteris
apparent. Maximè à Deo laudatus eſt Moïſes
ſuper cæteros. De eo ait Deus : *At non talis ſer-*
*vus meus Moïſes qui in domo mea fideliſſimus eſt:*
Numer. 12. Numer. 12. n. 7. & tamen Sacerdotalis dignitas
non conceditur Moiſi, ac filiis ejus, ſed Aaroni,
cum ſuis ſucceſſoribus. *Applica quoque ad te*
Exod. 28. *Aaron fratrem tuum , cum filiis ſuis, ut ſacerdotio*
*fungantur mihi.* Exod. 28. n. 1. Cur Moiſi , cum
tantis meritis præfulgeret , & cum tam accep-
tus , & gratus eſſet Deo , Sacerdotalis dignitas
*Plus meri-* non datur; ſed Aaroni , ac filiis ejus: & ſi Moïſes
*ta hono-* dignior eſſet dignitate Sacerdotali , tamen illu-
*rant, quam* ſtrior , ac præclarior erat meritis ad dignitatem,
*dignitas.* quam illius poſſeſſione , ac exercitio Conſtitua-
tur Aaron in dignitate ; at Moïſes ſuis meritis,
Anaſt. Nyſ. & virtutibus illuſtrius reſplendet , ac fulget ,
quam Aaron tanta dignitate. Anaſtaſius Nyſſe-
nus q. 38. ait: *Moïſes non fuit unctus oleo, non ge-*
*ſtavit veſtem Sacerdotalem , ſed Sacerdotes in*
*duit, ut diſcas quod ei, qui eſt ſecundùm Deum per-*
*fectus , ornamentum ſufficit virtutum.* Moïſes
ad ſui celſitudinem , ac illuſtrationem non
indiget dignitate : *Et ornamentum ſufficit virtu-*
*tum.*

*Matth.* 1. *n.* 24. Exurgens autem Joſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus, & accepit conjugem ſuam.

*Num.* 25. Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuũ primogenitum : & vocavit nomen ejus Jeſum.

## *VERSIONES.*

*Syriac. n.* 24. Cum ſurrexiſſet à ſomno, &c. egit ſicut præceperat ei.

*Græcus, & Arias.* Excitatus , ſeu expergefactus.

*Pagninus.* Sicut mandavit Angelus, aſſumpſit eam.

*Vatablus.* Quod injunxerat Angelus.

*Burgen.* Libens admiſit eam.

*Æthiopicus.* Et accepit Mariam Sponſam ejus.

*Perſicus.* Et accepit uxorem ſuam.

*Syriacus, n.* 25. Neque cognovit eam , & vocavit illum.

*Arabicus.* Quouſque peperiſſet.

*Æthiopicus.* Et vocavit ille nomen ejus Jeſum.

*Burgen.* Filium illum ſuum , illum primogenitum , quem vocavit Jeſum nomine.

## *EXPOSITIO II.*

94. Græcus. E*XURGENS autem Joſeph à ſomno*
id eſt ut habet Græcus , *Excitatus* , ſeu
expergefactus : *fecit ſicut præcepit ei*
*Angelus* : omni timore , & ſuſpicione depoſita,
ſuſcepit Virginem Mariam conjugem ſuam ,
ſeu ut legit Burgen. *Libens admiſit eam* , cum Burgenſ.
eaque habitavit , ut advertit Lyranus : obſe- Lyran.
quioſè adminiſtrans , ut dominam ſuam , *&*
*non cognoſcebat eam donec peperit* : per illam
particulam , *Donec* , non ſignificatur , poſtea
cognoviſſe , ſed denotatur , quod ſemper , &
nunquam cognoverit , ut ex multis Scripturæ
locis Quæſtione ſequenti demonſtravero : *Fi-*
*lium ſuum primogenitum* : Non quod poſt eum
alius natus fuerit , ſed quod nemo ante eum
natus ſit; De quo etiam ſtatim eadem quæſtione
ſequenti.

---

## QUÆSTIO XIX.

### Altius expenduntur verba Evangeliſtæ de Joſeph : *Et non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum.*

EX his verbis Evangeliſtæ : *Non cognoſcebat* 95.
*eam donec peperit filium ſuum primogenitum,* *Impius*
impius Helvidius , ut refert D. Hieronymus in *Helvi-*
libro adverſus ipſum , & alii Hæretici impio , *dius.*
ac blaſphemo ore contra Deiparæ Mariæ Vir-
ginitatem argumenta fabricabant , ac ſi poſt
natum Chriſtum cognoviſſet Joſeph, at deinde
dicitur primogenitus , ac ſi poſtea alii fuiſſent
geniti.
Tamen Sanctiſſimam Deiparam ante par- 96.
tum , & poſt partum , ac per totam vitam, per- *Concluſio*
fectiſſimam , & ſummam virginitatem ſervaſſe, *de Fide.*
Concluſio eſt certiſſima de fide definita in mul-
tis Conciliis , in 5. Synodo . Can. 6. & in 6. Sy- 5. & 6.
nodo , Act. 11. eamque docent omnes Patres , ut Synod.
referunt communiter Theologi cum D. Thom.
3. q. p. 28. art. 3. & latè ibi Suarius tom. 2. ad 3.
p. diſp. 5. ſect. 3.
Ad objectionem illam , *Non cognoſcebat eam* 97.
*donec peperit filium ſuum.* Reſpondet primò D.
Epiphanius hæreſ. 31. Quod Joſeph intellectu, D. Epiph.
ac mente non cognovit, nec penetravit, ac intel-
lexit dignitatem, excellentiam, ac ſummam ſan-
ctitatem Deiparæ ſuæ Sponſæ , donec peperit
Chriſtum.
Secundò : D. Hilarius relatus in catena D. 98.
Thomæ , Carthuſianus , Ganeus, & alii, hoc re- D. Hilar.
ferunt ad oculos corporales , quod Joſeph non Carthuſian.
cognoverit Virginis vultum , donec peperit. Ganeus.
Quandiu enim Chriſtum Deum in utero ge-
ſtabat , tantum ſplendorem ex vultu emittebat ,
ut Joſeph ipſam perſpicuè intueri non poſſet :
quemadmodum Iſraëlitæ fulgidam Moïſes fa- Exod. 35.
ciem intueri non valebant. Exod. 34. n. 29. Hæc
omnia ſymbolica , & myſtica ſunt, aliena à vero
ſenſu.
Tertiò , & maximè ad literam : Cognoſce- 99.
re , in ſenſu Scripturæ dicit copulam marita-
lem , ac actum conjugalem , qui nullo modo
extitit inter Joſeph , & B. Mariam ; cum ipſa
dicatur concepiſſe de Spiritu Sancto : illa au-
tem particula , *Donec* , non ponitur in Scrip- *Explica-*
tura pro tempore determinato præcisè , ſed ita *tur parti-*
ponitur pro tempore , ut ſignificet tempus fu- *cula.* Do-
turum. Sic ait Paulus 1. Corinth. 15. n. 25. *Opor-* nec. 1. Cor.
*tet Chriſtum regnare , donec ponam inimicos ſuos* 15.
*ſub*



*ſub pedibus* : & David Pſalm. 109. num 2. *Sede à*
Pſal. 109. *dextris meis , donec ponam inimicos tuos ſcabellum*
*pedum tuorum* : Numquid poſtquam Deus ſub
pedibus Chriſti inimicos poſuit , Chriſtus non
regnabit? Nunquid ad dexteram Patris non
ſedebat : regnabit , & ſedebit in æternum ? &
Matth. 5. Matth. 5. n. 26. de iracundo mittendo in carce-
rem dicitur : *Non exies inde donec reddas noviſſi-*
*mum quadrantem* : id eſt, nunquam exies de car-
2. Reg. 20. cere gehennæ. Et 2. Reg. 20. n. 3. ſcribitur :
*Michol filiæ Saul non eſt natus filius uſque in diem*
*mortis ſuæ.* Id eſt , nunquam. Et de corvo
Geneſ. 8. miſſo à Noë ex Arca dicitur Geneſ. 8. num. 8.
*Non eſt reverſus donec ſiccarentur aquæ* : hoc eſt,
nunquam eſt reverſus. Ut ſi dicatur : Thereſia
ſervavit Virginitatem donec mortua eſt , id eſt,
mortua eſt Virgo. Cum ergo dicitur : *Non cog-*
*noſcebat eam donec peperit,* id eſt nec poſtea cog-
novit.
100. *Filium ſuum primogenitum* : non ſequitur ex
D. Damaſc. D. Epiph. hoc , quod alii fuerint ex Ioſeph nati ; quia
ut rectè docent D Damaſcen. lib. 4. c. 15. D. Epi-
phan. hæreſ. 78. Primogenitus in Scriptura di-
citur ille ante quem nemo natus eſt , etiamſi ſit
unicus , & unigenitus. Chriſtus D. dicitur Pri-
Hebr. 1. mogenitus Patris : Paulus ad Hebr. 1. n. 6. *Cum*
*iterum introducit primogenitum in orbem terræ* :
& tamen Deus Pater unicum habebit filium
naturalem ; ergo filius unicus , & ſolus pri-
Exod. 13. mogenitus vocari poteſt. Similiter Exod. 13.
num. 2. mandabat Deus : *Sanctifica mihi omne*
*primogenitum* : & ſic mulier unum tantum pepe-
riſſet , ille primogenitus erat , & ſanctifican-
dus ; & hoc etiam conſtat ex multis aliis locis. 101.
Ergo Sanctiſſima Maria ſemper per totam
vitam extitit Virgo puriſſima cum maternitatis Eccl. 23.
honore. Clamat Eccleſ. 23. n. 12. *Vide arcum ,*
*& benedic , qui fecit illum , valde enim ſpecioſus*
*eſt in ſplendore ſuo* : Non mandat ſpectare to-
tius orbis Machinam , nec Solem, nec Lunam,
nec Cœlum ſcintillantibus ſtellis, nec prata va-
rietate florum ornata , ſed arcum ; & quid mi- *Pulchri-*
rabilius , & magis admirandum apparet in ar- *tudo Dei-*
cu , quam Sole, Luna, Stellis, & cæteris , quæ in *para, Vir-*
hac orbis machina cernuntur? Arcus ex duobus *ginitas*
coloribus componitur, ex aqua, & igne, quorum *cum ma-*
adunatio gratiſſimam pulchritudinem facit ; in *ternitate.*
qua oſtenditur fœcunditas, ipſa enim mater eſt
piſcium , ac volatilium. In igne autem Virgi-
nitas commendatur , nullum animal in ipſo gi-
gnitur, quamvis aliquod & rarum valeat in ipſo
vivere. Hinc arcus Sanctiſſimam Deiparam ad-
umbrat , quæ ſuper cætera , quæ purè creata
ſunt & valde mirabilis , & ſpecioſa in ſplendo-
re ſuo, tam oculis humanis , quam Divinis. Car-
dinalis Haligrinus apud Delrium Cant. 7. & Haligri-
ait : *Reſplendet arcus duobus coloribus , quorum* nus.
*uterque eſt alteri ad decorem. Habet enim viro-*
*rem aquæ , quæ mater eſt multorum animalium, ha-*
*bet , & ruborem ignis , qui virgo eſt, quia nullum*
*animal parit. His duobus coloribus B. Virgo ve-*
*lut arcus cœli ſpecioſa refulget, & de hoc arcu dici-*
*tur ad Noë* : Ponam arcum meum in nubibus
cœli , & recordabor fœderis mei , quod pepigi
tecum. *Ipſa enim in cœleſtibus aſſumpta, ut recorde-*
*tur miſericordiæ , quam humano generi promiſit.*

# CAPUT II.

CUM ergo natus eſſet JESUS in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis : ecce Magi ab Oriente venerunt Jeroſolymam. 2. Dicentes : Ubi eſt qui natus, eſt rex Judæorum ! vidimus enim ſtellam ejus in Oriente , & venimus adorare eum. 3. Audiens autem Herodes rex , turbatus eſt , & omnis Jeroſolyma cum illo. 4. Et congregans omnes Principes Sacerdotum , & Scribas populi , ſciſcitabatur ab eis , ubi Chriſtus naſceretur. 5. At illi dixerunt ei , in Bethlehem Juda : ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam. 6. Et tu Bethlehem terra Juda , nequaquam minima es in Principibus Juda : ex te enim exiet dux , qui regat populum meum Iſraël. 7. Tunc Herodes clam vocatis Magis , diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis. 8. Et mittens illos in Bethlehem , dixit : Ite, & interrogate diligenter de puero: & cùm inveneritis renuntiate mihi , ut & ego veniens adorem eum. 9. Qui cùm audiſſent Regem , abierunt , & ecce ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, uſquedum veniens ſtaret ſupra ubi erat puer. 10. Videntes autem ſtellam , gaviſi ſunt gaudio magno valde. 11. Et intrantes domum , invenerunt puerum cum Maria matre ejus , & procidentes adoraverunt eum : & apertis theſauris ſuis , obtulerunt ei munera , aurum, thus , & myrrham. 12. Et reſponſo accepto in ſomnis , ne redirent ad Herodem per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam. 13. Qui cùm receſſiſſent , ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph , dicens : Surge , & accipe puerum , & matrem , & fuge in Ægyptum : & eſto ibi uſquedum dicam tibi. Futurum eſt enim , ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. 14. Qui conſurgens accepit puerum , & matrem ejus nocte , & ſeceſſit in Ægyptum. 15. Et erat ibi uſque ad obitum Herodis : ut adimpleretur , quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem : Ex Ægypto vocavi filium meum. 16. Tunc Herodes videns quoniam

niam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde: & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, in omnibus finibus ejus à bimatu, & infra, ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis. 17. Tunc adimpletum eſt: quod dictum eſt per Jeremiam Prophetam dicentem: 18. Vox in Rama audita eſt, ploratus & ululatus multus: Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt. 19. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph in Ægypto, 20. dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſraël: defuncti enim ſunt, qui quærebant animam pueri. 21. Qui conſurgens accepit puerum, & matrem ejus, & venit in terram Iſraël. 22. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire, & admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ 23. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*A primo, Verſ.* Deſcribitur Magorum per ſtellam vocatio, & adoratio Chriſti; quod eſt explicatum tom. 1. in Evangel. lib 2. c. 4. & hic etiam dicam.

*Secundò, Verſ.* 13. Fuga Chriſti in Ægyptum, habetur explicata tom. 1. lib. 2. cap. 7.

*Tertiò, Verſ.* 16. Occiduntur infantes. Explicatur t. 1. lib. 2. c. 8.

*Quartò, Verſ.* 20. Chriſti ex Ægypto reditus, & ſeceſſus in Nazareth: eſt explicatum tom. 1. lib. 2. cap. 9.

Magorum Adoratio.

## QUÆSTIO I.

### *Quare iſti tres viri Sanctiſſimi dicuntur Magi, & non Reges, cum Herodes dicatur Rex.*

1. Textus. DE hoc latè tractavi tom. 1. lib. 2. c. 4. per quadraginta quæſtiones. Addes nunc, & ait Text. n. 1. *Cum natus eſſet Jeſus in Bethlehem in diebus Herodis Regis; Ecce Magi ab Oriente venerunt*, Ecce Herodes dicitur hic Rex, & iterum infrà: *Cum audiſſent Regem abierunt:* & tamen noſtri tres viri illuſtriſſimi, erant Reges, ut tenet communis ſententia, & retuli cap. 4. q. 2. n. 8. Cur ergo hîc non dicuntur Reges, ſed Magi, hoc eſt, ſapientes, & hanc difficultatem jam excitavi toto loco quæſt. 3. Uberioris doctrinæ gratia, nunc adde.

Primò: Herodes dicitur Rex, non vero
2. Magi tali titulo honorantur: eximius honor eſt, dum impius regnat, regni faſtigio expertem eſſe, nec homo tali ſocio adjungatur. Vide quæ dixi tom. 1. lib. 3. cap. 1. q. 14.

Secundò rectè hi tres viri illuſtriſſimi Magi,
3. id eſt, ſapientes dicuntur, cum inſigniter hic magnam ſapientiam oſtendunt, regna, patriam, propriamque terram relinquentes, ut ſolum Ieſum quærant, & adorent, nec enim ad hoc moventur temporalibus ſplendoribus, ſed ex inviſibilibus virtutibus Ieſum quærunt, & adorant; nec enim in domo regis aurum, & argentum, purpuras, & pompas exoptant? ſed toto affectu ad Ieſum moventur, ſpiritualia, ac inviſibilia ſpeculantes, in quo declaratur, ac oſtenditur vera ſapientia. D. Chryſoſt. homil. 8. in Matthæum, & ait: *Idcirco nihil ibi de inviſibilibus iſtis grande conſpicitur, ſed anguſtum tugurium, ac vile præſepium, & inops mater, ut melius nuda Magorum Philoſopia clareſceret.* Inde maxime Magi oſtendunt ſuam philoſophiam, ac ſapientiam, quia inviſibilia ſpeculantes, omnia terrena deſpiciebant. Ait Eccleſiaſtes 2. n. 14. *Sapientis oculi in capite:* Magnus Salomon, quid novum dicit in hac re, tam oculus ſapientis, quam inſipientis eſt in capite. Valde profunde loquitur; ille ſolum, & vere ſapiens, qui oculos habet in capite, ut deſpiciat terrena, & ſolum ſuperna, in quibus eſt Chriſtus quærat. D. Ambroſ. lib. 7. in Lucam ait: *Oculi ſapientis in capite ejus, quia ille verè ſapit, cujus animus in Chriſto, & cujus interior oculus erigitur ad ſuperna.*

*Vera ſapiẽtia rapitur ad inviſibilia.*

D. Chryſ.

Eccleſ. 2.

D. Ambroſ.

Tertiò: Herodes Rex dicitur, non verò Magi tali titulo condecorantur. Herodes maxime defectuoſus, ſpurcitia plenus. Magi verò ſapientes, boni, & pij, quia multoties ubi iniquitas, ac prævaricatio, ibi regnat dominatio, & imperium, à quo frequenter ſapientes, & probi exulant, & tantò honore carent. De improbis, ac iniquis conqueritur Ierem. 7. n. 18. *Ut faciant placentas reginæ cœli*: per reginam cœli D. Hieronym. D. Thomas, & alii interpretantur Lunam. Cur talia obſequia non deferunt Soli, ſed Lunæ: imò adverte, quod fortè non invenies, quod Sol dicatur rex; ſicut & habemus, quod Luna dicitur regina, Luna multos patitur defectus, ac maculas; Sol vero totus ſplendidus, ac lucidus multo fulgore nitens: tanquam luce ſapientiæ, ac virtutum Lunæ defectus, ac maculæ ad ſe trahunt coronam, quâ probitas, & virtus denudata caret. De his multa verbo *Dignitas*, in noſtris libris. 4.

*Defectus cum regno, probitas ſine illo.*

Jerem. 7. D. Hieron. D. Thom.

QUÆSTIO



## QUÆSTIO II.

### *Quare Magi interrogant, ubi eſt qui natus eſt Rex Judæorum?*

5. Textus. TExt. num. 2. *Dicentes: ubi eſt, qui natus eſt Rex Judæorum, vidimus ſtellam ejus in Oriente.* Hanc quæſtionem jam excitavi ſuo loco, citato cap. 4. q. 7. ubi octo ſolutiones appoſui. Nunc verò adde, & audi primò D. Ambroſ. lib. 2. in Lucam, ubi ita habet. *Vides: quia non otiose, vel de Chaldæis qui peritiores in numeris habentur, Abraham Deo credidit, vel Magis, qui licet magicis artibus conciliandæ ſibi ſtudium Divinitatis impendunt, ortum in terris Domini crediderunt; non inquam otiosè, ſed ut ex adverſariis gentibus ſanctæ Religionis ortus ſumeretur.* Magi ducebantur ſtella, & tamen Jeroſolymis interrogant; *Ubi eſt, qui natus eſt Rex Judæorum?* O efficax, & argutum aſtruendæ divinæ fidei, ex præverſo, ac adverſo ſuffragium! Magi in Chaldæa nati, ex barbaris procreati, in idololatria enutriti, magicis artibus ſuperſtitioſi, qui à lege Dei erant alieni, imò & legum ejus prophani, qui prophetarum linguæ expertes, ſcripturarum ignari: Judæorum fidem ſuperarunt, & pro fide, ſcripturis, ac prophetis dant teſtimonium, ex ſuperſtitioſæ idololatriæ gymnaſio, abſtruſa Dei veritas edocetur. Ex adverſariis maximè validum fidei ſuffragium ſumitur; & tres Magi gentiles ſupra totam Iudæorum gentem, ſe fide, ac fidei magiſterio extulerunt. Perbellè ait D. Baſilius Seleucus Orat. 19. *Eſto; ô Iſraël, gentilium diſcipulus: incredulos, ut credas, ſequere.*

D. Ambr.

*Ex adverſariis fidei maximè validum fidei ſuffragium.*

D. Baſ. Sel.

6. Secundò, D. Auguſt. ſerm. 34. de tempore, & ait: *Venerunt Magi, & quærunt eum dicentes: Ubi eſt, qui natus eſt Rex Judæorum? annuntiant: & interrogant; credunt, & quærunt.* Videtur in his verbis ſublatere aliqua repugnantia. *Annuntiant, & interrogant:* qui annuntiat, certus eſt de re, quam profert. Interrogatio autem rei incertæ plerumque negotium eſt. Reſpondet ſapientiſſimus Cellada in Eſth. cap. 6. §. 167. n. 5. *Annuntiant, & interrogant:* Quia vix acquieſcunt præclaro cœli teſtimonio, niſi illi adteſtentur obſcura ſcripturarum oracula; ſi adhuc gentiles, dum ad fidem properant, Sacras Scripturas æſtimabant, ſuſpectumme habebant, quod cælum loquitur, niſi Sacra Pagina ſuffragante.

*Magi non credunt cœli nuntio, niſi atteſtaretur Scripturas*

7. Tertiò: & dico, quod *interrogant, & annuntiant*, ingenioſa charitate, ut Judæi interrogatione commoti Scripturas ſcrutentur de loco, ac tempore adventus Meſſiæ, & inde veritate cognita Chriſtum JESUM; ut verum Meſſiam quæram, recipiant, ac adorent. Quartò: Advenerunt Magi, tanquam fidei Doctores, ac Magiſtri, & tamen interrogant, quod ſciunt, ut confundant quorundam ſapientium faſtum, qui quod ignorant, interrogare erubeſcunt; qui fatuè audenter docent, quod quærere, & interrogare neſciunt. Magi ergo tale ſuperbiæ faſtum comprimere volentes, quod ſciunt, interrogant. Ter Chriſtus D. Petrum de ſuo amore interrogat: *Petre amas me*: Cui Petrus ſemper reſpondit: *Tu ſcis Domine: quia amo te:* tamen tertia vice ad interrogationem ait Petrus: *Domine tu omnia noſti; tu ſcis, quia amo te*: Joan. 21. n. 17. Si Petrus primo, & ſecundo fatetur quod Chriſtus bene ſcit, & agnoſcit ſuum amorem? *Tu ſcis quia amo te*: ad quid tam multipliciter interrogat, videtur ſuperflua talis interrogatio? Præclare D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Interrogat Jeſus, ut Petrus diſcat etiam ſcita interrogare.* Informabat Dominus Petrum ut caput, ac Paſtorem univerſalem ſuæ Eccleſiæ; & cum Petrus fateatur, quod Chriſtus omnia apprime ſit, & cognoſcit, etiam uſque ad intimam cordis cogitationem, ut inde Petrus diſcat, quod ſæpè non ſit contentus ſua ſcientia, ſed etiam interroget ad evidentius rerum examen, & ad multa alia utilia, quæ inde provenire poſſunt.

*Magi veluti neſciendo ad veritatem inquirendam ducunt.*

Joan. 21.

D. Paſch. *Magi confundunt faſtum aliquorum, qui erubeſcunt interrogare.*

## QUÆSTIO III.

### *Unde cognoverunt Magi hanc ſtellam eſſe ſummi Regis, ac Filii Dei?*

AIt Text. n. 2. *Vidimus ſtellam ejus in Oriente*: Hanc quæſtionem jam excitavi citato cap. 4. q. 12. Et ratio literalis eſt, ut ibi dixi ex D. Auguſtino, & aliis Patribus, quod Magi cognoverunt Chriſtum natum: exterius per ſtellam; interius verò Divina gratia Spiritus Sancti, eos illuſtrante, ac illuminante: de hac luce externa ſeu ſtella eſt preſens difficultas: & quamvis citato loco multas dederim rationes, alias nunc profero. 8. Textus.

*Ratio literalis.*

Et primò D. Chryſoſt. in Imperfecto homil. 2. in Matth. ait quod accepit ex quibuſdam referentibus ex quadam Scriptura, et ſi non certa, tamen deſtituta fide, quod Magi iſti ex libris Balaam acceperunt, id quod habetur Numer. 24. n. 17. *Orietur ſtella ex Jacob, exurget homo ex Iſraël, & dominabitur omnium gentium*: ob quam cauſam filii eorum, ac pronati, per ſingulos annos poſt meſſem trituratoriam obſervabant ortam illius novæ ſtellæ. *Ne forte in generatione ſua ſtella illi beatitudinis oriretur, donec apparuit eis deſcendens ſuper illum montem victoralem, habens in ſe formam quaſi pueri parvuli, & ſuper ſe ſimilitudinem crucis, & locuta eſt eis, & docuit eos, & præcepit eis, ut proficiſcerentur in Judæam.* Ita citatus Chryſoſtom. conſidera altitudinem Divinæ Sapientiæ; ſtella nova: quæ lucente Sole fulgebat, quid valde magnum; forma tam pueri parvuli, res valde exigua; ſic Deus ex ſuo alto conſilio ſumma parvis, & magna exiguis aſſociat. 9. D. Chryſ.

Num. 24.

*Puer apparait in ſtella.*

*Deus ſumma parvis aſſociat.*

Secundò, D. Remigius in præſenti: *Sciendum eſt autem,* ait, *quia varia eſt de Magis opinio. Quidam enim dicunt, eos fuiſſe Chaldæos: Chaldæi autem ſtellam pro Deo colebat: & idcirco dixerunt, quod nuncupativus Magorum Deus oſtendit verum Deum natum.* O altum conſilium divinæ ſapientiæ! impietas deteſtandorum ſcelerum manuducet ad pietatem eos, quibus omnia cooperantur in bonum, ut de ſuperſtitionum malitia, errore depulſo, Dei bonitatem rimentur: *Nuncupativus Magorum Deus, oſtendit verum Deum natum.* Magi adorant ſtellam, ipſa ſtella, quæ erat occaſio erroris, eis 10. Remig.

*Deus per media contraria ſæpe intendit ſuos fines.*

viam oſtendit, ut rejectis erroribus viam veritatis agnoſcant, & verum Deum adorent: ſic Divina Sapientia res diſponit, & ordinat, ut per media contraria ad fines intentos deveniatur.

11. Tertiò. Ex eo, quod cœli ad natum puerum oſtendendum miſerunt ſtellam, inde Magi apertè cognoverunt eum eſſe verum Deum, neque enim cœleſtes virtutes, cœleſtes orbes, Regem temporalem, ſed ſolum cœleſtem ſequuntur, ac quærunt, ad illum aliquem motum exhibeat, ſed ad ſolum Deum, ut ſuum creatorem, cujus imperio obediunt. D. Gregor. Magn. homil. de Epiphania: *Deum hunc cœli eſſe cognoverunt, quia protinus ſtellam miſerunt.* Ex ſtella apparente in mundo cognoverunt Magi Dei filium natum in terris, quæ ſtella, ut eſt communis ſententia, apparuit, & viſa fuit in toto mundo; & cur ſtella hoc munus denuntiandi Filium Dei natum in mundo ſibi aſſumpſit; quia non erat qui loqueretur, ac clamaret in toto mundo; quia ſi in Dei cauſa homines tacent, creaturæ elingues loquuntur D. Leo: *Quod nondum poterat humano eloquio diſſeri, cœlo faciebat evangelizante cognoſci.* Volentes Judæi, pueri à laude Jesu decantanda ceſſarent, ait illis meus Jesus: *Si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Luc. 19. num. 40. Ad quæ verba ait D. Ambroſius ibi: *Neque enim mirum, ſi laudes Domini contra naturam ſuam ſaxa reſpondeant.*

*Cœli, non temporalē regem, ſed Deum venerantur.* D Gregor. Magn. — *Pro Dei cauſa ſemper eſt qui loquatur.* — D. Leo. — Luc. 19. D. Ambr.

12. Quartò. Hæc ſtella præter naturam aliarum ſtellarum, ut notat D. Chryſoſtom. Sole fulgente lucebat, ac radiabat; & unde hæc ſtella erat tantam habuit vim, & virtutem. Hæc ſtella erat ſtella peculiaris Domini; & licet aliæ ſtellæ diei luce obſcurentur, & non appareant. Tamen hæc ſtella, cum ſit ſtella Domini, & habeat illius favorem, non mirum, quod ſi aliæ obſcurentur, hæc tamen ſola niteat, & fulgeat.

D. Chryſ. *Si tibi adeſt Regis benevolentia, in aliorum obſcuritate reſplendes,*

13. De illo ſummo Principe, qui apparuit in Apocalypſi 1. n. 16. dicitur, quod *habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem.* Et ſtatim ſubditur: *Et facies ejus ſicut Sol in virtute ſua*; ſeu ut habet Arabicus, *in vigore ſuo.* Pagninus, *in potentia ſua:* hoc eſt, in ſumma ſua claritate? ſi Sol tanto fulgore ſplendebat, quomodo ſeptem ſtellæ in manu ſcintillabant, cum ad intuitum Solis cæteræ ſtellæ ſua luce fugiant, & non appareant? Hic tamen ſtellæ nitebant, cum facies ſicut Sol intenſiſſimè reſplendeſceret; *habebat ſeptem ſtellas in dextera ſua*: ad has ſeptem ſtellas Princeps ille porrexit manum ſuam, illiſque ſuum favorem, ac benevolentiam exhibuit, inde conſequens fuit, ut ſi aliæ ſtellæ conſpectu Solis obſcurentur; hæ vero ſeptem omnem obſcuritatem à ſe excludunt, & omni luce, ac fulgore omnium oculis objiciuntur.

Apocal. 1. — Arabicus. Pagninus. — *Si adeſt favor Principis, non eſt obſcuritas, ſed ſplendor.*

14. De illa præclariſſima muliere, ac Regina decantatur Proverb. 31. n. 19. *Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fuſum.* Verba illa, *miſit ad fortia*: Symmachus, Aquila, Theodoretus vertunt, *miſit ad virilia.* Cum ego hoc legiſſem, manum miſit ad fortia, ac virilia, cogitabam quod digiti ejus tenebant gladium, haſtam, clypeum, vel cætera arma bellica; ſed Textus exprimit, *Apprehenderunt fuſum*: quod eſt fœmineum debile, ac domeſticum inſtrumentum. Mulier hæc nobilis, ac Regina extendit manum ſuam ad fuſum, eique dedit manum, jam non reputabitur, ut infirmum & imbelle, ſed ut valde forte, & utile, tanquam gladius, vel haſta, ab hac allegoria non longe abeſt D. Auguſt. ſerm. 13. de Diverſis. *Si habes manum in fuſo, ibi firmantur brachia tua, ibi erit fortis conſtantia tua.* Ex manu Reginæ in fuſo, ibi firmantur brachia, ſcilicet directiones, & gubernationes totius regni: ibi eſt fortis conſtantia ad tutamen, ut exiſtimantur.

Prov. 13. — Symmach. Aquila. Theodor. — *Si Princeps dat manum, debilis reputatur ut fortis.* D. Auguſt.

## Quæstio VI.

### *Quare tres Magi non per tres ſtellas, ſed per unam tantùm ducuntur?*

15. Textus. Ait Text. num. 2 *Vidimus ſtellam ejus in Oriente* Et iterum n. 9. *Ecce ſtella quam viderant Magi*: ad altum, & ſupremum myſterium nativitatis Chriſti indicandum, una ſtella tantum mittitur; cum tamen in manu ipſius Chriſti, Apocal. 1. n. 16. aſtant ſeptem ſtellæ: *habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem*: Magnum documentum ad noſtram informationem. Chriſtus in Apocalypſi apparebat in multa amplitudine, ac majeſtate. *Et facies ejus ſicut Sol in virtute ſua lucet; & in medio candelabrorum aureorum podere veſtitus.* At in ſtabulo in quo reclinatus erat meus Jesus in fœno inter bruta animantia vilibus, & humilibus pannis involutus; & quamvis ſtellæ ambitionis affectu non moveantur, tamen ad noſtram eruditionem res altè ſic diſpoſita eſt, pompoſa, ac magnifica majeſtas Solis fulgore reſplenderet, multæ tunc convolant ſtellæ: At verò ſi talis externus ſplendor abſconditur, & eximia paupertas manifeſtatur, una tantum ſtella miniſtrat & hoc magno miraculo; ut inde diſcas, quod ſtatuit ſit accommodandum, & ſi in felicitate multi ſequentur, pauci verò in indigentia.

Apocal. 1. — *In felicitate multi: in egeſtate pauci.*

16. Propius tamen ad noſtram quæſtionem: ſi Magi ſunt tres, cur non tres ſtellæ apparent: quæ tribus ducatum præberent? hoc enim videbitur magis conveniens ad majeſtatem miraculi, ac ad majorem dignitatem Magorum; hoc tamen alto divino conſilio factum eſt, ad magnum noſtrum documentum; quod in directione, ac regimine una tantum ſit lux, ac ſtella, quæ ducatum præbeat, & regimen teneat; & ſi multi ſint ducendi, una tamen ſit lux viam oſtendens ac ducatum tenens, aliàs omnia ſub confuſione erunt, & peribunt.

*Ad bonum regimen requiritur una lux, & unus Dux.*

17. Cum Moïſes conquereretur ad Deum, quod non poterat ſolus ſuſtinere pondus univerſi populi illius; ac numeroſæ illius multitudinis; nam vivorum pluſquam ſexcenta millia erant, præcipit Deus Moïſi, ut eligat ſeptuaginta ex ſenioribus Iſraël, quos Moïſes agnoſcit ſenes eſſe, nec enim omnes qui ſunt ſenes, ætate, ſunt ſenes moribus, & prudentia; & tunc ait Deus: *& ego deſcendam, & loquar tibi: & auferam de ſpiritu tuo tradamque eis, ut ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graveris.* Numer. 11. num. 17. Planum eſt, quod Deus facilè poterat creare novum ſpiritum, ut illis

*Nec omnes ſenes ætate, ſenes ſunt moribus.* — Num. 11.





ſeptuaginta ſenioribus traderetur; ad quod ait Dominus: *Auferam de ſpiritu tuo; & tradam eis*: Septuaginta illi cum Moyſe ſuſtentaturi erant pondus regiminis totius populi, clavumque illius erant tenſuri: in omnibus ergo illis ſit unus Spiritus, una lux, unaque mens ad directionem, & gubernacula; & ita omnes cum Moyſe ſint inter ſe uniti, ac conjuncti in rerum diſpoſitione, ac ſi in eis unus tantum ſit Spiritus, unaque lucerna, quæ nullam diviſionis contrarietatem patietur, Origenes relatus in Gloſſa ait, *Spiritus, qui erat in Moyſe, quaſi clariſſimi luminis lucerna fuit, ex qua ſeptuaginta Deus accendit, ad quos principalis luminis ſplendor advenit.*

*Ad bonam directionem requiritur unus ſpiritus, & una lucerna.* Origenes.

28. In confirmationem proximè datæ doctrinæ addunt interpretes, ut Lorinus. Cornelius, quod poſt raptum Parentis Eliæ in cœlum dicitur 4. Regum 2. n. 15. *Requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum. Et venientes filii Prophetarum adoraverunt proni in terram:* non alium, ſed eundem ſpiritum, qui erat in Elia communicavit Deus Eliſæo, quia cum ipſe eſſet deſtinatur ad regimen collegii filiorum Prophetarum, optima diſpoſitio eundem ſpiritum requirebat. Idem ſit ſpiritus anteceſſoris, ac ſucceſſoris, ut omnia ne mutatione regiminis pereant, ſed potius unitate proficiant, & augeantur. In cœleſti militia, in qua ſunt tot millia millium quidam ſunt Angeli, alii Archangeli, alii Cherubim, alii Seraphim, tamen unus eſt Princeps, & Præpoſitus militiæ Cœleſtis, ſcil. Michael, quem cæteri ſequebantur. *Michaël, & Angeli ejus præliabantur cum dracone.* Apocalypſ. 12. num. 7. Angeli ejus, id eſt, qui ſequebantur Michaëlem.

Lorinus. Cornel. 4. Reg. 2. — *In gubernatoribus unus ſit ſpiritus, & lux.* — Apoc. 12.

## Quæstio V.

### *Quare non ſolùm Herodes, ſed etiam tota Jeroſolyma dicitur turbata.*

19. Textus. Ait Text. n. 3. *Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Jeroſolyma cum illo*: valde mirum, quod Magi cum multo fervore venientes, ſtatim ingrediuntur civitatem magna perturbatione commotam, cum tamen poſtea in ſomnis admoniti, valde ſecuri redeunt in patriam. Venerunt Magi ſequentes ſtellam: *Vidimus ſtellam ejus in oriente*: & nondum reſpexerant Jesum, ſed tantum ſtellam pro ducatu habebant: inde evenit, quod in turbationem Civitatis inciderint, quia nondum Deum reſpexerant, ſed creaturam. At poſtquam ad Deum venerunt, omnia placida, & ſecura ſunt eis. D. Chryſoſtom. homil 7. in Matthæum ait: *Priuſquam Magi puerum cernerent, undique illis apponebantur timores, conturbationes, atque diſcrimina: poſtquam verò adoraverunt, ſecuritas, & tranquillitas ſecuta eſt:* In Deo ſecuritas illis fuit, à creaturis verò perturbationes ac diſcrimina habebant. Nunc ad noſtram quæſtionem, de qua multa dixi citato cap. 4. q. 17. & 18. Modo addo.

*In Deo ſecuritas, in Creaturis perturbatio.* — D. Chryſ.

20. Primò Poteſt quis non admirari, quod alterius in Judæa Regis nomen Herodem turbet: At Jeroſolyma ſuum expectatiſſimum Meſſiam tandiu ſuſpirans, quid cum Herode turbatur; cum de ſyderεæ claritatis voce advenisse fauſte audit, ſub quo omnia deſiderata bona cumulatiſſimè expectabat, ut latè explicat Iſaias cap. 33. per totum. Quomodo turbatur? An non citius, & ſibi facto plauſu exultim gratulari, & Chriſto ſuo gratias agere votivè debuiſſet?

Iſai. 35.

21. Et in primis, quomodo dicitur ab Evangeliſta, *Turbatus eſt Herodes, & omnis Ieroſolyma cum illo*: nam & ſi in Civitate multi regi Herodi adulantes turbarentur, alii tamen, & fortè multi pii, & religioſi, de Magorum nuntio ſibi gratularentur, & exultarent. Quomodo ergo omnis Jeroſolyma? Reſpondet Lyranus, & ait: Omnis Jeroſolyma accipitur pro illa parte, quæ favebat Herodi. Illi, quæ erant. Ibidem majores, & in regalibus officiis aſſiſtentes, illi cum Rege turbati ſunt: nempe aulici qui Regi familiares ſunt, qui à Regis latere non diſcedunt, qui gratiam Principis aucupantur, qui regalia munera obeunt, qui primas dignitates, ac officia tenent; hi, & ſi comparatione aliorum pauci ſint, omnis Jeroſolyma, totumque regnum appellantur, cæteri verò, quamvis nobilitate illuſtres, ſapientia præclari, virtute reverendi, quaſi nulla pars regni eſſet, ita ſub iniquo rege habetur; & ideo omnis *Jeroſolyma turbata* dicitur: Quia aulici homines in regalibus officiis aſſiſtentes cum Rege turbantur; vel quia vulgares homines, ac populares ſub Principibus, ac magnatibus intelliguntur; quorum ducatum ſequuntur. Sic 1. Reg. cap. 8. n. 2. dicitur: *Congregati univerſi majores natu Iſraël: venerunt ad Samuelem in Ramatha, & dixerunt: Conſtitue nobis Regem, ut judicet nos:* & ſtatim n. 7. ait Deus Samueli: *Audi vocem populi hujus in omnibus, quæ locuti ſunt:* proindeque ſub ſenioribus, ac Magnatibus univerſus populus ſubintelligitur.

Lyran. — *Per Jeroſolymam intelligitur palatinorum grex, licèt pauci eſſent.* — *Populus ſub Magnatibus intelligitur.* 1. Reg. 8.

22. Secundò. D. Chryſologus ſerm. 158. ait: *Jeroſolyma varia ſe contaminatione perfuderat, Sacerdotes prophanaverant Sancta; & peccantes vendentes, in quæſtum veniam, pietatemque converterant. Scribæ doctrinam cœleſtem in ſuum ſenſum, in perfidiæ lapſum, in lethale vaniloquium commutaverant. Hinc eſt quod Chriſtum nolunt naſci, venire timent, quia noverant ſe mox ignominiæ dandos; tradendos opprobriis*, &c. Cur turbantur Jeroſolymitani audito Rege Deo nato, cur non magis lætantur, cum audiunt ortum ejus? timebant ſub tam ſacro, ac Divino rege novum vivendi modum, novamque reformationem: amputatis antiquis vitiis, quibus malignè, & perverſè vivebant, proindeque, *Quia noverant ſe mox ignominiæ dandos*: quia de tanti Regis præſentia conſequens erat, ut injuſtis, ac malignis pœna; ac ſupplicium veniret. De Sancto Sene Simeone prophetizavit, Luc. 2. n. 34. Ecce poſitus eſt *hic in ruinam, & reſurrectionem multorum.* In ruinam iniquorum, reſurrectionem verò juſtorum, ut explicat Rupert. lib. 1. in cap. 2. Oſeæ.

D. Chryſ. — *De Juſti præſentia acceleratur iniquis pœna.* — Luc. 2. — Rupertus.

23. Tertiò. Euthymius *Excæcavit Judæos invidia, ſtatimque audientes turbati ſunt, quaſi timentes, ne ſalutem conſequerentur: Perſæ verò cum eſſent extranei, non ſolum nato non inviderunt, imò à finibus ſuæ regionis uſque in Bethlehem propter eum venerunt? Judæi autem cognati, etiam gloriæ ejus inviderunt, ne fortè magnus futurus eſſet.* Ab extraneis

Euthym. — 24.

*Invidus à propria ſalute, & vita vult privari, ne alius magnus ſit.*

Jesus quæritur, adoratur, muneribuſque datis veneratur: at verò à vicinis, cognatis, & patriciis repellitur, & non recipitur; cur non recogitant quot boni veniant eis cum Chriſto, quod non erit in tribubus eorum infirmus, quod oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, & claudus ſaliet ſicut cervus, & quæ erat arida erit in ſtagnum aquarum, de quo multa dicit Iſaias c.35. per totum: *Judæi autem cognati, etiam gloriæ ejus inviderunt, ne fortè magnus futurus eſſet.* Ita invidia ardebant in Chriſtum quod ne ipſe magnus eſſet, ut certò ſciebant de Meſſia, non ſolum omnibus bonis, ſed etiam propria vita, ac ſalute ſe ſpoliari, ac privari intendebant, ne Chriſtus præclarus, & excelſus haberetur. *Ne fortè magnus futurus eſſet.*

25. Genel.37. Refert Joſeph fratribus ſuis dicens: *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam; & Stellas, undecim adorare me*: Geneſ.37.n.9. Ex quo, ut Textus ſtatim ſubdit: *Invidebant ei fratres.* Suſpicabantur enim, quod Joſeph futurus eſſet eorum Rex, & inde omni arte, ac machinatione adhibita, eum volebant perimere, ac interficere. Quid magis ſtultum, ac inſanum? nam ſi ex ſomnio ſuſpicabantur Joſeph magnum futurum, itaut etiam ipſi ei ſubjicerentur, etiam ex ſomnio bene ipſi fratres colligere poterant, quod ipſi futuri erant ſtellæ lucentes, ut apertè unum ex altero bene oſtendebatur, ac ſequebatur, ſed ita erant invidia obcæcati, ac obtenebrari mente, quod nolebant fieri ſtellæ nitentes, ac reſplendentes, ne Joſeph futurus eſſet magnus tanquam Sol. D. Chryſoſtom.homil. ad citatum locum. *O excellentem amentiam, oportebat hoc ſcientes, majorem erga illum benevolentiam declarare, & è medio tollere odii cauſam, & effugere invidiæ effectum, obtenebrati mente, non videntes quod contra ſemetipſos omnia faciebant*: Omnia tela, quæ odium, & invidia fratrum collimabant in Joſeph, contra ſemetipſos retorquebantur, ac reverberabantur, ut à luce ſtellarum caderent. *Contra ſemetipſos omnia faciebant.*

*Nolebant fratres fieri ſtellæ, ne Joſeph eſſet veluti Sol.*

D.Chryſ.

26. Cum res ageretur de eligendo Rege Iſraëlitarum, ait Dominus ad Samuëlem: *Mittam te ad Iſai Bethlehemitem, providi enim in filiis ejus mihi Regem*, 1. Reg.16.n.1. Regem futurum ex filiis Iſai dicit Dominus, & eum non deſignat, & cur nominatim non deſignat, ac declarat? cavebat fratrum, ac propinquorum invidiam, quæ in eum exurgerent, ſi agnoviſſent. Sic ait D.Chryſoſt.homil.de Imperio, & poteſtate, habita tom.6. *Quare non dixit; Unge mihi Davidem in Regem, ſed unum ex filiis Jeſſe? Ne David accideret, quod Joſeph. Ut enim fratres ſcientes eum, qui in Regem quærebatur, ei inſidiati ſunt; ita metuendum erat, ne iſti idem molirentur.* Non exprimit Dominus perſonam David, dum eligitur Rex, ne fratrum invidia aliquid contra eum machinaretur. *Ne iſti idem molirentur*: quomodo fieri poteſt, quod eſſet timendum, ne fratres David aliquid facerent contra promotionem ipſius ad regnum, cum exinde conſequens erat, ut ipſi multa officia, honores ac dignitates, utpote Regis fratres, aſſequerentur. His omnibus ſe privari intendunt, & abjecti, & ſine dignitate, manere eligunt, dummodo David non ſit electus rex, nec regali faſtigio eis præſideat. *Contra ſemetipſos omnia faciebant.*

1. Reg.16. D.Chryſ.

*Invidus vult deprimi, ne alius erigatur.*

## Quæstio VI.

### *Quare Herodes tam diligenter congregat omnes Principes Sacerdotum, ac Scribas populi?*

27. Textus. Ait Text. n.4. *Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis, ubi Chriſtus naſceretur.* Ad quæ verba optimè notat D. Ambroſ. lib.2. in Lucam. *Sciſcitabatur ab eis ubi Chriſtus naſceretur*, & ait: *Magi tantummodo regem annuntiant, Herodes autem Chriſtum requirit: ipſum igitur regem requirit, de quo interrogatus confitetur.* O Cœleſte Divinæ Providentiæ arbitrium! dum Herodes ſua malitioſa calliditate vult regem abſcondere; & occultare; illius fit manifeſtus interpres, ac aſſertor; regem nempe natum eſſe verum Meſſiam, ac Filium Dei in terris. Ac ſi parum foret publicari Infantem Deum recens natum ab Angelica exultante turba; à Paſtoribus ut Meſſiam coli; à Magis flexo genu adorari; niſi etiam ab Herode, qui ignoranter ſapiens Magorum voces de cælo eruditas, cæco veritatis commentario feliciter interpretaretur? quo æmuli teſtimonio auguſtior veritas annuntietur.

D.Ambr.

*Ex perverſi Herodis commentario magis declaratur veritas.*

28. Quos Herodes convocat in conſilium, & Scribas populi? de qua re egi dictè cap. 4. quæſt.19. & 20. nunc verò de hac re veniunt expendenda verba Chryſoſtomi in Imperfecto homil.2. & ſic ſcribit: *Herodes congregans omnes Principes Sacerdotum & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis ubi Chriſtus naſceretur. Ex hoc apparet maximè, quia diabolus turbatur in Herode quoniam traditores legis interrogat.* Congregat Herodes hos ſapientes, & ipſi ab Scripturæ ſenſu non declinant, de quo interrogantur. Quomodo ergo traditores legis dicantur. Hi regalis curiæ ambitioſi ſapientes, benè noverant ſiniſtrum, ac malevolum animum, quo Herodes interrogabat, ut ſciens nativitatis locum, puerum quæreret ad perdendum, ac interficiendum, & inde veritatem rectius diſſimulare debuerunt, ne veræ ſapientiæ, ac legis proditores fierent, & ita bonus conſiliarius maximè attendat, ſub quo Principe convocantur, ac ſit probus, vel malus; ſi bonus eſt, tunc dicat veram ſententiam, ut ſapit; ſi vero prænoſcit ſubdoloſam quærentis ſagacitatem, ex qua multa mala communi bono impendunt, tunc doctus conſiliarius declinet à tanta perverſitate; & ſuam ſententiam ad aliud retorqueat, & quod verum ſentit, ſub convenienti coloris prætextu abſcondat. Nam aliàs *legis proditor* appellabitur.

D.Chryſ.

*Sub malo Principe aliquando in conſilio veritas abſcondenda.*

29. Prov.15. Dicitur Proverbior.15. c.22. *Diſſipantur cogitationes ubi non eſt conſilium? ubi vero ſunt plures conſiliarii, confirmantur.* Quæ verba ſic legunt Septuaginta. *Differunt cogitationes, qui non honorant conſenſus, vel conſilia: in cordibus autem conſultantium, manet conſilium* Id eſt, qui non honorat conſilium, nec eum habet in multa æſtimatione, ac pondere, differt ſuas cogitationes, ac intentat, ut eas

Septuag.

*Aliquando in conſilio veritas abſcondenda in corde.*

in



in conſilio proponat, ac aperiat; ſed quomodo dicitur ſtatim: *in cordibus autem conſultantium manet conſilium*: Si Princeps differt proponere ſuas cogitationes in malum finem, ac cogitatum, tunc ſapiens conſiliarius ſuam ſententiam retinet in corde, & ab ore non exit, ne videatur malo cooperari.

30. D.Chryſ. Secundò: Idem imperfectus citata homil. 2: ſic ait: *Dant reſponſum Regi interroganti, ex corde non bono, cum deberent celare myſterium Regis à Deo prædefiniti ad ſalutem gentis Judææ, maximè in conſpectu Regis alienigenæ; qui non ſolum zelo regni, ſed etiam generis alieni odio adverſaturus Regi poſtmodum futuro non ignorabatur. Et facti ſunt non Doctores Herodis, ſed irritatores malitiæ ejus*: Solum Herodes convocat in conſilium Principes, ac proceres populi, non convocat aliquem hominem literatum ex populo, vel ex vulgaribus Sacerdotibus, ſed tantum Principes, ac Magnates, quia bene ſciebat, quod hi erant obſequuturi ejus voluntati, & oſtendere locum ad necem ipſius pueri, quod de iniqua Herodis voluntate non dubitabant, etiam cum communi damno totius populi, ac univerſi mundi. O deteſtanda miſera potentium conditio! legem naturæ, honoremque Dei mundialis Regis cupiditati poſtponentes, ne in diſcrimen ſua temporalia adducant, omnia ſpiritualia ſua perdunt, & totam rempublicam diſſipare non dubitant.

*Proceres maximè cupediis Regum obſequuntur.*

31. Daniel.3. Scribit Dan. 3. nu.2. *Itaque Nabuchodonoſor Rex miſit ad congregandos Satrapas, Magiſtratus, & Judices, duces, & tyrannos, & præfectos, omneſque Principes regionum, ut convenirent ad dedicationem ſtatuæ* Cur Rex tantorum Principum conventus non maximè timet, non ne inter tot Satrapas, id eſt Sapientes, Principes, ac præfectos poterat eſſe aliquis, qui Regis cupediis obſiſteret, maximè cum eſſet illa ſtatuæ adoratio contra rationem, & legem naturæ? Tamen ſolum Principes, ac Magnates convocat, & non populares; quia pro certo habebat, quod nulli facilius, quam Principes, ac Potentes Regum cupediis etiam iniquiſſimis acquieſcunt, ac ſubſcribunt. Potentes ſæculi maximè ſolliciti ſunt honoris, gloriæ; ac temporalium: inde promptè inclinantur, ac moventur ad regis beneplacitum, ut non ſolum illo conſerventur, ſed etiam augeantur, & creſcant in ſuis honoribus. D.Hieronym. ibi: *Principes congregantur ad ſtatuam adorandam; qui enim divites ſunt, & potentes, dum timent carere divitiis, & potentia, facilius ſupplantantur.*

*Potentes Regum cupediis acquieſcunt.*

D.Hieron.

32. Cum cogitaret Rex Achab capere civitatem Galaad: *Congregavit Rex Iſraël Prophetas quadringentos circiter viros, & ait ad eos: ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quieſcere? Qui reſponderunt: Aſcende, & dabit eam Dominus in manu Regis*, 3. Reg.22. n.6. Ecce quadringenti viri, qui habebantur Prophetæ, unanimiter bellum Achab Regi proſperum, & Deo gratum denuntiant, quod tamen falſum fuiſſe rei eventus declaravit; ſed cur tanti viri; nimirum quadringenti unanimi conſenſu à veritate aberrant, & falſum dicunt? non prophetabant ex Dei ſpiritu, ſed ex proprio; Cum enim Magnates Palatini eſſent, relinquentes proprium ſpiritum, nihil aliud intendebant, niſi gratum nuntium regi dicere; Curiales enim ſolum illud prædicant, & nuntiant, quod ſciunt præjucundum regi. Philippus Abbas lib.4. in Cantica, cap.29. ait: *Prophetæ qui merentur vera, & utilia non videre, prophetant ſuo ſpiritu, quidquid regi noverunt complacere. Seducti ergo illi, ſeducunt Achab.*

3.Reg.22.

*Prophetæ erga Regem non ſequuntur ſuum ſpiritum, ſed Regis beneplacitum.*

Philip.Abbas.



## Quæstio VII.

### *Quare Herodes clam convocat Magos, non mittit cum eis aliquem ſui confidentem?*

33. Textus. Ait Text. num.7. *Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethlehem, dixit, ite & interrogate diligenter de puero, & cum inveneritis renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum*: circa hæc multas difficultates tractavi, & reſolvi cap. 4. q.23. 24. & 25. Nunc adde.

34. D.Chryſ. D. Chryſoſtom. homil.7. in Matthæum ait: *Conſideraſti ſtultitiæ miſtum dolum tyranni; ſi hæc verè dicit. qua tandem ratione latenter interrogat? Sin autem ut fraudem ſpecie conſilii tegas; hoc ipſo non caves, quod clam de puero interrogat, dolum tuum à Magis deprehendi? Verum anima ſemel malignitate capta, ſtolidior cunctis efficitur.* Dolosè agebat Herodes, & inde clam interrogat Magos: planè ſtultiſſimum eſt: dolum ſtatuere, ac machinare coram illo, à quo facile poteſt deprehendi: *Hoc ipſo non caves, quod clam de puero interrogas, dolum tuum à Magis deprehendi*: Imò ipſa clandeſtina interrogatio, tanta cautela adhibita, multam ſuſpicionem facit, & dolum latentem indicat. Receſſit Jacob cum ſuis uxoribus è domo Laban inſcio ipſo; cumque perſecutus fuiſſet Jacobum, ait ad eum: *Quare ita egiſti, ut clam abigeres filias meas, tanquam captivas gladio*: Gen.31. n.26. Cur ô homo abductas filias à Jacob quæris, non uti uxores, ſed uti mancipia bello capta, non ad conjugalem vitam, ſed ad ferendam ſervitutem; cum falſiſſimum ſit eas ſecum hoc modo duxiſſe, cum potius nihil eis inconſultis egerit Jacob. Ex clandeſtina fuga Laban in omnem ſiniſtram opinionem devenit, & omne, ac ſupremum malum ſuſpicatus eſt; ipſa clandeſtina negotiatio prævaricationis indicium eſt.

*Clandeſtina negotiatio prævaricationis indicium eſt.*

Geneſ. 31.

35. D. Chryſ. Secundò ad eadem verba Chryſoſtomi: *Verum anima ſemel malignitate capta, ſtolidior cunctis efficitur.* Dixit Herodes Magis: *Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum*: Hoc dicebat Herodes, ut agnoſcens puerum inventum, ipſum interficeret; ſed cur homo tanta ambitione fervens, tantum Magis peregrinis fidit? Cur non potius timet, quod ſaluti pueri maximè expectati, ac deſiderati vehementer conſulerent. Cur non potius cum Magis aliquem fidentiorem miniſtrum aſſociat, & cum eis in Bethelem mittit; ſic animum illius æſtuantis ſuperbia, ac ambitione ſua malignitas obcæcavit, ac ſtultum reddidit, ut nihil cavendum in placitis videret,

*Superbus cogitat nihil ſuis placitis obſiſtere.*

ſed omnia juxta ſuum beneplacitum eventura crederet. *Verum anima ſemel malignitate capta ſtolidior cunctis efficitur* : Sic arrogantiæ, ac ſuperbiæ faſtus ſtulteſcere facit homines, ut nihil quod eis officiat, videant : nihil, quod eis reſiſtere valeat, cogitent. Sic dicebat ſtultiſſimus Nabuchodonoſor ſanctis pueris : *Quis eſt Deus, qui eripiat vos de manu mea.* Daniel. 3. num. 15.

Daniel. 3.

36. Nunciavit Achab Jezabel, quod Elias interfeciſſet omnes Prophetas Baal; quæ mandavit dicere Eliæ : *Hæc mihi faciant Dii, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam, ſicut animam unius ex illis.* 3. Reg. 19. n. 2. Quomodo mulier tam confidenter, & audenter ſibi perſuadeat, quod Eliam apprehendat, ac teneat in manu. Quomodo hoc dicit mulier, cum valde notum eſſet omnibus, quod Spiritus Domini aſportabat Eliam in loca diverſa, valde cunctis ignota, ut ei dixit Abdias : *Spiritus Domini aſportabit te in locum, quem ego ignoro,* 3. Reg. 18. n. 12. tamen mulier per ſuperbiam ſuam tam vehementer ſtulteſcebat, ut apud ſe ſtatueret, quod ad nullum locum Spiritus Domini poſſet aſportare Eliam, ad quem manus ejus non pervenirent, ut eum tenerent, ac interficerent. Abulenſis 6. q. 2. ait : *Putabat Jezabel, quod nullo modo poſſet Elias fugere à facie ejus, quin caperetur, ideo confidenter dixit, quod poneret animam ſuam ſicut animam unius de Prophetis Baal, ſcilicet quod occideret eum ſequenti die, ante veſperam.*

3. Reg. 19.

*Arrogantia cogitat poſſe perficere, quæ intentat.*

3. Reg. 18.

Abulenſ.

37. David exiens in prælium cum Goliath, *Dixit Philiſthæus ad David: Numquid ego ſum canis, quod tu venis ad me cum baculo? & maledixit David Philiſthæus in Diis ſuis. Dixitque ad David : Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli, & beſtiis terræ* : 1. Reg. 17. num. 43. & 44. Videbat ille ſuperbiſſimus puerum Davidem abſque ferro, & armis ad bellum procedentem, & promittebat ſe carnes ejus beſtiis, & avibus daturum, pro certo habens, quod aliter res non poterat evenire ; & cur non magis veretur varios eſſe eventus belli, & ut ait Juſtus Lypſ. 3. Politic. *Ibi ſæpe majus periculum, ubi minus timetur* : & ex valore, ac generoſitate, qua David tendebat in bellum, aliquid ſublatens erat ſuſpicandum ac formidandum, tamen ſuperba mens cogitabat, nihil ſibi adverſarium poſſe perſiſtere, ſed ad ejus præſentiam omnia diſſipari, & ſuis conatibus nihil obſiſtere poſſe : & ideo confidenter promittebat ſe carnes ejus beſtiis, ac avibus in eſcam daturum. Divus Baſilius Seleucus Orat. 15. ita fatur : *Carebat oculo fidei, quo auxiliatorem in conſpicuum cerneret, ac certè dæmonum opera factus elatior, ſuperbiloquentia perterrefaciebat, canumque ventres pro ſepulchro promittebat.* Expende verba : *Dæmonum opera factus elatior:* ex dæmonum ſuggeſtione veniebat, ut tanta ſuperbia inflatus nil timeret, *& ſuperbiloquentia perterrefaciebat.*

2. Reg. 17.

Lypſius.

*Superbus omnia contemnit, nil timet.*

D. Baſi. Sel.

## QUÆSTIO VIII.

### *Quare Sapientes Magi videntes puerum jacentem in præſepio cum humili, ac extrema paupertate, ibi ut verum Deum adorant?*

38. Textus. AIt Textus num. 11. *Intrantes domum invenerunt puerum, & Mariam matrem ejus, & procidentes adoraverunt eum* : De his plura dixi q. 29. 30. & 31. Nunc verò ad uberiorem doctrinam, & ad magis explicandum myſterium, adde.

39. D. Auguſt. Primò : D. Auguſtinus ſerm. 6. de Epiphania ponderat, quod Magi nullam ibi invenerunt, nec purpuram, nec diadema, nec pompam, nec famulorum apparatum : ſed ait, *Jacebat in præſepi puer ortu recens, exiguus corpore, contemptibilis paupertate ; ſed magnum aliquid latebat in parvo, quod illi homines primitiæ gentium, cœlo narrante didiſcerant : & quod intuendo non videbant, promereri adorando cupiebant.* Expende illud : *Magnum aliquid latebat in parvo.* Ubi præexcelſa magnitudo ſeſe in parvo coarctat, planum eſt, quod humanos animos ad majora obſequia rapiat, nulla enim tam ampla magnitudo, ſive per regni diademata, ſive per auri ſplendorem, ſive per externos alios ſplendores gloriarum ſe extendit, ut afficiat, ac ſubjiciat humana corde, quàm magnitudo, quæ ſeſe coarctat in parvo, & ad communem captum attemperat.

*Magnitudo ſe in parvo coarctans efficaciter trahit humana corda.*

40. Galfridus. Secundò : Galfridus apud Tilmanum ait : *Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus. Quid dicimus, quod ſic inventus eſt, qui ſic quæſitus eſt? Hæc univerſa familia nati Regis; Sed eadem virtute magis, quàm paucitate mirabilis ; exigua numero, ſed merito ſatis immenſa. Ubi quominus etiam, ſecundum hominem invenerunt, quod aliqua dignum eſſet veneratione, eo certius liquet divinum agnoviſſe myſterium, qui procidentes adoraverunt.* Intrantes Magi quid invenerunt, quid viderunt : *Hæc univerſa familia nati Regis?* & quæ eſt ejus familia; ſumma paupertas, humilitas, & abjectio ; ſed inde valde mirabilis, quod alta ſapientia ſic diſpoſitum eſt ad oſtendendam fidem, ac conſtantiam Magorum, qui non attendebant ad externos apparatus, ſed ad internam fidei lucem, quâ myſterium agnoſcebatur : *eo certius liquet divinum agnoviſſe myſterium, qui procidentes adoraverunt.*

*Eximia fides Magorum manifeſtatur, non ex apparatu externo, ſed ex luce interna.*

41. S. Maxim. Tertiò D. Maxim. homil. 1. de Epiphania, ſic ait : *Unigenitus autem Altiſſimi, ſic humiliter ingreſſus eſt in mundum, ut indubitata Divinitatis ſuæ deferret indicia. Natus enim de fœmina eſt, ſed natus ex Virgine : ut hominem illum, Deumque, & terrena Mater, & ſignum cœleſte monſtraret.* Naſcitur Chriſtus Deus infans quantitate parvus, cum multa paupertate, tanquam alienæ opus indigus, fandi impos, nulla ab humanæ infantiæ generalitate diſcretus ; & tamen in tanta abjectione, *indubitata divinitatis ſuæ defert indicia.* Et quænam ſunt hæc ſigna tam certa, ac aperta ſuæ Divinitatis? *Ut hominem illum, Deumque & terrena mater, & cœleſte ſignum monſtraret* : Duo ſigna de-





monſtrarunt Magi *hominem illum, Deumque* : & primo terrena mater ; ſecundo, cœleſte ſignum, nempe ſtella ; tamen primo, & principaliter *terrena mater* ; quia *ſic natus de fœmina eſt, ſed natus ex Virgine* : quia ipſa præſentia Mariæ Deiparæ puritatem exhalabat, Virginitatem oſtendebat, ac proinde quod ſola Virgo generare potuerit Dei Filium, *indubitata divinitatis ſuæ defert ſigna.* Pro quo elegantiſſimè accipe Sanct. German. homil. de Nativit. Virginis, & ait : *In Maria ſine voce, & ſcriptura ipſe inſcriptus eſt Deus, & Verbum per idem legitur.* Qui videt Deiparam ſacratiſſimam ſine alicujus voce, ſcriptura, in ea ſcriptus eſt Deus; ut ejus filius, & per ipſam generatus, & Verbum per idem legitur caro factum.

*Maria Virgo indubitatæ divinitatis Chriſti ſignum.*

S. Germ.

42. D. Chryſol. Quartò D. Chryſologus ſerm. 156. ait : *Qui nobis naſci voluit, à nobis noluit ignorari, & ideo ſic apparuit, ne magnum pietatis ſacramentum, magni fieret erroris occaſio. Hodie Magus, quem fulgentem quærebat in ſtellis, in cunis reperit vagentem. Hodie Magus clarum miratur in pannis, quem diu in aſtris patiebatur obſcurum. Hodie Magus, quid ſibi videat, profundo ſtupore pervoluit, in terra cœlum, in cœlo terram, in Deo hominem, in homine Deum, & univerſo ſæculo non capacem includi corpore puſillo?* ita Deus voluit venire in mundum, & *à nobis noluit ignorari* : & quem Magus *in aſtris patiebatur obſcurum, hodie Magus clarum miratur in pannis* : ô Rex ſane mirabilis, qui in cœli fulgoribus obſcurabatur ignotus, nunc in præcepto manifeſtè cernitur à Magis, *Magus clarum miratur in pannis, quem diu in aſtris patiebatur obſcurum.* Quid invenit ibi Magus? puerum vagientem in corpore puſillo, & tamen clare ibi cognoſcit Divinitatem. Deus veniens in hunc mundum, elegit naſci de Virgine paupere, reputarique filius hominis pauperis, & ita in humili, ac abjecto præſepio naſcitur : tamen ibi redolet ſanctitas, introſpicitur Divinitas, & ſumma celſitudo agnoſcitur, ut ibi videretur *in terra cœlum, in cœlo terram, in Deo hominem, in homine Deum.* In re virtutis noli ultra humanum faſtigium extolli, ſed inter conſuetos terminos ſubſiſte, inſolitos fuge ; nam vera virtus de ſe dat odorem, & ejus ſinceritas oſtenditur, ut *in terra cœlum, in cœlo terram videant* : Ipſa verò probitas, non per ſigna, & res mirabiles, ſed inter ſolitos modos exhalat, ac declaratur.

*Sanctitas non requirit modos extraordinarios, ſed inſolitis manifeſtatur.*

43. Cantic. 3. Cantic. 3. n. 11. dicitur : *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem veſtrum Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater ſua in die deſponſationis, & lætitiæ cordis ejus.* Ad ſolemniſſimum diem deſponſationis, ac lætitiæ cordis veri Salomonis Chriſti Jeſu, convocantur filiæ Sion, nempe omnes Angeli, ac homines terreſtres, ut eum videant cum diademate, quo coronavit eum mater ſua : & cur non potius convocantur ad eum videndum in diademate, quo coronavit eum Pater ſuus Deus verus, in ſplendoribus omnium Sanctorum; planè omnibus notum erat, hoc illuſtrius, quam illud eſſe. Cur ergo magis vocantur ad diadema acceptandum ex Matre, & non ex Patre? Procedebat verus Salomon Jeſus, ut homo, proindeque ut verus homo voluit oſtendere id, quod erat humanum ex matre, commune cum cæteris hominibus ; & non id, quod erat valde peculiare divinum ex Patre, & in eo, quod ex Matre habet ſecundum eſſe humanum, tanquam veluti ſe attemperans, & accommodans, ibi maximè reſplendet Divinitas, ac celſitudo regiæ majeſtatis in cœlo, & in terra. *Egredimini filiæ Sion.* Cum ſolum manifeſtat id, quod ex matre attemperans ſe communibus oculis aſtantium, ibi relucet celſitudo Divinitatis ; ac ſuprema regalis dignitas : Gillibertus ſerm. 21. in Cantic. ait : *Egredimini de cella vini meri ad hoc muſtum, quod miſcuit ſapientia in cratere novo, majori cum charitate hauritur, quamvis cum charitate temperata & ideo amor debet eſſe intemperatus. Quis ſe ut amando temperet, quando noſtræ capacitati ſe temperavit immenſa majeſtas.* Cum ſuprema majeſtas ſe in parva humanitate diſſimulat, inde majores in animos noſtros excitat amoris flammas ad ejus majeſtatem agnoſcendam.

*Chriſtus in oſtentatione ſuæ humanitatis declarat ſuam Divinitatem*

Gillibertus

44. Annuntians Petrus evangelicam fidem, præclara Chriſti geſta, glorioſamque ejus reſurrectionem Cornelio : *& nos*, inquit, *teſtes ſumus omnium, quæ fecit in regione Judæorum, quem occiderunt ſuſpendentes in ligno. Hunc Deus ſuſcitavit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri, non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo nobis, qui manducavimus, & bibimus cum illo poſtquam reſurrexit à mortuis*, Actor. 10. n. 40. 41. hanc unicam rationem proponit Petrus, ad probanda Chriſti reſurgentis magnalia, quod poſt triumphalem ſuæ reſurrectionis gloriam, commenſali familiaritate cum eo uſi ſunt, cum illoque manducaverunt, & biberunt. Sanè alta indagine dignum, quod Chriſtus dum degeret in mortalibus, multus erat in miraculis perpetrandis : at poſt reſurrectionem, aut penè nullum, vel rarum miraculum eſt operatus, & tantæ gloriæ majeſtati abſque miraculorum ſuffragio credent homines : cur dum apparebat, non aliquid mirandum oſtendit. Oecumenius ibi : *Qui comedimus, ac bibimus una cum ipſo, poſtquam reſurrexit à mortuis. Hinc Chriſti reſurrectionem confirmat Petrus, quod cum eo poſt reſurrectionem comederint.... Reſurrectionis autem nullum tale ſignum erat, quale eſt ediſſe, & bibiſſe.* Magnum, mirabile, & ſtupendum ſignum erat in tanta reſurrectionis gloria uſitatiſſimo vivendi modo degere : *Reſurrectionis autem nullum tale ſignum erat, quale eſt ediſſe, & bibiſſe.* Vera, & conſummata ſanctitas non oſtenditur in eo, quod diſſimilis ſis aliis, ſed etiam quod cum eis convenies. Aliquando expediens fuit ut miraculorum ſtupore ſuam Divinitatem Chriſtus ſuaderet ; ſed grandius ſuæ reſurrectionis miculum, ſine miraculorum pompa eam inſinuare, ac oſtendere, communi nempe modo manducandi, ac bibendi.

Actor. 10.

*Vera majeſtas, ac ſanctitas non oſtenditur in eo, quod ſis aliis diſſimilis.*

Oecumen.

## Quæstio IX.

### *Quare Magi apertis theſauris ſuis non alia munera offerunt, niſi Aurum, Thus, & Myrrham?*

45. Textus. AIt Text. n. 12. *Apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera Aurum, Thus, & Myrrham.* De quo multa dixi citato c. 4. q. 32. 33.

D.Chryſ. 34. 35. nunc adde ex D. Chryſoſtomo Orat. de ſancto Philogonio, ibi: *Magi quidem nihil aliud, quam viderunt, & adorarunt: tibi vero, ſi cum pura conſcientia acceſſeris, permittemus, ut ſumas, & ſumpto domum abeas. Accede tu quoque munera offerens, non qualia deferebant illi, ſed multò religioſa. Obtulerunt illi aurum; offer tu temperantiam. Obtulerunt illi thus: offer tu preces. Obtulerunt illi myrrham: offer tu modeſtiam, & cor ſubmiſſum cum eleemoſyna.* Conſidera ô Chriſtiane ad quantum dignitatis apicem eveheris; magi reliquerant patriam, & regna ſua; & tamen quid eis conceſſum eſt: *Magi quidem nihil aliud, quam viderunt & adorarunt:* At vero nobis majora dona proponuntur, & ad illa toto affectu debemus feſtinare, ſiquidem Jeſus non ſolum nobis proponitur videndus, & adorandus, ſed etiam ſumendus, ac manducandus, & de ſancto epulo ad majora ſurgamus; illi obtulerunt aurum: nos offeramus charitatem ferventem, vel temperantiam, ut ait Chryſoſtomus: illi obtulerunt thus; nos offeramus orationem, meditationem, ac contemplationem, illi obtulerunt Myrrham, offeramus mortificationem, vel ſubmiſſionem cum eleemoſynis, condolentes proximorum neceſſitatibus, ut eos foveamus, Et ita omnia munera, quæ Magi obtulerunt, in Eleemoſinis pauperum diſtributa ſunt; ut dixi tom. 1. in Evangel. lib. 2. c. 5. q. 15. n. 58.

*Euchariſtia manda cum ſubmiſſione, ac miſericordia in pauperes.*

46. D.Leo. Et inter ſua dona, primum quod Magi offerunt, eſt aurum, de quo etiam fit mentio, quia omnia in domo Dei in ſapientia diſponenda ſunt, & quia in domo Dei ſapientes habent primum locum. Ita D. Leo in Epiſt. 1. Decretali, ait: *Cum valde iniquum ſit, & abſurdum, ut imperiti Magiſtris, novi antiquis, & rudes præferantur emeritis.:* Quis non videat nil magis abſonum, ac turpe eſſe, quam totum ordinem invertere, infima ad ſuprema elevare, & ſuprema ad ima dejicere, ut ſi quis ligna, aut fictilia auro, vel argento anteponat, & ut ſi primus & principalis locus ligno, vel fictili deferatur, extraneus auro, & argento, tunc nullus eſt ordo, ſed ſempiternus horror.

*Sapientes primas teneant.*

47. 2.Tim.2. Ait Paulus 2. ad Timoth. 2. n. 20. *In magna autem domo non ſolum ſunt vaſa aurea; & argentea, ſed lignea, & fictilia; & quædam quidem ad honorem, quædam quidem ad contumeliam:* Dic mihi, ô homo, quodnam ex his vaſibus ſecundum rectam rationem, eligendum eſt ad honorem, vel ad contumeliam. Planum eſt niſi interveniat fatuus, quod relictis aliis, quæ ſunt ex auro, & argento aſſumenda eſſe; ſic & tu ne invertas debitum ordinem, noli negligere aurum, & argentum virtutis, ac ſapientiæ, ut tibi eligas, & aſſumas luteam, ac fictilem turpitudinem peccati, ac virij. Sic pergit citatus D. Leo: *Inordiata erunt omnia, ſi fictilia aureis, & lignea præferantur argenteis. Sicut autem in ligneis, & fictilibus, horum hominum ſpecies figuratur, qui nullis adhuc virtutibus nitent: ita in aureis, & argenteis, hi ſine dubio declarantur, qui per longæ eruditionis ignem, & per fornacem diuturni laboris excocti, aurum probatum, & argentum purum eſſe meruerunt. Quibus ſi merces pro devotione non redditur, omnis eccleſiaſtica diſciplina reſolvitur, omnis ordo turbatur, dum in Eccleſia, qui nullum ſubiere miniſterium, perverſo eligentium judicio indebitum obtinent principatum:* Eccleſia eſt domus, in qua omnia debent eſſe ordinatiſſima, qui aureo meritorum ſplendore fulgent, primas teneant, qui debilis, & ſine operum nitore ſordidus, in imo depreſſus ſubjaceat.

*Pro meritis ſint excelſo loco, ſine meritis in humili.* S.Leo.

## Quæstio X.

### *Quare Magi ex accepto reſponſo non redeunt ad Herodem, & quiſnam tale reſponſum dedit?*

AIt Text. n. 12. *Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam:* Quod citato cap. 4. latè explicavi quæſtionibus 36. 37. 38. 39. 40. nunc verò adde. 48. Textus.

Et primò D. Chryſoſtom. homil. 1. ex variis in Matthæum, ſic ait: *Poſt oblata itaque munera admonentur Magi ne redirent ad Herodem Regem: & ſic per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam. Exemplum nobis pudicitiæ, ac fidei præferentes.* Nota ſingulare aſſertum, nimirum, *Exemplum nobis pudicitiæ præferentes.* Quod Magi divino oraculo non revertantur ad Herodem, ad exemplum pudicitiæ refert Chryſoſtomus, & quomodo receſſus, & non repetitio ad Herodem, ad pudicitiam, ac caſtitatem ſpectat, maximè ſanè, quia in palatio, ac aula principum communiter pudicitia naufragatur; nam ibi in deliciis vivitur, quæ ſunt luxuriæ fomentum, ibi enim tota converſatio, ac loquela, totuſque tractatus eſt de fœminarum pulchritudine, ac elegantia, de earumque ornatu, ac compoſitione, quibus luxuriæ fomes incenditur. Ingreditur Abrahamus cum Sara in Ægyptum: *Viderunt Ægyptii mulierem, quod pulchra eſſet nimis. Et nuntiaverunt Principes Pharaoni, & laudaverunt eam apud illum, & ſublata, &c.* Geneſ. 12. n. 14. Ibi Lypoman. ait: *Qui tantopore pulchram laudaverunt Regi, per omnia Regum moribus ſeſe attemperantibus illis, qui in domibus Regum ſunt:* Ecce Palatinorum negotium pulchras mulieres ſcire, omnique affectu eas ambire. 49. D.Chryſ.

*In aulis principum regnat luxuria, quorum ſtudium eſt circa fœminas.*

Geneſ. 12. Lypoman.

Secundo: D. Chryſoſtom. In Imperfecto: homil. 2. in præſenti, poſtquam expendit, quanta generoſitate ſine ullo timore Magi in magnam Civitatem Jeruſalem ingreſſi ſunt Chriſtum annuntiantes, & modo per aliam viam abire ab Angelo jubentur, ſic ait: *Quaſi cervos latenter jubes nunc fugere, uti alia via venientes, & alia redeamus? ſed fideles conſtituti, nec tunc timuerunt cognoſci, nec modo erubeſcunt occultè diſcedere, quia nec erat poſſibile, ut qui ab Herode ad Chriſtum veniſſent, ad Herodem redirent:* Expende ultima verba, *Non erat poſſibile, ut qui ab Herode ad Chriſtum veniſſent, ad Herodem redirent.* Quia ſecundum rectam rationem, quodammodo non videtur poſſibile, ut ille qui poſt Herodem, ſeu res mundi in eo ſignificatas, Chriſtum viderunt, ejuſque divina præſentia recreari ſunt, illiuſque affligentes delicias guſtaverunt, velint iterum redire ad mundum, aut ad aliquam ejus creaturam: Unde Apoſtolus ad Philippenſes 3. num. 8. *Propter quem,* ſcilicet Chriſtum Jeſum, *omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam:* omnia arbitratur ut ſtercora, ſive regios theſauros, ſive magnificas opes, temporalem gloriam, ſapientiæ eloquia, ac totum mundum univerſum, ut tantum Chriſtum lucrifaciat, ut ponderat D. Machar. homil. 15. 50. D.Chryſ.

*Qui aliquid de Deo guſtat, omnia temporalia con-*

Philipp. 3.

D.Machar.



51. D.Hieron. Tertiò: D. Hyeronymus exiſtimat in præſenti, quod Magi fuerunt in ſomnis admoniti ab ipſo Domino, ut per aliam viam in patriam ſuam redirent; ſic ait Sanct. Doctor: *Qui munera obtulerunt, à Domino conſequenter reſponſum acceperunt, non per Angelum, ſed per ipſum Dominum, ut meritorum Joſeph privilegium demonſtraretur.* At ex hoc non videntur nobilitari merita Joſeph, ſed maximè obſcurari: nam Magi ab ipſo Domino, ut ab Herode fugerent, ab eoque declinarent. At Joſeph, ut hoc cap. 2. n. 31. dicitur: *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph dicens ſurge, & accipe puerum, & Matrem ejus, &c.* Ut Magi fugiant ab Herode, admonentur à Domino; Joſeph ut fugiat ab Herode, admonetur ab Angelo: excellentior, & glorioſior videtur admonitio immediata data ab ipſo Deo, quam ab ejus miniſtro, nempe Angelo; quomodo ergo aſſeritur à D. Hieronymo, quod Magis reſponſum datur per ipſum Deum, Joſeph per Angelum, *ut privilegium Joſeph meritorum demonſtraretur.* Quia Magi ne redirent ad Herodem ab eoque declinarent, neceſſaria fuerat Domini præſentia certa ſua authoritate aliam viam imperans; at Joſeph in re oppidò graviori, non requiſita fuit Domini præſentia, ſed levis quædam per miniſtrum inſinuatio, & grandis ſanè meritorum Joſeph prærogativa, quod cum ipſo nutibus agatur ad expromptius obſequium; quo enim minor eſt authoritas præcipientis, illuſtrius eſt obtemperantis obſequium.

Matth. 2.

*Quo minor authoritas præcipientis, illuſtrior eſt effectus obedientis.*

52. Cum Chriſtus D. eſſet in horto in ſumma triſtitia, & agonia præ morte imminente, orabat ad Patrem: *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis:* Matth. 26. num. 3. ſeu ut habet D. Lucas 22. num. 42. *Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat.* Tunc ex alta Divina diſpoſitione in tanta agonia, ita ut factus eſſet ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis cadentis in terram, *apparuit illi Angelus de cœlo confortans eum:* citato Lucæ 22. num. 42. ſed cur in tanta, ac ſumma triſtitia Chriſti D. in tantaque ejus agonia? Cur vox Patris non auditur, ac apparet, ut factum legimus in Baptiſmo. Matth. 3. n. 17. *Hic eſt filius meus dilectus:* & iterum in transfiguratione Matth. 17. n. 5. & apud Joan. 12. n. 28. auditur vox: *clarificavi, & iterum clarificabo* Cur ergo ſimilis vox non auditur, ſed unus tantum adeſt Angelus in tanta agonia Chriſtum confortans, proponenſque illi gloriam, & majeſtatem ſuæ mortis, & paſſionis. Hic in orto erat Chriſtus D. oſtentans ſummam, & admirabilem obedientiam erga Patrem. *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis:* & ubi tanta obedientia refulgebat, ad illius ſpendorem unius miniſtri vox ſufficiens, ut magis obedientis affectus pateſceret, & ubi tantæ obedientiæ promptitudo erat, vox Patris non requirebatur; in aliis actionibus ad declarandam gloriam, & majeſtatem Chriſti D. intonet ipſa ſuperna vox. At modò in tanta obtemperandi ſubmiſſione, illi indecens eſt tam altiſona demonſtratio, & interventus unius minimi miniſtri ſufficiens reputatur in tam alta obedientia, quæ ſit omnibus in exemplum, ut ponderat D. Leo. ſerm. 7. de paſſione: *fiat voluntas tua. Hæc vox,* ait, *omnes Fideles inſtruit, omnes Confeſſores accendit, omnes Martyres coronavit. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbines, quis poſſet perſecutorum ſuperare terrores, niſi Chriſtus in omnibus, & pro omnibus Patri diceret, fiat voluntas tua.*

Matth. 26. Luc. 22.

Matth. 3. Matth. 17.

Joan. 12.

*ubi ſumma obedientia declaratur, non vox Patris, ſed unius miniſtri ſufficit.*

D.Leo.

Poſtquam David commiſiſſet peccatum adulterii, volens Deus eum ab ipſo ſtatu revocare: *Miſit Dominus Nathan ad David, qui cum veniſſet ad eum, &c.* 2. Reg. 11. n. 1. Multa cum eo locutus eſt; David in multa æſtimatione erat apud Deum, ita ut de eo diceret Dominus: *Inveni hominem ſecundùm cor meum.* Cur ergo Deus ei immediatè non loquitur, ſed ad hoc deſtinat Prophetam Nathan. Prævidit Deus ingentem contritionem Davidis, quæ futura erat omnibus in exemplum, quomodo ipſe multa humilitate, ac ſubmiſſione, & obedientia audit reprehenſionem prophetæ, comminationem multorum malorum in eum eventuram: *Non recedet gladius de domo tua... & ecce ego reſuſcitabo ſuper te malum:* ibidem num. 10. & 11. Ingentemque ejus dolorem, *Peccavi Domino.* Salvianus libro 3. de Gubernat. ait: *Submiſſo animo auſcultatur redarguentem prophetam, & non ſe excuſat cum humilitate, ac obedientia, audit denuntiata mala, ingenti dolore percuſſit cor ſuum.* Cum ergo præviderit Davidis pœnitentiam tot, tantiſque reſplendente, multaque obedientia exprompram, multaque humilitate ſubmiſſam, ingentique dolore affectam; non per ipſum Dominum, ſed per miniſtrum admonetur, quod eſt glorioſior obedientiæ faſtus, & excellentius virtutis teſtimonium. 53.

2. Reg. 11.

*Ingens obedientia miniſtro obedit.*

Salvianus.

## Fuga in Ægyptum.

## Quæstio XI.

### *Quare Angelus ſuadens fugam Sancto Joſeph, ait, Accipe puerum, & Matrem ejus; & non dixit Jeſum, & conjugem tuam, ut alibi denuntiaverat?*

AIt D. Matthæus n. 13. *Cum receſſiſſent,* ſcil. Magi, *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph.* Quod eſt explicatum tom. 1. l. 2. cap. 7. 54.

cap.7. per quatuordecim quæſtiones, nunc verò adde ? & inquirit quæſtio : Cur Angelus apparens Joſeph ait : *Surge , & accipe puerum & matrem ejus :* In præſenti tamen maximè expendendum eſt, cur hic Angelus diverſis vocabulis uſus fuit , ac in prima apparitione facta Joſeph ; cum ipſe vidiſſet Virginem prægnantem,cogitabat dimittere eam. Aſtat ei Angelus

Math.1.

in ſomnis dicens : Math.1. numero 21. *Joſeph Fili David noli timere accipere conjugem tuam , quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt ; pariet filium , & vocabis nomen ejus Jeſum:* Ecce hoc loco Divinus Infans vocatur Jeſus : *vocabis nomen ejus Jeſum:* In præſenti verò puer appellatur : *Surge accipe puerum :* In primo loco Deipara dicitur conjux Joſeph : *Mariam conjugem tuam :* Cur ergo in tam ſimilibus apparitionibus in ſomnis factis Joſeph tam diſſimilia ſunt vocabula ; in uno noſter Salvator nuncupatur , Jeſus ; in altero vero , Puer ; & Deipara in uno dicitur Conjux Joſeph, in altero Mater pueri,& de hac difficultate jam aliqua dici citato cap.7. q.3.

*Difficultas quæſtionis.*

55. Et primo Divinus Infans hic dicitur puer , & non Jeſus , ut primo nominatus fuerat ab Angelo , nec etiam Rex , ut appellatus eſt à Magis , & ut quando crucem aſcendit, dicitur in titulo , Jeſus , & Rex ; At in præſenti ab Angelo puer dicitur, qui quoad ſpeciem, timorem inſinuat ad oſtendendam veritatem naturæ humanæ aſſumptæ ex multis , & altis myſteriis,ut explicavi citato cap.7. q.5. & ait Imperfectus homil.2. in Matth. *Jam primum quidem fugit , ut regulam naturæ humanæ , quam ſuſceperat , conſervaret in omnibus , & in hac parte, quia & humanæ naturæ , & puerili ætati convenit fugere poteſtatem minantem ;* & ideo Angelus omnem titulum abſcondit , & puerum nominat puerili ætati condeſcendens: At vero quando in Cruce, ut fortiſſimus gigas ſtrenuè debellavit , ac pro noſtra ſalute ſuperavit,tunc in titulo affigitur, Jeſus, id eſt Salvator, & Rex: nam Crux, quæ omnibus vitam attulit , hujuſmodi titulos confirmavit, ac publicavit, quos quodammodo fuga abſconderat ; & ideo in fuga puer ; Rex in patibulo , ſemper ſtatui , ac conditioni præſenti.

*Imperfectus.*

*Conditioni, ac ſtatui accommodandum.*

56. Secundo : Angelus primo , ante Chriſti nativitatem Deiparam conjugem Joſeph dicit : *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* At verò modo poſt natum Jeſum , dicit Matrem pueri : quæ nominis variatio magno myſterio facta eſt. Cui difficultati reſpondet Origenes : *Quare ante generationem conjugem dixit ?* Reſpondet : *Propterea , ut diabolo occultaret* utramque ( generationem ] *vel impiis Judæis :* ſed modo gravius creſcit difficultas ; nam poſt natum puerum maximè reſplenduerunt indicia Chriſti divinitatem demonſtrantia , Angelus multa luce ejus nativitatem annuntians , Paſtores feſtinantes , obſequia offerentes ; Magi de longinquo venientes cum muneribus adorantes ; ſtella cœli Regem cœlorum in terris natum loquens, totaque vox ſcripturarum ex loci, ac temporis circunſtantia proclamans : ergo ut myſterium remaneret obſignatum diabolo , ac impiis Judæis,voce *Conjugis* utendum erat. Antea puer nullam legem venerando coluerat : at verò modo , quando mandatur fuga , jam præceptis circumciſionis obtemperaverat , ut notat Origenes hom.3. in Diverſos, ait : *Poſt circuncifionem factam ſecundùm legem , jam non erat neceſſe , ut conjux diceretur , ſed Mater hujus , qui natus eſt, pueri vocatur.* Ut myſterium abſcondatur diabolo poſt circunciſionem jam non requiritur vox , Conjux , quia tam inſolitum eſt principibus : ac Magnatibus legibus obedire ; quod quamvis in multa luce Angeli apparentes , Paſtores adorantes , Magi venerantes , ſtella indicans, ſcriptura clamans Chriſti Divinitatem toſtificarentur , tamen cum diabolus videret Chriſtum ſubject m legi circumciſionis,tot, ac tantis ſignis oſtenſis non poterat ſibi perſuadere Chriſtum eſſe magnum principem ac Regem , cum ſolemnis magnalium ſit conſuetudo , nulli legi colla ſubjicere , ſed omnem perſuadere , ac in contemptum habere.

Origenes.

*Magnus princeps non creditur, qui legem obſervat*

Origenes.

Ait Ezechiel 7. n. 10. *Floruit virga , germinavit ſuperbia :* Ex Græco legitur : *Contumelia ſurrexit ;* Cenſoria virga judiciis , ac Principis creſcit floret ac maximè vireſcit , non ad juſtitiam exercendam , ſed ad injuriam contra omnem legem humanam , & divinam irrogandam; talem enim fructum poteſtatis virga parturit , ac producit. Lyranus ibi : *Surrexit contumelia ex qua ſequitur contemptus , ac depreſſio hominum ,* omni jure violato ſine ullo Dei timore ; contumelia enim legis contemptum ſecum defert , ac involvit. 57.

Ezech.7.
Græcus.

*Magnus infert aliis contumeliam cum legis contemptu.*

Lyran.

Tertio : ad propoſitam difficultatem iterum redeat citatus Origenes homil. 3. in Diverſos, ait : *Poſt circunciſionem factum ſecundum legem jam non erat neceſſe , ut conjux dicecetur , ſed mater hujus , qui natus eſt pueri vocatur.* Ante circunciſionem aſſumit Angelus vocabulum conjugis : *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam :* Si ante tot ſigna Chriſti Divinitatem teſtificantia ad illudendam dæmonis ſuſpicionem , ne cognoſceret Chriſti Divinitatem : cur modò poſt ejus tot declarata argumenta, Angelus paſtoribus aſtat, ſtella Magis natum Regem indicat , Paſtores adorant , Magi venerantur , ut myſterium ſit obſignatum diabolo , jam vox conjugis non eſt neceſſaria , ſed mutato nomine Mater pueri dicitur : *Poſt circunciſionem factam ſecundum legem , jam non erat neceſſe ut conjux diceretur.* Et quare hoc ? Circunciſionis ſignum , quoad ſpeciem indicabat puerum hominem : & inde diabolus non Dei ex tot mirabilibus , ſed ex circunciſione reputavit Adami filium ; etſi falſiſſima quidem ; fortior tamen ſuſpicio , ut ex alligatura peccator judicaretur , quàm ex tot miraculis Deus haberetur. O execrabilis diaboli perverſitas. Ut facilius aſſentiatur leviſſimæ ſuſpicioni ad infantiam , quàm apertæ evidentiæ credat ad gloriam. 58.

Origenes.

*Diabolus non ex miraculis reputat Chriſtum Filium Dei , ſed ex circunciſione peccator.*

Pro Chriſti morte inſtant Judæi Pilato, Joan. 19. n.7. *Nos legem habemus , & ſecundum legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit :* in magnam culpam poterat reputari , ſi homo nudus abſque aliqua alia circunſtantia ſe Filium Dei diceret, ac publicaret , quid inſolentius, ac blaſphemius ? quàm quod homo terrenus ex pulvere formatus, ita ſe extollat , ut Filium Dei ſe aſtruat ? At homo multis virtutibus conſpicuus , miraculis fulgens , mortuos ſuſcitans , cæcos illuminans , morbos ſanans, futura prædicens , hoc non temerarium , ſed pro certo eſt habendum : ſi tot & tanta mirabilia refulgent 59.

Joan.19.



in Jeſu : Cur ergo nefandi accuſatores , dum contra Chriſtum opponunt , quod cùm homo eſſet; Filium Dei ſe fecit, cur non etiam in medium adducunt illius mirabiles virtutes , divina opera , mortuorum ſuſcitationem , futurorum annuntiationem. At homines maligni diabolico ſpiritu agitati nude , ac ſolummodo proferunt , quæ eis accuſationi , ac calumniationi inſervire videbantur ; quæ verò reprehenſionem , ac perverſam ſuſpicionem extinguunt , ac tollunt, prætereunt , & de eis nec verbum dicunt. Noſter D. Cyrillus Alexandrin. lib.12. in Joan. cap. 19. ait : *Oportebat ſanè quando Pilato dixiſtis , quia Filium Dei ſe ipſum fecit , nunc opera etiam ipſius in medium afferre Oportebat quatriduo jam mortuum ſola voce in vitam reſtitutum narrare. Oportebat unigenitum filium viduæ non relinquere Oportebat Synagogæ Principis puellam nequaquam omittere. Hæc , cæteraque hujuſmodi, quibus verè Deus demonſtrari poterat, malitioſè prætereuntes , cavillationibus utuntur.*

*Iniqui ſolùm vident, quæ accuſant, & magnalia prætereunt.*

D.Cyrill. Alex.

60. Refertur Exod.2. numero 11. quod egreſſus Moyſes , ut videret fratres ſuos : *Vidit virum Ægyptium , percutientem quemquam de Hebræis fratribus ſuis ; cumque circunſpexiſſet huc atque illuc,& nullum adeſſe vidiſſet , percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo.* Quod denuntiatum fuit Pharaoni , quod Moïſes occidiſſet Ægyptium, ex qua cauſa Pharaone volebat occidere Moyſen,ut ibi dicitur numero 15. *Denuntiatur Pharaoni , quod Moïſes occidiſſet Ægyptium:* & cur non denuntiatur etiam ob quam cauſam , quia intulerat graviſſimam injuriam Hebræo ; imò ut tradunt Hebræi, de quo Philo, hunc Ægyptium adulterium commiſiſſe cum uxore hujus Hebræi ; & cum conquereretur Ægyptius , percuſſit Hebræum : certum eſt tamen , ut latè probat Abulenſis quæſt. 4. quod Moïſes juſta de cauſa interfecit Ægyptium ob violentiam ac injuriam , quam faciebat Hebræo : de quo Stephanus Actor.7. nu.24. Si ergo denuntiatur Pharaoni , quod Moïſes interfecit Ægyptium , cur etiam non denuntiatur bona , & probata interfectionis cauſa; ſic ſolent depravati homines, ut dicant ea, quæ accuſant , non verò , quæ excuſant ; ea quæ offendunt proferunt , quæ verò defendunt , tacent , & ſupprimunt : quæ gravant , habent in ore , quæ tamen levant , ignorant , quod execrabile ſcelus in hæreticis Chriſtum D. puram creaturam aſſerentibus , carpit Nazianzenus Orat. 42. & ait : *At tu ea quidem quæ minuunt , atque extenuant profers : quæ autem efferunt præteris:atque id quidem expendis , quod paſſus ſit , quod autem ſponte , non adjungis.*

Exod.2.

Philo.

*Impii ſolùm referunt quæ offendunt. non quæ defendunt.*

D.Nazian.

---

## QUÆSTIO XII.

### *Quare Angelus ait Joſeph : Fuge in Ægyptum ; & non potius mitiori verbo utitur, Vade , tende in Ægyptum ?*

61. AIt Angelus Joſeph : *Surge , accipe puerum & fuge in Ægyptum :* Verſ. 14. ad quod primò reſpondet D. Chryſol. ſerm.151. & ait : *Reverentius diceret , Vade in Ægyptum : ut eſſet profectio , & non fuga: voluntas, non neceſſitas:judicium , non metus; humanum ſaltem , ſi non Divinum : at nunc mandatur fuga , mandatur cælitus, mandatur per Angelum , ut videatur cœlum timor ante tenuiſſe , quam terram.* Non ait Angelus , recede: vade in Ægyptum , ſed ex cœleſti, & alto Divino conſilio utitur verbo , fuge, quod timorem ex ſua ratione formali importat , ut cœli timorem in hac cauſa indicaret ; ſed quid cœlum timet , non veretur ſibi damnum inferendum , ſed Deo infanti , contra quem Herodes inſidias machinabatur ; inde cœlum timet , ac contremiſcit , ne injuria aliqua ſacroſancto corpori , ac ſanguini irrogaretur , & ut ait Chryſolog. *Ut videatur cælum timor ante tenuiſſe , quam terram :* & prius cœlum ; quàm terra timet : Angelus ſuadens fugam de cœlo venerat , nam cœlum ob ſuam altam perſpicaciam , apertè , & ſublimè cognoſcit , quanta reverentia, ac veneratio exhibenda ſit Deo puero , ejuſque corpori , ac ſanguini , & inde prius , ac maximè timet , ne ei fiat aliqua injuria ac irreverentia. Inde ergo recogita quanta reverentia , ac veneratione debeat homo accedere ad ſacrum convivium , ut dignitas , ac excellentia illius digniſſimè poſtulat.

D.Chryſol.

*Cum multa reverentia, ac timore ad ſacram menſam accedendum.*

Secundò idem Chryſolog. ſerm. 152. ait : *Fuge in Ægyptum Herodem Chriſtus , non ut evaderet , ſed ne videret , aufugit :* Reverentius forſan diceret Angelus : Vade in Ægyptum : quo fugiendi contumeliam declinaret , ut eſſet profectio , & non fuga: *non ut evaderet , ſed ne videret :* Herodem fuga , & ſi dicat contumeliam , dicit tamen maximam concitationem , ac accelerationem. Tamen adeo execrabilis eſt præſentia homini iniqui , ac peſſimi , ut Herodis ; quod ut judicaretur quanta acceleratione Dominus ab ea declinaret ; etiam omni contumelia contempta, fuga ſuadetur , ut inde diſcat quilibet : quod ſuper omnia hominis peſſimi præſentia fugienda , ac evitanda ſit. 62.

D.Chryſol.

*Hominis peſſimi præſentia maxime evitanda eſt.*

Tertiò : de hac Chriſti fuga ſic eleganter philoſophatur D. Chryſoſtom. ſerm. 150. de hac re habito , & ait : *Si pietatis eſſe diximus, quod natus eſt Chriſtus , Chriſtus , quod fugiſſe legitur , quid dicemus ? fortè ſicut autem diximus , ut repararet naturam , dicamus , ut fugaces revocaret aufugit. Et revera ſi ut revocet errantem ovem , in montibus ipſe errat , quomodo ipſe non fugit, fugientes populos ut reducat :* & ſi fuga imbecillitatis eſſe videatur ; tam in quærendo peccatore admirabile eſt divinæ pietatis ſacramentum. Non fugit Chriſtus impii tyranni itam , ſed ut peccatores *fugaces revocet , aufugit.* In tanta æſtimatione eſt apud Chriſtum , ut fugaces à ſe peccatores ad ſe revocet , ut contumelia fugiendi fugaces quærat , & fugiendo inveniat. Peccator peccando , à Chriſto fugit , ne timeat ob ipſam fugam ad Chriſtum reverti , quia etiam ipſe fugit , ut fugaces quæreret , eiſque daret animum , ac confidentiam ad ipſum veniendi , & inde ſagaci inquiſitione ipſos ad ſe reducat, ac advocet , *& revera , ut revocet errantem ovem , in montibus ipſe errat :* & ipſe , qui errare non poteſt , parabolicum repræſentat errorem, 63.

D Chryſ.

*Chriſtus fugit ut fugaces revocet.*

rorem, ut errantem ovem ad ſe reducat; ſic ipſe, qui eſt ſumma Dei fortitudo, fugacium infirmitatem quoad ſpeciem objicit, ut fugaces revocet: *& revera ſic ut revocet errantem ovem, in montibus ipſe erat, quomodo ipſe non fugit, fugientes populos, ut reducat?* Tam vehementer Chriſtus humanæ ſalutis eſt amator, ut admirabili ſagacitate fugaces, ac errantes quærat.

64. Ait Iſaias 35. numero 8. Dicite puſillanimes:
Iſaias 25. Confortamini, & nolite timere. Ecce Deus veſter veniet, & ſalvabit vos: *Et erit ibi ſemita, & via, & via ſancta vocabitur: non tranſibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita ut ſtulti non errent per eam:* Benè res ſe habet, quod via ad cœlum à Chriſto oſtenſa, & ſanguine ſuo nobis ipſe apertam dedit, ſit via directa, & ſancta, per quam nullus poſſit errare; ſed nobis ingerit difficultatem: *non tranſibit per eam pollutus.* De qua re præclarè au-
Werricus. diendus eſt Vverricus apud Tilman. ibi: *Pollutus non ibit per eam: ibunt igitur polluti per aliam viam*, ait ipſe; *imò potius hac omnes venient, hac incedent. Immundis enim præcipuè Chriſtus hanc viam ſtravit, qui venit quærere, & ſalvum facere, quod perierat in viis ſæculi: quid igitur? Tranſibit pollutus per viam ſanctam? abſit. Veniat quantumlibet pollutus per eam: quia cum tranſierit, jam pollutus non erit. Admittit*
*Chriſtus via impollutos non invenit, ſed facit.*
*via ſancta pollutum, ſed ſtatim abluit admiſſum, quia diluit omne commiſſum.* Ait Iſaias, quod pollutus non tranſibit per hanc viam ſanctam, & directam in cœlum; nunquid pollutus per aliam viam incedet? minimè, ſed per hanc, quam Chriſtus nobis aperuit, ac complanavit ſanguine ſuo, qui venit peccatores quærere, & ſalvos facere, & quomodo pollutus poterit incedere per illam; non ut jam pollutus, ſed ut ablutus, ac impollutus: talis enim eſt hæc via, quæ in terris poſita cœlorum fragrantiam jam exhibet, quod qui ad hanc viam ſe applicat, per illamque efficaciter pergere vult, ab omni fœtore, ac ſqualore peccatorum ſe purificatum, ac ablutum invenit. Hæc via nullum peccatis gravatum excludit, tales à tanto onere immunes reddit, & præpetes in cœlum volare facit, cùm ad eam ſe rectè præparent. *Immundis præcipuè Chriſtus hanc viam ſtravit, qui venit quærere, & ſalvum facere, quod perierat in viis ſæculi*; qui non venit vocare juſtos, ſed peccatores.

---

## Quæstio XIII.

### *Quare Joſeph admonitus in ſomnis, abſque eo quod aliquid inquirat, nocte ſeceſſit in Ægyptum cum puero, & Matre?*

65.
Textus. Ait Text. n. 13 & 14. *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, dicens, ſurge, & accipe puerum, & matrem, & fuge in Ægyptum, eſto ibi dum dicam tibi: qui conſurgens accepit puerum, & matrem ejus nocte, & ſeceſſit in Ægyptum*, de quo latè egi citato cap. 7. à quæſt. 3. uſque ad quæſt. 11. nunc adde, & conſidera profundam, & altam obedientiam Joſeph ex multiplici circumſtantia.

Et primò, cur ad tam altum, & ſublime ne- 66.
gotium perſuadendum Angelus aſtat in ſomnis, & non potius in vigiliis? nonne multum erat, quod Joſeph acciperet uxorem, quam à ſe prægnantem non viderat? Sanè Virgo perfectiſſimo, & ſanctiſſimo, ut ille erat, quædam inſinuatio, ac admonitio, ut omnia, quæ conveniebant, exactiſſimè adimpleret. D. Chryſoſtom. homil. D. Chryſ.
*Perfecto obedienti ſufficit levis inſinuatio per ſomnia.*
4. ubi ait: *Cur in ſomnis, & non potius apertè? quia ſcilicet erat vir prorſus fidelis, & manifeſtatiori revelatione non indigebat*: tantus vir à ſomno monetur, ne quid de neceſſariis prætermittat; ſicut & Magi, *reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem:* Matth. 2. n. 22. ut ibi ex Euthy- Matth. 2.
mio notavi.

Dicitur Actor. 16. n. 8. Cum Paulus, & Ti- 67.
motheus *pertranſiſſent Myſiam, deſcenderunt* Actor. 16.
*Troadem. Et viſio per noctem oſtenſa eſt. Vir Macedo quidam erat, ſtans, & deprecans eum*; ſcil. Paulum, *dicens: Tranſiens in Macedoniam, adjuvans nos*: & cur negotium tanti ponderis, utpotè ad converſionem hominum, ac ad ſalutem generis humani ſpectans; Paulo nocte per ſomnium intimatur, cur non potius in vigilia, ut fervidus ſpiritus Pauli inde vehementius moveretur, ac excitaretur; imo potius ex ea cauſa, cum ſpiritus Pauli ſummo affectu æſtuaret pro ſalute proximorum, ut inde omnes labores, ac ſudores contemneret, ubi tam impreſſus, & ſigillatus erat affectus vitæ æternæ aliorum, ſufficit ſomnium videri, vel à ſomnio moneri ad tale negotium omni diligentia præſtandum. D. Chryſoſtom. homil. 34. D. Chryſ.
*Vir Apoſtolicus levi umbra ad magna exſurgit.*
in Acta, & ait: *Vide, quod jam non per Angelum monetur, ſicut Philippus, & Cornelius, ſed quomodo? Per viſionem in ſomniis; nam ubi ſolum, ut prædicaret, feſtinavit, ad hoc ſomnium apparet ei.*

Secundo: Cum ait Angelus Joſeph: *Acci-* 68.
*pe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum*, de præcepto non dubitat, nec diſputat, Utrum conveniat cum Deo puero, cum Matris hono- D. Chryſ.
re, cum Regem facta adoratione, fugere; ſed ut rectè obſervat D. Chryſoſtom. homil. 9. in Matth. *ſed horum nihil prorſus opponit*: & cum ei dicitur ab Angelo, *fuge in Ægyptum*: non quærit, nec diſcutit, ad quam partem Ægipti debeat tendere; & cum Angelus ait: *eſto ibi dum dicam tibi*: Chryſoſtom. citat. *nec curioſè reverſionis tempus inquirit*: ſed omnia audit, & cunctis ſine cunctatione obedit, ut ſubdit Chryſoſtom. *Verum ille nec per hæc quidem factus eſt ſegnior, ſed obedivit libenter.*
*Perfectè obediens non diſputat de mandatis.*

Vocatur Samuel bis: & ſecundò, & ſemper 69.
venit ad Magiſtrum. Et adjecit Dominus, & vocavit adhuc Samuelem tertio; qui conſurgens *abiit ad Heli, & ait: Ecce ego, quia vocaſti me.* 1. Reg. 3. 6. Primo & ſecundò voca- 3. Reg. 2.
tus eſt Samuel, & cognovit, quod Magiſter ſaus eum non vocaverat: Cum audit tertio ſe vocari, quomodo non dubitat, à quo vocatus ſit, an fortaſſe fictitiè ſit vocatus, an à ſuo Prælato, cum evidenti experientia conſtaret, quod prima, ſecunda vice ab eo non fuit vocatus, cur non rogat, ac inquirit, quis es tu, qui me vocas: cur hoc non examinat, ne toties in vanum ſurgat à lectulo? Abſit hoc à vero obediente, cui nil aliud eſt in animo, niſi vocem præcipientis auſcultari, mandata executioni dare, & nihil curioſè inquirere, ac examinare.
*Præcepta Prælatorum curioſè non ſunt examinanda.*



D. Gregor. Inde D. Gregor. libro 2. Reg. Samuelem in exemplum perfectæ obedientiæ proponit, & ſtatim ſubdit: *Vera namque obedientia, neque præceptorum intentionem diſcutit, nec præcepta diſcernit: quia qui omne vitæ ſuæ judicium majori ſubdit, in hoc ſolo gaudet, ſi quod ſibi præcipitur, operatur. Neſcit enim judicare, quiſquis perfectè non didicerit obedire, quia hoc tantum bonum putat, ſi præceptis obediat.*

70. Tertiò: *qui conſurgens, accepit puerum, & matrem ejus nocte, & ſeceſſit in Ægyptum:*
*Obediens abſque cunctatione mandata exequitur.*
Expende illud *Nocte*: nempe Nocte illa, in qua Angelus ei locutus eſt, ut citato cap. 7. dixi ex communi ſententia, quæſt.... non moras traxit, non dilationem interpoſuit, ſed ſine dilatione eadem nocte ſurgit, & viam arripit. Datis à Domino præceptis ſe facturum
Exod. 19. pollicetur Hebræus populus: Exod. 19. numero 8. *Verba, quæ locutus eſt Dominus faciemus.*
Græc. Text. Græcus textus habet: *faciemus, & audiemus*: Rectius tamen videbatur dicendum:
Philo. *Audiemus, & faciemus*: quia prius eſt audire, quam facere; tamen modo præpoſtero ſuam pollicetur Hebræus operam; & ſe prius facturos dicunt, deinde audituros eſſe quidquid Deus jubet, teſte Philone lib. de Confuſione linguarum, ait: *Ad facta magis, quam ad verba properant*: Ac ſi tanta ſit promptitudo obedientiæ, ut veluti valeat divinare voluntatem ſuperioris, ut antequam mandatum proferatur, jam ſit executione adimpletum.

71. Quartò: D. Paſchaſius hoc loco: *Exur-*
D. Paſchal. *gens autem Joſeph à ſomno fecit ſicut præcepit ei*
Tertull. *Angelus Domini*: Tunc ſubdit D. Paſchaſius: Nimirum, hîc juſti viri perfecta obedientia deſcribitur. *Dum dicitur: fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini: quia niſi fiat ſicut præcipitur, & non aliud, quam præcipitur, & tum fiat quando, vel ubi præcipitur, obedientia vera eſſe non poteſt.* Hoc advoco, quod perbellè alias dixit Tertullianus lib. de Reſurrectione, cap. 40. *ſenſibus quoque intimandum Domino*: ſuo eleganti ſtylo utitur Tertullianus, ſuo ſubtili, & non vulgari ſtylo, verbum intimare, quod ad leges communiter pertinet, ut obſervat Rhenanus, pro intimare, poſuit *incorporare*: & alii *imprimere*: ſic enim Dominus ſecundum ſuas leges, ac mandata debet eſſe intimatus, incorporatus, ac impreſſus in noſtris ſenſibus, ut nec in parvo, nec in magno ab eis declinet, ſicut id, quod eſt incorporatum cum aliquo, ſed cum eo conviſceratus, ab eo in nullo dividitur; & ſicut quod imprimitur à ſuo prototypo, nec in uno minimo apice diſcedit; ſic perfectè obediens, nec in uno minimo iota, non debet præterire, vel excedere ſui ſuperioris, mandata, ſed uniformiter, & omnimode cum eis cohærere.
*Perfectè obediens in omnibus obtemperat.*

---

## Occiduntur Infantes.

## Quæstio XIV.

### *Quare Herodes tanta ira exæſtuat, videns ſe illuſum à Magis, ut omnes occidat pueros?*

Hoc ſatis eſt explicatum à nobis tom. 1. 72.
lib. 2. cap. 8. per quindecim quæſtiones, Textus.
& ait Text. *Tunc videns Herodes, quoniam illuſus eſſet à Magis*: Pro quo multas dedi rationes citato cap. 8. quæſt. 1. & 2. Nunc verò dicimus, quod alto Dei conſilio illuſus dicitur à Magis. Theophylactus ait: *Deus ſicut* Theoph.
*illuſit Pharaoni per Moyſen, ſic Herodi per Magos. Pharao maſculos Hebræorum pueros in Ægypto occidit, Herodes autem in Bethlehem*: Ecce Reges, qui ſimiles inveniuntur in delicto, pares etiam ſunt in pœna ſuſtinenda. Loquens D. Petrus de peccato Judæ, ait Actorum 1. num. 16. *Viri fratres oportet impleri* Actor. 1.
*ſcripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os David de Juda, qui fuit Dux eorum, qui comprehenderunt Jeſum*: & ſtatim proponit locum Pſalmi 68. num. 26. *Fiat habitatio eorum deſerta,* Pſalm. 98.
*& non ſit, qui habitet in ea*: Difficultas eſt in promptu, ſi de uno ſingulari Juda inſtituebat ſermonem, cur pluraliter loquitur, *fiat habitatio eorum deſerta*: ad quid? non ſolum de Juda loquitur, ſed etiam de Judæorum pœna facit mentionem; optimè ſanè, quando pœna Judæ declarabatur, & ſimilis etiam in ejus conſortibus promulgabatur, in unius peccatoris pœna omnium ſimiliter delinquentium pœnæ intimantur. Pœna in uno peccatore, pares in eodem delicto, & ſimiles apprehendet. Rupertus lib. 1. de Intellectu, cap. 1. & ait:
*Similis pœna apprehendit ſimiles in delicto.*
Rupertus. *fiat habitatio eorum deſerta Propoſuerat autem tantum de uno ſingulariter, ſed hic addit pluraliter; quid igitur, niſi exortam in cordibus Apoſtolorum intellectus lucem hoc dicto ſentimus? Judam quippe, & infœlices Judæos, ſicut eodem ſcelere involutos, ſic & ſimili pœna ſignificat addictos. Quatenus, quod uni Judæ contingebat, ut Epiſcopatum ejus accipiat alter, idem & Iudæis contingeret, ut Epiſcopalis eorum habitatio deſerta fieret.*

Secundo: Tunc Herodes videns, quia il- 73.
luſus eſſet à Magis, *iratus eſt valde*: præclare D. Leo.
de hac ira, & furore Herodis loquitur D. Leo ſerm. 1. de Epiphania, & ait: *ô cæca, & ſtulta æmulationis impietas, quæ perturbandum putas divinum tuo furore conſilium. Quid incommutabilem diſpoſitarum rerum ordinem vertere, & aliorum facinus præoccupare conaris? & non habiturus effectum ſceleris, ſolum te in reatum præcipitas voluntatis. Nihil hac molitione proficis, nihil peragis* Nihil ſanè magis miſerum, cæcum, ac ſtultum, quàm illa machinari, quæ nihil aliud parturiunt, quam peccaminoſa voluntatis crimina abſque alio uſufructu. *Et non habiturus effectum ſceleris, ſolum te in reatum præcipitas voluntatis*: Nullum damni effectum in proximo parturiant. Ita Herodis



D ſibi

Exod.7. ſibi ſoli malevola, ac noxia fuit, divino verò puero nullum nocumentum intulit. Ex Dei mandato dicunt Moyſes & Aaron Pharaoni, ut dimittat populum Hebræum: *& induratum eſt cor Pharaonis, & non audivit eos, ſicut præceperat Dominus:* Exod.7. numero 17. quod per decem vices factum, & quiſnam ex tali obduratione grave damnum reportavit? Populus Hebræus, an Pharao? Maxime Pharao in conſcientia grave inobedientiæ peccatum; deinde in bonis externis, in aqua, in aëre, in terra, in campis, in animalibus, in primigeniis, & tandem ipſe tanquam plumbum deſcendit in aquis vehementibus. Populo autem Hebræo nullum malum contigit in terra Geſſen ubi erant. Exod.9. num 26. ſed ejus magna gloria, & exaltatio inde ſubſecuta eſt, cum Deus pro ejus defenſione tot prodigia ediderit. Obduratio Pharaonis multa mala, tam interna, quam externa ipſi peperit; Populo autem Hebræo nullum, ſed magnam gloriam, & exaltationem.

74. D. Chryſ. Tertiò: D. Petrus Chryſologus ferm. 153. Iratus eſt Herodes, ait: *Dolet impietas ſe illuſam, dilatam ſe crudelitas furit; fremit doloſitas ſe deceptam, & in ſe fraus reverſa colliditur.* Nullum tam rigidum detrimentum, tamque aſperam animi colliſionem ab aliquo ſævo hoſte patitur princeps, quam à ſuo furore, ac ira concepta. Nam Princeps aſſuetus eſt, ut omnia ad ſui beneplacitum contingant; cum in obſequio ſuæ voluntatis impeditum, ac fruſtratum ſe videt: inde furore æſtuat, ac fremit, ut nihil ei ſuperſit, niſi mors. Ob repulſam datam à Naboth de ſua vinea, quam magnopere exoptabat Achab: *Projiciens ſe in lectulum, avertit faciem ſuam ad parietem.* 3.Reg. 21. numer. 4. non multùm mirabile quod Rex iratus nimis in lectulum incidat, cum ira Regis infirmitas mortis ſit, ad mortemque properare faciat. Dicitur Proverbio. 16. num.14. *Indignatio Regis, nuntii mortis:* Quæ verba Salazar ad mortem ipſius Regis accommodat, quaſi nil prius annuntiet ira regis, quàm ipſius perditionem, ac mortem: & pondera, quod dicitur: *Indignatio Regis nuntii mortis:* Ac ſi ipſa indignatio non ſit unus nuntius, ſed multiplex, Regis mortem declarans, & teſtificans.

3.Reg.21. Prov.16. Salazar.

## Quæstio XV.

### *Quare Herodes occidit ſanctos Infantes.*

75. Textus. Ait Sacer Text. n.16. *& mittens occidit omnes pueros, qui erant in Betheleem & in omnibus finibus ejus:* Quod latè explicavi citato cap.8. q.4.5. 6.7. & 8. nunc verò adde.

76. D. Leo. Miratur ſane de hac re D. Leo ſerm.2. de Epiphania, & ait: *Chriſtus, ne ullum ei tempus eſſet abſque miraculo; ante uſum linguæ poteſtatem verbi tacitus exercebat, & quaſi jam diceret:* Sinite parvulos venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum; *nova gloria coronabat infantes, & de initiis ſuis parvulorum primordia conſecrabat, ut diſceretur neminem hominum divini incapacem eſſe ſacramenti, quando illa ætas apta eſſet martyrio:* Unius noſtri ſalvatoris eſt nullum tempus abſque mirabilibus præterire; *ante uſum linguæ poteſtatem verbi tacitus exercebat:* Ut infans ſerviens ætati adhuc non loquebatur; & tamen interius jam pueros ad coronam vocabat; cum enim ipſe in uterum Virginis deſcendit, jam ubi multiplicatos fructus producebat.

*Salvator infans ante uſum linguæ vocabat, & novos fructus producebat.*

77. Cantic.7. Dicitur Cant.7. n.2. *Venter tuus, ſicut acervus tritici vallatus liliis.* Unum fuit granum frumenti in Utero Virginis, quomodo dicitur acervus, qui multos, veluti innumeros granos continet? ex quo illud divinum granum venit in uterum Deiparæ, ex tunc multiplicatum eſt, ut ampliſſimus acervus exiſtimetur, ut quot Filii Dei adoptantur, jam tunc apparebant in grano illo divino exiſtentes in utero Mariano. Richardus de Sancto Laurent. lib.4. de Mariæ laudibus, ait: *per hoc quod dicitur acervus tritici, innuitur, quod plenus Filio Dei, qui ſe appellat granum frumenti. Granum enim illud tritici potentialiter erat acervus tritici, de quo ſcilicet grano, tanta ſpiritualis ſeges, fructificante Deo, multiplicata eſt.*

*A Chriſto in utero multiplicata grana.* Richard.

78. Cantic.4. Ad hoc ſpectat quod divinus ſponſus loquitur ad ſanctiſſimam Virginem. Canticor. 4. num.13. *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum.* Unus tantum Arbor vitæ in ſacretiſſimo utero Virgineo Mariæ, ſcil. unicus filius ejus meus Jeſus, totius ſalutis, ac vitæ germen: tamen ab illo tot, & innumerabiles fructus prodeunt, ut ampliſſimum Eccleſiæ paradiſum agant; pro quo audiendus eſt Guillelm. Abbas apud Delrium, & ait: *Emiſſiones fructus ſunt ex Maria emiſſi: unicus enim fructus eſt, qui ab efficaci ſalute Jeſus dictus eſt; ſed in uno illo fructu multiplex eſt fructus. In uno ſalvatore omnium Jeſu plurimos Maria peperit ad vitam. Eo ipſo quod mater eſt capitis, multorum membrorum mater eſt. Mater Chriſti, mater eſt membrorum Chriſti, quia caput, & corpus unus eſt Chriſtus:* ab illa cœleſti planta radicata in utero puriſſimæ virginis, multi prodierunt flores in agro Eccleſiæ: *in uno illo fructu multiplex eſt fructus.* Etiam ab utero, & infantia, ab utero Baptiſta ſanctificatus; ab infantia innocentes martyrio coronati ſunt.

*A Chriſto in utero, ac infantia multiplex fructus.* Guilielm.

CAPUT



# CAPUT III.

IN diebus autem illis venit Joannes Baptiſta prædicans in deſerto
Judææ. 2. & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum. 3. Hic eſt enim qui dictus eſt per Iſaiam prophetam dicentem: Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus. 4. Ipſe autem Joannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem ejus
erat locuſtæ & mel ſylveſtre. 5. Tunc exibat ad eum Jeroſolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem 6. Et baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata ſua. 7. Videns autem multos Phariſæorum, & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum. quis demonſtravit vobis fugere à ventura ira? 8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. 9. Et
ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. 10. Jam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, 11. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt (fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamentum portare,) ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, &
igni. 12. Cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili
13. Tunc venit Jeſus à Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo.
14. Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?
15. Reſpondens autem Jeſus, dixit ei, ſine modo, ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam. Tunc dimiſit eum.
16. Baptizatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe.
17. Et ecce vox de cœlis dicens; hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*A verſ. Primò.* Prædicat Joannes Baptiſta pœnitentiam, & per eam præparat ad Chriſtum, Chriſtique gratiam. Eſt explicatum t. 1. in Evangel. lib. 3. cap. 1. & maximè num. 45.

*Secundò, Verſ.* 13. Chriſtum baptizat, ſuper quem deſcendit Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ. Et vox Patris auditur: Hic eſt filius meus dilectus. Explicavi tom. 1. lib. 3. cap. 2.

## Joannes Prædicans.

## Quæstio I.

### *Quare Joannes Baptiſta in deſerto tam aſpera pœnitentia utebatur; ſcilicet Cilicio ex pilis Camelorum.*

Ait Text. n.4. *Ipſe autem Joannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pellieeam, circa lumbos ſuos: eſca autem ejus erat locuſta, & me ſylveſtre:* de quibus latè dixi citato c.1.q. 25.26.27. & 28. 1. Teextus.

Primo, ait Textus. *In diebis illis venit Joannes Baptiſta prædicans in deſerto Judææ, & dicens: Pœnitentiam agite: ipſe autem Joannes habebat veſtimentum de pilis camelorum:* & maximè ponderandum in verbis, quod antequam Evangeliſta ſcribat, quod Joannes intonabat pœnitentiam: *pœnitentiam agite*, quod de ipſo dicat, quod prædicabat: *Venit Ioannes prædicans:* ſi nondum verba ore proferebat, quomodo prædicabat, *habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos; eſca autem erat locuſtæ* Ore tacito, lingua muta, ipſa cilicina veſtimentorum aſperitas, ipſa zona pellicea reſtringens 2.

*Aſperitas vitæ Joannis ante oris verba prædicabat.*



 lumbos

lumbos & tenuiſſimus cibus, pœnitentiam altiſone clamabat, ac prædicabat, & inde ante oris loquelam anticipatam aſperitatum prædicationem oculis aſtantium præmittebat, pro quo facit D.Chryſoſtom. ſtatim citandus.

3. D.Chryſ. Secundò D. Chryſoſtomus homil.3. in Imperfecto, ait: *Poſtquam oſtendit Joannes, quia ipſe eſt vox clamantis in deſerto, prudenter ipſe Evangeliſta ſubjunxit:* Ipſe autem Joannes habebat veſtimentum, &c. *In quo oſtenditur, quæ ſit vita ipſius; nam ipſe quidem teſtificabatur de Chriſto, vita autem ejus de ipſo: nemo enim poteſt eſſe teſtis alterius idoneus, niſi fuerit ſuus.* Ipſa auſteritas vitæ in veſtitu, & cibo, quo aſperrime Joannes utebatur; ipſaque cilicina veſtis, pilis camelorum intexta, Præcurſori authoritatem conciliabat; Ut Joannes haberet authoritatem dandi teſtimonium de Chriſto, prius veſtium ſuffragio idoneum ſe præbebat teſtem; nam ipſe perhibebat teſtimonium de Chriſto, auſteritas vitæ teſtimonium proferebat de Baptiſta, teſtimoniumque ejus maximè probatum, ac qualificatum reddebat. Sic pergit ſanctus Doctor, & inquit: *Habebat Joannes veſtem non mollem, neque delicatam, ſed cilicinam, gravem, & aſperam, conterentem corpus, potius quam foventem, ut de virtute animæ ejus ipſe habitus corporis loqueretur:* Expende ultima verba.

*De virtute animæ Joannis, veſtimentum corporis loquebatur.*

4. D. Remig. Tertiò: D. Remigius. Hic ait; *Sub hoc habitu veſtimentorum, & vilitate ciborum, oſtendit ſe peccata totius generis humani deflere.* Joannes non habebat veſtem mollem, neque delicatam, ſed duram, gravem, & aſperam, & conterentem corpus potius, quam foventem, ut de virtute animæ ejus ipſe corporis habitus loqueretur; atqui Joannes ad domandam carnis concupiſcentiam aſperitatis non egebat, cum eſſet ſanctificatus in utero matris ſuæ: ad quid ergo tanta auſteritas vitæ, ac pœnitentiæ: *oſtendit ſe peccata totius generis humani deflere:* Eximia Charitas Joannis; & ſi bene agnoviſſet pro ſe non eſſe neceſſariam duram corporis pœnitentiam, tamen illam voluntariè amplectebatur pro omnium peccatis, de quibus maximè & vehementer exoptabat, ut omnes ad Dominum ſuum converterentur: inde voluntarios pro omnium ſalute cruciatus aſſumebat. *Oſtendit ſe peccata totius generis humani deflere.*

*Baptiſta charitas totius generis humani peccata deflebat.*

5. Rabanus Quartò: Maurus Rabbanus ſic verba dilucidat; *Poteſt & habitus; & victus Ioannis qualitatem internæ converſionis exprimere: nam auſterioribus utebatur indumentis, quia vitam peccantium increpavit.* Tota Judæorum Republica vitiis, peccatis, ac abominationibus æſtuabat, non delicata; ac pretioſa veſte utitur, ſed cilicina, & aſpera, ſicut & agreſti victu, & cibo, quibus morum incendia, proficua objurgatione reſtringeret, *Vitam peccantium increparet:* Videbat Ioannes omnes gregatim ad vitia impudenter ruere, exinde ne jejuna ſit reprehenſio, illam jejuniis adipat; ne objurgatio foret inermis, illam veſtium ſpinoſitare obarmat. *Nam auſterioribus utitur indumentis, quia vitam peccantium increpavit.*

*Joannes cum vitia peccantium increparet, auſtera vita utitur.*

6. Judith.8. Cum Bethulia civitas, obſeſſa ab exercitu Holophernis vehementer premeretur multa penuria aquæ, ac alimentorum, Ozias ſummus ſacerdos promittit, quod tranſacto quinto die traderet Civitatem, & cùm hoc agnoviſſet Judith, ad ſe vocavit presbyteros Chabri, & Charmi, & venerunt ad illam, cum quibus ſatis probabile eſt, quod adfuit Ozias. Tunc ait Judith ad illos, c.8. n.11. *Quod eſt hoc verbum, in quo conſentit Ozias, ut tradat civitatem Aſſyriis, ſi intra quinque dies non venerit vobis adjutorium? Et qui eſtis vos, qui tentatis Dominum?* Valde mirabile eſt, quod una privata fœmina tanta audacia ad ſe advocet ſummum ſacerdotem, principeſque regni, ac ſenatores civitatis. Multo tamen mirabilius, quod tam dura reprehenſione in eos invehatur, ut dicat, eos tentaſſe Deum: & eſto tentaverint, quid hoc ad unam particularem fœminam pertinebat? Inter hæc omnia illud maximè ponderandum, quomodo ſummus Sacerdos, principes, ac Magnates pacatè reprehenſionem accipiunt; nec verbum dicunt, ſed obſequenter ejus monitis obtemperant, & de prolatione temporis cogitant. Unde tanta correptionis energia? Ex verbis antecedentibus in ipſo cap.8. num.6. indaganda eſt ratio, ubi dicitur quod Judith erat *habens ſuper lumbos ſuos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ:* Cilicii amictu, & jejunii inedia nacta eſt Judith efficaciam dicendi, & reprehendendi authoritatem, & ſuadendi energiam. Victus, & veſtitus pretioſa mollities, Præſulis reprehenſionem effœminat. Fœminea autem cibi & veſtimenti moleſta auſteritas virilem fortitudinem, ac authoritatem in verbis vendicat: unde ad Judith accommodari poteſt id, quod de Joanne Baptiſta ait D.Maxim. ſerm.2. de Joan. *Veſtimentum habens de pilis cameli, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos, ut increpaturus hominum mala nullam penitus haberet, vel in veſte, vel in epulis voluptatem:* De his vide multa in aliis meis libris, verbo: *Reprehendo.*

*Judith increpatura potentium peccata, in aſpera pœnitentia degebat.*

D.Maxim.

---

## QUÆSTIO II.

### *Quare Joannes locuſtis, ac melle ſylveſtri pro cibo utebatur.*

7. Textus. Dicitur in Tex.nu.4. *Eſca autem ejus erat locuſtæ & mel ſylveſtre* de quibus egi citato c.1.q.27.& 28. Nunc verò aliqua ad majorem doctrinam ex SS. Patribus ſunt addenda.

8. D.Ambr. Primo: D. Ambroſ. lib. 2. in Lucam, ſic rem enucleat. *Eſca autem ejus erat locuſtæ; Cibus quoque propheticus, index officii, nuntiuſque myſterii eſt. Quid enim tam otioſum ad hominis officium, quam locuſtas quærere, & quid tam plenum ad vatis myſterium? nam quo magis ad fructum inutiles, ad uſum laboris inertes, ad tactum fugaces, vagæ ſaltu, ore ſtridulæ ſunt locuſtæ, eo convenientius his populi figura gentilis aptatur; qui nullo operis ſui fructu, ſine gravitate, ſine voce ſonum querelæ ederet, verbum vitæ ignoraret. Hic igitur populus cibus eſt Prophetarum.* Cùm quis viderit Joannem, præclarum virtute, ut communi opinione Meſſias crederetur, pœnitentia admirabilis, totus contemplatione deditus, in prædicatione aſſiduus, & tamen quod ipſe otioſo locuſtarum vacaret aucupio, ut inde in vaſta ſolitudine cibos caperet, quoad ſpeciem res cenſura digna

*Res prima ſpecie, ac intuitu cenſuranda non eſt.*



videbitur, & valde aliena à tanto viro, in negotio tam futili occupari, tamen res intimiùs conſiderata, myſticum Prophetæ munus adimplebat. *Cibus quoque propheticus, index officii, nuntiuſque myſterii eſt.* Nam locuſtæ populum gentilem ſignificant, qui ſuis erroribus videbatur inutilis ad fructum vitæ æternæ, & iners ad labores pro Chriſto ſuſtinendos, & fugax à diſciplina ſalutis, & vagus in hac vaſta ſolitudine hujus mundi: *eo convenientiùs his populi figura gentilis aptatur:* locuſtas ergo manducat propheta, in quibus gentiles adumbrantur, quia quo magis ipſi videbantur inutiles, & ſine fructu ad vitam æternam, eo magis ſunt quærendi, ac perſcrutandi ad ſalutem, & tanquam aucupio venandi ad vitam, ut fiant cibus propheticus, & Apoſtolicus ad nutrimentum ſpirituale animarum. *Hic igitur populus cibus eſt prophetarum.*

*Converſio gentium cibus propheticus.*

9. Galfridus. Secundò Galfridus in capite 11. Matt. apud Tilmanum, ita rem expendit: *Joannes veſcebatur locuſtis & melle, eis nimirum cibariis, quæ ad manum erant: quibus convenienter inſtruimur, ut his contenti ſimus, quæ facilius ad noſtros uſus occurrunt. Noluit etiam egredi locum ſolitudinis, ut mutaret pane dulcedinem mellis, quia malè unius dulcedinis dilectio fungitur, dum auſteritatis intuitu in gravioris caſus periculo feſtinatur.* Valde mirabile videtur, quod Joannes in tam auſtera pœnitentia, melle pro cibo uteretur: & quamvis illud ſit mel ſylveſtre, quod apud aliquos eſt dulce, apud alios verò amarum; tamen ipſa vox mellæ dulcedinis videtur parum conſona cum tanta Joannis auſteritate; tamen Joannes ſiniſtrum hominum judicium, ſed obvio melle veſcitur, ne extra eremum cauſa quærendi diriorem, & aſperiorem cibum per vicos, & civitates, ac frequentes hominum turbas vagari cogeretur, in ejuſque ſolitudinis diſpendio duriores quærat eſcas: *Noluit egredi tecum ſolitudinis, ut mutaret pane dulcedinem mellis, quia male unius dulcedinis dilectio fungitur, dum auſteritatis intuitu in gravioris caſus periculo feſtinatur:* melle invictus in eremo paſcitur Joannes, ne prophetalis virtus magno naufragio jejunet.

*Invictus paſcitur [illegible]*

10. Galfridus. Tertiò: idem Galfridus, ſic pergit, dicens: *In melle ſylveſtri altera poteſt quidem conſolatio deſignari. Illa videlicet, & in qua Apoſtolus gloriabatur dicens: Non ſolum autem, ſed & gloriatur in tribulationibus. Hæc conſolatio per mel ſylveſtre meritò deſignatur, quia nil magis ſylveſtre & à civibus hujus ſæculi extraneum, quàm æſtimare gaudium, quod ingeritur ad tormentum: & forſitan hæc eſt pax, quam mundus non poteſt accipere, quia non pacifice poteſt ingruentis tribulationis anguſtias ſuſtinere.* In dura aſperitate eremi melle ſylveſtri paſcitur Joannes. Non ſimpliciter dicitur mel, ſed cum additamento ſylveſtre; & dum ſylveſtre ſcribitur, aſperum, agreſte, amarum, & acre denotatur. Tamen cibus tam auſterus, mel dicitur, ac ſi ſapidiſſimam melleam dulcedinem ſpiret, & in tam aſpera pœnitentia camelino cilicio tam dulciter deliciatur Joannes. *Hæc ergo conſolatio per mel ſylveſtre meritò deſignatur:* Ipſa aſpera pœnitentia, ipſa rigida auſteritas, ac cibus amarus, tam dulcis, ac ſuavis erat Joanni, veluti ſapidiſſimum mel, ſicut & Paulus in anguſtiis, ac moleſtiis exultim magno gaudio perfruebatur, *gloriamur in tribulationibus.* In mundo deliciarum mel convertitur in aſperum, & amarum fel. At rigida penitentiæ aſperitas fit dulciſſimum ciborum condimentum.

*Sylveſtris, & rigida pœnitentia auſteritas, mellea, & ſuavis eſt Joanni.*

Quartò: Dum de Joannis cibo lego: *eſca autem ejus erant locuſtæ,* quod juxta communem ſententiam, ut jam dixi citato cap.1. quæſt.7. ſunt vulgares beſtiolæ, quæ locuſtæ dicuntur, ſtatim mihi venit in mentem locuſtarum plaga immiſſa in Ægyptum, quæ fuit graviſſima pœna, qua Pharao moleſtiſſimè eſt afflictus, ut peculiariter inter cæteras plagas mors diceretur, ita ut cum illa maximè premeretur Pharao, locutus eſt ad Moyſen & Aaron: *Peccavi in Dominum Deum veſtrum, & in vos; ſed nunc dimitte peccatum meum, etiam hac vice, ut auferat à me mortem iſtam,* Exod. 10. num. 17. & cur hæc plaga tam duriſſima inter cæteras habita eſt, ut tanquam mors reputaretur. Dubium hoc explanat Abulenſ. quæſt.5. *Ut auferat à me mortem iſtam, &c. Iſtam plagam vocat mortem, majori nomine appellans quàm cæteras, quia ex ea magis ſe ſentit afflictum... Videbat etiam multitudinem earum numeroſam, non ſinentium homines quieſcere, aut cibos ſumere, ne ſaltem ora aperire, quando mox cæco oris hiatu, quotquot poterant mergerentur. Erat hoc Ægyptiis vivens, & manens mors, & morte ipſa vera atrocius:* Id quod Baptiſtæ affectu durioris auſteritatis communis eſt cibus ad vitam alendam, ac fovendam, eſt etiam diræ mortis tormentum Ægyptiis. Voluntarius Joannis locuſtarum cibus, quo ſponte utitur Joannes à votiva voluntate, ſic ſuaveſcunt, ut ad nutrimentum, ac alimentum vitæ conferant; quæ dum nomine ſupplicii inferuntur Ægyptiis, & coactè ſuſtinent, ſic fauces ſuo horrore, ac morſu comprimunt, ut ad exacerbiſſimæ mortis tormentum inſerviant. Ipſe idem cibus volenti Joanni eſt ad fomentum vitæ, qui reluctantibus Ægyptiis eſt crudeliſſimum mortis tormentum. 11.

Exod.10.

Abulenſ.

*Locuſta cibus ad vitam eſt Joanni. qui Ægyptiis fuit ad pœnam mortis.*

Cum Pharao nollet obedire mandatis Dei, ac dimittere populum, ex Divina ordinatione Moyſes elevans virgam percutit aquas, eaſque vertit in ſanguinem coram Pharaone, & ſervis ejus: & piſces, qui erant in flumine, mortui ſunt: computruitque fluvius, & non poterant Ægyptii bibere aquam fluminis, & fuit ſanguis in tota terra Ægypti: *Fecerunt ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis: & induratum eſt cor Pharaonis, &c.* Exod.7. n.22. Ecce Arioli Ægyptiorum faciunt ſimilia portenta, non ut plagas extinguant, ſed ut augeant. Pharao cum tota Ægypto maximè premebatur converſione aquarum in ſanguinem; non enim Ægyptii poterant bibere aquam; quod ergo ſublevamen extitit aquam aliunde adductam, in ſanguinem converti à Magis. Poſt Origenem homil. 13. Theodoretus q.18. quærens: *ad quid permiſit Deus incantatoribus eadem facere, quæ fecit Moyſes?* Reſpondet: *Conceſſit itaque Deus incantatoribus, ut hæc facere poſſent, ut Ægyptios caſtigarent: non tamen dedit illis, ut ultionem ſedarent. Nam dum à Deo puniretur Ægyptiorum Rex, non fuit contentus plagis à Deo illatis, ſed præcepit incantatoribus ultionem augere. Itaque Deus per eos* illum 12.

Exod.7.

Origenes. Theodor.

*Sanguinis potatio voluntaria ſuavis, Pharaoni, coacta aduriſſima.*

*illum affligebat : quaſi vero dixiſſet , quia plectite delectat, tuorum etiam ſervorum opera te caſtigabo. per tuos te plectam:* Aquarum converſio in ſanguinem, utpote exitialis hominibus , ſterilisſans agros, mortifera piſcibus, ut à Deo inflicta, valde moleſtiſſima, & quia extitit Pharaoni. At vero ipſamet aquarum lethalis tranſmutatio in ſanguinem, ut fuit votiva, ac expetita per ſuos Magos, æmulatione facta cum Moiſis operatione ; amantiſſima , ac gratiſſima fuit Pharaoni , omnibuſque ejus optimatibus ; *quia plecti te delectat:* quod eſt voluntarium, omnem amaritudinem emollit : quod autem eſt coactum , repugnante voluntate, omnem moleſtiam, ac aſperitatem ſecum importat.

---

## QUÆSTIO III.

### *Quare Joannes venientes ad ſe , ut ab eo baptizentur , progenies viperarum , dicit ?*

13. Textus. Ait Text. n.7. *Videns autem multos Phariſæorum , & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis : Progenies viperarum, quis demonſtravit vobis fugere à ventura ira?* De his multa dixi citato cap.1.q.20.30.31. & 32. nunc vero adde, & nota, quod ut ibi ait Text. n.6. *& baptizabantur ab eo in Jordane :* in Jordane autem baptiſmo pœnitentiæ baptizat Joannes, ut ibi aperiatur janua regni cœleſtis : ubi datus eſt aditus filiis Iſraël, terram promiſſionis intrandi. Joſue.2. n.15. jam ibi figuratur tranſitus ad cœleſtem terram promiſſionis.

*Ubi panditur aditus regni cœlorum.* Joſue 2.

14. Quæſtio inquirit , cur autem Joannes eos dicit , progenies viperarum ; de quo decem rationes dedi ex mente Sanctorum Patrum citata quæſt. 30. Nunc vero inſuper accipe D. Iſidorum Peluſiot. lib.1. epiſt. 105. ſic explicat rem : *Progenies* , &c. *Aiunt hanc feram maternum uterum , cum in lucem editur, abrodere. Quoniam igitur Deum , qui eos genuit , dereliquerunt , atque omnem ſibi conceſſam gratiam extinxerunt , ea videlicet in irritum redacta, meritò perinde venenatis animantibus eos confert per ingratitudinem accepta beneficia obliterantibus, ne dicam corrodentibus :* venenatum viperarum genus, ſecum ingratitudinis malum profert , beneficia liberaliter accepta à maternis viſceribus *corrodit , obliterat, & extinguit:* ſicut animi gratitudo beneficium acceptum ex gratia dantis fovet , auget, ac honorat ; ſic & barbarica ingratitudo, in tantum vult enecare, ac extinguere, ut etiam in ipſum benefactorem tranſeat , ut eum perimat , ac è medio tollat : ſic & Judæi ſe oppoſuerunt contra Matrem ſynagogam , occidentes prophetas , ut loquitur Imperfectus homil. 3. in Matthæum. *Viperarum natura eſt rumpere viſcera matrum ſuarum , & ſic naſci: Quoniam ergo Judæi perſequentes prophetas corruperunt matrem ſuam ſynagogam , ſicut ipſa lugens in Canticis. Filii matris meæ dimicaverunt in me , ideo viperarum genimina vocantur.*

Peluſiota.

*Ingratitudo gratiam acceptam corrodit, & extinguit.*

*Imperfect.*

15. Cactanus. Secundo ait Joannes : *Progenies viperarum , quis vobis demonſtravit fugere à ventura ira?* Pungitne , an laudat Joannes hoſce homines , quia de ſalute intima animæ ſuæ curabant. *Videns multos Phariſæorum & Sadducæorum , venientes ad Baptiſmum ſuum , confitentes peccata ſua :* Laudat quidem , ſed miraculum reputat, quod filii à parentibus improbis deſciſcant in ſalutem , ait Caetanus. *Ratio admirationis eſt , quod vos, qui à patribus, veluti naturali propagine infecti eſtis , acquieveritis demonſtrari via recta , &c.* tanta vis eſt à malo parente , ut filius ediſcat modum malè vivendi, à quo hauſit modum vivendi. Unde laus eſt maxima , quod Aſa à matre idololatra idololatriam non ediſceret ; ait Text. de ipſo 3.Reg.15. n.11. *Fecit Aſa rectum in conſpectu Domini ;* deinde addit etiam n.13. *Inſuper & Machæam matrem ſuam amovit , ne eſſet princeps in ſacris Priapi :* Ut Aſa maximè eſſet laudatus à ſacro Textu , ſat eſſe videbatur, quod de eo teſtificaretur, *fecit rectum coram Domino :* ſed inſuper ad quid additur impietas matris ſuæ , ut inde maximè accreſceret ejus laus , quod ab improbo matre bonus filius prodierit , teſte Iſidoro Claro. *Factum itaque id eſt in laudem , & honorem Aſæ , quod optimus filius , per matrem peſſimam à vero Deo ad idololatriam perduci non potuerit.*

*Miraculum eſt, quod filius à patre improbo non ſit improbus.* 3. Reg. 15.

Brixian.

16. Joſue 24. Monet Joſue Hebræos c.24. nu.14. *Nunc ergo timete Dominum , & auferte Deos, quibus ſervierunt Patres veſtri :* Ægyptii multa idola colebant, ſicut & gentes, per quas in deſerto tranſierunt, ut Amalecitas, & alios Idumæos, ex quibus multa idola ſecum poterant aſportare : cur ergo Princeps non præcipit , ut in univerſum omnes falſos Deos à ſe abjiciant , ſed tantum ait, *quibus ſervierunt Patres veſtri:* Caetanus ibi: *ne ſint affecti ad imitandum patres ſuos quoad Deorum cultum :* cum Parentes habuiſſent Dæmonum cultores , valde pronum erat liberos labi eam in labem , niſi Princeps id caveret peculiariter, parentibus eorum refutatis, & in hoc erat totum periculum, & ideo expreſſiva admonitio fuit hîc neceſſaria ; non ſic verò de idolis aliorum gentium.

Caetanus. *Patres filiorum duces ad agendum.*

---

## QUÆSTIO IV.

### *Quare Joannes ait de Christo D. Cujus ventilabrum in manu ſua , ad congregandum triticum in horreum , & paleas ad comburendum?*

17. Textus. Ait Text. num.12. *Cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili :* Hoc ſatis explicavi citato cap.1. quæſt. 38. Per ventilabrum ſignificatur Divinum judicium , ſeu diſcretio Divini judicii, quo Chriſtus D. diſcernit bonos à malis *in area ſua* , hoc eſt in Eccleſia ſua : nunc verò adde.

18. Primo : & ſi per paleas intelligantur reprobi , ac peccatores , qui valde inſtabiles facilè quovis peccati vento jactantur huc , & illuc , inſtant ventilabri , Divino judicio projiciuntur in ignem ad incendium æternum: tunc ait D. Cæſarius Dialogo 4. *Qui vero velut triticum nutritores proximorum fuerunt , & rectè virtutem perſeverunt , illos in horreum comportat , conveniens :* Triticum congregandum in cœleſte horreum ſunt , qui largitatis beneficentia erga egenos maximè ſe exhibent , ut non tantum illis conferant nutrimentum , ſed etiam ſe velut alimentum in pauperum impendant & ſuſtentationem, ne quid aliquid in eis videatur, quod miſericordiarum viſcera non redoleat , quod in pauperes non diſtribuatur , ac in eos ſumma pietate non erogetur.

D. Cæſar.



*Ad cœleſte horreum , congregatur qui pauperum fuerunt nutriores.*

19. Rabbanus. Secundò. Rabbanus Maurus apud Catenam , ſic ait: *Paleas autem comburet igni inextinguibili. Verum hac inter paleas & zizania diſtat , paleæ non alio, quam triticorum ſemine prodeunt : zizania vero de diverſo :* De paleis pronuntiat Joannes hanc rigoroſam ſententiam : *paleas autem comburet igni inextinguibili:* non vero de zizania ; quia zizania quamvis degeneret à ſemine , aliquando tamen ex diuturno conſortio convertitur in aliquam tritici ſpeciem: ut obſervat M. Cellada in Tobiam, cap.6.§.238.n.3. At vero *palea non alio : quam triticorum ſemine prodeunt :* ex eodem grano ac ſemine prodeunt triticum , ac paleæ , & triticum valde proficuum, ac utile ad alimentum, ac ſuſtentationem; & tamen paleæ, ſtipulæ infructiferæ, inutiles, degenerantes à ſuo præclariſſimo ſemine ; apertiſſimè inextinguibili igni deputantur: his denotatur quod impii: ac mali Chriſtiani in area Eccleſiæ ex eodem grano , ac ſemine Evangelici verbi nati , cum electis , ac prædeſtinatis : qui proficiunt in vitam æternam; ipſi tamen; tanquam leves ſtipulæ inutiliter evaneſcunt , luxurioſè frondentes in omni vitio , turpitudine , & inſtabiles ſine ullo Dei timore, meritò ad ignem ſempiternum coacervantur : *paleas autem comburet igni inextinguibili.*

Cellada.

*Maximè damnantur impii Chriſtiani, qui ſub doctrina Evangelica pereunt*

20. Clem. Alex. Tertiò. Clemens Alexandrinus in exhortatione ad gentes , arguens eos quibus prava peccandi conſuetudo ſubcrevit , de æterna eorum ſalute nihil fidendum , ſic ait : *mala autem conſuetudo poſt exceſſum ex hoc vita vanam pœnitentiam affert cum ſupplicio :* & poſt pauca ſubdit in rem præſentem : *Malum ventilabrum conſuetudo.* Vis ſcite , quid in area Eccleſiæ Dei paleas à tritico, id eſt reprobos à prædeſtinatis diſcernat. *Malum ventilabrum conſuetudo.* Quiſquis tenaciter in aliquo vitio diuturno demergitur , reproborum gregi jam videtur addictus : prava delinquendi conſuetudo damnationis ſignum eſt : & rarò in ipſis pœnitentiæ fructus introſpicitur.

*Mala conſuetudo reprobos à prædeſtinatis diſcernit.*

21. Cæſarius. Quartò. Cæſarius Nazianzeni frater , citato Dialog. 4. ait : *Multi captu difficiles putati, miſerabiliter vita privati ſunt , apud nos quidem Orebus , & Zebus , Salmana , & Abimelechus , & Goliathus , & Abſalon , & quiconque ſimiles illi fuere : apud exteros autem Hectores : Aiaces , & ipſi qui propter fortitudinem inſtanti erant Lacedæmones : quoniam non habebant cum robore conjunctam virtutem.* Eleganti vultu, & pulchra facie , ut Helena , & Abſalon ; fortes , & validi ut Salmana , ut Goliathus , ut Hector , qui videbantur invincibiles , ac omni modo inſuperabiles , facili negotio , ut unius fundæ rotatu miſerè corruerint , hoc ſanè non mirandum: non obtinebant cum pulchritudine , ac robore adnexam virtutem. *Non habebant cum robore conjunctam juſtitiam ;* Lucifer natura valde ſublimis , miſerè projectus eſt in tartara ; de quo ait : Ezechiel n. 17. *Perdidiſti in decore tuo ſapientiam :* Gaudebat ille decore , expers tamen ſapientiæ erat , cujus initium eſt timor Domini; & inde omnia perdidit D. Bernard. ſerm. 24. ait , *Nolo decorem , qui mihi ſapientiam tollat :* Abſit à nobis decor , abſit elegantia , abſit virium fortitudo , ſi in nobis vera Chriſtiana ſapientia non inveniatur , quæ eſt in timore Domini.

*Sine virtute, ac Juſtitia nil valet valeat temporali: gratia.*

Ezech. 28.

D. Bernard.

22. D. Baſil. Quintò. D. Baſilius in regulis brevioribus, interrog. 257. ait : *qui ſunt illi , de quibus dicitur : Paleas autem comburet igni inextinguibili ? Si nimirum , qui eo modo utiles ſunt iis , qui digni ſunt regno cœlorum , quemadmodum paleæ tritico : neque id ex ullo charitatis inſtinctu adversùs Deum proximumve faciunt, ſive in donis Spiritus, ſive in corporis officiis: atque ita interfectos ſeipſos deferant,* Paleæ non inutilem , ſed idoneam , & neceſſariam operam grano impendunt ; nam mediante palearum beneficio granum conſurgit, ac nutritur , & in ſpica multiplicatur; cur ergo paleæ, quæ tot officia , & obſequia electis granis præſtiterunt , ſic eventilanter projiciuntur in ignem inextinguibilem ; quia hi nimirum homines paleares , diſſoluti , flexibiles , inſtabiles , qui quamvis utiles ſint electi , ſicut paleæ grano : *Neque id ex ullo charitatis inſtinctu adverſus Deum , proximumve faciunt:* ſed obliqua, ac flexibili intentione in malum , ſine qua totum opus ſine medulla charitatis evaneſcit , exſiccatur, & areſcit , ut ad ignem inextinguibilem deſtinetur, cum in eis non inveniatur ſuccus, ac humor virtutis , ac juſtitiæ. Ab intentione opus totum ſuum valorem participat ; ut ſit utilis , vel inutitis.

*Prava intentio æternum ignem nutrit.*

23. Rom. 8. De excellentiſſima Æterni Parentis Charitate teſtatur Paulus Rom. 8. n. 32. *Qui proprio ſilio non pepercit , ſed pro nobis omnibus tradidit illum :* Ecce altiſſimum opus Divini Parentis filium tradentis ad mortem ; tamen Judas de ſe ſic proclamavit : *Peccavi tradens ſanguinem juſti :* Matth. 27. n.4. Pater tradidit , & Judas tradidit : primum opus traditionis profundiſſimum , & altiſſimum ; ſecundum exhibitum à Juda peſtiferum , ac maligniſſimum ; & ex quo principio ejuſdem ſanguinis traditio ? In uno eſt ad peccatorum redemptionem ; in altero verò ad ſummum criminis augmentum ; à Patre tradebatur ex ſuprema , & alta charitate ad redimenda peccata , propter ſalutem generis humani ; à Juda vero propter depravatum affectum, ac argenti lucellum. Ecce quanta differentia ex diverſa intentione in eodem opere invenitur , ad tam contrarios affectus producendos : D. Auguſt. in Pſalm. 93. ait : *Si traditor Chriſti , & non tradentis animus conſiderandus eſt , hoc fecit Judas , quod fecit Deus Pater ?* qui proprio filio non pepercit , ſed pro nobis omnibus tradidit illum : *Hoc fecit Judas , quod fecit ipſe Dominus* JESUS , *qui ſeipſum tradidit pro nobis oblationem , & hoſtiam. Et tamen gratias agimus Deo Patri, & Filio , & deteſtamur Iudam, non enim ille pro nobis tradidit Chriſtum , ſed pro argento.*

Matth. 27. *Non opus, ſed intentio attendenda eſt.*

## CHRISTUS JESUS Baptizatur.

TExt. n.13. *Tunc venit Jeſus à Galilæa in Iordanem*: De quo myſterio latè egi tom.1.in Evangelia, lib.3.cap.2.per 28.Quæſtiones: adde.

---

## QUÆSTIO V.

### *Quare Spiritus Sanctus in forma Columbæ apparuit ſuper caput Chriſti?*

24. Textus. DIcitur in Text. n. 16. *Ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe*: Quod myſterium explicavi citato cap.2. q.19.20.21.22.breviter adde ad majorem doctrinam.

25. D Chryſ. Primò, in magnam laudem Baptiſtæ ait D. Chryſoſtomus hom.16.in Joan. *Cum alter baptizaret, alter baptizaretur, ne quis de Joanne id verbum dictum arbitraretur, venit Spiritus Sanctus, qui hujuſmodi amovet dubitationem*: Venit Divinus Spiritus Sanctus, ut Chriſtum ablutum in aquis manifeſtaret; ac à Baptiſta ſecerneret. Tamen Paterna vox tam hic, quàm in Transfiguratione in monte Thabor auditur. Matth.17. n.5. & tamen non apparet Spiritus Sanctus, ut modo in Jordane, nam in Thabor aderant tres Apoſtoli, Petrus, Joannes Evangeliſta, & Jacobus, & cum ibi Patris vox intonat, *Hic eſt Filius meus dilectus*: planum erat, quod ad nullum alium vox illa referebatur, niſi ad Chriſtum D. At verò modo in Jordane aderant ſimul Chriſtus, & Baptiſta, & ne qui revocaret in dubium ad quem vox Patris dirigebatur, deſcendit Spiritus Sanctus Chriſtum verum Dei filium oſtendens: *Et ne quid de Ioanne id verbum dictum arbitraretur, venit Spiritus Sanctus, qui hujuſmodi amovet dubitationem.* Baptiſta Chriſti perſonam non cognoſcebat determinatè, ut ipſe teſtatur Joan.1. n.33. *Et ego neſciebam eum? & qui miſit me baptizare in aqua, ille dixit mihi: ſuper quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu Sancto.* Cum Chriſtus, & Baptiſta ſimul præſentes exiſtant, ad diſcernendum quiſnam eſt ille; qui baptizat in Spiritu Sancto; & eſt Filius Dei, deſcendit Spiritus Sanctus: *Super quem videris Spiritum deſcendentem.*

*Spiritus Sanctus oſtendit paternam vocem, non ad Joannem ſed ad Chriſtum referri.*

Joàn.1.

26. Iſai.16. Secundò. Venit Chriſtus Jeſus in hunc mundum tanquam Agnus, ut de ipſo clamabat Iſaias 19.n.1. *Emitte Agnum, Domine, dominatorem terræ*: ſic & noſter Baptiſta eum oſtendebat! *Ecce Agnus Dei*, Joan.1. n.36. & cum modo in Jordanis aquis baptizatur, *Vidit Spiritum Dei, deſcendentem ſicut Columbam: & manentem ſuper ſe*: Ecce dominator univerſæ terræ qui Agnus eſt, cui Columba inſidet. Sed quid Agnus, quid Columba ad dominandum, & ſubjiciendum orbem? Siquidem Agnina, Columbinave manſuetudo, ac lenitas, valde potens eſt ad fortiſſimos Leones, ac rapaces aquilas ſubjiciendas, ac domandas. Sic canit Prudentius lib.Cathemert.hymno 3. Prudent.

Joan.1.

*Leni principis ingenio vincuntur Leones.*

*Agnus enim vice mirifica*
*Ecce Leonibus imperat:*
*Exagitanſque truces aquilas*
*Per vaga nubila, perque natos*
*Sydere lapſa Columba fugat.*

27. Tertiò, hic apparet Divinus Spiritus in figura Columbæ: *Vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut Columbam, & venientem ſuper ſe*: At in Cœnaculo ſuper Apoſtolos deſcendit ſub ignitis linguis, ut ſcribitur Actor.2.n.3. *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, & ſedit ſuper ſingulos eorum, & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto*: Et cur ſuper Apoſtolos deſcendit ſub forma ignis? Reſpondet Oecumenius ibidem: *Lingua opus erat, quæ Dei dona declararet, ac illuſtraret, quæ in modum ignis univerſa repugnantia corriperet*: Venit in figura linguæ, & ignis, ad publicanda, & declaranda accepta dona virtute Divini Spiritus; & etiam ad comburendum, ac deſtruendum quidquid contrarium erat; ſed adhuc urget difficultas cur in cœnaculo in figura ignis, hic verò in Jordane ſub forma Columbæ? Oecumenius ait: *Conſidera verò quod apud Joannem; ut ab uno homine cognoſceretur, in modum Columbæ videtur deſcendens ſuper caput Chriſti: quando autem multititudinem totam converti oportebat, tanquam ignis.* In Jordane, ut à Joanne agnoſceretur, ſub Columbæ ſpecie apparet Divinus Spiritus, ut oſtendatur puritas, innocentia, ac Chriſti lenitas: At in cœnaculo, in quo ſuper Apoſtolos deſcendebat, conſtituens eos totius orbis doctores, ſub forma ignis venit, denotans lucem doctrinæ, & vitæ, ac ardorem Charitatis, & zelum animarum, quibus reſplendeſcere, ac ardere tenentur prædicatores Evangelici.

Actor. 2.

Oecumen.

*Prædicatores luceant Doctrina & vita, ardeant charitate.*

Quartò. D. Baſilius Seleucus Orat.32. ait: *Jordanis fluento reſervabatur mirabilior quædam de Chriſti Incarnatione prædicatio. Ideo Pater clamore præconium fecit, Spiritus volatu indicium. Et videre erat rem inopinatam; in aquis matrix parabitur; quæ cœlo cives pareret. O inacceſſa myſteria! aqua pariebat, ut cœlo cives adſcribantur.* In aquis Jordanis Pater, & Spiritus Sanctus Chriſti Divinitatem teſtantur, & Cœli aperiuntur, ac ſi ex Spiritu, & aqua renaſcituri ſint homines, ut ingrediantur cœli palatium, ſic tam feliciter ex aquis naſcimur, ut ſi ex parte noſtra non detur aliquod impedimentum jam quaſi ad gloriam elevati videmur: ad quod ſpectans Tertull. lib.de Baptiſmo, ſic incipit: *Felix ſacramentum aquæ noſtræ*, omnes felicitates naſcentis hominis ex aquis ſacri Baptiſmatis quærendæ ſunt. 28. D. Baſil. Sel.

*Ab undis Baptiſmi felix auſpicium humanæ ſalutis,* Tertull.

Cum Jonas mitteretur à Deo, ut prædicaret Ninive: *Ipſe verò ſurrexit, ut fugeret in Tharſis à facie Domini.* Joan. 1. n.3. Dum autem fugiens navigaret per mare, exorta magna tempeſtate, compulſi ſunt nautæ ut Jonam mitterent in mare; deglutus à bellua, poſt tres dies ad ſalutis portum pervenit. Quidam Propheta, quia inobediens extitit Dei mandatis, à Leone interfectus eſt, 3.Reg.14.n.34. Cur ergo Jonas non obediens Dei mandatis, & fugiens ab eo, à Leone non occiditur; ſed mari traditur? Divina Providentia non intendebat mortem Jonæ; ſed ejus inobedientiæ reparationem, inde aquis traditur, ut ab eis deſumeretur ejus ſalutis, ac felicitatis auſpicium. Diſponebat Deus totum negotium reparationis humanæ ſalutis ab aquis proveniendum eſſe. D. Ambroſ. lib.5.in Hexameron.cap 5. & ait: *Quod de Iona ſignum loquar, quem cetus excepit ad vitam, reddit ad prophetandi gratiam; Emendavit aqua, quem terrena deflexerant: pſallebat in utero ceti, qui mœrebat in terris, & ut utriuſque elementi redemptio non prætereatur, terrarum ſalus in mari ante præceſſit: quia ſignum filii hominis, ſignum Ionæ. In utroque remedium; majus autem in mari pietatis exemplum, quoniam exceperunt piſces: quem homines refutarunt.* Unde extitit augurium vitæ, ac ſalutis Propheta ex aquis; nempe, *Terrarum ſalus in mari ante præceſſit.* 29. Jon 1.

3.Reg 13.



*Auſpicium humanæ ſalutis ab* D. Ambr.

---

# CAPUT IV.

1. TUNC JESUS ductus eſt in deſertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. 2. Et cùm jejunaſſet quadragiuta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. 3. Et accedens tentator dixit ei, ſi Filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. 4. Qui reſpondens dixit, ſcriptum eſt, non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. 5. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam Civitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum Templi. 6. Et dixit ei, ſi Filius Dei es, mitte te deorſum, ſcriptum eſt enim, Quia Angelis ſuis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. 7. Ait illi JESUS rurſum, ſcriptum eſt, non tentabis Dominum Deum tuum. 8. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valdè: & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. 9. Et dixit ei, Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraveris me. 10. Tunc dixit ei Jeſus, vade Satana: ſcriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. 11. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. 12. Cum autem audiſſet Jeſus quod Joannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam. 13. Et relicta civitate Nazareth: venit, & habitavit Capharnaum maritimam, in finibus Zabulon, & Nephtali. 14. Ut adimpleretur, quod dictum per Iſaiam Prophetam. 15. Terra Zabulon, & terra Nephtalim via maris trans Jordanem Galilææ gentium 16. Populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam: ſedentibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis 17. Exinde cæpit Ieſus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum Cœlorum 18. Ambulans autem Jeſus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andræam fratrem ejus mittentes rete in mare; erant enim piſcatores. 19. Et ait illis, venite poſt me & faciam vos fieri piſcatores hominum. 20. At illi continuò relictis retibus, ſecuti ſunt eum. 21. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia ſua: & vocavit eos. 22. Illi autem ſtatim relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum. 23. Et circuibat Jeſus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni: & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. 24. Et abiit opinio ejus in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, variis languoribus, & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curavit eos. 25. Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, Decapoli, & de Jeroſolymis, & Judæa, & de trans Jordanem.

### *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primo, Verſ.* 1. Deſcribitur Chriſti quadragenarium jejunium in deſerto, & eſt explicatum 1. 1.in Ev. l.3. c. 3.

*Secundò, V.*18. Narrat Evangeliſta Chriſtum D. ad ſuam ſequelam vocaſſe Petrum, & Andræam, Jacobum, & Joannem, quod explicavi tom. 2. cap. 8.

*Tertiò, Verſ.*18. Prædicat Jeſus Evangelium Regni Dei in Galilæa, & ſanat omnes infirmos, & languidos, qui ad ipſum concurrebant; quod

quod expendi tom.2. in Evangelia, cap.9.

*Tentatur Chriſtus.*

HOc Evangelium ſatis amplè eſt explicatum à nobis, per quadraginta quatuor Quæſtiones, tom.1.lib.3.cap.3.

---

## Vocantur Petrus, & Andræas.

### QUÆSTIO I.

### *Quare Synagoga fundatur à Déo in una fraternitate; Eccleſia Evangelica in duplici?*

1. Textus. HÆc glorioſa vocatio Apoſtolorum eſt explicata à nobis tom.2.in Evangelia, c.8. per decem & novem quæſtiones: nunc addo, expendens quod ait Text.n.18. *Ambulans Ieſus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem. qui vocatur Petrus, & Andræam fratrem ejus:* & ſtatim n.21.ſubdit, *procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem* Quibus quatuor Apoſtolis vocatis Chriſtus Dominus dedit principium ad ſuum Apoſtolatum, ac ad exordium ſuæ Eccleſiæ, ſicut & initiavit Synagogam in aliis duobus fratribus Moïſe, & Aarone.

2. *Unitas maxime radicatur in ſanguine, ac amicitia.* Quo maximè denotatur, quantum Divina Providentia in ſuo populo, ac Eccleſia ſemper intendit, ac voluerit ſummam unionem, ac concordiam; cum utrique teſtamento, novo, & veteri, pro firmiſſimo fundamento appoſuerit ſemper fraternam unionem. Unio, ac concordia maximè ſtabilitur ſanguine, cohabitatione; amicitia, ac converſatione; ſatis vulgare eſt apud ſcripturarios, tribum Leviticam ſæpè cum
2.Paral.22. Regia tribu copulatam fuiſſe. 2. Paral. cap.22. n.12. ubi dicitur: *Joſabeth erat filia Regis Ioram, uxor Ioiadæ Pontificis*: Luc.1. num.5. Erat
Luc.1. Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & uxor illius nomine Elizabeth, quæ erat cognata Sanctiſſ. Virginis. Ibidem n.36. *Et ecce Elizabeth cognata tua*: & tamen Sanctiſſima Deipara ex Juda trahebat Originem, ut eſt manifeſtum ex Paulo Hebræor.7. n.14.
Hebr.7. Si verò inquiras, cur Tribus regia, & Levitica, mutuò inter ſe uxores caperent: Optimè reſ-
Lyra. pondet Lyra: *Ut & Rex, qui præeſſet in temporalibus, & Pontifex, qui præeſſet in ſpiritualibus, eſſent, maximè concordes, quod ad bonum populi regimen faciebat*, &c. Altiſſimè diſpoſuit Deus, ac firmare voluit unionem in ſuo populo, non ſolùm per charitatem, quæ à gratia eſt, ſed etiam per benevolentiam, quæ à natura fraternitatis, ac ſanguinis oritur.

3. *Summam unionem, ac concordiam Chriſtus vult in ſua Eccleſia.* Quæſtio tamen principalis inquirit: Cur Deus in Veteri Teſtamento ſuper Moïſen, & Aaron fratres poſuit Synagogæ exordium: At Chriſtus D. novam ſuam Eccleſiam Evangelicam, non ſuper unam, ſed ſuper duplicem fraternitatem fundavit; quia cum gratia novi Teſtamenti ſit uberior, perfectior, ac excellentior, ideò non in una fraternitate eam, ut Synagogam, ſed in duplici ſtabilivit, ac radicavit; pro hujus rei majori confirmatione nota, quod ad initium Synagogæ Moïſen, & Aaron ſeparatim vocat Dominus; Moïſen de rubo ardente: Exod.3. n.14. Aaron monens, ut occurrat fratri ſuo tendenti in Ægyptum. Exod.4. n.27. Exod.3. Exod.4.
At ad exordium ſuæ legis Evangelicæ, ſimul vocat conjunctim duos fratres Petrum, & Andræam, & Jacobum, & Joannem, ut ex geminata, ac duplicata ſimul conjuncta fraternitate exiſtente in eodem loco, ſimul & occupata in eodem officio, mittente rete in mare, vel reficiente, ut ex tanta fraternitate, tam invicem conjuncta, ac mutuò unita natura, & officio, ſummam unitatem in populo ſuo novo, quem creabat, indicaret. Imperfectus homil.7. poſt Imperfect.
vocatos duos fratres Petrum, & Andræam vocat alios duos fratres: Jacobum & Joannem, tunc ait: *Erant enim habitatione cives: affectione concordes, artificio pares, fraternitatis conjuncti pietate.* Attende ad ſequentia: *Ideò ſimul vocavit eos, ne tot bonis conjunctos diſſimilis vocatio ſepararet*: non diſjunctim, ſed ſimul vocat, ne diverſa, ac diſtincta vocatio aliquam ſeparationem in eos induceret, quos altiſſimè, ac intimè volebat conjunctos in ſocietatis adjumentum.

Ædificatur Templum magnificum à Salomone, ædificatur Templum magnificum, & valde amplum à Chriſto JESU ſuæ Eccleſiæ. 4.
Pro Templi Salomonis fundamento multi reponuntur lapides prægrandes; ac excellentiſſimi: *Præcepit itaque Rex*, ſcil. ſervis, *ut tollerent lapides grandes, lapides prætioſos in fundamentum templi, & quadrarent eos*. 3.Reg.5.n.17. 3.Reg.5.
non ſic verò pro fundamento Chriſtiani Templi, ſeu Eccleſiæ Chriſti, de qua ait Paulus ad Epheſios 2. n.20. *Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit*, &c: Cur ad Templum Jeroſolymitanum multi lapides, ad noſtrum verò templum Apoſtolicum, unus tantum lapis pro fundamento ſupponitur, qui eſt Chriſtus Jeſus, cujus Templum perfectius, ac excellentius futurum erat maximè dilatandum, quam illud antiquum? Inde in ſumma unione fundatur, ex qua omnia largiſſimè creſcunt. *In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit.* D.Zeno lib.2. ſerm. 24. *In totius fabricæ fundamentis, non ſicut in Iudæ templo plurimi, ſed magnus, præclarus, prætioſus, ac ſpecioſus unus eſt lapis.* Epheſ.2. *Tota perfectio, ac augmentatio ab unione.* D. Zeno.

Annuntians Iſaias 32. n.18. ſummam felicitatem populi Iſraelitici, ait: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.* Septuaginta legunt: *Sedebit populus meus in civitate pacis*: quaſi idem ſit civitas pacis, quæ dicit unionem, ac conjunctionem populi; & pulchritudo populi, ut creſcat, & augeatur, maximeque fulgeat ſplendore, ac nobilitate. Aliter Ioel c.1. n.4. proponens ante oculos bella, ac ſeditiones quibus mundus cum ſuis Monachis inquietatur, ac perturbatur: *Reſiduum erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ comedit bruchus, reſiduum bruchi comedit rubigo*: Per hæc quatuor animalia, nempe, erucam, locuſtam, bruchum, rubiginem, ſignificabantur à Propheta quatuor orbis Monarchiæ, quæ in orbis multum floruerunt, & magnis bellis inter ſe contenderunt; ita D. Hieronymus, Rupertus, Haymo, Hugo, Lyran. 5. Iſai. 32. Septuag. Joel.1. D.Hieron. Rupertus. Haymo. Hugo. Lyran.



Carthuſ. Lyran. Carthuſianus, & alii; & cur Iſaias regnum Iſraëliticum vocat populum pulchritudinis, cum ait: *Populus meus ſedebit in pulchritudine pacis.* Joel verò præcipuas Orbis Monarchias, vocat eruſcas, locuſtas, bruchum, rubiginem, ſi populus Iſraeliticus tanto ſplendore fulget, cur decantatiſſimæ orbis Monarchiæ vilibus ac fœdis vermibus comparantur; loquitur Propheta de populo Iſraëlitico in pace, ac unitate compoſito, ac coadunato, ex quo tota pulchritudo, ac elegantiſſima perfectio exoritur, & pullulat: *ſedebit populus meus in pulchritudine pacis*: Joël verò agebat de regnis; bellicoſiſſimis, quæ mutuò ſe impugnabant, & magnis contentionibus premebantur: & cum ſe mutuò vorarent, nullam æſtimationem poterant habere apud Deum, ſed ut vilia, ac fœtida animalcula reputantur: ibi Rupertus ait: *Nec mirum, quod hæc regna ſub hominibus vermium hujuſcemodi nominentur. Etenim contra hominum imbecillitatem, regna illa, quaſi beſtiæ fortes, atque feroces extiterunt, ſed coram Deo infirma, & fragilia, ſive etiam exigua*: tanquam locuſta, vel ut eruca, quaſi bruchus, ſeu rubigo reputata ſunt, & vana fuit omnis pulchritudo eorum. *Cum unione, ac pace floreſcunt regna, cum bello vileſcunt.* Rupertus.

---

### QUÆSTIO II.

### *Quare Chriſtus vocans ſuos diſcipulos, ait: Venite poſt me, cùm Sponſa in Canticis poſtulet trahi poſt illum?*

6. Textus. TExt. in præſenti refert n.19. Quod Jeſus ait illis: *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum*: quod ſatis latè explicavi citato cap.8. quæſt.8.9. & 10. ac 11. Cur nempe Dominus Apoſtolos vocat piſcatores, & ſub metaphora piſcaturæ, Nunc verò adde ex jam ibi dictis.

7. D.Anaſtaſ. Ex D. Anaſtaſio Sinaïta lib. 6. Examin. dicente: *Multifariam ergo, & multis modis oſtendimus, quæ ex aquis quidem enata ſunt animalia eſſe figuram genitum, quæ fuerunt aliquando in profundo ignorantiæ. Quæmobrem & eorum piſcatores effecit Chriſtus ſuos diſcipulos*: gentes jacebant in profundo, ac vaſtiſſimo ignorantiæ pelago, providit Deus piſcatores diſcipulos ſuos, ut arte, ac rete prædicationis ab ipſo fœtido, ac ignorantiæ limo perducerent in viam ſalutis. *Deus ex pelago ignorantiæ vocavit gentes.*

8. Cantic.1. Quæſtio principaliter inquirit. Cur in præſenti Chriſtus D. ait ſuis diſcipulis, *Venite poſt me*: cum tamen Sponſa Cantic.1. n.4. exoret, ut poſt ipſum trahatur, dicens: *Trahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum.* Dicebat Jeſus, ut venirent; illa tamen petebat trahi, & cur cùm per Deum liceret venire; illa venire nolebant, niſi à Deo tracta? Ad quod
Baëza. reſpondet ſapientiſſimus Baëza tom.5. de Chriſto figurato, lib.9. cap.10.§.36. Cavebat ſanè, ait in adeundo ſacro munere, ab alio quam à Deo trahi, ne videretur aliam ibi, quam Deum ſpectare commoditatem temporalem, quæ eſſet illis lethalis, in cujus rei confirmationem adducit D. Bernardum in Declamationibus, ubi inquit: *Sponſa, neque cubiculum, nec cellam ingredi, niſi Rege introducente, præſumit? tu irreverenter irruis, nec vocatus, nec introductus?* Trahe me poſt te, *ait illa*; in odorem unguentorum tuorum curremus. *Nunc autem trahit ſua quemque voluptas, & odorem turpis lucri ſectantes, quæſtum æſtimant pietatem, quorum certa eſt damnatio.* Inde poſtulat Sponſa à Deo trahi, ut ad nullum commodum temporale, ſed ad ſolum Deum attendat. *In officio Eccleſiaſtico non commodum temporale, ſed Deum attende.* D.Bernard.

9. D.Bernard. Beda. Reſpondeo ſecundò: Pro quo ſupponendum eſt ex D.Bernardo ſerm.21. & pleniùs ex Beda, quod Sponſa in præcitato loco loquitur in ſingulari, *trahe me*, & in plurali; *curremus*: quia Sponſa, ſeu Eccleſia Sancta in ſe una eſt; multos tamen habet filios, quorum nomine loquitur, ex quibus multi jacent in profundo cœno peccatorum, pro quibus Sponſa, ſeu Eccleſia exorat, ut trahantur ad pœnitentiam, ac juſtitiam, ad quam habent quandam cupiditatis renitentiam; quæ reſiſtit charitati, & ſequelæ Sponſi, & ideo ad eum trahi debet. Tractus enim vim, ac violentiam ſignificat, trahi enim ſolent nolentes; & inviti, juxta illud.

*Ducunt volentem, nolentem trahunt.*

Hoc poſito ad propoſitam quæſtionem dico, quod Chriſtus vocans ſuos diſcipulos ait eis: *Venite poſt me*: quia voluntarios, ac ſpontaneos homines ad ſui ſequelam vocat, neminem cogit. Unde ipſe dicebat: *Si quis vult venire poſt me*, Matth.16. At Eccleſia, ut mater dolens multos filios ſuos in peccatis detentos, ac demerſos, poſtulat ut vi, ac efficacia divinæ gratiæ ab illis extrahantur ad ſalutares juſtitiæ, ac pœnitentiæ fructus. Unde Chriſtus D. loquens de converſione gentium; quæ ſedebant in tenebris, ac umbra mortis, dicebat Joan.6. n.44. *Nemo venit ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum*: Vi, nempe, ac efficacia gratiæ ſuæ. D.Auguſtin. ſerm.1. de verbis Apoſtoli, ait: *Non dixit, duxerit. Iſta violentia cordi fit, non carni. Quid ergo miraris? Crede, & venis: ama, & traheris, Ne arbitreris, iſtam aſperam, moleſtamque violentiam. Dulcis eſt; ſuavis eſt, ipſa ſuavitas te trahit.* *Homo in peccatis demerſus, multa vi divinæ gratiæ trahendus.* Matth.16. Joan.6. D. Auguſt.

Sub valde diverſis figuris, ac ſymbolis proponitur in Scriptura Nabuchodonoſor apud Ezechielem, & Danielem. Nam Ezechiel.c.17. n.3. de eo: *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum auctu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum.* Ipſumque ſub figura bovis introduxit, Daniel.4 n.30. *Ex hominibus abjectus eſt, fœnum ut bos comedit*: Quomodo tam diverſa ſpecies in eo agnoſcitur? Si aquila? cur & bos? Valde diverſimodè ſe habent hæc duo animalia. Aquila celeri, ac præpeti volatu aërem penetrat; Bos verò lento gradu terram terit: Si ergo Nabuchodonoſor velocitatem aquilæ denotat, quomodo tarditatem bovis etiam exprimit? Unde tam diverſi, ac contrarii motus? Dicitur ipſe *Aquila magnarum alarum, quia venit ad Libanum*: ſeu Jeroſolymam, ut explicant D.Hieronym. Rupertus, Hugo, Carthuſianus; diripiens ſacra vaſa Templi, civitatem deſtruens, omnia ſpolia ejus ſecum deferens. Species verò bovis in eo cernitur, cùm pro ſua ſuperbia ad pœnitentiam reducitur: *Donec cognoſcas, quod dominatur Altiſſimus*: Ecce hominum ingenium, quod ad rapinam, 10. Ezech.17. Daniel.4. D.Hieron. Rupert. Hugo. Carthuſ.

*Homines veloces ad rapinam, tardi ad pœnitentiam.* rapinam, ac furta aquilarum velocitatem æmulantur: At verò ad pœnitentiam, & viam ſalutis, figuram bovis induunt, qui tardo, & lento gradu incedit, ita ut neceſſe ſit aculeo pungi, ac excitari, aliter nec ſe movere vult, nec paſſum dare.

11. 3. Reg. 7. Adhuc in alia ſimili allegoria perſiſto: Dicitur 3. Reg. 7. n. 25. Quod fecit Rex Salomon in templo mare æneum, quod *ſtabat ſuper duodecim boves, è quibus tres reſpiciebant ad Aquilonem, tres ad Occidentem, tres ad Meridiem, & tres ad Orientem*: In mari illo æneo erant aquæ ad miniſteria ſacrificiorum Templi. At faciens, & componens Salomon magnificum ſuum thronum de ebore grandem, *Duo leones ſtabant ſuper manus ſingulas, & duodecim leonculi ſtantes ſuper ſex gradus, hinc atque inde*: 3. Reg. 10. 3. Reg. 10. n. 19. & 20. In templo ad fulcimentum maris ænei conſtituit boves. At ad ornatum, ac ſtabilimentum ſui throni apponit leones: Unde tanta diverſitas animalium in ſapientiſſimo Rege diſpoſita eſt. Et cur non potius in templo leones, & in throno boves, ſed vice verſa? Thronus index eſt regalis magnificentiæ, ac poteſtatis, ut author D. Auguſtin. lib. 4. de Civitate, Rupertus, & alii. Mare autem æneum adumbrabat fontem lachrymarum ac pœnitentiæ, ut tradunt Eucherius, Angelamus, Beda, de quo latè Ribeira de templo lib. 2. cap. 17. Ex quo nodus difficultatis jam extricatus eſt Reges, ac Magnates ſæculi ad ſuam poteſtatem tuendam, ac dilatandam ſunt tanquam feroces leones omnia deglutientes, ac devorantes. At ad ſalutares pœnitentiæ aquas ſunt valdetardi, ac moroſi, lento gradu tanquam boves incedentes, ita ut neceſſe ſit aculeo, ac ferro compelli, & agitari.

D. Auguſt. Rupertus. Eucherius. Angelamus. Ribeira. Beda.

*Homines pro temporalibus feroces, pro ſpiritualibus pigri.*

12. Pſalm. 67. D. Auguſt. Theodoret. Caſſiodor. Ait Regius Vates Pſalm. 67. n. 3. *Increpa feras arundinis*: per feras intelligit juxta D. Auguſtin. Theodoret. Caſſiodor. Gentiles ac peccatores degentes in mundano pelago vitiorum, & alluſio fit ad piſces maris: nam injecta arundine, ſeu canna ſuper aquas, hamo, ſeu unco eſca abſcondito, & velato expiſcantur piſces, & ex mari ad terram trahuntur. Ait ergo Regina Vates: *increpa feras arundinis*: Increpa, ut explicat noſter Incognitus: *argue, corrige* homines ferinis moribus deditos in pelago vitiorum demerſos leni, & ſuavi admonitione, & etiam ſi neceſſe fuerit, ut explicat Lorinus, per formidabilem, aut exitialem vocem timoris mortis judicii, ac inferni, ut inflicto dolore contritionis exundanti vitiorum voragine ad terram cœleſtem, ac promiſſionis extrahantur.

Incognitus. Lorinus.

*Duro aculeo extrahendi ſunt homines ad pœnitentiam.*

## Prædicans Jeſus in Galiæa.

MAtth. 4. num. 18. *Et circuibat Jeſum totum Galilæam, docens in Synagogis eorum*: quod totum uſque ad finem capitis habeo explicatum per ſeptem quæſtiones, tom. 2. in Evangelia cap. 9.

# CAPUT V.

1. VIDENS autem turbas, aſcendit in montem, & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus. 2. Et apariens os ſuum, docebat eos dicens. 3. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum 4. Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram 5. Beati, qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. 6. Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. 7. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. 8. Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. 9. Beati pacifici, quoniam Filii Dei vocabuntur. 10. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter Juſtitiam quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. 11. Beati eſtis cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos, mentientes propter me. 12. Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos eſtis ſal terræ. 13. Quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur ad nihilum valet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. 14. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita. 15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. 16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. 17. Nolite putare, quoniam veni ſolvere legem, aut Prophetas: non veni ſolvere, ſed adimplere. 18. Amen quippe dico vobis donec tranſeat cœlum, & terra, iota unum, aut unus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. 19. Qui ergo ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. 20. Dico enim, vobis, quia niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. 21. Auditis, quid dictum eſt antiquis: Non occides, qui autem



autem occiderit, reus erit judicio. 22. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehennæ ignis. 23. Si ergo offers munus tum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversùm te: 24. Relinque ibi munus tuum ante altare: vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. 25. Eſto conſentiens adverſario tuo cito, dum es in via cum eo: ne fortè tradat te adverſarius judici, & judex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. 26. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas noviſſimum quadrantem. 27. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis. 28. Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. 29. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. 30. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam. 31. Dictum eſt autem, Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, det ei libellum repudii, 32. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiſerit uxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari & qui dimiſſam duxerit, adulterat. 33. Iterum audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non perjurabis: reddes autem Domino juramenta tua. 34. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per cœlum: quia thronus Dei eſt. 35. Neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus: neque per Jeroſolymam, quia civitas eſt magni regis 36. Neque per caput tuum juraveris: quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum. 37. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. 38. Audiſtis, quia dictum eſt, oculum pro oculo, & dentem pro dente. 39. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: 40 Et ei, qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium. 41. Et quicumque te angariaverit mille paſſus, vade cum illo alia duo. 42. Qui petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne avertaris. 43. Audiſtis, quia dictum eſt, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. 44. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos & orate pro perſequentibus, & calumnianribus vos: 45. ut ſitis filii patris veſtri, qui in cœlis eſt, & ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper juſtos, & injuſtos 46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? 47. Et ſi ſalutaveritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt. 48. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.

*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

Hic incipit ſermo Chriſti in monte. *Verſ.* 1. docet Chriſtus octo Beatitudines Evangelicas. Latiſſimè explicavi tom. 2. in Ev. c. 10.

*Secundò V. 13.* Commendantur Prælati Eccleſiaſtici, Vos eſtis Sal terræ, Lux mundi tom. 1. in Evang. cap. 11.

*Tertiò, docet à Verſ.* 20. Suorum diſcipulorum juſtitiam debere abundare ſuper juſtitiam Scribarum, & Phariſæorum. tom. 2. cap. 12.

*Quartò, V.* 27. Explanat Chriſtus D. non tantum actum externum homicidii, adulterii, furti, ſed internam concupiſcentiam prohiberi, to. 2. in Evang. c. 14.

*Quintò, V.* 43. Dat admirabilem doctrinam de inimicis diligendis, tom. 2. in Evang. cap. 14.

---

## Commendantur Prælati Eccleſiaſtici.

### QUÆSTIO I.

*Quare Apoſtoli dicuntur à Chriſto Sal terræ?*

AIt Text. citatus, referens verba Chriſti, *Vos eſtis Sal terræ*... Quod citato c. 11. per quinque quæſtiones explicavi, & cur dicantur Sal. citata q. 5. viginti dedi rationes; & cum eos dicit Sal terræ, maximè in hoc ſuis diſcipulis explicavit munus Apoſtolicum, ut ait D. Hilarius: D. Hilar.

*Apoſtolorum officium, & ipſius Salis natura monſtravit: hoc igitur in uſum humani generis effectum, incorruptionem corporibus, quibus fuerat aſperſum, impertit:* Satis prudenter exiſtimat Hilarius Salis combinatione Apoſtolorum officium peridoneè adumbrari, in hoc enim toto niſu debent incumbere miniſtri Apoſtolici, ut à corruptione præſervent auditores ſuos: quæ autem ſit hujuſmodi corruptio, ac putredo, venuſtè explicat Richardus Victorinus dicens: *Satagamus noxios affectionum carnalium humores, voluptatumque putredines, adhibitis curationum congruarum medelis extirpare.*

*Officium Apoſtolicum eſt putredinem voluptatum curare.*

Richard. Victor.

2\. Secundò ait: *Vos eſtis Sal terræ:* & cur eos Sal dicit? In Sale tanquam per ſuum ſymbolum intelligit dicendam veritatis mordacitatem, ac auſteritatem, ne Reges, ac homines in corruptionem abeant, ex quo dicebat D. Syneſius lib. de Regno, ad Arcadium. *Te igitur ego, vel ſi ad ipſum moleſtè ſis laturus, ex eorum, qui ſervantur numero, eſſe volo. Nam carnes quidem acris, atque adſtrictoria Salis qualitas diffluere non patitur. Adoleſcentis verò Regis animus quocumque impetus ferat, pro poteſtatis licentia progreſſurus, verborum veritate cohibetur:* Veritas etſi mordicat, & inde ſibi habeat adverſarios, tamen ſuo aculeo triumphat, ut nunquam ſuperari valeat. Ait Pſalmographus, Pſalm. 61. n. 10. *Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in ſtateris, ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Nolite ſperare in iniquitate:* Valde mendaces ſunt filii hominum in appendenda qualibet re, cum totam ſuam ſpem ponant in malitia ſuarum falſitatum: & cur non ſperent homines mendaciſſimi in iniquitate ſuorum mendaciorum? Quando in mundo de mendacio vivitur? Quia veritas, & ſi occultari poſſit, nunquam tamen vinci poteſt, proinde illa tandem prodibit, & falſitatis decipientes pateſient, & ideo in illis non eſt ſperandum. D. Auguſtin. ait: *Nolite ſperare ſuper iniquitatem; vana eſt iniquitas, nihil eſt iniquitas, potens non eſt, niſi juſtitia. Occultari poteſt ad tempus veritas, vinci non poteſt, Florere poteſt ad tempus iniquitas, permanere non poteſt:* quod de mendacio futile eſt ſine permanentia, veritas exoritur, & prævalet, ac triumphat.

D. Syneſius. *Veritas, etſi mordicat, vincit.*

Pſalm. 61.

D. Auguſt.

3\. Tertiò: & cur Dominus ſuos prædicatores Sal dicit; quia ut jam dixi ex D. Hilario, Sal mordicans à corruptione præſervat, & ſi inde à ſuis auditoribus aliquod nocumentum inferatur; erant ipſi Doctores ſuis percuſſoribus, quod Sal eſt domibus eorum, qui læſæ Majeſtatis crimine obſtricti puniuntur, quorum domus Sale aſperguntur in ſupplicium inexterminabile. Rupertus lib. 4. de Gloria, & honore filii hominis, ait: *Dixit Sal, quo dicto, quid portendit, niſi vaſtationem hoſtilis terræ? legimus enim urbes quaſdam ira victorum Sale ſeminatas, ut nullum in ipſis germen oriretur. Sic ergo accipiendum eſt, ac ſi diceret: Omnis ſanguis juſtus effuſus, confluens cum ſanguine veſtro, ſic erit generationi iſti, tanquam ſeminario Salis, ut ſit ſterilis, & nullius boni ferax germinis:* Contemnens populus Sacerdotale regimen Samuëlis, dixit ei: *Conſtitue nobis regem, ut judicet nos, ſicut univerſæ habent nationes:* 1. Reg. 8. num. 5. Et quid talis contemptus in Sacerdotem peperit, & quid ex eo lucratus eſt populus? Ex Dei mandato, ait Samuël ibidem n. 11. *Hoc erit jus regis, qui imperaturus eſt vobis: Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis... Filias veſtras faciet ſibi unguentarias... Agnos quoque veſtros, & vineas, & oliveta tollet:* & cur tam diro tyranno tradantur? Deſpectus Sacerdotis, qui eos ducebat in viam ſalutis, hoc eis attulit. D. Cyprian. epiſtol. 65. *Cum Samuël Sacerdos à Judæorum populo ob ſenectutem contemneretur, exclamavit iratus Dominus, & dixit:* Non te ſpreverunt, ſed me ſpreverunt, *Et ut hoc ulciſceretur, excitavit eis Saulem Regem, qui eos injuriis gravibus affligeret, & per omnes contumelias, & pœnas ſuperbum populum calcaret.*

Rupertus. *Contemptus prædicatorum multa mala parturit.*

1\. Reg. 8.

D. Cypr.

4\. Quartò: *Vos eſtis Sal terræ:* ſuos Apoſtolos, quos totius orbis Principes, ac Prælatos conſtituebat Dominus, cum Sale confert, & ſatis communis eſt ſolutio, quia Sal ſapientiæ ſignum importat, ſapientiæ multa alia erant ſymbola, cur hoc ex typo ſalis deſumpto propoſuit, quia inſtar Salis condimentum in ſuis prælatis exoptabat Dominus. Modica Salis portio cibos condit, ac optimè ſaporiferos reddit, at vero ſi multum Salis adhibeatur, amaritudinem generat, acredinem producit, ut cibus guſtui minime inſerviat. Prælati inſtar Salis mediocritatem ſequantur pro condimento, ne in ſuo munere multùm exorbitent, vel deficiant, Chriſtus D. ferventiſſimus in procuranda ſalute animarum; & tamen non volebat ut ſui diſcipuli ſemper huic negotio inſtarent, ſed ut etiam aliquando requieſcerent. Marc. 6. n. 31. Dicebat Jesus diſcipulis ſuis: *Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum, Erant enim, qui veniebant, & redibant multi.*

*Prælatus intendat mediocritatem.*

5\. Quintò: *Vos eſtis Sal terræ,* quid habet Sal, cum quo Dominus ſuos diſcipulos comparat. Sal non eſt ſuavis, & dulcis, ſed ſua acredine pungit, & non demulcet. Sic & concionatores Divini verbi, efficacia cœleſtis doctrinæ graviter terreant animos, & non compoſitis verbis mulceant, nec auditorio collecto critica ad ſonorum, ſed fortia ad ſalutem effundant; ex quo monet D. Cyprian. lib. 2. epiſtol. 2. *Accipe non diſerta, ſed fortia; nec ad audientiæ ſæcularis illecebram fucata, ſed ad divinam indulgentiam prædicandam, rudi veritate ſimplicia.* Valde fortes in dicendo, ac audaces in agendo homines vult, quibus non lyras, ſed tubas tribuit Magiſter Deus. Sic Iſaiam ad officium veri dicendi urget, cap. 57. num. 1. *Quaſi tuba exalta vocem tuam:* Oratoribus apprime inſtructis addit Jeremias 6. num. 9. *Audite vocem tubæ,* Angelis utique magiſtris Apoſtolicis, *Datæ ſunt illis ſeptem tubæ:* quibus animos & terreant, & non lenocinanter mulceant, Apoc. 8. n. 2.

*Prædicator pungat, & non demulceat Auditores*

D. Cyprian

Iſai. 57.

Jerem. 6.

Apoc. 8.

6\. Unde maxime diſciplicet Deo modus prædicandi criticus, qui non eſt proficuus ad utilitatem, ac ſalutem animarum, ſed tantum ad ſonum, & inde fœcunditate verborum ad obſcuritatem. Ait Deus per Iſaiam cap. 8. n. 1. *Sume tibi librum grandem, & ſcribe ſtylo hominis:* Quid hoc loco Deus velit, optime docet D. Hieron. ſcribendum, ſcil. ac dicendum *ſtylo quo homines loqui ſolent,* &c. locum adhuc ulterius premit Lyra, ut ſciat concionator ſapientibus, & inſipientibus eſſe debitorem; & ita ait: *ſtylo hominis, ita ut quilibet homo etiam parum literatus, legere poſſit, & intelligere.* Qui ſermonem comit accuratè: ſtylum obſcurat; à quo morbo alienum Sacerdotem voluit Moyſes, cum palliolo ad pectus appenſo inſcripſit *Doctrinam, & veritatem:* Exod. 28. n. 30. Hebraicè habetur: *illuminationes, & perfectiones.* Ubi maximè notandum, doctrinam veri cum illuminationibus conjunctam eſſe, ne quis rerum ſacrarum orator cura dictionis poliendæ tenebras effundat auditoribus. Philo lib. Quis hæres, ait: *Quapropter Moyſes ſummum Pontificem claritatem ornat, & veritate volens perſpicuam, ac veracem eſſe boni viri orationem.* Non quærit Moyſes in ſacro morum magiſtro dicendi lenocitatem, ut placeat, ſed ut liquido exponat, quidquid animo concipit ad ſalutem auditorum.

*Verus magiſter dicat liquidò, & non obſcurè.*

Iſai 8.

D. Hier.

Lyra.



Hebræus.

Philo.

## Quæstio II.

### *Quare Chriſtus D. ſuos Apoſtolos, non ſolùm comparat Sali, ſed etiam luci?*

7\. Illud maximè nota, in exordio hujus Evangelii loquitur Chriſtus D. cum ſuis diſcipulis in plurali: *Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi:* & in fine loquitur in ſingulari; *Qui autem fecerit, & docuerit:* in quo meritum faciendi, operandi, ac docendi denotatur; at verò in Sale, & Luce innuitur ſplendor dignitatis, & ſi multi appetant ſplendorem dignitatis, unus, & rarus eſt ad meritum, ut ait Paulus 1. Cor. 9. n. 24. *In ſtadio omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium:* Ad dignitates omnes currunt, ſed illius unus eſt dignus. Aliter juſti ad dignitates moroſi, hinc ad coronam tripliciter vocatur ſponſa. *Veni de Libano Sponſa mea, veni de Libano, veni coronaberis:* Cantic. 4. n. 8. Tamen ad merita nullo vocante vadit: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Cantic. 4. n. 6. Ubi merita mortificationis denotabantur.

*Ad dignitates multi ad merita unus.*

1\. Cor. 9.

Cantic. 4.

8\. Ad quæſtionem ait Chriſtus in præſenti ſuis diſcipulis: *Vos eſtis ſal terræ: vos eſtis lux mundi:* non ſolum eos confert cum Sale? ſed etiam cum Luce, quod latè explicavi citato cap. 11. q. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Prius eos dicit Salem, deinde Lucem. *Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi:* Nam eos dicit lucem propter doctrinæ verba, ſalem propter operationem; quia ſuis documentis, vita, ac opere præſervant à corruptione, ac pravitate morum: loqui, & operari, maximè pertinet ad munus Doctoris Evangelici. Ait Regius Vates Pſalm. 44. n. 1. *Eructavit cor meum verbum bonum:* qui eructat, plenum habet ſtomachum, & non inanem, prius ille habebat cor plenum juſtitia, ac charitate: deinde verba ad alios docendos proferebat. D. Bernardus ait: *Ut oſtenderet, quod de plenitudine eructaret, non oſcitaret de inanitate.*

*Prædicator doceat prius opere, poſtea verbis.*

Pſal. 44.

D. Bernard.

9\. Secundò: per Salem ſignificatur vis, & efficacia ad diſſipanda, ac deſtruenda vitia, ut jam in ſuperiori quæſtione notavi ex D. Hilario; at qui etiam eadem efficacia, & virtus ad mala propulſanda adumbratur in luce, ut docet idem Hilarius, dicens: *Mundus extra recognitionem Dei poſitus, obſcuris tenebatur ignorantiæ tenebris, cui per Apoſtolos ſcientiæ lumen invehitur.* Cur ergo eadem vis malorum depulſatrix duplici ſymbolo ſignificatur? Si illa virtus demonſtratur in Sale, ad quid ultra exprimitur in luce? Quia non per omnia vult. Dominus, ut ſui diſcipuli ſint ſimiles Sali, ſed aliquid etiam habeant à luce. Sal ita condit alia, ut ipſe in condiendo pereat: ſibi invehitur malus, ut aliis bonus ſit. At lux ita ſordidiſſima, ac turpiſſima loca illuminat, ut nullas ex tali illuminatione contrahat ſordes, ac maculas; ſemper tamen conſervatur pura. Tales exoptat Dominus diſcipulos ſuos; ut putrefacta vitia hominum curent, abſque eo quod ex hoc aliquod ſibi nocumentum, vel damnum contrahant, ut lux illuminat, participent Diſcipuli à ſale corruptioni mederi, accipiant à luce ſine ſui inquinamento aliorum ſordes tractare, ac attingendo inviſere: optimè aliorum malis providemus, dummodo ab illis ſimus alieni; & illis non coinquinemur.

D. Hilar.

*Prædicatores intendat extirpare mala abſque ſui inquinamento.*

10\. Graviter reprehendit Samuel Saülem ob ſacrificium indebite ad ipſo peractum, & ſtatim ſubdit Text. 2. Reg. 13. n. 25. *Surrexit Samuel & aſcendit de Galgalis in Gaba Benjamim.* Cur tam cito diſcedit, & non ibi aliquantulum moratur, ne Regis converſatione, cohabitatione, menſa pollueretur. Præſtitit Propheta officium Doctoris in reprehenſione exhibenda; fugit & evitavit, ne tam ab iniquo Rege aliquod exhauriret inquinamentum. Appoſitè D. Gregorius Magn. ibi ait: *Quid ergo ſignificat, quod de Samuele dicitur, ſurrexit, & aſcendit; niſi quod in perfectioribus viris aſpicimus, qui ſic noſtra inquinamenta reſpiciunt ut ab eis nequaquam ſordidentur.*

1\. Reg. 13.

*Prædicator exerceat ſuum munus ſine ſui inquinamento.*

D. Gregor.

11\. Tertiò: ad proximum dubium comparantur Apoſtoli cum ſalè, & luce, ut in exercendo officio Apoſtolico aliquid de utroque participent. Sal condit alia, ita tamen ut ipſe condiendo pereat, & extinguatur; lux verò ita ſordida, & immunda illuminat, ut ex illuminatione nullas contrahat ſordes, nihilque de ſui nobilitate perdat. Talis & ſit miniſter Evangelicus, ſi occaſio poſtulaverit, vitam pro ſuis effundat: ita tamen abſque diminutione ſplendoribus ſui nominis, & famæ; vitam libenter pro ſuis in manibus inimicorum tradat, ita tamen illæſa perſiſtat nobilitas nominis, ne aliqua obfuſcatione obtenebretur.

*Prælatus pro ſuis det vitam ſine ſui honoris detrimento.*

12\. Inter multas Chriſti ad patrem orationes, duæ ſunt valde celebres. Una in horto, dum pro converſatione vitæ, & morte fugienda exorat, dicens: *Pater mi, poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte; verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu:* Matth. 26. n. 49. Quæ oratio non fuit exaudita à Patre. Altera oratio edita fuit à Chriſto in cœnaculo; cum ait: *Nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate, quam habui priuſquam mundus eſſet apud te:* Joan. 17. n. 5. Quæ verba ſic appoſitè explicat noſter Divus Cyrillus Alexandrinus. Et ait: *Nunc clarifica me tu pater, &c. Quoniam, ô Pater homo factus, id ſolum eſſe hominibus videtur, nec cognitus ſum coæternus tibi eſſe. Tu, id eſt, talem opinionem, atque fidem hominibus de me largiaris, qualem ha-*

Matth. 26.

Joan. 17.

D. Cyrill.

*berent cedentes me apud te ſemper fuiſſe, etiam antequam mundus eſſet.* Ecce ex mente D. Cyrilli Chriſtus poſtulat à Deo Patre, ut bonam opinionem, atque egregiam exiſtimationem de ſe ingerat hominibus: *talem opinionem, atque fidem hominibus de me largiaris*: quæ oratio, utpote efficaciter facta, exaudita fuit à Patre, juxta illud Joan. 12. n. 28. *Clarificavi, & iterum clarificabo*: Quid eſt quod dum Chriſtus orat pro propria vita, orat voluntate conditionata. *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*: At veluti quadam velleitate, ad oſtendendam veritatem naturæ humanæ; at cum deprecationem facit pro opinione nominis ſui, ac claritate, & exiſtimatione ſui honoris, ac claritatis, quam habuit apud Patrem, antequam mundus eſſet; efficaci, & abſoluta voluntate ad Patrem orat; quia & ſi meus Jesus pro omnium ſalute voluit vitam dare, tamen eximium ſplendorem ſuæ nobilitatis nullo modo voluit obnubilari: vita decidat, intacta tamen permaneat ingenita nobilitas, inde magis ipſa irradiat, & clareſcit.

Joan. 12.

*Chriſtus pro nobis dat vitam ſine læſione ſui nominis.*

## Quæstio III.

### *Quænam eſt lux iſta, cui Dominus comparat ſuos Diſcipulos, cùm eis ait:* Vos eſtis lux mundi?

13. Ait Chriſtus Dominus ſuis miniſtris Evangelicis: *Vos eſtis lux mundi*: Quænam eſt iſta lux, cui Diſcipuli comparantur? Eſt ne forſitan lux Lampadis, vel Candelæ? minimè; nam talis lux reſpondet conſumptione olei, vel ceræ; lux autem Apoſtolica nullius diſpendio fulget. Eſt ne forſitan lux diei, vel Solis, ut communiter dicitur? tamen hoc non poteſt ſtare; nam lux Solis, quamvis magna, & præclara lux ſit, ſplendet die, nocte verò, ac crepuſculo deficit: lux autem Evangelica, in nullo tempore, vel momento diſparet, ſed ſemper irradiat, & ex hoc etiam principio hæc lux, nec eſt Lunæ, nec auroræ, quia hæ die obſcurantur. Quæ ergo lux eſt iſta, de qua Evangelium loquitur?

*Difficultas quæſtionis.*

14. Dico ad quæſtionem, quod hæc quædam lux eſt eminentiſſima, quæ eſt lux Solis, Lunæ, Auroræ, ac Stellarum. Lux Evangelica eminentiſſimè has omnes luces in ſe continet. Loquens Eccleſiaſticus de Sancto Pontifice Simeone, ait de illo cap. 50. n. 6. *Quaſi ſtella matutina, quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet, quaſi Sol refulgens*: ſeu ut alii legunt, *ardens*; *ſic iſte effulſit in templo Dei*: Si ergo Sanctus Pontifex combinatur cum Sole, qui eſt luminare majus, ad quid etiam confertur cum minoribus, Luna, & Aurora: Summus Pontifex Innocentius III. ſerm. 2. de Aſſumptione, ait: *Luna lucet nocte, aurora in diluculo, Sol in die*: Magno cum fundamento comparatur Pontifex cum Sole, Luna, Aurora. Sol præclariſſima luce die fulget, nocte verò abſconditur; Luna præclara noctis lux, die verò diſparet: Aurora præclariſſimè in diluculo ſcintillat; die tamen, ac nocte viduata ſuis radiis incedit. Merito ergo inde aſtruitur, quod Prælatus evangelicus ſe habeat veluti Sol, Luna, & Aurora; nam in omni momento, inſtanti, ac temporis differentia, debet aſſiſtere, fulgere, ac reſplendeſcere ſua perſona, vita, exemplo, ac doctrina, itaut nunquam deficiat, ac deſit, ſive die, ſive nocte, ſive matutino tempore.

Eccleſ. 50.

Innoc. III.

*Præclarus Eccleſiaſticus lux eminentiſſima Solis, Lunæ, & ſtellarum.*

15. Verus Prælatus ſit tanquam Sol claritate ardens erga Deum, & erga proximos, ut omnes Deum agnoſcant, & adorent. Magno amoris affectu Anima Sancta ſuum dilectum Chriſtum Jesus quærebat dicendo: *tenui eum, & non dimittam, donec introducam in domum matris meæ.* Canticor. 3. n. 4. non ut ibi ab eo diſcederet, ſed ut efficaciùs, ac per omne tempus ejus præſentia frueretur, ut ibi notant D. Gregor. Caſſiodor. Philo Carp. Jacob cum luctaretur cum Deo, eique eſſet dictum à Domino, quod jam erat tempus ceſſandi à lucta, tunc ait: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi*: Geneſ. 32. n. 26. Jacob ut dimittat Deum, pactum interponit: *niſi benedixeris mihi.* Anima verò Sancta omnem interventionem excludit, & abſolutè: *Non dimittam te.* Jacob quamvis Vir juſtus, benedictionem, & ſub ea bona temporalia intendebat; ut anima Sancta Dei charitate vulnerata: *Vulneraſti cor meum*: nihil aliud intendebat niſi tantum ſuum ſponſum, & ideo ſine pacto abſolutè dicebat: *Non dimittam te:* nam ut rectè ait D. Bernard. *Non dimittam te, nolo benedictionem tuam, ſed te*: Jacob benedictione obtenta, dimittere Dominum diſponebat; minimè verò Sponſa, quia ipſum ſolum quærebat, ut ſubdit, *donec introducam in domum matris meæ*: Cur non in propriam domum, quam ipſa habebat; ut notat Ghiſlerius, ſed in domum genitricis ſuæ; quia Anima Sancta ita exoptabat ſuum dilectum, ut non ſolum ſibi eſſet, ſed etiam omnibus fratribus ſuis, & amicis, ac cognatis, & ideo deſiderabat introducere non in domum peculiarem, ſed communem omnibus, ad quam univerſi aditum habuiſſent.

Cantic 3.

D Gregor. Caſſiodor. Philo Carp.

Geneſ. 32.

D. Bernard.

*Juſtus ſolum vult Deum & non alia: hoc non ſibi tantum, ſolemnibus.*

Ghiſlerius.

16. Verus Prælatus ſit tanquam Luna plena, quæ habet hanc excellentiam, quod in tenebroſo horribili noctis, cum omnia te deſunt, ac gravem metum incutiunt, & te undique terrificant, illa tibi favorabiliter aſſocians te illuminat, cuſtodit, ac dirigit, ait Regius Vates Pſalm. 88. n. 38. *Luna perfecta in æternum. teſtis in Cœlo fidelis* Luna eſt teſtis fidelis Divinæ Providentiæ, ejuſque Divinæ bonitatis: & cur non potius hoc præſtabit Sol, ſed Luna? Angellomus, *teſtis fidelis divinæ gratiæ*: Nam Luna in denſiſſima caligine noctis; quando homo ab omnibus eſt viduatus, pavore, ac horrore plenus, ipſa tunc benignè tibi adeſt, illuminans, protegens, ac cuſtodiens ab omni adverſitate, teſtis fidelis Divinæ Providentiæ, ejuſque bonitatis; nam quanto quis eſt magis ab omnibus deſtitutus, in magnoque rerum diſcrimine verſatur, tanto magis ſibi vendicat divinam protectionem, ut eum dirigat, illuminet, ac cuſtodiat, cujus naturam maxime debet prædicator, ac Præſul imitari.

Pſalm. 88.

Angellomus.

*Verus Prælatus dirigit ac protegit.*

18. Ait Dominus ad Jeremiam cap. 1. n. 17. & 18. *Loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi; ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in*

Jerem 1.



*in columnam ferream, & in murum æneum ſuper omnem terram Regibus Juda*, &c. Ecce Jeremias conſtituitur à Deo prædicator ſuper omnem terram: *loquere ad eos*: Et ad hoc conſtituitur Jeremias fortiſſimus contra omnes adverſarios; primò, ut Civitas munita, quæ ſe optimè propugnat; ſecundò ut columna ferrea, quæ omnia onera ſibi impoſita ſuſtinet. Tertiò quaſi murus æneus: *& in murum æneum*: qui bellica tormenta ſine læſione fert, & repellit; ſic Præco Dei, & Paſtor bonus ſit murus æneus ſuos cuſtodiens, & defendens ſono, ac tinnitu prædicationis, ac exhortationum ſalutarium, quibus ſuos prædicator cuſtodit, ac protegit ab adverſariorum tentationibus, tanquam à telis acutiſſimis, ut ſalvi, & ſecuri conſtituantur. Cardinalis Hugo ait: *Dicitur murus æneus per defenſionem ovium à lupis, quod facit zelus juſtitiæ; æneus verò per ſonum prædicationis; niſi enim Sacerdos intret tabernaculum cum ſonitu tintinnabulorum, morietur:* Exod. 28.

*Doctor docendo, & prædicando ſuos cuſtodiat ab omni malo.*

Hugo.

Exod. 28.

18. Prælatus, ac Doctor ſit tanquam ſtella quæ ducit ad Chriſtum, ut notat Rabbanus, & præſtitit ſtella Magorum, & ſit tanquam non ut quælibet ſtella, ſed ut ſtella matutina, & aurora, quæ exurgens denotat advenientem Solem: ſic & Doctor ſua Doctrina denotet Chriſtum jam advenientem in anima. Epiſcopo Thyatiræ dicitur: *Dabo illi ſtellam matutinam*: Apocalypſ. 3. n. 28. Chriſtus eſt ſtella matutina, ut ibi ex multis explicavi tom. 1. in Apocalypſ. q. 67. n. 543. Dicitur ſtella matutina ſicut & 22. Apocalypſ. n. 16. ut rectè explicant Beda, Anſbertus, dicentes *Chriſtus ſtella matutina, qui in tenebris noctis noſtræ apparuit, quia fugata caligine peccati, æternum nobis mane nuntiavit; unde & Apoſtolus clamat: Nox præceſſit, dies autem appropinquavit*: ſic ad Chriſti imitationem prædicator eſt ſtella matutina, potius quam quæcunque alia ſtella; nam ſicut ſtella matutina ſuis radiis fugat tenebras noctis, & annuntiat propinquantem Solem; ſic & prædicator radiis ſuæ doctrinæ fugat, ac propulſat tenebras peccatorum, & Chriſtum advenientem in animam denuntiat, & ideò Rupertus, & Hugo, qui ait: *per ſtellam matutinam intelligo optimum prælatum*: qui ut ſtella matutina fugatis tenebris annuntiat venientem Solem Juſtitiæ.

Rabbanus.

Apoc. 3.

Apoc. 22. Beda Anſbert.

*Prædicator ſua doctrina expellat tenebras peccatorum, & annuntiet Chriſtum.*

Rupertus Hugo.

## Quæstio VI.

### *Quare Chriſtus D. appellans ſuos Diſcipulos lucem mundi, ſtatim eos confert cum lucerna accenſa, quæ uni tantum domui prælucet?*

19. Honorans Chriſtus D. ſuos diſcipulos, ait eis: *Vos eſtis lux mundi*: & non poteſt abſcondi civitas ſuper montem poſita, & ſtatim adjungit: *Nec accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt*: quæ non multùm inter ſe cohærere videntur; nam lux mundi ex ſuo munere habet diffundere ſe per totum orbem: at lucerna poſita ſuper candelabrum, hoc tantum vendicat, ut uni domui dumtaxat præluceat: quomodo ergo Chriſti diſcipuli dicuntur lux mundi, & lucerna ſuper candelabrum.



20. Reſpondeo primo, quod his denotatur, quod Vir Apoſtolicus tanto affectu, ac charitatis ardore intendat illuminare unam domum, ac totum orbem, ac ſi una anima ſit illi tam chara, ac totus orbis nec minus laboris impendat pro lucranda una anima, ac pro omnium univerſitate. Vide quæ dixi tom. 3. in Evangelia, cap. 26. quæſt. 2. n. 13. & cap. 29. n. 73. & tom. 4. cap. 26. quæſt. 6. n. 40. & cap. 35. quæſt. 18. n. 155

*Perfecta charitas idẽ exhibet pro omnibus, ac pro uno.*

21. Secundò: Reſpondet D. Auguſtin. tract. 23. in Joannem, & ait: *Cum diſcipulis diceret Jeſus: Vos eſtis lumen mundi, ne ſibi aliquid tributum putaret, quod de ſolo Chriſto intelligendum eſſet, ſicut lucerna vento ſuperbiæ extinguerentur cum dixiſſet: Vos eſtis lumen mundi, continuo ſubjungit, nec accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt*: Chriſtus magnificam ſuam charitatem erga diſcipulos oſtendit, dum præclariſſimum ſui elogium, quod ſit lux mundi, cum eis commune conceſſit, & ne ex tanta honoris celſitudine, *Vos eſtis lux mundi*: aliqua vanitatis glorioſa ſubreperet, ſtatim reſtringendum fuit ad lucernam domus; *Ne lucernæ vento ſuperbiæ extinguerentur*: Ne ergo diſcipuli vanæ gloriæ obnoxii ex tanta dignitate conceſſa, *Vos eſtis lux mundi*: æqualitatem cum Chriſto æmularentur; *aliquid tributum putarent, quod de ſolo Chriſto intelligendum erat*: ſtatim reſtringentur, cum dicuntur, ut lucernæ in domo, quæ facilæ uno flatu venti extinguitur, ut inde admonerentur, ne tanta dignitatis gloria, vanitatis flatu periret, ac deperderetur.

D. Auguſt.

*Munus à Deo acceptũ cuſtodiendum, ne vanitate pereat.*

22. Ait Propheta Habacuc cap. 3. n 16. juxta Septuaginta: *Cuſtodivi, & expavit venter meus? à voce orationis labiorum meorum*: Nota illud *Cuſtodivi.* Antequam Propheta labia moveat in oratione, antequam aliquod donum pavendum, ac venerandum ex Divina largitate accipiat; primò omnium ad intimam cuſtodiam, ac os clanſum ſe præparat: *Cuſtodivi*: Ne aliquid tantum exterius appareat. Cur oraturus tanta cuſtodia ſe communiit, ac accingit? Optimè ille ſciebat Divina dona ſua publicatione, ac manifeſtatione deperdi, ac magnam ſui jacturam facere; & ideo cum ad orationem ſe diſponit, ſimulque divinum aliquid accipiendum, prius ſe undique claudit, ac omnem obturat aditum, ne aliquis vanitatis flatus ingrediatur ad omnium ruinam, & jacturam, ut prima hominum parens dum Divina mandata evulgat, in magnum præcipitium ruit. D. Chryſologus ſerm. 67. & ait: *Cuſtodivi, & expavit venter meus à voce orationis labiorum meorum: Poſtquam divini numinis ſenſerat largitatem, cuſtodivit ſe, ne ſe hoſtem, ne inimicum, ne latronem ſe iterum ſicut in Paradiſo, ſuſtineret.* Dum Prima parens cuſtodivit in pectore divina eloquia, in innocentia perſeveravit: at dum ſerpenti declaravit, *Præcepit nobis Deus, ne comederemus, ne tangeremus*: omnia mulier perdidit, ſicut perdunt illi, qui incidunt in latrones, ac crudeliſſimos hoſtes; & ideo cautior

Habacuc. 3. Septuag.

*Dei donæ dum publicantur pereunt.*

D. Chryſ.

Propheta ad divina dona excipienda ori fræna adhibet, ne aliquid publicaret.

23\. Cum Rex Saül prævaricatus fuiſſet Domini præceptum in Amalecitarum excidio, optimis malè avarus parcens, ut ea poſſideret, Samuël Divinam indignationem, ac ſui Regni terminationem, *abjecit te Deus ne ſis Rex.* Quo ille maximè commotus ait: *Peccavi, ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei & coram Iſraël*: 1. Reg. 15. n. 30. Peccavi, dixit Saül, quo & divinam iracundiam mitigare poterat, & veniam obtinere, & utrumque regnum, tam æternum, quam temporale, ſibi firmare, tamen illud *Peccavi*, dum honoris ſtudio elicitur, ultimum Saülis excidium conſummavit. Galfridus ibi apud Tilmanum. Sic ait: *Peccavi? ſed nunc honora me. Væ miſero, quia non perſtitit pro indulgentia ſupplicans, & exorans. Viciſſet enim, audeo dicere, & Divinam flexiſſet iram; & ſententiæ retractationem obtinuiſſet, ſi in fletibus perſtitiſſet; ſed quam cito miſerum invenit de ſua reprobatione ſolatium; ut honorem retineret humanum*: Miſer, & verè Miſer, quia *Peccavit* quo alii dum intimo in corde abſcondunt: ſummam ſalutem negotiantur; ipſe modica honoris externa vanitatem omnium mercatur jacturam: *Peccavi: ut honorem retineret humanum.*

2\. Reg. 15.

Galfridus.

*Saül vanitatis ſtudio omnia perdidit.*

---

## Quæstio IV.

### *Quare Christus D. in præſenti præcipit ſuis Diſcipulis, ut eorum opera luceant coram hominibus, cum infrà hoc probibeat?*

24\. Ait Chriſtus D. in præſenti: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt*: & tamen infrà, cap. 6. n. 1. & 5. monet ſuos: *Attendite, ne juſtitiam veſtram facias coram hominibus, ne videamini ab eis*: quam difficultatem late expendi citato cap. 51. q. 21. 22. 23. & ratio genuina eſt, ut opera fiant, non propter glorioſam noſtram, ſed propter gloriam, & honorem Dei, & cum omnia ibi dicta ſint; ad majorem doctrinam.

Matth. 6.

25\. Et primò valde mirum eſt, cum Chriſtus D. in præſenti de doctoris, ac Prædicatoris munere agat, cujus officium linguæ, ac oris eſt negotium; tamen Chriſtus D. ait in præſenti: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona*: & quænam ſit lux iſta, quæ lucere debet coram hominibus, ipſe Dominus explicat: *ut videant opera veſtra bona*: Non ait Dominus, ut vox veſtra compoſitè reſonet in auribus, veritatem proclamet, pœnitentiam reſonet: ſed ſic lux veſtra luceat, ut virtutes irradiet, ac tota vita juſtitiæ, & honeſtatis fulgorem emittat, & nullum de verbis verbum facit. Nam ait Peluſiota lib. 1. epiſt. 46. *Actiones ſermonibus haud indigent*: Vita ipſa bene, & rectè ordinata, ac bonum exemplum, vivus, & efficax ſermo eſt, & de decore propriæ vitæ, ſermo elegantior, ac venuſtior prodit. Emiſſenus ait: *Major eſt ſplendor operis, quam ſermonis, inde non ait; ut audientes veſtrum bonum ſermonem glorificent Patrem veſtrum. Sed quid ait? Ut videntes veſtra bona opera glorificent Patrem.*

*Prædicator potius agat de vita, quam de ſermone.*

Peluſiota.

Emiſſenus.

26\. Secundò: quid eſt, quod Chriſtus D. præcipit, ut opera noſtra bona luceant coram hominibus, cum inde ſint expoſita magno vanæ gloriæ periculo provenienti ex intuentium oculis: Tamen perfecta virtus conſcientiæ metu, ac ſtimulo ſui ſecura eſt, & omne periculum excludit. D. Zeno ſerm. de Juſtitia ait, *Vera juſtitia præter cæteras virtutes, tota ſe ad alienas utilitates colligit, atque explicat, ſciens quid Deo principaliter debeatur, nil ſibi ipſa conſilians*: fideliter Deo ſtudet ſervire, non ſibi, ſicque ab omni alieno intuitu præcavet, ut in nullam cenſuram incidat. *Sic tamen, ut ſentiri ſe magis cupiat, quam videri: plane cauta, ne quam declinet in partem, ne in aliquo ſe ipſam reprehendat.* Expende præclaram ſententiam: *Ut ſentiri ſe magis cupiat, quam videri*: Vera virtus potius ſentienda eſt opere, modeſtia, humilitate, charitate in Deum, ac proximum, quàm videnda eſt aliorum oculis, & ſic conſcientiæ metu cauta eſt, ut ita perluceat, ut nihil ſibi proprium relinquat, ſed omnia ſine ulla jactantia Deo refert; ſicque omnem ſuam virtutem occultat, & abſcondit. Vide ſup. n. 23.

D. Zeno.

*virtus prudenti cautela à vana gloria cuſtodienda.*

27\. Poſtquàm Pharao vidit ſomnium de ſeptem bobus, & ſeptem ſpicis & nullus eſſet ex ſapientibus Ægyptiorum, qui interpretationem poſſet reddere: vocatus Joſeph ait Regi Pharaoni: *Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni.* Geneſ. 41. n. 16. Bene poterat Joſeph ſuam ſcientiam, ac ſapientiam oſtentare dicens, & ſi tui conjectores, ac ſapientes de hac re nihil valuerunt dicere; Ego autem veram interpretationem proferam, nihilominus hanc gloriolam nullo modo ſibi arrogat, ſed ait: *Deus abſque me*: id eſt ſine meo interventu, me non interveniente, *reſpondebit Pharaoni*: Non ait, reſpondebit mihi, ut ego dicam Pharaoni, ſed reſpondebit Pharaoni; tanquam miſerans ejus ſolicitudinis, ac curæ, & ita nihil ſibi arrogat, ut omninò alienus ab omni vana gloria, quæ omnium bonorum eſt ſpoliatrix. D. Baſil. Magnus in Conſtit. Monaſtic. cap. 11. & ait: *Fugiamus inanem gloriam dulcem ſpiritualium operum ſpoliatricem, tineam virtutum, blandiſſimam bonorum noſtrorum deprædationem, tandemque mortiferi hominum poculi porrectricem* De his multa variis in locis.

Geneſ. 41.

*Maximè vigilandum, ne vana gloria ſubripiat noſtra bona opera.*

---

## Inimici diligendi.

## Quæstio VI.

### *Quare cum idem ſit Dominus Deus utriuſque Teſtamenti, tamen mandatum de diligendis inimicis, tantum in lege Evangelica expreſſè declaratur, ac mandatur?*

28\. Odium inimicorum ſemper in omni lege fuit prohibitum, ac vetitum, ut latè oſtendi citato c. 14. q. 1. n. 5. & 6. ac ſeqq. tamen hoc mandatum de diligendis inimicis, eiſque benefaciendo expreſsè, ac apertè declaratum eſt in lege nova à Chriſto D. ut ex Sanctis Patribus ac communi ſententia dixi eodem cap. 14. q. 4. n. 33. 34. 35. Quæſtio eſt cum idem Dominus Deus utriuſque teſtamenti, idemque Dominus Deus qui legem antiquam dedit: & novam per evangelium promulgavit. Cur ergo idem Deus antiquis nullum fecit verbum de diligendis, ac benefaciendis inimicis, ut modò in hac lege Evangelica præcipit?

Status quæſtionis.



29\. Reſpondeo: Antiquitùs Deus ſic uni populo ſuo ſe communicabat, & ſic erat addictos ei, ut ſua beneficia ei tantum videretur conferre, nullo modo permittens ad extraneos, ac alienigenas tranſire. At verò modò poſt Chriſti adventum omnibus, tam Judæo, quam Græco ipſe ſe præbet, in omneſque ſua beneficia expendit, ac elargitur. Et ideo quandiu ſuo populo electo, ac dilecto ſingulariter attendebat; abſtinuit ſe aliquid de alienis mandare, ut nunc facit, quando omnes, tam ſuos, quam alienos fovet, ac ſuis beneficiis recreat, ac implet. Tertul. libr. 4. Contra Marcion. ait: *Creator ſecundum naturæ ordinem primam in proximos docuit benignitatem, emiſſurus eam poſtea in extraneos, & ſecundum rationem diſpoſitionis ſuæ primo in Judæos, noſtra in omne hominum genus: Ideoque quandiu intra Iſraëlem erat ſacramentum, merito in ſolos fratres miſericordiam mandabat*: O præclariſſimus mundi gubernator, totiuſque gubernationis illuſtriſſimum exemplar! non requirit in aliis, quod non facit ipſe; ſed tunc ſolum rem fieri ab aliis mandat, quandiu eam ipſe exhibet; & hac de cauſa pro tempore duo benefica amoris ſigna expendebat uni populo, de alienis nullum declaratur præceptum, ſed tantùm de proximis, ac amicis. *Et ideo quandiu intra Iſraëlem erat ſacramentum, merito in ſolos fratres miſericordiam mandabat*: At vero modo, cum non in uno populo, ſed in omnes ejus charitas exundat: *Creator ſecundum naturæ ordinem primum in proximos docuit benignitatem, emiſſurus eam poſtea in extraneos.* Ad ejuſque exemplum exundet & noſtra, ut nihil fieri præcipiatur, quod nos prius non faciamus: pro quo vide multa verb. *Prædicator*, vel *Prælatus.*

Tertull.

*Non requirendum ab aliis, quod tu non facis.*

30\. Tamen circa hæc verba: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos*: meritò addubitat D. Auguſtinus in quæſt. novi, & veteris teſtamenti, q. 168. Ubi ait citatus Auguſtin. quod ex his verbis oritur & grandis quæſtio, cum huic præcepto Domini, quo nos hortatur orare pro inimicis, multæ aliæ ſcripturæ partes videantur adverſæ, quia in prophetis inveniuntur multæ imprecationes adverſus inimicos, imò in Apocalypſi 6. n. 10. legimus Martyres orare, ut vindicentur. Cui objectioni ſic reſpondet Auguſtinus, & ait: *Animæ occiſorum clamant, vindicari ſe poſtulantes: ſicut ſanguis Abel clamavit de terra ſine voce, ſed ratione: non enim tam impatientes ſunt ſancti, ut urgeant fieri, quod ſciunt tempore præfinito futurum.* Iuſti diligunt ſuos inimicos, ac perſecutores, & pro eis orant: *Diligite inimicos veſtros, orate pro perſequentibus vos*: Diligigunt ex charitate, *ſed ratione*, ut id, quod ratio, & juſtitia quærit, exequatur? Quamvis ſancti alicui videantur imprecari mala, eique ſupplicia infligere, ut Moyſes in Idololatras, David in homicidas, Eliſæus in pueros, non ex odio, vel ex defectu charitatis, nam valde frequenter, & magno fervore orabant pro eis, ut Moyſes diceret ad Dominum: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo*: Exod. 32. n. 31. imprecabantur ergo eis mala *ratione* juſtitiæ ita erat perfecta eorum charitas, ut juſtitiam non læderet, ſed vices ſuas adimpleret.

Apoc. 6.

D. Auguſt.

*Juſtus ex charitate orat, ita ut ex juſtitia puniat.*

Exod. 32.

31\. Cum maximè Machabæorum tempore Populus Iſraël multis laboribus premeretur; apparuit Oniæ ſacerdoti Vir quidam ætate gravis, dicens quod in auxilium ejus vir alius aſtabat, nempe Jeremias, dicens: *Hic eſt fratrum amator, & populi Iſraël: hic eſt, qui multum erat pro populo & univerſa ſancta civitate Jeremias Propheta Dei*: Malchabæor. cap. 15. n. 14. Præ Iſaia, Amos, Jona, ceteriſq e Prophetis apparuit Judæ Jeremias, ut notat Cornelius, quia ipſe ingenti zelo per 45. annos prophetans laboravit pro ſalute Iſraelis ad impediendum gentis ſuæ excidium; & inde ipſe eſt. *Qui multum orat pro populo, & univerſa civitate*: & tamen ipſi Prophetæ tam vehementer diligenti populum ſuum, mandatur à Deo, cap. 1. n. 10. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes: & ſuper regna ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes*: Ut faciat, nempe, extremam devaſtationem, ac deſolationem in Judaica Republica, aliiſque Regnis; excellentiſſima Prophetæ virtus ex charitate orabat, ita tamen, ut juſtitiæ partes adimpleret ex intimo affectu, pro populo orabat pluſquam alii, ut indulgentiam, ac miſericordiam impetraret; tamen pœnæ ex juſtitia requiſitæ non deſit, ſed generoſo, ac forti animo exequebatur: *ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes*: cum eximia charitate erat ſimul eximius juſtitiæ affectus.

2\. Matth. 15.

Cornelius.

*Jeremias, etſi multum orat, ex juſtitia tamen punit.*

Jerem.

32\. Ait Regius Vates Pſalm. 108. n. 4 *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam*: cum mei, nempe inimici tenerentur multum me diligere: *detrahebant mihi*, maligno ac canino dente me corrodebant, ac multis calumniis, ac convitiis me appetebant; *Ego autem orabam* pro eis, nempe jam, ut notant D. Auguſtin. Noſter Incognitus, Domini mandatum adimpleret: *diligite inimicos veſtros*: Quomodo hoc poteſt ſtare, cum ipſe in ſuo teſtamento diſpoſuerit filio ſuo Salomoni: *Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Jemini de Bathurim, qui maledixit mihi maledictione peſſima, quando ibam ad Caſtra... Tu noli pati eum eſſe innoxium.* lib. 2. Reg. 2. n. 8. Si ipſe ex magna charitate pro detrahentibus, ac calumniantibus orabat, quomodo mandat Semei pro calumnia & injuria inflicta interficeret; ſic ſanctus Propheta charitatis mandatum adimplebat, oratione fuſa pro inimicis ut integritas juſtitiæ eſſet illæſa, ex impunita Semei audacia alii arriperent occaſionem ad regalem dignitatem contemnendam, ſimilem maledictionem in Regem impingentes. Abulenſ. ibi q. 18. *David jubendo occidi Semei, non peccavit, quia non ex mala intentione, vel deſiderio vindictæ, ſed amore juſtitiæ... Nam ſi Salomon non occidiſſet Semei populus ſciens, quod maledixiſſet Regi acciperet audaciam ad maledicendum, propter impunitatem illius.*

Pſalm. 108.

D. Auguſt.

*Incognitus*

3\. Reg. 2

*David orat pro inimicis, ut integritas juſtitiæ illæſa ſit.*

Abulenſ.

E 4 Quæstio

## Quæstio VII.

### *Quare in hac exhortatione diligendi inimicos Chriſtus ſe declarat autorem, non jubendo, ſed dicendo?*

33. AIt Chriſtus D. in præſenti: *diligite inimicos veſtros.* Multorum eſt ſententia, nullum hic eſſe ſpeciale præceptum diligendi inimicos, quod aliàs non ſit contentum ſub præcepto charitatis, vel miſericordiæ, ac proinde quod hic non eſt ſpeciale præceptum diligendi inimicos, ſed tantum conſilium: ſive ergo ſit præceptum generale, ſive ſpeciale, ut alii volunt, ſaltem ſtudioſe inquirendum eſt, cur Dominus abſtinet, à verbo jubendi, vel mandandi; ut alibi dixit: *Hæc mando vobis* Ioan. 15. n. 17.

*Difficultas quæſtionis.*

Joan. 15.

34. Quæſtionis prima pars inquirit, cur Chriſtus Dominus in præſenti ait: *Ego autem dico vobis*; & non potius, hæc mando vobis, à verbo mandati hic abſtinuit, ut alibi eſt uſus, quia conſilium, nutus, ac inſinuatio ſuperioris efficacius obligat comitatem ſubditi, quàm exercitium, ac impoſitum mandatum, nam ipſa ſuavitas, ac lenitas dicendi, & proponendi, fortius domat, ac attrahit voluntatem ſubditorum, quam dura, & auſtera jubendi verba, quia hæc irritant animos, illa verò ſuavitas, ac lenitas demulcet, & etiam ad difficilia allicit, & inclinat, ut inimicorum dilectio multis videri poterat: at amicorum dilectionem, quæ facilis & prompta eſt, mandatum proponit: *Hæc mando vobis ut diligatis invicem*, ſecus ubi de difficili dilectione inimicorum eſt ſermo, non præceptiva voce, ſed ſuavi, & dulci dicendi utitur.

*Ad fortia, & rigida perſuadenda ſuavitas præcipiendi valida.*

Joan. 15.

35. Poſt hominem creatum poſuit eum Dominus in Paradiſo voluptatis: *Præcepit ei dicens: ex omni ligno paradiſi comede, de ligno vero ſcientiæ boni, & mali, ne comedas*: Geneſ. 2. n. 19. Meritò addubitat Hugo Victorinus in ſuis annotationibus, an in his verbis contineatur unum, vel duplex præceptum, & ait: *Hoc ſolum eſt præceptum: de ligno ſcientiæ ne comedas, quod autem præmittitur, ex omni ligno Paradiſi comede, permiſſio eſt. Et primum blanditur permittendo, poſt durius locuturus in prohibitione*: Valde arduum, & difficile eſt homini ſe uno dumtaxat præcepto aſtrictum videri, ideo ſupremus omnium legiſlator, conceſſa omnium fructuum facultate præceptioni *blanditur*, ut amplæ indulgentiæ lehocinio Adamum ad obedientiam unus præcepti ſubornet, ob magnificæ permiſſionis blandimentum; & ideo prius blanda permiſſione eos diſponit, & allicit ad implendum præceptum imponendum.

Geneſ. 2.
Ugo Vict.

39. Secundò inquirit quæſtio: Cur non tantum Chriſtus D. ait, Diligite inimicos veſtros, ſed *ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros.* Cur hic ſignatè ſuam perſonam exprimit: *Ego autem*: Authoritas præcipientis ad quæque difficilia adimplenda, ac exequenda multum allicit. Quis enim recuſet, ac ſe neget tanti Domini præcepto: D. Nazianzen. de præcept. ad Virg.

*Authoritas dicentis multum movet.*

D. Nazian.

*nexu ſociantur amico.*
*Ignis, aqua coëunt Chriſti contraria juſſu.*

Maximè inter ſe ſunt contraria, ac repugnantia ignis, & aqua; ſed dum Dei præceptum inſtat, ſub tanti Domini juſſu, nexu ſociantur amico, ut quilibet in ſuo loco, ſuaque ſphæra ſe contineat.

Poſt mortem Iacob timentes ejus filii, ne aliquod malum à Joſeph eis inferendum foret ob ejus venditionem factam in Ægyptum, ſimul illi convenientes mandant ei dicere: *Pater tuus præcepis nobis, antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus: obſecro, ut obliviſcaris ſceleris fratrum tuorum*: Geneſ 50. n. 26. cur commemorant verba Patris demortui, & non potius verbum promiſſum ab ipſo Joſeph, quod nil timerent, cum Dei conſilio illuc miſſus eſſet, pro eorum ſalute, ac vita reſervanda: nam cum ipſe manifeſtaretur fratribus ſuis, dixit eis, Geneſ. 45. n. 5. *Nolite pavere: pro ſalute veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum:* & iterum n. 7. *Præmiſitque me Deus, ut reſervemini ſuper terram ut eſcas ad vivendum habere poſſitis:* Nil efficacius ac fortius principi, ac viro generoſo, quam verbis ſuis ſtare, ac datam fidem adimplere, cum valde ignominioſum ſit illam frangere. Cur ergo non verbum datum à Joſeph, ſed Patris demortui verba annunciant, pro certo ſtatuentes, quod & ſi fortiter compellatur vir generoſus, ne à verbo ſuo reſiliat, multo tamen fortius, ac efficacius movet authoritas dicentis, ne quis audeat repugnare, ac contradicere: nam & ſi ex ingenuitate ſua princeps verbo ſuo aſtringatur; tamen authoritate diſcentis multum creſcit verbum, ut vehementer alios impellat, & trahat in ſuam ſententiam. 37.

Geneſ. 50.

Geneſ. 45.

*Plus obligat authoritas dicentis, quam promiſſio viri nobilis.*

## Quæstio VIII.

### *Quare Chriſtus D. tantis commendat nobis inimicorum dilectionem?*

AIt Chriſtus D. in præſenti: *Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos; orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, ut ſitis filii patris veſtri.* Ex quibus ſatis liquet, quantis commendat Dominus hanc dilectionem; quod ſatis explicavi citato cap. 14. à q. 15. & deinceps per multas quæſtiones. Adde nunc. 38.

*Status quæſtionis.*

Primò: Ex D. Leone ſerm. 8. de Epiphania, cap. 3 *ſi dilectionem Dei, & proximi toto corde intente repetierit* (ſcil. Deus Pater) *itaut etiam inimicis ſuis eadem velit tribui, quæ ſibi optat impendi, quiſquis hujuſmodi eſt Deum, & rectorem; & habitatorem ſui eſſe non dubitet.* Quid nobilius & excellentius, quam peculiariter Deum ſui habere Rectorem, ac habitatorem animæ ſuæ, in eaque ſedem ac ſui habitaculum conſtituere, tantum ex inimicorum amore lucraris; ſi verò ille tui amoris indignus fuerit: audi D. Chryſoſtomum homil. 19. in Epiſtola ad Hebræos: *Quid ergo, inquis, ſi ſit indignus? tanto major erit & merces: pro malignitate ſua debes illi gratiam: non ſecus, quàm ſi impendiſſet tibi multa millia beneficiorum,* 39.

D. Leo.

*Si diligis inimicum valde malum, mercedem validum comparas.*

D. Chryſ.



*rum. Si enim non eſſet valde malus, neque tibi merces valde concreſceret.*

40. Secundò: Hugo Cardinal. *Diligite inimicos veſtros. Diligendi ſunt propter nos. quia utiles nobis, quia ducunt nos ad portum, quia debita noſtra perſolvunt.* Benefacite his, qui oderunt vos. *Si benefeceris inimico, tibi amplius feciſti*: Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. *Ille ſuas preces multum invaleſcere facit, qui eas pro inimicis effundit*: Ecce quam fortiter, & valide *invaleſcunt* preces pro inimicis oblatæ, quod enim pro illis devotè exoptamus, nobis cumulatè, ac feliciter, exoptamus. Multum ad beneficium *invaleſcit*, quod ſuperabundanti copia in rogatores exuberet: *Si benefeceris inimico, tibi amplius feciſti*: & oratio tua in ſinum tuum exabundanter convertitur; ſic ad gratiarum redundantiam *invaleſcit* oratio votivè pro offenſoribus exhibita. Et ita inimici *debita noſtra reſolvent*: nam dum nos illis debita condonamus, & veniam pro eis deprecamur, tunc oratio noſtra ita in ſinum noſtrum revertitur, ut & debita noſtra coram Deo relaxentur, & veniam nobis inde deprecamur: ergo orate pro perſequentibus; & calumniantibus vos? quia ille *ſuas preces multum invaleſcere facit, qui eas pro inimicis effundit.*

Hugo.

*Oratio pro inimicis multa bona comparat.*

41. Quod optimè nos docet Regius Vates Pſal. 34. n. 13. *Ego autem cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio, humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in ſinu meo convertetur*: Cum inimici mei mihi eſſent moleſti ſuis opprobriis, & contumeliis, ego pro eis rogabam jejunio, & cilicio; & quid inde conſequebatur; *& oratio mea in ſinu meo convertetur*: Chaldæus: *in pectus meum convertetur.* Ad meam, nempe, animam magno fructu revertetur. Juxta illud Chriſti Luc. 10. num. 6. Quod Diſcipuli domum ingredientes, dent pacem: *Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra, ſin autem ad vos revertetur.* Ad citatum locum Pſalmi Didymus in catena Græca: *Orat*, nempe pro eis, *& oratio ad ipſum convertitur bona referens, pro quibus facta eſt, & in ſinum orantis convertitur.* Quando oras pro inimico, non ſolum pro eo rogas, ſed etiam pro te; quia ipſa oratio magno cumulo ad te revertitur.

Pſalm. 34.
*Bonum, quod pro inimicis exoramus, nobis exoramus.*

Chald.

Luc. 10.

Didymus.

Tertiò: Hoc maximè oſtenditur ex verbis ſubjectis à Chriſto: *Ut ſitis Filii Patris veſtri, qui eſt in cœlis, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper benos, & malos*: Quæ verba ponderans D. Cyprianus lib. de Zelo, & Livore, cap. 5. ait: *ſi hominibus lætum eſt, glorioſum filios habere conſimiles, & tunc maxime generaſſe delectat, ſi ad Patrem lineamentis paribus ſoboles ſucceſſiva reſpondeat, quanta major in Deo Patre lætitia eſt, cum quis ſic ſpiritualiter naſcitur, ut in actibus ejus, & laudibus divina generoſitas prædicetur*: Magnæ ſanè divinæ beneficentiæ locus eſt, quod ſine ulla differentia ſolem ſuum faciat oriri ſuper bonos, & malos, & æqualiter pluat ſuper juſtos & injuſtos. Illi ergo, qui ex charitate diligunt inimicos, eiſque benefaciunt, tanquam verè Dei Filij, ſpeciali elogio *Divica generoſitas* in eis ſcintillat, ac reſplendet: & quid tam glorioſum, ac magnificum poteſt homini contingere, quàm quod ſtemma *divinæ generoſitatis* in eo oſtendatur, ac declaretur, dum Deo dignam glorioſam filiationem vendicat: ex his magnum patientiæ elogium in tolerante injurias colligit Tertull. lib. de Patient. cap. 5. *Ut ſitis Filii Patris veſtri, qui in cœlis eſt: Vides, quem nobis Patrem patientia acquirat.*

*In diligente inimicos generoſitas divinæ filiationis perlucet.*

Tertull.

Quamvis Eſaü concepto crudeli odio fratrem ſuum Jacob vellet occidere, in eumque contumelioſa verba jactaſſet, cumque reverteretur Jacob in Meſopotamiam, ad ipſum Eſaü miſit munera; volens cum ipſo pacem, & amicitiam inire: & cum dimiſſis omnibus remanſiſſet ſolus, *Manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo*: Geneſ. 31. n. 24. Qui juxta D. Chryſoſtom. Vir iſte erat ipſe Deus; ſed unde Jacob in tantum ſublimatur, ut manus conſerat cum Deo, & quaſi parem luctatorem Deum nanciſcatur: nam qui in luctam deſcendunt quaſi pares habentur? Jacob injurias illatas à fratre non ſolùm condonabat, & ejus amicitiam, ac benevolentiam toto affectu exoptabat; ſed inſuper multis donis tranſmiſſis erga fratrem ſe largè beneficium declarabat. Qui autem injurias remittit, amorem inimici affectat, inſuperque ei benefacit, ita à Deo ſublimatur, ut quaſi ſibi parem, ac valde ſimilem habeat. Favet D. Ambroſ. lib. 2. de Jacob, cap. 7. ait: *Itaque Jacob, qui cor ſuum ab omni ſimultate mundaverat, ut pacificum affectum gereret, poſtquam præcedunt omnia, ſolus manſit, & luctatus eſt cum Deo, qui enim ſæcularia negligit, ad imaginem, ſimilitudinemque Dei propius accedit*: Jacob per totam vitam ſuam præclariſſimis virtutibus refulſit; nunquam tamen ad tantam gloriam pervenit, ut Deum haberet patrem luctatorem, ut modo eum injuriantem benevole, ac benefice proſequitur. *Ut pacificum affectum gereret; poſtquam præcedunt omnia, ad imaginem, & ſimilitudinem Dei propius accedit.* Vide quæ dixi citato cap. 1. q. 5. n. 39. 40. & q. 14. n. 103. & 104. 43.

Geneſ. 23.
D. Chryſ.

*Qui injuriantem benevole, ac benefice proſequitur Deo valde ſimilis*

D. Ambr.

# CAPUT VI.

1. ATTENDITE ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cælis eſt. 2. Cùm ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & vicis, ut honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. 3. Te autem faciente

facien te eleemoſynam,neſciat ſiniſtra tua , quid faciat dextera tua.4. Ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito : & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. 5. Et cùm oratio, non eritis ſicut hypocritæ , qui amant in ſynagogis , & in angulis platearum ſtantes orare , ut videantur ab hominibus : amen dico vobis , receperunt mercedem ſuam. 6 Tu autem cum oraveris intra in cubiculum,& clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito , & Pater tuus qui videt in abſcondito , reddet tibi. 7. Orantes autem nolite multum loqui , ſicut ethnici:putant enim , quod in multiloquio ſuo exaudiantur 8.Nolite ergo aſſimilari eis : ſcit enim Pater veſter quid opus ſit vobis antequam petatis eis eum 9. Sic ergo vos orabitis. Pater veſter , qui es in cœlis , ſanctificetur nomen tuum. 10. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua , ſicut in cœlo , & in terra. 11. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie 12 Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.13. Et ne nos inducas in tentationem Sed libera nos à malo. Amen. 14. Si enim demiſeritis hominibus peccata eorum : dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis delicta veſtra. 15. Si autem non demiſeritis hominibus : nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra 16. Cùm autem jejunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes , exterminant enim facies ſuas,ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis : quia receperunt merdecem ſuam. 17. Tu autem cùm jejunas , unge caput tuum , & faciem tuam lava. 18.Ne videaris hominibus jejunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito , reddet tibi. 19. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra : ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. 20 Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo : ubi neque ærugo , neque tinea demolitur,& ubi fures non non effodiunt,nec furantur. 21.Ubi enim eſt theſaurus tuus,ubi eſt cor tuum. 22. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex : totum corpus tuum lucidum erit. 23. Si autem oculus tuus fuerit nequam : totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen,quod in te eſt , tenebræ ſunt : ipſæ tenebræ, quantæ erunt ? 24. Nemo poteſt duobus dominis ſervire aut enim unum odio habebit, & alterum diliget : aut unum ſuſtinebit,& alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ 25.Ideo dico vobis,ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis , neque corpori veſtro , quid induamini.Nonne anima plus eſt quam eſca : & corpus pluſquam veſtimentum. 26. Reſpicite volatilia cœli , quoniam non ſerunt,neque metunt,neque congregant in horrea, & Pater veſter cæleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis. 27. Quis autem veſtrum cogitans poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum ? 28. Et de veſtimento qui ſolliciti eſtis ? conſiderate lilia agri , quomodo creſcent : non laborant , neque nent. 29. Dico autem vobis , quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis. 30. Si autem fœnum agri , quod hodie eſt,& cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit ; quanto magis vos minimæ fidei ? 31. Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes , quid manducabimus, aut quid bibemus , aut quo operiemur ? 32. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater veſter , quia his omnibus indigetis. 33. Quærite ergo primùm regnum Dei , & juſtitiam ejus : & hæc omnia adjicientur vobis 34 Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi , ſufficit diei malitia ſua.

*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

Quinque explicantur in hoc c. *Verſ.* 1. Docet cavendam eſſe in bonis operibus oſtentationem , & vanam apud homines glorioſam; quod eſt explicatum tom. 2. in Evang. cap. 15.

*Secundò, V.* 7. Tradit Chriſtus D. modum orandi , præſcribitque omnibus orationem Dominicam ; quod explicavi t. 2. in Ev. c. 15.

*Tertiò, V.* 16. Aſſignat modum jejunandi abſque hypocryſi , cum opera noſtra ſoli Deo debeant placere Explicavi tom. 2. cap. 16.

*Quartò, V.* 20. Docet theſaurizandum in cœlis. De quo eadem cap. 16.

*Quintò, V.* 243. Vetat , quod non ſit ſerviendum duobus dominis , ſimulque ſolicitudinem de victu , veſtitu. cæteriſque temporalibus. Explicavi t. 2. c. 19.

Jeſu



## Jejunandum abſque hypocriſi.

### Quæstio I.

### *Maxime laudatur jejunium ſimplex ſine hypocriſi.*

1. D. Chryſol. DE hoc multa dixi citato cap. 16. per omnes ferè quæſtiones ; nunc adverſus hypocriſim accipe præclarè Chryſol. ſerm. 7. & ait : *Cùm jejunatis , nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Si vult , ſcilicet jejunare , quare triſtis ; Si non vult , quare jejunus ? meritò tali pœna vivit , qui ſibi facit de virtute vitium , mendacium de veritate , de mercede ſtipendium , de remiſſione peccatum* : præclarè ſane hypocriſis malum deſcribit. *Si vult , quare triſtis ?* quia quod voluntarium , valde præjucundum. *Et ſi non vult , quare jejunus ?* Quia quod non eſt ex voluntate , nihil coram Deo proficit. *Qui ſibi facit de virtute vitium* : præclariſſimam jejunii virtutem degenerare facit in vitium , ac mendacium : *& de mercede ſtipendium* : & de mercede , ſeu præmio , quod virtuti comparat , facit ſtipendium vitii , ſeu pœnam,proindeque mercedem , ſeu præmium virtutis , commutat in vitium , ſeu pœnam , *& de remiſſione peccatum*, Conſidera ingentem hujus criminis , ac malitiæ exaggerationem ; quia ſacrum jejunium , quod inſtitutum eſt ad remiſſionem peccatorum , miſer convertit in magnum , & grande peccatum.

*Hypocrita facit de virtute vitium, de remiſſione peccatum.*

2. Pſalm. 49. Hoc hominis malum exprobrans Regius Vates Pſalm. 44. num. 19. dicebat : *Os tuum abundavit malitia , & lingua tua concinnabat dolos* : malitia oris ejus ſuperabundabat ſuper quamcunque aliam malitiam , & quænam tanta fuit malitiæ exundatio , ipſe propheta explicat : *concinnabat dolos* : Nam dolos ita nectebat malus homo , ut aliud clauſum animo , aliud promptum in lingua haberet : ut rectè agere , quod publice ſe vellet , negabat:vafre abigeret, quod ſe nolle negabat : boni fuco , mali faciem componebat , & occultabat. Lyra. *Colorabat falſa, & mendacia ad deceptionem.* Unde ait. D. Bernard. ſerm. 66. in Cantic. *Non eſt virtutes colorare, ſed vitia colorare , quaſi quodam virtutis minio* : Nota tamen , quod ubi noſtra vulgata habet , *Concinnabat dolos*, Chaldaic apud Bibliam Maximam habet : *loquebatur lingua triplici* : Nam hypocrita mendax ad ſuos dolos concinnandos, ac occultandos , multiplici , ac varia lingua loquitur.

*Boni faciem ſumit malus, ut malè agat*

Lyra. D. Bernard.

Chaldaic. *Mendax multiplex lingua.*

3. Summam iram , ac vindictam Deus exercuit in Jezabel , ipſa è feneſtra præcipitata eſt , ſanguine ejus paries aſperſus eſt , ungulæ equorum conculcaverunt eam , & canes comederunt carnes , ac oſſa ejus , & maledicta ab ore Regis dicta eſt. 4. Reg. 9. à num. 33. Cur hæc mulier tam ſevera,ac dira pœna caſtigata eſt ? forſitan, quia occidit Nabothem ? Nam multi alii occiderunt , & lapidaverunt ſanctos Prophetas , de quibus ait Chriſtus D. *Jeruſalem , Jeruſalem, quæ occidis Prophetas , & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt* : Matth. 23. n. 37. & tamen tam diram pœnam non ſubierunt , quid ergo habuit Jezabel , quod tam rigido ſupplicio punita eſt. Viro juſto mortem intulit , non aperta fronte, manifeſto odio , ſed religionis , ac honoris fuco , ſcripſit epiſtolam Magiſtratibus,dicens: *Prædicate jejunium , & ſedere facite Naboth inter primos populi , & ſubmittite duos viros filios Belial contra eum , & falſum teſtimonium dicant : Benedixit Deum , & Regem.* 3. Reg. 21. n. 10. Ecce quanta in Deum pietas,quantus honor in Naboth , ſed & quantus juſtitiæ prætextu occidir pietate in Deum : *prædicate jejunium* : honore impenſo in virum , *ſedere facite Naboth inter primos* , Zelus apparatur ex violato jure humano , & divino : *Benedixit Deum , & Regem* : & dum non ſolum Naboth falſo perimitur ſcelere , ſed etiam falſo , ac fictitio juſtitiæ colore occiditur ; ad ſuam occiſionem omnes veros divinæ juſtitiæ rigores mulier provocavit , dum tali morte , ait Lyra, *Non videretur quærere ejus mortem , ſed honorem* , Dei ſcilicet , Regis , ac hominis.

4 Reg. 9.

Matth. 23.

3. Reg. 21.

*Vindicta ſub pietatis ſpecie Divinam juſtitiam provocat.*

4. Ejecto Dæmone , ſanato muto,& ſurdo , factua perverſitate oblatrant Phariſæi , qua occaſione Chriſtus D. latum habuit ſermonem , dicens : cum ſpiritus immundus exierit ab homine , ambulat per loca arida , quærens requiem , & non invenit. *Tunc dixit , revertar in domum meam unde exivi : & veniens invenit eam vacantem , ſcopis mundatam , & ornatam. Tunc vadit , & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe , & intrantes habitant ibi , & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.* Matth. 12. n. 24. Luc. 11. n. 25. Ecce Dæmon expulſus,qui vitiorum ſqualore deliciatur, qui repetens ſuam antiquam domum , invenit eam ſcopis mundatam per pœnitentiam , aſſumit ſeptem alios Dæmones ſe nequiores , ut domum jam mundam immunditia repleat voluptuoſius inhabitans. D. Aug. præclarè lib. 1. Quæſtion. Evangel. q. 8. ait , *Cupiditas carnis expulſa per pœnitentiam à conſuetis operibus , cùm non invenerit , in quibus delectationibus requieſcat , avidius redit , & rurſus occupat mentem hominis* : Nota ſequentia ad noſtrum ſcopum. *& quia non ſolum habebit ille ſeptem vitia , quæ ſeptem virtutibus ſpiritualibus ſunt contraria, ſed etiam per hypocriſim ſe illas virtutes habere ſimulabit ; propterea aſſumptis ſeptem aliis nequioribus , hoc eſt ipſa ſeptenaria ſimulatione redit illa concupiſcentia , ut ſint noviſſima hominis pejora , quam erant prima.* Habitabat Diabolus in homine ſeptem vitiis publicis , & manifeſtis ; at homo melior effectus per pœnitentiam , apparuerunt in eo ſeptem virtutes. At homo devictus dæmonum machinationibus , à virtutibus cadit , & iterum diabolus cum ſuis ſeptem vitiis ingreditur per hypocriſim ſimulatis ſub virtutum ſpecie : *& aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores* : iniqui erant illi ſpiritus , dum ut vitioſi agnoſcebantur : at fiunt nequiores cum ſub virtutum prætextu prodeunt, *& fiunt hominis illius pejora prioribus* : dum videntur ſub ſimulata virtute , quàm erant ſub manifeſto vitio ; *quia non ſolum habebit illa ſeptem vitia , quæ ſeptem virtutibus ſunt contraria : ſed etiam per hypocriſim illas virtutes ſe habere ſimulabit.*

Matth. 12. Luc. 11.

D. Auguſt.

*Pejor homo ſub ſimulata virtute, quam ſub aperto vitio.*

Quæstio

## Quæstio II.

### *Quare jejunantibus mandat Chriſtus ungere caput, lavare faciem?*

5. DE hoc multa dixi citato cap. 16. q. 8. 9. & 10. nunc verò uberioris doctrinæ gratia adde: nunc verò cùm Chriſtus ait, *Unge caput tuum, lava faciem tuam*, requirit à jejunantibus corporis cultum? abſit. Sed petebat virtutem, qua ſopiretur pœnitentiæ triſtitia, & feſtivus, & lætus appareret vultus. Euthymius ait: *Neque nunc ſimpliciter ungi, ac lavari, jubet, neque enim ipſe hoc fecit, cum quadraginta diebus jejunaret; ſed per hæc aliud quidpiam admonet occultare, videlicet. eum, quæ jejunium conſequitur, triſtitiam, cum alacer, & feſtivus appareas*: ait Regius Vates Pſalm. 111. num. 5. *jucundus homo, qui miſeretur & commodat*: Non ait Princeps, & magnus, & beneficus, homo, qui miſeretur, ſed jucundus, ex jucunditate, ac hilaritate naſcitur color gratus, & damnum magis creſcit, & augetur: D. Bernard. ſerm. 71. in Cantic. ait: *Eſt candor, quem ſibi induit eis, qui miſeretur & commodat: nonne is tibi videbitur de ipſa animi jucunditate induiſſe candorem quendam pietatis, vultui pariter, & operi ſuo.*

Euthym.

Pſalm. 111.

*Ex jucunditate, ac lætitia creſcit obſequium.*

D. Bernard.

6. Maximè ad quæſtionem ſatis ingenioſè D. Zeno, ſermone de Jejunio, ait: *Habet ſanè etiam ſacramenti plurimum modus ipſe, quo ad jejunandum inſtituimur, & formamur: tu enim, inquit, cum jejunas, unge caput tuum, & lava faciem tuam*: in hac capitis unctione, & faciei ablutione, aliquod abſtruſum magnum ſacramentum hic latet. Aquæ, & olei uſus aliquem ſacramentalem ritum innuunt; nam aquæ lavacro, & olei unctione, aliqua ſacramenta novæ legis conſtituuntur, ut eſt planum, quo magnopere denotatur gratiæ eminentia, quæ per jejunium comparatur, ut quodammodo ſacramentalis gratiæ æmula, ac imitatrix illuſtriſſima videatur: ſiquidem habet ſacramenti plurimum: *ipſe quod ad jejunandum inſtituimur. Faciem tuam lava, & unge caput tuum*: Illuſtre ſanè jejunii encomium ad gratiam comparandam.

D. Zeno.

*Jejunium quendam ſacramentalem modum æmulatur.*

7. De Chriſto D. ait Matth. 4. n. 2. *Cum jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit*: Multa myſteria conſiderant Doctores in hoc Chriſti jejunio. Moïſes, & Filius Dei quadraginta diebus jejunium obſervant, quod expendens D. Maxim. homil. 3. de Jejunio Quadrag. ait: *Jejunat Moïſes, ut præſentis vitæ mandata ſuſcipiat: jejunat & Chriſtus, ut æternæ vitæ ſalutis ſacramenta conſtituat*: non mirum, quod Moïſes ad legem ſuſcipiendam, aliiſque ad cuſtodiendum tradat, prævio jejunio diſponatur; atqui Chriſtus Jeſus verus Filius Dei, infinita divina poteſtate omittens: *ut æternæ ſalutis ſacramenta conſtituat*, ad quid jejunat; ſi ſacramenta novæ legis à ſanguine ipſius fuſo habent valorem, ad quid prævium jejunium præmittit? Ut jejunium maximè nobilitaret, ejuſque efficaciam nobis declararet, inde ante inſtitutos gratiarum ſacramentales fontes, præmiſit Chriſtus, ut ex ejus ſacramenti jejunii merito magis, ac magis redundaret, ac abundaret in omnes: jejunat & Chriſtus, *ut æternæ ſalutis ſacramenta conſtituat*: & obiter nota, quod Chriſtus daturus ſacramenta jejunat, quanto magis ad illa ſuſcipienda prævio jejunio debemus nos diſponere, ac præparare.

Matth. 4.

D. Maxim.

*Ante inſtituta Sacramenta Jejunat Chriſtus.*

8. Quandam divinam virtutem jejunium æmulatur, ut nos ad Deum ducat, Deumque videre faciat. Ait Regius Vates Pſalm. 61. num. 3. *In terra deſerta, invia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam.* Planè manifeſtum eſt, quàm vehementer Propheta exoptabat Deum videre, ejuſque gloria ſatiari, & ad hoc quodnam medium conſideravit, & invenit ut eſſet *in loco ſancto*, nempe in templo: tanquam *in terra deſerta, invia, & inaquoſa*: quæ deſtituta eſt ab omni fructu, ac alimento, ut ita abſtinens à cibo, & potu, jejunus factus, Deumque ſecum haberet inhabitantem, & inde ipſe ad Dei gloriam, & viſionem elevaretur? merces enim jejunii Dei viſio, ac gloria eſt. D. Ambroſius ſerm. 37. in Quadrageſima: & ait, *Deſertum planè quoddam ipſum corpus Chriſtiani, cum non repletur cibis, nec poculis irrigatur. Deſertum, inquam, eſt corpus noſtrum cum abſtinentia marceſcit caro, ſiti pallor obducitur. Tunc Chriſtus D. habitat deſertum pectoris noſtri, eum noſtram terram fame ſqualidam, ac ſiti aridam eſſe reperit. Secundum quod ait Propheta: ſicut in terra deſerta, & invia, & inaquoſa ſic in ſancto apparui tibi*: Expende illud, *Cum abſtinentia marceſcit caro. Tunc Chriſtus D. habitat deſertum pectoris noſtri.*

Pſalm. 62.

*Jejunium nos facit Dei habitaculum, ipſumque Deum videre.*

D. Ambr.

9. De ſe loquens Paulus 2. Corinth. 1. num. 2. *ſcio hominem raptum hujuſmodi uſque ad tertium cœlum, & ibi audivit arcana Dei, quæ non licet homini loqui*: Diſponit alta Dei ſapientia elevare Paulum in cœlum, & alta Dei ſecreta manifeſtare per tres dies, & quodnam medium ad hoc adhibuit, an ut eſſet ejus corpus in dura pœnitentia, in cilicio, & cinere; vel ut eſſet genibus flexis orans? minimè, ſed ut ſcribit D. Lucis Actor. 9. n. 9. *Erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit, neque bibit*: aptiſſimum medium, ut mens evolet in cœlum, tota que Deo addicta ſit, jejunium eſt. Baſilius Orat. 1. ait: *Paulum jejunium, quod in ſuarum anguſtiarum prædicatione commemorat, in cœlum provexit.* Mens enim enutrita jejunio alatum reddit corpuſculum.

*Mens à jejunio levior, facile in cœlum elevatur.*

Actor. 2.

D. Baſil.

10. Duo homines transferuntur Henoch, & Parens Elias. D. Henoch. ait ſcriptura Geneſ. 5. num. 24. *Tulit eum Dominus*: De Elia vero ſcribitur 4. Reg. 2. n. 11. *Aſcendit Elias in cœlum*: duo iſti illuſtriſſimi viri futuri ſunt ſodales in prædicatione, cur unus fertur à Domino, alius aſcendit: Elias quadraginta dierum jejunio defæcatus ſine ciborum pondere, potuit evolare ad ſuperna. D. Chryſolog. ſerm. 2. de Prodigo: ait. *Elias continuatione jejunii defæcatus à corporali pondere, mortis victor evolavit in cœlum.* Ex quo ſanctus Antiſtes admonet: *Vacuandus eſt venter moderatione jejunii, ut exoneratus animus, poſſit ad alta pertendere, poſſit ad ipſum pietatis authorem totus aliger pervenire.*

Geneſ. 5.

4. Reg. 2.

D. Chryſol.

*Evacuato ventre mens aliger in cœlum.*

Duobus



## Duobus Dominis non eſt ſerviendum.

## Quæstio III.

### *Quare nemo poteſt duobus Dominis ſervire?*

11. AIt Chriſtus D. in præſenti: *Nemo poteſt duobus dominis ſervire.* Et ſtatim ſubdit: *Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ*, qui enim mammonæ, aut avaritiæ ſervit, Deum contemnit. D. Chryſ. ſerm. 6. in Epiſt. ad Philippenſ. & ait: *Vultis oſtendamus, quomodo nemo utrique obtemperare poteſt; ſed alterum contemnat oportet? An res ita colorata eſt, ut minimè egeat oratione, cum id in rebus factis cernere liceat? an hoc cernimus, Chriſtum quidem contemni, mammonam verò coli? Sentitis, quam vel ipſa verba aſpera ſint: quod ſi verba, multo magis res ipſa* Adeo manifeſtum eſt, quod nemo poteſt ſervire Deo, & mammonæ, *ut non egeat oratione, cum id rebus factis cernere luceat*: cum experientia ſatis notum habeamus, quod ob pecuniarum amorem Deus contemnitur, ac in nihilo habetur; & ſi hoc audire timent aures, multò magis cum hoc videmus expaveſcat cor.

*Nemo poteſt ſervire Deo, & avaritiæ.*

D. Chryſ.

12. Dicebat Balaam: *Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia*: Numer. 23. n. 10. Cum videret homo populum Iſraël tantis donis à Deo cumulatum, maximè afficiebatur juſtorum conſpectu, ut eorum ſimilitudinem ſibi exoptaret in fine vitæ; tamen in hac cogitatione non perduravit homo, ſed dicebat ad iniquum Regem Sanctis adverſarium, animo depravato corrumpendi populum per mulieres: *Pergens ad populum meum dabo conſilium, quid populus tuus huic populo faciat.* Numer. 24. n. 14. Unde tam citato mutatus eſt homo? Nonne optabat ipſe Sanctis in morte aſſimilari, quomodo dat peſtiferum conſilium petulantiæ Iſraëlis cum Moabitis, ut omnium turpiſſimam mortem inveniat? Ingreſſa fuit avaritia in animo ejus, ut pecuniam promiſſam à Rege Balac poſſideret, ac obtineret; & animus auri fame repletus, quidquid erat Dei, ac ſanctitatis contempſit, perdidit, ac pro nihilo habuit D. Gregor. lib. 33. Moral. cap. 21. *Contra eorum vitam, quibus ſe ſimilem etiam moriendo fieri popoſcerat, conſilium præbuit: & cum occaſionem de avaritia reperit, illico oblitus eſt, quidquid ſibi de innocentia optavit.* Intrante avaritia, omnia virtutum ſemina illico corrumpuntur, ac deperduntur: *Cum occaſionem de avaritia reperit, illico oblitus eſt quidquid ſibi de innocentia optavit*: de his multa in omnibus meis libris, verbo *Avaritia.*

Num. 23.

Num. 24.

*Auri cupiditas generat Dei contemptum.*

D. Gregor.

13. E contra verò, qui habet Chriſtum, non habet aurum, ſed illud contemnit, ac ſpernit. Claudus cum vidiſſet Petrum, & Joannem, rogabat ab eis eleemoſynam accipere, cui dixit Petrus: *argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Jeſu Chriſti ſurge, & ambula*: Act. 6. n. 3. Petrus pauper cenſu, dives autem ſpiritu, & fide; & inde Chriſti virtute eminebat, Chriſtumque ſecum portabat; quia argentum, & aurum non habebat. Sapienter Balduinus apud Tilmanum in Allegoriis, & ait: *Argentum, & aurum non eſt mihi. Digna vox principatu principis Apoſtolorum, principis Eccleſiæ Quid Petro, & auro? Nonne Petrus dixit, nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis? De mercede quærentis non aurum repromittitur, vel argentum; hæc enim contemnebat, quia in gloria egentium ſuperbiebat: Unde & agrorum pretia ad pedes ipſius, ac cæterorum à fidelibus ponebantur. Meritoque ante pedes, quaſi pedibus conculcanda, quæ indignum erat vel manibus attrectare.*

Actor. 6.

*Ille miniſter habet Deum, qui non habet aurum.*

Balduinus.



14. Redeo ad illa ultima verba: *meritoque ante pedes, quaſi pedibus conculcanda, quæ indignum erat, vel manibus attrectare.* Ananias pretium de vendito agro ante pedes Apoſtolorum poſuit: Actor. 5. n. 2. non manibus dedit, ſed ante pedes poſuit, tanquam ab eis conculcanda. Inde Iſaias maximè eorum pedes laudat 52. n. 7. *Quam pulchri ſuper montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, annuntiantis bonum.* Inde maximè pedes Evangelici miniſtri pulchri, & elegantes apparent, quia ſunt ad conculcandos montes vanitatis hujus ſæculi, illiuſque bona, divitias, ac aurum, hæc enim debent contemnere, cum ſunt dedicati, ac conſecrati Deo: non enim poſſunt ſervire Deo, ac mammonæ. Inde diſtrictiſſimè arguuntur à D. Aug. de Opere Monach. c. 26. prædicatores, qui ob quæſtum, & lucri gratia prædicant, ait Sanct. Doctor. *Qui propter hoc evangelium prædicat, ut habeat unde manducet, unde veſtiatur, ſimul ſe putet & Deo ſervire, & mammonæ. Deo, quia Evangelium prædicat... Et mammonæ, quia propter iſta neceſſaria prædicat, quod Dominus dicit fieri non poſſe: ac per hoc, qui propter iſta Evangelium prædicat, non Deo, ſed mammonæ ſervire convincitur.* Si Magnus Auguſt. ita invehitur in concionatorem, qui ob neceſſaria ad frugalem veſtitum, & victum prædicat, quid erit de illo, qui eſculentas, ac poculentas delicias, ac mundanum applauſum nundinatur.

Actor. 3.

Iſai. 52.

*Verus miniſter Evangelicus aurum conculcat pedibus.*

D. Auguſt.

*Prædicatorum avaritia carpitur ab Auguſtino.*

## Quæstio IV.

### *Quare Dominus mandat conſiderare lilia agri, quæ in multis ſuperant magnificum veſtitum Salomonis.*

AIt Chriſtus D. in præſenti, num. 28. *Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, nec laborant, neque nent. Dico vobis, quod nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut unum ex iſtis*: quod latè explicavi citato cap. 17. ac ibi, q. 13. Nunc verò ad majorem doctrinam adde. 15.

*Status quæſtionis.*

Primò: Hoc affectu Deus florem pinxit, teſte Euthymio ad hunc locum: *Voluit ut ex hoc diſcas, ſapientiæ, ac potentiæ ſuæ magnitudinem*: nam ex intuitu floris, aut herbæ confeſtim in Dei cognitionem, ac amorem rapiuntur viri boni; ex hac de cauſa Adamus trahitur à Deo in hortum genialem opacitatis, & amœnitatis plurimæ. *Tulit ergo Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis.* Gen 2. num. 15. ut ita ex arborum, florumque aſpectu Deum noſſet melius, & amaret dulcius, ut expendit Chryſoſt. homil. 13. in Geneſ. pulchro igitur hortulo Adamum claudit bonus Deus: *Ut ex aſpectu multam perciperet voluptatem, provocareturque ad gratitudinem.* Hac etiam ratione 16.

Euthym.

*Ex florum aſpectu ad Deum contemplandum rapitur vir bonus.*

Geneſ. 2.

D. Chryſ.



laudandus

laudandus eſt Salomon, *qui diſputavit ſuper lignis à cedro quæ eſt in Libano, uſque ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete*, 3. Reg. 4. n. 33. Cur ſapiens tam accuratè de florum, ac arborum varietate diſſerit, inerane curioſitate? minimè, ſed ut inde ad Dei laudem, & gratiarum actionem excitaretur: Gilbert. ſerm. 4. in Cantic. ait: *Fidelis anima, omnia replicat, & recenſet in Dei laudem & omnem creaturam provocat, ut ſe excitet in gratiam, & univerſitatis intuitu, divinum ſtimuletur in amorem*: facile enim pios motus capit bonus quiſque ex meditatione floſculi, herbulæ, arbuſculæ, cum liceat in rebus modicis intueri, & meditari Deum maximum.

3. Reg. 4. Gilbertus.

17. Imperfect. Secundò: Imperfectus hom. 16. in Matth. ait: *Conſiderate lilia agri, &c. Hoc dicit, quia Salomon, & ſi non laborabat quid veſtiretur, tamen jubebat: ubi autem juſſio, illic & miniſtrorum offenſa, & jubentis ira frequenter invenitur: hic autem quando neſcivit, ſic ornatur*: Etſi Salomon ſpecioſus fuerit forma præ filiis hominum, & regiis veſtibus eximiè ornatus, & ſumptuoſius effulſerit; tamen flores illum ornatum vincunt, ac ſuperant dum ſine alicujus offenſa, ac violentia creſcunt, & exornantur natura parturiente. *At Salomon etſi non laborat, quo veſtiretur, tamen jubebat: ubi autem juſſio, illic & miniſtrantium offenſa*: Qui jubet florere vix poteſt, niſi ex ſubjectorum cunctationibus, renutu, offenſis, ac violentiis; qualis namque poteſt eſſe nitor, ac ſplendor, regalium ornatus, injuria, violentia, ac offenſa ſubditorum deturpatus, ut authoritatis gratia floreſcat, marceſcat imperantis rigor, ſequela imperii eſt offenſa imperantis.

*Dignitatis flos, ac nitor juſſione marceſcit.*

18. D. Chryſ. Tertiò: Idem Chryſoſt. homil. 25. in Matth. *Quantum ergo veritatis ad mendacium, tantum veſtimentorum, & florum differentia eſt*: in præſenti pulchritudinem pulchritudini comparat Dominus, tamen eam præfert, quæ in liliis nitet; non facit Dominus comparationem cum naturali pulchritudine hominis ſed cum illa, quæ ex veſtimentis tinctis, & compoſitis, ac ex ornatu colorato conſurgit: *nec Salomon in omni gloria*. Liliorum pulchritudo, ac elegantia nativa naturalis, ac propria eſt: inde multo major, ac illuſtrior eſt illud, quod ſimplex, ſincerum, ac nativum exiſtit, veritatem indicat, & oſtendit; ſicut illud quod coloratum, tinctum, ac compoſitum invenitur, mendacium, ac falſitatem, ac duplicitatem animi redolet: inde hæc ut fœda minuitur, illa ut nativa, & ſincera nobilitatur, ac exaltatur: *Quantum veritatis ad mendacium, tantum veſtimentorum*, &c.

*Illuſtrior pulchritudo modica nativa, quàm multa colorata.*

19. Guillelm. Quartò: quænam liliorum gloria ſuperare, valuit magnifici regis Salomonis gloriam: Guillel. Abbas apud Delrium c. 5. Cantic. Lilia agri dicit Apoſtolos Chriſti ſignificare; & ait: *Neque delicatiſſimus Salomon coopertus fuit, ſicut unum ex liliis iſtis: quia ille in ſua affluentia nunquam dicebat ſufficit; ſed ſemper dicebat affer, affer. At verò lilia iſta, eo quod ſciant abundare, ſciunt & penuriam pati, ſive in abundantia, ſive in penuria, nihil norunt, niſi ſufficit*: In liliis iſtis, in quibus denotantur omnia virtutum ſymbola, denotantur Apoſtoli, de quibus dicitur; *Quod nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut unum eſt iſtis*: nam quamvis Apoſtoli vili habitu induerentur, tamen ut de illis ait Apoſtolus Paulus 1. Tim. 6. n. 8. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus*: tali veſtitu, ac vili contenti erant Apoſtoli, cum illoque dicebant *ſufficit, ſufficit*: At Salomon etſi multa veſtium pompa fulgeret; tamen illis non quieſcebat, ſed alia, & alia requirebat. Inde Apoſtoli cum de ſuo abjecto veſtitu temperarent, ut dicerent ſufficit: creduntur ſuperaſſe in gloria Salomonem, qui nullum finem ponebat in ſuo apparatu, ſuaque cupiditate implenda, ſed ſemper clamabat, *Affer, affer*.

*Glorioſe vivit qui in ſuis rebus dicit, ſufficit.*

1. Tim. 6.

Quintò ait Chriſtus: *Conſiderate lilia agri, quomodo* creſcunt: Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis: & quæ ſunt lilia iſta, quæ tanta pulchritudinis gloria nitent? Gloſſa ait, Lilia *ſunt Virgines*. Strabus: Conſiderate *lilia agri, ideſt caſtos*. Lilia ſunt caſti, & virgines, & inde dicuntur excedere omnem Salomonis gloriam, pro quo audiendus eſt D. Chryſ. ſerm. 164. ait, *Lilium Salomonis ſublimat exemplo. quia ipſo Domino teſtantes inter omnes mundi reges, Salomon ſingulari gloria, ornatu unico ſpecioſus effulſit: & omnes terræ flores lilium vincit, & præcellit in gratia. Tantum diſtat ab univerſo germine lilium, quantum Regem Salomonem ſpeciei gloria cunctos conſtat excellere*. Dicitur lilium in ſua pulchritudine ſuperare Salomonis gloriam; nam ſicut Salomon ſua magnificentia cunctos præcellit reges, ſic & lilium omnes flores. Lilium virgines, & caſtos denotat; ſicut & flores virtute, ac ſanctitate redolentes, & ſicut lilium cæteros vincit flores, ſic & virgines, & caſti cæteros virtute conſpicuos. Lilium virginitatis ſymbolum alios virtutum flores ſupertranſcendit; ſicut & Salomon alios Reges. De quo multa multis in locis, & præcipue 1. 2. in Apoc. 20.

Gloſſa. Strabus. D. Chryſ.

*Virginitas ſuperat cæteras virtutes.*

Sextò: *Nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis*: Non hyperbolice, ſed ſimplici veritate dicuntur lilia agri excedere Salomonem in omni gloria ſua, quod eſt, ut explicat Hugo, & ait: *in omni gloria ſua triplici, divitiarum, ſcientiarum, potentiarum*. Et potentia, ac divitiæ, & ſapientia Salomonis cedunt gloriæ liliorum. Subdit citatus Hugo: *Quia in Salomone fuerunt veſtes alienæ, in liliis vero propriæ veſtes, quas natura dedit eis*: Sapientia Salomonis, & inde infatuata eſt, quod ex alienis, & emendicatis gloriam oſtentaret, nempe ex veſtibus intextis, ac tinctis ex magnificis domibus extructis ex multis rebus ex variis locis extractis, in quo prorſus devicta eſt à quolibet agri lilio; cujus gloria, & decor illi proprius eſt ex intrinſecis naturæ ſuæ habitibus. O infelicem, qui cum nihil habeas ex propriis, ac alienis vis ornari, ac componi. Valde mirum, quod cum ſcriptor Canonicus narret omnium rerum creationem, ac etiam elementorum, ut terræ. Gen. 1. num. 1. *In principio creavit Deus cœlum & terram*; & aquæ: *Congregentur aquæ in locum unum*, n. 7. *ac ignis*, juxta multorum ſententiam cum dixit *fiat lux*: n. 4. Aëris creatio omnino prætermiſſa invenitur; cur de aëre nulla fit mentio, ſicut de aliis elementis? Aër hoc habet, quod lucet, non ex propriis, ſed luce emendicata à Sole, aquam emittit ad fœcundandam terram comparatam in nubibus ex mari, intonat, & fulgoribus reſplendet, exhalationibus terræ acquiſitis; & qui intentat lucere, reſplendeſcere, ac rore fœcundare, non ex propriis, cum nihil habeat ex ſe, ſed ex emendicatis 21.

Hugo.

*Qui ex propriis non habes virtutes, non debet de illis gloriari.*

Geneſ. 1.

*Contemnendus, qui non ex propriis, ſed ex alieno fulget.*



catis ab alio, ita judicatus eſt inviſus, ut ſui expreſſione indignus judicetur, & inde prætermittendus, & cum aliis non computandus.

22. Imperfect. Septimo: Unde dici poteſt totam Salomonis gloriam ab uno agri lilio ſuperari. Chryſoſtom. in Imperfecto: *Conſiderate lilia agri: quomodo in tempore opportuno creſcunt, tempore ſtatuto formantur. In frontibus veſtiuntur candore, implentur odoribus, & quod terra radici non dederat, inviſibili operatione Deus largitur... Nec Salomon in omni gloria ſua ſic veſtiebatur.... Illi homines miniſtrabant, iſtis Deus* In eo ſuperatur Salomon à liliis, quod Salomon veſtium ſuarum gloriam accepit ab hominibus; lilium autem ab una Dei manu, quod magis perſpicuum in liliis agri, abſque ullo cultore; qui uni Deo ſuum ſplendorem debent; & quid magis honorificum, ac magnificum, quàm veſtis è manu Dei accepta: ex quo alibi ego conſideravi gloriam Scapularii Carmelitarum, è manu Virginis Mariæ conceſſi, ac dati.

*Gloria magna Scapularii Carmelitani.*

*Veſtis data è manu Dei illuſtrior omni alia,*

23. Poſtquam Deus increpavit Adamum de peccato ejus commiſſo, ipſeque de eo magno dolore affectus, ait Text. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori ejus, tunicas pelliceas, & induit eos*: Geneſ. 3. n. 21. Chaldæus habet: *Fecit Dominus Deus Adæ, & uxori ejus veſtimenta honoris, ſuper cutem carnis ſuæ, & induit eos*: veſtimenta pellicea, ſuper cutem carnis dura, & aſpera, proinde ut cilicium debent reputari, quomodo etiam poſſunt dici veſtimenta honoris? Verum eſt, quod veſtes erant pelliceæ, cilicinæ: quæ humilem habitum poterant denotare, tamen cum eſſent datæ, & acceptæ è manu Dei, magnam gloriam, & honorem indicantes ſecum aſportabant: Moïſes Barſepha 1. p. de Paradiſo, ait: *Fecit Deus tunicas pelliceas, ut anguſtiore, ac elegantiore cultu eſſent*.

Geneſ. 3. Chaldæus.

*Honorifica veſtis, quam Dei manus dat.*

Barſepha.

24. Geneſ. 1. D. Ambroſ. D. Anaſtaſ. Beda. Creata terra dixit Deus: *Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen & lignum pomiferum, faciens fructum juxta genus ſuum, cujus ſemen in ſemetipſo ſuper terram*. Gen. 1. n. 11. Hæc ſunt terræ ornamenta, ut dicunt D. Ambroſ. D. Anaſtaſius Synaïta, Beda, & alii, & etiam creato cœlo, ait Text. *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti, & ſtellas; & poſuit eas in firmamento cœli*. Gen. 1. n. 16. & hæc, ſcilicet, Sol, Luna, Planetæ, Stellæ, ſunt ornamenta, ac veſtimenta cœlorum. In dubium ergo revoco, cur ornamentum, ſeu veſtimentum terræ, arbores nempe, plantæ, flores, producuntur mediante cauſa ſecunda, nempe ipſa terra: *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum*. At ornamenta, & veſtimenta cœlorum Sol, Luna, Planetæ, Stellæ, non ab aliqua cauſa ſecunda; nec à virtute cœlorum educuntur, ſed immediatè à manu Dei creantur: *Fecit Deus duo luminaria magna*. Cur ergo ſicut ornamentum terræ, è virtute ejus naſcitur, ſic etiam, & cœlorum veſtimentum à potentia ejus virtuali non emanat. Cœlum in multis terra ſuperius, at etiam conveniens erat, ut & in hoc ſuperaret, ut illius ornamentum à nulla cauſa creata prodiret, ſed ſolum è manu Dei fieret, ut inde major ejus excellentia conjecturaretur, ac agnoſceretur.

*Ad magnam nobilitatem ſpectat habere veſtem è manu Dei*

# CAPUT VII.

1. NOLITE judicare, ut non judicemini. 2. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. 3. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? 4. Aut quomodo dicis fratri tuo, ſine ejiciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo? 5. Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo: & tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui. 6. Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & converſi dirumpant vos. 7. Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulſate, & aperietur vobis. 8. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit, & pulſanti aperietur. 9. Aut quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem porriget ei? 10. Aut ſi piſcem petierit, nunquid ſerpentem porriget ei? 21. Si ergo vos cùm ſitis mali: noſtis bona data dare filiis veſtris: quanto magis pater veſter, qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe? 12. Omnia ergo, quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex, & Prophetæ. 13. Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem? & multi ſunt, qui intrant per eam. 14. Quàm anguſta porta: & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui inveniunt eam. 15 Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. 16. A fructibus eorum cognoſceris eos. Nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus; 17. Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit, mala autem arbor, malos fructus facit. 18. Non poteſt arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.

19. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. 21. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum; ſed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. 22. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? 23. Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos: diſcedite à me qui operamini iniquitatem. 24. Omnis ergo, qui audit verba mea, & facit ea: aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſuper petram. 25. Et deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erit ſuper petram 26. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erat viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam. 27. Et deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. 28. Et factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina ejus. 29. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Prohibet Chriſtus, ne alios judicemus: ne Sanctum demus canibus, ſed orationi inſtandum valde, cùm anguſta ſit via in Cœlum, per quam pauci ambulant. Explicavi tom. 2. in Ev. c. 18.

*Secundò, Verſ.* 15. Monet fugiendos eſſe falſos Prophetas, ac Doctores, qui veniunt in veſtimentis ovium; deinde docet, ſapientem eſſe eum, qui verba Dei ita audit, ut opere adimpleat. De quo t. 2. c. 19.

## Anguſta porta Cœli.

### QUÆSTIO I.

### *Quare lex Evangelica dicitur via arcta, & porta anguſta, cum Chriſti mandatum leve, & ſuave publicetur?*

1. Dicitur hic, n. 13. *Intrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpatioſa vita eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam: quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam*: quod latè explicavi citato cap. 18. in Expoſitione, & q. 12. & 13.

2. Notandum eſt, bis eſſe hic dictum à Chriſto D. portam cœli eſſe anguſtam. Semel *intrate per anguſtam portam*: & iterum, *quam anguſta porta, & arcta via*. Ut notat D. Baſilius in Brevioribus, q. 241. Quod Chriſtus repetit ad majorem emphaſim, ut id altiſſime cordibus noſtris imprimatur, tanquam res ſummæ conſiderationis attendenda: ut quando per famulum alicui negotium mittimus, bis iteratur, ut in oblivionem non abeat, ſed altiùs in mente infigatur; & ut notant Euthymius, ac Theophylact. hanc Chriſti vocem eſſe admirantis, quod tam anguſta ſit via ad vitam.

D Baſil. *Memoria tenendum viam cœli eſſe anguſtam.* Euthym. Theophyl.

3. Et etiam ſecundò notandum, quod ubi de lata via, ac porta, quæ ducit ad perditionem, ſermo eſt, *multi intrant per eam*: Ubi autem agitur de hac ſtricta via: & porta, quæ ducit ad cœlum, mutatur ſtylus: & non dicitur ita; ſed *pauci ſunt, qui inveniunt eam.* Id autem, quod invenitur frequenter, ſtudioſe quæritur: ſanè hæc arcta via, quæ ducit ad cœlum, priùs diligenter quærenda eſt, *ut inveniatur*: & poſtea obnixè ad laborandum, ut per illam incedatur, ac perveniatur ad cœlum. Unde D. Lucas cap. 13. numero 24. hanc ſententiam referens, ait: *Contendite intrare per anguſtam portam*: Græcè habetur, *Agonizate intrare.* Quaſi in agone contendite, dimicate, ut ex D. Hieronymo, & Cypriano habet Calepin. extremas vires adhibere, tanquam in ſtadio agonizantes pro vita æterna.

*Contendendum, ac dimicandum, ut per viam cœli incedamus.* Luc. 13. Græcus. D. Hyeron. D. Cypr. Calepin.

4. Ad quæſtionem: Cur una via tam lata, altera tam anguſta, rectè explicat D. Chryſoſtom. hic, & ait: *Quia diabolus tumore illo, quo ſe toto cœlo extendere voluit, primus aperuit perditionis viam, & poſtmodum omnibus peccatis involutos, & univerſi mundi ſarcinam bajulantes in eam recipit. Contra verò anguſta eſt via Domini, quia Chriſtus omni humilitatis ratione collectus, primus eam patefecit: proinde ſolos eos, qui ſubtiles, ac ſpirituales ſunt, admittit.* Una porta lata: altera anguſta, unde hoc deſumendum eſt ex ducibus, nempe qui purè eas ingrediuntur. Via inferni lata, & ampla, dux ad ingrediendum per illam diabolus, qui ſeſe dilatavit, ac extendit per totum Univerſi ambitum, ut ex creatura vellet fieri creator, & ſedem Dei tenere; ſecum involvens omnes deperditos, ac peccatores, ſecum adducens quemlibet ſuo ingenio, ac inclinatione, ut Tertul. lib. de Veland. virginibus, c. 1. notat, & ait: *Quare eſt enim ut à diabolo*

D. Chryſ. *Diabolus ducit ad viam perditionis; Chriſtus ad ſalutis ſemitam.* Tertull.

bolo



*bolo ſemper operante, & adjiciente, quotidie ad iniquitatis ingenia opus Dei, aut ceſſavit, aut proficere deſtiterit.* Expende illud, *ad iniquitatis ingenia.* Dux portæ quæ ducit ad vitam, Chriſtus Dominus, qui ſe maximè coarctavit, & exinanivit, ac humiliavit, ut de ſe diceret: *Ego ſum vermis, & non homo*: inde per eam ſequentes ſuum ducem ſolum ingrediuntur valde ſpirituales, & à terrennis, ac humanis affectibus denudati, Chriſtum imitantes, ac abnegantes ſeipſos.

5. Secundò: Quàm anguſta porta, & arcta via quæ ducit ad vitam: & quæ porta, & via eſt hæc, quæ ducit ad vitam. Eſt ſcilicet Chriſtus D. qui de ſe ait, Joan. 10. n. 9. *Ego ſum oſtium*: & cap. 14. n. 6. *Ego ſum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Si ergo hæc via eſt Chriſtus, non mirum, quod dicitur via anguſta, & arcta, quia qui vult venire ad Chriſtum, debet à ſe dimittere omnia terrena, nec enim amor ejus compatitur admiſceri cum temporali cura. D. Gaudentius tract. 18. *Quoniam verò arcta, & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam; oneratos divitiarum terreſtrium fæcibus ingredi per illam non capit*; & non ſolum res ipſæ terrenæ, ſed etiam earum affectus dimittendus. D. Gregorius Mag. in Catena D. Thomæ ait: *ſatis anguſtum eſt omnia prætermittere, unum ſolum Deum diligere, proſpera non ambire, adverſa non timere.* Valde arduum, & anguſtum erat omnia temporalia adjicere, ſed multo difficilius eorum affectus dimittere, mundi felicitates condemnare, nulla pericula timere, & unum ſolum Deum diligere.

Joan. 10. Joan 14. D. Gaudent. D. Gregor. *Qui vult Chriſtum tenere, ac ſequi, debet omnes affectus mundiales contemnere.*

6. Tertiò: *Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam*: quod de præceptis Evangelicis per viam ſignificatis intelligitur, ut citato loco dicitur. Unde merito addubitat D. Ambroſ. in Pſal. 118. n. 96. Octone 14. & ait: *Legimus, quod anguſta ſit porta per quam ingrediuntur, qui æternæ vitæ fructum adipiſcuntur. Quomodo ergo dicit Propheta latum mandatum Dei, & valde latum... & poſtea ſubdit. Quam latum mandatum eſt charitatis: diligite inquit, inimicos veſtros.* Via mandatorum Dei anguſta, & arcta; tamen Charitas Dei facit ejus mandatum latum, ſuave, & expeditum ad ambulandum per illud, amor enim omnia facit levia, dulcia, omni difficultate evacuata.

Pſalm 118. D. Ambroſ. *Amor anguſta facit lata, & facilia.*

7. Cum Jacob vehementer diligeret Rachelem ait ad Laban: *ſerviam tibi pro Rachel ſeptem annis, & videbantur illi pauci dies præ amo is magnitudine*: Gen. 29. n. 20. Quomodo hoc poteſt ſtare, cum diligenti brevis morula longum tempus videatur pro poſſidenda re amata; ſubtilitate ſui ingenii dubium proponit D. Auguſtinus in quæſtionib. ſuper Geneſim, & ait, quod ſcriptum eſt, ſervivit Jacob pro Rachel annis ſeptem, *& erant in conſpectu ejus, veluti pauci dies, eo quòd diligeret illam: quærendum quomodo dictum ſit, cum longum magis tempus, longum ſoleat eſſe amantibus.* Argutè Auguſtinus ſolvit dubium: *Dictum eſt ergo propter laborem ſervitutis: quem facilem, & levem amor faciebat.* Dicuntur pauci dies, non numero dierum, quia dies multi erant, ſed numero laborum, quibus diu, noctuque, frigore, gelu, ac æſtu variabantur, & tanti labores præ amoris magnitudine pauci videbantur, quia tot, tantique labores paſtoralis vitæ amor ſic ſuaviſabat, ut pauci, & leves viderentur. *Dictum eſt ergo propter laborem ſervitutis, facilem, & levem amor faciebat.*

Geneſ. 29. D. Auguſt. *Amor dura & aſpera, facit levia & ſuavia.*



8. Quartò: Chriſtus D. Matth. 11. n. 30. ait: *Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Quomodo hoc cohæret cum noſtro textu: *Anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam.* Opportunè occurrit D. Chryſoſtom. tom. 2. homil. 3. de Lazaro, proponens, & ſolvens dubium his verbis: *quomodo igitur, dixerit aliquis, dictum eſt illud, jugum meum ſuave eſt; & onus meum leve? nam ſi anguſta eſt via, aſpera, quomodo rurſus eam levem, facilemque vocat? illud quidem dictum eſt propter naturam afflictionum, hoc verò propter ſpontaneam voluntatem adeuntium. Nam fieri poteſt, ut quod natura eſt intolerabile, ſit leve, ſi cum alacritate animi ſuſcipiamus.* Quamvis aliquid in ſe ſit grave, aſperum & ponderoſum, ſi tamen alacri animo ſit, magna, ac delectabili voluntate ſuſcipitur, ac exequitur, leve, ſuave, ac dulce putabitur.

Matth. 11. D. Chryſ. *Spontaneum etſi difficile, reputabitur leve.*

9. Ait Chriſtus citato loco Matth. 11. num. 29. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis; & ego reficiam vos.* Sed quo laxamento, ſeu levamento ſunt reficiendi, ac ſublevandi ab onere ſuorum laborum: *Tollite jugum meum ſuper vos:* Gloſſa: *Ego reficiam, ſi jugum meum tolletis, ideſt præcepta mea* Præcepta legis Chriſti ſunt ardua, & difficilia, de eis enim dicitur, *anguſta, & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam*: præcepta legis Chriſti ſunt ad amputandos humanos affectus, ad reprimendos appetitus, ac ad abnegandas delicias cum jejunio, ac oratione. Opportunè Lyra: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite voluntarie, ſcil. jugum meum ſuper vos*: Jugum meum evangelicum, quod humeris veſtris imponi jubeo, licet forſitan alicui videbitur ſuper humanas vires, onus omne illius, omnemque illius difficultatem evacuabit, ac degradabit; ſi illud voluntariè ſuſcipiatis; voluntas omne pondus exonerat, omnemque oppreſſionem in planam calcat; *Tollite voluntatiè, ſcil. jugum meum ſuper vos*; ardua eſt nolenti virtus, at volenti facilis, mitis, placida, quod alicui eſt difficile, à re ſi votis excipitur jucundum, & promptum. Vide ſupra cap. 3. q. 2. n. 11.

Matth. Gloſſa. *Omne onus levatur ſi ultro ſuſcipiatur.* Lyra.

## Attendite à falſis Prophetis.

### QUÆSTIO II.

### *Quare tam accurate mandat Chriſtus attendere, ac cavere à falſis Prophetis?*

10. HOc punctum latè tractavi citato cap. 19. per ſeptem priores quæſtiones. Nunc verò ad majorem doctrinam adde, quod maxime Dominus mandat attendere, & cavere luporum rabiem, non his, qui aperto ore veniunt, ſed in illis, qui falſo ovium integumento veſtiuntur. Sub præſumpta namque virtutis ſpecie, durior in ſanctos crudelitas nutritur. Quò tendit D. Hilarius contra Auguſtum, & ait: *At tu omnium crudelitatem crudeliſſime, damno majore in nos; & venia minore deſævis; ſubripis nomen blandimenti, occidis ſpecie religionis, .... ſed hæc ille pater tuus, artifex*

D. Hilar.



*humna*

*humanarum mortium, docui perſequi ſine infamia, obedire ſine ſuſpicione, mentiri ſine intelligentia, profiteri ſine fide… Aliud me Dominus ad intelligendum te docuit, dicens: Attendite à pſeudo-propheſis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, ab intus autem ſunt lupi rapaces.* Hoc crudeliſſimorum hominum proprium eſt, quod dum dulcius videntur amare, acrius ſæviunt tegumento ovium prætextum ſumunt virtutis, ſub quo rabidiores exiſtunt lupis veſpertinis; ſanè non ſic aperta rabies, ut ſimulata comitas, potens eſt ad perdendum. Unde citatus Hilarius ſupra datus, ſic pungit citatum Conſtantium: *Oſculo ſacerdotes excipis, quo & Chriſtus eſt proditus: Convivio dignaris, ex quo Judas ad proditionem egreſſus eſt:* Ecce oſcula, convivia, & honores, ac blanditiæ luporum, ut citius, & efficacius totum orbem premant: ſic ait Publius Minor: *Majus, ubi bonum ſe eſſe ſimulat, tunc eſt peſſimus.* Vide quæ dixi ſupra.

*Blanditia ſimulata efficax ad perdendum.*

Publi. Min.

11\. *Veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces:* veniunt tegumento virtutum, ſpecie zeli, ac prætextu religionis: intrinſecus ſunt lupi rapaces, omnium vitiorum ſpurcitia pleni; & abundantes, & ſæpe ſæpius majori iniquitate exundant, quàm eos, quos reprehendunt, & damnant. Cum Sichem Filius Hemor captus Dinæ amore eam violaſſet, ipſamque in ſponſam petierunt, dixerunt Geneſ. 34. num. 14. *in dolo ſævientes ob ſtuprum ſororis. Non poſſumus facere hoc quod petitis; nec dare ſororem noſtram homini incircunciſo, quod illicitum, & nefarium eſt apud nos:* quibus auditis Sichem, & viri civitatis circumciſi ſunt, & die tertio, quando dolor eſt fortiſſimus, irruerunt filii Jacob, & omnes gladio interfecerunt; quod cum vehementer exprobraſſet Jacob, reſponderunt illi: *Nunquid ut ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?* Ibid num. 31. Ubi duo nota; quod ipſi religionis fuco dicunt: *Non poſſumus dare ſororem noſtram homini incircunciſo:* Summum malum aggrediuntur, interficiunt viros, & civitatem in ore gladii depopulantur; ſecundò valde zeloſi ſe exhibent de honore, ſororis patriſque ſui: *Nunquid ut ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?* Et tamen Ruben major natu inter ipſos fratres, fœdavit cubile patris ſui, & dormivit cum Bala concubina patris ſui. Geneſ. 35. num. 22. & cap. 49. numero 4. ſic & frequenter accidit, ut qui multum zeloſi videntur, & aliorum crimina graviter damnant, in pejora labuntur Lipoman. ad illa verba: *Non poſſumus facere quod petitis,* ſic ait: *Acerrime quidem inſiſtebant, ſed non ſic Dei offenſa, quam caſus majoris criminis poſtea vindicavit: cum eorum major patris cubile fœdaret, longe turpiori ſcelere, quam Dina. Sinit enim juſtitia Dei, tam zeloſos in aliena peccata vindices, turpius nonnunquam peccare. Non enim Dominus vult peccata, quæ odio animo iniquo à quoquam puniri.* Sic & tales fratres nefariè intentant interficere fratrem ſuum Joſeph, mittentes in ciſternam veterem ſine aqua, ut tibi miſerabiliter fame periret. Geneſ. 37. n. 24. Quod multo gravius crimen eſt, quam alterius ſtuprum; non enim odit Dei offenſam, ſed hominem delinquentem, qui alterius peccata immoderatè exaggerat; inde tamen in turpiora labi permittitur flagitia, ut ſcelere ſcelera vindicentur. Zelus ſtupri impatiens, & non violandæ circumciſionis nimium ſtudioſus, venerabile Patris cubile fœdat, & fervidus vindictæ ſtupri animus in execrabilem fratris mortem conſpirat. O timeat indiſcretus zelus ſupremam juſtitiam, ne fortè turpiori lapſu ſit diſtrictius ſui acerrimus vindex.

Geneſ. 34.

*Qui nimis alios zelat in turpiora aliquando labitur.*

Geneſ. 35. Geneſ. 49.

Lypoman.

Geneſ. 37.

Filius prodigus in ſe reverſus ad domum patris ſui regreditur, à quo valde feſtive excipitur magno convivio, ac vitulo ſaginato occiſo. Revertitur ab agno filius ſenior; qui cum agnoviſſet rem cauſamque tanti gaudii: invidia, ac odio exardens, domum patris nolebat introire, ad cujus ingreſſum, Pater multum rogans, ille indignatus ſe excuſat, quod nunquam ſimile à Patre acceperit, ſubdens: *ſed poſtquam filius tuus hic, qui devoravit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum:* Luc. 15. num. 30. multo zelo damnat fratris crimina, eumque dicit indignum paternæ benevolentiæ, utpote qui devoraverit, ac diſſipaverit totam rem ſuam, vixeritque luxuriose cum impudicis mulieribus: quid tam indiſcretus zelus peperit, ut talis in graviora flagitia deveniret, ut paternam domum, illiuſque magnum convivium, ac omnia cœleſtia bona contemneret. D. Chryſolog. ſerm. 4. ait: *De junioris Filii reditu, & ſalute gaudemus; ſenioris flebiliter pandimus, & dolemus, qui ſummum frugalitatis bonum extremo zeli malo perdidit:* cum animi zelo damnationis criminum, & emendati fratris luxuriam incuſat, *ſummum frugalitatis bonum extremo zeli malo perdidit* 12.

Luc. 15.

*Summum frugalitatis bonum extremo zeli malo deperditur*

D. Chryſol.

## QUÆSTIO III.

### *Quare iſti invocantes nomen Domini, facientes virtutes multas, damnatione perduntur.*

Ait Dominus in præſenti, n. 21. *Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine: intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei, qui eſt in cœlis, ipſe intrabit in regnum cælorum. Multi dicent mihi in illa die; Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Quod latè à nobis eſt explicatum citato tom. 2. in Evang. c. 19. in expoſitione, & q. 14. & 15. majoris doctrinæ gratia adde. 13.

Primò D. Hilarius epiſt. ad Conſtantium, qui gloriabatur de Chriſti nomine, cum inimicus eſſet Chriſti; & ait: *Agnoſciſne nunc divinæ in te prophetiæ veritatem, & dominicæ ſententiæ fidem, qua non profeſſio nominis in cæleſte regnum, ſed obedientia paternæ voluntatis admittiur? At vide tu, ſi præferens nomen Domini in verbis, voluntatem perficias Dei Patris in rebus.* Non nominis profeſſio, ſed in divinis præceptis promptæ obedientiæ executio cœleſte Patris regnum obtinet: parum prodeſt Chriſti nomen in ore, ſi non eſt in corde, ac operibus exhibitis. Unde ait idem Hilarius can. 6. in Matth. *Cæleſtis regni iter obedientia voluntatis Dei, non nuncupatio repertura eſt.* 14.

D. Hilar.

*Ad obtinendum cæleſte regnum, non verba, ſed obediens præceptorum executio requiritur.*





15\. Secundò: *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum; ſed qui facit voluntatem Patris mei.* Ex quibus rectè monet Salvianus lib. 3. de Gubernat. Dei, quod patienter ſuſtineamus, ſi Deus non attendat ad noſtras preces, cum non attendamus ad Dei voluntatem, nec ad ejus mandata. Salvianus poſt citata proxima verba Matthæi ſic ſubdit: *Non moleſtum ſit deſpici à Domino preces noſtras, cum præcepta ejus deſpiciantur à nobis. Fac nos pares Domino noſtro eſſe: qui juſtæ querimoniæ locus eſt, hoc pati quemquam, quod fecerit.... Quid enim dignius, ac juſtius, non audivimus, non audimur: non reſpeximus, non reſpicimur.* Ait Dominus in præſenti, quod multi invocabunt eum, Domine, Domine? & tunc Chriſtus reſpondens ait: *Tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos:* hoc loco Matth. 7. n. 23. *non novi vos.* Ut veſtras preces audiam, & recipiam ad regnum cœlorum; & quod Chriſtus ad tales preces non attendat, nec mirum, nec moleſtum debet videri *Fac nos pares Domino noſtro eſſe:* ſi nos ex noſtra malitia non audivimus vocem Domini, ut cuſtodiamus ejus præcepta, & mandata, juſtum, & æquum eſt, ut non audiamur ab ipſo Deo; ſiquidem ejus mandata ad cuſtodiendum non audivimus, & quod ipſe non reſpiciat, ſi quidem ipſum non reſpeximus: *quis juſtæ querimoniæ locus eſt, hoc pati quemquam, quod fecerit.*

Salvianus.

*Non audivimus Deum jubentem, non audimur à Deo precantes.*

16\. Tertiò: multi dicent, in nomine tuo prophetavimus, ad quæ verba D. Chryſoſtom. in Imperfecto homil. 19. & ait: *Conſidera, quia in nomine dicunt, non in ſpiritu; prophetant enim in nomine Chriſti, ſed in ſpiritu diaboli: dæmonia ejiciunt in nomine Chriſti, habentes ſpiritum inimici: faciunt & virtutes, id eſt, miracula non utilia: & neceſſaria, ſed inutilia, & vacua.* Graviter pungit concionatores, quid aliud ore dicunt, aliud opere loquuntur, quod ſermone efficaciter intonant, operibus contradicunt. *Prophetant in nomine Chriſti, ſed in ſpiritu diaboli.* Chriſti doctrinam nomine tantum ore intonant, ſed operibus diabolo ejuſque vanitatibus ſerviunt: ore Chriſti doctrinam, & Evangelicum ſermonem ſonant; opere verò diaboli ſpiritum, ejus mores manifeſtè exhalant: *prophetant in nomine Chriſti, ſed in ſpiritum diaboli.*

D. Chryſ.

*Vani prædicatores prophetant in nomine Chriſti, ſed in ſpiritu diaboli.*

17\. Quartò: *Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus,* & tamen à Chriſto reprobantur; *Non cognovi vos:* ad quod optimè reſpondet D. Gregor. lib. 30. Moral. cap. 8. & ait: *Probatio quippe ſanctitatis, non eſt ſigna facere, ſed unumquemque ut ſe diligere: de Deo autem vera cognoſcere, de proximo verò meliora, quam de ſeipſo ſentire.* Vera ſanctitas probatur, non apparentia ſanctitatis, nec ſignis factis, ſed vera dilectione in Deum, ac proximum, ita ut proximum ore garrulo, ac dente maligno non detrahamus, ne ut multum vilis, ſed ut valde magnus æſtimatione apud nos habeatur, exul æternæ patriæ miſerabiliter ad æternam gehennam rapitur, qui *de proximo meliora, quam de ſeipſo non ſentit.* Utinam ex hoc cautelam ſumeret noſtra licentioſa cenſura de proximorum factis.

D. Gregor.

*Qui de proximo deterius, quàm de ſe judicat, damnatus habetur.*

18\. Quintò, multi dicent: *In nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia numquam novi vos:* Ad quæ verba noſter D. Cyrillus Alexand. lib. 3. in Joan. cap. 27. & ait, in nomine Chriſti: *Non enim probè me quæſiſtis, nec ſanctimonia ſplendere voluiſtis, ſed mercaturæ modo religionem oſtentatis, propterea vos non cognovi:* A Chriſto D. tales damnantur, ac reprobantur: *non novi vos:* quia licet virtutis ſpeciem præ ſe ferrent, non amore virtutis ſed mercaturæ negotiatione, ut ita humanas laudes nundinentur; & quæſtuoſa virtutum jactura, cæleſtes divitias inaniter amiſerunt: *mercaturæ modo religionem oſtentaſtis, propterea non cognovi vos.*

D. Cyrill.

*Malos homines etiam pudet mentiri.*

Sextò: *Multi dicent mihi in die illa, Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus:* id eſt ſigna, & miracula, quæ fiunt virtute Dei; cur non dicunt, quod oſtentaverint alias virtutes, humilitatem, jejunium, orationem, quæ ſunt valde cognata hypocritis, quia cum talia fecerint non in ſinceritate, ac veritate, & ex puro corde, non erant virtutes, ſed ſuperſtitiones, ac figmenta virtutum. D. Auguſtin. ſerm. 50. ait: *Non enim in conſpectu tanti judicis mentiri audebunt, aut jactare, quæ non fecerunt:* licet iſti in medium proferant prodigia, & ſigna, quæ fecerint ad captandos humanos applauſus, ac temporales vanitates expiſcandas, tamen in Dei conſpectu nullum mendacium auſi ſunt proferre, nihil enim magis alienum à ſummæ veritatis oculis, quam mendacium. 19.

*Vana gloria de virtute facit mercaturam.*

D. Auguſt.

Dicitur Sapient. 1. n. 11. *Os, quod mentitur, occidit animam:* Quæ verba exponens Cæſarius Arelatenſis ſerm. 33. de Energum. ait: *Os quod mentitur, occidit animam, quia in ſe admittit diabolum, qui animæ eſt interfector.* Ac ſi homo mendax, energumenus ſit, ac diaboli domicilium, & ſedes; totis viribus excantetur hic inteſtinus hoſtis, cui dum mendacia ſuggerit, vitam noſtram perdit. Aliter & maximè ad rem D. Laurentius Juſtin. de Vita Solitaria cap. 4. hunc locum expendit, & ait: *Quantum in mendacibus eſt, immortalem, & æternam veritatem; quæ Deus eſt, deſtruere moliuntur: hoc vere dum agant, illam in nullo lædunt; illi nequaquam detrimentum inferunt, ſed ſe perimunt, quemadmodum in ſapientiæ voce continetur, ſic enim habet: Os autem, quod mentitur, occidit animam.* O execrabilis temeraria mendacii inſolentia, quæ quantum in ſe eſt, attentata nefanda audacia ſua, mendaci lingua ſupremæ, ac æternæ veritati inſidiatur. Carnifices crucifigentes Dei filium, mendacio enituntur ex falſo teſtimonio: *Audivimus hunc hominem dicentem, poſſum deſtruere templum Dei:* Matth. 26. n. 60. & mendax lingua, dum pro ſuo mendacio pugnat, omnem veritatem deſtruere molitur. Hæc ſunt facinora, quæ inteſtinus dæmon in mendaci lingua machinatur. 20.

Sap. 1. Cæſar, Arel

D. Laur. Juſt.

*Mendax ſummam veritatem quæ eſt Deus, deſtruere intentat.*

Matth. 26.

Ait Regius Vates Pſal. 17. n. 41. *Filii alieni mentiti ſunt mihi; filii alieni inveterati ſunt* Ubi noſtra Vulgata habet: *Filii alieni* Genebrardus legit ex Hebræo, *filii adulterini.* Pſalmus intelligitur de apoſtatis, ac fidei deſertoribus, qui relinquentes veram Dei fidem, veramque matrem Eccleſiam, aliamque & erroneam ſibi in matrem, ac ſponſam eligunt, verum Deum negantes, & idem eſt quod à vera 21.

Pſalm. 17. Genebr.

fide deficiant, & quod Deo mentiantur, tantum malum mendacium eſt.

Hinc viri magni, ac generoſi, totis viribus contendunt omnem mendacii ſuſpicionem à ſe excludere, ac rejicere, Poſtquam Abrahamus rediit victor de quinque Regibus, & omnia ſpolia quæ è Sodomis abſtulerat. Sodomorum Regi reſtituit, ipſumque Sacramento interpoſito urget: Geneſ. 14. n. 22. *Levo manum meam ad Dominum*, &c. *Quod à filo ſubtegminis, uſque ad corrigiam caligæ non accipiam:* Nonne ſufficiebat ſimplici verbo dicere, non accipiam? ad quid juramentum adhibet? an fidem non facis, niſi juramentum concipias? quis tibi non credet injurato, ſed magnus Abrahamus voluit à ſe removere omnem ſiniſtram ſuſpicionem de ſua fide; vel aliquam umbram mendacii in ſuis verbis latere, & quod aliud dicebat ore, aliud retinebat in corde; quod ore rejiciebat ſpolia, quæ corde appetebat. Ne ergo quis de eo talia cogitaret, juramento rem confirmat. D. Chryſoſt. homil. 35. & ait: *Ideo juramentum adhibuit, ne putes ipſum ita ſimulare quod probabile eſt ſæpe contingere.*

Geneſ. 14.

*Ad deteſtandum ſuſpicionem mendacii facit Abrahamus juramentum.*

D. Chriſ.

# CAPUT VIII.

1. CUM autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.
2. Et ecce leproſus veniens adorabat eum dicens: Domine ſi vis,
potes me mundare: 3. Et extendens Jeſus manum, tetigit eum
dicens: Volo, mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra ejus. 4. Et
ait illi Jeſus; Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende te Sacerdoti:
& offer munus, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis 5. Cùm autem in-
troïſſent Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum 6. Et dicens: Do-
mine puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur. 7. Et ait illi Jeſus,
Ego veniam, & curabo eum 8. Et reſpondens Centurio, ait Domine non ſum
dignus, ut intres ſub tectum meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus
9. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico
huic: vade & vadit: & alii, veni & venit: & ſervo meo: fac hoc, & facit. 10. Au-
diens autem Jeſus, miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit, Amen, dico vobis: non
inveni tantam fidem in Iſraël. 11. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, &
Occidente venient, & recumbent cum Abraham. & Iſaac, & Jacob, in regno cœlo-
rum: 12. Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtri-
dor dentium. 13. Et dixit Jeſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi. Et
ſanatus eſt puer in illa hora. 14. Et cùm veniſſet Jeſus in domum Petri, vidit ſo-
crum ejus jacentem, & febricitantem: 15. Et tetigit manum ejus, & dimiſit eam
febris, & ſurrexit, & miniſtrabat ei. 16. Veſpere autem facto obtulerunt ei multos
dæmonia habentes: & ejiciebat ſpiritus verbo, & omnes malè habentes curavit:
17. Ut adimpleretur, quod dictum eſt per Iſaïam Prophetam dicentem: Ipſe infir-
mitatem noſtram accepit: & ægrotationes noſtras portavit. 18. Videns autem Jeſus
turbas multas circum ſe, juſſit diſcipulos ire trans fretum 19. Et accedens unus Scri-
ba, ait illi: Magiſter, ſequar te quocumque ieris. 20. Et dicit ei Jeſus: Vulpes fo-
veas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput ſuum
reclinet. 21. Alius autem de diſcipulis ejus ait illi: Domine, permitte me primùm
ire, & ſepelire patrem meum. 22. Jeſus autem ait illi, ſequere me, & dimitte
mortuos ſepelire mortuos ſuos. 23. Et aſcendente eo in naviculam, ſecuti ſunt eum
diſcipuli ejus. 24. Et ecce motus magnus factus eſt in mari: itaut navicula operi-
retur fluctibus, ipſe verò dormiebat. 25. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, & ſuſ-
citaverunt eum, dicentes: Domine ſalva nos, perimus: 26. Et dicit eis: quid ti-
midi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperavit ventis, & mari, & facta eſt tran-
quilitas magna. 27. Porro homines mirati ſunt, dicentes, qualis eſt hic, quia venti,
& mare obediunt ei? 28. Et cùm veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum,
occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſævi nimis, ita ut
nemo poſſet tranſire per viam illam. 29. Et ecce clamaverunt dicentes quid nobis
& tibi Jeſu fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos; 30. Erat autem non lon-
gè ab illis grex multorum porcorum paſcens. 31. Dæmones autem rogabant eum
dicentes: Si ejicis nos, mitte nos in gregem porcorum. 32. Et ait illis: ite, At illi
exeuntes abierunt in porcos, & ecce magno impetu abiit totus grex per præceps
in mare: & mortui ſunt in aquis. 33. Paſtores autem fugerunt: & venientes in ci-
vitatem



vitatem nuntiaverunt omnia, & de his, qui dæmonia habuerant. 34. Et ecce tota
civitas exiit obviam Jeſu, & viſo eo, rogabant ut tranſiret à finibus eorum.

*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

Doctrinam Evangelicam, quam Dominus tradidit in monte, cap. 5. 6. 7. deſcendens miraculis confirmat, ut docet D. Hieronymus.

*Primo, Verſ.* 1. Curat leproſum; quod expendi tom. 2. cap. 20.

*Secundò, V.* 5. Curat puerum Centurionis, expendit. 3. cap. 11.

*Tertiò, V.* 15. A febri liberat ſocrum. Petri, tom. 2 cap. 22.

*Quartò, V.* 18. Duos ſe ſequi volentes, imperat opibus, ac parentibus renuntiare, ſiquidem filius hominis non habet ubi reclinet caput: explicavit. 2. c. 23.

*Quintò, V.* 25. Sedatur tempeſtas in mari, & eſt explicatum tom. 2. cap. 24.

*Sextò, V.* 28. Sanat duos dæmoniacos, dæmoneſque obſecrantes, permittit ingredi in porcos, quos ſtatim in mari demergunt. Eſt explicatum t. 2. cap. 25.

## Leproſus mundatur.

## QUÆSTIO I.

### *Quare Leproſus tali modo poſtulat, Si vis, potes me mundare?*

1. DE hoc leproſo egi tom. 2. ca. 20. per duodecim Quæſtiones. Nunc verò ait Matth. c. 8. n. 2. de ipſo Leproſus veniens adorabat eum, dicens: *Domine, ſi vis potes me mundare:* quam petitionem expendi citato loco, q. 2. 3. 4. 5. & 6. nunc verò adde; & expende petitionis modum, non ait abſolutè: Domine munda me, *ſed ſi vis, potes*: tanquam ſub conditione, de quo egi citato loco, q. 4. Tamen modo nota, quod dum leproſus ait: *Domine, ſi vis, potes me mundare:* exponit ſuum deſiderium curationis, cum reſignatione miſtum, ac ſi dicat: Leproſus ſanitatis indigens, eam maximè exopto, tamen me reſigno, ac ſubmitto voluntati tuæ, ô Chriſte; ut ſi velis, me cures; & ſi nolis, non cures; ac proinde maximè ſe conformabat divinæ voluntati, ex quo multùm promeruit. Vide, *Conformitas*, tam in hoc tomo, quàm in aliis meis.

*Conformitas cum divina voluntate multa promeretur.*

2. Secundò: Origenes apud Catenam in perſona Leproſi ait: *Domine per te omnia facta ſunt, tu ergo ſi vis, potes me mundare; voluntas tua opus eſt, & opera tua voluntati obediunt:* Anſelm. Laudunenſis in Gloſſa interlineari: *Domine, ſi vis, potes me mundare; voluntati poteſtatem tribuit*: Quanta eſt voluntas, tanta eſt Dei poteſtas, quidquid enim vult, hoc illico facere poteſt, juxta illud Pſalm. 134. n. 6. *Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in cœlo, & in terra.* Cum ergo Dei voluntas ſit Divina, ejuſque potentia, hinc clamat leproſus: *Domine ſi vis, potes me mundare*, Ecce homo pro ſua audacia, ac veluti modulo ſuo, hanc Dei potentiam intentat æmulari, & etiam ultra vires audet in executione facere, quod voluntas præſumit Vide ſuprà cap. 5. q. 2. n. 11. & 12.

Origenes.

Anſelm.

Pſalm. 134.

*Velle Dei, poſſe dicitur, ſic & homo de ſuo velle intentat.*

3. Tertiò: D. Athanaſ. Orat. 5. ad Adelphium ait: *Leproſus adorabat Dominum in corpore, eumque Deum eſſe præſentiebat, his verbis utens:* Domine, ſi vis, potes me mundare: *Neque ob carnem arbitratus eſt eſſe creaturam Dei Verbum; neque quia Verbum erat opifex rerum, carnem pro nihilo habuit, qua indutus erat, ſed ut in re creata creatorem adorabat; ideoque mundatus eſt.* Quamvis vile, & abjectum eſſet indumentum carnis humanæ, quam Divinum Verbum induerat, ipſaque tegebatur; & quamvis indumentum apparens tam vile, & abjectum, non tamen impedimentum fuit, ut Dominus Deus crederetur, & agnoſceretur. Non contempſit Leproſus vile carnis indumentum, ſed ſub illo introſpexit latentem Divinitatem, quæ maximè magnis virtutibus, ac magnificis operibus radiabat, quod confirmat D. Athanaſius citatus ex ſignis factis in morte Chriſti, Luc. 23. *Tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, Sol obſcuratus eſt, velum Templi ſciſſum:* & ut ſcribit Matth. 27. *Petræ ſciſſæ ſunt*, citatus Sanctus Pater ait: Non enim rem creatam rerum natura adorabat, neque ob carnem ejus recuſavit, Dominum adorationibus proſequi: Quamvis in cruce Chriſtus D. in ſumma humilitate noſtræ carnis appareret, ut ipſe diceret de ſe; *Ego ſum vermis, & non homo:* tamen ibi rerum natura debitam adorationem, ac venerationem ſuo Domino impendit, cujus virtutes maximè ibi radiantes agnoſcebat; & quanto major erat humilitas, tanto magis celſitudo reſplendebat.

D. Athanaſ.

*In ſummæ abjectione cognoſcitur latens Divinitas, & interna virtus.*

Luc. 23.

Matth. 27.

D. Athanaſ.

4. In extremo judicio apparebit Chriſtus D. cum majeſtate multa, ac magno Angelorum apparatu; & tunc Rex dicet ſuis electis; Venite Benedicti: eſurivi, & dediſtis mihi manducare, &c. Illi verò reſpondebunt; Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut nudum? *Reſpondebit Rex dicens illis: Amen dico vobis, quandiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Matth. 25. num. 40. & maximè notatu digniſſimum, quod cum Chriſtus D. declaratur Rex in ſuprema Majeſtatis ſede cum magno exercitu Angelorum orbem judicaturus, minimos, id eſt, abjectiſſimos fratres ſuos dicit: *Quandiu feciſtis uni ex fratri-*
*bus*

Matth. 25.

Rabbanus.

*bus meis minimis* : minimus dicit ſummam abjectionem, fraternitas ſupremi Regis ſummam, ac ſupremam dignitatem ; quomodo ergo hæc cohærent. Rabbanus ibi : *Quandiu feciſtis uni ex fratribus meis minimis , &c. Sed ſi fratres ejus ſunt , quare eos minimos vocat ? propter hoc, quia ſunt humiles , quia pauperes , quia abjecti.* Valde familiare humanæ ambitionis eſt elogium pauperes, & abjectos inter ſuos cognatos non computari , ſed potius eos diffiteri; hanc humanam fatuitatem damnat Chriſtus D: dum Rex majeſtatis ſolio in ſuprema majeſtate minimos pauperes , & abjectos fratres dicit ; imò , quia minimos , pauperes , & abjectos fratres agnoſcit , & vocat , Sapientia Divina non appendit rem ex externa apparentia , ſed ex interna virtute ; & quia in externis oculis humiles , ac minimi reputabantur , inde in tantum elevantur , ut Chriſti fratres dicantur ; & ſi fratres ejus ſunt , quare eos minimos vocat ? propter hoc, quia ſunt humiles, quia pauperes , quia abjecti ;

*Qui exterius humiles judicantur, ſed interna virtute ſublevantur.*

5. Pſalm.77.

De ſe loquens Regius Vates ait Pſ.77. n.70. *De poſt fœtantes accepit eum paſcere Jacob ſervum ſuum* : multa generoſæ fortitudinis ſigna reſplendebant in Davide, ex quibus ipſe digniſſimus ad regiam coronam videri poterat. Leonem, & Urſum interfecit , 1. Reg.17. n.36. Giganteam molem proſtravit, & gladio jugulavit, ibidem n.50. & tamen non dicitur aſſumptus in Regem , dum tam præclara facinora patravit, Leonem, Urſum, ac Gigantem peremit; ſed dum vilem , & abjectam paſtoralem conditionem exercet , *de poſt fœtantes accepit eum* : Magis enim enituit eximia ejus animi virtus in ruris abjecto officio , quàm in tantis ſui roboris monumentis. Tam longè diſtat , ut externorum vilitas officiat virtutibus internis, ut ipſa vilitas alas miniſtret ad magnæ gloriæ promotionem. D. Baſilius Seleuc. Orat.15. ait: *Tales animas eligere novit gratia , quare & cura gregis diſtentum , vocavit ad regnum. Nam cognita animi mente , minimè erubeſcit artem.* Ubi animi virtus agnoſcitur , artis vilitas non eſt impedimentum.

1.Reg.17. *Si adeſt animi virtus, artis vilitas non eſt impedimentum.* D.Baſil. Sel.

## Quæstio II.

*Quare Dominus non ſolum verbo , ſed etiam manus tactu ſanat Leproſum ?*

6. Textus.

Ait Text. in præſenti, n.3. *Et extendit Jeſus manum , tetigit eum dicens , Volo mundare, & confeſtim mundata eſt lepra ejus:* Quod ſatis eſt explicatum à nobis citato cap. 20. q.7. 8. & 9. Adde nunc.

7. Anſelm. Laud. *Majeſtas magnam beneficentiam erga miſerum declarat.*

Et iterum expendamus : *Extendens manum tetigit eum* : ut ita ſuum eximium ſingularis benevolentiæ declararet affectum , ut obſervat Anſelmus Laudunenſ. *Extendi manum* , ait , *qui miſericordiæ tendit affectum.* Ut manus tactu melius hanc benevolentiam declararet. Magnitudinis eſt eloquium erga ſummam proximi miſeriam ſummam benevolentiam declarare.

8. Iſaac Abb.

Secundò : Abbas Iſaac apud Tilmanum hic. *Tetigit eum , &c. Divina Sapientia medicina pariter , & doctrina , quæ ſolo verbo potuit curare leproſum , maluit tactu : ut tu non quam facilius, ſed quam affectuoſius poſſis , beneficium impendas opus pietatis adimpleas , nihil abhorrens , ſed illum per quem facis attendas.* Sanitatem leproſo confert non ſolum verbo , *volo mundare:* ſed etiam manu: *extendens manum*, quia beneficia non ſolum verbo, ſed etiam ope ſunt exhibenda ; imò opera præcedant verba; prius extendit manum, poſtea dixit , *volo mundare* : Deinde expende. *Ut tu non quam facilius, ſed quam affectuoſius poſſis , beneficium impendas* : Beneficia non ſolum manu , & ore ſunt præſtanda , ſed cum magno benignitatis affectu ; & ſi ex parte proximi aliquid inveniatur , quod horrorem faciat , illum contemnendum , quia non illi , ſed Deo ſerviat; *nihil abhorrens , ſed illum , per quem facis, attendas.*

*Ore , & manu cum benevolentia beneficia exhibenda.*

Tertiò : *Tetigit manu.* Eſto Chriſtus D. contagionem non timeat , cur leproſum juxta legis mandatum non evitat , ac arcet ; nam lex mandabat Leproſum extra civitatem , ac caſtra expelli : Numer.5. n.2. Reſpondet ad hæc D. Chryſoſtom. homil. in illud Apoſtoli : *Cum autem ſubjecta fuerint* : Et ſic loquitur: *Vide quantum diſcrimen inter veterem legem , novamque gratiam , etiam ex omni parte. Moyſes cum ex Monte deſcendiſſet, primam legem tulit, & mandavit, ut caſtris excederent Leproſos; Chriſtus è monte deſcendens leproſum protinus mundat , & ille quidem morbos eliminat , hic vero curam illius agit* : Ecce hic aliter deſcribitur , & inſinuabatur benignitas, ac pietas Incarnati Verbi , & ejus Evangelii, quantumque diſtat à rigore antiquo. Moyſes Leproſum ſignificantem peccatorem procul eliminat, Chriſtus deſcendens de monte, in quo publicavit Legem Evangelicam , primo omnium leproſum, id eſt, peccatorem benignè recipit, manu, & verbo curat, ac ſanat, ab immundæque lepræ contagio liberat ; non quia leproſum rejicit Dominus , ſed inde maximè pio , ac benigno affectu excipit, eumque ſanat, & curat, denotans ſe velle recipere , & ſanare peccatores. 9.

Num.5. D. Chryſ. *Moyſes leproſum eliminat, Chriſtus ut peccatorem benignè excipit.*

Cum baptizaretur Jeſus , dans initium ad Sacramentum Baptiſmi , cum ipſe aſcenderet de aqua. *Ecce aperti ſunt ei Cœli , & vidit Spiritum Dei deſcendentem , ſicut columbam , & venientem ſuper eum.* Matth.3. n.26. Cur Divinus Spiritus apparet in ſpecie Columbæ ? In Apoſtolos verò in forma ignis. In præſenti ad exordium Sacramenti Baptiſmatis , quo ſalutari lavacro peccatores ad ſanctificantes aquas alliciebat, ac convocabat , aſtat Spiritus Sanctus in ſpecie Columbæ manſuetæ , denotans quod peccatores ad ſe convocabat , & recipiebat multa pietate , ac clementia ; cum tamen in fine mundi , quando Apoſtoli erant conſtituendi judices, in multa aſperitate, ac diſtricto rigore apparet. D.Gregor. homil.30. in Evangelia, ait: *Chriſtus homo pro hominibus factus, mitem ſe hominibus prabet. Noluit peccatores ferire , ſed colligere; prius voluit manſuetè corripere, ut haberet , quos poſtmodùm in judicio ſalvaret. In columba ergo ſuper eum Spiritus debuit apparere, qui non veniebat, ne peccata tam per zelum percuteret , ſed adhuc per manſuetudinem toleraret.* Chriſtus nunc advenit tanta pietate , clementia , ac benignitate ad ſe adducens peccatores, ut poſtea in extremo diſtrictioris judicii die , haberet quos ſalvaret ; niſi enim tam benigno affectu , ac miſericordiæ viſceribus peccatores invitaret , ac reciperet , non haberet poſtmodum quos ſalvaret: *Prius voluit manſuetè corripere, ut haberet, quos poſtmodum in judicio ſalvaret.* 10.

Matth.3. D.Gregor. *Chriſtus peccatores benigne excipit.*



11. 1.Tim.1. D.Chryſ. *Chriſtus Dominus peccatores benigne recipit.*

Hinc Paulus ſatis opportunè ſe tanquam Dominicæ benignitatis , ac clementiæ in exemplum ante omnium oculos ſe objicit , ut ad ſpem æternæ vitæ peccatores erigantur , & ait *ideò miſericordiam conſecutus ſum, ut in me primo oſtenderet Chriſtus Jeſus omnem potentiam ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi ad vitam æternam* : 1. Timoth. 1. n. 16. ad quod reſpicere videtur D. Chryſoſtom. homil. 2. in Pſalm.50. dicens: *Si impius es, cogita publicanum, ſi immundus attende meretricem: ſi homicida es , perſpice Latronem : ſi iniquus es , cogita blaſphemum , conſidera Paulum , prius perſecutorem , poſtea annunciatorem , nolo mihi dicas blaſphemus ſum , nolo dicas, perſecutor ſum. Habes omnium oſtenſiones , in quem volueris portum confugito. Vis in novum , vis in veterem ? In veteri David , in novo Paulus.*

De puero Centurionis.

## Quæstio III.

*Quare roganti Centurioni pro puero ſuo, Chriſtus reſpondit ?* ego veniam , & curabo eum ?

12. Textus.

Ait D. Matth. cap. 8. n.5. *Acceſſit ad eum Centurio rogans eum, & dicens, & Puer meus jacet in domo paralyticus , & male torquetur* : de quo latè egi tom.3. in Evang. cap.11. per viginti ſex quæſtiones : nunc verò peculiariter expendo , cur Centurioni roganti pro puero Chriſtus reſpondit : *Ego veniam, & curabo eum* : Quod jam explicavi citato loco , q. 10. 11. Nunc adde.

13. D.Chryſol. *Deus ſupplet impedimenta naturalia, ut homo ſalutem aſſequatur.*

Primò D. Chryſolog. ſerm.15. ait : *Centurio ſapere ſic docetur, quare ad ſervum in ſervo venerit Chriſtus? Quare ad hominem in homine venerit Deus ? Utique ut levaret jacentes , eliſos erigeret, ſolveret compeditos , & eos quos jam nemo neque afferre , neque offerre poterat , ipſe operis ſui vector clementiſſimus bajularet:* Puer miſer jacebat in infirmitate , qui propter paralyſim ad Dominum venire non poterat ad ſalutem obtinendam ? hinc D. Jesus viam arripit, ut illum ſanet, ſupplens naturalia impedimenta, ne hominem à ſalute retrahant, *& quos jam nemo, neque afferre, neque offerre poterat , ipſe operis ſui vector clementiſſimus bajularet* : reſiſtebat natura ob ſua impedimenta , ne homo veniret ad ſalutem. Inde benigniſſimus Dominus ſupplens defectus naturales occurrit, & adeſt, donans ſalute miſerum infirmum.

14. Joan 4.

Secundò : ait noſter Evangeliſta , quod ad Chriſtum *acceſſit rogans eum* pro ſervuli ſalute. Acceſſit & regulus , *& rogabat ut deſcenderet & ſanaret filium ejus* : Joan.4.n.27. Uterque rogat pro ſui infirmi ſalute , tamen Centurio valde benignè excipitur à Domino *Ego veniam ; & curabo eum* , & Regulum gravi voce Dominus à ſe trudit , *niſi ſigna videritis , non creditis* : Unde tam latum diſcrimen , ad primum ſumma benignitas , ad alterum verò magna , & auſtera aſperitas , regulus pro ſui cauſa ipſe ſolus rogabat : at Centurio non ſolus ipſe erat in oratione , ſed multi cum eo erant deprecantes , ut ſcribit D.Lucas 7.n.3. *Miſit ad eum* , ſcil. Centurio , *Seniores Judæorum , rogans eum , ut veniret , & ſanaret puerum ejus* : Pro regulo nemo erat , pro duce multi homines rogant : oratio multorum maximè Deo grata , faciliter, ac promptè , & benignè optata imperat ; proindeque piam vim Chriſto factam credo cœtui communi rogantium. Unde meritò ait Tertulian. Apolog. cap. 3. *Hæc vis Deo grata eſt.* Et iterum : *Coimus in cœtum & congregationem , ut ad Deum quaſi facta manu , precantibus ambiamus.*

Luc.7. *Turba precantium vim facie Dei.* Tertull.

Anima ſancta ſumma charitate vulnerata dicebat ad ſodales , *Adjuro vos filiæ Jeruſalem , ſi inveneritis dilectum meum , ut annuntietis ei , quia amore langueo.* Cantic.5. n.8. Hoc in loco adjuratio quaſi precatio eſt, ut obſervant Interpretes , ac ſi dicat : rogo vos ut pro me erga meum dilectum deprecetis , quia pro ejus præſentia amore langueo ; nonne ipſa erat ſummè dilecta ſuo Sponſo , ut ab eo appelletur : *Amica mea , ſpecioſa mea , formoſa mea , columba mea.* Cantic.2.n.10. & 13. Si ergo anima ſancta erat ſuo Sponſo tam chara in deliciis , ac æſtimatione , ad quid aliorum preces perquirit, ad quid alias virgines ad rogandum pro ſe invita ; quamvis ipſa bene ſciret ſe eſſe multum charam , tamen optimè agnoverat multarum preces eſſe gratiores , & multam vim Deo inferre : Gilbertus ſerm.46. in Cant. ait : *Ut multiplicatis precibus ſpectata ſolatia fundet uberius* , Cum Deus vel precantibus victus cedat , vel blandientibus gratus annuat.

15. Cantic.7. Cantic.2. *Multorum preces promptè exaudiuntur.* Gilbertus.

Sciunt boni homines , quid preces communes apud Deum valeant , inde eſt , quod in fortuna adverſa cogunt cives in Sacram ædem , ſupplicationeſque decernunt. Hinc in extrema neceſſitate Hebræus urget , 2. Machab. cap.3. n.18. *Alii gregatim de domibus confluebant , & publica ſupplicatione obſecrantes,* &c. Id Eſther jubet cap.4. n.9. *Vade & congrega omnes Judæos , & orate pro me* , &c. Egit id & Jeroſolyma univerſa , 2. Paralip. cap.20. n.13. *Omnis enim Judæa ſtabat coram Domino.* Id tamen Joël monet c.1. n.14. *Congregate Seniores omnes habitatores terræ in domum Dei veſtri , & clamare ad Dominum* , &c. Et precibus etiam lego additam veſtem cilicinam , n. 13. *Accingite vos , cubate in ſacco* : & jure quidem optimo , ut interpretatur Lyra. *Ut ex communi afflictione , & deprecatione citius placetur Deus* : Sciebat id Vates Daniel , qui ut necem effugeret , & ſomnium ſolveret , ſocios ſibi juvenes aſcivit ad preces humiles. Daniel.2. n.17. *Ingreſſus in domum ſuam , & ſociis ſuis indicavit negotium , ut quærerent miſericordiam à facie Dei* , &c. An ſibi Daniel non fidit , ſi preces mittat ſine ſociis; Rectè Lyra : *Adjungit enim ſibi ſocios in orando : quia oratio multorum , & maximè bonorum , eſt multùm exaudibilis.* Nemo igitur negat valentiores eſſe communes ſupplicationes ad veniam impetrandam , opemque à Deo eliciendam. Unde cum Iſraël eſſet in magna afflictione obſeſſus

16. 2.Machab.3. Eſther.4. 2. Paral. 20. Joël.1. *Citius flectitur Deus communi ſupplicatione.* Lyra. Daniel.2. Lyra.

ſeſſus ab Holopherne, ac exercitu; Barbarorum *Clamavit omnis populus ad Dominum inſtantia magna*; qui exaudivit eos. Judith.4.n.8.

Judith.4.

## Quæstio IV.

*Quare cum Centurio audit ab ore Chriſti, Ego veniam, & curabo eum, ipſe ſe indignum reputat, ut Chriſtus domum ejus ingrediatur?*

17. PEtitioni Centurionis reſpondet Chriſtus; *Ego veniam, & curabo eum*: cui illi reſpondens ait: *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo & ſanabitur puer meus.* Quod explicavi citato cap. 11. q. 12. 13. & 14. Poſtulat verbum non de communi uſu hominum, ſed verbum Divinum de faciendi virtute, verbum de quo dictum eſt: *miſit verbum, & ſanavit eos.* Pſal. 106. n.20.

Pſalm.106.

18. Primò: hic omnes Patres maximè laudant Centurionis humilitatem, & inde ipſe meruit tam promptè juxta ejus poſtulata pueri ſalutem impetrare; quia ut ait Eccleſiaſt.35. n.21. *Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit*: & inde docet D. Chryſoſtom. in Pſal. 9. *Orationis vehiculum eſt humilitas*: Imò quanto magis ſe Centurio humiliavit, tanto ejus fides maximè ſublimata eſt, ut ab ore Chriſti audiret: ibi Matth.8.n.10. *Audiens autem Jeſus miratus eſt Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſraël*: ex ejus humilitate, ejus fides ſublimatur ſuper omnem fidem, quæ fuerat inventa in toto populo Iſraële, ac proinde ſuper illos, qui tunc communiter fide ſequebantur. Hi omnes videntur includi ſub illis verbis, *non inveni tantam fidem in Iſraël*: de hac excellenti humilitate Centurionis, accipe D. Chryſoſtom. homil. 28. ad Antiochenos, & ait: *Nam & nos ſervos habentes, maximè tunc eos acceptos habemus, cum poſtquam omnia benevolè miniſtraverant nihil magnum ſe feciſſe cenſent. Itaque ſi tu quoque magna vis reddere merita tua, ne magna eſſe putes & magna tunc erunt, ſic & Centurio dicebat, Non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, & propterea dignus factus eſt, & admirationi ſuper omnes Judæos habitus, non inveni tantam fidem in Iſrael.*

Eccleſ.35. *Chriſtus audit preces humilitatis.* D.Chryſ. Matth.8. *Ex magna humilitate magna celſitudo.* D.Chryſ.

19. Secundo: ex D. Auguſtino Algerus lib.1. de Sacram.c.12. componit Centurionem cum Zachæo. Centurio detinebat Chriſtum ne veniret in domum ſuam: *non ſum dignus ut intres ſub tectum meum.* At Zachæus, ut audivit ab ore Chriſti, Hodie me oportet in domo tua manere: *at ille feſtinans excepit illum gaudens in domo ſua*, Luc.19. Etſi hujuſmodi actiones videantur contrariæ, tamen, ex magno virtutis affectu procedebant, Zachæus ex charitate, amore, ac obedientia Chriſtum excipit in domo. Centurio noſter ex reverentia, ac humilitate recuſat recipere Chriſtum in domo ſua, ut relatis verbis Sanctorum Patrum retuli tom.4. in Evang.cap. 39. q. 10. n. 7. in cujus confirmationem aliqua adduxi Vide ibi dicta.

Algerus. Luc.19. *Per actiones quoad ſpeciem contrarias, Sancti in virtute fulgent.*

20. Quod inſuper optime corroboratur ex D. Ambroſ. lib.1. de Jacob.cap.8. faciente combinationem inter Parentem Eliam, & Moyſem, & ait: *Neque minùs beatus Elias quam Moïſes, cum alter tibi indigus, melotide vili, ſine filiis, ſine ſumptu, ſine comite: alter populi ductor, latus ſobole, ſuccinctus potentia; diverſo genere meritum æquale fundarunt; ſicut declaratum eſt quando in reſurrectionis gloria fulſerunt.* Elias, & Moyſes diverſo vitæ tramite inceſſerunt. Elias virgo Moyſes cum filiis & uxore. Elias pauper vili melote indutus, Moyſes magno apparatu, ac comitatu fulgens. Elias à regis poteſtate fugiens huc, & illuc degens; Moïſes magna eminentia fulgens, ductor, ac gubernator totius populi. Elias ſequeſtratus ab omni humano negotio, ac tumultu; Moyſes totus deditus in determinandis cauſis ac controverſiis magni, & numeroſi populi; & tamen ambo *æquale meritum fundarunt*: nam in Transfigurationis gloria, *Erant Moïſes, & Elias viſi in Majeſtate.* Luc.9 n.30.

D.Ambroſ. *In diverſo ſtatus æquale meritum fundatur.* Luc.9.

21. Tertiò: D. Chryſoſtom. in Imperfecto homil. 22. expendens hæc Centurionis verba: *Domine non ſum dignus*, ſic ait: *Centurio iſte, primus factus eſt ex gentibus, ad cujus fidei comparationem, omnium Judæorum fides infidelitas inventa, quæ nec Chriſtum audivit docentem, neque leproſum, cum mundaretur, aſpexit, ſed audita tantummodo ſanitate, plus credidit, quam audivit.* Communi fama evulgatum eſt, quod Chriſtus tactu ſuæ manus leproſum mundaverat; tamen Centurio animoſa fide ſupra fidem de tactu manus, quam audierat, generosè credidit, quod Chriſtus abſens ſolo verbo poterat ſanare: *& audita tantummodo ſanitate plus credidit, quam audivit*: audivit quod tactu, credidit, quod verbo poterat ſanare; & unde tanta excellentia in Chriſto agnoſcitur, & veneratur, ut fides, quæ eſt ex auditu excellat auditum; audivit bonus Dux à Chriſto: *Ego veniam & curabo eum*: Cum in Chriſto invenit majorem beneficentiam, ac benevolentiam, quæ excedebat ejus votum. Nam ipſe poſtulabat, ut ſanaret verbo; Chriſtus id promittit exhibere ſua præſentia, & cum in Chriſto reſplenduerit major beneficentia ſupra optata, inde homo credidit plus quam ipſe audierat, & viderat, ut ita auguſtiori gratitudine ſuum benefactorem ſupra omnium ſenſuum functiones exoraret.

D.Chryſ. *Centurio in ſuo benefactore plus credidit quam vidit & audivit.*

22. Cum Agar ſe vidiſſet afflictam ſub manu dominæ ſuæ Saræ, fugit de domo ejus; apparuitque ei Angelus Domini in forma humana, ut notant Rabbanus, & alii, eamque multo levamine conſolatur, ſalubrique conſilio recreat, filium generoſum promittit, cum copioſa, ac innumerabili prole multorum, ac magnorum fortium virorum. Tunc Agar ait ad Virum, qui loquebatur cum ea: *Tu Deus, qui vidiſti me?* Geneſ. 16. n.13. Mulier vidit hominem, unde eum Deum appellat? ſi vidit unum unde credit aliud? Agnovit mulier quandam eximiam affabilitatem cum ſumma clementia, ac benignitate ſupra omnem votum ejus, conſolatione, conſilio, ac tam larga futurorum promiſſione; inde honorificans eum, cum hominem videret, ſuper hominem honorat, ac dicit & appellat. D. Chryſoſtom. in præſenti ait: *Vides & magnam gratitudinem declarare erga eum, qui tanta erga eam contulerat beneficia, tantaque illam cura, & ſtudio complexus erat*: & D. Hilar.lib.4. de Trinitate, ait: *Ipſe eſt, & Angelus Dei: ut vero debitus honor redderetur, & Dominus, & Deus eſt prædicatus.*

Geneſ.16. *Beneficentia facit ut homo tanquam Deus appareat.* D.Chryſ. D.Hilar.



23. Cum Jacob regrederetur de Meſopotamia, recordatus de primogenitura, ac benedictione, quam ab Eſaü fratre præripuerat, timens illius aſperum, ac ſylveſtre ingenium, præmiſſis multis muneribus cum familia exorabat Jacob: *Deus Patris mei Abraham, erue me de manu fratris mei Eſaü, quia valde eum timeo, ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis*: cum tamen appropinquaſſet Eſaü, non ſolum parcens ſubſtantiæ, ac familiæ fratris, ſed etiam inſolita benevolentia, ac hilari vultu excepiſſet, imoque etiam multo amoris affectu ſe itineris ſocium obtuliſſet, Eſaü dixit Jacob, *Sic vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei*: Gen. 33 numero 10. Unde hoc? quem modo Jacob exhorrebat tanquam ſanguinolentam belluam, hominem agreſtem, & indomitum; jam verò nunc non ſolum ut hominem præclarum, nec ut cœleſtem creaturam, ſed ut Deum genu flexo veneratur, & adorat. O benevolentiæ, ac beneficentiæ præclara vis, quæ æſtimationis cenſum repentè tantum amplificavit, ut quem modò inhumanum, ac crudeliter ſylveſtrem metuebat, ubi tamen inſperata benevolentia eum mitem, ac ſuavem vidit tam erga ſe, quàm erga ſuam ſubſtantiam, ſic amorosè, ac affabiliter gratulatur, ut quædam numinis veſtigia in eo gratulabundus videat, & recognoſcat *Sic vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei*: D. Chryſoſtom. ibi ait: *Hoc magni obſequii gratia dictum eſt à juſto*: Ecce quid parit benevolentia in animo grato, ut ex homine faciat, ut appareat tanquam Deus, ac quoddam numen.

Geneſ.33. *Benefaciens videtur habere quædam Divinitatis veſtigia.* D. Chryſ.

## Quæstio V.

*Quare Centurio ſe proponens in exemplum, hominem dicit, qui habet ſub ſe milites & uni dicit, vade? alteri, veni?*

24. AIt Centurio Matth.8. num.9. *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic vade, & vadit, & alii veni, & venit.* Quod latè explicavi citato tom. 3. cap. 11. quæſt. 15.16.17. & 18. adde.

Matth.8.

25. Valdè moraliſſimè D. Nyſſenus in Cantic. homil. 10. & ait: *Quando expulſus fuerit miles vitii ſocius, ejus autem loco ingreſſus fuerit miles virtutis, lorica juſtitiæ indutus, & in manibus ferens gladium Spiritus, tunc prompto, alacrique animo exequitur imperium ejus, qui dominatur, quo fit, ut miniſterio corporis virtus rectè adminiſtretur*: Intelligit Sanctus Doctor ſub perſona centurionis, hominem gentilem, ſeu peccatorem: qui ad Chriſtum ſequendum accedit; qui habet ſecum tanquam duos ſocios vitium, & virtutem; non eidem militi, ut notat Sanctus Pater, ait dux, *Vade & veni*; ſed uni dicit *Vade.* & alteri *Veni*: & prius dicit *Vade*, deinde *Veni*; qui Chriſto aſſociatur prius debet dicere vitio, vade, longè recede à me; deinde virtuti, *Veni*, veni, & mecum inhabita, & mecum perpetuo mane, & ut ait ibi citatus Nyſſenus: *Quæ ſibi invicem adverſantur, non ejus ſunt naturæ, ut poſſint ſimul verſari; nulla eſt enim ſocietas luci cum tenebris.*

D. Nyſſen. *Ut teneas virtutem, dimitte à te vitia.*

26. Maximè lamentatur Iſaias 5. num. 8. *Væ, qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis.* In quonam viſitur hæc ſumma, & extrema miſeria maximè deploranda illius, qui conjungit agrum ad agrum? in quo eſt tam execrabile malum? Sunt enim duo agri, & duæ vineæ, una Chriſti, altera diaboli; vinea Chriſti germinans virtutum flores, vinea diaboli parturiens vitiorum ſpinas. Qui autem cum virtutibus permiſcet vitia, ſummum omnium malorum eſt, & maximè lachrymandum. D. Baſilius ibi ait: *Qui igitur menti ſuæ poſtquam inſeruerit genus omne ſpiritualis fructificationis, manum admoverit operibus malignis, hic eſt, qui ob interdictam vicinitatem agri ad agrum, à ſcriptura miſer prædicatur.*

Iſai.5. *Maximè deplorandus, qui virtutes cum vitiis permiſcet.* D. Baſil.

27. Secundò, ait noſter Dux ad Chriſtum: *Homo ego ſum habens ſub me milites*: ſed quo hos milites loco habet, bone Centurio? addit *Dico huic vade, & vadit*, &c. non jubeo, inquit, ſevero vultu, ſed moneo civiliter; & unde hæc tibi tanta comitas in jubendo, vir optimè? *Ego*, inquit, *homo ſum*, &c. Sciè verè militum Princeps. *Quanto enim poteſtas exterius eminet, tanto interius premi debet; ne cogitationem vincat, ne in delectationem ſui animum rapiat*, ait D. Gregor. Magn. lib. 26. Moral.cap.23. verè Centurio, una, & eadem penſabat trutina, qua Banaïas ſuos appendebat milites, 2. Reg. cap.8. recenſentur officiales, ac duces, quos habebat David. Et ibi num. 18. dicitur: *Banaïas filius Joiadæ ſuper Cerethi, & Phelthi*: Præerat Banaïas militibus fortiſſimis, ac maxime nominatis; in Hebræo tamen Textu vox hæc, *ſuper*, eraſa eſt, ut bene obſervat Caëtanus; & inde colligit, quod ita Banaïas ſe habebat cum ſuis militibus, ac ſi non eſſet eorum Princeps, ſed eos, ſecum habebat tanquam ſui commilitones, ac ſocios: ſic ait Caëtanus: *Propter eorum eminentiam non dicitur, quod Banaïas fuerit ſuper eos, ſed dicitur Banaïas Cerethi, & Phelthi, ut ſupputentur tanquam ſocii*, &c. Bonus, & optimus ſanè Princeps, qui ſeſe aliis adæquabat hominibus, nec ſupra homines quamvis ſubditos ſe eſſe putabat.

D.Gregor. 2.Reg.8. *Bonus Princeps cum ſuis ſe cognoſcit æqualem.* Caetanus.

28. Divino impulſu tactus Cornelius, religioſo, ac magno affectu quærebat Petrum: *Tunc factum eſt cum introiſſet Petrus, obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes ejus, adoravit*: Actor. 10. num. 25. Non tamen ſinit Pontifex, etſi maximus, ſubmitti ſibi hominem, ac principem militum; ſed Petrus elevavit eum dicens: *Surge, & ego ipſe homo ſum*: Ibidem n.26 Quamvis Petrus in tam alto vertice emineret, eodem ſe loco reponit, quo erat Centurio, cum ſe dicat hominem, ejuſdem naturæ ac conditionis cum illo, ac proinde non ut quid aliud judicandus erat ipſe Pontifex. Rectè D. Greg. Magn.2.p.Curæ Paſtor. c.6. ait: *Authore Deo Sanctæ Eccleſiæ Principatum tenens, à bene agente Cornelio immoderatiùs venerari recuſat,*

*Bonus Princeps in ſummo faſtigio ſe hominem cognoſcit.* Actor.10. D.Gregor.

*equi illi ſimilem agnovit* : non ſuperbe erigitur poteſtate in homines habita, qui ſe etiam hominem cognoſcit.

---

## Sedatur Tempeſtas in mari.

### Quæstio VI.

### *Quare ſæviente tempeſtate, ad Chriſtum dormientem accedunt Diſcipuli?*

29. Textus. HOc cap. 8. Matth. n. 13. ſcribitur: *Aſcendente eo naviculam ſecuti ſunt eum Diſcipuli ejus*: quod late explicavi tom. 2. capite 24. per Quæſtiones decem & novem. Adde verò nunc ſuppoſita ſententia multorum, Origenis, D. Ambroſii, Bedæ, Paſchaſii, D. Thomæ, & aliorum, quos citavi prædicto capite 24. quæſtione 4. num. 25. quod hæc tempeſtas exorta fuit ex mandato, & imperio Chriſti. Quo poſito.

10. B. Baſil. Sel. Primò D. Baſilius Seleuc. Oration. 22. ait: *Eſto mihi Diſcipulorum præceptor ô mare, & pro flagro fluctuum terrorem injice*: Et quare in præſenti caſu mare erit Diſcipulorum Magiſter; quidnam in hac re docet mare? quamvis Dominus, qui præceperat ſævientem aquarum tumultum, tamen mare creatura inſenſibilis ſibi mandatum impoſitum adimplebat, & magno impetu commotionem aquarum revolvebat: è contra accidit in humanis; ſi dominus præcipiens ſit ſomno deditus, omnes ſubditi etiam dormiunt, & nullus eſt in vigilia, ut de mandato recogitet, nec illius habeat mentem; ſomnus Domini fomentum eſt, ut & ſubditi dormiant.

*Si ſuperior dormit, male eſt ab obſequium ſubditus.*

31. Cum David fugiens à facie Saül, eſſet in deſerto Ziph, ad eum locum venit Saül cum tribus millibus virorum de electis Iſraël ad capiendum David; Tamen David valde generosè, cum clam appropinquaſſet ad locum in quo erat Saül, & agnoviſſet, quod ipſe dormiebat, ingreſſus eſt regale tentorium. *Tulit igitur David haſtam, & ſciphum aquæ, qui erat ad caput Saül, & abierunt; & non erat quiſquam, qui videret, & intelligeret, & vigilaret: ſed omnes dormiebant*: 1. Reg. 26. num. 12. Videtur hæc Davidis audacia multa temeritate abundans; nam quamvis Saül dormiret, Abner, & Principes militiæ, cuſtodes, & cubicularii debebant in vigilia eſſe ſuper cuſtodiam Domini ſui? Tamen prudenter David ex regis ſomno, omnium aliorum ſomnum intulit; nam dormiente Rege, omnes Principes, Duces, ac milites gravi ſomno tenentur. Sopor regis vigiliam excludit à ſubditis, & ſomnum conciliat.

1. Reg. 26. *Sopor Principis conciliat ſomnum ſubditis.*

32. D. Baſil. Sel. Secundò: Idem D. Baſilius Seleuc. citata Orat. 22. ait: *Diſcipuli ſtudioſè ſalutem quæritabant ab arte: ſed manus fatiſcebant, cum tempeſtate depugnabant, & cum ventis de navi decertabant. At cum procella prævaleret, neque arti mare pareret, ac potius vinci extimeſceret, & terrorem de terrore exſuſcitares, victi Diſcipuli, & quæſitas ab arte ſpes, tanquam & ipſa naufragium facerent, omittentes; recurrunt ad portum, qui in Scapha erat*: Ecce cum irrueret ſibilans ventus, navis in altum, ac etiam ad ima jaculabatur, & undique undis concuſſa fluctuabat: Diſcipuli totis viribus laborant, comprimentes vela, funes tendentes, ac trahentes, remis undas ſulcantes; & cum in arte nautica omne eſſet intentatum, & nihil omiſſum, ad Divinum Magiſtrum recurrunt: *Quæſitas ab arte ſpes, tanquam & ipſæ naufragium facerent, omittentes, recurrunt ad portum qui in Scapha erat.* Cum omnia humana ex arte deficerent, & pericula undique urgerent, unum tantum ad evadendum naufragium erat ſubterfugium, ſpe collata in Chriſto ad ipſum convenire, *recurrunt ad portum, qui in Scapha erat.*

*Cum humana deficiunt, ad Deum confugiendum.*

Faciens Jeremias mentionem de miſerabili captivitate Jeruſalem, deplorans illius extremam calamitatem, ac oppreſſionem, in hæc verba prorumpit: Thren. 3. n. 9. *Concluſit vias meas lapidibus quadratis, & ſemitas meas ſubvertit*: Id eſt Civitas undique vallata, & circumſcripta firmiſſimo ex lapidibus quadratis muro oppoſito, omneſque illius aditus ad effugiendum ſunt impediti, ut nulla ſuperſit via. Ex editione Romana juxta Septuaginta interpretes in hoc verſiculo præfixa eſt littera *Daleth*; quæ juxta Bedam ſignificat oſtium; ſi omnes portarum viæ obſtruſæ ſunt, nullus patet aditus, quodnam eſt oſtium, quod hic aſſignatur oſtium confugiendi, nempe ad Deum; ipſamet undique concluſio, & humanæ opis inopia oſtium apertum eſt ad ſperandum in Deo, ad ipſumque confugiendum. 33. Thren. 3. Septuag. Beda.

*Cum humana deficiunt, in in Deo adeſt auxilium.*

Ad quod ipſemet Deus nos monet per Oſeam 2. n. 15. *Dabo ei vallem Achor ad aperiendam ſpem*: ſeu, ut eſt in Hebræo, *in oſtium ſpei*: & ait vallem Achor, id eſt tribulationis, & afflictionis, ut eſt communis vox Interpretum, quia cum urgent tempeſtates tribulationem, ac afflictionem, ut omne auxilium humanum deſit, ibi aperitur oſtium ſpei in Deum; quia tunc Deus opportunè auxilium præbens, glorioſuſque ſuorum protector conſpicitur; Ex quo ait Regius Vates Pſal. 101. nu. 14. *Tunc exurgens Domine miſereberis Sion; quia tempus miſerendi ejus*: & quodnam hoc *tempus miſerendi*: quando in humanis nullum extat, aut ſperatur remedium, ut explicat D. Ambroſ. ibi. 34. Oſe. 2. Hebr. Pſalm. 101. D. Ambr.

*In tribulatione convolat Dei auxilium.*

---

### Quæstio VII.

### *Quare permiſſum eſt, ut Diſcipuli tanta tempeſtate premerentur, ut tanquam ad unicum, ac ultimum remedium ad Chriſtum confugerint?*

ALto conſilio omnia ordinabantur: cur ergo ſic diſpoſitum eſt, ut Domini Diſcipuli ad tantum periculum, ac diſcrimen venirent. Rectè reſpondet D. Chryſoſt. in Catena apud D. Th. & ait: *Quia viderant alios Chriſti* 35. D. Chryſ.



*beneficia accepiſſe, non autem ſimiliter aliquis æſtimat, quæ in alienis corporibus fiunt, & quæ in ſe ipſo oportuit per familiarem ſenſum eos potiri beneficiis Chriſti; ideo voluit hanc fieri tempeſtatem ut per liberationem manifeſtiorem accipiant beneficii ſenſum*: Expende verba illa: *Non autem ſimiliter aliquis æſtimat, quæ in alienis corporibus fiunt, & quæ in ſeipſo*: ſemper homo magis movetur ad ea, quæ in ſe ipſo, ac ſuis patitur, & experitur, quam ad ea, quæ in aliis videt & cognoſcit, ut ergo diſcipuli bene percipiant pietatem, ac clementiam Chriſti, quia aliis ſua miracula, & beneficia impendebat, factum eſt, ut ipſi venirent in talia diſcrimina, ut illis indigerent, ut inde eorum magnitudinem, ac excellentiam magis caperent, & intelligerent.

*Maxime homines moventur per ea, quæ in ſeipſis experiuntur.*

36. Cum totus Orbis fame premeretur, quis Elias clauſerat Cœlum, mittitur de torrente Carith, ubi miraculosè pane, & carnibus paſcebatur à corvis in Sarephta Sidoniorum, ut à muliere vidua ſuſtentaretur: cumque ad portam civitatis veniſſet, à muliere petit buccellam panis, cumque illa reſpondiſſet, quod non habebat, niſi pugillum farinæ, ut faceret ſibi, & filio ſuo, ait illi Propheta: *Vade, & fac ſicut dixiſti: veruntamen, mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericium panem parvulum, & affer ad me; tibi autem & filio tuo facies poſtea.* 3. Reg. 17. num. 13. Propheta poſtulat ut ſibi primum panis afferatur; quia jejunus magna fame urgebatur, ut notant Lyran. Abulenſ. & alii Expoſitores; nonne Elias alimentatus erat pane miraculoſo allato à corvis, cur ſic fameſcit brevi ſpatio unius, vel alterius diei, qui uno pane miraculoſo dato ab Angelo alimentatus eſt per quadraginta dies, cur ergo pane miraculoſo accepto à corvis tam citò eſurit, ut tam inſtanter buccellam panis petat. Clauſerat Elias cœlum, & inde magna panis penuria in totum orbem exundavit, factum eſt ergo divina providentia, ut Elias etiam fameſceret, ut ex propria inedia experiatur, quam dirum & aſperum tormentum ſit fames, ut ita ex propria vexatione diſcat compati ſuper aliorum vexationem, ut clauſum cœlum aperiat, ut pluvia ad fœcundandam terram deſcendat.

3. Reg. 17. Lyran. Abulenſ. *Ex propria inedia bene intelligitur aliorum fames.*

37. Mittitur Jonas ad prædicandum Ninivitis, & è tali munere obeundo fugit, timens quod quamvis Ninivitæ ob ſua magna peccata pœnitentiam agerent, non exaudirentur, ne divinam iram evitarent; tamen dum Propheta fugit, mittitur in mare, & à cæte grandi voratur; & ait Textus cap. 2. n. 1. *Præparavit Dominus piſcem grandem, ut deglutiret Ionam, & erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. Et oravit Jonas ad Dominum Deum*: Propheta incarceratus utero piſcis, magnam habuit pœnitentiam, & contritionem de fuga, & exoravit ad Deum, à quo veniam obtinuit, ut in ſeipſo videns, & agnoſcens utilitatem pœnitentiæ, magis ad illam afficeretur; & ex ſeipſo argumentum capiens; quod ſi alii pœnitentiam agerent, veniam etiam impetrabunt. D. Ephrem. Orat. de Jona; ait: *Jonam inter continentem conſervat Deus: & à ſeipſo didicit Propheta Jonas, æquum eſſe ut vivant, qui pœnitentiam agunt: Formam quippe & exemplum ipſi dedit Divina gratia*: Forte videns Jonas aliquos magnos peccatores per pœnitentiam veniam impetrare, de hoc maximè indignabatur: inde permiſſum eſt ejus peccatum, ut in ſeipſo cognoſcat vim pœnitentiæ, ob quam illius habuit condemnationem: *& à ſeipſo didicit Propheta, æquum eſſe ut vivant, qui pœnitentiam agunt.*

Jonæ 2. D. Ephrem. *Magis quis perſuadetur per ea, quæ in ſe videt, quàm per aliena.*



---

### Quæstio VIII.

### *Quare voce Chriſti, ſedata tempeſtate, admirantes; jam non dicuntur Diſcipuli, ſed Homines,*

38. Textus. A Somno ſuſcitant Diſcipuli Chriſtum clamantes, *Domine ſalva nos perimus* Quibus ait Jeſus: *Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc exurgens imperavit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Ibid. n. 16. Quæ omnia latè explicavi citato cap. 24. quæſt. 13. 14. 15. 16. objicit eorum timorem, quia ut citatis locis multa dixi ex D. Baſilio Seleuco Orat. 12. *infidelitatis argumentum eſt timor.* Vide ibi dicta. B. Baſil. Sel.

39. *Imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna*: Hoc eodem modo loquente Deo in nobis, mens noſtra reddatur quieta & tranquilla, ut recedant commotiones noſtrarum cogitationum conſcientiam perturbantes, ut ipſa fiat prompta, & expedita ad obediendum divinis mandatis, ad quod tendit D. Ephrem ſerm. 3. de computatione, & ait: *In horas ſingulas hoſtis meus cogitationibus, & actionibus meam affligit animam. Verum tua potentia, Chriſte, quæ fluctibus maris imperavit, ipſum quoque increpet, ut à me ſervo tuo vincatur, diffugiatque: ſingulis ergo diebus, ſuas in me machinas, fraudeſque renovat; dum mentem meam captivare ſtudet & à dulciſſima meditatione tuorum præceptorum avocare. Quare gratiam tuam celeriter emitte Domine, ut à ſervo tuo magnum hunc Draconem cum univerſis cogitationibus ſuis ſordidis, maligniſque depellas.* Quæ mens eſt, quæ non agitetur ſordidis, ac depravatis cogitationibus, ut in multa peccata incidat? Sed iis Deus imperat, ut quieſcant, ſicut quondam imperavit ventis, & mari, & fiat tranquillitas magna in nobis. D. Ephrem.

*A Deo veniat, ut malæ cogitationes in nobis quieſcant.*

40. *Quæſtio propoſita.* Præcipuè tamen quæſtio inquirit, cum dicatur in Text. *Porro homines mirati ſunt, dicentes: qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei*: Hi autem homines, ut ex communiori Patrum ſententia, dixi, citato cap. 14. quæſt. 17. erant ipſimet Diſcipuli, ſed cur hic dicuntur homines, cum immediatè antea dicerentur Diſcipuli? ſic ait Textus: *& acceſſerunt ad eum Diſcipuli, & ſuſcitaverunt eum, dicentes: Salva nos, perimus*: quod acutiſſimè notavit D. Chryſolog. ſerm. 20. *Diſcipuli ſunt hi, qui accedunt ad Dominum, qui ſuſcitant eum, qui ſalutari & humili ſupplicatione depoſcunt: Homines vero dicuntur, qui elementa Chriſto taliter obediſſe mirantur.* Primò Diſcipuli dicuntur, tanquam aſſuti Chriſti mirabilibus ad D. Chryſol.

ipſum accedunt, ut ſolita ſua potentia præſenti tempeſtatis malo ſubveniat. At verò modo cum vident tempeſtatem ſedatam, & admirantes dicunt: *Qualis eſt hic, quia mare, & venti obediunt ei*, homines appellantur. Admiratio datur de re nova, & inopinata, oſtendens in hoc, quod de cæteris Chriſti miraculis obliviſcebantur, cum illud præſens tanquam quod novum, & rarum ſuſpicerent, inde merito homines nominantum, quorum ingenium eſt de donis acceptis obliviſci, & ad plurimum de præſenti, & quod eſt in manu recordari.

*Homines recordantur de beneficiis præſentibus, non verò de præteritis.*

14. Pſalm.77. Valde celebrat David Divinam clementiam erga ſe, Pſal.77. n.1. *Et elegit David ſervum ſuum, & de poſt fœtantes accepit eum paſcere Jacob ſervum*: Multa, & magna beneficia Deus contulit in Davidem, ipſum liberavit à Leonum unguibus, ab Urſorum morſu, è manibus Philiſthæi, 1.Reg.17.n.36. & 50. & à multis, ac diverſis inſidiis per longum tempus petitis, ac machinatis à Saüle. His tamen omiſſis peculiariter hic commemorat, ſe in Regem fuiſſe electum: *accepit eum paſcere Jacob ſervum ſuum*: Ut notat noſter Incognitus, & ait, *David ad litteram ex paſtorali officio pecudum; ad regimen hominum tranſlatus eſt*: Alia beneficia, etſi magna, ob tantum rerum diſcrimen, jam abierant, corona regni in manibus, & homines quamvis juſti maximè afficiuntur ad ea, quæ ſunt ante oculos, potius quam ad illa, quæ tempore elapſa ſunt, cum ipſomet tempore à memoria prætereunt, ac à mente excidunt.

Incognitus.

*Beneficia præterita labuntur è memoria ſolùm præſentia retinentur.*

15. D.Hieron. Secundò, & aliter reſpondet D. Hieronym. ad hunc locum, & ait, *Non diſcipuli; ſed nautæ, & cæteri, qui in navi erant, & mirabantur; ſin autem quis contentiosè voluerit, eos qui mirabantur fuiſſe diſcipulos, reſpondebimus rectè homines appellatos, qui nondum noverant potentiam Salvatoris*: Dupliciter reſpondet Sanctus Pater: primò juxta multorum Doctorum opinionem, ut retuli citata quæſt. 17. Quod illi, qui mirabantur, non erant diſcipuli, ſed navigantes in navi. Secundò reſpondet, admiſſa alia ſententia, & communiori, quod erant diſcipuli, & meritò, dicunt modò, non Diſcipuli, ſed homines. *Reſpondebimus rectè homines appellatos, quia nondum noverant potentiam Salvatoris*: Cum dicitur in Textu, quod iſti *Homines mirati ſunt dicentes, qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei?* denotatur, quod non bene cognoverant potentiam Chriſti, de illa dubitabant: inde de miraculo admirati ſunt, tanquam de re nova, & inopinata, & ideo inter ſe interrogabant: *Qualis eſt hic?* merito ergo! qui non bene cognoverant potentiam Chriſti, ſed de illa dubitantes admirabantur, è ſupremo faſtigio nominis Apoſtolatus dejiciuntur, & nec Apoſtoli, nec diſcipuli, ſed vulgariter homines dicuntur, cum acceptam ſupremam celſitudinem Apoſtolatus, fidei munimine non ſervaverint, amiſſa virtutis nobilitate; quælibet præclara dignitas, obſcuratur, ac obtenebratur.

*Suprema nobilitas ſine virtute deperditur.*

Moriturus Jacob, tunc Joſeph duos filios ſuos Ephraïm, & Manaſſes obtulit optimo parenti ad benedicendum, conſtituens Manaſſem, utpote majorem natu, ad dexteram, Ephraïm minorem ad ſiniſtram, tunc Sanctus ſenex commutatis manibus: *Extendens manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui major natu erat.* Geneſ.48. n.14. quo caſu primogenitura tranſlata eſt ad Ephraim, ſed quomodo hoc fieri potuit, cum primogenitura ſit donum proveniens per naturam, & ex communi hominum uſu ad majorem natum ſpectat. Primogenitura, ut ab hominibus cenſetur, quædam nobilitas, ac præſtantia natalium eſt, proveniens à majoribus, & ideo non eſt quid mere naturale, ſed etiam morale, quod acquiri, ac deperdi poteſt; ideò ut per vitia deperdatur & per virtutes acquiratur, quod viſitur in his duobus fratribus, nam ex Ephraim prognati ſunt viri famoſi, ut Joſue hæres virtutum Abrahæ, Iſaac, & Jacob; & inde cum virtute ad eos transferebatur nobilitas primogenituræ, à qua exſpoliatus eſt Manaſſes, licet major natu, ob ſua demerita, quia ubi virtus non lucet, quælibet dignitas, licèt aliàs ſit ex naturalibus, obſcuratur, ac deperditur. Ad hoc ait D. Ephrem Orat. de malo linguæ. Cur Jacob primogenitura à Manaſſe ablata tranſtulit in Ephraim; *Nonne ideo, ut major illi gloria, decuſque inde creſceret? Plena eſt enim primogenitura ſignis admirabilibus, muneribus inſignibus, atque innumerabilibus*, & latè diſcurrit Sanctus Pater, quod in ea continetur deſcriptum Baptiſma, Fides, & fortitudo noſtra, ac figura virginitatis, ac documentum omnis virtutis: & de hoc variis in locis. Et Virtutis ſplendor ad ſe advocat omnes nobilitatis fulgores.

43. Geneſ.48.

*Vera nobilitas, non à natura, ſed à virtute deſumitur.*

D.Ephrem.





# CAPUT IX.

1. ET aſcendens in naviculam JESUS, transfretavit, & venit in civita-
tem ſuam. 2. Et ecce offerebant ei Paralyticum jacentem in le-
cto, & videns Jeſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili,
remittuntur tibi peccata tua. 3. Et ecce quidam de Scribis dixe-
runt intra ſe, Hic blaſphemat. 4. Et cùm vidiſſet Jeſus cogitatio-
nes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? 5 Quid eſt facilius
dicere: Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge, & ambula? 6 Ut autem ſciatis,
quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paraly-
tico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. 7 Et ſurrexit, & abiit in
domum ſuam. 8. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificaverunt Deum, qui
dedit poteſtatem talem hominibus. 9. Et cùm tranſiret inde Jeſus, vidit hominem
ſedentem in telonio. Matthæum nomine. Et ait illi, ſequere me. Et ſurgens ſecu-
tus eſt eum. 10. Et factum eſt, diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani &
peccatores venientes diſcumbebant cum Jeſu, & diſcipulis ejus. 11. Et videntes
Phariſæi dicebant diſcipulis ejus. Quare cum publicanis, & peccatoribus mandu-
cat magiſter veſter? 12. At Jeſus audiens ait: Non eſt opus valentibus medicus, ſed
malè habentibus. 13. Euntes autem diſcite quid eſt miſericordiam volo, & non ſa-
crificium, non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores. 14. Tunc acceſſerunt ad eum
diſcipuli Joannis dicentes: Quare nos, & Phariſæi jejunamus frequenter: diſcipu-
li autem tui non jejunant? 15. Et ait illis Jeſus: Nunquid poſſunt filii Sponſi luge-
re, quandiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſpon-
ſus: & tunc jejunabunt. 16. Nemo autem immittit commiſſuram panni rudis in ve-
ſtimentum vetus: tollit enim plenitudinem ejus in veſtimento, & pejor ſciſſura fit.
17. Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioquin rumpuntur utres; &
vinum effunditur, & utres pereunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt: &
ambo conſervantur. 18. Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus acceſſit, &
adoravit eum, dicens: Domine filia mea modò defuncta eſt: ſed veni, impone ma-
num tuam ſuper eam, & vivet. 19. Et ſurgens Jeſus ſequebatur eum & diſcipuli
ejus 20 Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit
retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus. 21. Dicebat enim intra ſe: ſi tetigero
tantum veſtimentum ejus, ſalva ero. 22. At Jeſus converſus, & videns eam dixit:
Confide filia, fides tua te ſalvam fecit. Et ſalva facta eſt mulier ex illa hora. 23. Et
cùm veniſſet Jeſus in domum Principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuan-
tem. 24. Dixit ad eos, recedite, non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deride-
bant eum. 25. Et cùm ejecta eſſet turba intravit, & tenuit manum ejus, & dixit,
Puella ſurge, & ſurrexit puella. 26. Et exiit fama hæc in univerſam terram illam.
27. Et tranſeunte inde Jeſu, ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes, & dicentes: mi-
ſerere noſtri, fili David. 28. Cùm veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci. Et
dixit eis Jeſus: Creditis, quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei: utique Domi-
ne. 29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundùm fidem veſtram fiat vobis.
30. Et aperti ſunt oculi eorum, & comminatus eſt illis Jeſus, dicens: Videte ne quis
ſciat. 31. Illi autem exeuntes diffamaverunt eum in tota terra illa. 31. Egreſſis au-
tem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. 33. Et ejecto
dæmonio, locutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ dicentes: Nunquam apparuit ſic
in Iſraël. 34. Phariſæi autem dicebant: in Principe dæmoniorum ejicit dæmones. 35.
Et circuibat Jeſus omnes civitates, & caſtella, docens in Synagogis eorum, & prædi-
cans Evangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem 36.
Videns autem turbas miſertus eſt eis, quia erant vexati, & jacentes, ſicut oves non
habentes paſtorem. 37. Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarii
autem pauci. 38. Rogate ergo dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem
ſuam.

*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.*1.Paralyticum ſanat Chriſtus, tam anima, quàm corpore: eſt explicatum tom. 2. cap. 26.

*Secundò, V.*9.Vocat Matthæum, obmurmurant Scribæ,quod cum publicanis ageret. Reſpondet Dominus ſe miſſum eſſe ad peccatores ſanandos. Explicavi tom. 2.cap.27.

*Tertiò, V.*14.Diſcipulis Joannis Baptiſtæ frequenter jejunantibus aſſignat rationem, cur ſui diſcipuli nec dum jejunent. Expendi tom.2. cap.28.

*Quartò,Verſ.*18.Sanat hæmorrhoïſſam, & à morte liberat filiam Archiſynagogi. Explicavi tom.2.cap.29.

*Quintò,Verſ.*27.Illuminat duos cæcos. Explicavi t.2. cap.30.

*Sextò,Verſ.*32.Muto loquelam reſtituit, ſanatque omnes infirmitates, & eſt explicatum eodem cap.30.

---

## Oblatus Paralyticus medetur.

### QUÆSTIO I.

*Quare cum Chriſtus dixiſſet Paralytico,* Remittuntur tibi peccata tua, *Scribæ Dominum blaſphemum dicunt?*

1. Textus.

DE hoc Paralytico latè tractavi t.2.in Evangelia,c.26.per 17.Quæſtiones. Nunc verò adde,quod ut ſcribit D. Matthæus c.9.n.3.cum Chriſtus dixiſſet, remittuntur tibi peccata tua; *quidam de Scribis dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat:* Illud, *intra ſe*, ſunt aliqui Recentiores, quos tacito nomine citavi prædicto loco, n.62.qui dicunt, quod Scribæ mutuo inter ſe loquebantur, obmurmurantes; & tamen, ut ſubdit Evangeliſta n.4. *Videns Jeſus cogitationes eorum, dixit, ut quid cogitatis mala, &c.* Ecce juxta prædictos DD.Scribæ mutuò loquebantur inter ſe, & ſimul iniquè cogitabant, & tamen Chriſtus non reſpondet ad ea, quæ ore dicebantur,ſed ad illa quæ mente tractabant, quia cogitatio cordis eſt radix, ac origo depravatæ loquutionis, & origini, ac radici malorum opportuno remedio ſubveniendum, ut penitùs eradicetur, ac extirpetur.

*Radici malorum occurrendum.*

2\. Quæſtio tamen inquirit, Cur cum Chriſtus dixiſſet Paralytico: *Remittuntur tibi peccata tua*, Scribæ detrahentes calumniantur: *Hic blaſphemat*: cum potius ab eis maximè eſſet laudanda D. Chriſti pietas, & clementia erga miſerum hominem? Ecce iniquorum hominum ingenium, qui ex benevolentia, ac benficentia arripiunt anſam ad calumnias, & oprobria, ut de Judæis ac Phariſæis dixit D. Paſchaſ.lib.12. in Matth.quod ex beneficiis Chriſti, *qui pertranſit benefaciendo, & ſanando omnes,deberent eum maximè gratulari,inde crudeli odio exacerbabantur in eum.*

*Malignis beneficentia occaſio calumniæ.* D.Paſchaſ.

3\. D.Chryſol. Secundò, & graviter hos ſcribas pungit D. Chryſol.ſerm.50.& ſubtiliter ſic diſſerit. Chriſtus ait: *Remittuntur tibi peccata tua. Reſpondenrunt Phariſæi, Hic blaſphemat: quis enim poteſt peccata remittere, niſi ſolus Deus? Phariſæe, qui ſciendo neſcis, confitendo negas, cum teſtaris impugnas: ſi Deus eſt, qui remittit peccata, cur tibi Chriſtus Deus non eſt, qui unius indulgentiæ ſuæ munere, totius mundi probatur abſtuliſſe peccata.* Scribæ, & Phariſæi erant miniſtri divini ſermonis, ac in illo maximè edocti, & inſtructi. Cum audiunt ab ore Chriſti, *Remittuntur tibi peccata tua*: confeſtim ſubinferunt: *hic blaſphemat,quis poteſt peccata dimittere,niſi ſolus Deus* inſulſa & barbara illatio: *Hic blaſphemat.* Si nemo poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus, quare Chriſtus tot & tantis ſignis ac miraculis exhibitis, ait: *Remittuntur tibi peccata tua?* Non cogitas, ô Scriba, quod ipſe ſit homo Deus, ſed impie tu blaſphemas: ô quam depravatè iniquitas diſpenſat, intelligit, ac adminiſtrat Dei verba, & in ſiniſtrum ſenſum retorquet.

*Valde ſiniſtre iniquitas retorquet Dei verba*

4\. Tertiò: ex eo quod Chriſtus dixit, *remittuntur tibi peccata tua*, ſubintulerunt Phariſæi: Hic blaſphemat. *O Phariſæe; qui ſciendo neſcis confitendo negas, ſi Deus eſt, qui remittit peccata, cur tibi Chriſtus Deus non eſt*: Si ſolus Deus remittit peccata, & Chriſtus remittit peccata, Chriſtus non eſt blaſphemus, ſed Deus eſt. Deum volunt negare Chriſtum Deum eſſe, ipſum ex factis Deum confitentur: *confitendo negas.* Ecce depravata iniquitas, quidquid pro ſua ſententia machinatur, ac molitur, contra ſe aſtruit ac agit. Poſt peccatum primi hominis venit Deus arguens ejus inobedientiam, cur comederit de ligno vetito contra ejus mandatum: pro ſui defenſione reſpondit. Adamus: *Mulier quam dediſti mihi ſociam,dedit mihi de ligno,& comedi*, Geneſ.3.n.12.Recte Salvian.lib.3.ad Eccl. Cathol.ait.*Dum ſe excuſat, accuſat:* dum ſe purgare vult; ibi ſe condemnat. Caput mulieris eſt vir, proindeque ipſe debebat mulierem gubernare, & dirigere, non verò ejus directionem ſequi;proindeque cum à ſe repellere crimen vult, ibi magis ſe reum illius oſtendit:*Dum ſe excuſat accuſat.*

*Iniquus dum ſe excuſat, accuſat.* Geneſ.3. Salvian.

5\. Quartò: De Chriſto D. dicitur: *Hic blaſphemat*: in quo ipſi maximè ſe oſtendunt blaſphemos, cum talem injuriam in Deum extorquere conantur. Hæc eſt impiorum conditio, ut crimin, quo ipſi inficiunt, in alios impingere intendant, ſua turpitudine alios deturpare conantur. Cum Jacob receſſerat à domo Laban, & ipſo inſcio, Rachel ſecum abſtuliſſet idola Patris ſui, cumque Laban perſecutus fuiſſet Jacobum, eumque in monte deprehendiſſet, inter cætera, ſic ait ad ipſum: *Cur furatus es Deos meos:* Gen.31.n.30. Cum ait ſanctum Patriarcham Deos ſuos furaſſe, judicat eum idololatriæ fuiſſe deditum; & unde homo in talem cogitationem devenire potuit? Nam ſatis notum, & evidens erat, per quatuordecim annos, & pluſquam, quod Jacob fuit apud Laban, & ſatis experientia manifeſtum, quod Jacob valde alienus erat ab omni idololatriæ malo, & ſimul, quod unius veri Dei eſſet apertiſſimus cultor, & famulus: cur ergo Laban eum tanquam idololatra reputat,& quod falſos Deos venerationis cauſa apud ſe velit habere. Laban erat idololatra, inde etiam contra omnem evidentiam, ac experientiam judicabat omnes, ac etiam virum ſanctiſſimum in eodem crimine, ac ſimul ſui ſimiles eſſe idololatras. D. Chryſoſtom.homil.57. in Geneſ.ait: *Non vides Laban erraris tui magnitudinem: juſtum furti arguis? Quare etiam juſtus illos furari voluiſſet, quos abominabatur, imo quos ſciebat eſſe inſenſatos lapides.*

Geneſ.31. *Peccator ſui criminis alios arguit.* D.Chryſ.



6\. Poſtquam Loth recepit hoſpitio duos Angelos in virorum figura, ac forma, cum hoc vidiſſent homines Sodomitæ, *vallaverunt domum ejus, à puero uſque ad ſenem,omnis populus ſimul, vocaverunt Loth, & dixerunt ei: Ubi ſunt viri, qui introierunt ad te nocte? educ illos.*Gen.19.n.4. & 5.Hoc fecerunt hac mente, quia ſibi perſuaſerunt, ut aliqui tenent apud Pereiram, quod Loth intentione ea illos ad ſe recepit, ut illis abuteretur de more illius civitatis: & unde ejus habitatores tàm execrabile nefas recogitant de Loth viro probo, ac juſto,cujus vita aliena erat ab omni culpa, & crimine? At illi homines ex ſuis factis alios judicant; & cum illi eſſent tanta turpitudine depravati, ſimili alios depravatos judicabant, ut ait Apoſtolus Rom.2.n.1.*Inexcuſabilis es,ô homo omnis,qui judicas,In quo enim judicas alterum, te ipſum condemnas;eadem enim agis quæ judicas.*

Geneſ.19. Pereira. *Iniquus de ſua nequitia præſumit de aliis.* Rom.2.

---

### QUÆSTIO II.

*Quare data ſanitate paralytico, mandatur ei ire in domum ſuam, & Chriſtus etiam inde tranſit, & nullus perſeverat in eodem loco?*

7. Textus. *Difficultas quaſtionis.*

DAta ſanitate Paralytico, ait illi Chriſtus D.hoc c.9.n.6.*Surge, tolle lectum tuum,& vade in domum tuam;& ſurrexit,& abiit in domum ſuam.*Quod explicavi citato cap.26. q.15.16. & 17.Nunc verò addo. Ad quid mandatur homini ſurgere, & ire in domum ſuam. Ad miraculi manifeſtationem ſatis erat, ut Paralyticus ad Chriſti vocem excuſſa paralyſi è lectulo ſurgeret, & ſtatim ſe in domum ſuam conferret. Quorſùm interdicitur infirmo tanti miraculi publicatio, ac communis aliorum gratulatio;ad quid mandatur ei, ut tendat in domum ſuam,& in illo loco non perſiſtat, & quod magis eſt, Chriſtus D. in illo loco non remanſit, ſed inde tranſit, ut notat Evangeliſta ibi,n.9.*Cum tranſiret inde Jeſus.*

8\. D.Chryſol. Ingenioſè de ſuo more reſpondet Chryſol. ſerm.31. in Matth. *Cum tranſiret inde Jeſus*,ait: *Cum Chriſtus feciſſet miraculum, non permanſit in eodem loco,ne Judæorum zelum accenderet ampliorem.* Ex quo habemus magnum documentum, quod ille qui beneficium benignè confert, ſtatim inde tranſeat, & non perſiſtat in loco, ubi beneficium eſt elargitum, & ab aſtantium præſentia recedat; ſimiliter & ille qui beneficium accepit inopinatæ ſanitatis, etiam illico ſe abſentet, ab ſpectatorum oculis fugiat,& in domo ſua ſe claudat; & ita uterque invidentium oculos declinet: *Ne Judæorum zelum accenderet ampliorem.* Invidia maximè accenditur, & inardeſcit bona dando, & accipiendo: *ne Judæorum zelum accenderet ampliorem.* Invidia nulli bono parcit, tam dantem, quam accipientem beneficium hoſtili odio proſequitur, & omni modo utrumque evertere conatur. Unde meritò de illa dixit Plutarchus lib. de odio, & invidia; *Invidia quidem indeterminata eſt, perinde atque ægritudo oculorum, quæ ad omnem ſplendorem turbatur.*

*Invidus communis hoſtis tam dantis, quam accipientis beneficium.* Plutarch.

9\. Geneſ.25. Ait ſacer Textus Geneſ.25. n.6. quod Abrahamus filio ſuo Iſaac dederat cuncta, quæ poſſederat,ſcilicet magnam copiam auri, & argenti, innumeroſque armentorum greges, aliaque multa bona immobilia, & ſtatim ſubdit Text. num.6. *Filiis autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparavit eos ab Iſaac filio ſuo dum adhuc ipſe viveret ad plagam Orientalem.* Cur Abraham,cum adhuc viveret, non vult habere ſecum filios, ſed in tam longinquum ſeparat; cur quæſo, non patitur ut filii concubinarum ſimul in eadem terra, & loco cohabitent cum fratre ſuo Iſaac, ut amor fraternus poſtulaverat,ut ita ſe mutuò adjuvent,ſed in tam diverſam plagam eos remittit. Viderat Abrahamus, quod Iſaac in multis donis prælatus eſſet à ſe filiis concubinarum, ex quo in eorum oculis multa invidia ſubcreſcere poterat; inde prudenter cavet Abrahamus oculos invidentium declinare tam à ſe dante,quàm à filiio Iſaacaccipiente,& ideo non patitur ut ſint ſimul omnes in eodem loco, ſed eos ſeparat in regionem valde diverſam. Abulenſ.ibi: *Putavit Abraham,& in ſpiritu cognovit,quod ſi Iſaac maneret in eadem terra cum aliis, magnæ rixæ ſequerentur, quia alii inviderent Iſaac, quia plura ſuſceperat, invidia autem multis præbet inſtrumentum, cum autem ſeparati ſe non viderent, invidendi, aut malignandi locus non eſſet.*

*Ut fugias invidiam, fuge oculos invidentiam.* Abulenſ.

10\. Geneſ. 13. Hoc didicit Abrahamus à ſupremo Deo: dicitur Gen.13. n.14. *Dixit Dominus ad Abraham, poſtquam diviſus eſt ab eo Loth,leva oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem,& Occidentem: omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo uſque in ſempiternum.* Dominus promiſit Abraham omnem terram, quam oculis ſuis videbat: ſed antequam eum tantis beneficiis cumularet, notat Text. quod Deus dixit Abrahamo, *Poſtquam diviſus eſt ab eo Loth*: & cur tanta promiſſio non facta eſt præſente Loth, ut ipſe de tanto beneficio,ac honore ſui patrui congauderet? Cur expectat Dominus ejus diſceſſum. Oleaſter ſatisfacit: *Quia prius Dominus invidiam, & odium nepotis timuit ipſi Abrahæ.* Ac ſi dicat, Invidia naſcitur ex aliorum viſa felicitate: ne ergo Loth invideat

*Invidus non poteſt videre alienam felicitatem.* Oleaſter.

invideat felicitatem patrui ſui, diſcedat,& ſeparetur ab eo.

---

## Adducitur D. Matthæus.

### QUÆSTIO III.

### *Quare ex telonio Matthæus vocatur à Chriſto ad Apoſtolatum?*

11. Textus. AIt D. Matthæus hoc cap.9. num.9. *Cum tranſiret inde Jeſus vidit hominem ſedentem in telonio Matthæum nomine , & ait illi , ſequæreme* : quod explicavi tom.2.cap.27. per 19. quæſtiones , & obiter nota , quantum diſtat ingenium juſtorum à conditione , ac natura peccantium , nam Matthæus hic ſuum crimen manifeſtat , cum de ſe ſcribat , quod ſedens in telonio , officio iniquitatis, uſuratum voragine, ac totius malitiæ domicilio ; cum tamen ipſemet Evangeliſta Chriſti genealogiam ſcribens dum de Salomone loquitur , ait , fuiſſe natum: *Ex ea , quæ fuit Uriæ*:Matth.1.n.6.& cum beneſciret nomen Betſabee , tamen ejus nomen ſilentio involvit ad infamiam vitandam , ut notat Abulenſis in cap. 1. Matth. 16. *Hoc factum eſt ad excuſationem infamiæ , quia ſi poneretur nomen Betſabee , videbatur magis infamari.* Juſtus ſua crimina prodit , aliorum verò regit , & abſcondit;è contra vero peccatores aliorum peccata detegunt , & in omnium oculis proferunt,ſua verò omni involucro ; ac tegumento involvunt ut ne facinoris ſimulatio appareat, ut juſti & innocentes judicentur.

*Juſtus manifeſtat ſua peccata , aliorum occultat; peccatores è contra.*

Matth.1.

Abulenſ.

12. D.Chryſ. Ad quæſtionem Reſpondet primò D. Chryſolog.ſerm.30.ait : *Quod Chriſtus D. Matthæum publicanum , ſic in Apoſtolum commutavit, ut qui erat fraudator pecuniæ , fieret gratiæ diſtributor : & de impietatis ſchola , ad pietatis magiſterium perveniret fieretque Doctor miſericordiæ , qui avaritiæ fuerat inſtitor* : Ecce conſilium Divinæ ſapientiæ Vidit Chriſtus Matthæum ſedentem in telonio; jacentem in peccatorum barathrò,cupiditatum pondere alte oppreſſum,ut quo profundius jacebat ad vitium , ſublimius reſurgeret ad virtutem , & de infirmiſſimæ profunditatis ruina ſummum teneret ſanctitatis faſtigium : *ut de impietatis ſchola ad pietatis magiſterium perveniret* Ut fervor , ac zelus impietatis tranſmutaretur in generoſitatem virtutis , & vitiorum audaciam virtutis ſtudium per ſe æmularetur : *ut de impietatis ſchola , ad pietatis magiſterium perveniret* : Ut alibi dixi : ex D. Auguſtino de zelo Moyſis interficientis Ægyptium , Exod.2. & de fervore Pauli perſequentis Eccleſiam , Actor.9.

*Matthæus de impietatis Schola eligitur ad magiſterium virtutis.*

D.Auguſt.

13. Secundò : rectè D. Chyſolog. ſtatim citandus confert noſtrum Apoſtolum cum paralytico ſanato , de quo fit mentio immediatè antècedenter in hoc cap.9. n.2. Cui dixit Chriſtus D. *Dimittuntur tibi peccata tua* : & ſimul illi dedit ſanitatem , & inde profectus cum vidiſſet Matthæum ſedentem in telonio, ait illi : *ſequere me* : Paralytico veniam dedit peccatorum , quam etiam conceſſit Matthæo,& inſuper eum ad ſui ſequelam vocavit , ac inter Apoſtolos numeravit. Cur non magis ad Apoſtolatum traxit paralyticum , quam publicanum ? publicanus criminoſior erat , & majoribus peccatis implicatus , cur ergo publicanus ad Apoſtolatum evehitur , non verò paralyticus. D. Chryſologus dubium proponens ita ſolvit c.30. *Quare publicanus , qui major videtur in crimine, major habetur in munere : Nam mox Apoſtolatus certa præditus dignitate , non ſolum ipſum accepit;ſed aliis indulgentiam tribuit peccatorum , & totum orbem ſpendore Evangelicæ prædicationis irradiat ; paralyticus ſola dignus venia vix habetur.Vis noſſe quare plus conſecutus eſt publicanus ? ut publicanus gentilis populi typum teneat , paralyticus Judaici populi ſit figura,qui hodie malæ valetudinis tenetur in lecto* : Ratio diſcriminis eſt , quia publicanus alienus à virtute , & religione populum gentilem ſignificabat ? Paralyticus Judaicam gentem , quæ adhuc in lectulo ſuæ infirmitatis,ac cæcitatis jacet , nec Chriſto adhæret intimius , & ideo derelinquitur , & typus gentilitatis ad Chriſti ſequelam aſſumitur. Dicam etiam , Paralyticus ſanatus *abiit in domum ſuam* , ut dicitur hoc cap. 9. Matth. n. 7. At Matthæus relictis omnibus ſecutus eſt , & quia omnia ſua ob Chriſtum dimittit , magnorum dignus invenitur.

*Cur non paralyticus, ſed Matthæus vocatur ad Apoſtolatum.*

D.Chryſ.

*Ille venit ad perfectionem Apoſtolicam, qui relinquit omnia.*

14. D.Chryſ. Tertiò D. Chryſologus ſerm.28. Ait Chriſtus Matthæo. *ſequere me , hoc eſt depone pondera , rumpe vincula , ſolve laqueos. Me ſequere. Quære te , perde uſuram , ut te valeas invenire.* Præclare multa Chryſologus ſtringit : *depone pondera* peccatorum ; *rumpe vincula* uſurarum , quibus homo aſtringitur , ac ligatur tanquam captivus : *ſolve laqueos* diaboli , ſcilicet , quos contra animam tuam tetendit , ut te perdat. *Quære te* : nam dum homo talibus cupiditatibus tenetur , alienus eſt à ſe : *perde uſuram , ut te valeas invenire* : ſiquidem uſuræ laqueos , & vincula ſecum involvunt , ut te undique tanquam captivum , ac ligatum teneant , nimio comparandi pecunias affectu : ergo perde uſuram , ut animam tuam valeas invenire ad ſalutem.

*Avaritia ligat ac tenet hominem captivum.*

15. Pſalm. 71. Ait Regius Vates Pſalm 71. n.14. *Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum : & honorabile nomen eorum coram illo* : de potentibus , ac divitibus loquitur Pſalmographus : preme tamen verbum , *Redimet* : Ubi redemptio intervenit , ſupponitur captivitas , quænam captivitas pati poteſt in divitibus , ac potentibus , qui videntur totum mundum dominare , ac omnia ſubjecta habere ſub pedibus ſuis : quomodo ergo in eis captivitas ? ab ipſomet affectu , ac amore divitiarum, ac ſuarum rerum,qui tam vehementer eos tenet , ac ligat , ut captivos reddat. Ipſamet avaritia facit hominem captivum , ſic dixit D. Auguſtin. Tract. in Pſalmos. *Avaritia illa , quæ captivavit Diſcipulum comitem Chriſti , captivavit & militem cuſtodem ſepulchri* : Ait Propheta in præſenti , quod à tali captivitate , ac nimio affectu divitiarum Deus ſuos electos redimet , & liberavit. D. Ambroſius lib. in Tobiam , c.2. ponderans , quod in uſura eſt pecunia principalis , quæ dicitur ſors , & lucrum , quod appellatur fœnus ſic ait ſanct. Doctor : *Non ſic trepidant , de quorum damnatione ſors ducitur : non ſic dejecti , ac ſuſpenſi pavitant , de quorum captivitate expectatur ſortis eventus ; illic enim unius captivitas , hic plurium adducitur. Magnum & mirabile beneficium hoc ſpecialiter ore prophetico prædicatur , quod in patre contulit : ex uſuris , & iniquitate redimet animas eorum , & honorabile nomen eorum coram ipſo*: Incognitus , *In cœleſti nempe patria.*

*Avaritia ligat & captivat hominem.*

D. Auguſt.

D.Ambr.

Incognitus.



16. 1.Tim.6. Ait Apoſtolus 1. ad Timoth.6. num.9. *Nam qui volunt divites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli , ac in deſideria multa inutilia* ad ſuas divitias comparandas. Verba illa, *in laqueum diaboli* ; ex Græco legi poſſunt *in catenam diaboli* : quia per nimiam voluntatem comparandi divitias , tanquam captivus tenetur homo in omni pravitate , & nequitia, ut fugiat ab omni bono , & in omnem turpitudinem, ac nequitiam projiciatur. Salvian. lib.2. ad Eccleſiam Catholic. ait : *Cum Apoſtolus dicat habentes victum , & veſtitum, his contenti ſumus; nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationes diaboli; ergo ut videmus in rebus tam neceſſariis eſt ſalus , in ſuperfluis laqueus , in mediocritate Dei gratia.*

*Divitiæ catena diaboli.*

Salvian.

---

### QUÆSTIO IV.

### *Quare Chriſtus D. peccatores , & publicanos admittit ad menſam?*

17. Textus. AIt Text.n.10. *Factum eſt diſcumbente eo in domo , ecce multi publicani & peccatores venientes diſcumbebant cum Jeſu , & diſcipulis ejus*, quod explicavi citato c.27. q.11. 12. 13. 14.& 15.Nunc verò adde, & obiter nota,quod cum ægrè illud pertuliſſent Phariſæi , Chriſtus reſpondit , *non veni vocare juſtos , ſed peccatores* : Quæ verba ponderans D. Chryſolog. ſerm.28. ſic ait : *ſic dicens , non repulit juſtos, ſed injuſtos , qui ſe mentiebantur , excluſit. Chriſtus ergo quoad peccatores venit , peccata delere voluit, cum peccatoribus voluit commorari* : Chriſtus D. cum in præſenti ait,*non veni vocare juſtos*: verè, ac propriè juſtos non excluſit à ſe, ſed juſtos falſos, & apparentes , hypocritas nempe , qui cum ſint veriſſimè injuſti , ſe eximiè juſtos mentiuntur,venit vocare peccatores;*peccata delere voluit, cum peccatoribus voluit commorari*: Venit vocare peccatores,ut in eis peccata deleret,ut ita juſtos faceret , ut eos ſecum haberet,ut patet in Matthæo : at verò ſi in peccatis perduraverint , *cum peccatoribus voluit commorari* : Etſi Dominus in præſenti cum peccatoribus , & publicanis pranderet , ut illos ad meliorem vitæ frugem revocaret, & quia forte aliqui fuerunt obſtinati , vel non perſeveraverunt , non diu inter illos commoratur, ſed in alium locum tranſit, ut patet ex ſubjecta ſtatim diſcipulorum Joannis interrogatione hoc cap.9. numero 14.ex quo habes documentum , cum peccatoribus agendum , ut depoſitis peccatis , cum juſtitia Deum obſequantur , aliter cum eis non commorandum , ne diuturnitate , peſtilenter aliquid malitiæ ſuæ contagione diſtillent. Vide verbum *Societas.*

D.Chryſol.

*Chriſtus peccatores convertere voluit,non tamen cum eis commorari.*

18. Ad quæſtionem : cum Chriſtus ad menſam diſcumberet cum peccatoribus , & publicanis , ad Domini diſcipulos dicunt Phariſæi : *Quare cum publicanis , & peccatoribus manducat magiſter veſter ?* Quæ verba ſic expendit D. Chryſologus ſerm.30. & ait : *& quis eſt peccator, niſi qui ſe peccatorem negat? Magis ipſe peccator eſt,& ut verius dicam , ipſe jam peccatum eſt, qui ſe jam non intelligit peccatorem;& quis injuſtus,niſi qui ſe judicat juſtum?non eſt opus ſanis medicus,ſed malè habentibus.Si vis curam agnoſce languorem,non veni vocare juſtos, ſed peccatores.* His verbis pungit ſanctus Doctor Phariſæos, qui ſe maximè juſtos reputabant, & inde alios ut peccatores,& publicanos judicabant , qui cum Chriſto manducabant, in quo maximè ipſi Phariſæi ſe ipſos peccatores,& iniquos declarabant: *quis eſt peccator, niſi qui ſe peccatorem negat.*Unde optimum medicamentum noſtrorum peccatorum, eſt propria peccata agnoſcere : *ſi vis curam, agnoſce languorem* : Cujus ignorantia ex arroganti ſuperbiæ faſtu prodiit ; ſicut ex humilitate propriæ conſcientiæ agnitio : ex humili namque delictorum conſcientia , virtutis perfectio auſpicate venit.

D.Chryſol.

*Si vis curam, agnoſce languorem.*

19. Beda. Secundò,Beda in cap.2. Marci , optimè conſiderans , quod Chriſtus publicanos , ac peccatores excipit ad menſam , ait : *Ecce multi publicani, & peccatores venientes diſcumbebant cum Jeſu. Ibat enim Dominus ad convivia peccatorum, ut occaſionem haberet docendi,& ſpirituales invitatoribus ſuis præberet cibos,quod in myſteriorum figuris congruit.* Valde myſterioſe Chriſtus peccatores , & publicanos venientes ad ſe , ad menſam recipit: *Quod in myſteriorum figuris congruit* : In tali convivio innuebantur Euchariſticæ dapes, quæ poſt pœnitentiam valde ſalutares ſunt ad extirpanda vitia, & ad virtutes firmandas, ac radicandas. Nam in ſacro Euchariſtico epulo , ut ait D. Nazian. Orat. 37. *ineſſe vim illam vitioſarum affectionum conſumptricem.* Unde quo nequior, & flagitioſior fuerit homo , hujus cœleſtis cibi interveniente pœnitentia , magis indigus eſt : inde Chriſtus peccatores ad ſe venientes in convivio Euchariſtiæ præfigurativo excipit.

*Adumbratur fortitudo convivii Euchariſtici ad extirpanda vitia.*

D.Nazian.

20. Iſai.33. Vatabl. Ait Iſaias 33. num.16. *Iſte in excelſis habitabit: monumenta ſaxorum ſublimitas ejus : panis ei datus eſt , aquæ ejus fideles ſunt* : Vatablus. Ubi habetur *momenta ſaxorum* , poſuit *aſylum ejus* : Hoc aſylum , quod Vates in ſpiritu prophetico in vidit in Eccleſia Catholica; eſtne arx quædam ex quadratis lapidibus , vel murus æneus , ſeu columna ferrea ? minimè : *Panis ei datus eſt*: eſt cœleſtis panis, quo anima ita fortiſſimè munitur, ut omnibus hoſtibus fiat inacceſſibilis,& ideo pro robuſtiſſimo monumento datur Chriſtianis hic panis , cujus gratiarum aquæ fideliſſimæ ſunt in his , quæ præſtant , & promittunt.D. Juſtinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem ait ; *illud quidem perſpici poteſt, in hac etiam prophetia, de pane fieri mentionem , quem nobis Chriſtus D. ad confitendum tradidit.*

*Euchariſtia aſylum , & monumentum.*

D. Juſtin.

26. Hoc cœleſti pabulo paſſiones franguntur , appetitiones domantur , concupiſcentiæ inhibentur , & omnis hoſtilis calliditas , ac vis eluditur. D. Ignatius Martyr Epiſt.11. ad Philipp. ait : *Date operam, & crebrius conveniatis ad Euchariſtiam , & gratias Deo agendas, & ad Deum laudandum ; cum enim aſſidue in idem convenitis, deſtruuntur vires ſatanæ ; & irritæ ejus revertuntur ſagittæ ignitæ ad peccatum* : Cum hoc ſacro panis munimine ſecuri , & tuti ſumus , ab omni inimicorum incurſu , proindeque nihil

D. Ignatius.

*Hoc cœleſti pabulo ſecuri ſumus ab adverſariis.*

hil

hil timendum eſt à nobis, tanquam jam ſecuris de victoria.

22. In cujus rei figura, cum populus Iſraëliticus egrederetur de Ægypto, & juxta mare caſtra meratus eſſet, reſpiciens poſt tergum, vidit Pharaonem cum exercitu magno: *Viderunt Ægyptios poſt ſe, & timuerunt valde*: Exod.14. n.10. Dominus tamen pugnavit pro Iſraële, & manu forti ſubvertit Pharaonem cum omni ſuo exercitu in mari. Ibidem num.28. Inde profectus Iſraël, cùm veniſſet Raphidim, egreſſus Amalec cum magno exercitu, mandat Moïſes Joſue: *elige viros, & egreſſus pugna contra Amalec*: Exod.17. n.10. Barbarum magnus Deus glorioſa victoria debellavit, ac deſtruxit; Cur modo Iſraël non dicitur timuiſſe, ut antea factum eſt viſo Pharaone; cur modo Iſraël evaginato gladio pugnat cum Amalec; & cum Pharaone non fuit permiſſum à Deo pugnare; quænam tantæ rei cauſa. Quando res erat cum Ægyptio, adhuc Hebræus non erat Angelico pane corroboratus, & ideo hoſtem timet, & non permittitur cum eo bellum gerere; At cum Amalec jam cœleſtis panis deſcenderat. Exod. 16. n.15. *Iſte eſt panis quem Dominus dedit vobis ad veſcendum.* Qui & metum ab animo abegerat, & vires, & manus ad pugnam fortes reddebat. D. Nyſſen. ad lib. de vita Moïſis ait, *cum cœleſti cibo uſus fuerit, tunc non per alium fugat hoſtes, ipſe pro ſeipſo manus cum adverſario conſerit.*

Exod.14. Exod.17. *Cœleſtis panis metum excutit, victoriam parat.* Exod.16. Nyſſen.

---

## Quæſtio excitata à diſcipulis Joannis.

### Quæstio V.

### *Quare diſcipuli Joannis cum Phariſæis coadunantur contra Chriſti Apoſtolos?*

23. POſt ſuperius dicta de vocatione Matthæi; ait noſter Evangeliſta hoc cap.9. num. 14. *Tunc acceſſerunt ad eum Diſcipuli Joannis, dicentes: quare nos, & Phariſæi jejunamus frequenter; diſcipuli autem tui non jejunant*: quod explicavi tom.2. cap.28. per ſex quæſtiones. Nunc verò adde.

24. Et iterum veniat hic Chryſologus. Ibi ſtrictim datus ſerm. 31. & ait: *Cum Diſcipulis Ioannis, quæ ſocietas Phariſæis, niſi quia junxerat invidia, quos ſejunxerat diſciplina? Hinc jam ſua perdidit jura zelus: junxit, disjungere conſuetus. Iudæi poſtponi Moïſen Domino non conferebant: Diſcipuli Ioannis Chriſtum nolebant Ioanni ullatenus anteferri; ſic in Chriſtum fremebant utrique livore communi.* Superba interrogatio ambitione plena, ſuperciliοque Phariſaïco, in qua multa reprehendenda ſunt, & maximè inter cætera jejunii jactantia, dum inedia corporis arrogantiam nutrit, falſuſque zelus arctioris diſciplinæ penicillo coloratus, ſtimulatus crudeli odio, & invidia, quod Phariſæi in ſua peſſima doctrina enutriti, tanta malitia conveniant contra Chriſtum; non eſt mirum, ſed diſcipuli Joannis, qui ejus doctrina erant illuminati, de Chriſti mirabilibus cum Phariſæis uniantur adverſus Chriſtum, valde mirum eſt? ſanè *hinc jam perdidit jura zelus: junxit, disjungere conſuetus*: Ecce jam zelus perdidit jura bonitatis ſuæ, dum perniciosè ſtudet concordiæ adſocians Phariſæos diſcipulis Joannis adverſus innocentiam, falſato diſciplinæ obſequio, vanitati contrarius, juſtitiæ adverſarius, & confederatus hoſtis adverſus omne bonum. Conſpirant Diſcipuli Joannis; cum ut Chriſtum arguant, unus tantùm in hoc capite legitur Matthæus, qui ipſum ſequatur, ut ejus cœleſtem benedictionem obtineat.

D.Chryſol. *Maxime iniquorum concordia ad perniciem innocentia conflatur.*

25. Jam proximus morti Jacob volens multis prædictionibus filios ſuos benedicere, ait ad eos. *Congregamini filii Iacob... Audite Patrem veſtrum Iſraël.* Geneſ.49. num.2. ad quæ verba optimè addubitat Origenes hom.17. ait: *Forſitan quæres, quare filii Iacob dicuntur, qui conveniunt: Iſraël dicitur, qui benedicit eos:* Idem erat Pater, qui congregabat filios, & eos benedicebat. Cur ergo Jacob, dum congregat; Iſraël verò dum benedicit? Jacob, id eſt, *ſupplantator.* Geneſ.27. n.36. Iſraël autem, *videns Deum*; qui autem ſupplantat, ſuâque aſtutiâ alios devincit, facilè valet eoſdem congregare, ac in unum adducere; qui autem Deum videns eſt, etſi non facile congregat, & ſuos in unum cogitat, faciliter tamen benedicit, fauſta precatur, & magnifice impetrat: ergo varia nomina, *Iacob*, & *Iſraël*, pro munerum varietate partiuntur.

Geneſ.44. Origenes. *Qui ſupplantat, congregant, qui Deum vidit, benedicit.* Geneſ.27.

26. Secundò. Iterum repeto verba Chryſologi proximè data. *Cum diſcipulis Ioannis, quæ ſocietas Phariſæis, niſi quia junxerat invidia, quos ſejunxerat diſciplina? Hic jam ſua perdidit jura zelus*: maximè arguendi ſunt de vitio Diſcipuli Joannis, qui arguebant eum, quem magiſtri ſui vocibus ſciebant maximè prædicatum, ac laudatum, ut jungantur Phariſæis, quos à Joanne noverant condemnatos, ſed invidiæ fomento cæca malignitas, zeli pallio minime diſſimulare poteſt, & multos ſibi ſociat, ut auctiori numero, & copia pernicioſiùs ſæviat; quia tibi juſtitiæ ratio deficit, à multitudine ſuffragium quæritur. Zelus ſecundum virtutem, numerum non ſubornat, ſocios non ambit, ſimplici virtute contentus. *Hinc jam perdidit ſua jura zelus:* de jejunio Diſcipulorum Chriſti interponitur querimonia, non enixa lege, & præcepto, quod nullum ad hoc producitur, ſed ex fomento odii, & invidiæ, quam malignitas compoſuerat.

D.Chryſol. *Bonus Zelus recta ratione, & non indiſcrete agit.*

27. Cum ſanctiſſimus Parens Elias mirabiliter per turbinem aſcenderet in Cœlum, *Eliſæus autem videbat, & clamabat, Pater mi, Pater mi, currus Iſraël, & auriga ejus*, 4. Reg.2. num.12. Cum Elias aſcendit in cœlum, vocatur currus, & auriga, ut dicitur 1. Machabæor.2. 48. *Elias dum zelat zelum legis, receptus eſt in cœlum?* & tunc dicitur currus, & auriga. Galfridus in Allegoriis veteris Teſtamenti apud Tilman. ait: *Currus Iſraël & auriga, eadem gratia eſt, quæ vehit, & dirigit; nam zelus abſque ſcientia, currus eſt ſine auriga.* Elias currus, & auriga; currus ſuſtinet pondus, ac onus eorum, quos portat; Auriga mente, & ratione dirigit, & gubernat ad finem, & locum. Elias populi prædicator, Doctor, ac veluti ſuperior totius populi pondus ſuſtinet, & portat, eorum mores,

4.Reg.2. 1. Mach.2. Galfridus. *Zelus abſque ſcientia currus ſine auriga.*



mores, errores, ac etiam opprobria patienter tolerando, & ut verus auriga, virtutis zelo motus, ſecundùm rectam rationem dirigit, gubernat, ac agitat ad debitum finem cœleſtis patriæ. *Nam zelus abſque ſcientia, currus eſt ſine auriga*: Currus ſine auriga pernicibus equis vectus, non ad debitum finem, ſed ad præcipitium rapitur, Diſcant Prælati, quod tanquam currus patienter, & ſæpe gravatè vehendo, ferant ſubditos ut prudenti rationis zelo eos dirigant, ne diſtrictiori indiſcretè zelo agitari, dum cogitant augmentum, inevitabili caſu miſeram ruinam negotientur.

---

## Mulier ſanguinis fluxu ſanata.

### Quæstio VI.

### *Quare mulier ſanguinis fluxu laborans, à tergo tantum intendit tangere veſtimenta Chriſti?*

28. AIt Evangeliſta hoc cap.9. num.20. & 21. *Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus: dicebat enim intra ſe, ſi tetigero tantum veſtimentum ejus, ſalva ero*: quod explicatum eſt à nobis cap. 19. q. 7. 8. & 9. tom. 2. & conſidera ſummam mulieris humilitatem, quæ ex modeſtia non audebat ſe ante oculos Domini præſentare, ſed à tergo ſtabat, ut notat D. Chryſoſtom. citatis locis; & ita præ humilitate non audebat verba proferre, ſed tantum *intra ſe dicebat, ſi tetigero tantum, &c.* ſed tam magnam, & præclaram virtutem occultam, & abditam, Chriſtus interrogando manifeſtat, ut notat Div. Chryſologus ſerm.3. & ait: *interrogat, non quod ſibi eſſet occultum, requirit; ſed id ipſum ſibi bene eſſe cognitum ſic demonſtrat, dum taliter quærendo cunctis ignorantibus, ſolus aperit, quod latebat.* Noſtra virtus ita ſit occulta, ut cunctis ignorantibus, ſolus Deus, cui eſt cognita, & manifeſta, illam declaret, & aperiat.

Textus. D.Chryſ. D.Chryſol. *Noſtra virtus ita ſit occulta ut ſoli Deo ſit nota, & ipſe eam manifeſtet.*

29. Ad quæſtionem: Cur mulier non intendit tangere corpus Jeſu, ſed tantum veſtimentum, & ex ſolo veſtimenti tactu ſibi promittebat virtutem ad ſanitatem ſuam. D. Chryſolog. ſerm. 34. *In Chriſti fimbria, Divinitatis totam videbat inhabitare virtutem*: Cum mulier crederet, in Chriſto ineſſe veram Divinitatem, inde meritò putat, tunicam non ſolum eſſe ad indumentum, ſed etiam ad omne bonum communicandum, ac infundendum. Ait Salomon Proverb.31. num. 10. *Mulierem fortem quis inveniet?* mulier valde infirma, & debilis ex ſe eſt, quis eam poteſt fortem invenire, niſi ſolus Deus eam inveniendo fortem effecerit? Dei enim proprium eſt ſuas communicare virtutes illis, qui ad eum accedunt. D. Auguſtin. ſerm. 217. de tempore: *Mulierem fortem quis inveniet?* ait: *Quis alius, niſi Chriſtus? non autem eam fortem invenit, ſed inveniendo fortem effecit.* Expende ultima verba: Mulier ex ſe infirma, & eam fortem Chriſtus non invenit: *Sed inveniendo fortem effecit.*

D.Chryſol. *Deus ſuam virtutem communicat accedentibus ad eum.* Prov.31. D. Auguſt.

30. Secundò: D. Macharius hom.20. ait: *Poſtquam tetigit veſtimenta Domini, exſiccatus eſt fluxus fontis impuri illius ſanguinis, & ita omnis anima habens fontem pravarum, & immundarum cogitationum, ſi acceſſerit ad Chriſtum, & verè credens deprecata fuerit, ſanitatem conſequetur ab incurabili affectionum fonte, ac deficiens exſiccatur fons ille, qui cogitationes immundas producebat per virtutem Jeſu ſolius:* Ex ſolo tactu mulier ſperabat ſalutem, cur non magis timet ſuo peſtilenti tactu inficere Jeſum, quàm ab ipſo ſalutem impetrare? mulier divina fide illuminata jam credebat omne venenum effugere, ac evaneſcere ad Chriſti præſentiam? ac proinde cùm ad Jeſum accederet, quod omnis mulieris languor, ac infectio procul abiret, ſic & anima: *Si acceſſerit ad Chriſtum, & verè credens deprecata fuerit, ſanitatem conſequetur, ab incurabili affectionum fonte.* Totum virus iniquarum voluptatum exortum ab inordinatis appetitibus, prorſus evaneſcet, ubi Chriſtus efflaverit.

D.Machar. *Ubi Chriſtus apparet omnis languor iniquitatis evacuatur.*

31. Proverb. 20. num. 1. dicitur: *Luxurioſa res vinum*: At de vino inſtituto a Chriſto D. ait Zacharias: quod germinet virgines, c.9. n.17. *Quid enim ejus bonum eſt, quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines*: Ex radice Hebraïca legitur: *Vinum creans Virgines*: Septuaginta: *Vinum boni odoris ad Virgines*: Quod hæc poſſunt ſtare: Salomon ait: quod vinum ſit luxuriæ fomentum; Zacharias verò, quod ad ejus odorem germinet virgines; etſi vinum in ſe luxurioſa res ſit, tamen cum ſit vinum Chriſti, ita ejus natura evacuatur ut non ſolùm res luxurioſa non ſit, ſed & luxuriam deſtruat, & ad ejus odorem virgines creentur, ac producantur.

Prov.20. Zachar.9. Hebræus. Septuag. *Ad odorem Chriſti omnis pravitas evacuatur.*

32. Dicitur ſapient. 1, n. 7. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet ſcientiam habet vocis*: Duo de Divino ſpiritu aſſignantur, & quod repleat, & quod habeat vocem: Aliquid repleri non poteſt niſi vacuum ſit; nam qui in plenum mittit, non replet, ſed effundit; quod autem in vacuum, illud implet: mittitur Divinus Spiritus in humana corda, quæ erant vacua, & exinanita omni virtute, juſtitia, ac ſanctitate; ubi autem divinus Spiritus effluxit, ſtatim omnibus cœleſtibus bonis ſunt repleta, & impinguata, Cum ſanctus Romanus multas laudes in gloriam Dei præcinuiſſet, jubet Tyrannus ejus linguam amputari, ſed tunc ille majori, ac expeditiori voce loquitur; ſi os erat evacuatum humanâ lingua, quomodo loqui poteſt? cum eſſet amputata lingua, illuc advolabat Deus, illud elegantiſſimis vocibus replens venuſtè Euſebius Gallicanus ſerm. de ſancto Romano ait: *Damnum non ſentit in voce, cui Verbum regnat in pectore. Quam tibi tardum non eſt Divina Benignitas ſanctos tuos in poſterum glorificari? Subito impleturus vacuum redivivæ vocis officium.*

Sapient.1. *Evacuatum à carnalibus divina voce repletur.* Euſeb.Gal.

QUÆSTIO

## Quæstio VII.

*Quare cùm mulier tetigiſſet fimbriam veſtimentorum Chriſti, ipſe Dominus agnovit exiſſe ex ſe virtutem ad mulieris ſanitatem; ad quid ergo ei dicitur,* Confide filia, fides tua te ſalvam fecit?

33. Textus.
AIt Evangeliſta in præſenti, num. 20. & 21. quod mulier acceſſit tertò, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus, & dicebat intra ſe: *Si tetigero tantum veſtimentum ejus, ſalva ero:* & ut ſcribit D. Marcus 5. n. 30. *& ſtatim Jeſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem, quæ exierat de illo:* & ut refert D. Matth. n. 22. Converſus Chriſtus ad mulierem, dixit ei: *Confide filia; fides tua te ſalvam fecit: & ſalva facta eſt mulier ex illa hora,* Seu, ut ſcribit D. Marc. citatus n. 34. *Filia, fides tua te ſalvam fecit, vade in pace, & eſto ſana ab infirmitate tua:* Quæ à nobis explicata ſunt citato cap. 29. q. 9. 10. 11. & 12. Nunc verò adde: & antequam ad quæſtionem veniamus, nota verba Chriſti.

Marc. 5.

34. *Chriſtus abſcondit ſuas laudes; aliorum manifeſtat, è contra homines.*
Ait Chriſtus mulieri. *Fides tua te ſalvam fecit;* non ait: Ego do tibi ſanitatem, ſeu eſto ſana; ſed; *fides tua te ſalvam fecit:* quidquid ſibi ſoli gloriam afferebat, nempe ſanitas à ſe data; celebat: quidquid aliis germinabat laudem, ut ingens fides mulieris, prodebat, Deus quippe erat valde diſtans ab hominum conditione; nam homines, quod in aliorum laudem cedit, abſcondunt, quod in ſuam, nullatenus latere permittunt.

35.
Quoad ſpeciem, videtur aliqua implicatio ſub his verbis ſublatere. Nam mulier cum animoſa fides dixiſſet intra ſe: *ſi tetigero veſtimentum ejus ſalva ero:* & Chriſtus cognoſcens ex ſemetipſo virtutem exiiſſe, tunc mulier ſanata eſt, ante verba Chriſti voce ſanitatem largientis. Ad quid ergo, *Confide filia, fides tua te ſalvam fecit,* ſcilicet ab infirmitate tua, ſeu ut clarius ſcribit D. Marcus: *Eſto ſana ab infirmitate tua:* Chriſtus ſanitatem mulieris publicavit, ac declaravit: tamen eo inſtanti, quo virtus à Chriſto emanavit, fluxus ſtetit, & mulier, ſanata eſt; quæ ſanitas fuit ſtipendium illius ingentis ſpei; *ſi tetigero, ſalva ero:* & ut Div. Paulin. epiſtol. 13. ad Severian. prædicat, *præſumptæ ſpei gratiam:* quæ tam ingens, ac ſublimis eſt, ut divinam omnipotentiam æmuletur. Ipſa omnipotentia per verba Chriſti ſanitatem operatur eamque ſanitatem præſumptæ ſpei gratia producit, quæ verba Chriſti antevertit, atque fidei proſpera generoſitate, ſalutem anticipavit; & forſitan de fiducia fidei nomine ſignificata dixit Clemens Alexandr. 1. ſtromat. cap. 2. *Fides eſt voluntaria anticipatio Dei:* Ac ſi ipſe voluntas animoſè confidentis, ac ſperantis, ſit valida potentia omnipotentis operantis. Ait Paulus ad Philipp. 4. num. 13. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat:* in ſpe, ac fiducia ſua, ut fatur D. Bernard. ſerm. 25. & ait: *Quantæ fiduciæ vox! quid omnia poſſibilia ſunt innitenti ſuper eum, quia omnia poteſt; Nihil omnipotentiam verbi clariorem reddit, quàm quod omnipotentes facit omnes, qui ſperant, in eo:* Perpende ultima verba: *Omnipotentes facit omnes, qui ſperant in eo:* quid illuſtrius, ac excellentius de ſpei magnitudine dici poteſt?

*Spei vera quadam omnipotentia.* — D. Paulin. — Clem. Alex. — Philipp. 4. — D. Bernard.

36. *Augetur difficultas*
Secundò ait Chriſtus mulieri: *Confide filia, fides tua te ſalvam fecit; & ſalva facta eſt:* Ad quid mandatur confidere de ſalute obtinenda, quam jam habebat, ubi primum tetigit fimbriam veſtimentorum Chriſti, exeunte virtute ab ipſo, ut optime notat Gloſſa; & ait: *ſalva facta eſt mulier ex illa hora, intelligendum eſt, ex illa hora, ex qua tetigit fimbriam; non ex illa hora, ex qua Jeſus converſus eſt ad eam: jam enim ſalva facta erat, ut & alii Evangeliſtæ manifeſte oſtendunt:* Et patet ex D. Luca 8. num. 46. *Tetigit fimbriam veſtimenti ejus, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis:* Si ex fide jam ſanitatem receperat, ad quid ab ea fides petitur, & confidere jubetur, ſi jam fidem habebat, ideo inſigni, *filiæ*, vocabulo eam honorat Dominus? ut notat D. Chryſoſtom. homil. 32. in Matth. & ait: *Filiam eam vocat, quia fides eam filiam fecerat,* Ex quo inde bene argumentatur Rabbanus: *Quid eſt, quod eam confidere juſſit, quæ ſi fidem non haberet, ſalutem ab eo non quæreret:* Si hæc mulier languida jam habebat fidem, ob eamque ſalutem jam impetraverat, quorſum mandatur ei confidere? num mulier ſperet ſalutem, quam jam poſſidet? Confidentia, boni futuri eſt votum, & rei abſentis negotium; in re autem jam adepta oriatur deſiderium, & ſpes vacat. Ergo in his verbis videtur aliqua repugnantia involvi.

Gloſſa. — D. Chryſ. — Rabbanus.

37. Straaus.
Fuldenſis Strabus in Gloſſa, per hanc mulierem intelligit gentiles, ſeu peccatores adumbrari, qui ex peccatis reſurgunt ad virtutem, & de vitiorum infirmitate redeunt ad morum ſanitatem, indeque recenter ſanata audit: *Confide filia, fides tua te ſalvam fecit,* Non ei dicitur gaude poſſeſſa ſanitate, & adepta juſtitia, ſed magno animo confide; ſpem habe, quia niſi te cautè habeas, facilè adeptam juſtitiam deperdes, ac proinde tanto ſtudio te debes habere ad illius perſeverantiam, ut te habuiſti ad ejus aſſequutionem, proindeque tanta ſollicitudine ad conſervationem, ac ſi eam non habuiſſes, ne iterum ad languores redeas; ſæpè enim graviores ſunt relapſus, quàm ipſæ infirmitates, & ideo circumſpectè eſt agendum, & non quieſcendum, ut magis, & magis creſcat; & non amittatur.

*Solicite agendum, ut ſanitas anima non deperdatur.*

38. Geneſ. 5.
Ait ſacer Textus Geneſ. 5. num. 22. Quod Jared genuit Enoch; *& ambulavit Enoch cum Deo:* & iterum num. 24. ſcribitur: *Ambulavitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus:* Cur bis in tam brevi periodo reperitur, quod ambulaverit cum Deo? ſi hoc ſemel dictum erat, ad quid altera vice iteratur? Adverte altum conſilium divinæ Sapientiæ. Cum primo dicitur, *cum Deo ambulavit,* refertur ad initium ejus vitæ, quando à Jareb genitus eſt: ſecundò verò idem ſcribitur quando de ejus raptu in cœlum fit mentio: *Ambulavit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus:* Ut ita ſit manifeſtum, quod in obtenta juſtitia, ob quam cum Deo ambulavit in exordio vitæ, eam ſemper retinuit: & conſervavit

*In virtute incepta perſeverandum.*



Caietan.
uſque ad illius finem, Caietan. ait, *Ad explicandum quod de ineunte ætate profecit in via Dei, & perſeveravit proficiendo in ea ſemper.*

39. Joan. 16.
Conqueritur meus Jeſus de diſcipulis ſuis apud Joan. 16. n. 5. *Nunc vado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis?* Veritatis Magiſter quomodo hoc dixit, nam ſi textum ſuperiorem reputamus, antecedenter Petrus de hoc Dominum rogat. Joan. 13. n. 16. *Domine quo vadis?* & Thomas etiam c. 14. p. 5. *Domine neſcimus quo vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire?* ſi diſcipuli Magiſtrum de via conſulunt, quo pacto poteſt ſtare hoſce Diſcipulos de hac re non interrogaſſe? Euthymius exiſtimat, illud Apoſtolos ſemel, & non verò iterum interrogaſſe, ac proinde nihil omnino rogaſſe. *Oportuit eos iterum de hoc rogaſſe:* Ac ſi vellet Euthymius, quod tunc rectè aliquid fieri videtur in negotio ſpirituali, quod non ſemel fit, ſed quod iterum ac ſæpe fit; nam qui rem ſemel aggreditur, & languet nec ultra pergit, ut adducat ad umbilicum, nihil omnino egiſſe videtur.

Joan. 13. — Joan. 14. — *Rogaſſe non videtur, qui inter rogatis non proficit.*

## Reſuſcitatur filia Archiſynagogi.

## Quæstio VIII.

*Quare cùm Chriſtus D. cum Archiſynagogo pergit ad ſuſcitandam filiam, in itinere ſanat mulierem à fluxu ſanguinis?*

40. Textus.
HOc c. 9. n. 18. ait D. Matthæus: *Ecce princeps unus acceſſit, & adorabat eum, dicens: Domine filia mea modo defuncta eſt:* quod eſt explicatum tom 2. in Evangel. c. 19. per 16. quæſt. nunc verò adde. Principes ſæculi, ſuperbia turgidi, tumore inflati, omnes contemnunt; at ſi eguerint, valde humiles, ac urbanos ſe exhibent, & ſi neceſſe eſt, ad genua provolvuntur, utpote in hoc Archiſynagogo: nam dum Chriſtus iret cum illo, occurrit mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur, de qua egimus duabus ſuperioribus quæſtionibus, quæ ut ſcribit D. Lucas 8. n. 46. *Acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis.* Citius impetravit ſanitatem manus tangentis, quàm lingua hujus principis deprecantis.

*Princeps ſuperbus, ſi vero indiget, humilis.* — Luc. 8.

41.
Dum Chriſtus cum Archiſynagogo vadit, acceſſit mulier ſanguinis fluxu laborans, quæ ſanata eſt, quod miraculum videtur publicatum à Chriſto dicente mulieri, *fides tua te ſalvam fecit:* quod publicatum eſt, non ad plauſus vanè captandos, ſed ad magnam eruditionem noſtram, ut notat noſter D. Cyrillus in Catena. *Non ambitione gloriæ, non dimiſit latere divinæ virtutis oſtenſionem, qui multoties præceperat tacere ſua miracula; ſed quia ſpectabat ad utilitatem eorum, qui vocabantur per fidem:* & poſtea ſubdit, *Inſuper principem ſynagogæ perſuadebat indubitanter credere, quod à laqueis mortis eriperet filiam.* Et Theophylactus ait: *Dominus volens mulieris fidem omnibus manifeſtam fieri, ut imitatores ejus fierent, & Jairum majorem ſpem de ſalute filiæ ſuæ capere, quod clam factum erat manifeſtat.* Sed quid conducit ſanitas à fluxu ſanguinis, ad indubitanter credendam reſurrectionem puellæ, cùm multò majus videatur eſſe reſurrectio mortui, quàm ceſſatio fluxus ſanguinis? De hac muliere notat Evangeliſta, *Erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim:* Et adeo difficile eſt, morbos jam radicatos, ac in naturam verſos curare, ut ſalus mulieris ab inveterato morbo, eſſet efficax argumentum ad fidem præſtandam reſurrectionis puellæ modo defunctæ: *Principem ſynagogæ perſuadet indubitanter credere, quod à laqueis mortis eriperet filiam ſuam:* ac ſi facilius foret mortuum ad vitam revocare, quàm morbum antiquitate inviſceratum expellere.

D. Chryſ. — Theophill.



*Valde difficile morbum inveteratum depellere.*

42.
Nabuchodonoſori duæ magnæ viſiones myſteriorum plenæ objectæ ſunt. Vidit ſtatuam magnam, & altam, quæ componebatur ex auro, argento, ære, ac ferro; tamen levi tactu unius lapilli tota corruit, periit, & in pulverem reverſa eſt: *Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus: & percuſſit ſtatuam in pedibus ejus ferreis, &c. Et redacta eſt quaſi in favillam æſtivæ areæ, quæ rapta ſunt à vento:* Daniel. 2. num. 34. 35. Vidit etiam, & ſecundò arborem magnam & altam, cujus rami par univerſam terram diſpergebantur. *Et ecce Vigil, & Sanctus de cœlo deſcendit: clamavit fortiter, & ſic ait; Succidite arborem, & præcidite ramos ejus? excutite folia ejus, & diſpergite fructus ejus:* Daniel. 4. num. 10. & 11. Tam ſtatua, quam arbor ſignificabant Nabuchodonoſorem, ut eſt communis interpretatio D. Hieronym, Ruperti, Bedæ, & aliorum; ſi ergo in utraque viſione idem ſignificatur imperator, cur ad proſternendum ſtatuam unus tantùm minutiſſimi lapidis jactus ſufficiens invenitur? At verò ad arborem deſtruendam tot, & tanta adhibentur fortiter, ac voce magna clamat Angelus ſanctus, ac Vigil de cœlo: *Succidite arborem, & præcidite ramos, ejus excutite folia, & diſpergite fructus:* Cur ergo tantum negotium eſt in proſternenda arbore, tam verò facile in ſtatua? ſtatua tantum ſuperficialiter tangebat terram, pedibuſque tantum ei inhærebat. At arbor, amplas, & dilatatas radices inviſceratas habebat per intima, & corda terræ, ut inde diſcas, quod ſi peccator leviter ſit in peccatis, facilè unius vocis jactu inde expellitur, ac ad pœnitentiam ſuccumbit: At verò ſi jam ſit inveterata conſuetudine, & annoſa antiquitate radicatus, multa, & alia requiruntur, tanquam vox, & fertum divini roboris, ſeu auxilii ad præſcindenda corda.

Daniel. 2. — Daniel. 4. — D. Hieron. Rupertus. Beda. — *Multa requiruntur ut inveteratus peccator convertatur.*

## Quæstio IX.

*Quare Chriſtus D. dicit puellam dormientem, cùm eſſet mortua, & inde circunſtantes irrident?*

43. Textus.
AIt D. Matth. n. 2. Cum Chriſtus veniſſet in domum principis: *Dicebat, non eſt mortua puella, ſed dormit. & deridebant eum:* Quod latè explicavi citato c. 29. q. 13. & 14. & ibi latè explicavi, quo ſenſu Chriſtus D. dixerit

non eſt mortua puella, cum revera eſſet mortus: deinde multas ſolutiones dedi, quia quamvis ſecundum naturam eſſet mortua, non tamen ſibi ipſi, utpote vero Deo, cui omnia vivunt. Adde nunc.

44. Ecce præclara, & ingens liberalitas magni principis plura dat, quàm dicit, ac evulgat: dicit puellam dormientem, cum reverá eſſet mortua, dicit à ſomno excitari, cum eam è mortuis ad vitam revocaret. Tres Angelos ſub habitu peregrinorum ad hoſpitium invitat Abrahamus, & ait: *Ponam buccellam panis, & confortate cor veſtrum, & poſtea tranſibitis*: Geneſ. 28. num. 5. & cum ad hoſpitium acquieviſſet, præparavit magnum convivium; nam mandavit Saræ tria ſata ſimilæ commiſcere, hoc eſt magnam copiam panis; nam juxta multos Doctores per tria ſata denotantur centum, & octo libræ, & de pane optimo. Nam ſimila farinæ triticeæ pars puriſſima & præſtantiſſima eſt, quæ communiter vocatur flos, & medulla farinæ; ſimulque præparavit vitulum tenerrimum, & optimum, butyrum, lac, & alia; quibus ſanè ad magnas, delicias, & lautum prandium, nil poterat eſſe aptius: quomodo ergo ſolum offert buccellam panis, cum tot, & tanta eſſent in animo præparanda? Vir magnus exigua, & tenuia dicit; maxima tamen, & ſplendida præſtat. Lippomanus ait: *Non promittit juſtus ſplendidas veſtes, non pretioſa condimenta, ſed bucellam panis pollicetur; ad robur virium paucula ſpondet, magna autem præſtat: ſic omnis dignus, ac liberalis hoſpes, attenuat verbis officii impenſas, etiamſi pretioſa producat.*

*Magnus vir exigua dicit, præclara præſtat.*

Lippoman.

45. Cùm Chriſtus D. procedit ad miraculum faciendum, ait: *Recedite, non eſt mortua puella, ſed dormit, & deridebant eum.* Maxime inquirendum eſt, quare Chriſtus D. tam grande patraturus miraculum, ut ſe Deum oſtenderet, mortuos ad vitam revocans, ſe tunc derideri permittit? *& deridebant eum*: Cum ſcribat Paulus ad Galatas 6. n. 7. *Deus non irridetur*: tanquam ſit elogium proprium Dei non irrideri. Cur ergo Chriſtus D. tantam irriſionis contumeliam non increpat, ac à ſe excludit; ſed ab illa miraculum inchoat: D. Chryſoſt. homil. 32. ita ſcribit: *Et deridebant eum. Non autem increpavit deriſionem, ut & ipſa deriſio, demonſtratio fiat mortis: quia enim multoties, poſtquam facta ſunt miracula, non credunt homines, antea eos convincit propriis reſponſionibus.* O arcana tanti miraculi apud homines *demonſtratio!* & tanti miraculi ex *deriſione* aſtruit probationem apud homines quidem potentiſſimam: Valde pronum eſt humanæ credulitati, opprobria aliena credere, & illis plena mente adſentiri, & ideo probroſæ deriſioni anguſtius miraculum annectitur. Nam cùm Chriſtus dixiſſet: *non eſt mortua puella, ſed dormit*; & circunſtantes deridebant, cum audiunt dormientem, quam certò credebant mortuam, & ita cùm eam viderent in vitam evocatam, certiſſimè credebant miraculosè reſuſcitatam; & ita *propriis reſponſionibus*, ſeu irriſionibus *convincuntur*, certiſſime miraculum agnoſcere, & confiteri; & ita tanti miraculi credibilitas de probro aſtruitur, & ideo irriſio permittitur, & non increpatur, ut ita fiat ſuffragium ad agnoſcendam divinam Majeſtatem in Chriſto.

Galat. 6.

D. Chryſ.

*Ex probro ac irriſione fit credibilis magnitudo miraculi.*

Veniunt Magi ab Oriente ad Chriſtum D. adorandum: *Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & providentes adoraverunt eum; & apertis Theſauris ſuis, obtulerunt ei munera*, &c. Matth. 2. num. 11. ſi Magi inveniſſent Chriſtum D. in regali palatio, inter pompoſas majeſtates cum magno, & amplo comitatu, & tunc ipſum adoraſſent, & è longinquo quærentes ad adorandum, valde mirum non eſſet; ſed quòd jacentem in ſtabulo inter bruta animalia, ibi cultu latriæ Deo debito venerentur, hoc ſupra omnem modum mirabile eſt, cùm extrema paupertas, ac humilitas non minuat, ſed potiùs amoris ſcintillas accendat. O ſupremum arcanum divinæ Sapientiæ, ut ipſa ſuprema abjectio fiat argumentum evidens ſupremæ poteſtatis, quæ ita Magos adducit, & teſtimonium fide Magorum oſtendit? D. Paſchaſ. lib. 2. in Matth. ait: *Chriſtus invenitur in ſtabulo, humili veſte contectus, ibi ſua Divinitas irradiat, & Magorum fides adoratione, ac muneribus proteſtatur.* 46.

Matth. 2.

*Humilitas argumentum divinæ poteſtatis, ac Magorum fidei.*

D. Paſchaſ.

Poſt Reſurrectionem apparens Chriſtus ſuis 47.
diſcipulis ait illis, *Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum*: Luc. 24. n. 39. quæ verba commentans Euſebius Emiſſenus ſerm. in feria 3. Poſt Paſcha, ait: *Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum; cognoſcite vulnerum cicatrices, ſi me nec in perſona, nec in voce cognoſcitis.* Dubitabant diſcipuli an ipſe eſſet, qui redivivus apparebat. Tunc objicit eis vulnerum cicatrices? quia ſi eum non agnoſcebant, nec ex voce, nec ex perſona, ex cicatricibus cognoſcerent. Cicatrices ſigna ſunt corporis mortalis non glorioſi, & quid habent cicatrices cum dotibus glorioſis? Cicatrices paſſionis veſtigia, & probroſæ contumeliæ ſtigmata reputantur. Ecce ſublime Dei conſilium, quod ex probro, ac contumelia faciat argumentum ad glorioſum Reſurrectionis decus comprobandum, & reſplendens reſurrectionis majeſtas credibilitatem ex ignomina fœneretur.

Euſeb. E.

*Majeſtas ex contumelia credibilitatem fœneratur.*





# CAPUT X.

ET convocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. 2. Duodecim autem Apoſtolorum nomina, ſunt hæc: Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andræas frater ejus. 3. Jacobus Zebedæi, & Joannes frater ejus; Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, & Jacobus Alphæi, & Lebbæus, qui cognominatus eſt Thaddæus. 4. Simon Cananæus: & Judas Iſcariotes, qui & tradidit eum. 5. Hos duodecim miſit Jeſus præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis. 6. Sed potiùs ite ad oves, quæ perierunt domus Iſraël. 7. Euntes autem prædicare, dicentes: Quia appropinquavit regnum cœlorum. 8. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones ejicite, gratis accepiſtis, gratis date 9. Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. 10. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim eſt operarius cibo ſuo 11. In quamcunque autem civitatem, aut Caſtellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus ſit: & ibi manete donec exeatis. 12. Intrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes: pax huic domui. 13. Et ſi quidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna, pax veſtra revertetur ad vos. 14. Et quicunque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exuntes foras de domo vel civitate illa, excutite pulverem de pedibus veſtris. 15. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum indie judicii, quam illi civitati. 16. Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. 17. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in Conciliis, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos. 18 Et ad præſides, & ad reges ducemini propter me in teſtimonium illis, & gentibus. 19. Cum autem Tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. 20. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. 21. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filii in parentes: & morte eos afficient. 22. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. 23. Cum autem perſequentur vos in civitate iſta fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis civitates Iſraël, donec veniat filius hominis. 24. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper Dominum ſuum. 25. Sufficit diſcipulo ut ſit ſicut magiſter ejus: & ſervo ſicut Dominus ejus. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quantò magis domeſticos ejus? 29. Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertum, quod non reveletur: & occultum, quod non ſciatur. 27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicare ſuper tecta. : 8. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potiùs timere eum qui poteſt, & animam, & corpus perdere in gehenam. 29. Nonne duo paſſeres aſſe væneunt: & unus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? 30. Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. 31. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. 32. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt. 33 Qui autem negaverit me coram hominibus manibus: negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt 34. Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium 35. Veni enim ſeparare hominem adverſus patrem ſuum: & filiam adverſus matrem ſuam: & nurum adverſus ſocrum ſuam. 36 Et inimici hominis, domeſtici ejus. 37. Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus, & qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. 38. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. 39. Qui invenit animam ſuam, perdet illam: &, qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. 40. Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit

eum qui me miſit. 41. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit juſtum in nomine juſti mercedem juſti accipiet. 42. Et quicunque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.*1. Refert Evangeliſta electionem Apoſtolorum, quam explicavi tomo 3. cap. 5.

*Secundò, Verſ.*5. Ordinat, ac diſponit ſuos diſcipulos ad prædicationem Evangelicam, & quomodo ſe debeant habere in itinere, ac in domibus, in quibus fuerint recepti. Vide tom 3. cap 7.

*Tertiò, Verſ.*13 Declarat Dominus, qualiter ſe debeant habere ſui diſcipuli cum iis, qui eos non receperint, ſed ejecerint foras: Explicavi tom. 3. cap.18. De his autem, quæ dicuntur de civitatibus Sodomorum, & Gomorrhæorum, dictumeſt eodem tomo 3. cap. 14. à num. 3.

*Quartò, Verſ.*16 Prædicit Dominus ſuis diſcipulis multas perſecutiones paſſuros, ſicut oves inter lupos, proindeque eis commendat, ut ſint prudentes ſicut ſerpentes, quod explicavi tomo 3. cap. 8.

*Quintò, V.*23. Docet Dominus, quod aliquando erit conveniens fugere de una civitate in aliam. Vide tom. 3. cap. 9.

*Sexto, Verſ.*34. Declarat Dominus, quod venit mittere gladium in terram, ad amputandum omnem affectum carnalem, promittitque amplam mercedem recipientibus Apoſtolos, quod expendi tom. 3. cap. 10.

## Apoſtoli ad prædicationem Evangelicam.

### QUÆSTIO I.

*Quarè mittens Chriſtus D. ſuos Apoſtolos ad prædicandum, mandat eis, ut neque aurum, neque argentum, neque pecuniam ſecum aſportent?*

1\. MANDAT Chriſtus D. ſuos Apoſtolos ad prædicandum cum poteſtate ad miracula facienda. Beneficentia maximè reconciliat animos; mandat eis, ut narrat noſter Evangeliſta hoc cap. 10. n. 9. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis*: quod eſt explicatum à nobis tom. 3. cap. 7. q. 3. 4. 5. & 6. Nunc verò adde.

*Beneficentia conciliat animos.*

2\. Primò ait ſuis diſcipulis Chriſtus: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam*: Ad quæ valde prudenter ait D. Remigius in Catena: *Redegit eos ad primi hominis dignitatem, ut nulla re indigerent?* Graviſſime tamen D. Chryſoſt. hom. 33. in Matth. conſiderans quomodo etiam rebus ad vitam neceſſariis eos privaverit, ait; *Ipſos ad univerſi magiſterium miſſurus, ad Angelicam, ut ita dixerim, diſciplinam, ex humana vita traducit, ab omni cura rerum ſæcularium liberos reddens.* Miniſter Evangelicus ita ſit ſeparatus ab omni cura ſecularium rerum, ut ſit veluti Angelus nullius rei indigus, quæ proprior Divinitatis æmulatio eſt; & ſummæ perfectionis apex; unde meritò à Tertulliano libro de Orat. c. 3. *Nos Angelorum candidati dicimur*: ipſa ſumma rerum inopia premeretur? ut à Deo de omnibus provideatur, ipſaque rerum egeſtas magnis vocibus Divinam miſericordiam invitat, ut nihil deſit; ſicque Dominus eos interrogans, Luc. 22. n. 35. *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis: At illi dixerunt: nihil.*

D. Remig. — D. Chryſ. — *Miniſter Evangelicus veluti Angelus nullius indigus.* — Luc. 22.

3\. Secundò, in præſenti mandat Chriſtus ſuis diſcipulis: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: non peram in via, neque duas tunicas*: & tamen paſſioni proximus, cum eos ad prædicationem inſtruit, ait illis: *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera; nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, nihil Dixit ergo eis: ſed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram*: Luc. 22. num. 3. 5. & 16. Qui antea viduaverat ſuos diſcipulos ſacculo, perâ, & veſtitu; nunc hæc concedit. Sanctus Chryſoſtomus homil. in locum Pauli: *Salutate Priſcam*, utrumque Chriſti præceptum conferens graviſſimè diſſerit, & ait: *Nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, nihil. Dixit ergo eis: ſed nunc, qui habet, &c. Non*

Luc 22. — D. Chryſ.





*enim ſimpliciter dixit eis: Tollat marſupium, & peram: ſed priorum memoriam refricando, ſic dicebat: cum mitterem vos ſine marſupio, & pera, aliquid ne deerat? Hoc eſt, nonne omnia ubertim vobis affluebant; ſed nunc* (quando nempe jubet, ut ſacculum & peram portent) *volo vos, & paupertatem experiri, & ea propter ad legem priorem obſtrictos nolo, neque à vobis idem, quod antea exigo.... Non ita probati fuiſſent, ſi nullam, vel afflictionem, vel inopiam, vel anguſtiam deguſtaſſent*: Altiſſima ſanè doctrina; quando Chriſtus miſit ſuos diſcipulos ſine auro, argento, marſupio, & pera? tunc ipſa Chriſti paupertate omnibus abundabant. *Nonne omnia ubertim vobis affluebant*: At verò quando nunc in ultimo loco mandat ſacculum, & peram portare, ex rebus mundialibus comparatam, ut in paupertatis anguſtias incidant: *Volo vos paupertatem experiri, & ea propter ad legem priorem obſtrictos nolo.* Abundantior eſt Chriſti paupertas, quàm totius orbis divitiæ. Permittuntur diſcipulis ſacculum, & pera ex temporalibus rebus, ut paupertatis moleſtias experiantur, à quibus omnino erant alieni, dum temporalibus rebus denudati, extrema Chriſti paupertate degebant. Ipſa paupertas propter Deum, divitiæ multæ; ſic ait Joſeph Gen. 41. n. 52. *Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ*: quaſi multa opulentia ex inopia, ac egeſtate, tanquam fructus ex ſemine naſcitur.

*Paupertas Chriſti multa opulentia: divitiæ ſæculi paupertas.* — Geneſ. 41.

4\. Tertiò, *nolite poſſidere aurum, neque argentum*: Solùm in præſenti eſt præceptum de auro, & argento; & nullum datur verbum nec de agris, nec de villis, nec de armentis, cur etiam de his non ſit prohibitio, ſed ſolùm de auro, & argento? cur omnium rerum non tollitur ab eis poſſeſſio? Peculiariter tamen prohibetur aurum, & argentum; hæc enim portantur ab homine ſecum, & inde maximè ſunt ſuſpecta, maximéque adhærent viſceribus humanis difficiliuſque inde evelluntur: Ad hæc dixit Hugo Cardinalis: *Nolite poſſidere aurum, ſed heu! hodie nihil aliud quærunt homines*: deficit ſæpè vinearum poſſeſſio, relinquuntur agri inculti, villæ ruunt ſolo æquatæ, armenta pereunt; amor autem auri, & argenti tenaciſſimè perſeverat, & valde difficilè ab homine excludi poteſt.

*Amor auri, ac pecuniarum efficacius adhæret humano animo quàm cætera.* — Hugo Card.

5\. Cùm Samuël vellet ſuam puritatem, ac innocentiam oſtentare coram omni multitudine, ait: *loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejus, utrum bovem cujuſque tulerim, aut aſinum,* &c. 1. Reg. 12. n. 3. Aliter Apoſtolus Paulus ſimilem conteſtationem faciens, ſolum dicebat: *Argentum, & aurum, aut veſtem nullius concupivi, ſicut ipſi ſcitis*: Act. 20. n. 33. & quando Samuël de bobus, aut de aſinis loquebatur: cur Paulus illa prætereat, & ſolùm ſuam innocentiam teſtatur de contemptu auri, & argenti? Et pertinacior eſt, & ſævior pecuniarum affectus; ſic qui ab illo liber eſt, in majoribus probat ſuam innocentiam; cùm autem Paulus multò perfectior eſſet Samuële, inde celſitudinem ſui animi oſtendit, quòd à nulla rerum copia premeretur, ſed inde illis ſuperior, aurum, & argentum in contemptum habebat.

1. Reg. 12. — Actor. 20. — *Paulus, ut perfectior, ex contemptu auri oſtendit ſuam innocentiam.*

6\. De Job ſcribitur cap. 1. n. 3. *Erat vir ille magnus inter omnes Orientales*: ut explicatur in Textu, in poſſeſſione Ovium, Camelorum, Equorum: ſed quomodo tot divitiarum cumuli non impediebant virum juſtum, retardabantque eum ab inſigni virtutum opere; cùm ipſe Dominus dicat Matth. 19. n. 24. *Facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem intrare in regnum cœlorum*: Inter divitias Jobi, etſi eſſent multi animalium greges, nullum tamen recenſetur aurum, & argentum. D. Chryſoſt. in Catena Græca, ait: *Vide hominem agreſtibus divitiis affluentem. Oves, & boves, & quæ ex anni temporibus, & agricultura percipiuntur, recenſuit Scriptura... Non auri, neque argenti theſauros meminit, neque lapidum pretioſorum quibus hominum divitiis inhiantium morbus inflammatur; ſed illa enumerat, quæ ad vitæ neceſſitatem ſunt accommodata*: Divina Scriptura in referendis Jobi divitiis, non poſſeſſionem auri, & argenti enumerat, ſed armenta animalium, greges ovium, boum, camelorum: quæ per campos paſcuntur, quæque tempore dantur, & tempore pereunt: At aurum, & argentum portat homo ſecum in ſinu, ac pectore illiſque nunquam ſatiatur, ſed maximè ſitim habendi adaugent, & famem rabidiſſimam generant, quæ in perditionem trahit non ſic verò alia, quæ veluti ſunt aliena, & ſeparata à manu, & oculis.

Job. 1. — Matt. 19. — D. Chryſ. — *Aurum magis quam terrenæ poſſeſſiones avertunt homines à cœlo.*

### QUÆSTIO II.

*Quare Chriſtus D. probibet ſuis diſcipulis duas tunicas, ſimulque virgam, ſecundùm Matthæum, quàm ſecundùm Marcum concedit?*

7\. IN hoc capite Divinus Magiſter n. 10. præcipit, quod non habeant ſecum, *nec peram in via, neque duas tunicas*. Quod explicavi citato cap. 7. quæſt. 5. nunc adde ex D. Nyſſeno homil. 11. in Cantic. qui ait: *Non oportet eos, quicumque divino ſanguine ſunt ornati, peccati tunicam induere, ſed unam ſolam innocentiæ, ne duas contrarias inter ſe invicem conjunctas habeant tunicas*: diſtrictè prohibet Deus, ne quis pannoſam tunicam vitiorum jungat tunicæ gratiæ, ſed illam prorſus tollat, ut unam hanc habeat? valde enim ſub Dei ornatu damnabilis eſt peccati habitus, ſic pergit citatus Nyſſenus ſuprà datus: *Nec oportet novum pannum veteri veſtimento aſſuere, ne ejus, qui hoc induit, major ſit turpido, cum neque maneat id, quod eſt aſſutum, & veteris ſit futura deterior & apertior deformitas.* Unde Paulus clamat ad Roman. 13. n. 14. *Induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis*; ſeu ut eſt in Græco, *cupiditatibus*: Chriſtum induere, eſt Chriſtum ſuis actionibus, ac operationibus imitari, ac ſequi, & ad hoc carnis deſideria, ac cupiditates ſunt deponenda, ut explicant D. Chryſoſt. & D. Thomas.

Nyſſen. — *In Dei domo omnia antiqua dimittenda.* — Rom. 13. Græcus. D. Chryſ. D. Thom.

8\. Mandat etiam eis Domine, ut neque virgam portent in via, quod explicatum eſt citato cap. 7. quæſt. 8. Adde nunc ex D. Hieronymo hic, *Docet Dominus, neque habere virgam, quæ vertatur in colubrum, neque in aliquo præſidio carnis inniti, quia hujuſmodi virga, & baculus arundineus eſt, quem ſi paulum preſſeris, frangitur,*

D. Hieron.

*Humanum patrocinium non ſolum deſiit, ſed vertitur in colubrum.*

& *manum perforat incumbentis.* Parum intereſt, quod virga feratur in manu, quæ jejunum corpus pedeſtri itinere feſſum, utcumque ſuſtentet; maximè tamen intereſt, ne manus, ſeu fiducia incumbat *virgæ quæ vertatur in colubrum:* & ex quo ſperabas patrocinium in te, ſerpentino horrore vertatur in venenum mortiferum: Ecce quam venenata ſunt humana patrocinia quorundam, à quibus maximè cavendum eſt; nam ſi eis inniti intendas, erunt tibi tanquam baculus arundineus, cui ſi preſſo corpore incumbas, frangitur, manum vulnerat, & lacerat, & quod pejus eſt, vertitur in colubrum, ut te devoret, & perdat in gehennam. Unde

Amos 6. minatur Amos cap.6. numero 1. dicens: *Væ qui confiditis in monte Samariæ:* taxat Propheta eorum confidentiam in montium altitudine,

D.Cyrill. teſte D. Cyrillo noſtro: *Putabant ſcilicet, etiam circa Dei auxilium, hoſtibus ſe prævalituros eſſe*: Inde Propheta ſuper eos plorans clamat extremam miſeriam, Væ! omnium miſeriarum.

9. Hoc cap.10. n.10. mandat Chriſtus D. ſuis Apoſtolis, ut in via ne portent peram, nec duas

Marc.6. unicas, nec virgam, & tamen juxta D. Marcum, virga eis conceditur: *Præcepit eis, ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum*: Marc.6. n. 8. Quam difficultatem jam explicavi citato cap. 7. q. 7. Virgam Dominus concedit, & negat; Virgam eis committit, qua tanquam judices feriant, ubi criminum neceſſitas poſtulaverit, virgam negat, qua ut vindices vindictam referant,

*Sacerdos habeat virgam juſtitiæ, non verò vindictæ.*

D.Ambr. Ita Text. explicat D. Ambr. lib.7. in Luc.c.10. & ait: *Ultionis ſtudia deponite, & inſolentiam verberantium, non injuriarum relatione, ſed patientiæ magnanimitate ſupportate*: Perfectus moribus maxime debet eſſe alienus ab injuriarum relatione, & ſinceritatem juſtitiæ in omnibus ſequi.

10. Ob interfectos fœde ſcortantes, jubet Deus, ut Phinæam Moiſes admoneat: *Ecce, do illi pacem fœderis mei, & erit illi pactum ſacerdotii ſempiternum; quia zelatus eſt pro Deo ſuo:*

Num.25. Numero 25. num.12. Certe virgam promittit Deus, cum honorem ſummi Pontificatus, ac ſacerdotii illi concedit; virgam negat, cùm pacem commendat, ex ſacerdotis officio: *Ec-*

Philo. *ce do illi pacem fœderis*: Philo. lib. de Temulentia, ait: *Germana hæc dixerim, non temerè; Pax, & ſacerdotium; quia ſcio non poſſe fieri verum ſacerdotem, qui adhuc humanam militat militiam, ſed requiri ad hoc virum pacatum, tam alienum à bello, ut perpetuò pacem colat.* Cùm ſummus Sacerdos conſtituitur, virga datur maximè ad punienda crimina contra Religionem, cùm verò fœderis pax commendatur, requiritur ejus animus pacatus, ut cum magna potientia multa ſuſtineat, & toleret ad retinendam cum omnibus pacem: *Requiri ad hoc virum pacatum, tam alienum à bello, ut perpetuò pacem colat.*

*Bonus princeps portat virgam, & pacem.*

11. Cùm David fugeret à facie Abſalonis, per juga montis ibat Semei, oblatrans improbè contra eum. Ita autem loquebatur. Semel cum malediceret regi: *Egredere, egredere vir ſan-*

3.Reg.6. *guinum, & vir Belial.* 2. Reg.16. num.7. cùm vellet miles hominem obtruncare obloquentem barbarè, ſubdit Text. *& ait Rex, dimitte eum, ut maledicat. Dominus præcepit ei, ut maledicat*: Ibidem. n.10. ſignatè textus eum ſæpe regem vocat, ubi patientem laudat contumeliæ; ac ſi magnorum ſit patientia cum regia virga, ut ipſa eximia poteſtas malè audiat, & benè ferat. Perbellè D. Auguſt. lib. de Patientia, cap.9. ait: *Poteſtatem regiam magis, ac magis adhibuit prohibendo, quam exercendo vindictam*: tam propria regum patientia eſt, tantumque ipſa regia poteſtas in patientia declaratur.

*Patientia maxime perlucet in virga Regia.*
D. Auguſt.

---

## Apoſtoli ſicut Oves inter lupos.

### Quæstio III.

*Quare Chriſtus D. ait ſuis diſcipulis:* Mitto vos ſicut Oves inter lupos? *Cum per Prophetam dicatur, quod ſunt mittendi, ut leones inter pecora.*

CHriſtus D. in præſenti ait ſuis diſcipulis: *Ecce ego mitto vos ſicut Oves in medio luporum*: quod eſt explicatum tom. 3. in Evang. 12.

D. Chryſ. cap.8. per q.17. Nunc verò adde ex D. Chryſoſt. hom.34. in Matth. dicente: *Erubeſcant igitur, qui contra facientes, quaſi lupi adverſarios ſuos perſequuntur, cum videant innumeros lupos ab ovibus vinci pauciſſimis: & certè quouſque ſumus oves, facile hoſtes vincimus; cum vero in naturam luporum tranſimus, tunc ſuperamur; tunc nobis nullum à paſtore patrocinium adeſt, qui non lupos, ſed oves paſcit*: Mittuntur oves inter lupos non ut devorentur, & perdantur à lupis, ſed ut de lupis gloriosè, ac magnificè triumphent; ſicut enim proprium eſt Ovium à lupis rapi, ſic & proprium eſt Ovium certiſſimam victoriam à lupo reportare, ipſâ patientiâ negotiante: *Cum videamus innumeros lupos ab ovibus vinci pauciſſimis*: Oves occiſionis ſumus, & cum patientiſſimi multis perſecutionibus, ac injuriis premimur, maximè de univerſis triumphamus inimicis, tunc patientiâ noſtra, tunc protectione noſtri diviniſſimi paſtoris gaudemus, qui nos valde glorioſos efficit; cujus enim patrocinium non eſt ad lupos, ſed ad oves: *qui non lupos, ſed oves paſcit.*

*Patientia ſanctorum de hoſtibus triumphat.*

Secundò: & maximè ad quæſtionem: Cùm Chriſtus D. ſuos Diſcipulos ad prædicandum ordinat, ait illis: *Ecce ego mitto vos, ſicut oves in in medio luporum.* Ecce Apoſtoli inter gentes dicuntur oves inter lupos, & tamen à Propheta appellantur leones, & catuli leonum fortiſſimi. De Chriſti diſcipulis in ſua prædicatione vaticinatur Michæas c.5. n.8. *Et erunt reliquiæ Jacob in gentibus, in medio populorum multorum; quaſi leo in jumentis ſylvarum, & quaſi catulus leonis in gregibus pecorum.* Ad literam loquitur Propheta de ſanctis Apoſtolis in prædicatione Evangelica, ut interpretantur D Hieron. D. Cyrill. Alex. Theodoret. Haymo, Rupertus, Lyranus, Vatablus, ac alii; nam Apoſtoli fuerunt tanquam leones fortes ac generoſi ad vincendas, ac ſubjiciendas gentes Evangelio, vi ſuæ doctrinæ, efficaciâ miraculorum, ac magnitudine portentorum, ac ſuorum mirabilium operum 13.

Michæas 5.
D. Hieron.
D. Cyrill.
Theodoret.
Haym.
Rupertus.
Lyran.
Vatabl.

Ecce



14. Ecce jam difficultas: à Propheta Apoſtoli dicuntur Leones, qui tanta generoſitate, ac confidentia ambulabant inter gentes, tanquam Leones inter cætera animantia, à Chriſto D. in præſenti vocantur Oves; ſed quid Ovis in medio Luporum, cum Leone in medio pecorum? Difficultatem agnovit, & ſolvit noſter

D.Cyrill. D. Cyrillus Alexand. ad locum Michææ. *Reliquiæ igitur Jacob per fidem in Chriſto ſalvati, Evangelii præcones, ſacerdoteſque conſtitui. Erunt etiam ut catuli Leonis in grege, generoſi nimirum contra inſurgentes. Dominus Jeſus dicebat, Ergo mitto vos ſicut Oves in medio Luporum; eorum autem fortitudo corda oppugnantium eos confregit, multamque ipſis venerationem conciliavit.* Quid eſt quod inter gentes ſervi Chriſti dicuntur Oves, & Leones? Ovis Lupos habet contrarios & adverſarios; Leo verò cuncta animantia ſibi habet ſubjecta, eiſque dominatur, ab eiſque venerationem vendicat. Servi Chriſti, etſi inter gentes videantur tanquam Oves inter Lupos, in eis tanquam Leones dominantur, eaſque ſubjiciunt, ab illiſque gratiam, & reverentiam extorquent.

*Crudeles hoſtes Juſtos venerantur, & honorant.*

15. Tres illi generoſiſſimi pueri Hebræi mittuntur in fornacem ardentem, vincti cum brachiis ſuis, thiaris, calceamentis, & veſtibus; & tamen flamma vorax, quæ ſolet terrena corpora hoſtili impetu conſumere, ac devorare, eos non lædit; *Non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtavit, nec*

Daniel.3. *quidquam moleſtiæ intulit*: Daniel.3. n.50. imo famularum præſtitit, dum conſumpſit ligaturas, ut ſoluti in medio flammarum ambularent, Ibidem, n.91. ſed unde fieri poteſt, quod non ſolùm ignis eos non læderet, ſed etiam quod tantum obſequium eis præſtaret. Tres illi cantatiſſimi juvenes, erant ſervi Dei, & inde evenit, quod ferociſſimæ, ac indomitæ contrariæ naturæ, quæ nulli rei parcere noſcunt, eis non ſolum non nocumentum, ſed etiam cultum, ac venerationem exhiberent: Pulchrè ait D. Auguſtin. ſerm. 240. de tempore: *Ignes juſti cedunt, ardores flammarum in refrigerium vertuntur, & inſtituta naturæ voraces impetus obliviſcuntur, ut juſtos venerantes timerent. Ignes juſtos hoſpitio cum omni honore ſuſcipiunt, & libenter obſequium præbent.*

*Coram ſervis Dei nes contrariæ poteſtates evaneſcunt.*

16. Elementorum fortitudinem Moyſes, & Aaron convocarunt ad Pharaonem convincendum, novemque horribilium plagarum machinas in tyrannum contorſerant; & nihilominus tyrannus pertinaciſſimè obtinebatur, imò Moyſem, & Aaronem irridebat, ac illudebat, ut do-

D. Auguſt.
Rupertus.
Abulenſ.
Exod.11.

cent D. Auguſt. Rupert. Abulenſ. & alii, quid tunc? ait Deus Moyſi. Exod. 12. n. 3. *Tollat unuſquiſque Agnum per domos, & familias ſuas.* Cujus interventu ſtatim Pharao dimiſit populum cum omnibus ſuis, & magnam reverentiam, ac excellentiam recognoſcit in Moyſe, & Aarone, cum ab eis tanquam à ſuperioribus benedictionem poſtulet: *Et abeuntes benedicite mihi*: citato cap. 12 n. 32. Unde evenit,

Pſal.130. quod Pharao ferociſſima beſtia, de quo dicitur: *Draco iſte, quem formaſti*: Pſal.103. n.26. ſic manſueſcit, mitigatur, ac ſubjicitur, ut non ſolùm à malitia, ac protervia deſiſtat, ſed etiam benedictionem ab eis quærat? quem armata manus Moyſis grandine, fulmine, peſte, ac aliis multis plagis non potuit frangere, ac domare, unâ Agni Divini præſentia, non ſolùm proſtravit, ſed etiam reverentiam, ac venerationem ab eo extorſit. Rupertus lib. 2. in Joan. ait: *Per immolationem Agni Pharao quondam ſuperatus eſt & Iſraëlitarum ſervitus ſoluta eſt quod per manum Moyſis, & Aaron plagis immiſſis perfici non potuerat.*

*Agnina manſuetudo domat, & vincit, ac reverentiam conciliat.*

Rupertus.

---

### Quæstio IV.

*Quare Chriſtus D. denuntiat ſuis Apoſtolis, quod tradentur ad reges, & præſides in teſtimonium illis?*

AIt Chriſtus D. in præſenti, n.17. *Cavete ab hominibus, tradent vos in Conciliis, & ſynagogis ſuis; ad præſides, & reges ducemini in teſtimonium illis, & gentibus, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.* Quæ omnia latè explicavi citato c.18. q.9.10.11.12. uſque ad quæſtionem 17. Nunc adde, & nota quòd ait Dominus: *Cave ab hominibus*: non dixit, Cavete à feris, leonibus, flamma, ſed ab hominibus, quia ut ibi dixi ex D.Chryſoſtom. q.9. Homo malus, pejor eſt ipſo diabolo; homo in hominem crudelior, quàm quæcumque fera, ac indomitus ignis. Sancti illi tres juvenes mittuntur ab hominibus in fornacem ardentem, & ut ait Daniel 3. n. 92. *Ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum*: Quod expendit D. Auguſtin. ſerm. 240. de tempore, & ait: *Licet Sanctis cum igne jocari, quibus cum hominibus non licuit commorari. Damnant hoſtes, abſolvunt ignes. Homines ſæviunt, ſupplicia venerantur, defenduntur ardoribus juſti, quos vis humana damnavit.* 17.

*Summa hominum crudelitas.*
Daniel 3.
D. Auguſt.

Et ait Dominus: *Flagellabunt vos; & ante reges, & præſides ducemini propter me, in teſtimonium illis, & gentibus.* Flagella, & vulnera Juſto illata, dabunt teſtimonium contra flagellatores, ac percuſſores, & quando hoc erit coram judice, in die judicii, tunc verba juſtorum, vulnerumque cicatrices irrefragabile teſtimonium dicent adverſus tyrannos, ut inevitabiliter pereant. Rupertus lib.8. de glor. & honor. Fil. homin. hoc cap.10. Matth. ait: *Terribile valde, quod addidit, in teſtimonium illis, & gentibus: cujuſnam rei teſtimonium? Et quando recuſandum eſt teſtimonium? nimirum in die judicii. Quale enim erit in illa die hujuſmodi teſtimonium contra ſe videre, ut non ſe poſſent excuſare. Dicet enim illis Rex; ecce cicatrices flagellorum, quibus flagellatis eos in ſygnagogis veſtris, contra vos teſtimonium ferunt*: Quid terribilius? in tremenda illa judicii die, quando omnis iniquitas oppilabit os ſuum; Tunc vulnera Sanctorum, & verbera accepta elevabunt vocem ſuam, & teſtimonium inevitabile, ſic ait: *Ecce cicatrices flagellorum, quibus flagellaſtis eos in ſynagogis veſtris, contra vos teſtimonium ferunt.* 18.

*Quot ſunt vulnera martirum tot teſtes contra tyrannos.*
Rupert.

Ait Joannes Apocalypſ. 6. n. 9. *Vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant, & clamabant voce magna; dicentes, uſquequo Domine non vindicas ſanguinem noſtrum, de iis, qui habitant in terra*, Sub altare ſtabant animæ interfectorum propter verbum Dei, & propter 19.

Apoc.6.



teſtimo-

teſtimonium, quod habebant, & non dicitur, pro teſtimonio, quod dederunt, nempe in vita; ſed propter teſtimonium, quod adhuc ſic interfecta habebant, in eiſque apparebant, nempe vulnera, & tormentorum ſtigmata dabunt teſtimonium contra eorum carnifices; *Ecce cicatrices flagellorum, quibus flagellatis eos in ſynagogis veſtris contra vos teſtimonium ferunt.* Et ſanct. Martyres, qui habebunt teſtimonium ſubtus altare clamabunt tanquam teſtimonium habentes ab ipſo altari, contra ſuos percuſſores, qui interfecti ſunt ob defenſionem ipſius altaris, ne prophanaretur à gentibus, neve debitus in eo cultus Deo denegaretur.

*Cicatrices vulnerum clamant contra perſecutores.*

20. Ait Chriſtus D. ſuis Apoſtolis, & eorum nomine ſuis electis: *Sedebitis ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael.* Matth. 19. n. 28 & tamen Sapient. 5. n. 1. Scribitur de die judicii: *Tunc ſtabunt juſti in magna conſtantia, adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt*: ſi ſedebunt, quomodo ſtabunt? repugnantia in his terminis videtur ſublatere: Sedebunt tanquam in honorifica ſede demonſtrante eorum ſublimitatem, & honorem: ſtabunt verò contra ſuos interfectores ad teſtificandum, & oſtendendum ſua vulnera, verbera, & cicatrices. Holchot ibi lect. 57. ait: *Strare jubetur juſtus ad teſtificandum... ſtabunt ergo juſti in magna conſtantia, adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt in injuriis, aut flagellis.*

Matth. 19. Sap. 5.

*In die judicii ſtant juſti ad teſtificandum.*

Holchot.

## Quæstio V.

### *Quare Chriſtus D. prædixit ſuis Apoſtolis, quod erunt odio omnibus hominibus.*

21. *Difficultas quæſtionis.*

SIc ait Chriſtus in hoc cap. 10. n. 17. *Et eritis odio omnibus hominibus, propter nomen meum*: quod multis rationibus datis, citato cap. 8. q. 16. ibi explicavi. Nunc verò adde, & maximè conſiderandum, cùm Chriſtus D. faceret ſuos Apoſtolos totius orbis expugnatores, ut idolorum cultum è medio tollerent; cur non magis facit illos ſummè amabiles, ac maxime charos omnibus? cur non vult eos amari, ſed maxime diſponit, ut in odium ſint omnium?

22. D. Chryſ.

Primò, reſpondet D. Chryſoſtom. homil. 1. ad populum Antioch. & ait: *Multi enim, qui & bella bene geſſerant, & urbes ædificaverant, & aliis ejuſmodi promeruerant ſui temporis, homines, dii à multis æſtimati ſunt, & templis, & aris honorati. Et omnis gentilium deorum numerus ex his omnibus conflatus eſt: Ne hoc & in Sanctis fieret, permiſit ipſos Deus continuò pelli, flagellari, in varios incidere morbos, ut nimia corporis imbecillitas, & tentationum turba præſentibus perſuaderet, quod homines erant talia edentes miracula:* Apoſtoli erant valde benefici omnium, curantes infirmos, ſuſcitantes mortuos, & dæmonia expellentes ab obſeſſis corporibus: ſi ſimul eſſent amabiles, & bene accepti in populis, crederentur dii, & illos adorarent homines, ut voluerunt adorare Paulum, & Barnabam, Actor. 14. n. 10. & ita per illos idololatria non caderet, ſed magis prævaleret.

Actor. 14.

Tota enim gentilitatis cæcitas pullulavit ex quorumdam principum beneficentia, qui ex valde benefici, ſic à populo honorati, ac dii habiti ſunt: ne autem crederentur Apoſtoli dii ex eorum eximia beneficentia, cùm ad hoc eſſent inſtituti, ut deſtruerent cultum falſorum deorum; ideo eorum beneficentiæ adjunctum fuit odium, ut idololatriæ non viderentur favere, ſed eam deſtruere, ad quod erant ordinari; tanta eſt vis beneficentiæ, ut per illam homines dii credantur, ut patet in Paulo, & Barnaba proxime citatis, quibus Sacerdos volebat ſacrificia offerre. Unde ſic pergit D. Chryſoſt. citatus: *Paulo & Barnabæ immolare aggrediebantur: Vide diaboli malitiam. Per quos Dominus impietates ex mundo extirpare ſtudebat, per hos ipſam ille inducere curabat; rurſus perſuadens deos homines eſſe putare, quod prioribus fecit temporibus. Et hoc maximè eſt, quod idololatriæ principium introduxit.* Tota radix, ac principium idololatriæ creditur fuiſſe ab hominibus beneficis, ac bene acceptis, & amabilibus ab univerſo populo. Cum ergo Apoſtoli eſſent omnibus multum benefici, diſponitur, alto Dei conſilio; ut non eſſent majori ex parte chari, & amabiles, ſed omnibus odio, ut ita machina diaboli diſſolveretur, & Dei ordinatio ad deſtruendam idololatriam in omnibus adimpleretur.

*Beneficentia alicit animos ad honorem, & venerationem.*

D. Chryſ.

*Dei conſilium, per diverſa media adimpletur.*

Secundò: *Eritis odio omnibus hominibus* Ut inde magis innoteſceret, & fieret manifeſta Divinæ gratiæ vis, cumque eſſet in eos omnium odium exacutum, omniumque armata, & unita manus, ad eos perimendos, ac extinguendos, nihil valuit perficere, ſed inde magis augebantur, & creſcebant. Cujus rei rationem aſſignat Paulus 1. Corinth. 3. n. 9. *Dei creatura eſtis, Dei ædificatio eſtis.* Ex quo D. Paſchaſ. in Pſalm. 44. colligit ingentem fructuum ſegetem, & ait. *Dei agricultura eſtis. Dei ædificatio eſtis, & ideo pullulant in vobis ſemina virtutum, & creſcit ſeges multiplicata in Domino.* Expende cauſam tantæ multiplicationis eam eſſe, quod ſit agricultura Dei. Ubi gratia Dei intervenit ſuper omnem naturæ vim, creſcunt, ac multiplicantur uberes ſegetum fructus. Totis viribus cupiebat Pharao ſuo vehementi odio enervare Iſraëlitas, ut laboribus preſſi totaliter ſterileſcerent, ac perirent; res tamen in contrarium accidit Exod. 1. n. 12. *Quantò opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant*, & unde tanta multiplicatio? à laboribus, minime; nec enim Deus naturæ vim expectat, ubi gratiam ſuam adhibet; quæ etiam pluſquam natura, & etiam renitente ipſa natura: multiplicatos, ac ingentes fructus edere valet. Noſter D. Cyrillus Alexandr. lib. 4. Adorat, ait: *Cùm Pharao malignitate ſumma conaretur tantum illis gentis proventum, atque incrementum cohibere, impoſuit eis præfectos operum, ut affligerent eos operibus, ſed hoc ejus conſilium contrarios eventus habuit; nam ea ipſa, quæ inferebatur vexatio, occaſio illi incrementi fuit, cum Deus eam rem ſuâ ſapientiâ mederetur, & Pharaonis aſtutiæ gratiam ſuam opponeret*: Nota quod Deus aſtutiæ Pharaonis opponit gratiam ſuam, ut multiplicata ſeges creſcat. 23.

1. Cor. 8. D Paſchaſ.

*Super omnem naturæ vim Dei gratia valet ad producendos fructus.*

Exod. 1.

D. Cyrill. Alex.

Tertiò: *Eritis odio omnibus hominibus*: Apoſtoli cunctis erant valde benefici; & tamen omnibus erant odio. O ſumma ingratitudo! bene- 24.



beneficentia Apoſtolorum, cùm homines deberent rependere gratiam, & beneficentiam, pro his rependebant odium, & malevolentiam; ſic inſolens eſt humana conditio, ut pro beneficiis mala retribuat. Enumerans Scriptura filios Noë, ait: *Erant ergo filii Noë, qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham, & Japhet, porro Cham ipſe eſt pater Chanaan*: Geneſ. 9. n. 18. Cùm recenſentur iſti tres filii Noë, Cham ponitur in ſecundo loco, cum ipſe eſſet inter illos minor, ut patet infra in hoc cap. n. 24. ac proinde reponendus erat in ultimo loco; deinde maximè conſiderandum, quod ſolus Cham dicitur hic pater, & habere filium: *Cham ipſe eſt pater Chanaan:* nec Sem, nec Japhet dicuntur patres, ſed tantum iſte, & ut moraliter dicam, forſitan ſolus Cham habebat filium, & ex eo in multo amore, ac æſtimatione erat erga Patrem, cum ex eo videret ſui nepotem; & ideo cùm eſſet minor, non ponitur in ultimo loco ſed in alio majori, ac excellentiori, & inter illos duos juſtos Sem, & Japhet. Ex quibus manifeſta fit illius malignitas, cùm tanto patris amori, ac benevolentiæ retribuerit irriſionem, ac illuſionem, cùm denuntiaſſet foris fratribus ſuis Patris verenda eſſe denudata. D. Ambroſ. lib. de Noë, & Arca, cap. 28. ait: *Ad coercendum delictum addita eſt ejus generatio; quia cùm pater eſſet ſolus, ipſe patrem non cognovit, qui magis cognoſcere debuiſſet.*

*Malitia humana pro beneficiis mala rependit.* Geneſ. 9.

D. Ambroſ.

25. Cum populus eſſet egreſſus de Ægypto, & caſtrametatus eſſet in Raphidim, ſiti laboravit, cùm ibi non eſſet aqua: *Populus murmuravit contra Moyſem, cur feciſti nos exire de Ægypto, ut occideres nos, ac liberos noſtros, & jumenta noſtra? Clamavit autem ad Dominum dicens: quid faciam populo huic! Adhuc paululum, & lapidabit me:* Exod. 17. n. 3. & 4. Cur ſic populus contra Moyſen inſurgit, nonne ab eo eximia, ac innumera beneficia accepit? Quis pro ejus libertate ſe majoribus periculis objecit, quàm Moyſes? Quis diviſit Mare rubrum, ut incolumis perſequentem Pharaonem cum exercitu ſuo evaderet? & quis vobis Capite antecedenti, dedit cœleſtem panem ad ſaturitatem, niſi ipſe. Cur ergo contra illum ſic commovetur populus linguâ, & manibus? linguâ obmurmurando, manibus ad lapides concurrendo? Hæc eſt humana conditio, ut pro eximiis beneficiis acceptis, jurgia, & murmurationes, ac ſaxa, & lapidationes rependat. Quod paucis comprehendit Rupertus Abbas, & ait: *Ubique murmurationes, ac jurgia; & beneficia, Dei ſponte venientia, nulla præveniunt merita.*

Exod. 17.

*Ingratus pro beneficiis murmurationes, & lapides rependit.*

Rupertus.

## Fuga in aliam Civitatem.

## Quæstio VI.

### *Quare, exorta perſecutione mandat Dominus fugere de una Civitate in aliam?*

26. AIt Dominus hoc cap. 10. n. 23. *Cum perſequentur vos in civitate iſta fugite in aliam:* Quod explicatum eſt à nobis tom. 3. in Evang. cap. 9. per quæſtiones 16. & q. 4. n. 24. Ex Clemente Alexandr. dedi: *Vult autem nos nulli eſſe authores, nec alicujus mali cauſæ adjutores, nec nobis ipſis, nec ei, qui interimit:* mandat fugere in aliam civitatem ob multas rationes ibi datas; & etiam, ut ibi dixi, in perſecutione juſtorum, ſemper intervenit perſecutoris peccatum; inde juſti jubentur fugere ex hac parte in aliam, etiam diſpendio præmii patientiæ, ne occaſionem peccandi aliis præbeant. Poſt acceptam benedictionem à patre Jacob *Profectus pervenit in Meſopotamiam:* Geneſ. 28. n. 5. Sed cur tunc modò proficiſcitur, cum magis deberet manere cum patre, ut benedictione adeptâ frueretur. Tamen bonus vir bene noverat fratrem Eſaü eſſe ſibi animo valde infeſtum, ut illi occaſionem peccandi ſubmoveret Jacob paternæ domus requiem, ac delicias perdere, & duritias exilii perpeti non dubitavit. D. Ambroſ. lib. 2. de Jacob, cap. 1. ſic ait: *An non beatus Jacob, etiam cum patriam relinqueret; nam ſi beatus eſt qui peccatum declinat; utique negari beatus eſſe non poteſt, qui alterius culpam levat, crimen avertit. Paratumque parricidium declinavit exilio voluntario, eoque facto, ſibi ſalutem quæſivit, fratri innocentiam donavit. Meritò itaque eum Divina comitata eſt gratia.*

Clem. Alex.

*Chriſtianæ perfectionis eſt proximis ſubtrahere peccandi materiam.*

Geneſ. 28.

D. Ambroſ.

27. Secundò: Tertullianus lib. de Fuga, cap. 6. ait: *Ideo illis fugere tunc præcepit, non propter eludendum periculum, proprio nomine perſecutionis, ſed propter profectum annuntiationis.* Quo conſilio Dominus fugam conſulit Apoſtolis? ut perſecutionis tyrannidem fugiant; minimè, ſed ut occaſio offeratur Scholæ de fide aperiendæ aliis, atque aliis populis; indeque ſanctis Magiſtris permiſſa eſt fuga, ut quò abirent homines inſtruerent plurimos in fide, ac Religione: Hæc fugiendi ratio viris ſanctiſſimis extitit. Cum ſævirent Nerones, fugit Athanaſius, fugit Baſilius, fugit Paulus, fugiunt homines alii: *ut qui inter fugiendum Evangelium divulgarent*, ut docet D. Athanaſius homilia de fuga. Hac via abiere auditores Scholæ Apoſtolicæ, Judæo minante, ac ſæviente poſt necem Sancti Stephani. Actor. 8. n. 1. *Facta eſt in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Jeroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones, Judææ, & Samariæ.* Ea tamen mente, ut docet D. Athanaſ. homil. de Semente: *Non quod imbecillitate dejecti, ſed fidei gratia diviſi eſſent.*

Tertull.

*Maximè conveniens eſt fuga viro magno ad fidem propagandam.*

D. Athanaſ. Actor. 8.

D Athanaſ.

Dum D. Chryſologus ſerm. 150. præclarè meditatur divinum mandatum ab Angelo intimatum S. Joſeph, ait: *Bellicoſus, quod in bello fugit, artis eſt, non timoris: Deus quando fugit hominem, Sacramenti eſt, non pavoris.* Sed quodnam Sacramentum lateat in hac fuga, nobis non explicat Sanctus Doctor. Non fugit Deus, ut inſequentem tyrannum timens, ſed ut magis conſuleret hominum ſaluti in ætate adulta, ſuâ admirabili vitâ, ſuâ divinâ doctrina, ſuiſque dictis, ac factis, ſuaque ſalutiferâ Morte, ac glorioſa Reſurrectione. 28.

D. Chryſol.

*Fuga ſæpe rationis filia non pavoris.*

Monet Paulus ſuos Diſcipulos 2. Corinth. 6. n. 4. *In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam:* Bonus Dei miniſter, nec præconia honoris exoptat, nec abjecta dedecoris, ac infamiæ exhorreſcit, ſed id ſibi maximè ſplendidum arbitratur, quod eſt proximorum ſaluti conducibilius. D. Gregor. lib. 22. 29.

1. Cor. 6.

D. Gregor.

*Servus Dei nec agit de fama, nec infamia ſed de aliorum ſalute.*

lib.22.Moral.cap.6. ait:*Cum audientium utilitati non proficit,fama laudabilis non elevet, ſed fatiget:* Bonum Dei miniſtrum multùm fatigat fama, ſi proximorum utilitati non ſerviat, maxime verò placet,& delectabilis ignominia, ſi ſerviat; nihil de ſe agit, ſive per famam, vel infamiam, ſed tantum de aliorum ſalute ſolicitus eſt, ut ſe exhibeat verum Dei miniſtrum.

30. Ad ſuum Divinum Sponſum clamat Anima Sancta: *Fuge, dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloque cervorum, ſuper montes Aromatum.*
Cantic.8. Cant.8. n.14.Sed quomodo ſuo dilectiſ.Sponſo, de cujus honore maximè ſolicita, ſuadet fugam, quæ ignominioſa eſt apud homines? nil tamen glorioſius, quàm fugere à malis,qui nihil proficiunt, ad bonos, qui ſunt montes.
Pſal. 86. *Fundamenta ejus in montibus Sanctis:* Pſalm. 86. & aromatum, omnium nempe virtutum, ſed ut fluant omni odore ſanctitatis. D.Gregor.Magn. in præſenti ait: *Chriſtus fugiens reprobos, montes aromatum petit, quia perverſos dimittens, ſanctas animas viſitare non deſinit,quæ per contemplationem excelſæ ſiunt, & per confectiones virtutum, odorifera unguenta ſecum ferunt; ſuper hos montes Dilectus capreæ, hinnuloque cervorum aſſimilatur.*

*Ad juſtorum profectum fugit ſponſus.*

---

## Quæstio VII.

### *Quare Chriſtus D. ſuis Apoſtolis explicat, quod omnes capilli capitis eorum numerati ſunt?*

31. Textus. AIt Chriſtus D. in præſenti ſuis Apoſtolis: *Omnes capilli capitis veſtri numerati ſunt.* Quod denotat infinitam Dei ſapientiam, ac ſcientiam, ſingularemque Dei providentiam
Pſal.146. erga ſuos:quo ſenſu David ait Pſalm.164. n 4.
D.Auguſt. Incognit. *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat:*quod juxta Auguſtin.& noſtrum Incognitum, non ſolùm intelligitur de ſtellis materialibus, ſed etiam de Sanctis,qui quamvis diſperſi, inſtar ſtellarum, virtutibus fulgebunt: tamen omnes Patres hanc Chriſti ſententiam communiter moraliter exponunt, ut citato cap. 9. q.12. Ubi magnam ponderationem.D.Paulini componentis hos capillos Apoſtolorum cum capillis Abſalon. Nunc verò adde.

32. Origenes. Primò Origenes homil.1. in Numer. dum præfata Chriſti verba adducit, & expendit, ait: *Non ſolùm diſcipulos ſuos electos ſub numero ſtatuit, verùm & capillos capitis eorum numeratos eſſe. In quo utique non illos capillos dicebat eſſe numeratos,qui vel ferro tonderi,vel projici ſolent,vel temporis ætate defluere, ac perire: ſed illi capitis capilli apud Deum numerati ſunt, qui in Nazaræis erant, quibus inerat virtus Spiritus Sancti ad proſternendos alienigenas.* In præſenti non eſt ſermo de capillis externis, qui retineri, vel abjici poſſunt; ſed tantùm de virtutibus per ipſos capillos ſignificatis, vel adhærentibus capillis Deo conſecratis, ut Samſonis; qui enim in virtute perſiſtit, ut omnem lubricum,ac puerilem ſenſum abjiciat, hic maximè in numero eſt apud Deum.

*Viri virtute prædi ti apud Deum ſunt in numero.*

33. Numer.1. Præcipit Deus Moyſi, & Aaroni, *Tollite quidquid eſt ſexus maſculini ab vigeſimo anno, & ſupra, omnium virorum fortium ex Iſraël, & numerabitis eos:* Numer.1. n.3. mandantur eligi & numerari à Deo non quicumque, ſed tantum,qui forti, & conſtanti animo ſunt,qui puerilia, & Ægyptiaca abjecerunt, & in virtute jam adultâ ſunt ætate. Unde ſic ait Origenes: *Donec autem ineſt alicui noſtrum, vel puerilis, & lubricus ſenſus, vel fœminea, & reſoluta ſegnities, vel Ægyptios gerimus, & barbaros mores; haberi apud Deum in Sancto, & conſecrato numero non meremur.* Excute à te Ægyptios barbaroſque mores,pueriles, ac fœmineos affectus, & generoſâ, ac perfectâ virtute reſplende,& in numero eris apud Deum.

*Viri in virtute fortes numerantur apud Deum.* Origenes

34. Euſeb. Emiſ. Secundò: Euſebius Emiſſenus in homilia de hac re, ſeu fuga, ait: *In hoc, quòd eorum capillos numeratos eſſe dicit, totam hominis ſubſtantiam reſurgere, & nihil de ea perire ſignificat:* His denotat Dominus, quòd curam habet de tota hominis ſubſtantia, etiam de illius minima parte, ac minutiſſimo capillo; & quòd cum omnibus capillis omnes reſurgemus; nam capilli pertinent ad hominis perfectionem, ac decorem; & quòd cum capillis reſurgemus, probant ex hoc præſenti loco Matth. ac ex illo Luc.21. n.18. *Capillus de capite veſtro non peribit.* D. Auguſt. lib.22. de Civitate Dei, Hieron. in cap.10.Matth.D. Thomas in 4.diſt.44.q.1.art.2. q.3. & multi alii,quos citant,ac ſequuntur Suarius tom 2. ad 3.p. diſp.47. ſect.1. paulò poſt principium. Ægidius Luſitanus tom.3. de Beatitudine, lib.2. q.6. art.2. n.4.

*Reſurgemus cum capillis*

D. Auguſt. D.Hieron. D Thom. Suar. Ægid. Luſit.

35. D.Chryſ. Tertiò:Chryſoſtom. in Imperfecto,hom.25. in Matth. ſic ait: *Capilli ſunt ſubtiles animæ, & innumerabiles ſenſus Sanctorum, qui de Spiritu Chriſti,quaſi de capite ipſorum prodeunt; ſi autem juſtos tradidit ſe in poteſtate delectationis carnalis, dilectio illa præcidet capillos ipſius, & tollet virtutem, quam habet in capite, ſicut Dalila Samſonis:& nulla res ſic præcidit virtutem capillorum, ſicut corporalis voluptas.* Capilli, qui ſunt in pretio, ac numero apud Deum,ſunt ſanctæ, & piæ pro ſalute ſpirituali cogitationes;ſi autem hi perduntur, magna exinde oritur ruina,ut patet in Samſone; ſi autem fuerint in te cogitationes Sanctæ à Chriſto, ut à capite noſtro exortæ, pro ſalute ſpirituali aſſequenda, magna virtus noſtra in multo pretio erit apud Deum: Si autem obdormiſcens deliciis voluptatis carnalis ne tradideris, quæ ut per manus Dalilæ crines Samſonis, ſic & tibi per impudicos amores auferet ſanctas cogitationes, & in peſtiferos alienigenas tradetis.

*Sanctæ cogitationes magni pretii ſunt apud Deum.*

36. Daniel.3. Tres illi illuſtriſſimi pueri in medio fornacis ardentis, ſic orabant apud Daniel.3. nu.38. *Non eſt in tempore hoc princeps,& dux,& propheta, neque holocauſtum, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum coram te, ut poſſimus invenire miſericordiam tuam: ſed in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiantur:* Ita ut ſenſus ſit, ut rectè explicant Lyran. Sanchez, Cornelius: Inſtar omnium holocauſtorum arietum, & multorum agnorum pinguium; ſic fiet ſacrificium noſtrum pingue, pinguedine ſpiritus, devotionis, ac animi contriti, & humiliati; pro omnibus ſacrificiis, ac etiam odoroferis incenſis, ac pro oblationibus primitiarum, hoc unum offerunt Deo ſanctam cogitationem, ac intimum affectum ex puro animo, ac corde contrito: Ac ſi

Lyran. Sanchez. Cornel.

*Recta animi cogitatio magis Deo placebat, quàm omnia antiqua ſacrificia.*



ſi non ſolum ſit æquivalens, ſed multum ſuperexcedat talis interna noſtra elevatio in Deum.

37. Pſalm.75. Nobis annuntiat Regius Vates Pſalm. 75. n.11. *quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi; & reliquiæ cogitationis, diem feſtum agent tibi.* Cogitatio ſancta maxime Dei magnalia decantat, ac magnificè extollit; *& reliquiæ cogitationis*
D.Auguſt. *diem feſtum agent tibi:* ſeu ut legit D.Auguſtinus, *ſolemnitatem celebrant tibi.* At, ut explicat noſter
Incognitus. Incognitus, *Juſti cogitatione laudant Deum:* Ita Deus complacet, ac laudatur bonâ, & ſancta cogitatione, itáque in ea delectatur, ut non ſolùm ipſa bona cogitatio ei placeat ſuper omnia illa ſacrificia, ſed *reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi:* hæ reliquiæ, ſeu minutiſſimæ cogitationes, ſeu earum veſtigia, ſeu affectus, qui manet in animo, ſic jucundus eſt Deo, ut diem feſtum, ac ſolemniſſimum ei celebrent.

*Minima cogitatio diem feſtum agit Deo.*

---

## Mittitur gladius in terram.

## Quæstio VIII.

### *Quare Chriſtus veniens annuntians pacem ait de ſe, quod* non venit pacem mittere, ſed gladium?

38. Textus. AIt Chriſtus D. in præſenti hoc cap.10.n. 34. *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem,*&c.Quod à nobis eſt explicatum tom.3. cap. 10. per novem quæſtiones, & præcipuè q.1.2.& 3. Adde valde omni conſideratione dignum,quod Chriſtus D. in hoc capite, ac in hoc ſermone ſuis Apoſtolis
Difficultas quæſtionis. præcepit ſupra, n.13. *Intrantes autem in domum, ſalutate eam dicentes:Pax huic domui:*unum aliud ratargarere videtur; nam ſi non venit pacem mittere, quomodo pacem annuntiat, ac præcipit? cur pacem publicat, ſi non venit pacem introducere, ſed gladium? Quid pax cum gladio?

39. D.Chryſ. Magnus Chryſoſtomus ſuo acutiſſimo ingenio dubium agnovit, & ſolvit homil. 39. in Matthæum, & ait: *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram. Qualiter ergo eis injunxit, ut in unamquamque domum ingredientes pacem indicerent? Quoniam maximè eſt pax, cùm id quod ægrotat, inciditur: cum id, quod litem infert, ſeparatur: Nam & medicus ita reliquum ſervat corpus, cum id quod inſanabiliter ſe habet, abſciderit.* Ab optimo medico deſumit exemplum Sanctus Pater; cùm id quod ægrotat blandè fovet, ut ad ſanitatem reducat; cùm verò eſt inſanabile, ne ſanum corrumpat, ſeparat, & abſcindit. Bonus Rector pacem annuntiat; ſubditos, ſi in eis ſit aliquis pacificus, blandâ admonitione dirigit in viam rectam; at verò ſi contumax ſit ingenium, & diſciplina, ac ſupplicio domare non valet, tanquam ferro adhibito, ſeparare, ac abſcindere exterminio ſatagit. Nam Divinus Magiſter, qui Evangelicam pacem annuntiare imperat, dicens, *Pax huic domui:* ſtatim pacem ſuam exponit: *Non veni pacem mittere, ſed gladium:* non repugnantia docet, ſed cohærentia: *Quoniam maxime eſt pax, cùm id quod ægrotat, inciditur; cum id, quod litem infert, ſeparatur.* Præcepit Dominus, ut ſui diſcipuli pacem ſtudeant, cum his qui ægrotant, ut ſanitatem recipiant; at verò hos, qui obſtinato, ac rebelli ſunt animo, qui lites inferunt, contradictiones, ac commotiones faciunt, *ſeparent* à bono, & ſano grege, ne corrumpatur.

*Pacifica benignitas, ubi correctionis. Spes, ſi nulla ſit ſeveritas gladii.*

40. Pſalm.98. Decantat Regius Vates Pſalm.98. n.3. *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile, & Sanctum eſt.* Celebrat, quod magnum Dei nomen ſit terribile, & ſanctum;& terribile,dum ſceleſtos, ac obduratos ſuppliciis, ac caſtigationibus exacerbat: *& Sanctum* qui adhuc ipſi puncti & caſtigati debent confiteri nomen Dei eſſe ſanctum; vel *terribile*, quia malignos diris ſuppliciis afficit; *Sanctum*, quia bonos homines, ac ſibi ſubjectos ſuis donis ſanctificat: *Et honor regis judicium diligit:* & quodnam judicium Regis honor diligit? judicium nempe diſcretionis, ac rectitudinis, ut ſciat caſtigare, ac diſſimulare,& ſuſtinere prout ſtatus ſubditorum exquirit, pro eorumque conditione ſit refovens benignitas, vel auſterus rigor. Pſalmographi verba eleganter exponit Rupertus lib.8. in Geneſ. dicens: *Sicut Clementia honor eſt principi, ſic & honor Regis judicium diligit. Etenim ubi totum punitur, regia ſeveritas crudelitate polluitur: ubi verò totum remittitur, facies majeſtatis ſine metu diſciplinæ contemnitur.* Magna diſcretionis prudentia ad puniendum, ac dimittendum in principe neceſſaria; *ſi totum punitur, regia ſeveritas crudelitate polluitur:* ſi verò totum dimittitur, & crimina gravia impunita manent, *facies majeſtatis ſine metu diſciplinæ contemnitur.*

*Benignitas ac ſeveritas prudentiâ adhibenda, ne polluatur, vel contemnatur Regia dignitas.* Rupertus

41. Zeno. Secundò, D. Zeno lib.3. ſerm.24. *O magna pietas judicis noſtri, à quo univerſi generis peccatores, ut poſſint beatè vivere, puniri feſtinant? Deſcendit quippe gladius pius in viſcera peccatoris: & uno eodem icta, incolumi corporis manente materia, interficit hominem veterem, creat novum:* & ſerm.25. etiam eleganter dicit: *Mira ratio! Mira beatitudo! Salvo reo, punitur reatus in eo, integroque ſtatu, moritur in homine, propter quod homo fuerat moriturus.* Denunciat Jeſus pacem, & mittit gladium, & quiſnam gladius eſt iſte, qui abſcindit vitia, qui veterem hominum cum ſuis pravis moribus ſecat? & tunc vera pax in anima introducitur, cùm ab illa præſcinduntur vitia, & creantur virtutes.

*Vera pax animæ fit cum ab illa præſcinduntur vitia.*

42. Illa magna ſtatua, quæ in viſione objecta fuit Nabuchodonoſori, quæ componebatur ex auro, argento, ære, & ferro, ac teſta: *Lapis abſciſſus ſine manibus, comminuit teſtam, ferrum, & æs, & argentum,& aurum.* Dan.2. n.35. Lapis iſte ſine manibus, eſt Chriſtus D. ut eſt communis ſententia, de quo vaticinatur Iſai. 42. n.3. *Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet:* Quàm diverſa, & contraria ſunt hæc: ſi teſtam, ferrum, æs argentum, & aurum Chriſtus conterit, quomodo dicitur non conterere calamum quaſſatum ſeu, ut habet D. Matthæus 2. numero 20. *Arundinem quaſſatam non confringet?* Euthym. Theophyl.

Daniel. 2. Iſai.42. Matth.12. Euthym. Theophyl.

*Chriſtus reſiſtentes conterit, humiles, ſanat.*

phyl. *Arundinem comminutam non confringet:* Reſiſtentes, ac obſiſtentes divinis mandatis, tanquam ferrum, æs, argentum, & in quibus denotabantur quatuor Orbis imperia, Chaldæorum, Aſſyriorum, Græcorum, ac Romanorum, Chriſtus ſuâ potentia conterit, ac comminuit, & totaliter diſſipat: At verò debiles, ac tenues, qui habent aliquam putredinem, ſeu fracturam vitiorum, his tanquam gladio amputatis, ac reſecatis, ſanat, fovet, ac ad integritatem vitæ reducit. Ita D. Hieronym. Chryſoſtom. Paſchaſ. lib.6.in Matth, D.Aug. lib.20. de Civitate, cap.30. & ait: *Perſecutores Chriſti perdita integritate, quaſſato calamo, & amiſſo lumine, lino fumanti comparantur, quibus pepercit, & ſanat.*

D.Hieron. D.Chryſ. D.Paſchaſ. D.Auguſt.

# CAPUT XI.

1. ET factum eſt, cùm conſummaſſet JESUS præcipiens duodecim Diſcipulis ſuis, tranſiit inde, ut doceret, & prædicaret in civitatibus eorum. 2. Joannes autem cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis. 3. Ait illi: Tu es, qui venturus es: an alium expectamus? 4. Et reſpondens Jeſus ait illis: Euntes renuntiate Joanni quæ audiſtis, & vidiſtis. 5. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur. 6. Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandaliſatus in me 7. Illis autem abeuntibus, cœpit Jeſus dicere ad turbas de Joanne: Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? 8. Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. 9. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & pluſquam prophetam. 10. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. 11. Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta, qui autem minor eſt in regno cœlorum, major eſt illo. 12. A diebus autem Ioannis Baptiſtæ uſque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 13. Omnes enim prophetæ & lex uſque ad Ioannem prophetarunt: 14. Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias qui venturus eſt. 15. Qui habet aures audiendi audiat. 16. Cui autem ſimilem æſtimabo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro: qui clamantes coæqualibus. 17. dicunt: Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentavimus, & non planxiſtis. 18. Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: 19. Ecce homo vorax, & potator vini, Publicanorum, & peccatorum amicus, & juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. 20. Tunc cœpit exprobare civitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes ejus, quia non egiſſent pœnitentiam. 21. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaïda: quia ſi in Tyro, & Sydone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent. 22. Verumtamen dico vobis: Tyro, & Sidoni remiſſius erit in die judicii, quàm vobis 23. Et tu Capharnaum, nunquid uſque in cœlum exaltaberis? uſque in infernum deſcendes: quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent uſque in hanc diem. 24. Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die judicii, quàm tibi. 25. In illo tempore reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi pater, Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. 26. Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te. 27. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo novit filium niſi pater: neque patrem quis novit, niſi filius, & cui voluerit filius revelare. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. 29. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus veſtris. 30. Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve.





*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.*1. Joannes Baptiſta per diſcipulos quærit à Chriſto? An ipſe ſit Meſſias, Chriſtus D. reſpondet non per verba, ſed per opera, & facta, ſeu miracula, ſe verum eſſe Meſſiam: de quo t.3. cap.13.

*Secundò, V.*7. Laudat Joannem, quod inter natos mulierum non ſurrexit major, quod explicavi proxime citato cap.13.

*Tertiò, V.*16. Arguit, & increpat Judæos, quòd tam ſe ipſum, quàm Joannem non receperint. Explicavi to. 3. cap.14.

*Quartò, V.*21. Diras minas dicit in civitates Corozain, & Capharnaum; quod explicavi tom, 3. cap. 14.

*Quintò, V.*25. Patrem confitetur, quod ſe, ſuaque magna myſteria humilibus, ac parvulis revelaverit, quòd eſt explicatum t 3. cap.20.

## Joannes in vinculis.

### QUÆSTIO I.

*Quare innocens, ac puriſſimus Joannes deſcribitur in vinculis?*

1. AIt noſter Evangeliſta hoc cap.11.n.2. *Joannes autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti:* quod explicavi latè tom. 3. cap.3. per triginta quæſtiones. Et quomodo Joannes in vinculis? ibi, q.1.& 2. Nunc verò Adde. Ioannes in vinculis, carcere; ac inter oppreſſiones, ac ſquallores, quos hæc ſecum afferunt, cùm eſſet puritate, innocentiâ ac ſanctitate Angelus, ut Chriſtus D. hoc capite ait, infrà n.10. *Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum:* ipſemet Baptiſta, cùm Chriſtum videret, dicebat: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi:* Ioan.1.n.29. Ubi eum innocentiſſimum Agnum prædicat, abſque ulla peccati labe, ſtatim prædicit ejus mortem, & paſſionem, qua mundi peccata erant delenda: pulchrè D.Chryſoſt. apud Caten. D. Thomæ ait: *Joannes paſſionem non ignorabat, ſed hoc primùm teſtatus eſt dicens, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi: Agnum enim vocans, Crucem divulgat:* Quid illuſtrius? Ubi Agni innocentia prædicatur, ibi paſſio, & crux divulgatur.

*Quanta innocentia eſt major, tantò magis calumnia, & perſecutiones in eum devolvuntur.*

Joan. 1.

D.Chryſ.

2. Ex induſtria diſcipulus Ioſeph ponitur ab ejus diſpenſatore in ſacco Benjamin. Deinde ipſe diſpenſator omnium ſaccos *ſcrutatus, incipiens à majori uſque ad minimum, inventus eſt ſcyphus in ſacco Benjamin.* Gen. 44. n.12. Inter omnes ſuos fratres, ſolus Benjamin, qui erat purior, innocentior, ac moribus, & vitá excellentior cæteris, furto, ac latrocinio arguitur, ita frequenter contingit, quòd purior, ac innocentior falſitate, ac calumniâ reus dicatur, ac publicetur, ut perbellè notat Lippomanus, & ait: *Diſquiſitionem ſinguli admittunt prompte, donec deventum eſt ad innocentiſſimum omnium: ſic ſolem impoſturis degravari non alii, quam piiſſimi. Nulla tuta eſt innocentia, ſi res mendaciis, & impoſturis agi cœperit,* Frequenter in pueros, ac innocentes perſecutiones, & calumniæ divolvunt.

Geneſ.44.

*Innocens, & purus mendacio, & falſitate arguitur.*

Lippoman.



### QUÆSTIO II.

*Quare Joannes conſtitutus in carcere mittit duos diſcipulos ad Chriſtum.*

3. AIt Evangeliſta, *Joannes cum audiſſet in vinculis opera Chriſti mittens duos è diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* quod latè explicavi citato c.12. per priores ſeptem quæſtiones, nunc verò Adde.

Textus.

4. Primò, de hac re præclarè diſſerit D. Baſil. Seleuc. Orat.34. ait: *Videtur mihi primum, ubi Joannes agens quæſtionem habeat. Ubi? in vinculis. Cùm ergo aliquanto poſt capite truncandus eſſet, videretque diſcipulos ad Chriſti documenta non iterare; imò ex cupidine gloriæ iis obviam ire, quæ Dominus annuntiabat, & nonnunquam ex Chriſti invidia, ad criminationem procedere; legationem inſtruit, in ſpeciem de Chriſto ipſe ſciſcitans, re ipſa verò eos cum Chriſto conjungens.* Erat Joannes in vinculis, & bene ipſe agnoverat, quòd mors ſua eſſet in propinquo: *cum ergo aliquanto poſt capite truncandus eſſet;* & videbat, quòd diſcipuli ſui non frequentabant Chriſti ſcholam, ac doctrinam; imo quòd ei invidebant: *& nonnunquam ex Chriſti invidia ad criminationem procedere,* ut fecerant diſcipuli Ioannis, propoſita Chriſto quæſtione de jejunio, dicentes, *Quare nos, & Phariſæi jejunamus frequenter: Diſcipuli autem tui non jejunant?* Matth.9.n.14. Inde legationem inſtituit, quoad ſpeciem interrogans, an ipſe eſſet venturus, re verò ipſa *eos Chriſto conjungens.* Bonus magiſter non ſolùm in vita ſolicitus erat de ſuorum ſalute, ſed etiam poſt mortem, & ideo noluit eos manere vacillantes, ac verâ doctrina deſtitutos, & veluti oves ſine paſtore errantes; inde eos ad Chriſtum delegat, ut ejus doctrinâ illuminentur, ac ſub ejus tutela ſecuti remaneant: Sic & Moyſes cum ei manifeſtatum fuiſſet à Deo mortem ejus inſtare, poſt tam longam peregrinationem quadraginta annorum tantis laboribus plenam, non per ſe poſtulat, ut Abrahamus: *Quid dabis mihi?* Gen. 15. n.2. ſed totus eſt ſolicitus de bono regimine, ac populi diſpoſitione, ſic orant: *Provideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc.* Num. 27. n 16 Procopius ibi: *Curam agit populi, & ſucceſſorem conſtituere dignatur, indicans non minorem curam principis eſſe debere ſuper populo, quàm paſtòris ſuper ovibus.*

D.Baſil.Sel.

*Bonus præſul agit de ſuerum commodo poſt mortem.*

Matth.9.

Geneſ. 15.

Num.27. Procopius.

5. Chryſ. Secundò Chryſoſtomus in Imperfecto homil. 27. ait : *Vis ſcire quod eſt ſuper naturam humanam? Miſſus in carcerem Joannes, non de ſuo periculo ſolicitus fuerat, ſed de aliorum ſalute cogitabat, id eſt, diſcipulorum ſuorum; ideo mittens ad Chriſtum interrogat : Tu es, qui venturus es?* Altè perpende illud : *Quod eſt ſupra humanam naturam* : planè non a natura, ſed à Deo venit, quod quis laboribus plenus, ſui oblitus, ſuper aliorum commodum invigilet. Cùm meus Jesus inter duos latrones penderet in cruce, unus ex illis *blaſphemat, dicens : ſi tu es Chriſtus, ſalvum fac temetipſum, & nos : alter increpat eum dicens : neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es, & nos quidem juſtè... hic verè nihil mali egit.* Luc. 23. n. 41. mirabilis hominis virtus, qui tot malis, doloribus, ac tormentis circondatus, ſui oblitus, totus erat in procuranda alterius ſalute, ut ſuo errore depoſito, *blaſphemabat eum*; ad viam ſalutis dirigeretur. D. Auguſtinus homil. de Cruce, & Latrone ait : *Quis non admiretur, & compungatur? non ſolùm, quod in ipſo erat, ſed & ea, quæ circa ſeipſum erant, relinquens, de altero curam gerebat, doctor effectus, & corripiens, & dicens : Neque tu times Deum.*

*In malis conſtitutum de aliorum ſalute ageret, Divinum eſt.*

Luc. 23.

D. Auguſt.

6. D. Chryſ. Tertiò, D. Chryſoſtom. homil. 8. ad Epheſios ait : *Vinctus erat Ioannes propter Chriſtum, legemque Dei. Quid autem in carcere conſtitutus fecit? Annon ille miſſis diſcipulis ſuis dixit : Euntes dicite Chriſto, Tu es venturus ille, an alium expectabimus? Itaque illic exiſtens docuit; non enim erat negligens.* Nihil Joanne de ſua monet injuria, unum de veritate Evangelica eſt negotium, nec metu frangitur, nec terretur injuriâ, nec vinculis detinetur, ſed forti, ac conſtanti animo, ſuo incumbit muneri prædicatoris, ac doctoris officium adimplet, vinculorum tyrannidem ſuperans, à qua nullo modo potuit impediri, vel retardari. Ait Paulus 2. Timoth. 2. n. 9. *Ego laboro uſque ad vincula, verbum Dei non eſt alligatum*, Græcus, *non eſt in vinculis*: id eſt, ego ſum vinctus in vinculis, ſed verbum Dei non eſt in vinculis, pulchrè Chryſoſtomus ibi : *Vinciuntur manus, ſed manet liber animus... Doctorem ſi vinxeris, doctrinam vincere non vales : lingua, non manu feritur verbum, quod nullis ſubjacet vinculis.*

*Vincula, & labores non deterrent virum bonum à munere docendi.*

2. Tim. 2. Græcus.

D. Chryſ.

7. Pulchrè Virgo ſapiens, quæ male vexata, ab Urbano cuſtode verberibus, vulneribuſque excepta, & rebus exuta domeſticis, quæ quærendi ratio? Cantic. 5. n. 7. *Percuſſerunt me, & vulneraverunt me; tulerunt pallium meum* : Adhuc inſtat veri magiſtra, quæ Deum fruſtra quæſierat : *Vocavi, & non reſpondit mihi*, &c. n. 6. Iterum præſtat, & requirit juramento adhibitio, ut filiæ Jeruſalem ſuum dilectum certum faciant de incendio ſui amoris, num. 8. & ſuum dilectum requiſitum, & non inventum eleganti cantilena, pulchrè laudat : *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus; caput ejus aurum omnium*, &c. n. 10. uſque adeò urget veri dicendi amator, etiam fortunâ reluctante, ut ipſa virgo multis malis modis tacta; & quodammodo favore, ac benevolentia carens, cùm eum invenire non poſſet, adhuc tamen conſtanti animo perſeverat, quæ de bono Deo ſentit renuntiare, & publicare. Juſtus Orgelitan. ait : *Ut inſinues Eccleſiam in his perſecutionibus conſtitutam, ineffabili in Deum dilectione ferventem.*

Cantic. 5.

*Dulce, ac decorum eſt pro vera doctrina pati.*

Orgelitan.

8. In nervo, ac in vinculis erat Paulus, Romanâ ſeveritate pulſatus, & tamen ibi Philippenſes, Epheſios, Coloſſenſes literis ſolatur Apoſtolicis, ac exhortatur ad ſalutem. Ad Epheſios 3. num. 1. *Ego Paulus vinctus Chriſti IESU*, &c. Quid ad Philippenſes laudat bonam hominum fidem, & mores? *eo quòd habeam vos in corde, & vinculis meis* : cap. 1. num. 7. urget Coloſſenſes ad viam vitæ rectam, eiſque ſuum carcerem commendat, cap. 4. n. 18. *Memores eſtote vinculorum meorum* : de ſuiſque vinculis Philemonem admonet, ibi n. 1. *Paulus vinctus Chriſti Ieſu* : Ecce tam conſtans, ac perſeverans eſt bonus magiſter in prædicanda veritate, ut ſuarum injuriarum oblitus, nec tot carceribus, vinculis, ac laboribus comprimatur, ut charitas frigeſcat, ſed magis inde inardeſcit, ut quamvis corpus ſit alligatum, lingua & manus ſit expedita ad docendum verbis, & epiſtolis. D. Hieronym. ad Philemonem ait : *Paulus non ſentit injuriam, nec cruciatur dolore : nil novit aliud niſi de Chriſti Evangelio cogitare.*

Ephpeſ. 3. Philipp. 1. Coloſſenſ. 4. Philem. 1.

*Nulla calamitas deterret virum à vero dicendo.*

D. Hieron.

## Quæstio III.

### *Quare in præſenti totus eſt Chriſtus D. in Joannis laudibus publicandis?*

9. Textus. Ait noſter Evangeliſta n. 7. *Illis autem abeuntibus, cœpit JESUS dicere ad turbas de Ioanne, quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam*, &c. quæ omnia cum ſequentibus latè explicavi citato tom. 3. cap. 13. à q. 18. uſque ad trigeſimam. Nunc verò adde.

10. *Cœpit IESUS dicere ad turbas de Ioanne*, Grata Chriſto erga Ioannem laudum viciſſitudo eſt, ut notat Rupertus lib. 9. in Matthæum, & ait : *Præterire non libet, quia teſtimonium teſti ſuo Joanni pulchrâ viciſſitudine reddens, teſtis iſte congruum initium ſumpſit.* Joannes inſtituit illam legationem in laudem, & gloriam Chriſti; ut ejus diſcipuli videntes Chriſti magnalia, eum crederent, & cognoſcerent verum eſſe Deum, & Meſſiam; Chriſtus viciſſim correſpondens, & veluti rependens, Ioannis laudes celebrat. Ac ſi pro decantatis Chriſti encomiis, nil aptius perſolvatur, quàm Ioannis magnalia prædicare, ac evulgare.

Rupertus.

*Joannes Chriſtum laudat, & Chriſtus præſolvit laudans Joannem.*

11. Galfridus. Et ex hoc maximè hic effunditur Chriſtus D. in laudes Joannis Baptiſtæ, quod graviſſimè ponderat Galfridus in præſenti apud Tilman. cujus ſingula verba maximè ſunt ponderanda, dum expendit illud : *Inter natos mulierum non ſurrexit major Ioanne Baptiſta*, ſic ait : *Quotieſcumque ſe offerebat occaſio ſermonis, laudibus Joannis delectabatur Dominus immorari. Marcus, & Lucas, & Ioannes initia librorum, ejus præconiis dedicarunt, ut videlicet authoritas tanti nominis, primâ fronte prolati, totum deinceps commendabilius redderet Evangelium; & lucerna in ipſo ingreſſu, ac veſtibulo ardens, & lucens perduceret ad lucem, quæ lucebat in tenebris, ſed nequibat à tenebris comprehendi. Matthæus verò, cum nativitas eum Domini tenuit initiis occupatum, mox ut Nazareth puerum nutriendum commendavit, ad Præcurſorem, & Baptiſtam convertit ſtylum, ratus imperfectum fore, quidquid de Sponſo diceret ſi de individuo ſponſi reticeret amico* : Nil certè elegantius ad encomia Baptiſtæ, *laudibus Joannis delectabatur Dominus immorari*; tanto amoris affectu erga eum tenebatur. Marcus, Lucas, Joannes in exordio ſuorum Evangeliorum ejus præconia celebrant, *ut authoritas tanti nominis commendabilius redderet Evangelium* : & cùm Joannes eſſet lucens, & ardens doctrinâ, & charitate, ab Evangeliſtis ponitur primo in limine Evangeliorum, ut ſuâ luce ac ſplendore producat ad veram lucem Chriſtum Jesum : *Et lucerna in ipſo ingreſſu, ac veſtibulo ardens, & lucens perduceret ad lucem* : & Matthæus; quamquam in exordio ſui Evangelii agat de Chriſti nativitate, ſtatim ad Baptiſtam cap. 3. convertit ſtylum, *Ratus imperfectum fore quidquid de ſponſo diceret, ſi individuo ſponſi reticeret amico.*

*Laudibus Joannis delectatur Chriſtus.*



*Joannis memoriâ commendabilius ſit Evangelium.*

*Joannes ponitur in Evangelio ut lucerna lucens producat ad lucem.*

*Sine Joanne quodammo eſſet imperfectum Evangelium.*

12. In confirmationem hujus rei nota, quòd poſtquam Evangeliſta Joannes enarrat æternam Chriſti generationem, ſtatim ſubinfert, ac annectit Joannis teſtimonium, ut notat noſter D. Cyrillus Alexandr. lib. 1. in Joannem, c. 18. Ac ſi poſt ſcriptam æternam Chriſti generationem, qua ut verus Deus de Deo vero procedit maximè ad ejus illuſtrem commendationem faceret, quod à Baptiſta haberet teſtimonium, laudem, & demonſtrationem. Ecce Joan. 1. n. 15. teſtimonium : *Et Joannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat*, &c. Laudem ibid. n. 17. *Ante me factus eſt, cujus non ſum dignus, ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti* : Demonſtrationem ibid. n. 29 cum eum dicit totius mundi Redemptorem. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* : Ac etiam cùm eum demonſtrat filium Dei. Ibid. n. 34. *Hic eſt filius Dei.*

D. Cyrill. Alex.

Joann. 1.

*Poſt æternam Chriſti generationem deſcriptam, adjũgitur Joannis teſtimonium.*

## Quæstio IV.

### *Quare Chriſtus D. ait, quod ſi velint agnoſcere, & recipere, Joannes ipſe eſt Elias?*

13. Text. In præſenti ait Chriſtus D. n. 14. *Si vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt* : quod explicavi tom. 3. c. 13. expoſitione 10. ubi n. 193. breviter attigi quandam elegantem rationem D. Hieronymi, quæ nunc latiùs eſt explicanda.

14. D. Hieron. D. Hieronimus ad hunc locum ait : *Elias ergo Joannes dicitur, non ſecundùm ſtultos Philoſophos, & quoſquam hæreticos, qui metempſicoſim (hoc eſt animarum tranſmigrationem) introducunt, ſed quia venerit in ſpiritu, & virtute Eliæ : Sed & vitæ auſteritas, rigorque mentis Eliæ & Joannis pares ſunt. Ille in eremo, iſte in eremo : ille zonâ pelliceâ cingebatur, iſte ſimile habuit cingulum : ille quoniam regem Achab : & Jezabel impietatis arguit, fugere compulſus eſt. Iſte, quia Herodis, & Herodiadis illicitas arguit nuptias, truncatur.* Elias adhuc venturus erat, ut ipſemet Chriſtus dixit Matth. 17. n. 10. Quomodo Joannes, qui non venturus erat, ſed præſens ſtabat, eſſe potuit Elias? non mirum, quod nomen Eliæ ſibi acquirat, qui Eliæ omnes exercebat virtutes; ſic & dicere ſolemus ad exprimendam virtutem bellicam, ac generoſitatem alicujus magni viri; eſt alter Alexander Magnus, Julius Cæſar, vel Conneſtabilis Nuneſius, Alvarez, Pereira, ſic & ad declarandam præſtantiſſimam alicujus magni Doctoris ſapientiam dicimus, eſt alter Ariſtoteles, Auguſtinus, vel Hieronim. ſic & ad ſignificandùm quantus, & qualis eſſet Joannes, dicitur de eo, quod eſt Elias : *Vitæ auſteritas, rigorque mentis Eliæ, & Joannis pares facit*, quod in magnam gloriam cedit parentis Eliæ, quòd tanquam virtutis exemplar introducatur.



*Elia veluti virtutis exemplar.*

15. Ezech. 34. Ait Ezechiel 34. n. 23. *Suſcitabo ſuper eas paſtorem unum, qui paſcat eas ſervum meum David* : Quiſnam eſt iſte David : non ille primus rex Iſraël, qui jam defunctus erat ſed alius ſuſcitandus, *& ſuſcitabo ſuper eas* Qui virtutes David erat executurus; & ideo ut David reputandus, quod aliqui de Zorababel duce interpretantur. D. Chryſoſtom. homil. in Matth. ait : *Nobiliores quoſque reges ſanctitate, qui poſt David fuerunt, ab illo omnes vocabant. Nec ipſi ſoli, verùm etiam Deus. Nam Ezechiel, & alii prophetæ, dicunt David ſurrecturum eſſe, atque venturum, non de illo utique mortuo jam loquentes, ſed de iis, qui ejus virtutes erant imitaturi* : proindeque magni illi reges David dicebantur, non quia erant perſonâ primus Rex de tribu Juda, ſed quia ejus virtutes exprimebant. Ad hoc reſpicit Tertullianus lib. de Monogam. dicens : *Exempla circunſpicio alicujus David; etiam per ſanguinem nuptias ſibi ingerentis.* Sic primus David nuptias ſibi comparavit, occiſis hoſtibus, 1. Reg. 18. n. 27. ſic & nomen David extenditur ad eos, qui ſimiliter ſe habent.

D. Chryſol.

*Magnorum nomen comparatur ab his, qui eorum virtutes operantur.*

Tertull.

16. Joan. 16. Cùm meus Jesus penderet in Cruce, ſcribit Evangeliſta : *Stabant juxta crucem JESU mater ejus, & ſoror Matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.* Joan. 19. n. 25. Ecce omnes, quæ coëxiſtebant cum Maria matre Jesu, Mariæ dicuntur, & cur tanto vocabulo nobilitantur? pio, ac ardenti amore, quo Chriſtum proſequebantur, quantum fieri poterat Sanctiſſimam Virginem Mariam comitabantur; ac imitabantur; & ideo cantatiſſimo Mariæ nomine ab Evangeliſta ſublimantur, ac illuſtrantur. Modeſtus Hieroſolymitan. relatus à P. Cerda tom. 2. in Tertullian. lib. 4. cap. 7. & à M. Baëza tom. 7. de Chriſto figurato, libr. 17. cap. 3. §. 9. ſic ait : *Quemadmodum primitiæ Apoſtolorum ob immobilem fidem, quam habuit in Chriſtum petram, Petrus dictus eſt, ita diſcipularum princeps, propter ejus puritatem, & amorem, quem in Chriſtum habuit, Maria dicta fuit,* [de Magdalena loquitur) *eodem nomine, ac mater ipſius Salvatoris.* Sicut firmiſſima Simonis fides promeruit nomen à Petra, quod datum erat Chriſto in Scriptura, ſic Magdalenæ puritas, & amor in Chriſtum nobis retulit nomen Matris ejus, ut Maria vocaretur, ac diceretur.

*Ob amorem & puritatem Magdelena nomine Mariæ inſignitur.*

Modeſtus. Cerda. Baëza.

## Confiteor tibi Pater.

### Quæstio V.

### *Quare Chriſtus legem Evangelicam appellat* jugum leve, *&* ſuave?

17. IN hoc cap. 11. n. 25. Chriſtus gratias agens ſuo æterno Patri ait: *Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ.* Et priùs dicit Patrem, deinde Dominum quia ut aliquis ſit poteſtate Dominus, maxime intereſt, quod ſit benignitate Pater. Hoc autem Evangelium explicavi tom. 3. cap. 20. per 16. quæſtiones, & ad id quod quæſtio præſens inquirit, cur Chriſtus D. dicat: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, Tollite jugum meum ſuper vos*: late ibi expendi, q. 11. 12. 13. & 14. Adde nunc.

18. Jugum hoc Chriſti eſt lex Evangelica, & quomodo dicitur jugum leve, & ſuave, cùm in ea ſint multa præcepta, conſilia, auſteritas vitæ, abnegatio propriæ voluntatis, refrænatio appetituum, & exinde multæ perſecutiones, miſeriæ, ac tribulationes ſint annexæ. Optimè Caëtan. *Non promittit Chriſtus tollere labores, & malorum onera in hac vita: ſed reficere interiori pabulo mentes, animoſque hominum venientium ad ſe.* In obſervatione ſuorum mandatorum, Deus reficit noſtras mentes cœleſti gratia, promovente; ac excitante noſtram voluntatem; ut voluntariè, ac faciliter omnia impleamus, ac exequamur, & inde ex gratia infuſa omnia fiunt ſuavia & levia. D. Bonaventura in 3. diſt. 37. art. 1. q. 1. Reſp. 1. arct. ſic ait: *Deus ſi tribuit præcepta obligatoria, ſemper tamen fuit promptus tribuere gratiam adjutricem ad illa implenda, & facile ſervantur, propter ſuavitatem: quid enim ſuavius, quam Dei mandata ſervare.* Unde Eccleſiaſt. 23. n. 38. ſcribitur: *Nil melius, quam timor Dei; & nil dulcius, quàm reſpicere ad mandata ejus. Infecto palato, dulcia amara videntur. Ita aſperis hominibus*: ſubdit D. Bonavent.

Caëtan. — *Dei gratia omnia fiunt levia, & ſuavia.* — D. Bonav. — Eccl. 23.

19. Secundò: Dei jugum, ſeu ejus mandata levia, & dulcia ſunt diligenda, ut ait Joannes Apoſtol. epiſtol. 1. cap. 1. n. 3. *Hac eſt Charitas Dei: ut mandata ejus cuſtodiamus: mandata ejus gravia non ſunt*, ut explicat D. Hieronym. ibi, *Habenti ſiquidem charitatem facilia ſunt*: levia ac pennata ſine ullo pondere. Ailredus ait: *Jugum iſtud non premit, ſed unit; onus iſtud pennas habet, non pondus*: Onus legis Evangelicæ unit nos intimâ charitate, ac eximio voluntatis affectu Chriſto; & ideo non eſt grave, ſed leve ac ſuave, alatum eſt, volucre eſt, pennatum eſt: non habet oneris jugi pœnalem laborem; ſed pennatam jucundamque voluntatis agilitatem.

1. Joan. 5. — D. Hieron. — Ailredus. — *Jugum Chriſti ex gratia cum noſtra voluntate pennas habet, & inde leve.*

20. De Juſtis, ac Sanctis loquens Iſai. c. 40. n. 31. *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient*: loquitur Propheta de Juſtis, ac Sanctis degentibus in via legis divinæ, in qua tantam ſuavitatem, levitatemque invenient, cum mutaverint ſe, accipient fortitudinem à Deo, ad omnem laborem, difficultatem, ac aſperitatem ſuperandam; ita ut *current, & non laborabunt*: expertes nempe erunt omnis moleſtiæ, ac preſſuræ: *ambulabunt, & non deficient*: nulla enim fatigatione ex itinere prementur, nec ſolùm current, nec ſolùm ambulabunt; ſed etiam volabunt: *Aſſument pennas ſicut Aquilæ.* Et cur potiùs dixit pennas aquilæ, & non columbæ, ut Regius Vates exoptabat: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ!* Pſam. 54. n. 7. Aquila inter omnes aves velociſſima eſt, ut notant noſter D. Cyrillus & D. Thomas? Et ad exprimendam eorum agilitatem, aquilam poſuit Propheta: Chaldaïc. vertit: *Super alas aquilarum current*: ita expediti, ac liberi erunt ab homini onere terrenorum & ſine ullo pondere leves, ut omnem velocitatem tranſcendant, ut in cœlum directa via tendant.

Iſai. 40. — *Jugum Chriſti leve, & agile, ſine ullo pondere, ac labore.* — Pſal. 54. — D. Cyrill. — D. Thom. — Chald.

21. Ait Anima Sancta ad ſuum Divinum ſponſum Chriſtum: *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio; lampades ejus, lampades ignis, atque flammarum.* Septuaginta legunt: *Alæ ejus alæ ignis, flamma ejus*: loquitur Anima Sancta de corde æſtuante divino amore, cujus affectus, qui eſt in animo, oſtenditur brachiis in opere: *fortis eſt ut mors dilectio*, qui ut ait Beda, omnia domat, ac ſuperat: ſic amor omnia ſubjicit, ac vincit: *Dura ſicut Infernus æmulatio*: ſeu zelus durus ſicut infernus, ut explicat D. Anſelmus; quia ſicut Infernus eſt inſaturabilis, ut ex verbo Græco *Infernus*, id eſt, *ſemper poſtulans*: Nunquam enim dicit *ſufficit*, Proverbio. 30. n. 16. Sic verus amor, ſeu zelus nunquam quieſcit, nec dicit ſufficit, in obſequio rei amatæ: *alæ ejus, alæ ignis*: & quamvis habeat jugum divinorum mandatorum; tamen abſque ullo pondere levis, & expeditus eſt ad volandum; ad hoc enim habet alas, & non quaſcumque, ſed igneas; nam ignis omnia impedimenta, ac reſiſtentia contraria conſumit, devorat, ac ſuperat. Hinc D. Chryſoſt. homil. 2. in Acta, de Apoſtolo loquens, ait: *Paulus, tanquam pennatus, totum docendo pervolavit orbem, & veluti incorporeus, labores omnes periculaque contempſit.*

Cantic. 8. — Septuag. — Beda. — D. Anſelm. — Græcus. — Prov. 30. — *Amor omnia ſuperat, & facit levia.* — D. Chryſ.

22. Tertiò: D. Auguſtinus libro de Vera Innocentia, cap. 25. ait: *Omne præceptum Dei leve eſt amanti, nec ob aliud intelligitur illud dictum, Onus meum leve, niſi quia dat Spiritum Sanctum, per quem diffunditur Charitas in cor noſtrum.* In hac ſuavitate, ac facilitate nobis data per Spiritum Sanctum, in divinis mandatis multus eſt idem Auguſtinus: in explicanda q. 107. in Exod. & ait: *Charitati ſunt præcepta facilia, unde ipſa dilatatio commendatur, cum dicitur*, Pſalm. 17. n. 37. *Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea: quoniam iſta dilatatio per gratiam fit, Charitas enim Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, non per nos ipſos, ſed per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*, Expendamus citatum Pſalmi locum: *Dilataſti greſſus meos ſubtus me*: id eſt, viam mandatorum tuorum mihi feciſti planam, facilem, & expeditam abſque ullo obſtaculo; *ſubtus me*, ac ſi omne impedimentum omniſque

D. Auguſt. — Spiritus Sanctus. — D. Auguſtin. — *Per Spiritum omnia facilia.*



difficultas ſub pedibus meis eſſet conculcata, ut nihil obſiſtere poſſit. *Et non ſunt infirmata veſtigia mea.* Septuaginta: *Non vacillarunt*, ſed firmo, ac conſtanti gradu ſteterunt, & unde tanta promptitudo, commoditas, ac facilitas, explicat D. Auguſtinus: *Non per nos ipſos, ſed per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*, unde immediatè antequam Propheta diceret: *Dilataſti greſſus meos*, præmiſit n. 36. & *diſciplina tua, ipſa me docebit*: quæ eſt ab Spiritu Sencto, de quo dixit Chriſtus D. *Ipſe vos docebit omnia.* Joan. 14. n. 26.

Septuagint.

23. Quartò: Jugum mandatorum leve, & ſuave, eſt, & quamvis ſe alias videatur ponderoſum, tamen virtute ſanguinis Chriſti leve, & ſuave eſt. Ait Paulus Hebræor. 9. n. 19. *Lecto enim omni mandato legis à Moyſe, univerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum, cum aqua, & lana coccinea, & hyſſopo, ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit*: Ad quid librum, & populum aſperſit ſanguine? liber ille erat liber legis, ut tenet communis ſententia, ut denotaretur, quod virtute ſanguinis Chriſti Jesu, in victimæ ſanguine adumbrati, ipſe liber legis ſuaviſandus, ac leviſſimus faciendus omni populo, ac homini. Seraphinus citatus à Joanne de Leay in Exod. 24. num. 8. *Apoſtolus ad Hebræos ait: Moyſem aſperſiſſe librum legis ſanguine ipſo, cur hoc? ut noveris per Chriſti ſanguinem, mandata nobis facta eſſe mollia, id eſt, facillima, atque ſuavia.* Hinc idem Paulus eodem cap. 9. ad Hbræos, n. 15. loquens de morte Chriſti, ait: quòd ſanguis Chriſti effuſus eſt, *morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento.* Sanguis Chriſti (ut eſt certiſſimum de fide) effuſus eſt pro omnium ſalute, tam qui erant ſub priori Teſtamento, quàm ſub novo; ideò Paulus facit ſolùm mentionem de prævaricationibus, quæ erant ſub priori teſtamento; quaſi videretur, quod virtute ſanguinis Chriſti, omnis legis rigor ſic mollificatus eſt, omniſque illius aſperitas extincta, & aſpera in vias planas facta, ac ſi deinceps nullus futurus eſſet peccator, nulluſque futurus eſſet, qui viam latam, amplam, ac ſuavem mandatorum non arriperet, ac curreret.

Hebr. 9. — *Virtute ſanguinis Chriſti omnis rigor legis emollitus eſt.* — Seraphim. — Lahaye. — Hebr. 9.

24. Quintò: Jugum præceptorum Chriſti leve? & ſuave eſt illuminans mentem, promptam faciens voluntatem ad ejus obſervantiam. Cùm Deus deſcenderet daturus legem Moyſi: *Totus mons Sinaï fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne*: Exod. 19. n. 18. Valde mirum, quod Deus daturus legem, ac præcepta impoſiturus, in igne deſcendat: Ignis levis, edax: quomodo hæc cohærent cum lege? Ubi eſt amoris flamma, omnia fiunt leviſſima, ac contraria conſumuntur. Deinde ignis habet vim urendi, ac illuminandi; ut innueretur, quod Divina præcepta obedientes illuminant, contumaces urunt ac conſumunt. Philo Alexandr. lib. de Decalogo, ait: *Ignis habet geminam vim illuſtrandi, urendique præcepta hac erunt obedientibus per totam vitam pro lumine, legibus ſeu ſyderibus animæ prælucentibus; quotquot autem contumaces fuerint, æſtuabunt, urenturque inteſtinis concupiſcentiis, more flammæ totos homines ſemel occupatos depaſcentibus*,

Exod. 19. — *Divina præcepta illuminant mentem.* — Philo Alex.

### Quæstio VI.

### *Quare Chriſtus D. non dixit: aſportate, vel ferte jugum meum vobiſcum; ſed*, tollite ſuper vos?

25. PRofundiſſimè meditanda ſunt verba Chriſti D. cùm ait: *Tollite jugum meum ſuper vos, jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Poterat Dominus dicere, habete, vel aſportate jugum meum vobiſcum, ſed ait, *Tollite ſuper vos*: non quocumque modo ferendum eſt hoc jugum, ſed ſuper vos.

*Difficultas quæſtionis.*

26. Ingenioſè Strabus Fuldenſis explanat difficultatem: *Tollite jugum meum ſuper vos, id eſt: in honore habete, non ſubtus, ut contemnatis*: Quomodo lex Evangelica tot præceptis, ac conſiliis plena naturam humanam non gravet: *Tollite ſuper vos, id eſt, in honore habete.* Jugum fertur ſuper caput, non ſubtus pedibus. Ut ergo jugum legis, & præceptorum ejus, mandataque ſuperioris levia ſint, & ſine pondere, ſuperior ſit in multa veneratione, tanquam ſuper caput: Nam prævia æſtimatio ſubornat ad obſequium, & æſtimationis ſequela, facilis eſt obedientia, & ſubjectionis cenſus. At vero ſi ſuperior parvipenditur, ejuſque præceptiones contemnuntur, inde maximè graves, ac ponderoſæ fiunt, reluctante animo, depretiationis genio ad id inſtigante: *non ſubtus, ut contemnatis*: leviſſima ſit lex, ſi ſuper caput habeatur, ut venerationi habeatur; non verò ſubtus pedibus, ut contemnatur, & conculcetur.

Str[illegible] — *Lex [illegible] rata [illegible] vis, [illegible] contem[illegible] gravis.*

27. Ait Paulus ad Epheſios 6. n. 17. *Galeam ſalutis aſſumite, quod eſt verbum Dei.* Galea ſalutis eſt, quæ caput ſervat, & ſalvat, ut [illegible] quiunt Theophylact. Vatablus. Compone [illegible] modò cum his, qui acciderunt Præfecto [illegible] ſtorum Pharaonis. Ait ipſe Joſeph Geneſ. 40. n. 10. *Vidi per ſomnium, quod tria caniſtra farinæ* (in Hebræo habetur, *perforata*) *haberem ſuper caput meum, & in uno caniſtro, quod erat excelſius portare me omnes cibos, qui fiunt arte piſtoria, aveſque comedere ex eo*, Reſpondit Joſeph, *Poſt tres dies auferet Pharao caput tuum, & ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas.* Quid eſt quod galea in capite, juxta Paulum, eſt ad ſalutem, caniſtra verò in capite Præfecti Piſtorum, ſunt ad mortem. *Galea ſalutis, quod eſt verbum Dei*: id eſt, lex Divina in capite, in quo, ut inquit D. Hieronymus, *ſunt omnes ſenſus, ut integros quaſi galea ſervet & tueatur*, maximeque legem, illiuſque legiſlatorem veneretur, ac honoret ad ſalutem. At verò ſi ſit in contemptu, ait Lipoman. *Tria caniſtra farinæ perforata ſuper caput ejus, quid aliud ſignificant, niſi divinæ legis eloquia?* Violata, ac fracta, à maliſque avibus, cogitationibus dilacerata, hic non legem, ſed illius prævaricationem, ac violationem honorat, cum illius, ipſiuſque legiſlatoris contemptum portet in capite, & inde omnium prævaricationum, ac malorum reus eſt.

Epheſ. — Theophil. — Vatab. — D. Cyrill. — Hebr. — Lipoman.

28. In Ægypto tenetur populus Hebræus captivus

ptivus ſub Pharaone in Babylonia ſub Cyro Imperatore. In Ægypto obſtinato corde ; & obdurato animo multis reſiſtit Pharao, & cum multis plagis verberatus fuiſſet, ferreum ejus pectus emolliri non potuit. At verò Cyrus facile, & promptè, visâ prophetiâ Iſaïæ, c.45.n.1, *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro*, &c. quòd per ipſum Cyrum populus Iſraëliticus excuteret jugum Babylonicum, populum liberum abire permiſit, inſuper multis muneribus datis, cum facultate extruendi templum Jeroſolymitanum, ut teſtatur Joſephus lib.11. Antiquitat. cap.1. Unde tanta diverſitas in utroque Rege erga populum captivum, ut illius dimiſſio eſſet tam dura, & gravis uni, alteri verò tam levis, & ſuavis? Cùm Pharaoni Moyſes, & Aaron dicerent, quod Deus præceperat populum ſacrificare ei in deſerto: Reſpondit Pharao, *Quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Iſrael? Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam*: Exod.5. n.2. Et cùm divinus Legiſlator, ejuſque mandata eſſent in contemptum, & etiam ejus miniſter Moyſes in ludibrium, ut inquiunt D. Aug. Rupert. Abulenſ. & alii; inde præcepta magno pondere gravabantur, ut pro nihilo reputarentur. At Cyrus, Deum verum cùm publice profeſſus eſt, ab eoque regnum ſuum accepiſſe teſtabatur, ut ſcribit Joſephus, inde tam prompta obedientia: Si legiſlator deſpectui habetur, ejus mandata magno pondere armantur, ut rejiciantur ad vilipendium, ſi verò ſuperior ſit in æſtimatione, omni gravamine exarmantur, ut ſuaviter executioni mandentur.

Iſai.45.

Joſephus.

*Si legiſlator contemnitur, contemnuntur præcepta: ſi ille amatur, veneratione habentur mandata.* Exod.5.

# CAPUT XII.

IN illo tempore abiit JESUS per ſata Sabbatho: Diſcipuli autem ejus eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare 2. Phariſæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis facere Sabbathis. 3. At ille dixit eis: non legiſtis quid fecerit David quando eſuriit, & qui cum eo erant? 4. Quomodo intravit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, niſi ſolis Sacerdotibus? 5. Aut non legiſtis in lege, quia Sabbathis Sacerdotes in templo Sabbathum violant, & ſine crimine ſunt? 6. Dico autem vobis, quia templo major eſt hic. 8. Si autem ſciretis quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium, nunquam condemnaſſetis innocentes. 8. Dominus enim eſt filius hominis etiam Sabbathi: 9. Et cùm inde tranſiſſet, venit in Synagogam eorum. 10. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum dicentes: ſi licet Sabbathis curare? ut accuſarent eum. 11. Ipſe autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam: & ſi ceciderit hæc Sabbathis in foveam, nonne tenebit & levabit eam 12. Quanto magis melior eſt homo ove? Itaque licet Sabbathis benefacere. 13. Tunc ait homini: Extende manum tuam, & extendit: & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. 14. Exeuntes autem Phariſæi, conſilium faciebant adverſus eum, quomodo perderent eum. 15. JESUS autem ſciens, receſſit inde, & ſecuti ſunt eum multi, & curavit eos omnes. 16. Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent. 17. Ut adimpleretur quod dictum eſt per Iſaïam Prophetam dicentem: 18. Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & judicium gentibus nuntiabit 19. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus. 20. Arundinem quaſſatam non confringet: & linum fumigans non extinguet: donec ejiciat ad victoriam judicium. 21. Et in nomine ejus gentes ſperabunt. 22. Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curavit eum, itaut loqueretur, & videret. 23. Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant: 24. Nunquid hic eſt filius David? Phariſæi autem audientes dixerunt: Hic non ejicit dæmones niſi in Belzebub principe dæmoniorum. 25. JESUS autem ſciens cogitationes eorum dixit eis, Omne regnum diviſum contra ſe deſolabitur: & omnis civitas, vel domus diviſa contra ſe, non ſtabit. 26. Et ſi Sanatas Satanam ejicit; adverſus ſe diviſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum ejus? 27. Et ſi ego in Beelzebud ejicio dæmones, filii veſtri in quo ejiciunt? ideo ipſi judices veſtri erunt. 28. Si autem ego in Spiritu Dei ejicio dæmones: igitur pervenit in vos regnum Dei. 29. Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa ejus diripere: niſi prius alligaverit fortem, & tunc domum illius diripiet! 30. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum, ſpargit. 31. Ideo dico vobis: omne peccatum. & blaſphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blaſphemiæ non remittetur. 32. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis



nis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro. 33. Aut facite arborem bonam, & fructus ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum, ſiquidem ex fructu arbor agnoſcitur. 34. Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. 35. Bonus homo, de bono theſauro profert bona: & malus homo, de malo theſauro profert mala, 36. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. 37. Ex verbis enim tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. 28. Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis dicentes: Magiſter volumus à te ſignum videre. 39. Qui reſpondens ait illis: Generatio mala, & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ. 40. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. 41. Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce pluſquam Jonas hic. 42. Regina Auſtri ſurget in judicio cum generatione iſta, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce pluſquam Salomon hic. 43. Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit. 44. Tunc dicit: revertat in domum meam unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam. 45. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi: & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ. 46. Adhuc, eo loquente, ecce mater ejus, & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei. 47. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te. 48. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? 49. Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. 50. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Probat Chriſtus D. contra Scribas ſabbatho licere diſcipulis vellere ſpicas, & ſibi licere curare ægros, quod expendi to. 3. cap 3.

*Secundò, V.* 9. Sanat hominem manum aridam habentem: explicavi tom. 3. cap. 4.

*Tertiò, V.* 22. Rejicit Dæmonium mutum, probatque ſe facere ſigna in digito Dei, & non in Beelzebuth, ut impiè blaſphemabant Phariſæi. Vide tom. 3. capite 22.

*Quartò, V.* 31. Explicat blaſphemiam in Spiritum ſanctum, quæ non remittitur, nec in hoc ſæculo, nec in futuro: de quo dicam infra, Marc. 3. q. 4. & 5.

*Quintò, V.* 38. Petentibus ſignum de cœlo, dat ſignum Jonæ Prophetæ, & quod Ninivitæ, & Regina Auſtri Sabba Judæos incredulos in die judicii condemnabunt. Explicavi tom. 3. cap. 24.

*Sextò, Verſ.* 46. Oſtendit ſuos fratres, & matrem, eos eſſe, qui faciunt voluntatem Patris ſui, eſt explicatum to. 5. cap. 25.

## Diſcipuli colligunt Spicas.

### QUÆSTIO I.

*Quare Chriſtus D. ordinaverit, ut Diſcipuli ſui per ſata ſpicas colligerent in ſabbatho?*

AIT noſter Evangeliſta hoc c.12. *Abiit Jeſus per ſata ſabbatho: diſcipuli autem ejus eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare:* quod eſt explicatum à nobis per octo quæſtiones, tom. 3. Ubi maximè quæſt. 3. multas hujus rei rationes dedi: nunc verò adde. 1.

Primò: quia ut ibi dixi ex D. Chryſoſt. & Euthym. q. 2. & 3. Chriſtus verus Deus ſuâ authoritate, quâ pollebat, ſabbathum ſenſim abrogare intendebat, & Evangelii legem auſpicari: ſed ita legem Moïſis ceſſare faciebat, ut ſuos obtrectatores non offenderet; ſed datâ juſtâ occaſione 2.

*Quamvis opus bonum, obmurmuratio vitanda,*

ſione, vel ſanandi infirmos, vel neceſſitati ſubveniendi; ut ita maledicam vituperatorum linguam frænet, à quibus ſemper fugiendum, quamvis alias opus ſit bonum.

3. D. Ambroſ. *Chriſtus D. damnat otium.*

Secundò: D. Ambroſius lib. 5. in Lucam, cùm diſcipuli colligerent ſpicas: *Hoc putabant Judæi ſabblato non licere; Chriſtus autem novæ gratiæ munere deſignabat otium legis, opus gratiæ*: Judæi ex lege exiſtimabant eſſe vivendum cum otio in ſabbatho; ipſum otium damnat Chriſtus, & docet illud transferendum in opus gratiæ, ac maximè proficuum ad ſalutem, & bonum animæ: *Deſignabat otium legis, opus gratiæ.*

4. D. Athanaſ. *Arca Euchariſtica in manibus ſacerdotum.*

Tertiò: D. Athanaſius homilia de ſemente, ſic ait: *Quo tempore diſcipuli in peragrando vellebant ſpicas, eaſque confricantes manibus ſuis, edebant; mirè novam aream ex manibus ſuis facientes*: Diſponebant ibi, quòd bona Euchariſtici frumenti area manibus, id eſt, operatione eſſet præparanda, ac componenda ab Evangelicis miniſtris.

5. D. Chryſ.

Quartò: D. Chryſoſt. homil. 40. in Matth. ait, quòd Chriſtus *eſurientium naturalem neceſſitatem ad excuſationem adhibet*: Et ſic pergit idem Chryſoſtomus in Catena apud D. Thomam *In his, quæ peccata omnino ſunt, & manifeſta ſunt, nulla certè excuſatio inveniri poteſt: Nam neque homicida, ſi per iracundiam ſe feciſſe dicet: neque adulter, ſi per cupiditatem commiſiſſe aſſeverabit: nec alia ulla excogitari cauſa poterit, ut hæc, quæ peccata ſunt; non eſſe peccata videantur. Hic autem cum famis neceſſitatem ad ſatisfactionem attulerit, ab omni crimine illos vindicavit*: Nec amens iracundiæ furor nec immoderata libido, quæ homines amentes, vel amantes faciunt, excuſare poſſunt ea, quæ ſunt peccata, ut peccata non eſſe videantur: *At cùm famis neceſſitatem ad ſatisfactionem attulit Chriſtus, ob omni crimine diſcipulos vindicavit*: Maximè notandum, quod nulla alia tam vehementior cauſa excogitari poteſt, quæ tam apertè homines excuſare videatur à manifeſto ſcelere, ut famis neceſſitas? hæc interveniente à ſabbathi tranſgreſſione vindicantur Apoſtoli: Hac etiam excuſatur David à ſacrorum panum illicito alioquin eſu; ex hac cauſa diſponit Jacob, ut Benjamin periculosè mittatur in Ægyptum, dicens filiis ſuis, ſi ſic neceſſe eſt (ad ſublevandam famem) *facite quod vultis*: Gen. 43. nu. 11. Danieli in lacu providit Deus cibum, cap. 14. n. 36. ne ille, qui erat ſecurus inter leones, famis neceſſitate periclitaretur.

*Famis neceſſitas maximè excuſat.*

Geneſ. 43. Daniel. 14.

6. Pſalm. 19.

Ait Regius Vates Pſalm. 90. n. 13. *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis*: & quænam ſunt hæc venenoſa animalia, quæ pedibus conterenda ſunt à viro juſto, & ſancto, de quo eſt ſermo in præſenti? Juxta D. Bernard. eſt quædam urgens neceſſitas, quæ inſtar aſpidis, & Baſiliſci, procul etiam inſpecta, & ante oculos poſita hominem ſæpè mortifero ſuo veneno inficit, & crudeliter enecat: D. Bernard. in Pſalm. *Qui habitat*, loquitur in hæc verba: *Conſideremus, ne forte illa tentatio, quæ corporalis neceſſitatis occaſione animum turbat, aſpidi debeat comparari: monſtruoſius cæteris, ſolo viſu hominem inficere, & interficere perhibetur.* Expende: *Tentatio illa neceſſitatis occaſione animum turbat.*

*Juſtus nulla inſpectà neceſſitate movetur, ſed eam conterit.*

D. Bernard.

## Signum de Cœlo.

### Quæstio II.

### *Quare cum Phariſæi, ac Scribæ vidiſſent tot, & tanta Chriſti mirabilia, adhuc ſigna de Cœlo petunt?*

Scribit noſter ſacer Evangeliſta hoc cap. 12. à n. 22. quod quidam de Scribis, & Phariſæis acceſſerunt ad Chriſtum D. dicentes: *Magiſter volumus à te ſignum videre*: quod eſt explicatum tomo 3. in Evangelia, cap. 24. per 19. quæſtiones. Nunc adde. 7. Textus.

Primò dicunt: *Volumus à te ſignum videre*: non dicunt conveniens eſt, expedit; ſed, *volumus*. Inſolens, ac impudens hominum voluntas eſt, ut ipſa inviolata lex aliis hominibus ſit. De Nabuchodonoſore dicitur Daniel. 5. nu. 19. *Quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat*: & ut obſervat Theodoret. orat. 5. *Non juſto id hominum judicio faciens*, nec ſenatuſconſulto, ſed pro ratione voluntas illi erat. Amano mandat Aſſuerus uti Mardochæum equo vectum præeat; & Præco clamans: *ſic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare*: Eſt. 6. nu. 9. Juſtum erat, ut Aſſuerus Mardochæum laudibus extolleret; quippe Regem à nece ferenda extraxerat, ut conſtat ibid. n. 2. Tamen præco non clamat, ſic honorabitur, qui dignus eſt honorari, vel qui promeritus eſt honores, *ſed quemcumque voluerit Rex*: Cùm Aſſuerus eſſet princeps, voluntate, non ratione ducebatur, cunctaque agebat non ex æquo, ſed ex libito, quod erat pro lege, & dictamine. Urgent Pilatum Judæi, ut Chriſtus crucifigatur; quibus ille: *Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram judicate eum*: Joan. 18. nu. 31. & tamen poſtea, ut ſcribit D. Lucas 23. nu. 25. *Jeſum tradidit voluntati eorum*: quia voluntas eorum, lex illorum erat. 8.

Daniel. 5. Theodoret. Eſther. 6. *Princeps potius pro libito, quàm pro ratione.* Joan. 18. Luc. 23. *Voluntas pro lege.*

Secundò: immediatè antea, ut patet ex hoc cap. 12. à verſ. 22. expulerat Chriſtus malum Dæmonum ab homine, quem diu obſidens cæcum mutum, ac ſurdum fecerat; cui tanto miraculo turba gratulanter applaudit; at velut nullum miraculum fuiſſet factum, iterum virtutem Chriſti probatam eſſe Phariſæus voluit, ſigna petens. Malus homo de bono alieno altè dubitat, & illud difficulter credit. In ſpelunca præſcidit David laciniam veſtimenti Saulis; & ad quid? ad teſtificandum ſuum affectum eſſe valde alienum ab affectu occidendi Regem: Unde ſic clamat, 1. Reg. 24. num. 12. *Vide, & cognoſce oram chlamydis tuæ in manu mea*: Ecce magni viri factum magnum: non ferit hoſtem, cùm poſſit: & quid Princeps de facto cogitat? certè dubitat: ibidem num. 17. *Nunquid vox hæc tua, fili mi David.* Sciebat David Saülem de more hominum, de facto nobili dubitaturum eſſe, inde chlamydem præſcidit ad facti fidem, ut notat Abulenſis quæſt. 12. *Ut haberet probationes innocentiæ ſuæ, quas aliter habere non poterat.* Et de hac 9.

*Malus homo ſemper dubitat de facto bono alterius.* 1. Reg. 24. Abulenſ.



re citato cap. 24. quæſt. 3. octo reddidi rationes. Vide cap. 14. q. 1.

### Quæstio III.

### *Quare Chriſtus D. tam aſpere invehitur in hos ſcribas, dicens;* Generationem malam, & adulteram?

10. Petentibus ſigna de cœlo; Reſpondens Jeſus ait illis: *generatio mala, & adultera*: inquit, *mala*, id eſt, omni nequitia, & malitia plena, *adultera*, quia reliquerat verum Deum, & circa hoc multas rationes dedi tom. 3. c. 24. q. 4. 5. & 6. Adde verò.

11. *Chriſtus nec ira, nec adulatione movetur.*

Immediatè antea, ut patet ex hoc capite, n. 22. ſanavit Chriſtus hominem ejiciens ab illo dæmonium, qui fecerat eum cæcum, mutum, & ſurdum, tunc Phariſæi ſuâ malitiâ convitiabantur Dominum dæmoniacum, dicentes num. 24. *Hic non ejicit dæmonia, niſi in Beelzebub principe Dæmoniorum.* Et tunc Jeſus blandè eis loquitur; cum autem ei adularentur, & magiſtrum dicerent, *Magiſter volumus à te ſignum videre*: Dure, ac aſpere reſpondet *generatio mala*; demonſtrans quod utraque paſſione erat ſuperior; & neque convitiis in iram deducitur, neque ab adulatione mollitur.

12. D. Chryſ.

Secundò: D. Chryſoſtom. homil. 44. in Matth. ſic ait: *Arcana mentis ipſorum revelat, quod ſimulantes, ſeu inimici miracula petebat: propterea & generationem malam nuncupavit, tum quia ſemper ingrati benefactoribus extiterunt, tum quia ſuſceptis beneficiis, quod extremæ vitioſitatis eſt, ad malignitatem excitantur*: cœleſtem nimirum doctrinam exceperant; paſſim tot, & tam magna miracula viderant, & in præſentiarum Dæmonem excantatunt, reſtitutis oculis, auribus, ac loquela homini, & tamen tantorum beneficiorum largitori impudenter ingrati: *ſuſceptis beneficiis; quod extremæ vitioſitatis eſt, ad malignitatem excitantur*: inde *generatio mala* dicitur; quia avitos parentum mores imitatur: qui quantò majora beneficia accipiebant, tantò nequiores fiebant; cùm ex benefica bonitate divina deberent fieri credentes, ac humiles, inde ad obſtinatam malitiæ impietatem exundant, *quod extremæ vitioſitatis eſt*, & obſtinatioris nequitiæ hyperbole.

*Aliqui ex acceptis beneficiis ad majorem nequitiam excitantur.*

13. Oſeæ 2.

Querebatur Deus de Iſralitis per Oſeam cap. 2. n. 8. Dicens: *Argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal. Idcirco convertar & ſumam frumentum*, &c. Non conqueritur Deus tantùm; quod fecerint Baal, quod fecerint idola, ſed quod ex auro, & argento, quod Deo pro magno, ac ſingulari beneficio eis dabant, debebant quoque magnum cultum, ac venerationem exhibere; inde ſumerent materiam ad fabricanda idola, ut efficaciùs ſeducerent populum, & vero Deo opponerent, indeque illi magnam offenſionem crearent. Rupertus ibi ait: *Cùm ergo dixiſſet, & argentum multiplicavi ei: & aurum; pulchre continuo addidit: quæ fecerunt Baal. O dira ingratitudo! De auro, & aegento meo fecerunt mihi contraria; vitulos, & Baal; cæteraque idolorum portenta. Idcirco convertar; convertar, inquam, & converſus abibo, & recedam, & relinquam eam.* Expende illa: *de argento meo fecerunt mihi contraria.*

*Perditiſſimum abuti beneficiis in damnum benefacientis.*

Rupertus.

14. Valde nota ſunt magna beneficia, quæ Deus populo Iſraëlitico contulit, ut eum à captivitate Pharaonis eriperet. Ægyptum decem plagis verberavit; mare ſiccavit, fontis aquam dedit, cœleſtem panem exhibuit. Quid ad hæc Iſraël? Num. 11. n. 4 *Vulguſque promiſcuum flagravit deſiderio carnium, ſedens, ac flens junctis ſibi pariter filiis Iſraël; & quis dabit nobis ad veſcendum carnes? ... Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri, niſi Man.* Non ſolùm appetunt carnes, ac deſiderant poma Ægyptii, ſed etiam faſtidiunt, ac contemnunt Manna, quod fuit valde magnificum Dei donum, ac valde celebre in tota Scriptura. De coque dicitur Sapient. 16. num. 20. *Angelorum eſca nutriviſti populum tuum, & paratum panem do cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem, ſubſtantia tuâ, dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebas: & deſerviens uniuſcujuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, convertebatur.* Deus ut filios tam ſuavi pane; omni ſuavitate, ac delectamento pleno nutriebat: illi verò non ſolùm tantam eſcam faſtidiebant, ſed inſuper inde occaſionem arripiebant, ut inſurgerent contra Deum, ejuſque miniſtrum Moïſem, quod eos educeret de Ægypto, ut in ſolitudine illa eos interficeret; quid execrabilius quàm quod ex tam ingenti beneficio tanta ingratitudo pullularet. Petrus Cellenſis lib. de Panibus, cap. 11. *Penſandi ſunt labores Moïſis, quibus die, ac nocte uritur, ne populus ſuus famem patiatur, nihilominus æque exoſa populi ingratitudo; cui nec Dei, nec hominis ſufficit ſolicitudo Plagis decem Ægyptios percutit, in mari viam eis facit, Pharaonem demergit, de petra aquam prodecit, manna de cœlis pluit, multa præterea beneficia impendi, & adhuc populos carnes cum murmure quærit: hæc Deus populo, hæc populus Deo.*

Num. 11. Sap. 16. *Valde dura ex beneficiis ingratitudinem pullulare.* Petr. Cel.

### Quæstio IV.

### *Quare Chriſtus D. ait, quod Judæis non dabitur ſignum, niſi Jonæ Prophetæ?*

Ait Chriſtus D. hoc cap. 12. num. 39. *Quod ſignum non dabitur generationi huic, niſi ſignum Jonæ Prophetæ* Quod multis explicavi citato cap. 24. à q. 4. uſque ad 15. & cur dicat Chriſtus quod non dabitur ſignum, cùm multa poſtea ſigna dederit? ut notat in præſenti Hugo, dicens: *ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ? Nonne ſignum fuit Lazari ſuſcitatio? Vox de cœlo audita eſt, quaſi tonitru, & Sol obſcuratus eſt*: Quomodo igitur Phariſæis ſignum petentibus reſpondet Chriſtus, nullum ſignum deinceps dandum præter ſignum Jonæ Prophetæ? 15.

Hugo. *Difficultas quæſtionis.*

16. D. Chryſ.

Hoc dubium etiam proponit Chryſoſtom. homil.

homil.44.in Matth. *Quid igitur, inquies? Nonne data ſum ipſi ſigna petenti? ſed non ut eos induceret, verùm ut alios alliceret, ſigna faciebat. An ita igitur reſpondere poſſumus, quia non habituri erant tale;* ſcilicet ſignum, *quale illud erat:* Chriſtus D. plura deinceps miracula eſt operaturus, ut apertè conſtat ex textu Evangelico, tam in cœlo, quam in terra; quia tamen Phariſæi dicunt, *volumus*, ut nempe illorum gratiâ aliquod miraculum tunc fiat; & quia tunc Chriſtus tale miraculum non fecit, inde veriſſimè dixit, *ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ.* Phariſæi, & ſcribæ dicebant, *volumus à te ſignum videre*, id eſt, volumus, ut modò, ac confeſtim in noſtri gratiam aliquod miraculum facias, quo indubitatè te verum eſſe Deum demonſtres. Renuit Chriſtus, abſolutè dicens, *ſignum non dabitur ei*: non quia Chriſtus exoptatum ſignum deinceps non dederit, ſed quia illud nec quando, nec quomodo Phariſæi poſtulabant, dedit? ſi rei exoptatæ aliqualis modus deſit, quamvis res ipſa detur, vix aut ne vix quidem aliquid dari, aut concedi ſecundum hominum æſtimationem putatur.

*Quod non datur quando, & quomodo volumus non datum creditur.*

17\. Petente prodigo portionem ſubſtantiæ ſuæ inter ſe, & ſeniorem fratrem, Pater diviſit illis ſubſtantiam, ſeu hæreditatem ſuam, in qua unicuique dedit prædia, agros, ac multa pecorum armenta, ovium, boum, hircorum, ac aliorum. Tunc prodigus abiit in regionem longinquam, ibique diſſipavit ſubſtantiam ſuam; inde in ſe reverſus venit ad ſuum parentem, qui valde feſtivè eum paterno amore excepit, vitulo ſaginato: & cùm ſenior frater, qui erat in agro, reverteretur, & audiſſet muſicorum ſymphoniam; indignatus nolebat introire, rogat eum Pater, cui ille reſpondit: *Ecce tot annis ſervio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi, & nunquam dediſti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer.* Luc. 15. n. 24. Quonam fundamento ait, quod Pater nunquam dedit ei hœdum, cum dederit illi partem ſuæ hæreditatis, quæ ad eum attinebat, in qua dedit agros, boves, oves, ac multos vitulos, ut ex communi ſententia ibi dixi; quâ inquam de causâ, ait quòd Pater nunquam dedit ei hœdum? Licet Pater multa & ampla dediſſet; quia tamen non dedit quando, & quomodo, & eo modo; quo ipſe volebat coctum, vel aſſatum, inde nihil ei eſſe datum affirmat: cùm Pater defuerit in aliquo accidente, quamvis integram ſubſtantiam dediſſet, totum ei eſſe negatum dicit. D. Chryſologus ſerm. 4. ait. *Fratri invidus animus, gratus eſſe non poteſt patri, & paternæ largitatis memor non eſt, qui eſt fraternæ immemor charitatis. Hœdum ſibi datum negat, qui ſubſtantiæ partem totam tempore diviſionis accepit.*

Luc. 15.

*Si in datis deſit aliquod accidens, nil dari dicitur.*

D.Chryſ.

## Quæstio V.

### *Quare hic introducitur Regina Sabæa Judæos arguens, & condemnans.*

18\. Textus. Ait noſter Evangeliſta n. 42. *Regina Auſtri ſurget in judicio cum generatione iſta, & condemnabit eam*: Quod eſt à nobis explicatum citato cap. 24. q. 17. 18. & 19. *Venit mulier à finibus terræ, ut audiret ſapientiam Salomonis*: & cur non magis delicata fœmina horruit peregrinationis longitudinem? Cur non verita eſt longam ac difficilem arripere viam? Ibat pro acquirenda vera, & ſalutari viâ, & ſic nil timuit imbecillitati fœmineæ.

*Difficultas quæſtionis.*

19\. Sed quo animo ibat? anne ut Salomonem audiret diſſerentem ornatè, compoſitè, ac deinde ut rediret in Sabæam mente ſiccâ & jejunâ? Vanè id certè cogitatur; pro quo audi D. Bernardum piè, & ſanctè epiſtol. 289. ad Reginam Jeroſolymit. dicentem: *Regina Auſtri venit audire ſapientiam Salomonis, ut regi diſceret, & ſic regeret*: Mordet eos ſanctus Doctor, qui veniunt, ut audiant politum, & compoſitum ſermonem, non verò, ut bene diſcant ad mores, ut bene regantur.

D.Bernard. *Auditor audiat, non ad oblectamentum, ſed ad profectum.*

20\. Cùm eſſet Regina, venit, *ut diſceret, & ſic regeret*: quia etſi omnibus neceſſaria ſit ſapientia, maximè regibus, ut inde bene regant, ac gubernacula teneant. Hinc Salomon, cùm conſtitutus eſſet Rex, tanto Sapientiæ deſiderio tenebatur, ut etiam per ſomnia nil aliud cuperet, ac peteret à Deo, niſi Sapientiam. 3. Reg 3. n. 9. *Dabis ergo ſervo tuo cor docile, ut populum tuum judicare poſſit*, &c. quibus precibus Deus inclinatus tantam alumno ſapientiam infundit ut eſſet dictum à Domino: *Dedi tibi cor intelligens, & ſapiens, ut tantum, ut nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te futurus ſit.* Ibidem n. 12. cùm ergo tantam ſapientiam poſtularet, tantamque ſapientiam adiſpiſceretur inde perbellè ait D. Auguſtin. q. 8. ex 2. p. Veteris teſtamenti: *Si habuit ſapientiæ ſpiritum, & regni meritum habuit*: Ac ſi ibi ſolùm detur regni meritum, ubi eſt Spiritus Sapientiæ.

*Regibus neceſſaria ſapientia.* 3. Reg. 3.

D. Auguſt.

21\. Cùm conſtituitur Joas Rex Judæ ait Text. quòd ſummus Sacerdos Jojadas *poſuit ſuper eum diadema, & teſtimonium*, &c. 4. Reg. 11. n. 11. & ne quis dubitaret de quo teſtimonio eſſet ſermo, & traditum eſt 2. Paralipomen. c. 23. n. 11. *Impoſuerunt diadema, & teſtimonium, deruntque in manu ejus tenendam legem, & conſtituerunt eum regem*: Cur libro legum caput Regis ornatum Deus voluit; ea ratio eſt in promptu, ut bene ſciret princeps à libro ſacro prudentiam rerum gerendarum venire in hominis cerebrum. Abulenſis q. 16. in cap. 11. libri 4. Reg. ait: *Quia Divinas leges non poterant Reges abſolvere, niſi frequenter aliquis exhortaretur eos ſuper hoc; ideo juſſit Deus, quod haberent librum legis ſemper apud ſe, & legerent in eo omni tempore, quia in libro legis continentur admonitiones contra hoc*, ſcilicet legis prævaricationes.

4. Reg. 11. 2. Paral. 23.

*A ſacræ doctrinæ haurit princeps rationes bene agendi.* Abulenſ.

22\. Poſtquam Abraham cum uxore ſua peregrinatus eſt in Geraris, Geneſ. 20. n. 2. *Miſit Abimelech Rex Geraræ, & tulit Saram*: Quid vidit Rex in muliere, ut tanto amoris affectu ergam eam teneretur, ut ſibi eam in uxorem vellet aſſumere; cùm Sara jam tempore vetula erat. Ipſa enim cap. 17. n. 12. audiens ab Angelis ſe ex viro concepturam, riſit, dicens: *Poſtquam conſenui, &c.* Senex ergo erat Sara, & in fœmina vetula, quid Rex jucunditatis poterat invenire, ut tam ardenter eam ſibi in conjugem acciperet; Exiſtimo, quod Rex magna ſagacitate eximiam prudentiam, ac ſapientiam deprehendiſſet, & inde ut ſibi valde utilem eam

Geneſ. 20. Geneſ. 18.

*Maxime à Rege procuranda eſt prudentia in Aſſiſtentibus.*



eam amabat ſibi conjungere, ac eam habere ſecum ad directionem, ac regimen totius regni Author Catenæ Græcæ, ait: *Quæ forma commemoratæ mulieris in ſenectute? nempe quæ gratiâ ſterilitatem naturæ emendaverat; quamquam & ipſe Abimelech; vir alioquin juſtus, ac pius, tametſi in illa authoritate regia multas ſibi puellas habere liceret, voluit tamen ex ea, quam prudentiſſimam ſimul, & honeſtam reſciverat ſuſcipere liberos:* Prudens Rex prudentiſſimam fœminam, quamvis vetula eſſet, omni modo exoptabat ſecum habere in ſua familia.

Cat. Græca.

## Mater, & Fratres ſtant foris.

## Quæstio VI.

### *Quare Chriſtus D. intendens maxime explicare ſuum amorem erga homines, hic tantùm facit mentionem de Matre, Fratre, & Sorore, non vero de Patre?*

23\. Textus. Ait Chriſtus D. in hoc cap. 12. num. 50. *Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt*: quod explicatum à nobis tom. 3. cap 26. per octo quæſtiones. Dixit quod faciens voluntatem patris, ſit ejus fratres, ſoror, & mater, non carnalis, ſed ſpiritualis: dixit frater, & ſoror, propter utrumque ſexum; fideles viri, dicuntur fratres Chriſti; fœminæ verò ſunt Chriſti ſorores. *Mater*, etiam dicitur Chriſti, qui eundem Chriſtum in ſe, & in aliis parturit. D. Auguſtin. de S. Virgin. hanc ſtrictam cognitionem Chriſti ad charitatem refert, dicens: *Mater ejus* (ſcilicet Chriſti) *eſt omnis anima pia faciens voluntatem Patris ejus, fœcundiſſima charitate, in iis quos parturit, donec in eis Chriſtus formetur.*

D. Auguſt.

24\. Galfridus. Hic tamen maximè inſinuatur eximius Chriſti amor in homines, pro quo audiendus eſt Galfridus in Allegoriis novi Teſtamenti? & ait: *Ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt: Diligamus ergo Dominum Jeſum Chriſtum tanquam filium, quoniam ipſe, ut audio, maternum non dedignatur affectum. Neminem enim reſpuit, matrem ſuam fieri, qui ab omnibus vult Patris voluntatem impleri, & quia & affectius ab homine diligi voluit, filium ſeſe hominis non modo fecit, ſed etiam ſæpè nominavit.* Omni titulo, omnique modo oſtentat Chriſtus D. ſuum eximium amorem erga homines; eſt omnipotens creator, indeque hominum optimus Pater, illorumque perennis conſervator, ac providus altor, ac ſubſtentator, & copioſiſſimus redemptor, & beatæ gloriæ munificus largitor; & cùm ſit naturalis Dei Filius, & Filius Deiparæ Virginis, utriuſque generoſa ſoboles, non dedignatur ſe filium hominis dici, illumque ut fratrem habere; imò & libenter delectatur, quemlibet hominem ut fratrem ſuſcipere, & velut matrem habere, ſeque gerere quaſi filium ut hoc etiam titulo illius amorem ex omni parte negotietur, ſoliciteque pelliceat, *Diligamus ergo Dominum Jeſum Chriſtum; tanquam filium, quoniam ipſe, ut audit, à nobis maternum non dedignatur affectum, neminem enim reſpuit, matrem ſuam fieri.*

*Chriſtus ex omni titulo hominum amorem negotiatur.*

25\. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quare, ſicut Chriſtus Dominus ait in præſenti: *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt:* Cur etiam non addidit, & Pater meus erit; nam ſicut dicenti, quod *mater, & fratres ſtabant foris*, ipſe reſpondit, quod faciens voluntatem Patris ſui, eſt ejus mater, frater, & inſuper addidit, & ſoror, cur etiam non dixit, & Pater?

*Difficultas quæſtionis.*

26\. Reſponderi poteſt primò, quod Chriſtus D. hic loquitur de quocunque juſto, qui ratione juſtitiæ poteſt dici mater, frater, ac ſoror Chriſti; at nomen Patris Chriſti adeo præexcelſum, & illuſtre eſt, ut ſolùm de illo, qui eſt in altiſſimo, ac perfectiſſimo juſtitiæ apice, dici poſſit. Abulenſis magna ingenii ſubtilitate, dum diſſerit de illa celebri quæſtione de diverſitate genealogiæ Chriſti, quam Matthæus, & Lucas per ſuam ſeriem enarrant, ſic ſcribit quæſt 27. ad cap. 1. Matth. *Quæritur de diverſitate inter Matthæum & Lucam, quantum ad Chriſti genealogiam. Alii dixerunt, quod unus Evangeliſta poſuit veram Chriſti progeniem ſecundùm carnem: alius poſuit progeniem ſpiritualem; ſcilicet, quia omnes viros juſtos Lucas dixit eſſe Patres Chriſti, quia ſunt Patres propter ſimilitudinem honeſtatis.* Non quilibet vir juſtus, qui Dei voluntatem facit, hac excellenti appellatione gaudet, (hic enim *frater*, vel *ſoror*, vel *mater* Chriſti nominatur) ſed quia ita honeſte; ac perfectè vivit, ut ad ejus imitationem, quantum fas eſt puro homini, ſe componat, ac bono honeſtatis exemplo fulgeat, in aliosque ſpiret, ut etiam honeſtè, & compoſitè vivant; & inde tanto Patris nomine inſigniuntur, indeque ex ſimilitudine honeſtatis inter Parentes Chriſti computari valet: *quia ſunt Patres propter ſimilitudinem honeſtatis.*

Abulenſ.

*Bonum virtutis, exemplum, veluti ſemen Divinum facit ad genealogiam Chriſti pertinere.*

27\. Secundò: In hac ſententia facit Chriſtus mentionem de ſuo æterno Parente, *qui facit voluntatem Patris mei:* inde cùm diceret, quod obſervans ejus præcepta, & adimplens ejus voluntatem, quod erit ei tanquam *frater, mater, ac ſoror*: non dixit etiam ut Pater, quia tam auguſtum, & magnificum eſt nomen Patris Chriſti, ut non ſit communicabile alicui etiam viro ſanctiſſimo, licèt frater, mater, & ſoror Chriſti, dici poſſit, ſed ſolùm hoc ſingulari, ac excellentiſſimo privilegio conceſſum eſt D. Ioſeph, ut pater Chriſti putativus diceretur. Vide ſupra, c. 1. q. 14. n. 54. 65. 66. & 67.

*Magna excellentia D. Joſeph, quod Chriſti Pater dicatur.*

28\. Tertiò: cum ſermo in præſenti incideret de æterno Parente? *Qui facit voluntatem Patris mei, qui eſt in cœlis*; nullus alius Pater fuit commemorandus. Tam admirabili, ac ſingulari reverentia, ac ſuprema veneratione ſe habebat Chriſtus D. erga ſuum æternum parentem, ut nec etiam ſpiritualiter alteri nomen Patris tribuat. Nam ut dicitur Exod. 34. num. 14. *Dominus zelotes nomen ejus, Deus eſt æmulator.* Deus eſt æmulator ſui honoris, ac nominis, nec patitur, ut alteri tribuatur, inde dicitur zelotes, ſumptâ mataphorâ à marito, qui non patitur uxorem affectu ſuo communicato abire in virum alterum. *Ita & Deus vult ſolus à nobis coli, & ob hoc zelotet vocatur*

Exod. 34. *Deus ſui nominis maxime Zelator.*

Abulenſ. Rich. Vict.

*tur* : Quod notat Abulenſis quæſt. 23. ad 4. Reg. cap.17. Unde bene dictum eſt à Richardo Victorino, lib.4. de Contempl. cap.15. *ſingularis amor conſortem non recipit, ſocium non admittit.*

Joan.17. D.Hilar. D.Cyrill, D.Chryſ. D.Auguſt. Theophyl. Euthym. Alb.Mag. D.Thom.

29. Orans Chriſtus D. in cœnaculo ad ſuum æternum Patrem, ait: *Pater, manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dediſti:* Joan.17. num.6. Manifeſtavi nomen tuum, non quod Deus eſſet quia hoc notum erat Judæis, & gentibus, ſed quòd Pater diceretur, ut notant D. Hilar. D. Cyrill. D. Chryſoſtom. D. Auguſt. Theophylact. Euthym. Albert. Magn. D. Thomas, à me citati tomo 5. in Evangel. lib.7. cap. 20. q.7. n.49. adeo auguſtum, & magnificum eſt nomen Patris, ut volens oſtendere Chriſtus D. ſuum eximium amorem erga homines, ait, quod eis explicaverit, ac aperuerit nomen Patris. Deinde intendens Chriſtus exhibere retributionem erga ſuum æternum Parentem, eo quod dederit ei omnes homines, ac omnia in manibus, ait quod ſuum ſacroſanctum nomen Patris mundo manifeſtaverit; *Tui erant, & tu mihi eos dediſti.* Tam ſublime, & excelſum eſt nomen Patris in prima Trinitatis perſona, ut nihil glorioſius dici valeat. D. Cyrillus Alexandr. lib.11. in Joan. cap.8. ait. *Nomen autem Patris magis ei convenit, quàm nomen Dei, hoc enim dignitatis, illud ſubſtantialis ſignificativum eſt proprietatis, Deum enim ſi dixeris, rerum omnium Dominum oſtendiſti? Patrem verò ſi appellaveris, proprietatem tetigit: manifeſtavit igitur Chriſtus, quia Pater filium genuit:* nomen, *Deus*, dignitatem importat; *Pater*, verò nomen conſubſtantialitatis dicit; cum *Deus*, dicitur, creator omnium rerum denotatur, cum verò, *Pater*, nominatur, manifeſtè ſignificatur, quòd ſibi filium æqualem; ac ſubſtantialem genuerit; auguſtius, & excellentius eſt, quòd Deus genuerit filium ſibi conſubſtantialem in eadem numero natura, quàm quod univerſum Orbem creaverit: *Manifeſtavit igitur Chriſtus, quia Pater filium genuit.*

*Excellentius in Deo quod habeat filiam conſubſtantialem ſibi quem quod mundum creaverit.* D.Cyril.

# CAPUT XIII.

IN illo die exiens Jeſus de domo, ſedebat ſecùs mare 2. Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita ut in naviculam aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat in littore. 3. Et locutus eſt eis multa in in parabolis dicens: Ecce exit, qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. 4. Et dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecùs viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea. 5. Alia autem ceciderunt in petroſa, ubi non habebant terram multam, & continuò exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ. 6. Sole autem orto æſtuaverunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. 7. Alia autem ceciderunt in ſpinas: & creverunt ſpinæ, & ſuffocaverunt ea 8. Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum centum, aliud ſexaginta, aliud triginta; ſic paulo poſt. 9. Qui habet aures audiendi, audiat. 10. Et accedentes diſcipuli dixerunt ei, quare in parabolis loqueris eis? 11. Qui reſpondens, ait illis: quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum, illis autem non eſt datum: Qui enim habet, dabitur ei, & abundavit. 12. Qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. 13. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, audientes non audiunt, neque intelligunt. 14. Et adimpletur in eis prophetia Iſaiæ dicentis, auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. 15. Incraſſatum eſt enim eſt cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & ſanem eos. 16. Veſtri autem beati oculi, quia vident: & aures veſtræ, quia audiunt. 17. Amen quippe dico vobis, qaia multi prophetæ, & juſti cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt: & audire, quæ auditis: & non audierunt. 18. Vos ergo audite parabolam ſeminantis. 19. Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod ſeminatum in corde ejus; hic eſt, qui ſecus viam ſeminatus eſt. 20. Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt, qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud. 21. Non habet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis: factâ autem tribulatione, & perſecutione, propter verbum, continuò ſcandalizatur. 22. Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt, qui verbum audit, & ſolicitudo ſæculi iſtius, & fallacia divitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur. 23. Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui audit verbum, & intelligit & fructum affert, & aliud quidem centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò trigeſimum. 24. Aliam parabolam propoſuit illis, dicens: Simile factum eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen





in agro ſuo. 25. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici, & abiit. 26. Cùm autem creviſſet herba & fructum feciſſet: tunc apparuerunt & zizania. 27. Accedentes autem ſervi patris familias, dixerunt ei, Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? 28. Et ait illis, inimicus homo hoc fecit Servi autem dixerunt ei: Vis imus, & colligimus ea? 29. Et ait: Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. 30. Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus, colligite primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. 31. Aliam parabolam propoſuit eis, dicens: Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo. 32. Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus; cùm autem creverit, majus eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cœli veniant, & habitent in ramis ejus. 33. Aliam parabolam locutus eſt eis: ſimile eſt regnum cœlorum fermento: quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. 34. Hæc omnia locutus eſt Jesus in parabolis ad turbas: & ſine parabolis non loquebatur eis. 35. Ut impleretur quod dictum erat per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. 36. Tunc dimiſſis turbis venit in domum: & acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, dicentes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri 37. Qui reſpondens ait illis: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis. 38. Ager autem, eſt mundus. Bonum verò ſemen, hi ſunt filii regni. Zizania autem filii ſunt nequam. 39. Inimicus autem, qui ſeminavit ea, eſt diabolus. Meſſis verò, conſummatio ſæculi eſt, meſſores autem Angeli ſunt. 40. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſæculi. 41. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de Regno ejus omnia ſcandala: & eos, qui faciunt iniquitatem. 42. Et mittent eos in caminum ignis, Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. 43. Tunc juſti fulgebunt ſicut Sol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. 44. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro: quem qui invenit homo abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit univerſa, quæ habet, & emit agrum illum. 45. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. 46. Inventa autem una pretioſa margarita abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. 47. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. 48. Quam cum impleta eſſet educentes, & ſecùs littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. 49. Sic erit in conſummatione ſæculi: exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio juſtorum. 50. Et mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor dentium. 51. Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, etiam. 52. Ait illis, ideo omnis ſcriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patri familias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera. 53. Et factum eſt, cùm conſummaſſet Jesus parabolas iſtas, tranſiit inde. 54. Et veniens in patriam ſuam, docebat eo? in ſynagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent Unde huic ſapientia hæc, & virtutes? 55. Nonne hic eſt fabri filius; nonne mater ejus dicitur Maria: & fratres ejus, Jacobus, & Joſeph, & Simon, & Judas. 57 Et ſorores ejus, nonne omnes apud nos ſunt? Unde ergo huic omnia iſta? 57. Et ſcandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis: Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. 58. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum.

*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

Chriſtus D. in hoc Evangelio per multas parabolas explicat vim, ac efficaciam, & fructum Evangelii, ac iniquorum impedimenta ae tantum bonum percipiendum.

*Primò, Verſ.*3. Proponit parabolam de ſeminante ſemen ſuum; quod eſt explicatum tom 3. cap. 26. de quo fortè vide infrà, Luc.8.

*Secundo, V.*24. Superſeminatur zizania ab inimico homine; & eſt explicatum tom. 3. cap. 27.

*Tertiò, Verſ.*31. Granum ſinapis, & habetur explicatum eodem to.3.c.8. Ubi etiam

eſt expenſa alia parabola fermento.

*Quartò*, *V*.43. Theſaurus abſconditus, margarita pretioſa, ſagena miſſa in mare: & eſt explicatum t.3. c.29.

*Quintò*, *V*.53. Poſt hos ſermones habitos, Chriſtus abiit in patriam ſuam: explicatum tom.3. cap.30.

---

## Superſeminatur zizania.

### QUÆSTIO I.

### *Quare cùm dormirent homines, venit inimicus homo ad ſuperſeminanda zizania?*

1. Textus. DICTUR hoc capite 13. numero 24. *Simile eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro*, &c. Quod late explicatum tom.3. capit. 27. per 24. quæſtiones. Nunc adde. Quod quamvis inimicus homo venire ſub noctis ſilentio, ne agnoſceretur, tamen bene agnitus fuit à Patrefamilias, cùm ait: *Inimicus homo hoc fecit*. Quamvis iniquitas omni modo ſe maximè intenter abſcondere, tamen inde proditur, & manifeſtatur: ſuum peccatum adulterii cum Bethſabee, ac homicidii in Uriam maximè occultè fecit David, ut ei dixit Nathan Propheta: *Tu enim feciſti abſcondite*: 2. Reg. 12. num. 12. Tamen ſtatim addidit propheta, num. 14. *Quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini propter verbum hoc*: inimicos Domini, id eſt, Gentiles, ut exponunt Lyran. Abulenſ. & alii. Si David fecit ſuum peccatum abſconditè, quomodo ita divulgatum fuit non ſolùm inter Iſraëlitas, ſed etiam in extranea, ac aliena regna: hoc ſecum habet iniquitas, quod quantò magis involvitur, ut fugiat ab hominum oculis, tanto magis revolvitur, ut prodeat in omnium conſpectu.

*Iniquitas quãto magis occultatur tanto magis proditur.*

2. Reg 12.

Lyran. Abulenſ.

3. Strabus. Cùm dormirent homines, venit Inimicus de quo multa dixi citato cap. 27. *Cum dormirent homines, venit inimicus homo*, quæſt. 2. & 3. quid his innuitur, latè ibi dixi. Strabus Fuldenſis in Gloſſa: *Cùm dormirent homines, nempe qui aliis ad tutelam, & cuſtodiam deputati ſunt, Prælati in Eccleſia*: ſi Prælatus tutelæ, & cuſtodiæ deputatus iners eſt ac dormit, illius ignaviâ confiſus ſubditus, etiam negligenter agit, & ſua pravitate, ac nequitiâ totum dominicum gregem depopulatur. Aſcendente Jesu in naviculam, ſecuti ſunt eum Diſcipuli ejus. *Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus; ipſe vero dormiebat*, &c. Matth. 8. num. 24. Alto, & ſupremo conſilio omnia fiebant; cur non exoritur tempeſtas, cum Chriſtus vigilat, ſed cum dormit? magnum documentum morale ad noſtram eruditionem, cum ſuperior eſt in vigilia, omnia ſunt in pace, & quiete; at verò ſi ipſe ſomno indulget? magna rerum tempeſtas ac fluctuum commotio exoritur, ut navicula, ejus familia, ac domus in magno perditionis periculo jactetur.

*Si ſuperior dormit tota familia laborat.*

Matth. 8.

3. *Et ſuperſeminavit zizania*: non ſeminavit, ſed ſuperſeminavit; prius inimicus obſervavit, ac expectavit bonum ſemen ſeminari; & poſtea ſua zizania ſeminavit; cur non prius, antecedenter ad boni ſeminatorem? cur non prius curavit zizania ſua ſpargere, antequam adveniret bonus ſeminator. Ad quod rectè reſpondet D. Chryſoſtom. homil. 48. in Matth. dum ait: *Liquido autem hinc apparet, poſt veritatis ſemina jam collecta, erroris fraudem pullulaſſe, quod eventus quoque rerum confirmavit. Falſi enim prophetæ, poſt Prophetas apparuerunt: fallaces Apoſtoli poſt Apoſtolos, & poſt Chriſtum Antichriſtus. Nam diabolus niſi prius videat, quod ſibi ſequendum ſit, cùm quid faciendum ſit, neſciat, nec conatur quidem.* Non audet mendax, omniſque malignitatis pater, ſemen ſuum exercere, ac profundere niſi boni ſeminatoris veſtigiis adhæret, ut inde aliquam ſimilitudinem, ac ſpeciem deſumat ad malum ſuum ſpargendum; ut enim ad ſimilitudinem boni malum diffundit, inde vires ſuas corroborat.

D.Chryſ.

*Similitudine veritatis, ac boni, ſpiritus malignus prævalet.*

4. Satis celebris, & nota eſt hiſtoria, in qua Deus manifeſtatur quærens, permittendo aliquem ſpiritum ad decipiendum Achab. 3. Reg. 22. n. 22. ubi dicitur: *Egreſſus eſt autem ſpiritus, & ſtetit coram Domino & ait: ego decipiam illum, cui locutus eſt Dominus: in quo? egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit Dominus, decipies, & prævalebis*: & unde deprehenditur quod ſpiritus mendax eſſet prævaliturus; ita ut ei diceretur à Domino, *decipies & prævalebis*. Nota verba, quæ dixit malignus ſpiritus. *Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum*: quod nempe in ſuis mendaciis, & falſitatibus proponendis, imitabitur modum, ac ſimilitudinem veri Prophetæ, verumque dicentis, & inde ex veritatis ſpecie, ac tenore ſumet vires ad falſitatem ſuam ſeminandam. Philaſtius libro de Hæreſibus hæreſi 27. de Pythoniſſa: ait immundus ſpiritus: *Faciam me quaſi Angelum lucis, & verba ſimilia loquar, & ducam eum in prælium, & ibi eum deſertam, & ſic morietur, & ait Dominus ad eum; vade, & ſic facies.* Expende verba, *faciam me quaſi Angelum lucis, & verba ſimilia loquar.*

3. Reg. 22.

*Mendax ſpecie, at umbra veritatis habet.*

Philaſtius.

5. Joan. 2. Chriſtus D. de ſeipſo loquens, Joan 2. n. 19. ait: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*: poſtea verò cum Judæi multis calumniis inſurgerent in Chriſtum D. ſcribit D. Marcus 14. n. 57. *Et quidam ſurgentes falſum teſtimonium ferebant adversùs eum, dicentes: Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego diſſolvam templum hoc manufactum, & per triduum aliud non manufactum ædificabo*: Non proferunt falſi teſtes quòd Chriſtus dixiſſet, deſtruam, vel evertam templum hoc, ſed *diſſolvam*, Cùm Dominus annuntiaſſet, *diſſolvite*, eodem verbo aſſumpto, paucis litteris mutatis utuntur, ut eodem idiomate veritatis propoſito, minùs à veritate diſtare videantur, ut inde magis falſitatem ſuam inſinuare valeant. Perbellè D. Auguſtin. hom. 9. de S. Stephano, ſic ſcribit: *Falſi teſtes pro eo quod dictum eſt, ſolvite, dixerant, ſolvo, modicum in ſyllabis mutaverunt, ſed tantò falſi teſtes pejores fuerunt, quanto propinquarè veritati per calumniam voluere.* Ille maxime nocivus, qui ſuo mendacio multùm veritati adjungitur, ac ſub tegumento illius ſerpit.

Marc. 14.

*Mendacium ſub tegumento veritatis, maxime nocet.*

D. Auguſt.



6. Joſue. 2. Sagaciſſima illa Raab, requiſita à miniſtris Regis Jericho de Exploratoribus domui ſuæ retentis, ait Joſue 2. num. 5. *Fateor venerunt ad me, ſed neſciebam unde eſſent; cumque porta clauderetur in tenebris, illi pariter exierunt*: mulier intendebat maximè ſalvos cuſtodire exploratores. Cur potiùs non mordicùs, ac omnibus viribus negat, tales viros ad ſe non intraſſe? Ut meliùs conſuleret ſaluti exploratorum, & regis miniſtros falleret, veritatem præmiſit, bene agnoſcens, quod ſi veritas mendacio adjungitur, vehementior eſt ad fallendum via. D. Chryſ. homil. 5. de Pœnit. ait: *Prius veritatem ædificat, atque ita mendacium inducit*: ſi veritas præmittitur, & mendacium ſub illius umbra tegitur: tunc majores ſunt vires ad decipiendum.

*Mendacium ſub umbra veritatis maxime decipit.*

---

### QUÆSTIO III.

### *Quare diabolus dicitur in præſenti inimicus homo, & non alio nomine appellatur?*

7. *Difficultas quæſtionis.* SErvi admirati de zizania exorta, dixerunt Patrifamilias: *Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti Unde habet zizania*, Reſpondit Dominus: *Inimicus homo hoc fecit*: qui eſt Diabolus, ut eſt D. Hieronymo, ac Patrum ſententia dixi tom.3. cap.27. q.7. Ubi hanc difficultatem tractavi, & explanavi per varias rationes, Adde.

8. Hugo. Audiendus eſt in hac re Cardinalis Hugo, *Inimicus homo hoc fecit, id eſt diabolus, qui dicitur homo ab homine devicto, ſicut Scipio Africanus ab Africa devicta.* Hieronymus: *Diabolus inimicus homo dicitur, quia Deus eſſe deſiit, vel quia primas inimicitias voce ſignificata, quæ ſolius hominis naturaliter eſt, exercuit: ideo dicitur inimicus homo, vel quia ſimilitudine rationis humanæ decipit.* Multa his verbis Hugo perſtringit acumina, quæ breviter ſunt expendenda.

9. Primò: *Inimicus homo, id eſt, diabolus, qui dicitur homo ab homine devicto, ſicut Scipio. Africanus ab Africa devicta.* Hac tamen differentia; quòd Scipio honoris causâ, ut par erat, Africanus apellatur, nam Africa per Annibalem videbatur dominari in toto orbe; & Scipio fortiſſimum dejecit; ac ſuperavit. Dæmon autem ignominiæ causâ, cùm ſit purus ſpiritus; in ſui dedecus vocatur homo. Diabolus, utpote ſpiritus, naturâ ſuâ homine ſublimior, quem ut inferiorem, & debiliorem devincit aſtu, fraude, & dolo: & inde victoriæ ſuæ ignominiam in nomine ſuo impreſſam portat; & qui naturâ ſuâ eſt ſpiritus, *dicitur homo ab homine devicto.* Nam fortem, ac robuſtum armis vincere, magna laus; & inferiorem verò fraude, & dolo dejicere, ignominia, & opprobrium.

*Fortem armis ſuperare laus, inferiorem dolos ignominia*

10. Secundò: *Diabolus inimicus homo dicitur; quia Deus eſſe deſiit*: Diabolus naturâ ſuâ ſpiritus, ac Angelus? tamen ſua ſorte, ac naturâ non contentus, ſuperbia elatus præſumpſit in cælum conſcendere, & ſuper Dei aſtra ſolum ſuum exaltare, & ſimilitudinem Dei ſibi arripere; quænam tantæ ſuperbiæ conſequentia? Ac ſi quaſi Angelicam naturam ambitione diffiteretur, ut jam nec malus Angelus, nec Dæmon, ſed inimicus homo dicatur, ac propriam perfectionem depoſuerit, qui ſuper eam ſublimari affectavit? cùm enim Diabolus ultra faſtigium Angelicum, divinitatem ambierit, infrà ſuum ſtatum dejectus, & ad inferiorem ruit, ut cùm ſit ſpiritus, inter homines recenſeatur, naturam Angelicam retinens, nomen naturæ amittens. De ſuperbo, ac arroganti ait: Job. 24. n. 24. *Elevati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent*, ſeu ut aliæ lectiones habent: *Elevaverunt ſe, extulerunt ſe*, & pro quanto tempore? *ad modicum*: ad tantillum, & breviſſimum temporis ſpatium, & non *ſubſiſtent*: ex Hebræo multi legunt, *Nulli erunt*: vel etiam; *& non ipſe*: alii apud Bibliam Maximam, *& deſinunt*: ac ſi nulli inventi ſunt, & in nihilum redacti, qui enim multùm vult ſe elevare, totum, quod in ſe habet, perdit, ac amittit. Div. Gregor. Magn. lib. 17. Moral. cap. 5. *Elevati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent*, ait ille: *Hanc primam ruinam tolerant; quia privatam gloriam in ſemetipſis condunt. Hinc enim per Pſalmiſtam dicitur: Dejeciſti eos, dum allevarentur: quia eò intrinſecus corruunt, quò magis extrinſecus ſurgunt.*

Job. 24.

*Elati quo magis ſurgunt, eo magis corruunt.*

Hebræus: Bibilia Max.

D. Gregor.

11. Tertiò: *quia primas inimicitias voce ſignificativâ, quæ ſolius hominis naturaliter eſt, exercuit*: Diabolus voce ſignificativâ humanâ primas inimicitias introduxit inter Deum, & hominem; inde merito dicitur, *inimicus homo*: nam res à ſuo authore denominatur, ut Roma à Remo, & Romulo; Ulyſſipo ab Ulyſſe ſuo authore. Diabolus introduxit primas inimicitias in Deum, & hominem, ut ſuarum prævaricationum haberet conſortem, ut docent D. Cyprian. de Idololat. Minutius Felix. Lactant. Firmian. lib. 2. cap. 14. & ait: *Hi, ut dico, ſpiritus contaminati, ac perditi, per omnem terram vagantur, & ſolatium perditionis ſuæ perdendis hominibus operantur. Itaque omnia inſidiis, fraudibus dolis, erroribus complent*: & tam crudeli odio in homines feruntur, ut nunquam ab hoc deſiſtant. Ter tentato Chriſto Domino à Satana ſcribit D. Lucas 4. n. 13. *Et conſummata omni tentatione, Diabolus receſſit ab eo, uſque ad tempus*: ac ſi poſt conſummatam omnem tentationem adhuc teneret, nunquam enim in tentando ſatiatur, & quieſcit. Perbellè Tertullianus lib. de Pœnit. ſic loquitur: *Diabolus tunc maximè ſævit, cùm hominem planè ſentit liberum. Tunc plurimùm accenditur, cum extinguitur.* O infernalem phœnicem de ſuis cineribus prodigioſè redivivum. Superatur inimicus, inde excutitur ſcintilla ad majorem flammarum fornacem; & illum, quem putabas extinctum, tunc plurimùm ad tentandum, *accenditur; dum extinguitur.*

D. Ciprian. Minutius. Lactant.

Luc. 4.

*Diabolus tunc maxime accenditur ad tentandum, dum extinguitur.*

Tertull.

12. Quartò. *Dicitur inimicus homo, qui ſub ſimilitudine humanæ rationis decipit*: Dum tentat, ut in affectus humanos ſeſe transformat: ut meliùs, ac faciliùs valeat decipere, venenum

venenum auro proponit ad bibendum, & malum tegit bono colore. Cùm Diabolus tetendit inſidias ad Hevam decipiendam, ait illi, Geneſ.3. n.1. *Cur precepit vobis Deus?* & iterum, n.5. *Scit enim Deus, quòd in quocumque die comederitis.* Et Diabolus impudicè multas blaſphemias conjicit in Deum s multaque injurioſa nomina extorquet in eum, ut patet totius malignitatis: cur modo tam honeſta, ac reverenti voce loquitur, ut ſemper eum dicat, ac Deum appellet, & proinde Dominum ſupremum fateatur, cùm ad decipiendum hoc negare aptius videbatur; tamen ſemper Deum dicit, ut hac honeſtâ, & benignâ voce objectâ, promptiùs in errorem, ac perditionem induceret: D.Athanaſ. orat. 1, contra Arianos, ſic ait: *Hevam decipit, non ſua loquens, ſed Dei verba aſſimilans, verborum ſententiam refringens*, &c.

Geneſ.3.

*Fraudem ſuam Diabolus tegit modeſto verbo.*

D.Athan.

---

## Quæstio IV.

### *Quæro Paterfamilias vetat colligere zizania, ne forte ſimul eradicetur triticum?*

13\. Videntes boni ſervi zizaniam exortam, ab hero poſtulant facultatem eam evellendi, quam conſtanter Dominus renuit, optimam rationem ſubjungens: *Ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum:* & ideo ſinite utraque creſcere uſque ad meſſem, & tempore meſſis dicam meſſoribus: *Colligite primùm zizania, & alligate ea in faſciculos*, &c. Quam facultatem tractavi citato cap 27. q.11. 12. 13. & 14. Adde.

*Difficultas quæſtionis.*

14\. Primò, D. Auguſtin. lib. quæſtionum Evangelic. in Matth. cap.12, ſic ait: *Alligate ea in faſciculos ad comburendum. Quæri enim poteſt, cur non unum faſcem, aut unum acervum zizaniorum fieri dixerit, niſi forte propter varietatem hæreticorum* (idem poteſt dici de reliquis errantibus) *non ſolùm à tritico, ſed etiam à ſeipſis diſcrepantium. Ipſas uniuſcujuſque hæreſes, in quibus ſigillatim ſua communione disjuncti ſunt, nomine faſciculorum deſignavit, ut etiam incipiant alligari ad comburendum, cum à Catholica communione ſegregati ſuas proprias Eccleſias habere cœperint, ut combuſtio eorum ſit in fine ſæculi, non alligatio faſciculorum*, Multa præclara, & magna docet ſanctus Doctor: Triticum congregatur in unum horreum, zizania autem in multos faſciculos alligatur: Triticum fideles, nempe in uno horreo, in una fide, ac Eccleſia Catholica coadunantur: At zizania hæreticorum in multos faſciculos, ac errores, & dogmata colliguntur, & inde diſperguntur, ac dividuntur inter ſe maximè, ut etiam inter ſemetipſos multùm ſint diviſi, ac contrarii: *propter varietatem hæreticorum, non ſolùm à tritico, ſed etiam à ſeipſis diſcrepantium.*

D. Aug.

*Fides Catholica unum dogma, hæreticorum diviſa inter ſe doctrina.*

15\. Secundò: altiùs expendamus illa verba: *Ut combuſtio eorum ſit in fine ſæculi, non alligatio faſciculorum:* Impii, ac iniqui in hoc ſæculo congregantur in faſciculos ſuarum iniquitatum, ut poſtea in futuro ſæculo comburantur gehennali incendio: hîc comparatur malitia, ut fomentum æterni ignis, Confœderata malitia æternæ damnationis omen eſt, & æternum incendium infauſtè auguratur.

16\. Tertiò: Rabbanus ait: *Quando ſubjungit, ſinite utraque creſcere uſque ad meſſem: commendavit longanimitatem. Ad ultimum juſtitiam, cum dixit: Alligate in faſciculos ad comburendum:* Maximè commendatur Domini patientia; nam cùm apparuit zizania, & cœpit creſcere, non ſtatim Dominus eradicari mandavit; ſed ſuſtinuit in multa longanimitate, an depoſita zizaniæ malitia fieret triticum, cum verò nulla fuiſſet ſpes melioris conditionis: *Ad ultimum juſtitiam, cùm dixit: alligate in faſciculos ad comburendum:* & ita pro temporis differentia, ſit in Prælato longanimitas, vel juſtitia, ſi detur ſpes emendationis, vel ſi nulla expectetur.

Rabban.

*Pro diverſo ſtatu ſit in Prælato longanimitas, vel juſtitia.*

17\. Quartò: Aliter ſic deſumo ex mente D. Auguſtini, vel Rabbani: quamdiu zizania erat diſperſa inter triticum, ſuſtinuit in multa longanimitate, nec in incendium eam præcipit conjici; at verò cùm alligatur, ad flammam mandatur. *Alligate in faſciculos ad comburendum:* ecce divinæ juſtitiæ præclarum elogium, etſi malos, quamdiu diviſi ſunt, ſuſtineat, at verò ſi in fauſtâ concordiâ uniantur, anhelantibus flammis traduntur.

D. Aug. Rabban.

*Colligatio iniquorum maxime deſtruenda.*

18\. De iniquis, ac damnatis loquens. Nahum cap.1. num.10. ait: *Quia ſicut ſpinæ ſe invicem complectuntur. ſic convivium eorum pariter potantium, conſumetur quaſi ſtipula ariditate plena.* Solent iniqui, ac depravati homines ad menſam, pocula, ac cibos convenire, ut inde in turpia facilè præcipitentur; tamen eorum colligatio cum ſpinis confertur: *Sicut ſpinæ ſe invicem complectuntur:* Cur potiùs non comparantur cum liliis, roſis, vel aliis floribus odoriferis colligatis, quæ maximè ad delicias inter convivia, & pocula inſerviunt, & ſuâ pulchritudine mirificè delectant; & ideo ad hoc mirifice in faſciculos componuntur: At ſpinæ ad hoc colliguntur, & in faſciculos diſtribuuntur, ut promptiùs igni inſerviant, ignique dentur; ſicque, qui ad perniciem, ac nequitiam colligantur, ad ignem, ac extremum ſupplicium properant. Divus Hieronymus ad hunc locum ſic ait: [ Pulchrè exercitus eorum multitudinem ebriorum convivio comparavit, & ipſum convivium non roſarum, non liliorum, dixit eſſe, non florum; ſed ſimile ſpinarum ſe invicem complectentium, quæ ſemper tradantur igni, & quaſi ſtipula ariditate plena levi comburuntur ardore. ]

Nahum.1.

*In peccatores colligatos citius ſupplicium volat.*

D.Hier.

---

## Granum Sinapis.

## Quæstio V.

### *Quare granum ſinapis, cùm ſit omnium minimum, creſcens tamen majus eſt omnibus oleribus?*

19\. Ait Chriſtus Dominus in præſenti, n.31. *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod*



*quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus; cum autem creverit, majus eſt omnibus oleribus.* Quod eſt explicatum tom.3. in Evangel. capite 28. per decem quæſtiones. Hoc autem granum ſinapis, ut volunt D. Chryſoſtomus, & D. Paſchaſ. eſt Eccleſia, præſertim primitiva, numero parva, ſanctitate maxima, vel, ut docet D. Auguſt. eſt Fides Chriſtiana: aut potius, ut cenſent D. Hieron. D.Ambroſ. Beda, D.Thom. Doctrina Evangelica, ſeu evangelium; ſeu, ut interpretatur Simon Junior Theolog. Divina gratia; ſeu, ut tenet Cardinalis Hugo, Charitas ſignificatur; ſeu, ut interpretatur Palatius, Chriſti fideles, ejuſque ſervi, ut latè retuli citato cap 28. quæſt.1. & ibi per ſex primas quæſtiones hanc rem latè explicavi. Nunc adde.

D.Chryſ. D. Auguſt. D.Paſchaſ. D.Hieron. D.Ambr. Beda. D.Thom. Simon Jun. Hugo. Palatius.

20\. Primò: Iterum hic repetam verba ibi data, q.1. n.9. D.Auguſt. ſerm.31. de Sanctis, qui eſt de S.Laurentio. Ubi ait: *Granum ſinapis magnum eſt, non ſpecie, ſed virtute. Primâ fronte ſpeciei ſuæ parvum eſt, vile, deſpectum, non ſaporem præſtans, non odorem circumferens, non indicans ſuavitatem; at ubi teritur, ſtatim odorem ſuum fundit: acrimoniam exhibet cibum flammei ſaporis exhalat, &c.* Granum ſinapis aſpectui objectum, parvum, inutile, ac contemptibile videtur; tamen habet in ſe naturam, ac virtutem, ut in magnos, ſaporiferos, ac odoriferos effectus prodeat; & quæ parva videntur, ſi habeant vim, ac efficaciam ut creſcant, & producant magna, in multa æſtimatione habenda, & in magno pretio reputanda: *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti.* Gen.1. n.16. Grandem quæſtionem ibi excitant Interpretes cum Magno Auguſtino: An Luna creata fuerit in principio ſui incrementi, quando vulgariter luna nova dicitur, an potius plena, tota ſua luce ſplendens, ut luceat per noctem? Deus enim omnia in ſua conſummata perfectione creavit? quæſtionem indeciſam pro utraque parte relinquit D. Auguſtin. & ſubdit: *Ego autem neutrum aſſeram; ſed planè dicam, ſive primam, ſive plenam lunam Deus fecerit, feciſſe perfectam. Ipſarum enim naturarum eſt Deus Author, & creator. Omnis autem res, quidquid progreſſu naturali per tempora congrua quodammodo prodit, atque explicat, etiam antè continebat occultum, etſi non ſpecie, vel mole corporis ſui, tamen ratione naturæ.* Præclariſſimè Auguſtinus, etſi prima luna recenter formata, & parvula, tenuiter, ac modicè ſubluceat, tamen totam ſuam plenitudinem, ac lucendi poſtmodùm magnitudinem, ſuo progreſſu ac curſu explicat, & oſtendit; & ideo illa tenuitas, ac exiguitas lucendi in exordio, non imperfectionem arguit, cùm cenſim ad conſummatam lucendi perfectionem, ac plenitudinem currat, paulatimque eam explicat, & oſtendit.

D.Auguſt.

D.Auguſt.

*Res etſi parva videatur ſi augmentum habet vim, ut perfecta æſtimanda.*

21\. Secundò: *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis:* Quod ſcilicet ad condimentum ſatis eſt modicum; at verò ſi multum, corrumpit & deſtruit. D. Chryſolog. ſermon.25. & ait: *Amarat enim nimietas, quod menſura erudire poteſt:* perfecta enim menſura, & modus in omnibus eſt habendus. Erat Hebræus in ergaſtulo Babylonico; quem abduxerat è Jeroſolymis Nabuchodonoſor, premebatque ſupra modum Balthaſar Nepos, apud Daniel.5. n.19. & 25. Inde Chaldæus juſto Dei judicio puniendus fuit, ne Hebræum puniret ſine modo. Regem bilance Deus appendit; annis expletis, quos Hebræus exegerat patientiâ rerum acerbiſſimarum; tunc ſic Vates legit ſcripturam coram Rege apparentem: *Mane, Thecel, Phares*, &c. quod vertit. *Numeravit, appendit, ac diviſit*, &c. Judex ſcilicet hominum; & ad quid, quando Balthaſar puniendus, oſtenditur ei fuiſſe appenſum, ut inde deprehendatur, quantum ſit diſcrimen inter optimum gubernatorem, ac iniquum; inter rectum judicem, ac perverſum: Deus ut optimus gubernator tempora, & ſingula appendit cum menſura, & pondere, tam in puniendo regem quàm in condonanda libertate populi: Tyrannus verò Rex inde deliquerat, quia cum multa nimietate omnem modum exceſſerat: At Deus ſupremus judex cuncta per menſuram diſponit. Rupert. lib.7. de Victoria; cap. 3. *Menſus eſt*, inquit, *tempora ejuſdem Regis, ut tantum, vel tandiu ſubjiceret, ac cæderet.* De quo alia tom.2. in Apocalypſ. cap. 22. quæſtio 21.

D.Chryſol.



Daniel.5.

*Cuncta, ut rectè ſiant, debent diſponi menſurâ, & modo.*

Rupertus.

22\. Tertiò: Granum ſinapis, ut alia condire, ac ſaporare valeat, priùs debet conteri, præparari, ac aptari, & tunc ſuos effectus ad condimenta explicat: ſic & Prædicator, ac Doctor, ut alios ſua doctrinâ condire poſſit, in eiſque ſalutis fructum edere, prius debet ſe omnino præparare ac diſponere, omneſque imperfectiones à ſe abjiceret, eaſque conterere. Hinc David vehementer Deum deprecatur: *Libera me de ſanguinibus. Deus, Deus ſalutis meæ, & exaltabit lingua mea juſtitiam tuam:* Pſalm.50. num.16. Ubi David, exoptat ſe à ſuis culpis, ac imperfectionibus ſanguineis expurgari; & ideo non ait, Deus Deus meus, ſed *Deus ſalutis meæ:* ab ipſo enim poſtulat integram, ac conſummatam ſalutem, abſque aliquo levi inquinamento: & tunc *exaltabit lingua mea juſtitiam tuam*, cum mundatus fuero ab omni ſanguinis inquinamento, & in omni ſalute conſummatus, lingua mea prædicabit tuam juſtitiam, legem, ac mandata. Inde ipſemet Propheta ſuum deſiderium exponit: *ſicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum:* Pſalm.61. numero 6. Valde prudenter prius ſe repleri bene vivendo exoptat, priuſquam in alios bene monendo exeat: ex quo admonet D. Bernardus ſerm. 18. in Cantica, dum ait: *Quod tuum eſt, ſpargis, & perdis, ſi priuſquam infundaris tu totus, ſemiplenus feſtines effundere. Quamobrem ſi ſapis, concham te exhibebis, & non canalem. Hic ſiquidem penè ſimul, & recipit, & refundit: illa verò, donec impleatur, expectat: ſicque quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat.*

Pſalm.50.

Pſalm.61.

*Prædicator prius ſeipſum repleat, doctrinâ, quàm in alios infundas.*

D.Bern.

23\. Dupliciter Moïſes accepit tabulas legis à Deo: primas tabulas à Deo datas in cacumine montis Sinaï, ad radices illius confregit. Exod. 32. n.19. Poſteriores verò populo tradidit ad obſervandum, & in arca fœderis ad diuturnam memoriam conſervandas repoſuit. Quænam tantæ rei diſcriminis ratio. Priores tabulæ digito Dei fuerunt ſcriptæ: *Duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei.* Exod.31. n.18. Poſteriores verò digito, ac manu ipſius Moïſis. *Dixit Dominus ad Moïſen: Scribe tibi verba hæc, quibus tecum, & cum Iſraël pepigi fœdus.* Exod.34. n.27.

Exod.32. Exod.31. Exod 34.

*Prædicator non tantum habeat Dei verbum ſed etiam ſuâ operationem.*

ut ex his fiat manifeſtum, illam doctrinam eſſe tradendam à Doctore, ac Prædicatore; ac ab auditoribus retinendam quæ non ſolùm ſit opus Dei, ac illius verbum, ſed etiam ſit opus hominis, illiuſque manu ac opere adimpleta, quæ non ſolùm ſit ab ipſo Deo imperante, ſed etiam

D. Auguſt. ab ipſo prædicatore operante, ac manibus exequente. Hoc ſignificare videtur D. Auguſtinus q.166. in Exodum, ubi ait: *In illis prioribus tabulis vetus teſtamentum ſignificatum eſt, quia Deus ibi præcepit, ſed homo non fecit. In ſecundis autem tabulis, homo per adjutorium Dei tabulas fecit, atque ſcripſit: Quia novi teſtamenti charitas legem fecit*: Primæ tabulæ franguntur, non dantur populo: *Quia Deus ibi præcepit, ſed homo non fecit*: ſecundæ tabulæ conſervantur, & dantur univerſo Iſraëli ad obſervandum. *In ſecundis autem tabulis homo per adjutorium Dei tabulas fecit, atque ſcripſit.*

---

## Theſaurus abſconditus.

### Quæstio VI.

### *Quare regnum cælorum comparatur Theſauro abſcondito, qui inventus ab homine iterum abſconditur.*

24. *Quid ſit iſte Theſaurus.*

AIt Chriſtus D. in præſenti hoc cap. 13. n. 44. *Simile eſt regnum Cælorum theſauro abſcondito in agro, quem cùm invenit homo abſcondit & præ gaudio illius, vadit, & vendit univerſa quæ habet, & emit agrum illum*: Quod Evangelium eſt explicatum tomo 3. cap. 29. per viginti quæſtiones. Qui Theſaurus, ut interpretatur D. Chryſoſtom. D. Ambroſ. eſt Fides Catholica, ſeu Evangelium. D. Auguſtin. D. Hieronym. ſacram Scripturam. D. Irenæus, D. Athanaſius: Dei Verbum in carne abſconditum. D. Paſchaſius, Chriſtum in Sacramento Altaris. D. Damaſcenus, exponit ſacratiſſimam Virginem Mariam, in qua tanquam in theſauro, ſunt omnes virtutes, ac dona cœleſtia, quæ à nobis non poſſunt exponi. D. Gregor. Cœleſtium deſiderium, D. Hilarius, cœleſtia dona, ſeu gratiam: alii cenſent eſſe conſummationem virtutum, quæ ducit ad Cœlum; quas ſententias retuli citato c.29. q.1. ibi multa per ſex quæſtiones dixi de hoc Theſauro abſcondito. Adde.

D. Chryſ. D. Ambr. D. Auguſt. D. Irenæus. D. Athanaſ. D. Damaſc. D. Gregro. D. Hilarius

25. Primò dicitur: *Simile eſt regnum Cælorum theſauro abſcondito, quem cùm invenit homo abſcondit*: ſi theſaurus iſte, nempe virtus Evangelica, erat *abſconditus*, ad quid neceſſe fuit iterum illum abſcondere? ſuperfluum ſane eſt iterum abſcondere, quod bene abſconditum eſt. Altè tamen perveſtigandum eſt, quod theſaurus evangelicæ perfectionis, ac virtutis, non ſolum eſt abſcondendus ab illis, ne forte illum ſubripiant; & deprædentur; ſed etiam à ſemetipſo debet homo abſcondere, ne merita ſua agnoſcens, conſcientiam ſuam multum appendat, & inde totus aliquâ gloriolâ evaneſcat. Opportunè D. Bernardus ſermon. in Pſalm. 90. ſic habet: *Neceſſe igitur eſt, abſcondere interim, ſi quid habemus boni; quoniam Theſaurum regni cœlorum, quem invenit homo abſcondit.... Neceſſaria ergo eſt hæc abſconſio, non ſolum ante oculos aliorum ſed etiam multo magis ante ſeipſum*: Theſaurus iſte cœleſtis abſconditus erat; inveniens homo iterum illum abſcondit, dupliciterque inde abſconditus dicitur, tum ab illis, tum a ſemetipſo habendus eſt, & quamvis omne opus morale fiat prævia cognitione; tamen ſic eſt videndum à te; ut illud non videas, ne corrumpatur tuâ æſtimatione; fac te neſcire, quod à tuis oculis debet eſſe abſconditum: *neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua*. Matth.6.n.3.

D. Bernard. — *Theſaurus boni operis abſcondendus eſt: etiam à ſemetipſo.* — Matth.6.

26. Pſalm.118. Ait Regius Vates Pſal. 118. n.10. *In corde meo abſcondit eloquia tua, ut non peccem tibi*: ne aliquod leve peccatum committerem contra te, *in corde meo abſcondi eloquia tua*: ſeu ut habet Caldaicus, *Mandata tua*: à me, nempe, cuſtodita, & impleta, & non ait tantum, *abſcondi eloquia tua*: ſed exprimit *in corde meo*; quia non ſolùm ea abſcondebat ab aliorum oculis, ſed etiam à ſuiſmetipſis? nam quod eſt in corde, ab oculis noſtris non videtur, ut ita ejus bona opera eſſent cuſtodita, ne ab aliqua vana aura ſubriperentur. D. Baſilius relatus in Gloſſa. *Qui terrenas divitias poſſidet, non ſinit eas eſſe quibuſvis expoſitas, ſed interioribus penetralibus abdit, quò furum manus effugiant: ita qui ſpirituales divitias habet, in animo ſuo illas abſcondet, ne hæ per inanem gloriam animarum deperditæ fiant.*

Caldaicus. — *Virtus à tuis oculis abſcondenda.* — D. Baſil.

27. Secundò: maximè notatu dignum eſt, quod inventus theſaurus optatiſſimus, præ gaudio illius non quieſcit homo cum illius poſſeſſione, ſed abit, & emit agrum illum in quo theſaurus extabat abſconditus: theſaurus jam erat hominis; nam res inventa eſt illius, qui eam invenit; ac proinde cùm theſaurus eſſet inventus ab homine; jam illius erat; ad quid ergo homo facit expenſas in comparanda jam re ſua? D. Gregorius homil. 11. in Evangelia ait: *Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro, quem cum invenit homo, vadit, & vendit, &c. In præſenti etiam vita quaſi in via ſumus, quâ ad patriam pergimus.* Quamdiu ſumus in hac via, quamvis nobis videatur jam nos inveniſſe cœleſtem theſaurum, Chriſtum Dominum, ejuſque gratiam, quæ eſt ſemen æternæ vitæ, non eſt quieſcendum in tali poſſeſſione, ſed magis, ac magis valde ſolicitè à nobis eſt negotianda, ac comparanda, & novo meritorum pretio à nobis eſt emenda, ac procuranda: & tam ſolertes debemus eſſe in hac negotiatione, ut quantò magis de illa habuerimus, tanto ulterius eam invenire quæramus.

D. Gregor. — *Theſaurus virtutum etſi videatur comparatus, magis eſt acquirendus.*

28. Si magnâ conſideratione perlegas totum Canticorum librum, facile in toto illo deprehendes, quàm vehementi affectu inceſſanter Anima Sancta ſuum dilectum ſponſum Chriſtum deſiderabat, quærebat, ac inveſtigabat. Canticor. 1. num. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui*: ideſt, de ore ad os, de vultu ad vultum mecum loquar, ibidem n.6. *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi cubes, ubi paſcas*, & c.3. n.1. ait: *In lectulo meo per noctes quæſivi quem diligit anima mea, quæſivi illum, & non inveni.* Et ſtatim num. 2. *Per vicos, & plateas quæſivi, quem diligit anima mea, quæſivi illum; & non inveni.* Tandem ibid. n.4. ait: *Inveni, quem diligit*

Cantic.1. — Cantic.3.



*anima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ*: Cùm hæc legiſſem, exiſtimabam ex tanto ejus affectu, quod nunquam deinceps eum dimitteret, nec amplius tanta ſolicitudine quæreret, imò & periculo eorum, qui cuſtodiunt civitatem, qui percuſſerunt, & vulneraverunt eam, tamen ſtatim video, quòd ipſa dilectrix multo cogitatu ſuum Divinum Sponſum perquirat, cap.5 n.6. *Quæſivi, & non inveni illum, vocavi, & non reſpondit mihi*: & ſtatim juramento interpoſito: *Adjuro vos, filiæ Jeruſalem, ſi inveneritis dilectum meum, ut annuncietis ei, quia amore langueo*: quæ etiam reſpondent ibid. n. 17. *Quo abiit dilectus tuus.... & quæremus eum tecum*, ſi eum aliquando ſecum tenuit, quomodo permiſit, ut ex manibus ejus exiret, ut inde tanto labore, vigilantia, ac periculo inveſtigaret? Opportunè D. Auguſtinus lib. 15. de Trinitat. cap. 2. ait: *Intellectus Deum, quem invenit, adhuc quærit: Deus enim reſpexit ſuper filios hominum, ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum*: Anima Sancta ſuum dilectum jam invenerat, eumque ſemper ſecum habebat; tamen quærit, ut plus eum teneat. Qui enim invenit Chriſtum, non quieſcit, ſed adhuc quærit, ut magis, ac magis eum inveniat. Qui Chriſtum poſſidet, non ſiſtit ibi, ſed valde ſedulò feſtinat, & ſatagit, ut eum plus poſſideat, ejuſque præſentiâ gaudeat & fruatur. *Intellectus Deum, quem invenit, adhuc quærit.*

Cantic.5. — D. Auguſt. — *Qui Chriſtum invenit, adhuc quærit, ut magis inveniat.* — Pſal.13.n.2.

29. Eccleſ.24. Æterna Sapientia cum virtutem ſtudioſis loquitur per Salomonem; Eccleſiaſt. 24. n.9. *Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient.* Res mira! Cibus generat famem, & potus in ſano palato ſitim. Deus ipſe eſt cibus & potus iſte Divinus, qui ita ſatiat, ac reficit animam, ut inde vehementem excitet eſuriem, ac ſitim accenſam ipſum quærendi, ac tenendi. D. Macharius Ægyptius Diſcipulus D. Antonii, qui floruit anno Chriſti 370. hom. 10. loquens de viris Sanctis, ait: *Quantò magis abundant donis ſpiritualibus, tanto vehementius, & ſine ſatietate deſiderii cœleſtis, inquirunt; quantoque magis ſpiritualem profectum in ſe ſenſerint, tanto plus eſuriunt, ac ſitiunt participationem, & augmentum gratiæ: & quanto ſpiritualiter locupletiores ſunt, tantò ſe pauperiores exiſtimant: & abſque ſatietate ſpirituali deſiderio feruntur erga Sponſum cœleſtem ut ait Scriptura. Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient*: Eſuries, & ſitis comparantur à ſedulo ſtudio Deum quærendi, & quamvis mens, Deo invento, exultet, maxime inde excitatur ad magis, ac magis Deum quærendum. *Quantò ſpiritualiter locupletiores ſunt, tantò ſe pauperiores exiſtimant.* Quanto locupletiores Chriſti præſentia, tanto ſe pauperiores putant, ut magis eum quærant. Vide multa in quolibet tomo noſtro, verb. *Virtus.*

D. Machar. — *Qui invenit Chriſtum adhuc eſurit ut magis quærat.*

---

### Quæstio VII.

### *Quare invento theſauro, homo emit agrum?*

30. INvento theſauro, *homo præ gaudio illius, vadit, & vendit univerſa; quæ habet, & emit agrum illum.* Cujus rei jam dedi rationem ſuperiori quæſtione; ut nempe magis, ac magis habeat Theſaurum, ſcilicet Chriſtum Dominum. Aliqua dicamus modò ad gloriam Beatæ Virginis Mariæ.

31. Hugo. Theſaurus ille eſt Chriſtus; ager verò eſt Sanctiſſima Virgo Maria. Cardinalis Hugo: *ſimile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro; theſaurus Chriſtus, ager caro ejus*: ſeu Deipara Virgo, quæ frequenter à Sanctis Patribus ager appellatur D. Epiphanius ſerm. de Laudibus Deiparæ ait: *Ipſa eſt ager minime cultus*: & Andreas Cretenſis oratione de Annuntiatione: *Salve Dei ager ampliſſime, quem nullus alius locus, niſi tu ſola comprehendere poteſt.* Hic bene fortunatus homo qui theſaurum invenit, ſcilicet Chriſtum: præ gaudio acquirendi ipſum theſaurum, vendit omnia, quæ habet ad agrum comparandum; cur non potius eſt ſolicitus de theſauro, quem omni affectu expetit, ſed de tanto comparando cogitat agro? Optimè ſciebat ille, quod ut in hac vita teneat cœleſtem theſaurum Chriſtum per gratiam, & in cœlo per gloriam, debebat exambire ſacratiſſimam Virginem, ut ejus interventu faciliter ac feliciter Chriſtum poſſideret, ad ipſumque haberet aditum.

*Chriſtus theſaurus Deipara ager.* — D. Epiph. — Andr. Cret.

32. De celeberrimâ Davidis turri, decantatiſſimâ Virginis Mariæ figurâ, ſcribit Salomon Cantic.4.n.4. *Turris David quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clyplei pendent ex ea, omnis armatura fortium*: nulla hic ad feriendum arma, plurima ad protegendum bellatricem turrim: non circundant gladii, lanceæ, ſagittæ, ſed clypei ad tutamen, & munimen. D. Ambroſ. ſerm.4. in Pſal.118. legit: *Mille oſtia pendent ex ea*: per Deiparam mille aditus nobis patent ad filium ejus Jesum-Christum, ut ad ipſum accedamus, eumque teneamus.

Cantic.4. — D Ambroſ. — *Virgo protegens facit aditum ad filium.*

33. Geneſ.28.n.12. habetur, Jacob *vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum; Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam*: Hæc autem viſio oſtenditur Jacob, ut ipſe inde excitaretur ad aſcendendum per ſcalam; ſed quomodo tali viſione ipſe ad iter agendum per ſcalam invitatur; nam qui aſcendunt, & deſcendunt, non ſunt homines terreni? ſed Angeli cœleſtes. Ipſe autem non eſt Angelus, ſed homo pulvere formatus. Unde ergo ipſe provocatur ad aſcenſum? Unde ergo erat illi fiducia ad talem gradum? Scala illa, ut ait D. Damaſcenus Orat. de nativit. *Maria ſpiritualis ſcala, hoc eſt Virgo in terra formata eſt*, &c. Scala eſt Deipara Virgo, ipſa manifeſtiſſimè eſt patens Angelis, & hominibus, ut omnes per eam aſcendant, & currant ad eum, qui innititur ſummitati ſcalæ. D. Zeno lib.2 ſerm.8. ait, *Dubium non eſt, unum eſſe iter aëris culminis, Angelis lucis, & hominibus juſtis*: per Mariam ſcilicet virginem.

Geneſ.28. — *Per Deiparam omnes habemus aditum ad Deum.* — D. Damaſc. — D. Zeno.

34. De hac Sanctiſſima Virgine ait Eccleſiaſticus cap.24. n. 25. *In me gratia omnis viæ, & veritatis: in me omnis ſpes vitæ, & virtutis*: Pro *Virtutis*: legit Tygurina, *Præſidii*, alii, *Vigoris, & roboris*: ab hac Sanctiſſima Deipara omne præſidium, ante robur, omniſque vigor ad ſalutem profluit, & dimanat, & ait: *in me gratia viæ, & virtutis.* Explicat Lyra, *in me gratioſa*; jucunda, ſuavis, ac delectabilis via quæ ducit ad veritatem, ut explicat Palatius: in ipſa

Eccl.24. — Tygurina. Alia lectio. — *Deipara noſtrum præſidium & robur.* — Lyra. — Palatius.

tanquam in Theſauro poſuit Deus omnes gratias, ut in omnes diffundat. Nam, ut ait D. Bernardus ſæpè à me citatus: *Totum nos habere voluit per Mariam*: Albertus Magn. homilia ſuper *Miſſus eſt*, ac ait: *Congregationes aquarum vocavit Deus Maria: locus autem omnium gratiarum vocatur Maria.* Et ſicut à mari omnia flumina exeunt, ſic & à Maria, pro ejus interventu, omnes gratiæ in omnes derivantur, tanta ergo abundantia gratiarum ipſa eſt via, quæ nos ducit ad veritatem filium ejus Jeſum Chriſtum. Et ſubdit: *In me omnis ſpes viæ, & virtutis*: cum ipſa ſit gratioſa via ad veritatem, in ipſa eſt omnis ſpes noſtra ut ad veritatem perveniamus. Quocirca ait D. Ephrem Orat. de Laudibus Virginis. Ipſa vocatur *Spes deſperantium, peccantium adjutrix, mundi ſolatium, porta cœlorum.*

*Deipara via gratiarum, quas in omnes effundit.* Alb. Magn.

D. Ephr.

## Sagena miſſa in mare.

## Quæstio VIII.

### *Quare in hac ſagena tanta ſit diſcretio bonorum à malis, & unde inveſtiganda?*

35\. Textus. IN præſenti ait Chriſtus D. n. 47. *Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare ex omni genere piſcium congreganti, quam cum impleta eſſet educentes, & ſecus littus ſedentes elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autem foras miſerunt.* Quod eſt explicatum tom. 3. cap. 29. q. 14. 15. 16. per ſagenam hic ſignificatur, vel Eccleſia Sancta Dei, vel Fides Catholica, ut latè ibi dixi q. 14. Adde.

36\. Elias Cret. Primò: Elias Cretenſis orat. 9. Nazianzen. & ait: *Piſcatores ſunt Apoſtoli, qui homines piſcantur; ſagena & retia prædicatio, & Apoſtolica doctrina. Piſces, mundus, quem Apoſtoli ſuis retibus implicuerunt, ut eos, qui in maris hujus vitæ fluctibus natabant, ex erroris, & vitii gurgite in altum extraherent, & ſummo regi Chriſto offerrent.* Apoſtoli veluti piſcatores, ſua prædicatione, tanquam efficaciſſimo reti, ex profundo vitiorum pelago deploratiſſimos peccatores extraxerunt, qui & Chriſto ſunt inſerti, ac copulati. In primo rerum molimine, *dixit Deus, producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram*: Gen. 1. n. 20. Ecce ex eiſdem aquis producuntur reptilia in fœtido luto immerſa, quæ ibi reptant; & degunt; ex eiſdemque aquis producuntur volucres, quæ in ſublime & in altum volant; etſi in hoc mundo multi reperiantur ſuâ iniquitate in multa turpitudine peccatorum detenti, inde etiam naſcuntur velites animæ, nempe juſtorum, qui gratiâ Dei ad ſuperna volant. Enchir. lib. 1. Geneſ. c. 6. & ait: *Quinta die facta ſunt in aquis reptilia animarum vivarum, & volatilia, id eſt ſanctæ animæ ad ſuperna volantes.* De profundo vitiorum abyſſo comparat Divina gratia cœleſtes cives.

*De profundo vitiorum abyſſo producit Divina gratia cœleſtes cives.*

Geneſ. 1. Enchir.

37\. Secundò: *Collegerunt bonos in vaſa ſua: malos autem foras miſerunt.* In hoc nempe temporali Cœlorum regno, quod eſt Eccleſia Dei, boni, & mali ſimul ſunt commixti, ac Congregati mali, & boni; ſed veniet excuſſio retium, veniet diſcretionis hora, in qua boni, & mali recipient prout egerunt. D. Petrus Chryſologus ſerm. 47. *Adveniet*, ait, *iſta diſcretio ſuperna, quæ dat malos pœnis, bonos rapit ad honorem, electos omnes de contumeliâ exiguâ, perpetuâ gloriâ conſolatur.*

*Divina Sapientia facit diſcretionem inter bonos, & malos.* D. Chryſol.

38\. Sunt ergo in hoc mundo peccatores tanquam piſces, qui habent pennas, & evolant ad vitam, & ſunt, & qui cœno adhærentes, æternis manent tenebris deputati. Unde cavebat Deus Levit. 11. n. 9. *Omne, quod habet pinnulas, & ſquamas, tam in mari, quàm in fluminibus, & ſtagnis, comedetis. Quidquid autem pinnulas, aut ſquamas non habet, eorum quæ in aquis moventur, & vivunt, abominabile vobis, & execrandum erit*: Circa quæ pulchrè audiendus eſt D. Athanaſ. Sinaïta lib. 5. exam. in fine, ubi ita habet: *Piſces autem ſunt quidem peccatores in mari; & quidem conantur parva ex parte imitari volucres, ut qui pennas habeant, hoc eſt, ex parte pietatem. Unde etiam volant in aquis tanquam volucres.... Qui ſunt autem ex iis nequiores & plus habent materiæ, cùm non ſint ſquamati infernè, habent ortum ex cœnoſa materia, qui quidem nihil penitus habent bonorum operum, pigri, & deſides; & difficile ſe moventes, facile capiuntur ad mortem.* Ecce hîc ponuntur ſigna, quibus innuantur peccatores pertinentes ad vitam, vel ad mortem; qui enim, licet ſint in profundo vitiorum mari, tamen in eis relucent aliquibus bonis operibus moralibus pietatis, miſericordiæ: hi habent alas, ut ex infimo ad ſuperna eleventur, *ut qui pennas habeant, hoc eſt, ex parte, pietatem*: ſunt etiam & alii, qui tanquam ſquamis induti habent generoſitatem, ac valorem ad magna, & præclara opera; hi etiam poſſunt inveniri apti, ut ad ſublimia evocentur, ut de Moyſe, & Paulo dixit D. Auguſtinus contra Fauſtum. *Ager fertilis inutilium herbarum repletus*: dum Moyſes percuſſit Ægyptium, & Paulus ibat anhelans, & ſpirans contra Chriſtianos: At verò, qui cœno vitiorum inhærentes plumbei ſunt ad opera bona facienda, in infimis manent ſemper: *Qui quidem nihil penitus habent bonorum operum, pigri, ac deſides, ac difficilè ſe moventes, & facilè capiuntur ad mortem.* Homines ignavi, ſegnes, & tardi, inutiles omnino ſunt, & ad nullum opus bonum inſerviunt. Epiſcopo Laodicææ Eccleſiæ dicitur Apocalypſ. 3. n. 15. & 16. *Scio opera tua, quia neque frigidus, neque calidus es; utinam frigidus eſſes, aut calidus. Sed quia tepidus, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo* Pro quo vide, quæ ibi dixi tom. 1. in Apoc. quæſt. 37. n. 321. 322. & quæſt. 39. n. 328. & 329.

Levit. 11.

D. Athanaſ. Sinaïta.

*Viri pii & generoſi, apti ad magna ignavi, inutiles.* D. Auguſt.

Apocal. 3.





## Quæstio IX.

### *Quarè hæc ſagena educitur non ex navibus, ſed ex littore, & non à ſtantibus, ſed à ſedentibus?*

39\. Textus. DIcitur in Textu, n. 48. Quod regnum cœlorum ſit ſimile *ſagenæ miſſæ in mare, & omni genere piſcium congreganti, quam cùm impleta eſſet, ſecus littus ſedentes elegerunt bonos in vaſa ſua*, &c. circa quæ tria quæro.

40\. Primò: cur hæc ſagena dicitur educta non à ſtantibus in naviculis: ut frequenter contingit, ſed ab ſtantibus in littore? Iſti educentes ſunt prædicatores, qui ut valeant educere bonos de vaſto vitiorum mari, debent eſſe extra illud, ab eoque ſeparari, & non in medio ejus immerſi: Cum magno myſterio, poſtquam Moyſes percuſſit Sehon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Baſan, tunc ſubdit Textus Deuteron. 1 n. 5. *Cœpit Moyſes explanare, & dicere: Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos ex Horeb.* Et cur modò, & non antea Moyſes legem explanat, ac declarat? Antea degebat per deſertum inter illos iniquos, ac perverſos Reges, & execrabiles idololatras; & ideo de ſacro eloquio non audet verba facere, niſi poſtquam illis extinctis valde extraneus, & ſeparatus ab eorum commercio. Ibi Gloſſa. *Notandum*, ait, *quod interfectis duobus Amorrhæorum Regibus, lex recapitulatur, & populus inſtruitur: quia remotis ſcandalis, & ſuperatis vitiorum turmis, competenter doctrinæ inſiſtitur, & fidei lumen dignè deſiderantibus aperitur. Debemus prius in nobis vitia occidere, & ſic mandata divina populis tradere.* Nota ultima verba, & vide ſuprà cap. 5. q. 2. n. 7. & in quolibet noſtro tomo, verbum *Prædicator*.

Deuter. 1.

*Prædicator priùs ſe expurget ab omni malo, & poſtea doceat.* Gloſſa.

41\. Secundò: ſagena dicitur educta à ſedentibus in littore: *ſecus littus ſedentes.* Cùm experientia notum ſit, quòd ſagena extrahatur à piſcatoribus ſtantibus, & non ſedentibus, ut ita majori niſu ſagenam extrahant; tamen ſagena hæc educitur à ſecus littus ſedentibus: per hos piſcatores ſedentes denotantur prædicatores, quia ideo dicuntur ſedentes, quia multo ſtudio, & alta conſideratione debent præmeditari ea, quæ dicturi ſunt, & in populum, ac in publicum eructanda: & ideo hac de cauſa ſcribit D. Hieronymus ad Nepotianum epiſtol. 2. *Diſce, quod doceas*: & epiſtol. 4. ad Ruſticum Monach. ſic eum monet: *Diſcas, quod poſſis docere, ne prius magiſter ſis, quàm diſcipulus.*

*Prædicator profunde recogitat, quæ dicturus eſt.*

D. Hieron.

42\. Æthiops ille *Eunuchus potens Candacis Reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes gazas ejus... revertebatur ſedens ſuper currum ſuum, legenſque Iſaïam prophetam*: Actor 8. n. 27. Valde mirum ſanè; quod vir iſte multis, & magnis negotiis totius regni occupatus, & etiam labore iter agendi impeditus; tamen ab ſtudio Sacræ Scripturæ, illiuſque intelligentiæ non deſiſtebat; imò, ut obſervat D. Chryſoſt. homil. 19. in Acta, ſic ait: *Eo legebat tempore, quo Solis calor ferventior*; ac proinde meridiano tempore, in quo omnes homines ſolent quieſcere, ac labori ſuo ſuperſedere; ac ſi nullam horam putaret intempeſtivam ad ſcripturarum lectionem. Et unde in homine Æthiope tantum ſtudium, ac affectus ad illud? Deſtinabatur ipſe Prædicator gentilibus Æthiopiæ regni; & inde nullum prætermittebat tempus abſque ſtudio, meditatione, ac cogitatu eorum quæ dicenda, & aliis communicanda erant. D. Hieronymus epiſtol. 103. ad Paulinum: *Reliquit*, ait, *Aulam Regiam, & tantus amator legis, divinæque ſcientiæ fuit, ut etiam in vehiculo ſacras literas legeret.*

Actor. 8.

*Doctor magnum ſtudium Scripturæ habeat.* D. Chryſ.

D. Hieron.

43\. Ait Salomon Proverb. 24. n. 27. *Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, ut poſtea ædifices domum tuam*: Ad ædificandam domum, duo ſunt præmittenda, præparandum opus, ager diligenter excolendus, quæ moraliter interpretantur Patres de Doctore, ac Prædicatore: & primò dicitur: *Præpara foris opus tuum*: proprium opus hominis eſt juſtitiæ, virtutis, ac veritatis; & hoc non tantùm in interiori, ſed etiam foris, ut bono exemplo alios ædificet: *diligenter exerce agrum tuum*, nempe mentem tuam profundo ſtudio Scripturæ, & altâ rerum meditatione eorum quæ ſunt dicenda. *Et poſtea ædificabis domum tuam*, bonorum diſcipulorum, ac auditorum. Rabbi Salomon apud Lyranum ibi, ait, *Præpara foris opus tuum ſtudio Sacræ Scripturæ, & diligenter exerce agrum tuum videndo gloſſas Doctorum, ut poſtea ædifices domum tuam, hoc eſt, ut facias tibi diſcipulos per ſanam doctrinam; aliter eſſet ordo perverſus.* Qui magnam intendit extruere domum, magna, & profunda facit fundamenta ſic & Doctor, qui magnum diſcipulorum gymnaſium præparat ædificare, alta apponat fundamenta, virtutis, ſcientiæ, & meditationis rerum.

Prov. 24.

*Prædicator ſi vult adducere auditores ad Chriſtum, multis ſe præparet.* Lyran.

# CAPUT XIV.

1\. IN illo tempore audivit Herodes Tetrarcha famam Jesu: 2. Et ait pueris ſuis, Hic eſt Joannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo. 3. Herodes enim tenuit Joannem, & alligavit eum: & poſuit in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui. 4. Dicebat enim illi Joannes. Non licet tibi habere eam. 5. Et volens illum occidere, timuit populum: quia ſicut prophetam eum habebant. 6. Die autem natalis Herodis ſaltavit filia Herodiadis

diadis in medio : & placuit Herodi. 7. Unde cum juramento pollicitus eſt ei dare quodcumque poſtulaſſet ab eo. 8. At illa præmonita à matre ſua Da mihi, inquit, hic in diſco caput Joannis Baptiſtæ. 9. Et contriſtatus eſt Rex. Propter juramentum autem, & eos, qui pariter recumbebant. juſſit dari. 10. Miſitque, & decollavit Joannem in carcere. 11. Et allatum eſt caput ejus in diſco : & datum eſt puellæ, & attulit matri ſuæ. 12. Et accedentes diſcipuli ejus tulerunt corpus ejus : & ſepelierunt illud, & venientes nuntiaverunt Jeſu. 13. Quod cùm audiſſet Jeſus, ſeceſſit inde in navicula, in locum deſertum ſeorsùm : & cùm audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum pedeſtres de civitatibus. 14. Et exiens vidit turbam multam, & miſertus eſt eis, & curavit languidos eorum. 15. Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus dicentes : Deſertus eſt locus, & hora jam præteriit : dimitte turbas, ut euntes in caſtella emant ſibi eſcas. 16. Jeſus autem dixit eis, non habent neceſſe ire, date illis vos manducare. 17. Reſponderunt ei, non habemus hic niſi quinque panes, & duos piſces. 18. Qui ait eis : Afferte mihi illos huc. 19 Et cùm juſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum, acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis. 20. Et manducaverunt omnes, & ſaturati ſunt · & tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. 21. Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & parvulis 22. Et ſtatim compulit Jeſus diſcipulos aſcendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. 23. Et dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi. 24. Navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus; erat enim contrarius ventus. 25. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans ſuper mare. 26. Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes : Quia phantaſma eſt, & præ timore clamaverunt. 27. Statimque Jeſus locutus eſt eis dicens : Habete fiduciam : ego ſum, nolite timere. 28. Reſpondens autem Petrus dixit, Domine ſi tu es, jube ad te venire ſuper aquas. 29. At ipſe ait, Veni. Et deſcendens Petrus de navicula, ambulabat ſuper aquam, ut veniret ad Jeſum. 30. Videns veró ventum validum, timuit : & cùm cœpiſſet mergi, clamavit dicens, Domine ſalvum me fac. 31. Et continuò Jeſus extendens manum apprehendit eum, & ait illi : Modicæ fidei, quare dubitaſti. 32. Et cùm aſcendiſſent in naviculam, ceſſavit ventus. 33. Qui autem in navicula erant, venerunt, & adoraverunt eum dicentes. Verè Filius Dei es. 34. Et cùm transfretaſſent, venerunt in terram Geneſar. 35. Et cùm cognoviſſent eum viri loci illius, miſerunt in univerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes 36. Et rogabant eum ut vel fimbriam veſtimenti ejus tangerent ; & quicumque tetigerunt, ſalvi facti ſunt.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Decollatur Joannes Baptiſta ab Herode. Quod eſt explicatum t. 3. c. 32. de quo vide *infrà*, Ma. 6.

*Secundò, V.* 13. Chriſtus audiens Baptiſtæ mortem, ſecedit in deſertum, ibique quinque panibus, & duobus piſcibus paſcit quinque millia hominum. Explicavi tomo 3. c. 33. de quo etiam *infrà*, Joan. 6

*Tertiò, V.* 22. Dimiſsâ turbâ aſcendit Chriſtus in montem ad orandum ; mox venit ad diſcipulos in mari fluctibus vexatos ; Petrum venientem *Modicæ fidei* arguit : illicò mare, & ventum ſedat. Exclamant qui erant in navi : *Verè Filius Dei es.* & ex locis circumvicinis confluunt ad eum infirmi, quos tactu ſuo ſanat : Eſt explicatum tom. 3. cap. 34.

---

## Diſcipuli in mari.

### Quæstio I.

*Quare obedientiſſimi diſcipuli, tanquam inviti compelluntur à Jeſu in naviculam aſcendere ?*

1. Post patratum miraculum de quinque panibus, & duobus piſcibus ; quibus Chriſtus alimentavit quinque millia hominum, ſubdit



Textus. dit D. Matthæus hoc cap. 14. n. 22. *Statim compulit Jeſus diſcipulos aſcendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum* : ſeu, ut habet D. Marc. c. 6. n. 45. *Statim coëgit diſcipulos ſuos aſcendere navim* : quod eſt explicatum tom. 3. c. 14. per undecim quæſtiones. Adde verò.

2. Primò : cur obedientiſſimi diſcipuli, qui ad minimum nutum ſui ſanctiſſimi Magiſtri erant obedientiſſimi, hîc tanquam inviti ab eo compelluntur navem aſcendere ? D. Hieronym. in Catena D. Thomæ, & ait : *Sermone oſtenditur invitos eos à Domino receſſiſſe, dum amore præceptoris, ne ad punctum quidem temporis ab eo volunt ſeparari.* Hoc non eſt adſcribendum inobedientiæ, ſed eximio diſcipulorum amori erga Chriſtum ; quòd veluti cum violentia, aſcenderent in naviculam, cùm Chriſtus manſiſſet in terra, ut dimitteret turbas, & ita eſſet ab eo recedendum ; magna enim violentia infertur amori, ſi per brevem morulam à re dilecta ſit abſcedendum. Cùm Chriſtus D. eſſet ingreſſus in hortum, ait diſcipulis ſuis, ut ipſi ibi tantiſper ſuſtinerent ; ſubdit D. Lucas 22. n. 41. *Et ipſe avulſus eſt ab eis, quantum jactus eſt lapidis.* Quamvis Chriſtus tenderet ad colloquium, ac orationem cum ſuo æterno parente ; cùm tamen à ſuis diſcipulis ſeparatur, quantum jactus eſt lapidis, dicitur avelli ab eis ; quod innuit quandam violentiam, quia hæc maximè infertur amori, dum brevi intervallo, brevique tempore à dilecto recedit, ut ibi latiùs notavi : de qua re vide multa, præcipuè tom. 5. in Evangelia, verb. *Abſentia.*

D. Hier.

*Separatio à re dilecta violentiam infert amori.*

Luc. 21.

3. Secundò : in hoc relucet, ac reſplendet eximia Diſcipulorum obedientia erga ſuum magiſtrum Chriſtum ; quia quamvis amore reluctaret, ne ab eo recederent, tamen obedientia urgente illud adimplent : ut oſtenderetur eximia Abrahami obedientia, mandat Deus ei ſacrificare filium ſuum, aitque ei Deus : *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Iſaac,* &c. Geneſ. 22. n. 2. ſufficiebat dieere : *Tolle Iſaac* ; ad quid inſuper additur ; *filii tui, unigeniti & dilecti* vocabulum, quæ parentis charitatem magis incendebant ; ita & ſervi obedientiam magis declarabant, qui naturalem affectum reſpuebat, ut divinum mandatum impleret, ut rectè obſervavit D. Ambroſ. lib. 1. de Abrahamo, c. 8. poſt citata Geneſeos verba ad Abrahamum, ait : *Non ſinit Deus otioſum eſſe affectum patris : à principio eum ſtimulat, & pungit pietatis aculeis.* Ac ſi diceret : Paternam charitatem erga filium unigenitum Abrahamo in memoriam revocat, ut perfectiorem ab eo obedientiam talem filium jugulando indicaret.

*Fortior obedientia, quàm Amor.*

Gen. 22.

D. Ambr.

4. Tertiò : inde maximè oſtenditur diſcipulorum obedientia, quòd compellerentur aſcendere in naviculam à ſuo Divino Magiſtro, cùm ipſe maneret in terra : quod erat eis valde durum, & aſperum, nempe cum ab eo diſcederent, ac tantiſper ſepararentur ; & in difficilibus noſtro affectui adverſantibus maximè clareſcit, ac oſtentatur obedientia. Mandat Deus Jerem. 32. numero 28. ut emeret agrum. Et illud emit, ut patet ex textu : *Intellexi, quod verbum Domini eſſet, & emi agrum ab Hanameel filio patrui mei* : Adhibitis omnibus ſcripturis, ac ſolemnitatibus juris, quas mandavit obſervare, quod valde durum, ac grave fuit Prophetæ. utpote maximè repugnans ejus authoritati, veritati, ac prædicationi ; nam ipſe judex ut mendax, falſus, ac populi ſeductor erat habendus ; & ſibi omnino contrarius. Ipſe magnis vocibus prædicabat, magniſque lachrymis deplorabat breviſſimè, ut jam in januis eſſet, quòd Jeruſalem deſtrueretur, ac omnino devaſtaretur, & quòd omnes eſſent in Babyloniam captivi adducendi ; & quid magis ridiculum, prophetam conſtanter talia affirmare, & emere agrum ; ac quid talis poſſeſſio comparanda ? *Intellexi verbum Domini eſſe* : Quamvis hoc maximè repugnaret prædicationi in homine cordato, tamen ſine ullo reluctamine, diviſum mandatum exequitur, contemnens omnia. D. Hieronym. ibi ait : *Durum quidem erat, & prope inconſequenti, riſuque dignum, eum qui jam, jamque capiendam prophetabat Jeruſalem, & omnes ducendos eſſe captivos, vel gladio, fame, vel peſte perituros, agrum in Anathoth emere, quem non erat poſſeſſurus ; ſed intellexi, inquit, verbum Domini eſſe, & acquievi præcepto ejus, ut emerem.* Quamvis ridiculum, & abſurdum ejus dictis videri poterat, tamen cum inſtaret Divinum Verbum, illud fuit adimplendum.

Jerem. 32.

*Ubi major eſt repugnantia, ibi major oſtenditur obedientia.*

D. Hier.

5. Quartò : D. Chryſoſtom. homil. 50. in Matth. ita fatur : *Diligens examen eorum, quæ facta erant, tradere volens eos qui præmiſſum ſignum viderunt, juſſit à ſe ſeparari : quia etſi præſens viſus fuiſſet phantaſticè, & non in veritate feciſſe miraculum diceretur, non tamen ut abſens. Et ideo dicitur ; & ſtatim compulit Jeſus diſcipulos aſcendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus.* Magno acumine Chryſoſtomus rem diſſerit, Diſcipuli, ac turbæ maximè admirati ſunt magnitudinem miraculi, quod non ſolùm oculis perſpexerant, ſed manibus, ac naturali refectione erant experti. Diſcipulos à ſe longè recedere *compulit*, & indè *dimiſſa turba, ſolus in montem aſcendit* : Cur omnes ſpectatores miraculi à ſe longè abire facit ? Quia magnum, & ſublime miraculum, ſi ad diligens examen vocaretur, ſi ipſe præſens eſſet, non verum, ſed phantaſticum miraculum diceretur. & ita minus judicaretur de miraculo, quàm par erat. *Quia etſi præſens viſus fuiſſet, phantaſticè, & non in veritate feciſſe miraculum diceretur.* Si præſens eſſet, miraculum ſpecie tenus dicerent eſſe factum, & non verum : *non tamen ut abſens*, ſic cenſerent ; ut ergo magnitudo miraculi valde ſublimis ab omnibus agnoſcatur, illius ſpectatores longè à ſe ablegat ; *& aſcendit in montem ſolus* : nam ſi adfuiſſet præſens, *miraculum phantaſticum diceretur* : ut verum, & magnum habeatur, *abſens* ſit ; frequenter præſentia magnum opus faſcinat, abſentia verò multâ æſtimatione, condecorat. Hac de cauſa Tiberius Rhodum petiit ex Auguſti aula, dicens : *Ut vitato aſſiduitatis faſtidio, authoritatem abſentia tueretur, atque etiam augeret* : apud Suetonium cap. 10.

D. Chryſ.

*Magnitudo rei maximè cognoſcitur ex abſentia, non ex præſentia.*

Sueton.

6. Congregantur univerſi ſeniores Iſraël, & inſtante ad Samuelem clamant : *Conſtitue nobis regem, ut judicet nos, ſicut & univerſæ habent nationes*, 1. Reg. cap. 8. num. 5. Ex Dei mandato creatur Saül ex, & ſi aliqui gratularentur, *Filii verò Belial dixerunt, num ſalvare nos poterit iſte ? & deſpexerunt eum, & non attulerunt ei munera.* Univerſus Iſraël totis votir regem

1. Reg. 8.

*Præſentia faſtidimus, abſentia veneramur.*

gem deſiderabat, nunc verò cùm præſentem regem habent, illum repellunt; ſic plerumque accidit hominibus, ut non habita deſiderent, Abulenſ. Ariſtot. hàbita deteſtentur, ut hîc advertit Abulenſ. q.24. confirmans ex illo Ariſtot.9.Ethic. Quod ea quæ non cognoſcimus veneramur, cùm verò agnoſcimus, deſpicimus. De quo vide multa tom.5. in Evang.lib.7.cap.16. n.25. 26. & 27. & lib.8. cap.8. n.25. & etiam hic infrà in hoc libro.

---

## Quæstio II.

### *Quare Chriſtus Dominus venit ad diſcipulos ſuos quarta noctis vigilia, qui videntes turbantur exiſtimantes eſſe phantaſma?*

7. Textus. AIt noſter Evangeliſta hoc cap.14. n.24. *Navicula autem in medio maris jactabatur fluctibus; erat enim contrarius ventus: quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper mare, qui videntes turbati ſunt, dicentes quia phantaſma eſt*, quod eſt explicatum citato c.34. q.6. & 7. & in expoſitione, Nunc adde.

8. Et primò quæro, quare ſuis diſcipulis graviſſimo naufragio periclitantibus, tandiu Chriſtus opitulationem diſtulit: *Quarta vigilia noctis*, id eſt, ultima noctis vigilia, venit ad eos, diuturnâ prece ejus opem implorantes. Perbellè D.Chryſ. D. Chryſoſtom. homil. 31. in Matth. ita ait: *Totâ autem nocte dimittit eos fluctuari, erigens cor eorum poſt timorem, in majus ſui deſiderium immittens, eos erudiens non citò ſolutionem inquirere advenientium malorum.* Multa præclarè docet Chryſoſtom. ad multam uſque noctem diſcipulos periclitari diſſimulat, ut periculoſæ tempeſtatis magiſterio eruditi, & cor ad ejus deſiderii auxilium erigant, ad ipſumque confugiant: *Erigens eorum cor poſt timorem, in majus ſui deſiderium immittens:* & expetitum auxilium non citò adeſt, ut exerceatur fides, animus in malis firmus habeatur: *erudiens eos, non citò ſolutionis inquirere advenientium malorum.* Ut communiter notatur à Sanctis Patribus de Chananæa, Matth.15. n.15. & quia dilatum donum gratius habetur, de quo multa verbo *Beneficium.*

*Labores ducunt nos ad Chriſtum.*

9. Secundo quæro. Si Chriſtus venerat ambulans ſuper mare ad diſcipulorum auxilium, qui maximè fluctibus jactabantur, ad quid permiſit, ut nova turbatio in eos irrueret, de ejus viſione; *& videntes eum ambulare ſuper mare, turbati* D.Chryſ. *ſunt:* tempeſtivè Chryſoſtom. poſt proximè citata verba, homil.51. in Matth. ſic ſubdit: *Semper hoc Dominus facit, cùm ſoluturus ſit mala aliqua, difficilia, terribilia inducit; quia enim non eſt longo tempore tentari, cùm finiendi ſunt agones juſtorum, volens amplius eos lucrari, auget eorum certamina: quod & in Abraham fecit, ultimum certamen tentationum filii ponens.* Diſcipuli periculo naufragii urgente, maximè afflicti erant in mari; veniente Domino ſuper pelagum ex ejus viſu turbantur. Ecce turbatio ſuper turbationem: *cùm ſoluturus ſit mala aliqua, difficilia, terribilia inducit.* Ut patientia, ac ſufferentia meritum augeatur; *Volens eos amplius lucrari:* Abrahamus per totam vitam multas ſuſtinuit tentationes, ut apud *Ur Chaldæorum*, inter ignes pro confeſſione Dei veri, Geneſ.11. n.31. Gen.11. Dum mandatur exire *de terra ſua, & cognatione ſua*, Geneſ. 12. n.1. In Ægypto, dum Sara uxor ejus *ſublata eſt in domum Pharaonis.* Gen.12. n.15. Gen.12. In Geraris Abimelech rex Saram *tulit in domum ſuam*, Gen.20 num.2. Gen.20. ſuſtineique contentiones inter Saram, & Agar, Gen.16. n 5. Gen.16. Tandem ultimam omnium tribulationum graviſſimam tentationem: *Tolle filium tuum, quem diligis Iſaac*, Geneſ.22. n.2. Gen.22. cum finiendæ ſunt tentationes, tunc omnium graviſſima urget. *Cum finiendi ſunt agones juſtorum, volens amplius eos lucrari, auget eorum certamina, quod & in Abraham fecit, ultimum certamen tentationum filii ponens.* Ultimum Abrahæ certamen filii immolatio.

*Poſt multa mala grave malum nuntiat felicitatum.*

10. Tertiò quæro: Quare Chriſtum ambulantem ſuper mare Diſcipuli *videntes turbati ſunt, dicentes: quia phantaſma eſt?* de quo varias dedi rationes citato cap. 34. in Expoſitione ex Hugone Cardinali, & q.6. & 7. Nunc adde, quòd diſcipuli modò erant graviter perturbati, ac anxiati, & inde placida, ac ſuavis facies Jeſu videbatur eis horribilis, ac tremenda. Meticuloſis hominibus, omnia videntur horrenda, ac tremenda. Miſſi exploratores à Moiſe ad luſtrandam promiſſionis terram, revertentes omnia illius plagæ valde terribilia teſtantur. Ibi *Urbes magnæ ad cœlum uſque munitæ*, Deut 1. Deut.1. num. 28. *Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac de genere giganteo: quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur*, Numer. 13.n.34. Num 13. Quæ omnia hyperbolicè & cum mendacio erant dicta, ut Joſephus, & omnes Expoſitores notant; nec enim civitatem muri uſque ad cœlum elevabantur, nec habitatores omnium fortiſſimi, nec tantæ ſtaturæ, cui comparati eſſent Iſraëlitæ locuſtæ; nam Iſraëlitæ bonæ ſtaturæ erant. At meticuloſis, ac puſillanimis hominibus, quæ mediocria erant, in ſummo ad pericula incutienda apparebant. Abulenſis ad cap.13. Numer. Abulenſ. q. 53. Hæc dicuntur *timore exploratorum ipſorum, timentibus enim omnia videntur majora, & pejora, quam ſint.*

*Metu correptis omnia horribilia.*

11. Poſtquam Cain commiſit ſuum fratricidium, à Deoque pro tam grandi crimine argutus eſt, ait ipſe ad Deum: *Omnis igitur qui invenerit me, occidet me*, Geneſ.4. num.14. Gen.4. Unde iſte homo potuit in talem cogitationem venire? nam omnes, qui erant in mundo, vel erant ejus parentes, fratres, vel conſobrini. Quomodo ergo ſibi perſuadet, quod à quocumque fuerit inventus, ab eo interficietur? Caïn ex ſuo grandi crimine. ex pœnaque impoſita à Deo, tanto timore conturbatus eſt, ut apud ſe ſtatuerit, quod quicumque ei factus fuiſſet obviam, quamvis ſanguine conjunctiſſimus, ſtricto gladio eum ad mortem peteret. D. Baſil. homil. habita Lacyſ. D.Baſil. ſic ait: *His curis avari animus conficitur; canis latrat, dives furem eſſe arbitratur; mus ſtrepitum edit, divitis cor metu ſubſilit, omnia metuit, omnia ſuſpicatur; filios creſcentes, tanquam inſidiatores cernit, quod videlicet eorum ætas ſucceſſionem urgeat.* Quilibet peccator ſemper magno timore tenetur.

*Meticuloſus ſemper omnia cogitat horrenda.*

12. Hinc rectè de peccatore ait Job 15. num.21. *Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cùm*





*pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Non credit, quod reverti poſſit de tenebris ad lucem, circumſpectans undique gladium.* Pro quo rectè ait noſter D.Cyrill. Alexandr. lib. 11. in Joan. cap. 32. *Magna quædam res conſcientiæ certè ſtimulus eſt, qui quando perperam aliquid agimus, etiam nullo præſente, ingenti nos metu exagitat.*

*Metuentibus nulla pax, ſed undique gladius.* D.Cyrill. Alex.

---

## Quæstio III.

### *Quare tam generosè ad Chriſti vocem Petrus deſcendit de navicula, & ambulabat ſuper mare?*

13. SCribit Evangeliſta hoc cap. 27. 28. quod Chriſtus locutus eſt ſuis diſcipulis, dicens: *Habete fiduciam: Ego ſum, nolite timere Reſpondens autem Petrus dixit: Domine, ſi tu es, jube me ad te venire ſuper aquas: at ipſe ait, veni, & deſcendens Petrus ambulabat ſuper aquas, ut veniret ad JESUM.* Quod eſt explicatum tom. 3. citato cap.34.q.8.& 9. In quo oſtenditur non timoris vox, ſed præclarus fidei index, & pia quædam eximia religionis audacia. Agnovitque quid ſibi eſſet à ſe, quid à Domino, cujus imperio ſe credidit poſſe, quod infirmitas non valebat humana, ſuper undas ambulare. Ad quæſtionem:

*Agnovit Petrus quid eſſet à ſe, quid à Deo.*

14. D.Chryſ. Primò: D. Chryſoſt. in Catena, expendens verba Petri, *Si tu es, jube me ad te venire:* ſic ait: *Tu præcipe; & illico ſolidabuntur unda, & leve fiet corpus, quod per ſe grave eſt.... Non dixit, Ora, deprecare, ſed jube.* Sciebat Petrus, quod ante miracula edenda, Chriſtus D. Patrem exorabat, ut factum eſt in multiplicatione panum. *Aſpiciens* Matth 14. *in cœlum benedixit.* Matth.14.n.19. ibi Chryſoſt. Joan.11. *Invocans eum ad ea quæ fiebant:* ſicque cùm Lazarus ſuſcitatur. Joan. 11. n.41. Cur ergo Petrus ad mare calcandum, non preces, ſed Domini præceptum exoptat? Ad obedientiæ aſylum feſtinat Petrus, ſciebat enim optimè ipſe orationis vires, & quod oratio impetrat, obedientiæ non denegatur. Ubi enim obedientia intervenit, ipſa per ſe ſufficiens eſt ad multa mirabilia perpetranda, ac omnia pericula vincenda, ita ut nulla alia oratio deſideretur, nec exquiratur.

*Obedientia magna mirabilia operatur, & omnia pericula vincit.*

15. D.Chryſ. Secundò: Idem Chryſoſtom. homil. 51. in Matth. ſic ait: *Petrus fervore victus præcurrit, non charitatem ſuam ſolùm, verùm etiam fidens oſtendens: quia enim credebat, non tantummodo Chriſtum ſuper mare ambulare, verùm etiam aliis id poſſe concedere, auſus eſt hoc petere.* Non ſolùm in facto reſplendet magna charitas Petri erga Chriſtum, ſed etiam excellentiſſima illius fides; plus enim credidit de Chriſto orando, ac petendo, quàm videndo; vidit in Chriſto admirabile, & glorioſum prodigium, quod ipſe ſpumoſos undarum fluctus calcaret: ſed etiam quod tam admirabile, ac glorioſum prodigium cum eo divideret, illiuſque eum participem faceret. *Credebat enim non tantummodò Chriſtum ſuper mare ambulare, vèrum etiam id aliis poſſe concedere, auſus eſt hoc petere:* grandis ſanè extitit Petri fides dum ait: *jube me ad te venire ſuper aquas*; Nam ſi magnum, & valde excelſum erat, quod Chriſtus ſuper marinos æſtus incederet; rarius & mirabilius videbatur conſortem ad tantam gloriæ majeſtatem admittere, quàm ipſum miraculum operari. *Credebat etiam id aliis poſſe concedere:* adeo magnum Petrus credidit Chriſtum, quod etiam conſortem ſui miraculi admitteret; ſi magnum eſt gloria reſplendeſcere, multo majus tamen illius participes non reſpuere, ſed admittere. Cum Eldad, & Medad prophetizarent in caſtris, Joſue cucurrit ad Moyſem, ut prohiberet eos; cui Moyſes; *Quid æmularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet & det eis Dominus Spiritum ſuum?* Num.11 n.29. Num.11. Moyſes valde magnus, prodigiis, donis ac prophetiis, ſed inde magnus, quòd ſui conſortes vult habere, & exoptat, quod ad ejus magnam laudem confert. Ibi Theodoret. Theodor. ait: *Probat laus ejus, quid æmularis pro me?* ac ſi inter cætera Moyſis magnalia, ex hoc magis eluceſcat laus ejus.

*Eximiæ magnitudinis conſortem gloriæ admittere.*

16. D.Ambroſ. Tertiò: D. Ambroſ. lib.5. Hexamer. c.9. ait: *Petrus in mari titubat, ſed non labitur, & confeſſus in fluctibus, negat in terris. Itaque illic quaſi devotus manu apprehenditur, hic quaſi oblitus aſpectu, conſortio convenitur.* Valde diſpari modo ſe habet Petrus in mari, ac in atrio Pontificis: in mari inter intumeſcentes fluctus, ac furentium ventorum impetus, *titubat, ſed non labitur, & confeſſus*, At in atrio Pontificis inter execrabiles miniſtros cecidit, *& negavit in terris:* nullum majus periculum imminet homini, quàm ex malorum conſortio: deinde in mari clamavit? *Domine ſalvum me fac:* & ideo ibi non ſolùm oculos, ſed etiam manum Dei dexteram habuit adjutricem. *Itaque illic, quaſi devotus manu apprehenditur.* At in atrio Pontificis Domini oblitus, ipſum negat; & ideo tantum habet oculos excitantes: *& converſus Dominus reſpexit Petrum*, Luc.22.n.61. Luc. 22. & *hic quaſi oblitus aſpectu conſortio convenitur.* Alta Dei providentia pro noſtra diſpoſitione ſe communicat: ubi noſter devotionis affectus proditur, dextera Dei auxiliatrix adeſt, at verò ſi homo Dei oblitus, in peccatis jaceat, oculi Domini ut eum excitent.

*Mala ſocietas plus omnibus nocet.*

*Deus ſe communicat pro noſtra diſpoſitione.*

17. D.Ambroſ. Quartò: Idem D. Ambroſius ſerm. 47. ait *Ambulabat in mari Petrus, magis dilectione, quam pedibus: ſuſtentat fides: quem unda mergebat. Non enim videbat, ubi pedum veſtigium poneret; videbat etiam inter undas ſolidum invenire veſtigium, jactetur licet fluctibus mare, venti pelagus conturbetur, non tamen turbatur Petri ſemita, quæ ducit ad Dominum:* Magnam ſoliditatem, ac firmitatem Petrus in aquis inveniebat, ut ſecuro, ac conſtanti greſſu potuerit ambulare per illas: & unde Petro per Salum tam proſperum, ac felix iter? Petrus nil aliud reſpiciebat niſi ſolum Jesum, ad quem viam ſuam dirigebat: *non turbatur Petri ſemita quæ ducit ad Dominum:* & cùm Petrus ſolùm reſpiceret Jesum, ipſumque ante fidei oculos haberet, in eumque crederet, ejus conſpectus omne malum fugabat, omne periculum propulſabat, ut in aquis eſſet firmitas & ſemita abſque ulla formidine undique tutiſſima.

*Fides Chriſti firmiſſimum præſidium ad omnia adverſa ſuperanda.*

18. Iſai. 2. Ait Iſaias 2. n. 10. *Ingredere in petram, abſcondere in foſſa humi, à facie timoris Domini.*

Amos 9. — In qua petra, & in qua foſſa poterit homo invenire ſubterfugium, ac præſidium à facie Dei irati à malis, ac ſuppliciis inde provenientibus? cùm per Amos dictum ſit, cap. 9. n. 9. *Si deſcenderint uſque ad infernum, inde manus mea extrahet eos:* In nullo loco poterit homo fugere ab anguſtiis, ac preſſuris irruentibus ex Dei diſpoſitione. In quo ergo petræ foramine nos mandat Iſaias abſcondere ab eorum tutela & præſidio in nullo alio, niſi in Chriſto Jesu, ac ejus fide; qui enim ad illum elevat oculos, quique ad illum ſe recipit, ibi habet tutamen adverſus omnes iras, ac furentes tempeſtates: Ipſe enim petra eſt, & fortiſſima petra ad nos cuſtodiendos, ac protegendos. D. Baſilius ad citatum Iſaiæ locum, ait: *Qui ratione conſuluit quærere protectionem à facie timoris Domini, nempe Petram? An non fortè unam innuit malorum liberationem, ut ingrediantur in tegumentum petræ, hoc eſt, ſe ſubſternant ſolido firmamento fidei, quâ in Chriſtum credimus.... In petram hanc ſi introieris, utique poteris declinare à timore Domini ſervili.* Expende illud, *ſe ſubſternant ſolido fidei firmamento:* hac ſoliditate omnia contraria diſſipantur.

*A Jesu, ac fide ejus omnis ſecuritas, ac tutamen.*

D. Baſil.

19. Apoc. 17. — Quintò: Compone modò Petrum ambulantem ſuper undas cum meretrice illa magna; *quæ ſedet ſuper aquas multas:* Apocalyp. 17. n. 2. ubi mulier miſerabile fecit naufragium; at Petrus prodigioſo miraculo reſplendet. Cur mulier aquis demergitur, Petrus verò expers periculi ad portum devenit? Mulier tanquam in throno, ſuper aquarum vortices, quæ ſunt temporalia bona, ſedet, in eiſque deliciatur; at Petrus veſtigio ſuo calcat; inde Petro in aquis eſt iter, mulieri verò naufragium; Petrus generoſitate Apoſtolicâ mundana plantis conterit, ac deſpicit ideo non naufragus, ſed viator eſt; Mulier deluſa magni mundialia æſtimat; inde funditus obruitur, ac ſubmergitur. Patronus adeſt D. Auguſtin. in Catena: *Unicuique ſua cupiditas tempeſtas eſt: amas Deum? ambulas ſuper mare, ſub pedibus tuis eſt ſæculi tumor. Amas ſæculum? abſorbet te.* Petrus amore Chriſti fervidus tumorem ſæculi pedibus premit, & glorioſus viator ad portum appellit: At Babylonica mulier ſæculi voluptates amans, horribili, ac infelici naufragio abſorbetur: ex tam diverſo amore tam diverſus exitus.

*Contemptus temporalium elevat, amor ſubmergit.*

D. Auguſt.

20. Pſalm. 83. — Ait Regius Vates Pſalm. 83. n. 6. *Beatus vir, cujus auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit:* Conſidera quando teſtatur auxilium acceptum à Deo, quando diſpoſuit in anima ſua ſe elevare ſuper terrena, quandiu in illis erat immerſus, talis auxilii expers erat: ut ergo & tu illo illumineris, animam tuam à temporalibus ſepara, & ſurſum erige. Unde ait D. Nazianzen. Orat. 39. in ſancta lumina: *Poſtquam anima noſtra omni cuſtodia ſervata eſt, atque aſcenſionibus in corde diſpoſitis, ſcientiæ lumen in nobis excitamus:* ſolùm enim ſublimi corde aſcendenti divinum lumen ſolet excitari.

*Elevatio à terrenis auxilium Dei advocat.*

D. Nazianz.

21. Pſal. 46. Alia lectio — Ait idem Propheta Pſalm. 46. n. 10. *Dii fortes terræ vehementer elevati ſunt:* ſeu ut habet alia lectio apud Bibliam Maximam, *valde elevati ſunt à terra:* de Dei cultoribus eſt ſermo; & cùm de eis prædictus Vates loquitur, frequenter eos dicit juſtos, vel ſanctos: *cum ſancto ſanctus eris.* Et iterum, *Non vidi juſtum derelictum:* & ſic multis aliis in locis; in præſenti eos Deos dicit. Dum homo à terrenis elevatur, tantùm elevatur, ut Dei nomine gaudeat, illiuſque particeps fiat; & cum additamento *fortiſſimi:* ſeu ut habet alio lectio, *robuſtiſſimi:* quia in hac ſeparatione à terrenis maximè oſtenditur generoſitas, ac fortitudo viri. Noſter D. Cyrillus lib. 11. in Joan. cap. 29. ait: *Quia in terris cœleſtem vitam vivebant, & carnis cupiditate ſuperatâ, imò autem omni projecto vitio, ad ſublimem, atque divinam virtutem progreſſi ſunt, ut in Pſalmis legitur. Quoniam Dii fortes terræ vehementer elevati ſunt; fortes enim propter Deum, terrenis omnibus ſpretis, ad ſuperiora, nimirum animo, elevati ſunt.* Expende illud: *Ad ſublimem atque divinam virtutem pregreſſi ſunt.*

*Sublime elevatur, qui ſe erigit ſuper terrena.*

D. Chryſ.

---

## Quæstio IV.

### *Quare D. Petrus, qui tam generoſe cæpit ambulare ſuper tempeſtuoſum mare, videns ventum validum timuit, & cæpit mergi?*

GRandi tempeſtate navicula diſcipulorum in pelago premebatur, ut patet ex hoc cap. 14. n. 24. *Navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.* Petrus verò ex Domini mandato deſcendens de navicula; ambulabat ſuper aquam, ut veniret ad Jesum: *Videns verò ventum validum, timuit, & cum cœpiſſet mergi, clamavit, dicens: ſalvum me fac:* Quod eſt explicatum citato cap. 24. q. 9. Nunc verò inquirimus, cur ille, qui tam generosè incedebat ſuper vortices marinos, ex flante vento timet, & cœpit mergi? & dictis Adde. — 22. Textus.

*Difficultas quæſtionis.*

Primò: reſpondet D. Hieronym. *Paululum etiam relinquitur Petrus, tentationi, ut augeatur fides; & intelligat, ſe non facilitate poſtulationis, ſed potentiâ Domini conſervatum.* Diſcipuli in navicula cùm audiſſent Chriſtum ſuper maris undas ambulantem, putarunt eſſe phantaſma, Dominus locutus eſt eis: *Ego ſum, nolite timere.* Tunc Petrus reſpondens, ait: *Domine, ſi tu es, jube me venire ad te ſuper aquas:* ſuis precibus obtinuit Petrus, ut ſolido veſtigio elementum tereret; datur tamen locus timori, & cœpit mergi, ut fides augeatur, ac creſcat, *& intelligat, ſe non facilitate poſtulationis, ſed potentiâ Domini conſervatum:* Sciat Petrus ſe tam magnifico prodigio nobilitari, non tantùm ex precariâ orationis potentiâ, ſed ex divinâ effectrice omnipotentiâ, nec tantum tribuat orationi, ut immemor ſit Dominicæ omnipotentiæ, ut totam miraculi gloriam orationi adſcribat, quæ quandam æmulationem videtur habere cum ipſa infinita potentia, quam ut Petrus recognoſcat tanti prodigii effectricem, permittitur, ut titubet, veluti ſubmergendus; & ad Chriſtum clamet, *ſalvum me fac:* ut ex hoc *intelligat ſe non facilitate poſtulationis; ſed potentiâ Domini conſervatum.* — 23. D. Hieron.

*Oratio ſi efficax, videtur habere omnipotentiæ æmulationem.*

Secundò: D. Chryſolog. ſerm. 30. ſic: *Beatus Petrus cum per æquora divinos imitatur* — 24. D. Chryſ.

inceſſus



*inceſſus, & novus viator molle iter duris greſſibus calcat, anteà de lapſu ſupplicat, quàm gaudeat de donato.* Petrus Chriſtum agnoſcens fervido affectu æſtuabat ad ipſum accedendi, indeque deſiderat liquentes undas firmo veſtigio proculcare; ſed ſuam imbecillitatem, ac ſeipſum cognoſcens, non audet viæ ſe committere, inde deprecatur: *Si tu es Domine, jube me ad te venire ſuper aquas:* & meruit audire ab ore Domini: *Veni. Antea de lapſu ſupplicat, quàm gaudeat de donato.* Qui enim ſuam infirmitatem agnoſcens multa timet, magnum ſecuritatis habet aſylum, & inde de multis donis acceptis gaudet; quantum tibi detrahis hominis, tantum adjicis divinæ potentiæ, ut inde majoribus acceptis gaudeas, & exultes.

*Qui ſeſe agnoſcens ſupplicat, multa impetrat.*

25. D. Zeno. — Tertiò: D. Zeno Veronenſis ſermone de Timore: *Petrus æſtu marino fertur, non naufragus, ſed viator; timet profundum intercipere non timentem: nec tamen in toto diſſimulat, ne per mare pedibus ſe ambulaſſe non credat:* Petrus magnâ fide præclarus, ſemel titubat, & de titubatione magnam fiduciam explicat, dum Chriſti opem fiducialiter implorat: *Domine, ſalvum me fac:* & feliciſſime impetrat; felicior ſanè Petrus in naufragii timore, quam reliqui in ſcaphæ ſecuritate ignavè otio indulgentes. Iſti timore repleti, continuâ trepidatione quieti. Ille verò dum timens titubat, generoſam fiduciam, ac ſpem explicat, & glorioſus ad portum devenit. *Petrus æſtu marino fertur, non naufragus, ſed viator.* Valde nempe magnificus, tanta ſublimitate Petrus præclarus eſt, ut etiam dum timet, ac timebat, ac friget in fide, modicæ fidei, cæteros excellat, ac præcedat, In horto, *relicto eo, omnes fugerunt*, Marc. 14. n. 50. At *Petrus gladium eduxit, & percuſſit Pontificis ſervum*, Joan. 18. n. 10. Nam etſi in principio in fuga ſit cum reliquis; tamen generoſitas Petri non patitur impunè abire, ſed percutit.

*Petrus dum titubat, aliis glorioſior, ac generoſior.*

Marc. 14.

Joan. 18.

26. D. Zeno. — Quartò, ad eadem Veronenſis verba: *Nec tamen in toto diſſimulat, ne per mare pedibus ſe ambulaſſe non credat.* Optimè poterat Dominus ventum frænare, ut mare quietum, ac placidum conſiſteret, ne levis dubitatio tantam fidem Petri infuſcaret; tamen ſi Petrus inoffenſo pede per lubrica ad Chriſtum gradiretur, forſitan ex ſua humilitate tantum ſibi conceſſum non crederet; ſed ut quid imaginarium, ac phantaſticum ſibi perſuaderet. *Ne per mare pedibus ſe ambulaſſe non credat:* ut ergo tantum miraculum agnoſcat, titubat, ſubmergi incipit, aqua tingitur, reprehunſione modicæ fidei percutitur. Quæ adverſa contingunt; maximè memoriâ retinentur. Deinde felicitas ſuos contrarietatis appendices habet, quæ ejus fulgorem devenuſtent: magna eſt gloria Petri ſuper mare ambulare; tamen tanquam catenam importavit, titubationem, aliqualem ſubmerſionem, & reprehenſionem à Divino Magiſtro. Magna erat ratio gaudendi Patriarchæ Noë, cùm, toto Orbe extincto, ipſe ſolus ſalvus cum tota familia exiret de arca, ſuumque ſacrificium maximè acceptum fuiſſet Domino, à quo largam benedictionem obtinuit; tamen poſtquam inebriatus, cum agnoviſſet, quod filius ejus minor paternam reverentiam læſiſſet, Geneſ. 9. num. 24. magno dolore ejus animus vulneratus eſt, magnaque anguſtia afflictus, ut etiam in maledictionem prorumperet. Firmius homil. 14. in Geneſ. Maledictus Chanaam. *Hoc dixit Pater magno dolore anguſtiatus, & corde afflictus, tamen ex zelo divinæ juſtitiæ.* — Firmius.

Petri humilitas.

*Adverſa maxime retinentur.*

*Felicitas ſuos habet infelicitatis appendices.*

Geneſ. 9.



Quintò: eadem Zenonis verba iterum ad examen voco. *Timet profundum intercipere non timentem.* Pontus profunditate vaſtus, ſpumoſas naufragi undas undique circumfert; tamen dum agnovit in ſe hominem non ſe timentem, generoſo viatori humiliter viam parat, & humiliter dorſa ſubmittit. *Timet profundum intercipere:* id eſt, impedire, *non timentem*, cùm Petrus non timet, eum veneratur pelagus, & ponderoſum corpus patienter ſuſtinet. At verò cum tantiſper ſuum viatorem trepidum advertit, ex timore Petri timorem ſuum excutit mare, & ſuperbo hiatu ipſum jam deglutire parat, cùm jam timentem videt; at verò antea *timet profundum intercipere non timentem.* Cum Aman univerſis dominaretur, eis erat formidabilis: *qui in foribus palatii verſabantur, flectebant genua, & adorabant Aman*, Eſther 3. num. 2. At verò poſtquam ipſe totus timidus corruit ſuper lectulum, jam non timetur, Harbona, unus de Eunuchis nuntiat eum ad mortem, Eſther 7. num. 9. Non timens timetur, timens verò contemnitur, ut notavit D. Ambroſius in tortoribus B. Agnetis lib. 1. de Virg. dicens: *Stetit, oravit, cervicem inflexit, cerneres trepidare carnificem, quaſi ipſe adauctus fuiſſet, tremere percuſſoris dexteram, pallere ora alieno timentis periculo, cum puella non timeret ſuo.* — 27. D. Zeno.

*Non timens timetur, timens contemnitur.*

Eſther 3.

Eſther 7.

D. Ambr.

Sextò: *Petrus videns ventum validum, timuit; cùm cœpiſſet mergi, clamavit, Domine ſalvum me fac:* & ab ore Chriſti ſui audit reprehenſionem: *modicæ fidei, quare dubitaſti?* Magna myſteria hîc ſublatent; cur magnus Petrus, Chriſti amore fervidus, ſic permiſſus eſt timere, aliquantulum ſubmergi, ac in fide frigeſcere, ut *modicæ fidei* cenſurâ premeretur: ſi Petrus æſtuabat amore, ut præſentialiter eſſet cum Chriſto, eique adhæreret, poterat poſtulare communem modum accedendi ad Chriſtum; vel ut ipſe Dominus ad eos accederet, vel ut ejus divina virtute Apoſtolorum navicula ad ipſum approximaret? ſed dum Petrus ſua optata implere vult, non communi modo cum aliis, ſed extraordinariè, ac valdè ſingulariter ſuper undas ambulando; valde enim periculoſum eſt per viam tritam non incedere, & extraordinariam quærere: maximè ſingularitate virtus offuſcatur, ad vitiorumque confines inclinat. Phariſæus, & Publicanus aſcenderunt in templum. Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat: *Deus, gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri homines*, Luc. 18. num. 11. Valdè ſe famoſum de ſingularitate dicit, quamvis haberet bona opera, jejunandi, ſolvendi decimas: Ex ſingularitate tamen totum perdidit, D. Gregor. lib. 23. Moralium, cap. 7. ait: *Unde Phariſæus idcirco de templo abſque juſtificatione deſcendit, quia bonorum operum meritum, ſibi quaſi ſingulariter tribuens, Publicano inſultabat.* — 28.

*Virtus cum ſingularitate periclitatur, at naufragatur.*

Luc. 18.

D. Greg.

Regius Vates alto, & ſublimi ſpiritu agens de magnis, ac præclariſſimis beneficiis, ac donis, quibus Deus ſuam Eccleſiam cumulet, ait Pſalm. 67. n. 7. *Deus in loco ſancto ſuo: Deus, qui* — 29. Pſal. 67.



habitare

*habitare facit, unius moris in domo*: nempe in Eccleſia ſua ſancta. Et quinam ſunt iſti, quos Deus eligit, & facit habitare in ſua Eccleſia? ſunt nempe *unius moris*: Multi apud Lorin. vertunt, *Habitare facit eos, qui ſunt ejuſdem vitæ, vel ejuſdem ſtudii, ac præſtantiæ in domo.* Explicatiùs D. Auguſt. ſic exponit Pſalmum: *Deus in loco Sancto ſuo; qui enim ſit locus ejus aperuit, cum dicit; Deus qui habitare facit unius moris in domo*: Cùm ait, *Unius modi*: nempe modi vivendi, ac agendi, ſeu conſuetudinis; non quòd virtute interna omnes ſint in eodem gradu perfectionis, cùm aliqui ſint inopes, alii locupletes, alii virtute, ac juſtitiâ opulentiſſimi, unde prædicto loco hic ſubdit Divus Auguſtinus: *Eſt enim domus magna, in qua non ſolum aurea vaſa ſunt, & argentea, ſed & lignea, & fictilia; & alia quidem ſunt in honorem, alia in contumeliam.* Quamvis intrinſecus ſint virtute diſpares, tamen exteriùs, ac externâ apparentiâ nulla prodeat ſpecies ſingularitatis, ut aliorum oculos ad ſe excitet, ſed exterior obſervantia cum aliis conveniat, & nihil ab eis diſcreper. Vide ſuprà cap. 2. Matthæi, quæſtione 8. numero 42. 43. & 44.

Lorin.

D. Aug.

*Quamvis interna ſit eminens, in externa apparentia nulla ſit ſingularitas.*

# CAPUT XV.

1. TUNC acceſſerunt ad eum ab Jeroſolymis Scribæ, & Phariſæi di-
centes: 2. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſenio-
rum? non enim lavant manus ſuas cùm panem manducant. 3. Ipſe
autem reſpondens, ait illis: Quare & vos tranſgredimini manda-
tum Dei propter traditionem veſtram? nam Deus dixit: 4. Ho-
nora patrem, & matrem, & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. 5. Vos
autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, munus quodcumque eſt ex me,
tibi proderit: 6. Et non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam: & irritum
feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram. 7. Hypocritæ, bene prophe-
tavit de vobis Iſaias dicens: 8. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum
longè eſt à me. 9. Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata
hominum. 10. Et convocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite, & intelligite. 11. Non
quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, hoc coin-
quinat hominem. 12. Tunc accedentes diſcipuli ejus dixerunt ei: Scis, quia
Phariſæi, audito verbo hoc ſcandalizati ſunt? 13. At ille reſpondens ait, omnis
plantatio quam non plantavit parer meus cœleſtis, eradicabitur. 14. Sinite illos cæci
ſunt, & duces cæcorum; cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam
cadunt. 15. Reſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam. 16.
At ille dixit: Adhuc, & vos ſine intellectu eſtis? 17. Non intelligitis, quia omne quod
in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur? 18. Quæ autem procedunt
de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. 19. De corde enim exeunt
cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa reſtimonia, blaſ-
phemiæ. 20. Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus man-
ducare, non coinquinat hominem. 21. Et egreſſus inde JESUS, ſeceſſit in partes Tyri,
& Sidonis. 22. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa clamavit, dicens ei.
Miſerere mei Domine fili David: filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non
reſpondit ei verbum. 23. Et accedentes diſcipuli ejus rogabant eum dicentes,
Dimitte eam, quia clamat poſt nos 24. Ipſe autem reſpondens ait, non ſum miſſus
niſi ad oves quæ perierunt domus Iſraël. 25. At illa venit, & adoravit eum dicens:
Domine adjuva me. 26. Qui reſpondens ait, non eſt bonum ſumere panem filio-
rum. & mittere canibus. 27. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de
micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. 28. Tunc reſpondens JESUS, ait illi.
O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia ejus ex illa hora.
29 Et cùm tranſiſſet inde JESUS, venit ſecus mare Galilææ: & aſcendens in mon-
tem, ſedebat ibi. 30. Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habentes ſecum mutos,
cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & projecerunt eos ad pedes ejus, & curavit
eos. 31. Ita ut turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes,
cæcos videntes, & magnificabant Deum Iſraël. 32. JESUS autem convocatis
diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ, quia triduo jam perſeverant mecum
& non habent quod manducent, & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in
via. 33. Et dicunt ei diſcipuli: Unde ergo nobis in deſerto panes tantos, ut ſatu-
remus turbam tantam? Et ait illis JESUS, quot habetis panes? at illi dixerunt,
ſeptem,



ſeptem, & paucos piſciculos. 35. Et præcepit turbæ, ut diſcumberent ſuper ter-
ram. 36. Et accipiens ſeptem panes, & piſces, & gratias agens, fregit, & dedit diſ-
cipulis ſuis, & diſcipuli dederunt populo. 37. Et comederunt omnes, & ſaturati
ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis, tulerunt ſeptem ſportas plenas. 38. Erant
autem, qui manducaverunt, quatuor millia hominum, extra parvulos, & mulieres.
39. Et dimiſſa turba, aſcendit in naviculam: & venit in fines Magedan.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Chriſtus D. Verſ.* 1. Reprobat lotiones, & alias traditiones frivolas Phariſæorum, quas Legi Dei anteponebant, & contra eos ſtatuit hoc axioma: *Non quod intrat in os, ſed quod procedit de corde, hoc coinquinat hominem.* Eſt explicatum t. 4. c. 1.

*Secundò, V.* 22. Orante Chananæa ejus filiam ſanat, & matris fidem laudat, eſt explicatum tom. 4. cap. 2.

*Tertiò, V.* 30. Sanant multos infirmos, claudos, cæcos, & cibat ſeptem panibus quatuor millia hominum, & eſt explicatum tom. 4. c. 4.

---

## Defenduntur Diſcipuli à Chriſto, de non lotis manibus.

### QUÆSTIO I.

### *Quare tamen impudenter Phariſæi Chriſti diſcipulos accuſant apud ipſum, quod cùm manducant panem, non lavant manus?*

1. *Panis ob Euchariſtiam venerandus.*

SEMPER ad malum convenient iniqui, ac depravati, Scribæ nempe, & Phariſæi. Jeroſolyma, civitas regia, à qua debebat prodire morum diſciplina, errorum magiſtra conſtituta eſt. Dicentes ad Chriſtum: *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? non enim lavant manus cum panem manducant*; non dicunt, *cum cibos manducant*; ſed *cum panem*: quia cùm ille eſſet deſtinatus ad corpus Chriſti, alte divina diſponente providentia, ſemper peculiariter, etiam ab impiis venerationi habitus eſt. Hoc autem Evangelium explicavi tom. 4. c. 1. per tredecim quæſtiones, & hanc quæſtionem Phariſæorum per priores octo expendi. Adde nunc.

2. Primò: *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum?* non erant traditiones majorum, ſed depravationes ab eis inventæ, quas colorare volebant nomine Majorum, ad introducendas ſuas novitates, ut citato cap. 1. dixi; ſemper enim ſanctionum novitas placet improbris hominibus, unde Timothæus à Magiſtro ſuo Paulo novitatem reſpicere, antiquitatem venerari docetur: *Devita profanas vocum novitates*: 1. Timoth. 6. 11. 20. ne qua ſub nova doctrina graſſetur hæreſis. Hinc diabolus maximè novitatem amat, & eam inſinuare intendit. Quod probat Hugo Geneſ. 3. n. 1. *Cur præcepit vobis Deus?* Notat Hugo, JESUM à diabolo primò omnium clarè, & patenter, ſaltem in novo teſtamento, Nazaræum fuiſſe appellatum. 1. Marc. n. 24 *Quid nobis, & tibi JESU Nazarene*: Cur id: Monet Hugo citato loco Geneſis: *Quia novitas multùm placet diabolo.* Maximè verò Chriſto diſplicet; quare totus eſt Divinus Magiſter in negando, ſe novitatis Magiſtrum eſſe. Matth. 5. n. 17. *Non veni ſolvere legem*: maxime refugit novatoris famam de ſe vulgari. Iſidorus Clarus ibi ait: *Vide quam metuenda ſit novitatis ſuſpicio.*

1. Tim. 6.

Hugo.

Marc. 1.

*Novitas placet diabolo, diſplicet Chriſto*

Matth. 5.

Iſidor. Clar.

3. Secundò: Arguunt diſcipulos, quòd *tranſgrediantur traditiones ſeniorum*: Ecce depravata iniquitas hominum, qui leges multiplicant, legibus leges addunt, animoſque hominum copiâ legum novarum obturpant, ut inde earum contemptus naſcatur, cùm legum brevitas ad obſervantiam invitet, ut notant Hildebertus epiſtola 25. & D. Baſilius homil. 3. quâ de re optimè notant D. Cyprian. Legum veterum ſanctiones multiplices pluſquam 600. brevi compendio clauduntur a Chriſto D. Matth. 22. n. 40. Ubi ait Divinus Magiſter, *In his duobus mandatis univerſa lex pendet*: quâ de re optimè docet Paulus Roman. 9. n. 28. *Verbum abbreviatum faciet Dominus exercituum.* Et quare Deus legum ſuarum fecit breve compendium? Optime D. Cypr. de Orat. Domini *Ut in diſciplina cœleſti diſcentium memoria non laboret*: ſimiliter D. Zeno ſerm. 1. ad Deuter.

*Multiplicitas legum contemptum parit, brevitas obſervantiam.*

Hildebert.

D. Baſil.

D. Ciprian.

Matth. 22.

Rom. 9.

D. Ciprian.

D. Zeno.

4. In perſona Regis Ezechiæ, feliciſſimum Chriſti regnum, ejuſque ſacram rempublicam, Eccleſiam nempe Catholicam, deſcribit Iſai. 32. n. 17. dicens; quod *habitavit in ſolitudine judicium, & juſtitia in Carmel ſedebit: & erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum.* Ultima verba Arabicus; & multi legunt, *& requies in ſempiternum*: & quodnam erit hoc opus juſtitiæ, ex quo proveniet pax, & cultus, ſeu honor juſtitiæ parturiens ſilentium, ex quibus naſcitur ſecuritas, & requies in ſempiternum? D. Hieronym. in Commentar. ſic exponit præfata Prophetæ verba, & ait: *Et erit cultus juſtitiæ ſilentium, ut non multiloquio Judæorum ſed brevitate fidei adorent Dominum.* Per multiloquium Judæorum intelligit multiplicatas Judæorum leges per Moyſem ſcriptas, ac traditas Judæis: quod multiloquium, ſeu legum vaſtitatem opponit noſtræ fidei brevitati, *brevitate fidei*

Iſai. 32.

Arabicus.

D. Hieron.

*Brevitas legum parit ſecuritatem, ac pacem ſuavitate.*

*adorent Dominum* : quâ modo Eccleſia Sancta, rejectis legalibus Synagogæ præceptis, Deum Trinum veneratur, Chriſto obſequitur, & tanquam novo gratiæ legiſlatori famulatum præſtat, politico legum compendio, quo maximè ad ejus obſervantiam excitamur. Nam *verbum abbreviatum ? fecit Dominus ſuper terram?* Ex quo verbo abbreviato, ac legum paucitate rectè ſic infert Iſaïas citato loco, n. 18. *Et ſedebit populus in pulcritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.*

---

## Quæstio II.

### *Quare tam impudenter Phariſæi modò accuſant diſcipulos apud Chriſtum, cùm etiam aliquando accuſent Chriſtum apud diſcipulos.*

5. Ecce Phariſæi criminantur Domini diſcipulos apud ipſum, *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum* : & etiam aliquando Magiſtri metu adierunt diſcipulos : Matth. 9. n. 11. *Quare cum publicanis manducat Magiſter veſter ?* Sic & iterùm diſcipuli Joannis ad Chriſtum veniunt dicentes, Matth. 9. n. 14. *Quare nos & Phariſæi jejunamus frequenter, Diſcipuli autem tui non jejunant* : & iterum etiam Magiſtrum apud diſcipulos deferunt, Matth. 17. n. 24. *Magiſter veſter non ſolvit didrachma.*

Matth. 9. Matth. 9. Matth. 17. *Difficultas quæſtionis.*

6. Ecce iniqui detractores Phariſæi huc, & illuc circumeunt, an aliquid valeant detrahere, ſeu mordere, ſive in Magiſtro, ſive in Diſcipulis : linguæ eorum inquietum malum per omnes circumfertur, an aliquid valeant deglutire, de eis ait David : *famem patientur ut canes, & circumibunt civitatem.* Pſalm. 58. n. 7. Multi apud Lorinum legunt : *Latrent, tumultuentur, & murmurent, vel murmurabunt* : Ecce iniqui detractores, tanquam canes rabidi dirâ fame agitati non quieſcunt in uno angulo, ſeu loco, ſed ſuâ curioſitate circumeunt civitatem, captantes occaſionem latrandi, tumultuandi, ac obmurmurandi de hoc, & illo : & inde infert verſu ſequenti 8. *Ecce loquitur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum* : Dum ſua curioſitate loquuntur gladius eſt in labiis eorum; nam ut rectè, ait Plutarchus : *Curioſitatem ſubſequitur maledicentia* : Hos tales rectè carpit Gilbertus ſerm. 5. in Cantic. *Tales ſunt multi, qui omnes perſcrutantur profeſſiones, & in illis nulla inveniunt, quæ illos trahant ; ſed multa quibus ipſis detrahant calumniantur, quod in aliis diſtractio ſit nimia, in aliis minima.* Conſiderant ac ſcrutantur aliorum vitam, & tamen minimè inveniunt, *quæ illos trahant* : ad exemplum, & compunctionem, ſed ad detrahendum, ac obloquendum.

Pſalm. 58. Lorin. *Curioſi detractores circumeunt ad maledicendum.* Gilbertus.

7. Quod ingenium à diabolo hauſtum puto. Conſtat diabolum curſitaſſe per Orbem univerſum, quod ille fatetur pleno Senatu : *circuivi terram, & perambulavi eam* : Job. cap. 1. n. 7. Hanc peregrinationem ſuſcepit diabolus, ut quæ quiſque gereret, ſeu ſtatueret, oculis ſuis prævideret, quod monet Origenes homil. 1. *Spirituali tranſitu univerſa, quæ ſub cœlo fiunt, ſubitò pervolans circuit, &c.* aut affectu invidiæ, aut nocendi arte, & malum ſpargendi. Hoc ſtudio Jobum inſpexit vitâ integrum, ſceleréque purum hominem, utpote, quem Angeli Sancti commendarunt apud Magnum Dominum : *Cùm veniſſent filii Dei, & aſſiſterent coram Domino.* Ibidem n. 6. *Venerunt enim Angeli confitentes, & gratias agentes pro juſto Jobo,* ut ait Origenes citata homiliâ. Hoc eſt Magni filiorum Dei inſita conſuetudo ; quod ſi *adfuit inter eos & Satan*, &c. ut nempe impleret numerum ſuæ perverſitatis, ut nempe carpat, & rodat virum Optimum. Origenes iterum : *Venit & diabolus, ut mentiretur, accuſaret, & culparet,* &c. Quod patet ex citato loco Jobi, n. 9. ubi obtrudit : *Nunquid Job fruſtra timet Deum, nonne tu vallaſti eum, ac domum ejus; univerſamque ſubſtantiam per civitatem.* Ecce ingenium diaboli, quia non invenit in viro juſto malum, quod carpat, in circunſtantiis invenitur, ut minuat illius juſtitiam ex felicitate, quiete, ac abundantia rerum, quâ vivit D. Gregor. lib. 1. Moral. cap. 5. relatus in Gloſſa : *Vallaſti eum*, ait, *quaſi quia tot bona in terra recepit, pro his ſe innocenter gerit ; ſed innocens non eſſet ſi inter adverſa ſtaret.*

Job. 1. Origenes. *Iniquus etiam aliquid extrinſecum ſcrutatur ad detrahendum.* D. Gregor.

8. Pſalmographus Doëg Idumæum malignum detractorem ſic alloquitur Pſalm. 51. n. 4. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate ? Tota die injuſtitiam cogitavit lingua tua* : Dolum, fraudem, ac verba malignè compoſita, dicit injuſtitiam, ſed quid eſt, quod ait, *lingua tua cogitavit*. lingua verba pernicioſa jactavit, & animo cogitata ac deliberata : cur ergo ait Genebrardus, *tribuat linguæ, quod eſt cordis, & animi* : Euſebius in Catena ait : *id quod cogitat eſt ratio ſuperna, & cor, non lingua* : Cur ergo præclarum rationis, ac mentis munus depravatæ linguæ ad ſcribit. Exauthoratur mens, & in linguam maledicam transfertur; ne quod illa gerit, inconſultum putetur, ſed ex magna ratione penſatum: *tribuit linguæ, quod eſt cordis, & animi* : nam ſicut mens non ſiſtit, nec quieſcit; ſed ex uno ratiocinatur ad aliud, & ex una re judicata aliam infert; ſic & calumniatoris lingua, hoc de ratione participat, ut non ſiſtat; nec quieſcat, ſed ex una re abjecta, aliam diverſam ſcrutatur, ut ad ſuam maledicentiam inveniat anſam.

Pſalm. 51. Genebrard. Euſeb. *Lingua maligna non quieſcit, ſed ſemper ſcrutatur ad male dicendum*

9. Ait Regius Vates citato loco : *Tota die injuſtitiam cogitavit lingua tua : ſicut novacula acuta feciſti dolum.* Quæ ultima verba elegantiſſimè ad rem præſentem exponit D. Ambroſius lib. 3. Officiorum, c. 11. *ſicut novacula acuta feciſti dolum nequitiæ* ; inquit, *arguit proditorem, eo quod inſtrumentum hujuſmodi, ad hominis adhibetur ornamentum, & plerumque ulcerat. Si quis igitur prætendat gratiam, & dolum Doëgi proditoris exemplo inſtrumenti iſtius comparatione cenſetur, quod ebria mentis, ac titubantis vitio : manus vulnerare conſuevit.* Rectè comparatione novaculæ acutæ, lingua maliloqua explicatur. Novacula inſtituta eſt ad hominis ornamentum, at verò ſi vitio dirigentis, ſeu artificis aberret; non eſt ad ornamentum, ſed ad deformitatem ; & ad dolorem, ac vulnus inferendum, & eo gravius, quo ornamentum quærens, ictum impingit, *ſicque lingua ad hominis adhibetur ornamentum*, ad Deum, ac alios laudandum, ac cum illis loquendum : at

Pſalm. 51. D. Ambr. *Lingua maligna ſub laudis tegumento vituperium infert.*



At verò ſi per imprudentiam à ſcopo ſuo aberret, inde & graviùs ſauciat, dum aliquando ſub ornamento, ſeu ſub colorato tegumento honoris, ac decoris, calumniam impingit, & ſimulans ſe laudem decantare, grande vituperium extorquet.

---

## Quæstio III.

### *Quare tantæ multitudini unus ſolus Jeſus reſpondet, eorum malitiam arguens, qui quamvis eſſent ſub lege Dei, non erant plantati à Deo?*

10. In magno numero Scribæ, & Phariſæi coadunantur ad accuſandum Chriſti diſcipulos, pro quibus unus ſolus Jeſus ſtat, & reſpondit eis : unus juſtus, unuſque virtutum aſſecla, firmus, & generoſus ſtat contra omnes infernales poteſtates In ſuo Apocal. cap. 12. n. 3. ait : *Ecce draco magnus rufus habens capita ſeptem* : Per hæc ſeptem capita intelliguntur ſeptem ſpiritus Dæmonum principales, vel ut volunt D. Gregorius Magnus, & alii Patres, ut dixi ibi in Apocalypſi, quæſt. 36. n. 276. Univerſa Dæmonum caterva, quæ tota unita, vehementi impetu fertur adversùs cœleſtis mulieris filium agniculum, nempe immaculatum, de quo dicitur Apocalypſ. 5. num. 7. *Et vidi in medio throni, & quatuor animalium, & ſeniorum agnum ſtantem, tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem* : Agniculus valde debilis, ac infirmus videbatur; nam tanquam in mortem occiſus apparet : nihil ſanè mortuo infirmius eſt, & tamen, ut ſic mortuus, & etiam ut debilis agniculus oſtentat ſeptem cornua, ſeptem magnæ fortitudinis ſigna, ad confrigenda omnia draconis capita, univerſamque illius poteſtatem ; & ideo magno myſterio ſic in dracone ſunt ſeptem capita, in agno ſeptem cornua; nam ſi, ut agniculus, videatur debilis, & *quaſi mortuus*, ſine viribus, ac ſpiritibus vitalibus, tamen cùm ille ſit Dei agniculus, fortior, ac valentior eſt omni contrariâ poteſtate. Rupertus lib. 1. de Victoria Verbi Dei, cap. 7. ait : *Pulcherrimum eſt etiam illud reminiſci, quia quot ſunt illius Draconis capita, totidem ſunt hujus Agni cornua.... Magna ſunt hæc ſacramenta.*

Apoc 12. Apoc. 5. *Quidquid infirmum eſt Dei, fortius eſt omni mundana, ac infernali poteſtate.* Rupertus.

11. Sub parabolæ tegumento rigidè Phariſæorum pravitates arguit Chriſtus D. graviterque eos reprehendit, quia non de lege Dei, ſeu de traditionibus pertractabant Unde diſcipuli ei dixerunt : ſcis, quia Phariſæi audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt : *At Jeſus reſpondens*, ait, *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœleſtis, eradicabitur.* Maximè inquirendum, quare Phariſæi, & Scribæ dicantur plantatio, quam cœleſtis Pater non plantavit, cùm valde notum ſit, quod ipſi vivebant ſub jugo Moſaïcæ legis, quæ à Deo data fuit : cur ergo Phariſæi, & Scribæ, ut non plantati à Deo Patre, ſunt eradicandi, ac extirpandi ? Appoſitè D. Auguſtin. lib. 1. quæſtionum Evangel. quæſt. 7. ſic diſſerit : *Omnis plantatio ; quam non plantavit Pater meus cœleſtis, eradicabitur : eſt carnalis cupiditas ; ſecundùm quam ſentientes offendebantur de prætermiſſis traditionibus ſuis : & præcepta vitæ non curabant, quæ à cupiditate animum purgant.* Scribæ & Phariſæi, non erant plantatio Dei Patris ; & ideo eradicandi ad ignem ; quia quamvis vel ſub lege Dei eſſent, non tamen ſecundum legem Dei vivebant, nec illam obſervabant, ut licentioſiùs in ſuis cupiditatibus animum laxarent, ſed ſcrupuloſius de quibuſdam traditionibus curabant : ò ſuperba, & iniqua præſumptio ! leges Dei contemnuntur, & ſolùm eſt ſolicitudo de quibuſdam frivolis legum additiunculis, hanc infernalem ordinationum vaſtam ſylvam ſuâ altâ doctrina diſſipare venit.

D. Auguſt. *Qui vivunt in lege Dei, non ſecundùm eam [illegible] dicantur.*

12. Cùm ſerpens antiquus ad mulierem tentandam pergeret, ait illi : *Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradiſi* ; Cui reſpondens mulier, ait, de fructu lignorum, *quæ ſunt paradiſo, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud.* Gen. 3. n. 3. ſi præceptum à Deo datum exploremus, facilè deprehendetur, quod tam Diabolus, quàm mulier aliquid de ſuo ſuper divinum mandatum addiderunt ; nam Deus conceſſit Adamo omne lignum ad eſcam, uno tantum excepto. *De ligno autem ſcientiæ boni, & mali, ne comedas.* Gen. 2. n. 17. Diabolus verò multa præcepto ſuperimpoſuit, *ut non comederetis de omni ligno*, ut egregiè notavit D. Ambroſ. lib. de Paradiſo, cap. 12. & ait : *Cum dixiſſe Deus, ex omni ligno, quod eſt in paradiſo, edetis ; de ligno autem uno non edetis, inferuit mendacium, ut diceret, ab omni ligno non edetis, cùm de uno tantùm ligno ſcientiæ boni, & mali, præceperit Dominus non eſſe guſtandum.* Similiter & mulier ex diſplicentia appendices ſuper divinum mandatum impoſuit, cùm illud vix jam obſervare diſpoſuerit. Lyranus ad illa verba : *Ne tangeremus*, ſic ait : *Iſtud mulier addit ex ſuo ? non enim Deus prohibuerat ligni tactum, ſed guſtum tantum, & ideo addidit mulier ex diſplicentia præcepti, quia ille, cui diſplicet præceptum impoſitum, illud libenter aggravat.* Ecce, tota ruina generis humani, tam ex Diabolo, quàm ex muliere ſuam originem ducit ex additiunculis ſuper divinum mandatum fabricatis ; nam qui tales appendices de ſuo ſuper legem, aut inſtitutionem addit, legem non ſolidat aut integrat, ſed depravare, ac corrumpere intendit.

Geneſ. 3. Geneſ. 2. D. Ambr. Lyran. *Ruina totius generis humani ex legum additiunculis.*

13. Et ideo tales additiunculas ſuper divina mandata, ut valde iniquas, ac peſtiferas, ſæpeſæpius poſt legem traditam prohibuit Deus, Deuteronom. 12. n. 32. dicens : *Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino : nec addas quicquam, nec minuas.* Similiter cap. 4. n. 2. & c. 5. n. 32. & 33. lex Dei integrè, & perfectè eſt obſervanda, & aliquid non eſt addendum, vel detrahendum, ſeu mutilandum. Et bene explicat Abulenſ. citato cap. 12. Deuter. q. 12. ad finem : Facere aliquod bonum ſupra legem, quod conducit ad obſervationem legis, ac majorem perfectionem, ut ſervare conſilia Evangelica, hoc ſanctum, & fructiferum eſt ? At facere aliquid ſuper legem, quod eſt ad ejus corruptionem, ut faciebant Phariſæi, hoc iniquum, & Diabolicum eſt, imò Phariſæi in tanta erant amentia, ut majoris facerent ſuas traditiones, ac additiunculas, quàm ipſam legem Dei ; & ideo, accuſantes Stephanum. Actor. 6. n. 14. ut notat

Deut. 12. Deut. 4. Deut. 5. Abulenſ. *Lex Dei integre ſervanda, nec addendum nec diminuendum.* Actor. 6.

 Oecumenius,

Oecumen. Oecumenius, licebant: *Audivimus eum dicentem, quoniam JESUS Nazarenus hic deſtruet locum, iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes.* Dicunt traditiones Moyſis, cùm eſſent ſuæ traditiones, ad conciliandam iis majorem authoritatem, ut innuit Lorinus in præſenti: ad rem noſtram, non accuſant, quòd Stephanus mutabat legem, ſed traditiones, pluris enim faciebant traditiones, quàm legem Dei.

*Phariſæi pluris faciebant traditiones, quam legem.*

---

## Chananæa clamans.

### Quæstio IV.

### *Quare tam fortiter per vicos, & plateas clamat pro filiæ ſanitate Mulier?*

14. Textus. SCribit Evangeliſta hoc cap. 15. n. 22. *Ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa clamavit, dicens ei: Miſerere mei Domine, Fili David: filia mea malè a dæmonio vexatur.* Quod Evangelium explicatum eſt tom. 4. c. 2. per decem & octo quæſtiones. Adde.

15. Chananæa *à finibus illis egreſſa clamavit:* Mulier iſta, ut ſatis eſt probabile, non erat ex infima plebe, ſed ſatis nobilis; cur ergo non accedit ad Chriſtum modeſte, ac ſubmiſſâ voce, & cum reverentia alloquitur, ſed à domo exiliens, urbem pervagatur, in altum manus extendit, & per omnia loca magnos & altos ululatus excitat, & commovet. D. Baſil. Seleuc. homil. 20. ſic ait: *Verecundiam omnem calamitas excutit, & ingenitum à natura pudorem, mali vis captivum ducit.* Vehemens mali compendium, ac ingentis doloris ſtimulus omnem verecundiam excutit; ut alto, & magno clamore multis lachrymis omnem civitatem implere mulier minime recuſaret; ſed ingens calamitas, quâ affligebatur, omnem verecundiam, ac condecentiam reſpuit, ac excutit.

D. Baſil. Sel. *Dolor excutit omnem verecundiam, & condecentiam.*

16. Ric. à S. Lau. Non omittam hic annotatum, quod ſanctiſſima Virgo Maria, tanquam matris Chananææ perſonam gerens, pro anima peccatrice, tanquam pro filia rogat; ut meditatur Richardus à Sanct. Laurentio lib. 6. de laudibus Virg. & ait: *Maria eſt mater Chananæa, quæ clamat ad Deum pro filia, id eſt peccatrice anima, cujus etiam perſonam miſericorditer in ſe transformat, dicens: Miſerere mei fili David: & cui miſericorditer reſpondens filius: O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.* Cùm ſe transformat in matrem, non tam filiorum, quàm ſui miſereri expoſtulat.

*Deipara tanquam mater dari ſibi petit pro peccatoribus, ut filiis.*

17. Clamat mulier: *Miſerere mei Domine, fili David, filia mea malè à dæmonio vexatur:* à cujus clamore quilibet peccatis innodatus non debet ceſſare, ut qui gravius, & majus malum dæmone in ſe habeat, peccatum nempe, quod majus nocumentum animæ infert, ut notat D. Baſilius in exhortat. ad Baptiſm. & ait: *Stude Chananæam imitari: At, inquit, filiam male à dæmonio poſſeſſam non habeo, habes tamen animam immundo ſpiritu occupatam. Quid ait Chananæa? Miſerere mei, filia mea malè à dæmonio vexatur. Magnus enim dæmon peccatum. Qui dæmonium habet, miſericordiam invenit: qui autem peccat, odium ſibi contrahit. Ille veniâ dignus, hic nunquam excuſatur:* Expende illud, *Magnus dæmon peccatum?* Tam grande malum eſt peccatum; quòd comparatione illius nullum aliud poteſt dici malum; nam etiamſi diabolus totam ſuam potentiam exacuet, nullum malum valet inferre animæ, niſi peccati interventu, & ideo ipſum peccatum eſt damnabilius malum, quàm ipſe diabolus.

D. Baſil.

*Gravius, & crudelius malum peccatum, quam dæmon.*

18. Cùm diſcipuli maximè exultarent, quòd dæmones ſibi ſubjicerentur, ait illis Chriſtus: *In hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur: gaudere autem, quod nomina veſtra ſcripta ſint in cœlis.* Luc. 10. num. 2. & cur prohibentur gaudere de tanta poteſtate eis data, quod dæmonibus dominarentur, eoſque ſibi ſubjectos haberent; meritò ſane. Quia potiùs erat gaudendum quòd ſubjecta eis eſſent peccata; qua de cauſa, eorum nomina ſcripta erant in cœlis, qui ex peccatis privabantur à regno cœlorum, non tamen à dæmonibus ejectis per ipſos. D. Chryſoſtom. homil. 41. in Acta Apoſtolor. tractans prædictum locum D. Lucæ, ait: *Non eſt ita magnum à dæmone liberari, ut eripi à peccato dæmon non prohibet regnum cœlorum aſſequi, licet cooperetur invitus quidem: cooperatur autem faciens habentem ſe continentiorem. Peccatum autem ejicit... Si igitur hic quidem non ejicit,* ſcilicet à regno cœlorum: *illud autem ejicit; liberari à peccata majoris beneficii eſt. Peccatum enim gravius eſt dæmone.*

Luc. 10.

*Peccatum gravius malum Dæmone.*

D. Chryſ.

19. Job 6. Job circundatus tot, & tantis malis in corpore, dicebat ad dæmonium, cap. 6. num. 4. *Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum.* Ex Græco habetur in Catena: *ſagittæ enim Domini in me ſunt, quarum furor ipſarum ebibit ſanguinem meum.* Sic dicebat Job tot, & tantis calmitatibus afflictus, & vexatus. Aliter verò David dominans in toto regno, & gaudens in palatio. *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam, & non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.* Pſalm. 37. n. 3. & 4. Confert modo Jobum & Davidem inter ſe in ſuis tentationibus. Uterque gemens dolet de ſuis malis; Job tantum deplorat Domini ſagittas in ſe ad effundendum ejus ſanguinem: Ad David non ſolùm dolet de Domini ſagittis ad profundendum ejus ſanguinem, ſed etiam maximè gemit fortiſſimam Domini manum verſam in ſe, carnemque ejus percuſſam; & oſſa contraria. Cur ergo Job in medio tantorum malorum ſolùm Domini ſagittas clamat, at verò David nullo morbo vexatus, nitens regni ſplendore, non ſolùm Domini ſagittas experitur, ſed etiam graviſſimam Dei manum, carnem contuſam, oſſa comminuta? Job datus eſt ſub manu diaboli: *Ecce in manu tua eſt, tamèn animam illius ſerva.* Job 2. n. 6. Tentatur Job, & graviter in corpore, ac in omnibus bonis externis à dæmone; tamen anima ſemper conſervata eſt in ſua puritate, ac integritate juſtitiæ. At David in ſua tentatione ſuccumbit, & magnis peccatis, adulterii, & homicidii eſt fœdatus: & inde graviori malo premitur David in regio palatio ſub jugo peccati, quàm Job in ſterquilinio in manu dæmonis. D. Baſilius homil. 3. de peccato, ait, *Cùm aliquando David*

Græcus.

Pſalm. 37.

*Magis vexatur, ac premitur David ſub peccato, quam Job in manu dæmonis.*

Job 2.

D. Baſil.



*David benignitate Dei potens, ac rerum omnium affluens affectus, ita ſe extuliſſe, ut non dubitaret gloriari ac dicere: Ego dixi, cùm res eſſent mihi ſecundæ, non commovebor in æternum: ea de cauſa meritò ſanè traditus eſt tentatori, qui animam illius attingens, longè majus illi damnum, quàm ipſi Job dedit.* Expende ultima verba: *Majus illi damnum.*

---

### Quæstio V.

### *Quare tam dure ſe habet Chriſtus cum Chananæa fide fervida, ut primò non reſpondeat, deinde dicat panem filiorum non eſſe canibus dandum?*

20. FOrtiter clamat mulier pro filiæ ſanitate: alto ſilentio Chriſtus *non reſpondit ei verbum*, ut in præſenti notat Evangeliſta n. 23. de quo multas dedi rationes citato cap. 2. q. 7. Nunc adde. Valde mirum, quòd Chriſtus non reſpondebat mulieri, tam inſtanter poſtulanti, cùm ipſe dicat: *Clamabis, & dicet: Ecce adſum,* Iſaiæ 58. num. 9. non repellit Dominus orationem mulieris: ſed differt: ad quod hanc rationem excogitavit Euthymius, & ait: *Ipſe vero penitus ſilet, ut è diverſo Judæis oſtenderet, qualem erga illos gereret affectum, cum infirmos eorum ſemel tantùm rogatus; imò nec ſemel quidem, ſtatim curabat; gentilium quidem non ita:* Mulieri Chananææ, utpote gentili, non ſtatim concedit Dominus poſtulatum, ut concedebat Iſraëlitis rogantibus: imò & non petentibus, ut ſæpè infirmos eorum curavit; ut oſtendatur, quòd non ita frequenter ſolet Deus currere ad preces alienorum, ut ad preces filiorum; quo enim quis ſanctior, ac filiorum ſpiritu imbuitur, ut clamet tanquam Abba Pater, eo feſtinantius ſibi habet auxiliatorem Deum Patrem.

Iſai. 58.

Euthym.

*Oratio filiorum, ac domeſticorum magnam vim habet ad impetrandum.*

21. Non ſolùm Dominus non reſpondet verbum mulieri, ſed etiam cùm diſcipuli rogarent pro ea: *Dimitte eam*, reſpondens ait: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus:* Quæ verba graviſſime Divus Baſilius Seleucus orat. 21. expendit; nempe quòd Chananæa his contumeliis auditis, coram ſe, ac aliis, pacato ore reſpondit, animi ſui conſtantiam retinens, & pro filiæ ſanitate adhuc deprecans, ſic ait Baſilius: *Niſi enim talis fuiſſet mulier, fortè inhumanitatis, aut impotentiæ ſalvatorem condemnans advolaſſet.* Et ut ait D. Paſchaſ. lib. in Matthæum: *Contumelioſo verbo audito, quo ſe veluti canem audit dicere, animum non perdidit, ſed ingenti fiducia pro filia ſanitate deprecatur.* Animus generoſus quâlibet re adversâ non frangitur, nec corde diſſolvitur, nec viribus proſternitur, ſed magnâ ſpe conceptâ, fortiùs inſtat, ac proſequitur.

D. Baſ. Sel.

*Chananæa contumeliâ auditâ, non recedit, ſed adhuc inſtat.*

D. Paſch.

22. Terribilia ſigna de die judicii, qualia nunquam fuerunt, nec erunt, denuntiat Chriſtus ſuis diſcipulis, quæ ſe exhibebunt in Sole, Luna, Stellis, ac in commotione omnium elementorum. Tunc ait illis: *His autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra,* Luc. 21. n. 28. In tanta tribulatione, ac rerum anguſtia expende divinum affatum; pondere tantorum laborum non ait, proſternimini, & depreſſi dimittite capita in terram, ſed *levate capita veſtra,* tanquam fortes & conſtantes animo, quod tantâ rerum tempeſtate non cadetis viribus, ſed exinde magis roborati, ac in majorem ſpem erecti. Galfridus apud Tilmanum in Allegoriis. Sic ait. In tanta rerum perturbatione. *Confuſione ſonitus maris, & fluctuum ſignis in Sole, Lunâ, & Stellis, levate capita veſtra. Non expectemus, ut mundus nos obruat, quia neceſſe eſt, ut ruat: Dimittamus in proſperis capita, ne vanitatis aura nos rapiat; levemus in adverſis capita ne nos torrentis mergat unda, vel trahat. Levandum igitur eſt caput; & reſiſtendum his, qui dicunt, incurvare, & tranſeamus.*

Luc. 21.

*In adverſis conſtanti animo perſiſtendum.*

Galfrid.

23. Pſalmus 3. Cujus titulus præfigitur, *Pſalmus David cum fugeret à facie Abſalon filii ſui*, proindeque Pſalmus intelligitur cùm David à conſpectu Abſalon fugeret, qui valde dura, & perverſa molitus in regia curia, contemptâ omni debitâ reverentiâ in Patrem, eum magno, & copioſo exercitu perſequebatur, totoque conatu, omnique induſtria ſanctum Parentem ad mortem depoſcebat. Cardinalis Bellarminus exponens prædictum Pſalmi titulum, & immanem, ac crudelem Abſalonis perſequutionem, quâ mortem Patris anhelabat; ſic perbellè notat: *Abſalon ſignificat; Patris pax, quia revera bellum fuit filii, ſed in Patre ſemper fuit pax ut patet de Davide, qui flevit mortem filii,* 2. Reg. 15. Abſalon tam adverſarius patri, potiùs videbatur dicendus, bellum Patris, quàm Pax. O magnum, & præclarum elogium virtutis ac generoſitatis David! Nam *revera bellum fuit filii, ſed in patre ſemper fuit pax.* Nam licèt Abſalon commoveret bellum contra genitorem, tamen inter armorum ſtrepitus, & bellorum tumultus, interque tantarum adverſitatum commotiones, ſemper Davidis animus ſtetit tranquillus, placidus, & quietus, & nulla paſſione fuit commotus, ac perturbatus; *ſed in patre ſemper fuit Pax.*

Pſalm. 3.

Bellarm.

2 Reg. 15.

*In adverſis animus conſtans fiat placidus, & quietus.*

---

### Quæstio VI.

### *Quare Chananæa ſe catellam appellat, cum ab ore Domini audierit ſe canem dici?*

24. REpellens Chriſtus Dom. mulierem, dixit: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus: Utique Domine, nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Mulier ab ore Chriſti audierat ſe canibus comparari, illa alludens ad Chriſti dictum ſe catellam dicit. Et cur mulier facit talem mutationem, & non canem, ſed catellam ſe nominat? Ad quod.

*Difficultas quæſtionis.*

25. Pulchrè reſpondet D. Hilar. cap. 15. in Matth. *Chananæa jam ipſa per fidem ſalva, & interioris certa myſterii reſpondet, micis quæ de menſa exciderunt, paſci catellos, canum opprobrio jam ſub blandimento diminutivi nominis mitigato:* Prudentiſſima ſanè fœmina, & omni gloriâ nominis celebrandâ aſperum, ac injurioſum canis verbum in ſe illatum, ſuavi, ac leni diminutivi nominis

D. Hilar.

*Præclara indoles non exaggerat, ſed minuit injurias.*

nominis blandimento mitigat, docens opprobria accepta non exageranda, ſed mitiganda eſſe; non opponenda, quæ aggravant, ſed quæ minuunt; quòd maximè in acceptis injuriis eſt quærendum, ac inveſtigandum.

26. Cùm David procederet in bellum contra crudelem Iſraëlitis hoſtem Goliath, dicebat illi: *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Iſraël, quibus exprobraſti hodie,* 1.Reg.17. 1.Reg.17.n.45. & cur David ſolùm commemorat opprobria Philiſthæi in illo die contorta, cùm ille per quadraginta dies antecedentes, mane, & veſpere, ſine intermiſſione, non quieſceret in Abulenſ. jactandis contumeliis, ut notat Abulenſis q.32. & ait: *Dicitur quibus exprobraſti hodie, non quod hodie ſolùm exprobrarit, quia per quadraginta dies hoc fecerat, & quotidie bis cùm dicatur*, in textu n.16. *Procadebat verò Philiſthæus mane & veſpere,* *Magna ingenuitas Davidis.* *& ſtabat quadraginta diebus:* Si ergo per quadragenarium dierum ſpatium Philiſthæus impudico ore jactabat ſuas contumelias, quomodo ſolius illius David opprobria interponit? *quibus exprobraſti hodie.* O præclara, ac generoſa juvenis indoles, quæ jactata opprobria non exaggerat, ſed minuit.

27. Cùm Joſeph ſe fratribus ſuis manifeſtaret, illique timerent malum ob crimen venditionis in eum perpetratum, ait illis Joſeph: *Præmiſit me Deus, ut reſervemini ſuper terram, & eſcas ad vivendum habere poſſitis, non veſtro conſilio, ſed* Geneſ.45. *Dei voluntate, hoc miſſus ſum*, Geneſ.45. n.7. Vide, quomodo injuriam ſibi factam in venditione mitigat, ac minuit; ut non venditionem, ſed miſſionem, ac conſilium dicit, & D.Chryſ. appellat. D.Chryſoſtom. ibi: *Vide quomodo ipſemet, & iterum, & tertiò conſolatur illos dicens, ne ſibi ipſis adſcriberent cauſam ſui ingreſſus in Ægyptum; ſed Deum hoc feciſſe ſciant.* *Charitas aliorum crimina mitigat.* Oleaſter. Oleaſter ait: *Ubique nititur eorum malum opus excuſare.*

---

## Quæstio VII.

### *Quare Chriſtus tam mirifice laudat mulieris fidem, conceſſa ejus petitione?*

28. Ait Chriſtus in præſenti, n.28. *O mulier magna eſt fides tua! fiat tibi ſicut vis:* de quo egi citato cap.2. quæſt.15. 16.17. & 18. & Chriſtus tam mirificè, veluti oſtendens admira- D.Chryſ. tionem, eam laudat, ut ait D.Chryſoſt. *Noluit enim talem, tantamque mulieris virtutem ignorationis tenebris obfuſcari:* *Laudatur mulieris fides.* ſed cunctis notam manere. Adde.

29. Et primò: precatur mulier pro filiæ ſanitate: non reſpondet Chriſtus, Interponunt ſeſe Apoſtoli peccatores, occurrit Magiſter, *Non ſum miſſus, niſi ad oves*, &c. Tunc mulier ad genua devoluta clamat, *Domine adjuva me.* Chriſtus acerbè rejicit: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus:* tanquam adſtruens Chananæam catellam eſſe, quod bene accepit mulier ut in eam vocem eruperit: *etiam, Domine; nam & catelli:* Ecce mulier toties rejecta adhuc non diffidit, ſed majorem ſpem concipit de ſalute filiæ, quia Chriſtum non credebat hominem, ſed Deum; nam ſi terrenum eſſe ſibi perſuaderet, jam ex tot aſperis verbis ſe à familia ſeparatam, ac alienam eſſe exiſtimaret; ſed cùm eum, ut verum Deum agnoſceret, ex ſua fide pro certo habet ſe divinæ familiæ partem eſſe. *Firma fides optata impetrat, & obtinet.* D. Baſil. Seleuc. orat. 20. D.Baſ.Sel. in perſona Chananææ ſic ait: *Canem vocaſti me, cùm ſim familiæ pars, Domino fruar, ô fides! ô prudentia! ô Chananææ pietas!* Ubi fides firma perſeverat, poſtulatum non deficit, nec optatis vacuatur; ſed impetrat, & obtinet.

30. Secundò: Chryſoſt. in Catena ait: D.Chryſ. *Intende autem qualiter Apoſtolis non impetrantibus, impetrat ipſa: tam magnum quid eſt inſtantia orationis.* Conſidera, quomodo Apoſtoli Chriſti collaterales unanimiter pro muliere deprecantur: *dimitte eam, quia clamat poſt nos:* & tamen omnes repulſam ferunt, *Non ſum miſſus:* & illa tunc ad genua provoluta deprecatur, & durè rejecta, *non eſt bonum ſumere panem filiorum, &c.* adhuc inſtanter clamat, & inde audit; *fiat tibi ſicut vis:* *Orationis inſtantia obtinet, quod Apoſtolis fuit denegatum.* Præſumpſit mulier de perſeverantia, quod Apoſtolorum chorus oratione non obtinuit: *Apoſtolis non impetrantibus, impetrat ipſa, tam magnum quid eſt inſtantia orationis.* Tam potens eſt perſeverantia orationis, ut uni mulieri alienigenæ concedatur, quod rogantibus pluribus Apoſtolis fuit denegatum.

31. Tertiò: D. Baſil. Seleucus oratione 2. ſuprà D.Baſ.Sel datus, in perſona Chananææ ſic loquitur: *Canis in tanta hominum turba audio: fortè humilitatis, tenuitatiſque ſuæ confeſſionem celat, obtentu contumeliarum. O mulieris fides, in Evangelio deſcripta!* Quamvis mulier primò ſe vidiſſet indignam Chriſti reſponſo: *non reſpondit ei verbum;* & quod nec Apoſtoli pro ipſa rogantes, aliquid obtinuerunt, imò & ad ſpeciem verbum aſperum, & contumelioſum acceptum, ſe nempe canem dici: *Non eſt bonum ſumere panem*, &c. Adeo robuſta fuit mulieris fides, ut etiam inter contumelias, ac tot rejectiones nil humile, ac tenue ſuſpicata fuerit de Chriſto, ſed eum verum Deum credidit, ac regiam Davidis ſobolem. *Vera fides patientiâ, ac adverſis probatur.* Vera fides patientiâ probatur, in adverſiſque oſtenditur, ac declaratur. Unde perbellè dixit Tertullian. lib. 1. de Provid. c. 2. *Marcet virtus ſine adverſario:* & lib. de Martyr. cap.3. *Virtus duritia extruitur, mollitia deſtruitur.*

32. De divina Sponſa electa dicitur Cant.3. n.6. Cant.3. *Qua eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum.* Cur tenera Virgo graditur per deſertum, ubi leones, dracones, ac venenoſi ſerpentes habitant; cur non potiùs per hortum ſui dilecti, Cant.5. n.1. Cant.5. vel per pomaria ſua: Cantic. ibid. Vel per domum matris ſuæ. Cantic.8. n. 2. Cant.8. ſed his omiſſis vaſtam ſolitudinem eligit, per montes infames nivibus, ac vepribus, ut nempe iſta oſtendat generoſitatem, ac fortitudinem animi ſui, ut ita Deum ſibi alliciat. D.Nyſſen.orat.6. in Cantica. D.Nyſſen. ait: *Quod è deſerto aſcenderit, teſtatur eam ſtudioſâ contentione animi & continentia ad tantam ſublimitatem perveniſſe.*





# CAPUT XVI.

1. ET acceſſerunt ad eum Phariſæi, & Sadducæi tentantes: & ro-
gaverunt eum ut ſignum de cœlo oſtenderet eis. 2 At ille reſ-
pondens ait illis: Facto veſpere dicitis, Serenum erit: rubi-
cundum eſt enim cœlum. 3. Et mane, Hodie tempeſtas, ru-
tilat enim triſte cœlum. Faciem ergo cœli dijudicare noſtis,
ſigna autem temporum non poteſtis? 4. Generatio mala, & adultera ſignum quærit:
& ſignum non dabitur ei, niſi Jonæ prophetæ: & relictis illis abiit. 5. Et cùm veniſſent
diſcipuli ejus trans fretum, obliti ſunt panes accipere. 6. Qui dixit illis: Intuemini,
& cavete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum. 7. At illi cogitabant inter ſe
dicentes, quia panes non accepimus 8. Sciens autem Jeſus, dixit: Quid cogitatis in-
ter vos, modicæ fidei, quia panes non habetis? 9. Nondum intelligitis, neque recor-
damini quinque panum, in quinque millia hominum & quot cophinos ſumpſiſtis? 10.
Neque ſeptem panum, in quatuor millia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis? 11.
Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cavete à fermento Phariſæorum,
& Sadducæorum? 12. Tunc intellexerunt quia non dixerit cavendum à fermento pa-
num, ſed à doctrina Phariſæorum, & Sadducæorum. 13. Venit autem Jeſus in partes
Cæſareæ Philippi, & interrogabat diſcipulos ſuos dicens, quem dicunt homines
eſſe filium hominis: 14. At illi dixerunt: alii Joannem Baptiſtam, alii autem Eliam,
alii verò Jeremiam, aut unum ex prophetis. 15. Dicit illis Jeſus: Vos autem, quem
me eſſe dicitis; 16. Reſpondens Simon Petrus dixit, Tu es Chriſtus Filius Dei vi-
vi. 17. Reſpondens autem Jeſus dixit ei: Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro &
ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt. 18 Et ego dico tibi:
quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ in-
feri non prævalebunt adverſus eam. 19. Et tibi dabo claves regni cœlorum: & quod-
cumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcumque ſolveris
ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. 20. Tunc præcepit diſcipulis ſuis ut nemini
dicerent, quia ipſe eſſet Jeſus Chriſtus. 21. Exinde cœpit Jeſus oſtendere diſcipulis
ſuis, quia oporteret eum ire Jeroſolimam; & multa pati à ſenioribus, & Scribis, &
Principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. 22 Et aſſumens eum
Petrus, cœpit increpare eum dicens: Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. 23. Qui
converſus dixit Petro, Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea
quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum. 24. Tunc Jeſus dixit diſcipulis ſuis, ſi quis vult
poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. 25.
Qui enim voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit
animam ſuam, propter me, inveniet eam. 26. Quid enim prodeſt homini ſi mundum
univerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur; aut quam dabit homo
commutationem pro anima ſua? 27. Filius enim hominis venturus eſt in gloria pa-
tris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet unicuique ſecundùm opera ejus. 28.
Amen dico vobis, ſunt quidam de hîc ſtantibus qui non guſtabunt mortem, do-
nec videant filium hominis venientem in regno ſuo.

### *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*A Verſ.* 1. Petentibus Phariſæis ſignum de cœlo, nullum aliud eis dandum dicit, niſi ſignum Jonæ Prophetæ, deindeque diſcipulos monet cavendum à fermento Phariſæorum, id eſt, ab eorum mala doctrina, quod hîc eſt explicandũ

*Secundò, V.* 13 Interrogat quid de eo cenſeant homines? Petrus reſpondet: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi:* eique promittit ſuæ Eccleſiæ claves; quod eſt explicatum, tom. 4. c. 5.

*Tertiò, V.* 21. Prædicit ſuam paſſionem.

nem, quàm Petrus volens impedire, graviter reprehenditur, & eſt explicatum, tom. 4. c.6.

*Quintò, V.24.* Suos ad Crucem vocat, ac ad propriam abnegationem: quod expendi, tom.4. cap.7.

*Cavendum à fermento Phariſæorum.*

*Matth.16. n.1.* Et acceſſerunt ad eum Phariſæi, Sadducæi, & rogaverunt eum, ut ſignum de cœlo oſtenderet eis.

*Num. 2.* At ille reſpondens, ait illis: facto veſpere dicitis: Serenum erit, rubicundum eſt enim cœlum.

*Num.3.* Et mane: hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlum.

*Num 4.* Faciem ergo cœli judicare noſtis: ſigna autem temporum non poteſtis ſcire. Generatio mala & adultera, ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ.

## *VERSIONES.*

*Syrus n. 2.* Serenitas erit, rubet enim cœlum.

*Æthiop.* Quando veſper eſt ei, fuit rufus, dicitur lucida regio eſt.

*Æthop. n. 3.* Et quando diluculum fuit, hodie ideo pluet, quia rubet cælum obnubilatum.

*Burgen.* Triſtitiam afferens.

*Syrus n.4.* Acceptatores vultus, faciem cœli noſtis ſcrutari.

*Arabicus.* O Hypocritæ, noſtis diſcretionem faciei cœli

*Burg.* Generatio irritatrix quærit ſignum improbè.

## *ALTER TEXTUS.*

Ferè ſimilia habent Marc. 8. num. 12. Luc. 12. n. 54.

## *EXPOSITIO I.*

1\. ACCESSERUNT *Phariſæi, & Sadducæi tentantes eum.* Malitia nunquam deſinit; ſed ſemper in ſua nequitia perſeverat, & ſicut ſuprà cap.12. ſigna de cœlo petunt, ita modò adhuc in hoc perſeverant, ſed cautiori verbo utuntur; & non dicunt, ut ſupra: *Volumus à te ſignum videre:* ſed cavilloſo, & malo animo tentandi: *rogaverunt eum, ut ſignum de cœlo oſtenderet eis:* & ita ait Chryſoſtom. in præſenti, homil. 54 *facultatem reprehendendi inveſtigabant:* & ſigna de cœlo petunt, vel quia exiſtimabant tale ſignum non poſſe facere, ut innuunt Chryſoſtom. & Theophylact. vel quia cùm eſſent dediti Phariſæi Aſtrologiæ, & Mathematicis, ut notat Lyranus, in arte ſua ſe volebant ſapientes oſtendere; cùm eſſent ſtolidiſſimi; & ideo Chriſtus D. ut notat Euthymius Luc. 12. n. 56. eos vocat Hypocritas; tamen verius, quod videntur hîc Phariſæi illudere ad miraculum de quinque panibus. Joan. 6. n. 30. Ac ſi dicerent: Tu, ò Domine, dediſti nobis panes multiplicatos in terra; da nobis etiam panem de cœlo, ut dedit Moïſes. Ita D. Remigius, Beda, Albertus Magnus, Abulenſis, & alii.

[D.Chryſ. Theophyl. Lyran. Luc. 12. Joan. 6. D. Remig. Beda. Alb. Mag. Abulenſ.]

2\. *At ille reſpondens ait illis; facto veſpere, dicitis, ſerenum erit: (* craſtino die mane *) rubicundum eſt enim cœlum.* Erat enim proverbium apud Hebræos, cùm veſperi rubicundum eſt cœlum, manifeſtum ſignum, quod dies craſtina erit lucida, & ſerena; & ratio phyſica eſt, quia dum veſperi Solis occidentis radii nubes inflammant, igneaſque reddunt, eo ipſo demonſtrant, nubes rariores eſſe, adeo ut illâ nocte facile ſint diſpellendæ, & abſumendæ.

3\. *Et mane; Hodie tempeſtas*, pluviæ nempe, ac venti; *rutilat enim triſte cœlum*, ut legit Arabicus, *obnubilatum* nempe, aut ut alii, *triſtitiam afferens.* Cùm enim maturino tempore cœlum rubeum, ſeu obnubilatum videbant, tunc dicebant, hodie tempeſtas, pluviæ, ac venti erunt: & ratio phyſica eſt, nam mane cœlum rubens, ſeu obnubilatum, indicat nubes eſſe denſas, ita ut à Sole oriente nequeant conſumi, ſed illi reſiſtant, unde Sole increſcente, ac incaleſcente reſolvendas eſſe in pluviam, ac ventum: & hæc eſt omnium Interpretum ſententia.

[Arabic. *Ratio phyſica.*]

4\. *Faciem ergo cœli*, externam & apparentem, *judicare noſtis*, quantum ad ſerenitatem, vel tempeſtatem; *ſigna autem temporum non poteſtis ſcire:* ſigna temporum, quantum ad adventum Meſſiæ, non poteſtis ſcire ex aſtris, ac cœlorum nubibus: ſed ex Prophetis, ac Scripturis. Dupliciter autem hæc verba leguntur. Primò affimativè, & ſine interrogatione, cum Lyrano, ac ſi dicat: vos Judæi Aſtrologiæ dediti, vultis ſcire adventum Meſſiæ ex aſtris, ac ex motu cœli: ſed his non eſt agnoſcendus, ſed ex Oraculis Prophetarum. Aliter legendum cum interrogatione docent D. Hieron. D. Hilar. D. Paſchaſ. D. Chryſoſt. Euthym. D. Anſelm. Tanquam ſit argumentum à minori ad majus: Vos ô Phariſæi agnoſcitis ſerenitatem, vel tempeſtatem ex ſignis cœleſtibus: ergo multò certius debetis agnoſcere tempus Adventus Meſſiæ ex vaticiniis Prophetarum, ſimulque ex circunſtantiis temporum, ac meis operibus intelligere me verum eſſe Meſſiam debetis.

[Lyran. D.Hieron. D.Hilar. D.Paſchaſ. D.Chryſ. Euthym. D.Anſelm.]





## QUÆSTIO I.

### *Quare Chriſtus D. de ſerenitate, ac tempeſtate temporum facit exemplum Judæis.*

5\. [*Sermo propheticus certior omni cognitione viſuali.*] RAtio literalis eſt proximè poſita in expoſitione, quia ſi ex ordine elementorum, eorumque conſonantia, deprehenditur ſerenum, vel pluvioſum tempus, ergo à fortiori magis debetis aſſentiri, & credere vaticiniis prophetarum; quæ de vero Meſſia loquuntur, me ſcilicet; quæ multo veriora, ac certiora ſunt, quam quæcunque alia cognitio, quam de cœlorum motu habetis. Et in hoc ſenſu ait Petrus Apoſtolus probans Chriſti divinitatem, Epiſtol. 2. c.1. n.18. nempe quod cùm eſſent cum Chriſto in monte Thabor, audierunt vocem de cœlo Æterni parentis: *Hic eſt filius meus dilectus.* Et ſubdit Apoſtolus: *Et habemus firmiorem propheticum ſermonem.* Notat D. Auguſt. ſerm.27. de Verbis Domini, cap. 27. quod propheticus ſermo fortior, ac robuſtior eſt oculari viſione, ac auditione Divini Patris.

[2.Petri 1. D.Auguſt.]

6\. [Abulenſ. *Denotatur duplex Chriſti adventus.*] Abulenſis q.9. ait, in hac ſerenitate, ac tempeſtate temporum deſignari duos Chriſti adventus: Primus in carne, & tunc eſt tempus ſerenum, rubicundum cœlum, ſacratiſſimo ſanguine ſuæ paſſionis cum omni pietate, ac miſericordia, quâ nos redemit. In ſecundo autem adventu, tempeſtas erit, quando ad judicandum venerit; tunc erit mœror, & calamitas, & rutilabit triſte cœlum, apparebunt tunc horribilia ſigna in Sole & Luna, & erit magna tempeſtas in reprobos, & damnatos extremæ, ac finalis condemnationis. Sic etiam docet D. Auguſtinus lib. de quæſtionibus Evangelicis.

[D. Auguſt.]

7\. [Albert. Mag. *Paſſio, & Reſurrectio Chriſti denotatur* Cantic. 5. Pſalm. 29.] Tertiò Albertus Magnus: Per veſperum, in quo cœlum rubicundum eſt, Paſſio Chriſti ſignificatur, proprio ſuo ſanguine rubicantis: Cantic. 5. *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Matutina ſerenitas ſignificat gaudium Reſurrectionis: Pſalm. 29. *Ad Veſperum demorabitur fletus, ad matutinum lætitia.* Per veſperum rubicundum ſanctorum perſecutio denotatur, matutina ſerenitas eorum dicit gloriam, & lætitiam.

8\. [Hugo. *Poſt tribulationem lætitia.* Tobiæ 3.] Quartò: Cardinalis Hugo ait: *Quando in mane juventutis rubet, ſignum eſt futuræ tribulationis; ſed poſt tempeſtatem tribulationis, ſequitur ſerenitas conſolationis.* Sic dicitur Tobiæ 4.n.22. *Non delectaberis in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis: & poſt lachrymationem, & fletum exultationem infundis.* In perſona Chriſti ait Regius Vates Pſalm. 29. n.12. *Conſcidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia:* conſcidiſti corpus meum flagellis, clavis ac ſpinis, & circundediſti me lætitiâ Reſurrectionis.

[Pſalm.29.]

9\. [D.Chryſ. *Suavia, & triſtia mundi non perdurant* 1.Reg.2.] Quintò D. Chryſoſtom. Veſpere rutilat cœlum, mane ſerenitas, ait: *Neque ſuavia durabilia ſunt, neque triſtia:* ſicut enim quandoque eſt nox, quandoque dies, quandoque hyems, quandoque æſtas, ita & nobis quandoque lætitia, quandoque triſtitia. Sic dicitur 1. Reg. 2. num. 5. *Donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.*

10\. [Geneſ.22.] Ait Deus Abrahamo, Geneſ.22. n.2. *Tolle filium tuum, quem diligis Iſaac, & vade in terram Viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum.* Sufficiens videbatur dicere: *filium tuum:* ad quid ultra exprimitur nomen illius, Iſaac nempe? De Rege Moabitarum filium ſuum immolante ſcribitur 4. Reg. 3. n.27. *Arripienſque filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum.* Nominatur filius hæres regni, tamen proprium illius nomen non declaratur; ſicut nec nomen filiæ Jephte nobis proponit Sacra pagina, Judic. 11. num. 39. à Parente ſuo immolatæ. Cur ergo eodem modo nomen Iſaac non ſubticetur, & dicitur, ut in aliis immolatis, filiæ Abrahæ, hæres, ac unicus illius? cur ergo magis voluit Divina Providentia ut nomen Iſaac in ipſo ſacrificio proferatur, ac exprimatur? Iſaac interpretatur, *riſus* ut notat Philo lib. de Abraham. *Qui adducitur pro victima, Chaldaicè Iſaac, latinè riſus vocatur,* Nam quando natus eſt ſuis parentibus in ſenectute, extitit riſus, & ſumma lætitia, quando Abrahamus cum illo ad ſacrificum pergebat, ſummâ triſtitia; doloreque, multis cadentibus lachrymis afficiebatur: cùm verò ex Dei dono vivum accepit, multis, & magnis beneficiis cumulatum, incredibili gaudio, ac lætitiâ totus perfuſus eſt: inde alto Dei conſilio dicitur Iſaac ut inde deprehendatur, quod inter triſtitiam, ac gaudium hujus mundi alterna viciſſitudo invenitur.

[4. Reg. 3. Judic. 11. Philo. *Maxima mutationes fiunt inter gaudium, & triſtitiam.*]

*Matth.16. n.5.* Et cùm veniſſent diſcipuli ejus trans fretum, obliti ſunt panes accipere.

*Num.6.* Qui dixit illis, Intuimini, & cavete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum,

*Num.7.* At illi cogitabant inter ſe dicentes, quia panes non accepimus.

## *VERSIONES.*

*Syrus n.5.* Cum veniſſent in ulteriorem ripam.

*Æthiopic.* Cum veniſſent in trajectum.

*D.Hilar. n.6.* Attendite vobis à fermento

*Perſicus.* Ut abſtineatis à fermento.

*Syrus n. 7.* Cogitabant in animis ſuis.

*Montan.* Ratiocinantur in ſe ipſis.

*Maldonat.* Diſceptabant, conſultabant.

## *ALTER TEXTUS.*

*Marc.8. n.14* Abiit trans fretum, & obliti ſunt panes ſumere, & niſi unum panem non habebant ſecum in navi.

*Num.15.* Et præcipiebat eis dicens: videte, & cavete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis.

*Luc.* 13. *n.* 1. Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis.

## EXPOSITIO II.

11. *Quæ Chriſtus docet, prius factis oſtendit.* CUM *veniſſent diſcipuli trans fretum*, ex egione Magedana in ulteriorem ripam, Bethſaïdam verſus, ex Marc. 8 n 2. & nota, quia cùm Chriſtus D. eſſet docturus diſcipulos ſuos, ut fugerent à fermento Phariſæorum, prius ipſe hoc exequitur diſcedens ab eorum conventu, ac loco.

12. Abulenſ. *Obliti ſunt panes accipere*: Solebant enim diſcipuli, cùm de uno loco tranſirent, ad alium panes venales accipere pro victu in via, ut notat Abulenſis; & ipſi unum tantum panem habebant in ſcapha, ut patet ex D. Marc. 8. n. 14. Marc. 8. quia licèt ex miraculo relato ſuperiori capite de quatuor millibus hominum ſupereſſent ſeptem panum ſportæ, eos pauperibus diſtribuerunt, ut tenet Carthuſian. & inde panes non alportarunt. Carthuſ. Secundò, ut notat D. Anſelm. D. Anſelm. indicium eſt, quòd modicam corporis curam habebant de illis, quæ erant neceſſaria. Tertiò, Alber. Mag. ut advertit Albertus Magnus, quia diſcipuli erant obedientiſſimi Domini præceptis, ac conſiliis, qui præceperat: *Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum*: Matth. 6. Matth. 6. n. 34 Quartò idem Albertus, ſpes in Domino; quia jam factis miraculorum excitati erant, quod nil deficeret. Pſal. 33. Scriptum eſt Pſalm. 33. n. 10. *Non eſt inopia timentibus eum: Inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.* Quintò, Cardinalis Hugo. Hugo: obliti ſunt panes accipere, dulcedine veri panis illecti, quem ſecum habebant, juxta Philip. 3. illud Pauli ad Philip. 3. n. 13. *Quæ quidem retro ſunt obliviſcens.*

13. *Cavet*, magnâ intellectus conſideratione, *& cavete*, multâ circumſpectione, ac cautelâ, *à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum*: quod dè D. Matth. doctrina Phariſæorum exponit D. Matth. infra hoc cap. n. 12. *Tunc intellexerunt, quòd non dixerat cavendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum*, &c. Fermentum ergo eſt doctrina Phariſæorum, non illa, quæ erat ſecundùm legem; nam hanc præcipiebat audire, & ei obedire. Matth. 23 n. 2. Damnat ergo Matth. 23. pravam doctrinam Phariſæorum, ſuis traditionibus, ac vanis corruptelis contra legem Dei, Luc. 15. hanc D. Lucas 12. n. 1. vocat hypocriſim; & ait: *Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis*, quia Phariſæi exteriùs ſimulantes ſanctitatem, zelum legis, errores, falſitates, ac depravationes ſeminabant; *& Herodis*, addit D. Marcus; ex quo conſtat aliquam fuiſſe Sectam Herodianorum, ſeu Herodis, nam hîc fit mentio de ſectis Phariſæorum, ac Sadducæorum; quæ autem eſſet hæc Secta Herodianorum, non legitur in aliquo Authore antiquo, ut advertit Maldonatus.

14. Lyran. Abulenſ. *At illi cogitabant intra ſe, quia panes non accepimus.* Lyranus; & Abulenſis exponunt primò, audito verbo Chriſti: *Cavete à fermento Phariſæorum*: ac ſi dicerent inter ſe, bene cavimus à fermento Phariſæorum, qui ab eis utique nullum accipimus panem. Secundò Cardinalis Hugo: *Cavete à fermento Phariſæorum*, Hugo. quia ab eis non accepimus panes, nec Magiſter vult nos ab eis accipere. Tertiò Carthuſian. ſic intellige verba, ait: Admonet nos Dominus: Carthuſian ne eamus, vel accipiamus panem à Phariſæis; ſimpliciter tamen dicendum eſt; quòd audito verbo Chriſti de fermento, inde recordati ſunt, *Verus ſenſus.* quod obliti fuerint panes accipere pro via, ne forte Chriſtus vellet ire in deſertum: & inde cogitabant inter ſe; quid agendum eſſet, & hic ſenſus bene colligitur ex D. Marc. 8. n. 16. *Et cogitabant ad alterutrum, dicentes quia panes non habemus*, id eſt quid agendum; quia panes non habemus. Marc. 8.

---

### QUÆSTIO II.

### *Quare Chriſtus D. Phariſæorum doctrinam fermentum appellat?*

FErmentum valde diverſimodè accipitur, aliquando in bonam partem, ut cum dicitur: *Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit.* Matth. 13. n. 33. & ita dicitur à fervore fidei, ſeu charitatis; nam fermentum dicitur à fervore, quia totam maſſam calefaciendo in unum adunit: Vide, quæ dixi tom. 3. in Evangel. cap. 27. q. 9. n 58. 59. 60. & deinceps, aliquando ſumitur in malam partem; ut in præſenti. 25. *Fermentum varie accipitur.* Matth. 13.

In hoc limine dubitat Abulenſ. q. 25 Cur potiùs in hoc loco; quàm in alio Chriſtus D. monet ſuos diſcipulos fugere à doctrina Phariſæorum, ſub metaphora fermenti, quia Chriſtus intendebat ſuos diſcipulos docere, ut à tam peſtilenti contagio fugerent; inde cùm ipſi eſſent obliti de panibus, occaſione datâ, de tanto malo declinando eos inſtruit, ſub vocabulo fermenti, quod ſecundùm communem uſum panis eſt: doctrina, etſi neceſſaria, danda opportuno tempore & occaſione. Ad quæſtionem. 16. Abulenſ. *Doctrina opportuna occaſione danda.*

Primò Reſpondet D. Hieron. in præſenti, *Fermentum*, ait: *Phariſæorum, & Sadducæorum, non corporalem panem, ſed traditiones perverſas, & hæretica ſignificat dogmata. Item iſtiuſmodi fermentum, quod omni ratione vitandum eſt, habuit Marcion, & Valentinus, & omnes hæretici. Fermentum hanc vim habet, ut ſi farinæ mixtum fuerit; quod parvum videbatur, creſcat in majus, & ad ſaporem ſuum univerſam conſperſionem trahat. Ita doctrina hæretica, ſi vel modicam ſcintillam in tuum pectus jecerit, in brevi ingens flamma ſuccreſcit, & totam hominis poſſeſſionem ad ſe trahit.* Cavendum eſt diligentiſſime à fermento hæreticorum: nam ut ait Apoſtolus 1. Corinth 5. n. 6. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* 17. D. Hieron. *Parva doctrina mala totum inficit.* 1. Cor. 5.

Quod etiam optimè explicat Abulenſ. q. 23. Aptiùs nempe, ait, mala doctrina vocatur fermentum, quam bona doctrina: quia bona doctrina; ſi pauca ſit, adjuncta multæ doctrinæ mala, non permutat eam, ut faciat hominem bonum: Doctrina autem mala parva multæ doctrinæ bonæ permixta, totum inficit, & hominem malum reddit, quia ut ait D. Dionyſius, *Bonum ſolum ex integra cauſa, malum verò ex quocunque defectu.* 28. Abulenſ. D. Dionyſ.

Secundò Caietanus ait: *Peſtifera doctrina Phariſæorum, & Sadducæorum aſſimilatur fermento, propter hoc, quod occulta elevat ad ſimilitudinem fermenti abſconditi ſub farina conſperſa, elevantis totam maſſam; erat enim doctrina inflativa cordis, ut ipſorum vana gloria teſtatur.* Fermentum hoc habet, quod occultum totam maſſam elevat: ſic doctrina Phariſæorum, procedebat ex occulta vanitate cordis, quæ maximè inflat, & totam doctrinam inutilem, ac infructiferam reddit. Videant Doctores, & Prædicatores ne vanâ gloriâ moveantur, quia ſine fructu in vinea Dei laborabunt. 19. Caietan. *Doctor ex vanitate docens inutilis.*



20. Tertull. *Conſequentia peccatorum gehennalis flamma.* Tertiò: Tertullian. lib. 4. in Marc. ait: *Quia poſt fermentum clibanus, vel furnus gehennæ ſequatur*, meritò depravata doctrina Phariſæorum confertur cum fermento; nam poſtquam panis eſt fermentatus, quid eum ſequitur, niſi fornax accenſa? ſic ad malitiam, ac nequitiam conſummatam gehennalis flamma ſtatim advolat. D. Bernard. ſerm. 11. in Pſalm. *Qui habitat*, & ait: *Ubi malum, flagellum quoque appropinquare neceſſum eſt; ſemper enim malum pœna comitatur.*

21. Cùm magnis, & præclaris triumphis deviciſſet Joſue reges Amorrhæorum, cùmque ipſi fugerent à facie Iſraël, ait Text. *Dominus miſit* Joſue 10. Exod. 9. *ſuper eos lapides magnos de cœlo.* Joſue 10. n. 11. Aliter dicitur Exod. 9. nu. 13. Cùm Dominus procederet contra obſtinatum Pharaonem, *Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac diſcurrentia fulgura*: non tamen dicitur, quod venerit de cœlo grando, ſicut lapides ſcribuntur cecidiſſe ſuper Amorrhæos; & quænam horum *Peccata adducunt ad ſe pœnas.* diverſitas? Ut ſuper hos exprimatur, quod venerit de cœlo plaga, non ſic ſuper illos de cœlo declaratur. In cœlo erant omnium Chananæorum idola, nempe ſydera, Sol, & Luna, quæ omnes Chananæi ut Deos venerabantur, ex quibus Iſraëlitæ ſimilem idololatriam Lyran. Actor 7. hauſerunt, ut advertit Lyranus actor. 7. n. 43. *Suſceperunt tabernaculum Moloch.* Cum in cœlo ergo habuiſſent fomentum, ac nutrimentum ſuorum peccatorum, inde conſequens fuit, ut ab ipſo cœlo deſcenderet ſupplicium ad miſerrimum eorum interitum.

22. Limos 4. Ad filios Iſraël loquens Amos cap. 4. nu. 1. *Audite verbum Domini, vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ::: Juravit Dominus Deus in ſancto ſuo: quia ecce dies venient ſuper vos, & levabunt vos in contis & reliquias veſtras in ollis ferventibus.* Deſcribitur captivitas & oppreſſio Iſraëlitarum inflicta per Babylonios; & cur eorum vexatio per ollam ſuccenſam oſtenditur? rationem indigitant illa verba: *Audite vaccæ pingues:* *Peccatum ad ſe advocat ferventes flammas.* Rupertus. Qui enim ut vaccæ impinguabantur de pauperum ſubſtantiis, ut amplas ollas ſibi coquerent ad ſuas delicias, meritò & inde tale ſupplicium ipſi in ollis excipiunt, ut in eis decoquantur, ac à flammis devorentur. Rupertus ibi ait: *Quas pingues dixerat eſſe vaccas, earum carnes dicit eſſe in contis, & in ferventibus ollis eſſe portandas. Hoc ipſi fieri vidimus, ut præcoctis carnibus fervens, & fumans cacabus in contis levaretur, & de culina longiùs deferretur ad locum convivantium. Hoc ergo Propheta clamat, quod ferventi captivitatis anguſtiâ decocti transferantur illuc; quodque ſub hoſtibus captivi, à malignis ſpiritibus devorentur.*

---

## Petri Confeſſio.

### QUÆSTIO III.

### *Quare ex ſua confeſſione tam magnificè extollitur Petrus à Chriſto?*

HOc cap. 16. n. 13. quæſivit Chriſtus à ſuis diſcipulis: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Quod Evangelium ſatis latè eſt explicatum à nobis per viginti ſeptem quæſtiones, tom. 4. c. 5. Nunc verò adde: Quod ad interrogationem Chriſti: *At illi dixerunt, Alii Joannem Baptiſtam, alii autem Eliam, alii autem Jeremiam, aut unum ex Prophetis.* Tunc Petrus ex omnium perſona reſpondet, *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Errores per multorum ora verſantur, veritas in uno tantùm reperitur: vanitas per multos vagatur, probitas ut rara, in pauciſſimis, ideſt, in uno tantum invenitur. *Sapientia ædificavit ſibi domum.* Prov. 9. n. 1. At verò vanitas in Salomone: *Ædificavi mihi domos, & plantavi vineas.* Eccleſ. 2. nu. 4. Vera Sapientia unam habet domum, unum gymnaſium. At verò depravata idololatria cum regnat in Salomone, multas domos, quampluraque gymnaſia poſſidet. Ad quæſtionem circa quam multa dixi citato cap. 5. à quæſt. 10. uſque 17. Adde. 23. Pſalm. 9. Eccleſ. 2.

Primò, exponenda ſunt Chriſti verba: *Beatus es Simon Bar-Jona*: quod ultimum verbum à D. Hieronymo interpretatur, *filius columbæ*, nempe Spiritus ſancti, qui in Jordane in columbæ ſpecie apparuit: Quando Andræas adduxit Petrum ad Chriſtum, intuitus eum Jeſus, dixit: *Tu es Simon filius Jona.* Joan. 1. nu. 2. At hîc dicitur filius Spiritus Sancti: Gloſſa ordinaria ait: *Bene filius columbæ, quia plenus ſpirituali gratia erat, filius Spiritus ſancti dicitur, quia oſtenſus eſt in columba, ab eo quem Filium Dei vivi vocaverat, & filio columbæ Pater revelat, quia una eſt operatio Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Conſidera quantum Petrus hac ſua confeſſione promeruit, & ad quantum apicem evectus, ut ab ore Chriſti peculiariter Filius Spiritus ſancti dicatur. Æternus Pater generavit filium; Pater, & Filius producunt Spiritum ſanctum. Ut etiam Spiritus ſanctus peculiari fructu, ac effectu oſtendatur; ut Petrus maximè nobilitaretur, dicitur illius filius. Spiritus ſanctus totam Eccleſiam gubernat; Petrus autem, quamvis perſona humana, finita, & creatus, cùm conſtituitur Caput, & Gubernator totius Eccleſiæ, peculiaris Filius Spiritus ſancti dicitur, & publicatur. De ejus elogiis multa dixi tom. 2. in Apocalypſim, capite 21. 24. D. Hieron. Joan. 1. Gloſſa. *Petrus peculiaris Filius Spiritus ſancti dicitur.*

Secundò ait Chriſtus: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram*: hoc dicendi modo indicat Chriſtus, quod iſte Princeps Apoſtolorum ſit petra, ut explicat D. Leo ſtatim citandus: Tu quoque Petra es, ait ſanct. Doctor, in perſona Chriſti ad ipſum; ſed quomodo hic magnus Apoſtolus dicitur petra, cùm ſit perſona humana ex carne, & ſanguine conſtans? Conſtituebatur ipſe Princeps Eccleſiæ, illiuſque caput, ac fundamentum, & obligatio injuncta ejus muneri 25. D. Leo. *Prælatus totus ſit convisceratus in ſuo officio.*

muneri poſtulabat lapideam naturam ideo ipſe Petra dicitur, quia oblatio officii, tota debet eſſe converſa in naturam, in eamque imbibita, ac ſi homo nihil aliud ſit, nec ullum aliud eſſe habeat, quàm quod ejus aſtricta officii obligatio exigit, ac requirit; pro quo multa vide in aliis noſtris libris, verb. *Officium*: vel *Prælatus*.

26. Tertiò: Petrus dixerat ad Jeſum: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*: Chriſtus rependens tantæ confeſſionis mercedem, ait: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram*, &c. Sed quomodo hæc cohærent. Petrus confitetur Chriſtum, pluſquàm viderat; viderat hominem, confitetur verum Deum, & Chriſtus viderat Petrum hominem, & tamen eum dicit, ac evulgat Petram, quod eſt multum quid inferius homine: Petrus dixerat Chriſtum Filium Dei vivit; Chriſtus cum Petrum dicat, eum ex terra productum denotat: quomodo infinita Chriſti Sapientia hunc remunerans, Petram dicit; O magnum, & præclarum myſterium ad noſtram inſtitutionem! Petra inſenſibilis, ac doloris expers eſt, ſive ictibus prematur alio lapide, ferro, vel igne, patienter ſuſtinet, & minimè commovetur. Inauguratur hîc Petrus à Chriſto Caput, & Præſul Eccleſiæ, inde ei intimatur induere debere naturam inſenſibilis petræ, ut eximiâ patientiâ ſufferat multas contrarietates à ſubditis, adverſariis, ac æmulis. Hanc doctrinam nos docet Paulus ex Deo Roman. 9. n. 22. *Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ parata in interitum.* Anima Sancta de ſe ait, Cantic. 1. n. 5. *Filii matris meæ pugnaverunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis.* Cùm ipſa cuſtodiam, ac præfecturam vinearum habuit, ſtatim oppugnantium jacula experta eſt, & non alii, niſi filii matris meæ, *pugnaverunt contra me.*

*Inauguratus Prælatus patientia, ſit tanquam lapis inſenſibilis.*

Rom. 9.

Cantic. 1.

27. D. Leo.

Quartò: D. Leo ſerm. 3. in Anniv. Aſſumpt. illis, ſic præ entem locum explanat: *Et ego dico tibi, hoc eſt ſicut meus Pater tibi manifeſtavit divinitatem meam: ita & ego notam facio tibi excellentiam tuam; quia tu es Petrus: ideſt, cùm ego ſim inviolabilis petra, &c. tamen tu quoque petra es, quia meâ ſolidaris virtute, ut quæ mihi poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia.* In quibus præclaris Patris verbis multa ſunt notanda. *Ego notam facio tibi excellentiam tuam.* Solus Filius Dei incarnatus excellentiam Petri poteſt manifeſtare, & aperire. Deinde, *Quæ mihi* (ut Filio Dei) *poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia.* Quid magis de uno puro homine dici poteſt? ſed unde illi tot, & tanta explicat Sanctus in perſona Chriſti: *Virtute meâ ſolidaris.* Virtute Chriſti conſtituitur, ut ſit caput Orbis illiuſque clavum teneat, non auro, & argento; non opibus, gazis, ac redditibus; ſed Chriſti virtute, illiuſque paupertate, ac rerum contemptu firmatur, ac ſtabilitur. Vox eſt enim Petri: *Argentum, & aurum non eſt mihi.* Actor. 3. n. 6. harum virtutum, ac rerum contemptus Petrus Sacerdotes reliquit hæredes cum Chriſto, cum quo omnia habent.

*Excellentias Petri ſolus Chriſtus agnoſcit.*

*Sacerdotes ſolidantur Chriſti virtute, non opibus & divitiis.*

Actor. 3.

28. Ait David Pſal. 118. n. 57. *Portio mea Domine.* Legit D. Hieron. *pars mea Domine,* D. Aug. *pars mea Dominus.* Qui enim Dominum habet pro parte, portione, ac hæreditate, omnia habet. D. Ambroſ. ad citatum locum Pſalmi: *Portio mea Dominus; cui, ait, portio Deus eſt, totius naturæ poſſeſſor eſt effectus, videlicet totus quidem cum Domino Dominus eſt.*

Pſal. 118. D Hieron. D Auguſt. D. Ambroſ.

29. Actor. 8. Cùm Simon ille Magus vidiſſet, quod per manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus ad multa mirabilia, & prodigia operanda: *Obtulit eis pecuniam dicens, date mihi hanc poteſtatem, ut cuicunque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum.* Actor 8. num. 19. In quem Petrus magna ira commotus acerbè invehitur dicens; *pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecuniâ poſſideri. Non eſt tibi pars neque ſors in ſermone iſto. Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. In felle amaritudinis, & obligatione peccati video te eſſe* Seu ut legit Syrus: *In vinculis iniquitatis te video eſſe*: ideſt, multis peccatis implicatum in damnationem æternam: cur magnus Pater, ac Paſtor Eccleſiæ tam dirè, ac asperè ſe habet cùm homine forſitan rudi, & impolito in doctrina Eccleſiaſtica; cur eum non benignè, ac leniter admonet de vera, & ſana doctrina; ſed ſtatim tam dirâ maledictione percutit? Fundabatur Eccleſia Dei, & maximè timuit illius princeps Petrus, ne talis depravata doctrina inter Eccleſiaſticos irreperet, & ne illa, quæ ad ſuum munus ſpectabant, diſtribuenda eſſent non virtute meritorum, per quæ dona Divini Spiritus communicantur, ſed affectu avaritiæ, ac pecuniæ, quod eſt diabolicum dogma; & inde ſic Apoſtolus exarſit in eum tam peſtiferum, ac venenoſum malum, quod ſtatim in ſuo exordio diro maledictionis mucrone fuit reſecandum, ac amputandum. Urbanus Summus Pontifex in Epiſtola decretali ad Lucium Præpoſitum ſancti Juventii, ſic ait: *Apoſtolus ambitionem talis quæſtus, ideſt, avaritiam, quæ eſt idolorum ſervitus in eodem Simone exhorruit, & maledictionis jaculo percuſſit, ne quiſquam res eccleſiaſticas, quæ Dei dona ſunt, & ideo gratis dari debent, propter ſua lucra emat, vel vendat.* Expende illud verbum: *In eodem Simone exhorruit.*

Syrus.

*Pecuniarum amor Eccleſiaſticis valde repugnans.*

Urbanus ſecundus.

## QUÆSTIO IV.

### *Quare D. Petro pro tam magnifica Confeſſione non ſtatim ei confertur Pontificia dignitas, ſed de futuro promittitur.*

30. Textus. CHriſtus Petri confeſſionem remunerans ait: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves regni cœlorum, & portæ inferi non prævalebunt.* Quod multis eſt explicatum quæſtionibus citato c. 5. Adde nunc, quod Petrus de præſenti facit ſuam confeſſionem: *Tu es Chriſtus Filius Dei*, & tamen Chriſtus totum præmium aſſignat in futurum. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: tibi dabo claves regni cœlorum; portæ inferi non prævalebunt*: & ratio literalis eſt, quia Petrus conſtituebatur Vicar. Eccleſ. Chriſti, poſt ejus glorioſam aſcenſionem, ut illius vices gereret in terris.

*Difficultas quæſtionis.*

31. Reſpondeo, quòd Chriſtus etiam de præſenti dat præmium, *Beatus es Simon Bar-Jona*: cùm dicit Beatum, & in hoc ſtat ejus beatitudo, quòd cognoverit Deum, ipſumque confeſſus eſt. D. Cyrillus Hieroſolymitan. Cathec. 11. Petri confeſſionem tractans, ſic ait: *Qui itaque agnoſcit Dominum Jeſum cum Deo, ſit particeps ejus beatitudinis.* Vox eſt enim Chriſti Domini, Joan. 17. n. 3. *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum.*

*Cognoſcere Deum vera beatitudo.*

D. Cyrill.

Joan. 17.



32. Reſpondeo ſecundò, quod Petrus refutat falſas hominum opiniones de Chriſto; ipſumque verum Filium Dei confitetur, indeque ſe maximè pontificiæ dignitatis dignum oſtendit, & manifeſtat, ubi enim merita adſunt, poſſeſſio non deeſt; ipſa enim merita poſſeſſionis jura important. Ecce vir luctabatur cum Jacob, in quo luctamine ipſe valde generoſè ſe habuit, ita ut ei diceretur: *Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël.* Gen. 32. num. 28. D. Hieronymus in quæſtionibus Hebraïc. ait, quod *Iſraël interpretatur, videns Deum*: & ita Jacob certaminis locum appellavit. *Vocavitque Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens, vidi Deum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea*: ibid. num. 30. Quomodo Jacob hoc de ſe teſtatur? nam in contentione vidit in externa ſpecie hominem, & ad plurimum Angelum; cur ergo non ait: Vidi hominem, vidi Angelum, ſed Deum facie ad faciem, quod proprium eſt cœleſti beatitudinis in patria, ut ait Apoſtolus 1. Corinth. 15. n. 12. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Jacob in ipſo congreſſu cum Angelo, magnis, & præclaris præfulſit meritis, ut jam dignus inventus eſſet facialis viſionis in patria: cùm ergo merita tanti ſplendoris refulſerint in Jacob, jam illius ſplendores, ac fulgores obtinere, ac poſſidere aſtruitur, & publicatur. Philippus Abbas lib. de ſilentio Cleric. c. 88. ait: *Jacob interpretatur, Luctator; Iſraël vero, Videns Deum; & rectè, qui luctare voluit, & valuit, imò & prævaluit, Iſraël appellatur; quia mollis, & fœmineus, non ſic ad purum oculus declaratur, ut ad videndum inviſibilia velit: & valeat aſpirare, & in ejus internam faciem hujus ſpiraculi Deus gratiam inſpirare.* Expende verba: *Quia mollis & fœmineus, non ſic ad purum oculus declaratur*: & ſequentia verba.

*Ubi meritum, ibi poſſeſſio, ipſum meritum eſt poſſidere,*

Geneſ. 32. D. Hieron.

1. Cor. 13.

Phil. Abbas.

## QUÆSTIO V.

### *Quare in ſumma poteſtate data Petro dicitur, quod portæ inferi non prævalebunt adversùs eam, & quid hæc portæ ſignificent?*

33. QUid per has portas Inferi denotetur, latè explicavi citato c. 5. q. 23. nempe Dæmonum congregatio, ſeu eorum civitas cum omnibus ſuis tentamentis, nequitiis, Eccleſiæ perſecutoribus, tyrannis, iniquis regibus, ac principibus, & etiam malignantium judicum tribunalibus; & ideo metaphora portarum uſus eſt, quia talia tribunalia erant in portis: & inde Regius Vates ait Pſal. 1. n. 1. *& in Cathedra peſtilentiæ non ſedit*: Symmachus: *In cathedra inſidiatorum, vel impoſtorum.* Sexta editio, *in cathedra iniquorum non eſt inventus.* Alii, *in cathedra peſtilentiaria, vel peſtilentiatorum, vel peſtium.* Alii apud Bibliam Maximam, *in cathedra tentationum*: ſed quænam eſt hæc *cathedra impoſtorum, inſidiatorum, peſtilentiæ, peſtilentiarum, ac tentationum?* Explicat Clemens Alex. lib. 2. ſtromat. c. 6. dicens, *& in cathedra peſtilentiæ non ſedit; cathedra autem peſtilentiæ, ubi theatra fuerint, & judicia.* Quænam eſt talis cathedra? ſunt theatra, & judiciaria tribunalia, ex quibus multæ inſidioſæ, ac peſtilentes machinationes devolvuntur, quæ magna contagione, ac corruptione totam civitatem inficiunt.

*Per tribunalia judicia dæmonum malitia diffunditur.*

Pſalm. 2. Symmach. Alia lectio.

Clem. Alex.

34. Caietanus ait, quod per portas inferi intelligat tyrannos, hæreticos, & etiam juxta Chryſoſt. hom 55. in Matth. cum Theoph. Reges, Principes, Dynaſtas: non dixit Chriſtus, Tyranni, Principes, &c. *Non prævalebunt adverſus eam; ſed portæ inferi*, ait Caietanus, *per quas* (ſcilicet vires humanas, reges, ac dignitates) *aditus ſit ad inferos; per quas patet infernus omnibus*: qui enim ſuis viribus, talentis, ac donis & dignitatibus acceptis non bene utitur, portæ ſunt; *per quas aditus ſit ad inferos*: & hominem demergunt in profundum.

Caietanus. D. Chryſ. Theophyl.

35. Cùm Jacob audiſſet filium ſuum Joſeph regnare in Ægypto, ab ipſoque vocatus eſſet, Geneſ. 56 gravi metu concuſſus, Deum oravit, pecudes mactavit, eique hoſtias obtulit, indeque Deus repetitâ voce eum vocat confortans illum, dicens: *Iacob, Iacob, ego fortiſſimus Deus patris tui, noli timere, deſcende in Ægyptum*: ibid. n. 3. quænam cauſa timoris extitit in Jacob? nunquid à Joſeph Pater metuit: nunquid à Rege Proregis amico? nunquid turba hominum ſubdita, & in Joſephi obſequia jurata? Timet bonus Pater Joſepho illius honores, & dignitates, quod perbellè notat Philo lib. de Joſeph, ait: *Noverat honores, ac divitias inſidiari parum cautis mentibus, ideo metuebat filio*, &c. Quamvis Pater benè ſciret Joſephum optimâ naturâ, & doctrinâ inſtructum eſſe ad pietatem, ac religionem; adhuc metus urgebat: ne rex honore ſuſcepto, invitatus prævolaret ad ſcelera: Unde Hildebertus Epiſcopum ineptè electum monet, ut baculum deponat, epiſt. 12. nam ſi juſte electus fuiſſes, adhuc multa erat timendi ratio, *nam Pontificem creare, eſt augere diſcrimen.*

Geneſ. 46.

*Vir bonus maxime timet dignitates.*

Philo.

Hildebert.

37. Hac doctrinâ bene inſtructâ Virgo ſapiens, ad coronam, & ſceptrum maximè cunctatur; & ter à Chriſto vocatur: *Veni de Libano veni de Libano, veni coronaberis*: & ſtatim ſubditur, *De cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Cant. 4. n. 8. & cur corona teneræ Virginis non intexenda ſit de odoriferis floribus, de pretioſis, ac rutilantibus gemmis, ſed de unguibus, ac dentibus crudeliſſimorum animalium, utpote leonum, ac pardorum. Sciat, ſciat nobiliſſima virgo, quod ſequela coronæ, ac regiminis, eſt durum bellum cum immaniſſimis feris, quæ nullum aliud habent ſtudium, niſi deglutire, ac devorare; etſi hæc ſunt externa, non minora ſunt pericula, quàm quæ imminent interna, ne conſcientia gravetur ex debiti muneris defectu, & inde prudens Virgo tantopere invitata, & vocata cunctatur. Gilbertus Abbas ſerm. 29. in perſona ejus ait: *Optanda quidem lucra ſed metuendus eſt lapſus*: & poſtea ſubdit; *ſuſpecta mihi lucra ſunt, quoniam incertus eſt proventus, vicinum propriæ ſalutis periculum.* Ex quo magnus Auguſt. mirabatur eſſe homines, qui ſuam Epiſcopi fortunam inviderent, ſerm. 54. c. 2. ſic ait: *In ipſis hujus mundi proſperitatibus, quibus ingemiſcimus*

Cantic. 4.

*A dignitate multa pericula, & contrarietates.*

Gilbertus.

D. Auguſt.

*gemiſcimus invident nobis; & ibi nos eſſet felices putant, ubi periclitamur.*

---

## Propria abnegatio.

### Quæstio VI.

### *Quare ad Chriſtum ſequendum requiritur propria abnegatio, & ejus crucem tollere?*

37. AIt Chriſtus D. hoc capite, n. 24. *Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, & ſequatur me:* Quod Evangelium explicavi tom. 4 cap. 7. per quindecim quæſtiones, & ibi ex ſententia Patrum expendi quid ſit abnegare ſeipſum. Nunc addo, &c.

38. Vict. Ant.

Primò, Victor Antiochenus in cap. 8. Marc. ait: *Non dixit, ne nimium ſibi indulgeat, aut ne nimium carni ſuæ parcat, ſed vehementius inſurgens, abneget, vel abjuret ſe ipſum hoc eſt, nihil cum ſeipſo, vel ſua carne commercii habeat, verum ita ſe gerat, ac ſi non ipſe, ſed alius quiſpiam crucem tolleret:* Ita debet homo in ſe ipſum inſurgere, ac carnem ſuam mortificare, & comprimere, tanquam ſi non eſſet caro ſua, ſed veluti ſubdita peccato, ut peccatum ab ea valeat excludere, ac dejicere; & ſuam crucem tollat, ut gloriâ ſequendi Chriſtum illuſtretur:

1. Cor. 4. *Mortificatio noſtra cum Chriſto, cum ipſo parit reſurrectionis gloriam.* D. Anſelm.

ait Paulus 1. Corinth. 4. n. 10. *Semper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circunferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris:* & quænam eſt hæc vita Jeſu manifeſtanda in corporibus noſtris? Explicat D. Anſelmus: *Hanc*, ſcilicet, *mortificationem in noſtro corpore circunferimus; quod ideo facimus, ut & vita Ieſu; ſicut nunc mortificatio, ideſt ut glorioſa immortalitas reſurrectionis manifeſtetur omnibus in corporibus noſtris.* Quiſquis enim carnem ſuam mortificat ad exemplar paſſionis, ac laboris Chriſti in hac vita, etiam ad illius exemplar æternâ Reſurrectionis gloriâ fulgebit in cœlis: Hinc meritò

Caſſiodor.

Caſſiodor. lib. de Anima, c. 16. ſub finem, appellat hanc crucem vitalem, crucem dantem vitam, dicens: *Verùm iſta caro, quamvis diverſis vitiis appetatur; ipſa tamen eſt, quæ glorioſos Martyres facit* (dum cum appetitibus colluctatur) *quæ ipſam quoque vitalem crucem ſancti Redemptoris accipit.*

39. Petr. Dam.

Secundò, Cardinal. Petrus Damian. ſer. 47. qui eſt primus de Exaltatione ſanctæ Crucis, ſic explanat præfata verba: *Abneget ſemetipſum, & ſequatur me. Illum* (id eſt Chriſtum) *ſecutus, illum conſecutus eſt. . . Abnegatio voluntatis, hæreditatis eſt recuperatio.* Perbellè Damianus, proindeque qui crucem ſuam, ſuoſque labores, oppreſſiones, ac moleſtias tolerando, Chriſtum ſecutus eſt illum jam *conſecutus eſt*: ac ſi illum ſequi, ſit illum conſequi: & quæ major felicitas ac gloria, quàm Chriſtum conſequi, Chriſtumque ſecum habere? Inde etiam alia non minor felicitas. *Abnegatio voluntatis, hæreditatis eſt recuperatio*: per propriam voluntatem in Adamo, comedendo de ligno vetito; amiſimus cœleſtem beatitudinem: ergo per propriam voluntatem abnegatam illa recuperanda eſt à nobis: *Abnegatio voluntatis, hæreditatis recuperatio.* Cùm Chriſtus D. conſtituit Petrum actualiter Pontificem ſuæ Eccleſiæ, ait illis: *Cùm eſſes junior, ambulabas quo volebas; cùm autem ſenueris, alius te cinget, & ducet quo tu non vis.* Joan. 21. n. 18. In quo abgnegatio voluntatis denotatur; ſed quid habet abnegatio voluntatis in Petro cum illius pontificatu; dum in illum introducitur? D. Petrus poſt promiſſum pontificatum, *tibi dabo claves regni cœlorum*; ex vehementi voluntatis, ac amoris affectu, ut notat D. Paſchaſ. lib. 8. in Matth. Chriſti mortem intentavit impedire: *abſit à te Domine*; ex quo graviter reprehenditur à Chriſto, & tanquam Sanatus rejicitur, ac excluditur ab omnibus: Ait illi Chriſtus: *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi.* Matth. 16. n. 13. Ut ergo ſuam pontificiam dignitatem accipiat, illiuſque clavem teneat, propriæ voluntatis abnegatio exigitur ab eo, *Abnegatio voluntatis, hæreditatis eſt recuperatio.*

*Per abnegationem propriam recuperatur hæreditas amiſſa.* Joan. 21. D. Paſchaſ. Matth. 16.

Tertiò, ait Chriſtus: *Abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam.* Duo docet Chriſtus, abnegationem, & crucis portationem; per abnegationem D. Gregorius in Catena intelligit humilitatem; & ait: *Semetipſum abnegat, qui calcato typo ſuperbiæ, ante Dei oculos eſſe ſe à ſe alienum demonſtrat.* Per Crucem verò denotatur juxta mentem ſanctorum Patrum, ut citato cap. 7. q. 6. dixi, omnis preſſura, adverſitas, ac labor adveniens, & ut ibi notavi, priùs ponitur abnegatio, quàm crucis aſportatio, & ſanè convenienti ordine; niſi enim præcedat abnegatio per animi humilitatem, ac propriam cognitionem, non eveniet crucis patiens portatio: per humilitatem valde promptè aptantur humeri ad crucis pondus ferendum: tunc animus ſuam tenuitatem recognoſcens, judicat quod nihil aliud promeretur, & ſibi eſt conveniens, niſi calamitas, & adverſitas. Eligitur Moïſes à Deo in ducem populi Iſraëlitici, à quo multæ contrarietates, rebelliones, ac obmurmurationes, etiam à ſuis fratribus Aarone ac Maria, ab univerſaque multitudine magnas commotiones contra ipſum, ut etiam eum lapidare vellent, acceperat. Exod. 17. num. 4. Tamen in tanto Viro; in quo omnes virtutes maximæ præluxerunt, quænam extitit prima? humilitas nempe: nam cum deſtinaretur à Deo legatus ad Pharaonem ad dimittendum populum, ait: *Qui ſum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſraël de Ægypto*: Exod. 3. num. 11. Ubi mirificè omnes Patres ſummam Moïſis humilitatem laudant. Philo lib. de ejus vita, D. Ambr. lib. 1. Hexamer. c. 2. D. Gregor. Magn. 1. part. paſtor. cap. 7. Ubi ejus humilitatem laudans, ait: *Ubi etiam Deo jubente timeat, Deo ſuadente trepidet*: non ergo mirum, quod tam fortis inventus ſit ad tanta oppugnamenta. Humilitate maximè corroboratur, animus, ut nulla irruente adverſitate opprimatur, ſed omnia patienti animo ſuſtineat, cùm primum fundamentum in humilitate conſiſtat.

40. D. Gregor. *Humilitate præparatur animus ad omnem laborum Crucem portandam.* Exod. 17. Exod. 3. Philo. D. Ambr. Greg. Magn.

Quartò: Div. Chryſoſtomus oration. in adorat. Crucis, apud Gretherium: ait: *Quid ſibi vult dictum illud, tollat crucem ſuam? Num, ut portemus lignum? Nequaquam, ſed ut certiſſimè nos morituros arbitremur.* Crux mortis inſtrumentum: ſi ergo mortis memoriam ſemper in mente habemus, inde nobis certa via

41. D. Chryſ.



*Mortis memoria nos facit Chriſtum habere.*

via eſt ad Chriſtum inveniendum, ac tenendum. Prudens fœmina Magdalena, Chriſti ſectatrix, abeuntibus diſcipulis: *Maria ſtabat ad monumentum foris plorans*: Joan. 20. n. 11. Viderat ſancta Mulier monumentum vacuum, nec ab illo diſcedebat. Cur ergo Maria recedentibus diſcipulis non etiam recedit? Cùr in alio loco Dominum non quærit? Cur magis perſiſtit in monumento, in quo certò videt Dominum non eſſe? Sagaciſſima fœmina cur non tendis ad alium locum ad Dominum inveniendum? Bene, & optimè ſciebat, quod ſolùm in monumento, ubi mortis memoria, Chriſtus erat quærendus, ut inveniretur. Galfridus in Allegor. apud Tilman. *Maria ſtabat ad monumentum, quia ubi eum alibi quæreret, neſciebat.*

Galfrid.

42. Exod. 12.

In ipſa nocte, qua Iſraël egreſſurus erat de Ægypto, dicitur Exod. 12. n. 29. *Percuſſit Dominus omne primogenitum Ægypti*: & cur in ipſo egreſſu de Ægypto ad promiſſionis terram, tot Ægyptiorum mortes, tot cadavera mortuorum repræſentantur; tali objecto ſpectaculo, bene informabantur Iſraelitæ, ad magna, & præclara divina beneficia recipienda, cùm mortem ante oculos haberent: ad hæc ait D. Hilar. in Pſalm. 51. *Poſt Ægyptii funera, itineri eorum mare diviſum ceſſit, nubis columna inumbravit, cibum Cœli per Angelos præbuere.* Poſt Ægyptiorum viſas mortes, Iſraël ſibi viam dirigit, qua nihil illis deficiat uſque ad Promiſſionis terram, quia mortis recordatio proſperum iter ad omnia parat.

*Mortis memoria iter proſperum parat.* D. Hilar.

---

### Quæstio IV.

### *Cum ſummæ perfectionis nota ſit portare Crucem poſt Chriſtum, quid de Simone Cyrenæo dicendum ſit?*

43. PRo magna laude celebratur, qui tollens Chriſti Crucem, ipſum ſequitur; & tamen videmus, quòd Simon Cyrenæus aſportaverit crucem poſt Jesum, ut ſcribunt tres Evangeliſtæ, Matth. 27. n. 92 Marc. 15. n. 21. Luc. 23. n. 26. & tamen à nullo eorum aliquâ laude commendatur; ut de bono Latrone: qui ab ore Chriſti audivit: *Hodie mecum eris in Paradiſo*: Luc. 23. n. 24. Et de Joſeph ab Arimathia, de quo ſcribit D. Marc. 15. n. 43. *Nobilis decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei, audacter introivit ad Pilatum, & petiit Corpus* Jesu: & D. Luc. 23. n. 50. *Joſeph, qui erat Decurio, vir bonus, & juſtus*: & de Nicodemo ſcribit D. Joan. 19. num. 39. *Qui venerat ad JESUM nocte primum ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quaſi libras centum*: Si omnes iſti intervenientes in Chriſti paſſione tantâ laude condecorantur, cur ergo Simon Cyrenæus aliquâ non inſignitur?

*Difficultas quæſtionis.* Matth. 26. Matth. 15. Luc. 23. Joan. 19.

44. Reſpondeo primò, quod Simon aſportavit crucem, non eâ ratione, quâ Chriſtus præcipit, ipſe enim voluntarios ſui ſequaces quærit: *Siquis vult venire poſt me*: At Simon compulſus, & coactus eſt portare crucem Chriſti. Narrat D. Matth. 27. n. 32. *Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum nomine, hunc angariaverunt*: Angariaverunt, hoc eſt, *coegerunt*: & ita legunt Euthym. Pagnin. Vatabl. verò *adegerunt*: & hoc apertè denotat D. Luc. 25. n. 26. *& cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem, venientem de villa & impoſuerunt illi crucem portare poſt JESUM*: Apprehendere, coactionem, & violentiam denotat: *venientem*, non quærens crucem, ſed caſu veluti veniens: *impoſuerunt*. Non ipſe eam tulit, ſed ei ab aliis impoſita eſt: Non ergo mirum, quod laude portatorum Crucis Chriſti non ſublimetur, qui eam non ſponte, ſed coacte tulit, qui eam non quæſivit, ſed caſu ei contigit, qui eam non elegit, ſed caſu accepit. Chriſtus ſuos ſequaces exoptat ſpontaneos, ſedulè quærentes, at cum gaudio jugum eligentes, ad ipſumque convolantes.

Matth. 27. Euthym. Pagnin. Vatabl. *Crux voluntariè eligenda, & non coacte ab aliis imponenda.*

Secundò: Reſpondeo in laudem Sancti Simonis Cyrenæi, ad cujus exemplum nos Chriſti crucem debemus portare; quod licèt in principio tanquam imperioſè compulſus à Judæis, tolleret crucem poſt Jesum, tamen ut ſanctam crucem attigit, illius virtute eſt illuminatus, & eum multo compaſſionis, ac obedientiæ fructu eam aſportavit, ut notavi tomo 5. in Evangel. lib. 8. cap. 12. q. 9. n. 53. & inde ipſe præclariſſimus Eccleſiæ Sanctus factus eſt, ut ibidem ex communi ſententia retuli; & ut ſcribit D. Marc. *Veniens de villa*: quia qui Chriſti crucem debet aſportare, debet exire ab oblectamentis, ac delectationibus mundi: & dicitur Simon Cyrenæus ab urbe Cyrene, quæ quamvis triplex ſit, gentilium erat, ut dixi citata q. 9. n. 54. Quia debet dimittere gentium errores, ac ſuperſtitiones ad crucem Chriſti ferendam; & dicitur Simon, id eſt, obediens, ut notat D. Paſchaſ. lib. 12 in Matth. & ait: *Ipſe Simon vocatur, quod interpretatur obediens. Hic poſt JESUM crucem portare feſtinat, obediendo pro meruit, ut tanto dignus munere eſſet.* 45.

*Crux aſporoanda cum devotione, ac obedientia.* D. Paſchaſ.

Abrahamus, & Jephte filios ſuos in ſacrificium Deo conſecrarunt. Abrahamus magno merito celebratus; & laudatus eſt apud Deum, & homines: *Quia feciſti rem hanc, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas Cœli:* Geneſ. 22. n. 17. At Jephte gravi cenſurâ magni peccati mortalis, communi calculo Patrum, ac Doctorum reprobatus eſt, cùm valde imprudenter, ac irrationabiliter filiam immolaverit: Judic. 11. n. 39. Unde tantæ rei diverſitas? Abrahamus obtulit filium in holocauſtum ex ſingulari obedientia erga Deum præcipientem: *Tolle filium tuum, quem diligis Iſaac; & offeres eum*: ibidem n. 2. At verò Jephte motus à propria voluntate irrationabili, ac imprudenti: Et ubi laborioſa crux ſumitur ex obedientia divini mandati, ibi rutilat glorioſa meriti corona; At ubi propria voluntas intervenit, ibi cuncta errore, ac deceptione deturpantur. Abulenſ. ad cap. 11. judic. q. 57. ait: *Abrahæ licuit occidere filium, quia Deus juſſerat, & omne præceptum Dei bonum eſt. Jephte autem occidit filiam ſuam: non ex præcepto, ſed ex voto ſuo*, ſcilicet, imprudenti, & irrationabili, ut ipſe explicat. 46.

Geneſ. 22. Judic. 11. *Ubi Dei imperium adeſt meritum: ubi noſtra voluntas, error.*

Accedunt ad Jesum filii Zebedæi Jacobus, & Joannes, Marc. 10. n. 30. *dicentes: Da nobis ut unus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam ſedeamus.* Reſpondens Jesus, re- 47.

Marc. 10.

Joan. 21. pulit: *Neſcitis quid petatis.* At apud Joan. 21. n.6. legitur, quod cùm Diſcipuli inutiliter totâ nocte laborarent, apparens illis Jesus dixit: *Mittite in dexteram navigii, & invenietis. Miſerunt ergo, & non jam valebant rete trahere præ multitudine piſcium.* Confer modò diſcipulos cum filiis Zebedæi: omnes iſti ad dexteram tendunt: Jacobus, & Joannes repelluntur, & cenſurâ quadam: *Neſcitis quid petatis.* At diſcipuli dexterâ gaudent cum magno fructu, multis, & magnis piſcibus retia ſua implent: filii Zebedæi proprio voluntatis affectu ferebantur, & inde inſcienter agunt: At diſcipuli ex Domini imperio laxant retia ſua? & inde fructuoſam piſcationem percipiunt. Voluntas propria inanis; obedientia fructifera. Noſter Div Cyrill. Alexandr. lib. 12. in Ioan. cap. 62. ait: *Retibus in dexteram partem jactis, magna multitudo piſcium capta eſt. Iuſſu autem Domini hoc factum eſt: quia non rapuerunt gratiam, ſed imperio Chriſti paruerunt*: Expende tantæ felicitatis radicem: *quia non rapuerunt gratiam*, quia extenderunt retia in dexteram, non rapientes gratiam, ſed imperio Domini obedientes.

*Noſtra voluntas inanis, obedientia fructifera.* — D. Cyrill. Alex.

# CAPUT XVII.

1. ET poſt dies ſex aſſumit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelſum ſeorſùm: 2. Et transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies ejus ſicut Sol: veſtimenta autem ejus facta ſunt alba, ſicut nix. 3. Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes. 4. Reſpondens autem Petrus, dixit ad Jesum, Domine, bonum eſt nos hîc eſſe, ſi vis faciamus hîc tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, Eliæ unum. 5. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube, dicens Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. 6. Et audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde. 7. Et acceſſit Jesus, & tetigit eos, dixitque eis, ſurgite, & nolite timere. 8. Levantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Jesum. 9. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Jesus, dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat 10. Et interrogaverunt eum diſcipuli dicentes: Quid ergo Scribæ dicunt quod Eliam oporteat primùm venire? 11. At ille reſpondens, ait eis: Elias quidem venturus eſt primus & reſtituet omnia. 12. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, & non cognoverunt eum, ſed fecerunt in eo quæcumque voluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. 13. Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de Joanne Baptiſta dixiſſet eis. 14. Et cùm veniſſet ad turbam, acceſſit ad eum homo genibus provolutus ante eum. 15. dicens: Domine miſerere filio meo, quia Lunaticus eſt, & malè patitur: nam ſæpè cadit in ignem, & crebrò in aquam. 16. Et obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Reſpondens autem Jesus, ait: 17. O generatio incredula, & perverſa, quouſque ero vobiſcum? Uſquequò patiar vos? Afferte huc illum ad me. 18. Et increpavit illum Jesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus eſt puer ex illa hora. 19. Tunc acceſſerunt Diſcipuli ad Jesum ſecretò, & dixerunt. Quare nos non potuimus ejicere illum? 20. Dixit illis Jesus: Propter incredulitatem veſtram. Amen, quippe dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, diceris monti huic, tranſi hinc illuc, & tranſibit. Et nihil impoſſibile erit vobis. 21. Hoc autem genus non ejicitur niſi per orationem, & jejunium; 22. Converſantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Jesus? Filius hominis tradendus eſt in manus hominum. 23. Et occident eum, & tertia die reſurget: & contriſtati ſunt vehementer. 24. Et cùm veniſſent Capharnaum, & acceſſerunt didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei Magiſter veſter non ſolvit didrachma? ait, Etiam 25. Et cùm intraſſet in domum, prævenit eum Iesus, dicens: Qui tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum à filiis ſuis, an ab alienis? Et ille dixit, ab alienis. 26. Dixit illi Iesus: Ergo liberi ſunt filii. 27. Ut autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore ejus, ſtaterem illum ſumens, da eis pro me, & te.

*ARGVMENTVM*



*ARGVMENTVM CVM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Transfiguratur Jesus in monte: & eſt explicatum tom. 4. cap. 8.

*Secundò, V.* 10. Docet Eliam in ſpiritu, ſcilicet Joannem Baptiſtam, jam veniſſe, Eliam verò in perſona venturum; de quo egi tom. 4. cap. 9. à num. 1.

*Tertiò, V.* 14. Sanat puerum Lunaticum, quod expendit. 4. eodem cap. 9. à n. 12.

*Quartò, V.* 18. Declarat fidem ut granum ſinapis magna miracula facere de quo eodem cap. 9. à n. 55.

*Quintò, V.* 22. Prædicit inſtare ſuam paſſionem, & mortem, quod expendi tomo 4. cap 37.

*Sextò, V.* 24. Mandant ſolvere didrachma pro ſe, & Petro, oſtendens ſe ad id non teneri: de quo dixi c. 9. num. 64. tom. 4.

## Transfiguratur Jesus.

## Quæstio I.

*Quare ad ſpectaculum tanti myſterii præter tres Apoſtolos eliguntur Moyſes, & Elias ex veteri Teſtamento?*

1. AIt noſter Evangeliſta in præſenti: *Aſſumpſit JESVS Petrum, & Jacobum, & Joannem.* Quod Evangelium ſatis latè, & amplè explicavi tom. 4. in Evangelia, per triginta quatuor quæſtiones; nunc majoris doctrinæ gratiâ adde aliqua ex ibi prælibatis.

2. Tertull. *Chriſtus ſuam gloriam vult multorum aſſenſu teſtificari.* Ad hoc magnum ſpectaculum ex utroque Senatu Prophetico, & Apoſtolico præſtantiſſimos viros adducit Chriſtus. Tertullian. de Præſcript. cap. 22. ait: *Non quaſi cæteros reprobans, ſed quoniam in tribus teſtibus ſtat omne verbum.* Ut teſtimonium de ſua magnifica gloria eſſet firmum, multos ſpectatores, ac teſtes conducit Jesus-Christo nato advolat Angelus ad paſtores: *Natus eſt vobis hodie Salvator.* Luc. 2. Luc. 2. n. 11. & ſtatim Evangeliſta ſubdit nu. 13. *Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis*: advolat Angelus in officium, advolant & alii: Canit Angelus, canunt & alii, teſtatur Angelus, atteſtantur, & alii infantem Deum in antro natum. D. Leo ſerm. 10. de Nativit. ait: *Ut excellentius fieret teſtimonium, cui militiæ cœleſtis multitudo concineret.* Baptizato Chriſto innotat Divinus Pater de Cœlo: *Hic eſt filius meus dilectus*, &c. Matth. 3. nu. 17. Audi vocem Patris, quæ abundè fidem rebus faciebat & ſubditur n. 16. *& vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam.* Firmare videtur columba Dei teſtimonium, ut in ore duorum ſtaret omne verbum de Chriſto Deo. Pulchrè D. Nazianz. Orat. 40. ait: *Spiritus Divinitatis teſtimonium affert, nimirum ad Patrem accurrens.* Cùm teſtatur Pater, advolat Spiritus, quaſi vocem excipiens, & confirmans. — D. Leo. Matth. 3. D. Nazian.

3. Ad Philem. Apoſtolus ſcribens ad Philemonem, ut Oneſimum piè, & amicè recipiat, ad preces ſocium adhibet Timotheum, & ait: *Paulus vinctus, & Timotheus frater:* Ad Philem. n. 1. Urget & ipſe Apoſtolus ſcholam Corinthiam, ut vitam ſanctè, & rectè inſtituat, & inquit: *Paulus vocatus Apoſtolus, & Soſthenes frater.* 1. Cor. 1. n. 1. Idem Doctor gentium mittit litteras, quibus monet Coloſſenſes, & limine ſignat: *Paulus & Sylvanus, & Timotheus*, 1. ad Coloſſ. 1. n. 1. Quid eſt, quod Apoſtolus ad ſuos diſcipulos promovendos, tot apponit teſtes diſciplinæ Evangelicæ? Perbelle D. Hieron. ad Philemon. ſcribit: *Ut epiſtola majorem haberet authoritatem, quæ non ab uno ſcriberetur*, &c. Certè multa è ſacro ſenatu capita, ſi conveniunt, multam dubiis fidem, multamque novis rebus authoritatem conciliant. — 1 Cor. 1. 1. Coloſſ. 1. *Multa authoritas ex multorum capitum numero.* D. Hieron.

## Quæstio II.

*Quare ex omnibus Patribus veteris Teſtamenti Moyſes, & Elias eliguntur ad tantam Transfigurationis gloriam.*

4. Luc 9. Origenes. SCribit noſter Evangeliſta: *Et ecce apparuerunt cum illis Moyſes, & Elias*: D. Lucas ait cap. 9. *Viſi in majeſtate* Origenes: *Viſi in gloria:* quod latè explicavi citato cap. 8. q. 14. & 15. Nunc verò ex ibi dictis aliqua explicatiùs dicemus.

5. D. Gregen. Primò: D. Gregentius Diabolo cum Herbano, ait: *Moyſem, & Eliam, tunc perfectos Deus reddidit, cum eos ſuæ perfectionis, id eſt, gratiæ participes effecit. Nempe cum JESVS carne indutus in monte Thabor transfiguratus eſt: tunc enim juſſit, & ecce Moyſes, & Elias ſpiritu virtutis ejus adducti ſunt, & ei affuerunt.* Ex omnibus Patribus antiquis veniunt Moyſes, & Elias, tanquam omnium maximi, & inde ex tantis meritis, cùm eſſent conſummati in omni perfectione, ac virtute aſtant Jesu, quia cùm quis adhæret Jesu, ad eumque congregatur, tunc omnem perfectionem attingit, ac in ſe ebibit. *Moyſem & Eliam tunc perfectos Deus reddidit.. Cum JESV carne indutus transfiguratus eſt, & ecce Moyſes & Elias.* Tunc oſtenduntur in omni perfectione, cum videntur aſſociari Jesu. — *Moyſes, & Elias oſtendunt in ſe omnem perfectionem, cùm congregati apparent JESV.*

6. Euthym. Secundò Euthymius: apparet Chriſtus inter

ter Moyſem & Eliam; in Moyſe, clementia repræſentatur, qui mitiſſimus omnium erat; in Elia autem zelus legis: & Chriſtus D. omnium perfectionum apex: conſiſtit inter benignitatis clementiam, & auſteritatis rigorem; quia auſteritas legum commiſcenda, ac temperanda cum clementiæ ſuavitate: & ſi ulterius quæras, quiſnam eorum fuerit ad dexteram? videtur, quòd Moyſes, utpote antiquior, & primus nominatus, quia ſemper pietas meliorem ſortitur locum, & primas tenet partes.

*Princeps conſiſtat inter pietatem & rigorem, & pietas primas teneat.*

7\. Tertull. Tertiò Tertullianus licet datus citata q. 14. iterum veniat in examen lib. 4. contra Marcion. *Quid*, ait, *tam Chriſti creatoris quam ſecum oſtendere prædicatores ſuos; cum illis videri, à quibus in revelationibus erat viſus, cum illis gloriam ſuam communicare à quibus gloria Dominus nuncupabatur? cum principalibus ſuis, quorum alter populi informator aliquando alter reformator quandoque, alter initiator veteris Teſtamenti, alter conſummator novi?* Ex quibus verbis variis in locis multa expendi in laudem magni Parentis Eliæ; nunc etiam obiter perpende illa verba. *Alter conſummator novi.* Quid glorioſius; Elias dicitur *conſummator novi teſtamenti:* Cujus author, princeps, & initiator extitit Chriſtus D. Principium, & finis inter ſe maximè correſpondent, ut patet ex his, quæ Chriſtus D. de ſe ait Apoc. 1. n. 8 *Ego ſum Alpha, & Omega, principium, & finis:* Tanta eſt Chriſti benignitas in ſervos ſuos, ut quæ ſunt illius propria, cum ſervis ſuis communicet, eoſque illius participes facit: Chriſtus D. principium, ac finis totius novi teſtamenti, illiuſque conſummator; Tamen ſic nobilitat, ac condecorat ſervum ſuum Eliam, ut quæ ipſius Chriſti ſunt propria, Eliæ per gratiam, ac participationem concedit, quantum fas eſt.

Apoc. 7. *Maxime nobilitatur Elias, cùm dicitur conſummator teſtamenti.*

8\. Quartò: Expende illa verba: *Cum eis gloriam ſuam communicare, à quibus Dominus gloriæ nuncupatur.* Boni ſervi Moyſes, & Elias maximè ſuis verbis ac factis prædicarunt, ac celebrarunt Chriſtum, ut Dominum gloriæ: inde Chriſtus eos condecorat, ſuæ gloriæ participes efficiens. Ait Deus 1. Reg. 2. n. 30. *Quicunque glorificaverit me, glorificabo eum:* Chaldaïcus legit: *honorantes me honorabo:* D. Hieron. epiſtol. 26. ad Pammachium; non ſolùm de futuro ſæculo intelligit, ſed etiam de præſenti, & ait: *Alii hoc intelligunt de futuro, quando mœror vertetur in gaudium, & tranſeunte mundo, Sanctorum corona non tranſit: ego & in præſentiarum video Sanctorum promiſſa compleri:* quod confirmo ex eo quod dicitur de Aarone Eccleſiaſt. 45. n. 8. & 9. *Beatificavit illum in gloria: & circumcinxit eum zona gloriæ & induit eum ſtola gloriæ.* Ubi ter gloria dicitur Sacerdos honorificatus à Deo, tripliciter Deum honorificavit, ac laudavit; nomen Sanctum Dei habebat ſcriptum in fronte; in pectore, ac rationali nomina duodecim filiorum Iſraël, quos Deus creavit capita ſui populi, totaque veſtis cærulea erat, quo denotabatur tota ejus vita, Deo conſecrata, ac dedicata. Exod. 28. Et ita capite, pectore, ac veſte Deum glorificabat.

1\. Reg 2. Chaldaic. D. Hieron.

*Deus honorificat honorificantes ſe.*

Eccleſ. 5.

9\. Quintò: Iterum ad examen voco verba illa: *Cum eis gloriam ſuam communicare, à quibus gloriæ Dominus nuncupatur? Cum principalibus ſuis:* Supremus Rex Chriſtus oſtendens majeſtatem, ac celſitudinem Divinitatis, ac gloriæ, illius principales proceres ſui regni participes facit, eoſque ad eam advocat; non enim ſuam gloriam ſolùm ſibi retinet, ſed cum aliis communicat, ut ita magnum, & prodigioſum miraculum haberetur, ſi ſui nobiliores, ac præſtantiores, à tanta gloria ſeparati, ac excluſi viderentur. Intendens Petrus avertere Chriſtum à morte crucis: *abſit à te Domine, non erit tibi hoc:* graviter increpatur à Chriſto D. *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis, quæ ſunt Dei:* Matth. 16. num. 23. Quæ verba ponderans Germanus Conſtantinopolit. Oratione in Exaltation. contra Bogomilos, quæ extat apud Gretſerum tom. 2. ait: *O miraculum ingens; Satanas appellatur magnus Pater, quòd crucem detrectet,* &c. Quodnam eſt hoc ingens miraculum, quod Petrus rejiciatur, & non ſapiat, quæ ſunt Dei? Petrus erat unus ex nobilioribus Chriſti diſcipulis, ac ſectatoribus, & valde ingens, ac inuſitatum prodigium erat, quòd ipſe eſſet excluſus, ac diviſus à cognitione ſecretorum, ac myſteriorum Dei.

*Divinæ virtutis eſt magnos in ſui conſortium admittere.*

Matth. 16. Germanus.

10\. Sextò: Dicamus hic etiam aliquid in laudem magni Parentis Eliæ: *Apparuerunt cum eo Moyſes, & Elias:* Dixit Chriſtus D. ſuis diſcipulis: *Sunt de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis in regno ſuo* Matth. 16. n. 28. Luc. 9. n. 27. Juxta communem Sanctorum Patrum ſententiam, Auguſtini, Chryſoſtomi, D. Hieronym. D. Ambroſ. & aliorum, quos citavi tom. 4. cap. 6. q. 14. Tranſfiguratio regnum Dei vocatur, ad quid regnum Dei? ex magna multitudine Sanctorum, quam nemo numerare poteſt, Apoc. 7. In illa autem Transfiguratione duo electi Domini apparuerunt, Moyſes, & Elias: at hi duo præ ſua magna ſanctitate integrum regnum Chriſto referebant: Inde ait Xiphilinus Patriarcha Conſtantinopolit. Orat de Cruce. *Viſo enim JESU transfigurato, & Moyſe, atque Elia, ceu ſatellibus quibuſdam, viderunt Chriſtum in regno.* In tanta æſtimatione ſunt hi duo viri magni apud Chriſtum, ita ut in uno Moyſe, atque Elia totum ampliſſimum Chriſti regnum repræſentabatur.

Matth. 16. Luc. 9.

Apoc. 7. *Elias & Moyſes pro multis.* Xiphilinus

11\. Cum Chriſtus præſentaretur in Templo, Duo viri juſti inventi ſunt in illo, ſicut ſcribit D. Lucas 2. n. 25. *Ecce homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte juſtus, &c. Et erat Anna Propheteiſſa,* &c. Duo tantum viri adducuntur in templum, ut excipiant Jeſum, ejuſque magnificam gloriam prædicent. Cur non potiùs magna juſtorum multitudo convocatur de terra, & è cœlo multitudo militiæ cœleſtis exercitus, ut die natalitio Domini? non in multitudine delectatur Chriſtus, ſed in paucis ardenti, ac ferventi charitate diligentibus; hi licèt eſſent pauci, & duo; tamen tam præclara erat eorum virtus, ut pro magna multitudine reputarentur. Ait Guerricus Abbas, ſer. 2. de Purificatione. *Hi duo vario virtutum decore adoraverunt thalamum tuum, Simeon ad ſuſcipiendum Chriſtum regem ... Sufficit tamen iſtorum occurſus ad omnem ſolemnitatem, & lætitiam, eo quòd conſummatio inundat lætitiam, & conſummatio, atque abundans lætitia paucorum, facilè compenſat multorum congregationem.* Pauci eminentes ſanctitate multorum congregationem ſuperant.

Luc. 2.

*Sæpe pauci juſti præſtantiores, quàm multi.*

Guerric. Ab.

Interrogatio



## Interrogatio Diſcipulorum de Elia.

## QUÆSTIO III.

### *Quare Elias deſtinatus eſt, non ad primum, ſed ad ſecundum Chriſti adventum?*

12\. SCribit noſter Evangeliſta hoc c. 17. à n. 10. quod diſcipuli Chriſti ipſum interrogaverunt, dicentes: *Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primùm venire?* Quod explicavi jam tom. 4. cap. 9. in exordio, pro majori doctrina Adde.

13\. Certiſſimum eſt abſque ulla dubitatione, quòd magnus Parens Elias Teſbites deſtinatus eſt, non ad primum Chriſti adventum, quandò natus eſt in carne; ſed ad ſecundum adventum: quando veniet ut judex. Evidenter hoc fidei dogma patet ex Scriptura, ex Malachia 4. n. 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam adveniat dies Domini magnus, & horribilis.* Tempus primi adventus dicitur tempus gratiæ, dies ſalutis, ac tempus acceptabile: tempus verò ſecundi adventus, dies vindictæ, ac dies noviſſimi judicii vocatur, & dies Domini: magnus, & horribilis, ac terribilis: de quo Ioël 2. n. 31. *Sol convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis:* Sic & Sophonias 1. n. 14. *Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt, & velox nimis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis, & anguſtiæ.* Et quod Elias, & Enoch venturi ſint ante ſecundum Chriſti adventum ad prædicandum, eſt conſtans, ac receptiſſima Patrum ſententia, ut late dixi to. 1. in Apocalypſ. cap. 11. q. 7. per totam. Unde aperte errant Calviniſtæ, dum dicunt Eliam eſſe Joannem Baptiſtam, & inde quod Elias pertineat ad primum adventum Chriſti, quod eſt falſiſſimum. Elias & Joannes Baptiſta, quamvis in officio Præcurſoris conveniant, in perſonis ſunt valdè realiter diſtincti, & Elias deſtinatus eſt ad ſecundum Chriſti Adventum, ut patet ex his, quæ hic modo dixi quam ſententiam latiùs citato Apocalypſeos loco explicavi.

*Primus Chriſti adventus gratiæ, ſecundus juſtitiæ.*

Malach. 4.

Joël. 2.

Sophon. 1.

14\. Hoc poſito: primò inquirimus, cur Elias deſtinatus eſt non ad primum Chriſti adventum, ſed ad ſecundum? Et ratio à priori, altiſſima Dei providentia; *& quis poterit ſcire conſilium Dei!* Liceat tamen aliqualiter inveſtigare. Et primò, D. Chryſoſtom. homil. 58. etiam apud catenam D. Thomæ, ad hæc verba, *Reſtituet omnia; ſi autem,* ait, *tot bona erunt ex Eliæ præſentia, quare tunc non eum miſit? Dicemus, quia tunc Chriſtum æſtimantes Eliam, non crederent ei. Tunc autem Eliæ credent: quia tunc cùm poſt tantam expectationem venerit annuntians JESUM, faciliùs ſuſcipient quæ ab eodem dicentur.* Quod dictum Chryſoſtomi magis explicat Abulenſis hoc cap. 17. q. 137. quia ſi Elias adveniſſet tempore Chriſti prorſus eſſet impedimentum fidei Chriſti; quia Iudæi videntes magnam ſanctitatem Eliæ, putantes Chriſtum eſſe Eliam, non crederent ei teſtificanti de Jesu Filio Dei, vero Meſſia.

D. Chryſ.

*Admiranda opinio ſanctitatis Eliæ in populo.*

Abulenſ.

15\. Secundò, ex Abulenſi citato loco colligo aliam rationem: Cur Elias non debuit dupliciter venire ante primum, & ſecundum adventum, ſed ante hunc ultimum? quia tunc erit tribulatio magna, qualis nunquam fuerit, & ideo tunc erit danda magna conſolatio per Eliam omnibus. Deinde quia, ut ait Apoſtolus: *ſtatutum eſt hominibus ſemel mori;* ex quo ait Abulenſis citatus: *ſi Elias tanta facturus erat; quare Deus non miſit eum antea. Dicendum, quòd non fuit tempus conveniens ad mittendum eum: Elias homo eſt, & cùm ſemel, venerit, occidendus eſt:* Et ideo tunc debuit venire, quando erat occidendus, ut ita ex ejus morte cognoſceretur quòd Elias erat homo, ne ob eximiam opinionem ejus ſanctitatis pluſquam homo æſtimaretur.

Abulenſ.

*Tunc venit Elias quando moritur, ut cognoſcatur homo.*

16\. Tertiò: Primus Chriſti adventus pietatis, gratiæ, & miſericordiæ, ut jam notavi in limine quæſtionis. Secundus adventus vindictæ, juſtitiæ, ac rigoris; ideo ante primum adventum venit præcurſor Joannes Baptiſta *Prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Luc. 3. n. 3. Prædicat pœnitentiam ſuavi, ac leni aquarum lavacro. At ante ſecundum adventum deputatur Elias zelo Dei fervidus, qui occidit prophetas Baal: 3. Reg. 18. n. 40. & etiam duos quinquagenarios igne conſumpſit: 4. Reg. 1. n. 10. Ut ſuo vehementi ſpiritu obſtinatos Antichriſti ſequaces comprimat, ac contundat: Alta Dei ſapientia diſponit, & ordinat miniſtros prout occaſio, ac tempus poſtulat, dividens munera pro majori miniſtrantium convenientia, ac aptitudine.

Luc. 3.

3\. Reg. 18. 4. Reg. 1.

*Deus dat miniſtros pro temporis convenientia.*

17\. Deus ad educendum populum ſuum Iſraël de Ægypto duos eligit miniſtros, Moyſem, & Aaron, & ſic ait ad Moyſem: *Aaron frater tuus Levites, ſcio quod eloquens ſit; & ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: Tu verò eris in his, quæ ad Deum pertinent. Virgam quoque hanc ſume in manu, in qua facturus es ſigna.* Exod. 4. n. 14. 16. & 17. non omnia uni dantur. Aaroni committitur ut loquatur; Moyſi ut operetur. Et cur non vice verſâ: *Aaron, ſcio quod eloquens ſit?* Moyſes eximius operator, qui interfecit Ægyptium, & abſcondit ſabulo: Exod. 2. n. 12. & contempſit imperium Regis Pharaonis: Hebræor. 11. n. 14. illiuſque diademata ex capite projecit, ut ibi tradunt expoſitores ex Philone. Aaron eſt eloquens proferet verba; Moyſes efficax in operando faciet, & oſtendet ſigna; ut ita pro eorum proportione, ac aptitudine munera diſtribuantur.

Exod. 4. *Deus diſtribuit munera pro miniſtrantium aptitudine.*

Hebr. 11.

## QUÆSTIO IV.

### *Quare præ cæteris Prophetis magnus Elias mittitur ad omnia reſtituenda, & quomodo hoc intelligendum?*

18\. CUr Elias potiùs, quam Moyſes, vel quis alius Propheta ſit ſecundi adventus Chriſti præcurſor;

Cornel. præcurſor. Octo rationes aſſignat Cornelius à Lapide in cap.4. Malachiæ, n.5. Primò, ob ingentem zelum, quo præ aliis prophetis à Deo ditatus fuit. Secundò, quia Elias miſſus fuit à Deo ad tollendum Schiſma, quod fecit Jeroboam, & decem tribus Iſraël apoſtatantes à Deo vero, & inde tanquam bonus miniſter jam agnitus mittitur Elias ad reducendos Apoſtatas ſub Antichriſto. Tertiò, quia ſicut ſub Noë mundus periit diluvio, ſic in fine mundi igne, mittitur Elias ut ignem inſtantem denuntiet peccatoribus. Quartò, quia Elias ob cœleſtem zelum raptus eſt in cœlum. Venit ergo è cœlo, quaſi cœleſtis teſtis denuntians Chriſtum venientem è cœlo ad judicium. Quintò, quia Elias fuit dux, & anteſignanus Prophetarum tempore, dignitate, ſanctitate, ac etiam libertate, & efficaciâ prædicandi; unde repræſentat totum chorum Prophetarum, ut ait D. Hieron. Unde ipſe venit ad Chriſtum teſtificandum, ac ſi in eo recapitulentur omnes prophetæ. Sextò, quia Elias Iſraëlitis fuit cuſtos, Propheta, Doctor, Protector, Apoſtolus. Septimò, quia Elias curru igneo raptus in cœlum, typus extitit glorioſæ Aſcenſionis Chriſti in cœlum. Octavò, quia eſt exemplum, & typus gloriæ Reſurrectionis, quam Deus conferet ſuis Electis poſt diem judicii; & inde ipſe venit eam annuntians. Ita Cornelius, quòd latiùs ipſe explicat. Cur autem duo hi, Elias, & Henoch, ex omnibus antiquis Patribus fuerint ad hoc negotium electi, latè tractavi tom.1. in Apocalypſ. c. 11. quæſt.9. & 10.

*Cur Elias Præcurſor ſecundi adventus.*

D. Hieron.

19. Ad illud quod ſecundo loco inquiritur, ſquod *Elias reſtituet omnia*; id eſt, ut dixi ex communi Patrum ſententia in Expoſitione, reducet Judæos ad Chriſtum, ut ipſum cognoſcant; & adorent, ut verum Meſſiam promiſſum patribus eorum; ita dicitur Eccleſiaſt. 48. n. 10. *Qui ſcriptus eſt in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & reſtituere Tribus Iſraël*: & Malach. 4.n. 6. ait: *Convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum* Septuaginta, quos more ſuo ſequitur D. Matth. pro *convertere*, poſuerunt *reſtituere*: Arabicus vertit; *Docebit vos omnia.* Alia lectio habet: *Omnia complet*, ac ſi ipſe ſit complementum: ex quibus multa ad laudem Eliæ poſſunt deduci.

Eccleſ 48. Malach. 4. Septuagint. Arabic. Alia lectio.

20. Aliter explicat D. Auguſtin. lib.1. quæſtion. Evangel. cap 21. *Reſtituet omnia, id eſt, quos Antichriſti perſecutio perturbaverit, vel ipſe reſtituet moriendo, quod debet*: Reſtituet ad fidem Chriſti; quos Antichriſti perſecutio ſeduxerat, vel reſtituet moriendo, quod debet, quod minùs proprie eſt dictum: reſtituet quod debet, ad officium Doctoris, ac prædicatoris, quod eſt vitam pro ſuis dare.

D. Auguſt. *Prædicator, & Doctor debet dare vitam pro ſuis.*

21. Epiſcopus Janſen. in ſua Concordia, cap.76. ait: *Intelligendus eſt, quod dicitur Elias omnia reſtituturus, quomodo Chriſtus dicitur à Paulo ad Epheſios 1. n 10. Inſtaurare omnia in Chriſto*: Inſtauraſſe nempe omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris, nimirum quia homines inter ſeſe, & cum Angelis diſſidentes, atque Deo, pacificavit; ſic enim & Elias omnia reſtituet, quando incredulos Judæos gentibus credentibus uniet, & ad fidem Patriarcharum redire faciet.

Janſen. Epheſ. 1. *Elias ad Chriſti imitationem reſtituet omnia.*

22. Sed pro tanto beneficio, quam gratiam reddent Eliæ, explicat Chriſtus apud Marc.9.n.11. *Elias cùm venerit primò, reſtituet omnia: & quomodo ſcriptum eſt in filium hominis, ut multa patiatur, & contemnatur?* Quæ verba quamvis aliquibus viſa ſint difficilia, pleniſſimè explicantur. *Contemnitur*: Græcè, id eſt, *exinanitur.* Rectè gloſſa Interlinearis, & Ordinaria, cum Beda, inquiunt quòd ſimili modo continget Eliæ, ut evenit filio hominis, ille enim multis laboribus fidem collapſam reſtituet, & tandem pro tantis beneficiis crudeli, & dirâ morte ab ingratis, ac impiis occidetur, ut fecerunt in filium hominis.

Marc.9. Græcus. Gloſſa Interlin. Gloſſa Ordinar. Beda.

23. Rectè Rupertus Eliam cum Melchiſedech componit, nam primum verbum; quod Scriptura habet de Elia, ipſum introducens ſine patre, ſine matre, ait: *Dixit Helias Theſbites*; &c. 3. Reg. 17.n.1. ex quo ait Rupertus ibi: *Repente illatus Elias, ut quemadmodum Apoſtolus dixit de Melchiſedech, ſine patre, ſine matre ſine Genealogia aſſimilatus filio Dei*: Hebræorum 7 n.3. non ſolum Elias ut Melchiſedech aſſimilatur filio Dei, quòd introducatur ſine patre, ſine matre, ac genealogia, ſed etiam ſicut ob multa beneficia accepta machinati ſunt mortem in filium Dei; ſic etiam & facient in Eliam.

Rupertus. Hebræor. 7. *Comparatur Elias cum Melchiſedech.*

24. Et meritò Elias introducitur ſine patre, ac matre, quia veluti ipſe non erat quid materiale, & corporale, ſed tanquam quid ſpirituale; cùm fugeret à facie Jezabel, *Petivit animæ ſuæ ut moreretur*: 3.Reg 19.n.4. Anima cum ſit ſpiritualis, non moritur, ſed corpus, quod terrenum eſt. Cur ergo ad mortem non poſtulat corpus, ſed animam? Elias ſic gratia ac virtute erat elevatus, ac ſi eſſet expers corporis, ac totus ſpiritualis: unde merito vocatur à D. Chryſoſtomo: *Homo cœleſtis, Angelus terreſtris.*

*Elias veluti totus ſpiritualis.* 3. Reg. 19. D. Chyſ.

# CAPUT XVIII.

1. IN illa hora acceſſerunt diſcipuli ad JESUM, dicentes: Quis putas major eſt in regno cœlorum? 2. Et advocans JESUS parvulum, ſtatuit eum in medio eorum. 3. & dixit: Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. 4. Quicumque ergo humiliaverit ſe ſicut parvulus iſte, hic eſt major in regno cœlorum, 5. Et qui ſuſceperit unum parvulum talem



talem in nomine meo, me ſuſcipit. 6. Qui autem ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. 7. Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim, ut veniant ſcandala: verumtamen væ homini illi per quem ſcandalum venit. 8. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & projice abs te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. 9. Et ſi oculos tuus ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te: bonum tibi eſt unum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculus habentem mitti in gehennam ignis. 10. Videte ne contemnatis unum ex his puſillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. 11. Venit enim filius hominis ſalvare, quod perierat. 12. Quid vobis videtur; ſi fuerint alicui centum oves, & erraverit una ex eis: nonne relinquit nonaginta novem in montibus, & vadit quærere eam, quæ erravit? 13. Et ſi contigerit ut inveniat eam: Amen dico vobis; quia gaudet ſuper eam magis; quàm ſuper nonaginta novem, quæ non erraverunt. 14. Sic non eſt voluntas ante patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis. 15. Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. 16. Si autem te non audierit, adhibet tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum. 17. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. 18. Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. 19. Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt. 20. Uni enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum 21. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei; uſque ſepties? 22. Dixit illi JESUS, Non dico tibi uſque ſepties: ſed uſque ſeptuagies ſepties. 23. Ideo aſſimilatum eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis ſuis. 24. Et cùm cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei unus, qui debebat ei decem millia talenta. 25. Cùm autem non haberet unde redderet, juſſit eum dominus ejus venundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi. 26. Procidens autem ſervus ille orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 27. Miſertus autem Dominus ſervi illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. 28. Egreſſus autem ſervus ille, invenit unum de conſervis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum, dicens: Redde, quod debes. 29. Et procidens converſus ejus, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 30. Ille autem noluit: ſed abiit; & miſit eum in carcerem donec redderet debitum 31. Videntes autem conſervi ejus quæ fiebant, contriſtati ſunt valde: & venerunt, & narraverunt domino ſuo omnia, quæ facta fuerant. 32. Tunc vocavit illum dominus ſuus, & ait illi, ſerve nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: 33. Nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? 34. Et iratus dominus ejus, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet univerſum debitum. 35. Sic & Pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primo, à V.2.* Docet Chriſtus eos eſſe majores in cœlo, qui apud ſe ſunt parvuli, & humiles; quod explicavi tom. 4. cap 10.

*Secũdo, à V.6.* Docet parvulos non eſſe ſcandalizandos, quia Angeli eorum ſemper vident faciem Dei Patris: & eſt explicatum eodem capite 10. à numero 73.

*Tertiò, à V.12.* Ad hoc maxime comprobandum proponit parabolam ovis errantis.

quod expendi tomo 4. cap.26.

*Quartò, V.*15. Aſſignat ordinem ſervandum in correptione fraterna, ac Apoſtolis dat poteſtatem ligandi, ac ſolvendi; quod explicavi tom.4. cap.11.

*Quintò, V.*21. Docet injurias eſſe dimittendas uſque ſeptuagies ſepties; quod eſt explicatum eodem cap 11. à n.65.

*Sexto, Verſ.*24. Explanat ſuperiorem doctrinam cum parabola ſervi nequam debitoris, à quo debitum decem millia talentorum fuit remiſſum, & ipſe conſervo ſuo debitum centum denariorum condonare noluit, quod eſt expenſum to. 4. cap. 12.

---

## Major in regno Cœlorum.

### Quæstio I.

### *Quare Chriſtus D. ad intrandum in Regnum Cœlorum duo à ſuis diſcipulis petit, ut ſint converſi, ac ut efficiantur ut parvuli?*

1. Textus.

Hoc capite, n. 1. ſcribit noſter Evangeliſta, quod diſcipuli acceſſerunt ad Chriſtum interrogantes, ac quærentes: *Quis putas major eſt in regno cælorum?* Quod Evangelium explicavi tom. 4. cap. 10. per quæſtiones 17.

2. *Ut quis removeatur à ſuo affectu, multa efficacia neceſſaria.*

Chriſtus D. volens eorum contentionem dirimere, ait: *Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Ait Chriſtus: *Amen dico vobis*, quod erat quædam juramenti forma, quia ut quis credatur contra proprium affectum, multa energia. ac efficacia dicendi exigitur: & ait: *Niſi converſi fueritis, & efficiamini.* Duo ab eis exigit Chriſtus ad intrandum in regnum cœlorum. Unum ut ſint converſi ab æmulatione, ac ambitione ſua, nempe.

3. *Innocentiam puerorum nobis commendat Chriſtus.* D.Hilar.

Alterùm, *ut efficiamini ſicut parvuli*: non ait, ut parvuli efficiantur magni, & proceri homines, ſed ut ipſi adulti jam homines ſint ut parvuli; tanquam parvuli invidiæ ſunt expertes, primatum non ambiant, ſed innocentes, candidi, ſimplices, ac humiles exiſtant: tale eſt puerorum ingenium; ſic D. Hilar. prædicta verba elucidat, & ait: *Hi*, ſcilicet pueri, *patrem ſequuntur, matrem amant, proximo velle malum neſciunt, curam opum negligunt: non inſoleſcunt, non oderunt, non mentiuntur, dictis credunt, & quod audiunt, verum habent. Revertendum eſt igitur ad ſimplicitatem puerorum; quia in ea collocavi, ſpeciem humilitatis Dominicæ circumferemus.* Ecce cur nos jubet Dominus eſſe ſicut parvulos, ad puerorumque ætatem redire. Hunc parvulorum candorem latiùs explicat Victor Antioch. ad cap. 10. Marc. verſ. 13. & ait: *Et parvuli anima candida, & omnibus vitioſis affectibus libera, quandoquidem parvulus triſtitiam paſſus, aut injuriæ à quopiam affectus, neque injuriam reminiſcitur, neque vindictam meditatur: verùm quaſi nihil incommodi tulerit, ad eum qui læſerat, tanquam ad amicum ultrò accedit. Pari modo licet graviter cadatur à matre, occurrit nihilo ſeciùs præ cæteris ad ipſam. Præterea de earum rerum jactura, aquas nos maximi facere conſuevimus, nihil prorſus movetur, aut contriſtatur. Denique non rapiatur ob corporum venuſtatem, ut cæterì mortalium ſolent. Propter hoc ergo Dominus dixit: Talium eſt regnum Cœlorum.*

Victor. Antioch.

4. 1.Reg.2.

De Samuele miniſtrante ante Dominum, ac cincto ephod. lineo, ait Text. *& magnificatus eſt puer Samuel apud Dominum*: 1. Reg.2. n.21. Si Samuel dicitur puer, quomodo dicitur magnificatus? nam ipſa magnificentia non videtur aptè convenire cum puero. Cùm enim puer ſit debilis ingenii, ac tenuiſſimæ libertatis, non videntur in eo meritorum fulgores multùm reſplendeſcere. Opportunè D. Gregorius ibi ait: *Magnificari quippe non prodeſſet, ſi puer eſſe deſiſteret: quia humilitate amiſſa, placere omnipotenti Deo de conſervationis altitudine non valeret.* Magnificatus eſt puer Samuel, quia ſemper in omni ætate innocentiam, ſimplicitatem, candorem, ac humilitatem pueri conſervavit, & quamvis annorum curſus creſceret, animus à virtute, ac candore pueri non decrevit, nec immutatus eſt.

*Magnificatur Samuel à puerorum innocentia*

D.Gregor.

5. Ezech.10.

Cùm myſterioſo currui ſacra animalia oſtenduntur alligata, ipſumque currum portant, de eis ait Ezechiel cap. 10. n. 14. *Et facies una facies Cherub.* Si verò *Cherub* nominis etymologiam quæras, tres aſſignat Alcazar annotat. 7. ad cap. 4. Apocalypſ. & tres maximè faciunt ad rem præſentem. Prima ex Bibliis Regiis, ut *Cherub* idem ſit, *quaſi pugnans.* Secunda ex Vaticanis; nempe *Cherub*, *quaſi magiſter.* Tertia ab ipſomet Authore deſumitur, ut ſit *Cherub*, *quaſi puer*: Ecce qui ſub curru Dei apparet, & qui currum ejus portat, quid ſit ſui nominis etymologia ſignificat, *quaſi puer*, *quaſi pugnans*, *quaſi magiſter*; ſed quid pugna, & magiſterium cum puero; maximè videntur hæc parum inter ſe cohæret: Qui ſimplicitatem, innocentiam, ac humilitatem pueri retinet; contra omnia vitia pugnat, eaque expugnat, recteque magiſterio, ac ſapientiâ fulget, ut poſſit omnes mundiales poteſtates inſtruere, illaſque devincere, ac deſtruere.

Alcazar.

*Pueri innocentia deſtruit vitia, & inſtruit omnes poteſtates mundiales.*

6. Cantic. 3.

De regalia Salomonis palatio loquens Anima Sancta: ait: *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.* Cantic. 3. n.7. De his fortiſſimis ac doctiſſimis excubitoribus





Luc. 11.

cœleſtis cubilis loquitur Dominus apud Luc. n. 7. *Oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili:* Quos fortiſſimos, ac peritiſſimos dicit Sponſa, hos Chriſtus pueros appellat, ut ſapienter notat D Nyſſen. homil. 6. in Cantic. & ait: *Idem ergò eſt dicere armatos eſſe circa lectulum, & infantes*: Sed quomodo hæc poſſunt ſtare; pueri ignari, cur ergo dicuntur doctiſſimi? pueri imbelles, cur ergo fortiſſimi: Qui enim pollent ſimplicitate, innocentiâ, ac puerorum humilitate; hi digni inventi ſunt, ut aſſiſtant in cubili Dei, hique ſunt doctiſſimi ad ſequendam viam veritatis, & ad reducendum alios ad eam; fortiſſimique ſunt ad omnes vitiorum tentationes ſuperandas, ad omniaque hoſtilia impedimenta extirpanda: *& ad bella doctiſſimi.*

D.Nyſſen.

*Innocentia puerorum doctiſſima ad dirigendam viam ſalutis.*

---

### Quæstio II.

### *Quare monet Dominus parvulos non eſſe contemnendos, quia Angeli eorum ſemper vident faciem cæleſtis Patris?*

7. Ait Chriſtus D. in præſenti, n. 10. *Videte ne contemnatis unum ex his puſillis: Dico enim vobis, quia Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt.* Proindeque ipſi puſilli maximè ſunt honorandi, ac venerandi, non ſolùm propter ſeipſos, ſed & maximè, quia Angeli eorum, cùm ſemper videant faciem Patris mei, ſemper ſunt obſecrantes, ac deprecantes pro eis, eorumque ſunt perpetuò interceſſores, ac advocati apud Patrem. D. Hilar Can. 18. in Matthæum, ait: *Angeli puſillorum præſunt fidelium orationibus, ſalvatorumque per Chriſtum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculose ille contemnitur, cujus deſideria, & poſtulationes ad Deum ambitioſo Angelorum famulatu, ac miniſterio pervehuntur.* Alto, & profundo ſermone utitur D. Hilarius. *Ambitioſo famulatu & miniſterio*: & quæ ambitio tangit Sanctos Angelos, in quibus omnia ſunt perfectæ, ac conſummatæ virtutis? Summos affectus Angelorum in ſuos clientes explicat magnus Doctor ex his, quæ accidunt inter nos: nam noſter affectus ambitioſus nunquam ſiſtit, ac quieſcit, ſed ſemper magis, ac magis inſtat, & impleri deſiderat; per horum analogiam dicitur, *Ambitioſo famulatu, & miniſterio*: ſic ſe habent erga ſibi commiſſos Sancti Angeli, ut pro eorum ſalute nunquam quieſcant, ac deſiſtant, ſed ſemper inſtent, ut omni cœleſti dono nos repleamur, & ita per analogiam ad effectum humanum, explicat ſublimem, & altum affectum Angelorum; ſemotis imperfectionibus.

D.Hilar.

*Veluti ambitioſo famulatu Angeli de hominum ſalute agunt.*

8. Pſalm.103.

Ait Regius Propheta Pſalm. 103. n. 4. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem*: Angeli à ſua creatione ſunt Spiritus, quomodo dicitur, quod eos facit ſpiritus? Exprimitur qualiter ſe habeant in ſuo miniſterio, ac officio, nempe ut ſpiritus velociſſimi, ac valde celeres: D. Chryſoſtom. in Catena Corderii ait: *Quod tandem ſint ſecundum ſubſtantiam, eorum operationem deſignitat*: & ſubdit Propheta, quod maximè eſt expendendum in præſenti *Et miniſtros tuos ignem urentem*: ſed quam combinationem invenit? Sapientia Divina inter Angelicos Spiritus, & ignem Eleganter quidem Sancti Angeli igni comparantur. Ignis immobiliter adhæret materiæ, quam conſumit; & tamen mobiliter fertur, & tendit in ſublime, tanquam ad connaturalem locum. Sic & Angelus Cuſtos, immobiliter nobiſcum reſidet, aſſiſtit, nobiſcumque aſſociatur, & ſimul vehementer volat in cœlum, pro nobis rogans, ac deprecans, noſtraſque cauſas pertractans. D. Bernard. ſerm. 4. de Verbis Iſaiæ, ait: *Vide flammam; quaſi volantem, & ſtantem ſimul, nec miraberis jam Seraphim ſtantes volare, ſtare volantes.* Ecce quam ſolicito affectu Angeli pro ſuis clientibus ſtant, ab eis non diſcedunt ut eos cuſtodiant, ac tueantur; & ſimul in cœlum volant, ut eorum negotia agant: ſic & apud Iſaiam 6. n. 2. legitur, *Et volabant, & ſtabant*: cum volatus excludat ſtationem, & ſtatio volatum, tamen ſtabant immobiliter cum Deo, & volabant ad juſſa ejus exequenda.

D.Chryſ.

*Angeli, ut ignis, ſtant nobiſcum, & volant pro noſtra cauſa.*

D.Bernard

Iſai.6.

6. Peluſiota.

Alter prædictum Pſalmum expendo: *Et miniſtros tuos ignem urentem*: Explicat D. Iſidorus Peluſiota in Catena Græcorum Patrum ad cap. 3. Luc. & ſic ait: *Quam ob cauſam, divina fere omnia ignis nomine deſignantur Deus enim ignis dicitur, & Angeli ignis urens; & apparuerunt Apoſtolis linguæ inſtar ignis, nonnulli quoque dicuntur ſpiritu ferventes; exiſtimo quod propter abundantiam, & copiam invidentiæ expertem, atque divitias; & quomodo unus ignis mille lampades accendat, nec minuatur, ſed alias iterum totidem, imo plures valeat accendere?* Omnia fere Divina nomine ignis denotantur. Deus ob ſuam magnam charitatem ignis dicitur: *Deus tuus ignis eſt*: Deuteronom.4. n. 24. ſic & Spiritus Sanctus ob ſuum eximium amorem linguis igneis apparuit ſuper Apoſtolos: Actor. 2. ſic & Angelus ignis dicitur; eâdemque metaphorâ, qua explicatur ſummus Dei amor in nos, exponitur Angeli ſolicitudo erga ſuos, *Omnia fere Divina ignis nomine deſignantur.* Dicitur Angelus ignis propter abundantiam, & copiam invidiæ expertem, dum alias & alias gratias nobis impetrat: & *& quandoquidem unus ignis mille lampades accendat, nec minuitur, ſed alias iterum totidem, imo plures valet accendere*: Sic & Angelus Cuſtos totius Regni, ac civitatis, ſi pro centum millibus, ac ſi pro uno ſolo negotiaretur, nec in tanta multitudine ejus charitas decreſcit, ac minuitur; ſed tantam habet pro omnibus, & quantam haberet ſi unus ſolus ſub cura ejus eſſet; ſicut & ignis. licet centum mille candelas accendat, nihil de ejus activitate remittitur; *quandoquidem unus ignis mille lampades accendat, nec minuitur*

*Maxima charitas Angelorum declaratur.*

Deuter.4. Actor.2.

*Angelus cuſtos Regni, ſic de uno agit ac de omnibus.*

Ait Pſalmographus Pſalm. 67. n. 18. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium*, Pro *millia lætantium* multi ex Hebræo vertunt, *millia Angelorum.* D. Hier. exſcribit, *millia abundantium*: quaſi idem ſit *lætantes Angeli*, ac quando ſe habent *abundantes*: ac ſi tunc maximè lætantur Angeli, cùm ubertim gratiis, ac donis impetratis à Deo in nos exundant.

Pſalm.67. Hebræi. D. Hieron.

*Tunc Angeli lætantur, cum abundant in nos dona cœleſtia.*

Syncellus.

Unde ſic ait Michaël Syncellus gravis Author inter Patres Græcos, Oratione laudatoria in Sanctos Dei Angelos. *O ſummè omnes venerandi? omne enim per vos gaudium in ipſo conſummatum eſt:* Angeli ſic gaudio exuberant, ſic gaudentes ſtudent hominis ſaluti, ut lætantibus, *omne gaudium de Deo*, in Deo terminetur.

Cantic. 3. — D. Nyſſen. D. Ambr. Tres Patres. Theodoret. D. Bernard. Pſellius.

11. Maximè æſtuabat Anima Sancta deſiderio ſuum dilectum videndi, per vicos, & plateas quærens, ait: *Invenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem* (quo interrogans ait) *Nam quem diligit anima mea, vidiſtis?* Cantic. 5. n. 3. per hos excubitores, ac vigiles, Sanctos Angelos intelligunt communiter Patres. D. Nyſſen. hom. 6. D. Ambroſ. lib. de Iſaac, c. 5. Tres Patres apud Ammonium, Theodor. ibi. D. Bern. D. Pſellius, & alii multi, ex quo grave dubium inſurgit, quomodo Anima Sancta, maximè inſtructa in rebus Divinis, dubitet, & ambigat, an Angeli Sancti Deum videant, cum fides doceat, *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui eſt in cœlis.* Cur ergo Anima fidelis, tanquam dubitans interrogat: *Num quem diligit anima mea vidiſtis*; Num Anima Dei dilectrix de Sanctorum Angelorum viſione poteſt dubitare? Pulchrè reſpondet Richard. Victorin. in Cant. p. 2. cap. 4. & ait: *Certo ſcit quod Angeli Dei viſione fruantur; ſed miratur, & quaſi indebitum arbitratur, ut Deum videant, & ſe expertem viſionis illius relinquant.* Profundo ſtylo de Sanctorum Angelorum charitate altam ebibit mentem pia anima, & magnâ rei admiratione rem certiſſimam tanquam in dubium proponit, quomodo fieri poteſt, ut ipſi Angeli homines intimè peramantes, Dei viſione gaudeant, & fruantur, & ad ſimilem ſuos clientes non admittant: & ideo præ rei admiratione dubitanter interrogat: *Num quem diligit anima mea vidiſtis?* certò ſcit; Angelos Deum videre, ſed inde maximè admirans dubium eſt, quod ipſi clara Dei viſione potiantur, cùm ipſa ad talem intuitum nondum producta ſit. *Admiratur, & quaſi indebitum arbitratur, ut Deum videant, & ſe expertem viſionis illius relinquant.* Magna ſanè exaggeratio ſeduli Angelorum ſtudii erga homines.

Richard. Victorin. — *Maxime Angeli exambiunt homines facere conſortes ſuæ beatitudinis.*

12. De Sanctis Angelis multa dixi in omnibus meis libris, præcipuè tom. 1. & 2. in Apocal. Vide verb. *Angelus*; De Sancto autem Archangelo Michaële multa tractavi tom. 2. in Apocalypſ. cap. 12. q. 55. 56. 57. pro ejus elogiis vide ibi dicta.

---

## Fraterna correptio.

## Quæstio III.

### *Quare Chriſtus D. monet correptionem fraternam dandam eſſe cum multa cautela?*

13. AIt Chriſtus D. hoc cap. 18. 15. *Si peccaverit in te frater tuus; vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum.* Quod Evangelium explicavi tom. 4. cap. 11. per decem quæſtiones. Nunc verò adde, ex D. Gregor. Nazianzeno Orat. de Modeſtia in diſputationis fervore ſervanda, qui ſic ait: *Hanc rationem tene, ut partim illum corrigas, idque leniter, & humani, non ut hoſtis, nec ut durus, & rigidus medicus, neque ut ſectionibus tantum, & cauteriis adverſus morbum ſciens graſſari.* Ait Chriſtus D. Corrige eum inter te, & ipſum ſolum. Correptio ut ſit fructuoſa, debet fieri charitate, & prudentiâ; charitate, ut is, qui peccat, ſentiat correptionem naſci, non ex odio, vel faſtu, ſed ex amore, ac lucrandi affectu; prudentiâ, ut fiat leniter, modeſtè, ac opportuno tempore, loco, ac modo, ut putetur peccans grato animo accepturus emendationem.

D. Nazianz. — *Correptio fraterna danda eſt cum prudentia, & charitate.*

14. Ait Chriſtus D. *Cùm venerit ille Spiritus* (ſcilicet paracletus) *arguet mundum de peccato, & juſtitia, & judicio*: Joan. 16. n. 8. Cur hoc committitur Spiritui Sancto, & cur Chriſtus D. omnium magiſter mundum non arguit, & ad hoc arguendi munus non deſtinat ſuos Apoſtolos, quos binos miſit in omnem locum, ſed hoc reſervatur Spiritui Sancto, ut per ipſos Apoſtolos mundum arguat? Spiritus Sanctus adventurus erat; eos implens omni ſapientiâ, prudentiâ, amore, & lenitate; inde ergo objurgatio; increpatio peridoneè Spiritui Sancto congruit, & his, qui de Spiritus Sancti amore, prudentiâ, ac lenitate uberrimè participant, pro qua re maximè expendendus D. Chryſoſt. ad illud Apoſtoli ad Galat. 6. n. 1. *Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.* Unde notat Chryſoſt. maximè additum eſſe ab Apoſtolo illud: *in ſpiritu lenitatis*, ut denotaret redargutionis lenitatem, ac manſuetudinem Spiritui Sancto maximè congruam eſſe, maximè illi placere, ac inter ipſius divina chariſmata annumerari, ſic ait citatus Chryſoſt. *Nam qui divino ſpiritu perfunduntur, acerbos, ac rigidos eſſe nequaquam decet: ipſe namque ſpiritus, amor eſt, & amantes animo occupat: quis igitur acerbitatis in eo poteſt eſſe locus quem tanta vis amoris obſidet?* Et ideo ut notat ipſe Chryſoſt. ait Apoſtolus: *Vos qui ſpirituales eſtis*: nempe, Spiritu Sancto pleni, cujus munus eſt ſpirare, dirigere, ac illuminare noſtras mentes.

Joan. 16. — *Correptio danda eſt ab ſpiritu Divino impletis.* — Galat. 6. — *Corripiens debet habere ſpiritum lenitatis.* — D. Cryſ.

15. Adhuc ad eadem verba Apoſtoli ſic pergit Chryſoſtom. *Vos qui ſpirituales eſtis*, inſtaurare talem (Vulgatus legit, *inſtruite*, alii vertunt, *redintegrate*, alii, *reſtituite*:) & proſequitur Chryſoſt. *Non dixit, Punite, aut condemnate; ſed inſtaurate*: & recte dum de corruptione eſt ſermo, apponitur verbum, *inſtauratio, reſtitutio, redintegratio* nam qui hominem in ſpiritu lenitatis corripit, ipſum *inſtaurat*, ac renovat ex veteri homine in novum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, ipſumque *reſtituit*, tam ſibi, quàm Deo, illumque *redintegrat*, utpote ex commiſſo delicto mutilum, diminutum, ac imperfectum, ad veram ſanitatem, ac perfectionem reducit. O vera, & ſancta correptio, quæ hominem inſtaurat, reſtituit, ac redintegrat.

D. Chryſ. — *Variæ lectiones, quibus theſis probatur.*

16. Et ad prædictum locum Apoſtoli ſapienter notat D. Hier. quod Apoſtolus ait: *ſi præoccupatus fuerit homo*, non dixit, amicus, proximus, ſed *homo*: imbecillitas humanæ conditionis delictum extenuat, & ad benignitatem correptionis allicit. Sic ait S. Hieron. *Ut ex ipſo nomine (homo) humanæ conditionis imbecillitas oſtendatur,*

D. Hieron. — *In correptione imbecillitas humana conſideranda.*



*datur, digniuſque veniâ cenſeatur qui velut homo errore deceptus, & merſus in voraginem, ſeipſum ſine auxilio, & adjutorio exigere non poſſit.*

17. Etſi aliquando aliquod verbum durum in correptione intervenerit, hoc non fiat ex acerbo odio, ſed ex ferventi amore: ſic ait D. Auguſtinus ad prædictum locum Apoſtoli: *Dilige & dic, quod voles; nullo modo maledictum erit, quod ſpeciem maledicti ſonuerit.* Benevolus amor, ſic mitigat reprehenſionis aculeum, ut quamvis maledicti ſpecies ſonuerit, nil erit maledictum: *Dilige, & dic, quod voles:* ex ore amantis nil aſperum, ac acerbum prodit. Amor verborum amaritudinem in mella convertit.

D. Auguſt. — *Si reprehendens diligit, dicat quod velit.*

---

## Quæstio IV.

### *Quare duobus conſentientibus, fiet illis quidquid petierint; & quinam ſint hi duo?*

18. AIt Chriſtus in præſenti, n. 29. *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui eſt in cœlis.* Quæ verba, ut dixi citato cap. 11. q. 5. & 6. D. Hilar. D. Hieronym. D. Chryſoſt. Theophylact. Euthymius, ad ſummam concordiam, ac unitatem referunt; & maximè notandum, quod ait Chriſtus: *De omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo:* Perbelle D. Hieronym. ait: *Omnis ſuperior ſermo ad concordiam nos provocat: igitur & præmium pollicetur, ut ſollicitius feſtinemus ad pacem:* præmio nos allicit ad concordiam; & ait: *à Patre meo, qui eſt in cœlis:* ſolùm ille, qui eſt in cœlis, remunerat merita, & bona opera noſtra.

D. Hilar. D. Hieron. D. Chryſ. Theophyl. Euthym. — *Solus, qui eſt in cœlis, merita remunerat.*

19. Et ait Chriſtus: *ſi duo ex vobis conſenſerint*: quinam ſunt hi duo? D. Chryſoſtom. & Euthymius exiſtimant, quod ſunt Apoſtoli; nam ut ait Euthym. non dixit Chriſtus: ſi duo conſenſerint; ſed *ſi duo ex vobis*: nempe Apoſtolis, cum quibus loquebatur, vel etiam cum his, qui ſimiles virtute inveniuntur Apoſtolis. Origenes hos duos interpretatur virum, & uxorem, inter quos perarduum, & difficile eſt concordiam dari. Anaſtaſius Nyſſenus q. 74. refert hanc concordiam inter corripientem, & correptum, & ait: *Quomodo eſt intelligendum iſtud:* Si duo conſenſerint ſuper terram? & reſpondet: *Ipſe locus hoc indicat: nam verba facit de eo, qui arguit, & arguitur,* (id eſt, corripit, & corripitur;) *nam ſi is, qui arguitur, convenerit cum inſtituto arguentis, de omni peccato, cujus petierint remiſſionem, dabitur eis à Deo; ſed ſi non convenerit, qui arguitur, cum eo qui arguit, non datur eis.* Sic frequenter, qui de reatu arguitur, ſeu corripitur, valde gravatè ſolet ferre correptorem, ſicque correptione ſe feriri putat, ſicque tam difficilis eſt *conſenſus & pax* inter correptum, & correptorem, ut talis concordia magno præmio ſit remuneranda, ut eorum voluntas quamdam vicem Omnipotentiæ videatur æmulari, dum *quidquid petierint, fiet illis à Patre meo, qui eſt in cœlis.*

D. Chryſ. Euthym. — Origenes. — Anaſtaſ. Nyſſen.

20. Compone modò duos Reges Judâ, Davidem ſcilicet & Aſam: uterque peccavit, David adulterio Berſabeth; Aſa verò dum in bello ponit ſpem auxilio Regis Syriæ: uterque arguitur à Propheta; David à Nathan, Aſa verò à Propheta Hanani. David impetrat totum, quod optaverat, ſuorum nempe peccatorum veniam: *Dominus quoque tranſtulit peccatuum tuum: non morieris*, 2. Reg. 12. n. 13. At Aſa graviter punitur tam morte ſua, quam multorum de populo; quænam hujus rei cauſa? David dum arguitur à Nathan, benignè excipit correctionem, & prophetam, eumque in multam venerationem, ac amicitiam cum magna unione habet, ut patet ex 3. Reg. 1. n. 22. at Aſa reprehenſione audita, furore infremuit in prophetam: *Iratuſque Aſa adverſus videntem juſſit eum mitti in nervum* (id eſt carcerem.) *Valdè quippe ſuper hoc fuerat indignatus; & interfecit* (ſcilicet Dominus) *tempore illo plurimos.* 2. Paralip. 16. nu. 10. Qui amicitiam, & benevolentiam retinet cum ſuo admonitore, pro ſua voluntate optatam impetrat remiſſionem; qui verò in ipſum inſurgit, & iraſcitur, divina juſtitia permittente, in majora crimina ruit, ut gravius, & acerbius puniatur. Ita ſapienter notat Caietan. & ait: *Ratio ſi quidem quare afflixerit Prophetam, redditur ex parte divinæ juſtitiæ deſerentis Aſam. Magna, ac peſſima ſpecies iræ Dei eſt, quâ deſerit hominem, qui peccarat, ut peccata peccatis accumulet.* Ut miſerrimè pereat, ut dicitur de Aſa ibidem, n. 14.

2. Reg. 12. — 3. Reg. 1. — 2. Paralip. 16. — *Amicitia cum correptore parit indulgentiam, ira verò pœnam* — Caietan.

21. Ait Deus per Salomonem Prov. 1. n. 23. *Convertimini ad correptionem meam, & proferam vobis ſpiritum meum.* Theodoretus legit: *Effundam in vos ſpiritum meum.* Tigurina: *efflabo vobis ſpiritum meum:* Ac ſi dicat Deus, ſi patienter tuleritis correptionem meam per meos miniſtros datam, ac ſi acerbè vos pungant, in vos effundam ſpiritum meum, ut illius donis impleamini: ita præfata Salomonis verba interpretatur Petrus Damian. adhortans Ariprandum monachum, ne correptiones graviter ferat, lib. 6. epiſt. 18. ubi ſic ait: *Quod videlicet hujus loci* (ſcilicet monaſterii) *tam familiare eſt, ut ſi qui corripitur, fugit, nobiſcum habitare non poſſit. Ad hoc enim homo de ſæculo, magiſterio regularis diſciplinæ ſubmittitur, ut rubiginem, quam de mundo lenocinante contraxerat aſperæ correptionis limâ detergat; unde eſt, quod ſapientia loquitur in Proverbiis: Convertimini ad correptionem meam. Non dixit, ad blanditias meas: unde quibuſdam corripi denegantibus, ait: Mane conſurgent, & non invenient me.* Qui correptionem detrectat, vitæ ſpirituali idoneus non eſt: nam qui ſæculo renuntiavit, neceſſe eſt, *ut rubiginem, quam de mundo lenocinante contraxerat, aſperæ correptionis limâ detergat:*

Prov. 1. Theodoret. Tigurina. — Damianus.

---

## Servus nequam.

## Quæstio V.

### *Quare homo vilis, ac ſervus potuit tantam aureorum ſummam ſibi congregare?*

22. AIt Text. n. 23. *Aſſimilatum eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum*

Tertull.

*ſervis ſuis, & cùm cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei unus, qui debebat ei decem millia talenta*: quod explicavi tom.4. cap. 12. per decem quæſtiones. Nunc verò adde: Dicitur, *homini regi*: ſciant Reges, quod homines ſunt, ne ſe multum extollant ſuper humanam conditionem.

23. Et in limine iſtius quæſtionis inquirendum, ſi Dominus iſte tam magnificus, ac liberalis erat; unde de tam ampla pecuniarum ſumma dimiſſionem fecerit ſervo ſuo, ad quid rationem incipit ponere, cur ante illam non condonat debitum, quod ad majorem magnificentiam videbatur ſpectare? Rectè reſpondet D. Chryſoſtom. homil.62. in Matth. & ait: *Ideo autem, antequam rationem poneret, debitum non dimiſit, quia docere voluit à quantis debitis eum liberabat*: Ante computationem Dominus non remittit debitum; prudentiſſimus Dominus voluit ſcire quod dimiſerat, & ut etiam ſervus maximè eſſet adſtrictus Domino ſuo, à quo de tam ingenti debito, ac tanta pecuniarum ſumma liberatus fuerat.

D.Chryſ. *Qui dimittit debitum, ſciat id, quod condonat.*

24. Quæſtio tamen eſt, quomodo homo ſervus, & plebeius potuerit tam ingentem pecuniarum copiam congregare; nam ut dicitur in Text. *debebat ei decem millia talenta.* Quæ ſi computentur ſecundum Attica talenta, decem millia talenta efficiunt ſex milliones; ſi verò computatio fiat ſecundùm talenta Hebraïca, decem millia talenta continent duodecim milliones aureorum; Chriſtus autem loquebatur non cum Græcis, ſed Hebræis, ac proinde videntur denotari talenta Hebraica. Vide quæ dixi citato cap.12. q.1. n.4.

*Quid ſit talentum.*

25. Quomodo ergo unus homo ſervus, & plebeius potuit tot milliones ſibi acquirere, & comparare? erat ipſe Regius miniſter, regis pecuniam manibus tractabat, & inde per manus res ejus augebatur, ac multum excreſcebat ex his, quæ uſurpabat, ac continuo peculatu ſibi aggregabat. Iſaias deplorans miſerum ſtatum Reipublicæ Judaïcæ ait: *Principes tui infideles, ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, Pupillo non judicant; cauſa viduæ non ingreditur ad eos.* Iſai. 1. nu.23. ait, *Principes tui infideles*: Aquila vertit, *recedentes*: Pagnin. *declinantes*: Septuaginta, D. Hieronym. *inobedientes*: Pintus *perverſi.* Si enim Principes, Magiſtratus, ac Miniſtri diligunt munera, ſtatim ſunt *recedentes, declinantes, ac inobedientes* omni legi, tam Divinæ, quàm humanæ; perverſique conſtituuntur, & omne jus violant, nec attendunt ad cauſas pupilli, & viduæ, ſed ſocii furum facti, aſſociantur furibus, cùm munera diligant, & retributiones: de qua re eleganter audiendus eſt Petrus Damanian. lib. 2. epiſtol. ad Epiſcopos, ac Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: & ait Eccleſiaſt. 20. nu.31. *Xenia, & dona excæcant oculos judicum, & quaſi mutus in ore avertit correptiones eorum. Armat enim muneribus adventantes, & per eos pugnat, ac cæcat eorum corda; de quibus Dominus per Iſaiam conqueritur.* Principes tui infideles, omnes diligunt munera. *Sed dicet aliquis. ego nihil quæro, ſed ſi aliquid gratis affertur, accipere non recuſo. Ecce hic non notantur ii, qui munera quærunt, ſed qui tantummodo diligunt.* Nam qui accipit munus, illud diligit; & poſt pauca ſubdit ipſe Cardinalis. Juxta Iſaïam 33. n.15. *Excutiamus manus noſtras ab omni munere, & nocendi; ſervemus nobis ingenuam libertatem ut non lit?gemus ſub ſervitute pecuniæ, ſed ſerviamus in libertate juſtitiæ*: nam qui accipit dona, vendit libertatem.

Iſai.1.

Aquila. Pagnin. Septuagin. D.Hieron. Pintus.

*Miniſtri regum maximè diteſcunt, & bonis augentur.*

Damianus.

Eccleſ.20.

*Qui accipit munera, vendit libertatem.*

Iſai. 33.

26. Ait idem Iſai.3. n. 12. *Populum meum exactores ejus ſpoliaverunt, & mulieres dominatæ ſunt eis*: uſque modò, ut notat Cornelius, deploravit Propheta internam ruinæ reipublicæ cauſam, ſcilicet peccata, nunc ergo lachrymis proſequitur externam, quam peccata adduxerunt: per exactores ergo intelligit principes, magiſtratus, ac miniſtros: *ſpoliaverunt*; ex Hebræo legunt Pagninus, & alii, *racemarunt*: id eſt uſque ad ultimum racemum, ſeu obolum diripuerunt. Racematur vinea, cum peracta vindemia, pauculæ uvæ, quæ hinc inde remanſerunt, ſtudioſè rurſum perquiruntur, ac colliguntur, ita ut nihil omnino ſuperſit: ſic faciunt iniqui miniſtri in republica; *& mulieres* Scribarum, & Phariſæorum, ſectantes ſuorum virorum veſtigia. Oleaſter tenens lectionem Pagnini. ait. *Poſſet locus reddi: Populum meum exactores ejus racemarunt, pro ſpoliaverunt, quoniam verbum, racemare, ſignificat ea, quæ poſt vindemiam relinquuntur. Et eſt ſenſus, quod ob peccata populus opprimeretur ab inſipientibus, & dominaretur ab effeminatis.* Ecce in quanta mala venit Reipublica ob Principum, & exactorum avaritiam. Unde Jethro ſocer Moyſis conſilium exhibens ad regimen populi, dicebat ei: *Provide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam.* Exod. 18. nu.21. In bono miniſtro hoc maximè neceſſarium: timor Dei, veritas, & odium avaritiæ.

Iſai.3.

Cornelius.

Pagninus.

*Iniqui exactores, ac miniſtri depopulantur rempublicam.*

Oleaſter.

Exod.18.

27. Hinc maximè laudandus eſt Daniel, cui cùm ob lectam, & interpretatam Scripturam, polliceretur Rex purpuram, torquem aureum, & dignitatem Tertii in regno, hæc omnia contemnens dicit: *Munera tua ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da: Scripturam autem legam tibi.* Daniel.5. n.17. Maximè laudandus eſt Daniel, quòd nec aurum, nec purpuram, nec dignitates quærebat: ſed inde maximè laudandus, ac extollendus, quòd cùm haberet amicitiam, ac familiaritatem regis, ex quibus homines maximè ſolent ſuperbire, ac omnia ſibi comparare; ipſe tamen cum favore, ac amicitia regis omnia contempſit, nec quid minimum ſibi comparavit. Opportunè D. Ambroſ. lib.2. offic. cap.11. ait: *Nec immerito Daniel mirabilis factus omnibus, quando (quod vehementer admirantur homines) regalibus fultus amicitiis, aurum non quærebat, nec delatum ſibi honorem pluris faciebat.* Prætermitto ſingula Ambroſii verba. Illud magnum, illud maximè mirandum, & forſitan uſque ad Danielem inauditum, quòd *Regalibus fultus amicitiis, aurum non quærebat, nec delatum ſibi honorem pluris faciebat.*

Daniel.5.

*Daniel mirabilis, quod cum regis amicitia nec aurum, nec honores ſibi quærebat.*

D. Ambroſ.

CAPUT



# CAPUT XIX.

1. ET factum eſt cùm conſummaſſet Jeſus ſermones iſtos, migravit à Galilæa, & venit in fines Judææ trans Jordanem. 2. Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ: & curavit eos ibi 3. Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum, & dicentes, ſi licet homini dimittere uxorem ſuam, quacumque ex cauſa? 4. Qui reſpondens, ait eis, non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos? Et dixit. 5. Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne una. 6. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. 7. Dicunt illi: Quid ergo Moïſes mandavit dare libellum repudii, & dimittere? 8. Ait illis, quoniam Moïſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras; ab initio autem non fuit ſic. 9. Dico autem vobis, quia quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. 10. Dicunt ei Diſcipuli ejus, ſi ita eſt cauſa hominis cum uxore, non expedit nubere. 11. Qui dixit illis, non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. 12. Sunt enim eunuchi qui de matris utero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere, capiat. 13. Tunc oblati ſunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. 14. Jeſus verò ait eis: ſinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cœlorum. 15. Et cùm impoſuiſſet eis manus, abiit inde. 16. Ecce unus accedens, ait illi Magiſter bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? 17. Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. 18. Dicit illi, Quæ? Jeſus autem dixit? Non homicidium facies, non adulterabis. Non facies furtum. Non falſum teſtimonium dices. 19. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. 20. Dicit illi Adoleſcens: Omnia hæc cuſtodivi à juventute mea: quid adhuc mihi deeſt? 21 Ait illi Jeſus, ſi vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & veni, ſequere me. 22. Cùm audiſſet autem adoleſcens verbum, abiit triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones. 23. Jeſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum cœlorum. 24. Et iterum dico vobis, facilius eſt camelum per foramen acûs tranſire, quàm divitem intrare in regnum cœlorum. 25. Auditis autem his, diſcipuli mirabantur valdè, dicentes: Quis ergo poterit ſalvus eſſe? 26. Aſpiciens autem Jeſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. 27. Tunc reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? 28. Jeſus autem dixit illis, Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cùm ſederit filius homini in ſede majeſtatis ſuæ. ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraël. 29. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. 30. Multi autem erunt primi noviſſimi: & noviſſimi primi.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.3.* Quærunt Phariſæi à Chriſto, an ex qualibet cauſa liceat uxorem dimittere? quibus Chriſtus negativè reſpondet & revocat libellum à Moïſe permiſſum, & matrimonium ad ſuam primam inſtitutionem reducit; quod hîc eſt explicandum.

*Secundò, V.11* Commendat cœlibatum, ipſumque matrimonio anteponit; quod etiam hîc eſt explicandum.

*Tertiò, V.13.* Parvulos advocat ad ſe, eiſque

eiſque benedicit, ac regnum cœlorum eis promittit? quod etiam hîc eſt explicandum.

*Quartò, V.* 15. Cuidam inquirenti viam in cœlum, aſſignat obſervationem mandatorum, & cùm perfectionis viam ultra requirat, ei ſuggerit ſuas facultates pauperibus diſtribuendas quod expendi, t. 4. c. 32.

*Quintò, V.* 27 Apoſtolis omnia relinquentibus ob Chriſti ſequelam, thronos promittit duodecim ad judicandum duodecim tribus Iſrael? cæteris verò centuplum & vitam æternam, de quo multa dixi tom. 4. cap 32.

*Uxor non dimittenda.*

*Matth.* 19. *n.* 1. Et factum eſt, cum conſummaſſet Jeſus ſermones iſtos, migravit à Galilæa, & venit in fines Judææ trans Jordanem.

Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & curavit eos ibi.

## VERSIONES.

*Syrus num.* 1. Cùm abſolviſſet Jeſus hos ſermones.

*Alter Syrus.* Venit ab altera parte Jordanis in fines Judææ.

*Pagnin.* Demigravit à Galilæa.

*Æthiopic.* Venit in montes Judææ.

*Perſicus n.* 2. Et turba multa ſecuta eſt eum, ægrotorum, & morbidorum, quos ibi ſanavit.

*Syrus.* Et ſanavit eos.

## ALTER TEXTUS.

*Marc.* 10. *n.* 1. Et inde exurgens, venit in fines Judææ, ultra Jordanem: & conveniunt iterum turbæ ad eum, & ſicut conſueverat, iterum docebat illos.

## EXPOSITIO I.

1. Mac. 10.
Luc. 9.
Janſenius.
Franc. Luc.
Cornel.
HÆc hiſtoria eadem eſt cum illa, quam
ſcribit D. Marc. cap. 10. nu. 1. & Luc. capite 9. n. 51. & etiam, ut volunt Janſen. cap. 9.
Franciſc. Lucas, & inclinat Cornelius, coincidit cum hiſtoria deſcripta à Joanne cap. 7. n. 1. Joan. 7.
Tamen Maldonatus hoc negat. Illa tamen ſententia Janſenii inde fit probabilis, quia hæc Maldonat.
contigerant juxta feſtum Scenopegiæ: ſive Tabernaculorum, quod celebrabatur Septembri: Chriſtus Joan. 7. n. 2. ad illud enim tendebat, ut paulatim ſe pararet ad mortem: ad finem ſequentis Martii Jeroſolymis fuit crucifixus, & ita Chriſtus non directa via tendit in Jeruſalem, ſed per Samariam, & juxta hanc ſententiam multa præterierunt Matthæus, & Marcus, quæ narrat Joannes cap. 7. 8 & 9.

*Et ſecutæ ſunt eum turbæ*, ut Matthæus, & 2.
Marcus ſcribunt, & tantæ turbæ conveniunt
non eſt Galilæa, quia ibi nolebat ſe Chriſtus
manifeſtare, ut refert D. Joan. citato capite 7. Joan. 7.
ſecutæ ſunt autem Chriſtum, tum ut eum prædicantem audirent, tum & præcipuè, ut à ſuis morbis ſanarentur, & ibi juxta fines Judææ eos dimiſit in domos ſuas; noluit enim cum tanta populi multitudine Jeroſolymam ingredi, ne magis, ac magis accenderetur invidia Phariſæorum machinantium jam mortem illius.

*Marc.* 19. *n.* 3. Et acceſſerunt ad eum Phariſæi, tentantes eum, & dicentes: ſi licet homini dimittere uxorem ſuam quacunque ex cauſa.

## VERSIONES.

*Vatablus.* Si licet divortium facere?

*Perſic.* Quovis prætextu uxori ſuæ remittere.

*Æthiopic.* Propter omne, in quo diſplicet.

## ALTER TEXTUS.

*Marc.* 10. *n.* 2. Et accedentes Phariſæi, interrogabant eum, ſi liceat viro uxorem dimittere, tentantes eum.

## EXPOSITIO II.

ACCESSERUNT *ad eum*, ſcilicet Jeſum: acceſſerunt, non corde, & animo, ſed corpore, quod non multùm intereſt: 3.
*Phariſæi*, qui in populo Judæorum præ aliis videbantur magis religioſi, ratione, ac cultu vitæ, & doctrinarum; documenta autem ſcribis relinquebant, & interpretationem ſcripturarum: *Tentantes* veniunt, non diſcendi ſtudio, quod ſimulabant, ſed tentandi occaſionem quærentes, an aliquid diceret contra legem. *Si licet homini*, ſcilicet uxorato, ac marito, *dimittere uxorem ſuam*: non ſolùm, ut bene no-
tat Carthuſianus, quantùm ad copulam, & co- Carthuſ.
habitationem; ſed etiam quantùm ad vinculum matrimonii: & hæc quæſtio de dimittenda uxore, tempore Chriſti erat agitata, & anceps, & ideo eam proponunt Chriſto ad eum



capiendum in verbis: nam ſi diceret licere, videbatur laxare fræna concupiſcentiæ carnali, ut pro libito voluntatis poſſet homo uxorem dimittere, & aliam ducere; ſi autem reſpondiſſet, quod non licet, videbatur dicere contra
Deuter. 24. legem latam Deuteronom. 24. num. 1. de quo
quæſt. 2. *Ex quacunque cauſa*, ſive gravi, ſive levi: nam ex gravi cauſa id erat licitum, ut
Origenes. patet ex citato loco Deuteronomii, & notant
D. Hieron. Origenes, D. Hieronym. Beda, & alii, ut ibi
Beda. dicam.

---

## QUÆSTIO I.

### *Quare potius Phariſæi, quàm alii hic ad Chriſtum veniunt?*

4. QUamvis aliqui ex Phariſæis bono animo
veniſſent ad Chriſtum, ut Nicodemus, *qui*
Joan. 3. *venit ad Jeſum nocte.* Joan. 3 n. 1. & qui in con-
ſilio favebat partibus Chriſti, unde ei dixerunt
Joan. 7. a ii: *Nunquid tu Galilæus es?* Joan. 7. n. 52. &
*Gamaliel Phariſæus, & legiſlator honorabilis uni-*
Actor. 5. *verſæ plebi.* Actor. 5. n. 34. tamen iſti valde pau-
ci, & rari erant; communiter Phariſæi alii oderant, & intendebant eum capere in ſermone, & ideò frequenter quæſtiones cavilloſas ei proponunt, ut de tributo Cæſari reddendo:
Matth. 22. Matth. 22. numero 17. & Matth. 12. num. 10. &
Matth. 12. Luc. 5. & 6. & multis aliis in locis; ſic & nunc
Luc. 5. accedunt modò ad Chriſtum Dominum ten-
Luc. 6. tandum.

5. Quod autem iſti Phariſæi, iniquo ac perverſo animo ad Chriſtum accederent, patet ex textu, cum dicatur: *Acceſſerunt Phariſæi tentantes eum*; nam tentare, ut hîc explicat Abu-
Abulenſ. lenſ. q. 11. eſt experimentum de aliqua re capere, quod maligne, & depravato animo faciebant iſti, ut Chriſtum arguerent, ac doctrinam ejus calumniarent, & tali animo ad Chri-
Eccleſ. 1. ſtum accedebant, ut dicitur Eccleſiaſt. 1. n. 40.
*Acceſſiſti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo, & fallacia.*

6. Quæſtio ergo eſt, cur potiùs Phariſæi, quàm alii accedunt ad Chriſtum, proponentes hanc quæſtionem de uxore dimittenda? Reſpondeo primò, quòd Phariſæi maximè ſolebant has quæſtiones cavilloſas Chriſto proponere, ut eum caperent in verbis ad eum arguendum. Secundò, quia Chriſtus D. ut patet ex hoc cap.
Matth. 19. Matth. 19. n. 2. multa miracula fecerat, & ſana-
verat multos infirmos. *Secutæ ſunt eum turbæ*
*Invidiâ nunquam quieſcit.* *multæ, & ſanavit eos*: & cùm tanta miracula maligni Phariſæi non poſſunt arguere, confugiunt ad quæſtiones cavilloſas, an ſaltem ex eis habeant anſam ad aliquid in eo ſugillandum; invidia enim nunquam quieſcit, ſed mille modos quærit.

Tertiò: Phariſæi tractabant de religione, & reputabantur Magiſtri morum, de hiſque maxime ſoliciti erant; cumque agnoſcerent, quod Chriſtus D. multò excellentius, ac præclariùs de illis ageret ſuâ ſanctiſſimâ vitâ; ſuaque admirabili doctrinâ, ſuiſque divinis operibus: inde inflammati invidiâ excandeſcebant in eum, quærentes cauſam, ut aliquid in eo notarent. Principes, & Satrapæ coadunantur inter ſe, ut
Danielem cap. 6. num. 4. accuſent: *Principes &* Daniel. 6.
*Satrapæ quærebant occaſionem, ut invenirent Danielem ex latere regis:* ut mitteretur in lacum leonum, & ibi miſerabili morte conſumeretur; ſed quomodo ſatrapæ in hanc cogitationem deveniunt, cùm ipſi multa obligatione aſtricti tenerentur Danieli; quia cum ipſi ſatrapæ non poſſent ſomnium ſtatuæ, ejuſque interpretationem Nabuchodonoſori reddere:
*Rex præcepit, ut perirent omnes Sapientes Baby-*
*lonis*: Daniel. 2. n. 12. eoſque à faucibus mortis Daniel. 2.
liberavit Daniel, & ſic ait: *Sapientes Babylo-* *Quia Sapientia,*
*nis ne perdas*: ibid. n. 24. quomodo ergo Da- *ſcientia &*
nielis mortem toto niſu, ac effectu intendunt? *antecedit*
Satrapæ, ideſt, Sapientes Babylonis, optimè *invidiâ*
agnoſcebant, quod Daniel multùm eos Sa- *appetitur.*
pientia, ac ſcientia præcellebat; inde omni amicitiæ fœdere contempto, omnique obligatio-
ne poſtpoſita, occaſionem accuſandi quærunt, Theodoret. Hugo.
ejuſque mortem machinantur. Theodoretus, &
Hugo: *Invidia ſtipulante quærebant aliquam op-* 8.
*portunitatem accuſandi.*

Quartò: Phariſæi, etſi Scribis relinquerent intelligentiam ſcripturarum; tamen ipſi maxime ſe jactabant de compoſitione morum, eamque maxime docebant, ac intendebant; & ideo prætextu zeli hanc quæſtionem cavilloſam Chriſto proponunt: *an liceat homini di-*
*mittere uxorem ſuam*: ne nimis licentioſa eſſet *Simulata*
libido & concubitus vagus; & ideo hoc in- *virtute*
terrogant, ut ex qualibet parte reſponſione da- *Chriſtum*
tâ, Chriſtum arguant; & ſimulata Virtute, ac *perſequuntur.*
falsâ ſanctimonia crudeliter Chriſtum perſequuntur.

9. Coram Præſide Cæſareæ rigide accuſantur
Paulus: cui Præſes pro amicabili favore ait: Actor. 25.
*Vis Hieroſolymam aſcendere, & ibi de his judicare apud me.* Actor. 25. num. 9. quid optabilius poterat accidere homini Judæo, quam quod cauſa advocaretur ad Hieroſolymam metropolim non ſolùm Iudæorum, ſed etiam totius religionis, ac univerſæ legis, non dictis Feſti acquieſcit Paulus; ſed alio dictamine: *Dixit autem Paulus, ad tribunal Cæſaris ſto: ibi me oportet judicari.* Ibidem n. 10. Magne Doctor gentium doce nos hoc tuum dictamen: Hieroſolymitanum judicium recuſas, &
Romanum quæris? Hieroſolyma valde cele- *Fictus religionis*
bris apud omnes religione, lege, ac juſtitia: *Zelus crudelior quo-*
Roma verò totius gentilitatis errorum plena, *libet tyranno.*
abundans tyrannide, ſine lege, ſine Deo; & tamen Paulus potius eligit hanc, quam illam. Alta ſua ſapientiâ in hoc utitur. Sciebat Paulus apud Hieroſolymam, non legem, ſed fictitium legum prætextum, non religionem, ſed commentitiam ſimulationem, non juſtitiam, ſed æmulationem regnare; & ideo prudentiſſime talium tribunal exhorruit, & ſibi vult judicium Tyrannorum, pro certo habens, homines, qui depravato affectu corrumpuntur, crude-
liores quolibet tyranno eſſe. Philippus Abbas Phil. Abbas
epiſt. 9. ſic Præſidem Feſtum loquentem Paulo introducit, & ait: *Vis ad civitatem regiam Hieroſolymorum proficiſci, ut ibi merearis, quod juſtum æſtimas, plenius adipiſci: ubi lex tua viget, ubi fons miſericordiæ; ubi ſedes juſtitiæ reperitur? At ille ſciens in Hieroſolyma tale quid non haberi; eamque legis vinculo; miſericordiæ affectu, juſtitiæ perpendiculo non teneri: exhorret, & recuſat illius judicio præſentari,*

*prudenti*

*prudenti conſilio magis eligens apud exteros judicari. Ad tribunal Cæſaris ſto.*

10. Joan.18. Dum in meum Jeſum crudeliter ſæviebant impii Phariſæi, de illis ſcribit Joan.18. nu.28. *Adducunt ergo Jeſum à Caipha in prætorium: erat autem mane; & ipſi non introierunt prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha.* 

*Scrupuloſi in parvis magna devorant.* Cùm Phariſæi crudeliſſimum & ſuper omnia execrabile facinus machinantur mortem nempe Filii Dei, tunc ſcrupuloſam conſcientiam oſtendunt, ut ſuperſtitioſa hypocriſi religioſi videantur, ut ita coram omnibus habeatur, quod mortem Chriſti quærunt, non ex odio, ſed religionis, ac legis affectu, ut qui in minimis, etiam quæ ex lege non erant, ita graviter ſcrupuloſi erant. Rupertus. Rupertus ib: *Phariſæi cæci nimis, accuratè mandatis illud, quod de foris, catini, & calicis intror ſus turpes, & cruenti, verè ſepulchra dealbata, intus plena oſſibus mortuorum. Quid enim? contaminari exterius caveris introëundo in Prætorium, & intus horribiliter pollui non timetis, tractando crudele homicidium; quid hac puritate impurius? quid hac ſanctitate ſceleſtius?* Proh dolor! ſæpè mundities & puritas publicatur, ſub quibus multorum hominum cædes, ſanctorum clades, & totius juſtitiæ, ac legis devaſtatio intenditur.

---

## Quæstio II.

### *Quare Phariſæi potiùs hanc quæſtionem quàm quamlibet aliam Chriſto proponunt.*

11. Maldon. Matth.11. Varias rationes hujus rei ſolent aſſignare aliqui, quos tacito nomine refert Maldonatus; quia Chriſtus D. dixerat Matth.11. n.13. *Prophetæ, & lex uſque ad Joannem:* quaſi legem jam abrogatam ſignificant; & inde voluerunt Phariſæi experiri, an ad hanc quæſtionem taliter reſponderet; ſed hoc non ſtat, quia Chriſtus jam multo tempore elapſo illud dixerat, & poſt illud multas alias quæſtiones propoſuerunt.

12. Theophyl. D.Chryſ. Matth.5. Secundò: Theophylactus, & alii ex Div. Chryſoſtom. homil. 63. cauſam fuiſſe dicunt, quia Chriſtus D. dixerat ſuprà, Matth.5. n.32. *Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiſerit uxorem ſuam, excepta causâ fornicationis, facit eam mœchari; & ſi dimiſſam duxerit, mœchatur:* *Dedecus magiſtri, quod ſibi contrarius ſit.* *Interrogant ergo*, ait Chryſoſtom. *opinantes, quod oblitus eſſet eorum, quæ dixerat:* & fortè deinde, an in ſua doctrina ſibi eſſet contrarius, quod in magnum dedecus magni magiſtri cedit.

13. D.Chryſ. Tertiò: D.Chryſoſt. in Imperfecto, homil. 32. ait: *Sicut autem ſi videas hominem aſſiduè medicorum amicitias colere, intelligis quia infirmus eſt; ſic cùm videas virum, ſive mulierem, de dimittendis uxoribus, aut viris interrogantes, cognoſcis, quia vir ille laſcivus eſt, & mulier meretrix.* *Id quod homo habet in affectu, de eo tractat.* Sic enim frequenter accidit, quod unuſquiſque illud tractat, & agitat verbis, quod habet in corde, & affectu. Ait Regius Vates Pſalm.66. n.8. Pſalm.66. *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus.* Ad quid tam multipliciter, ac tot vicibus nomen Dei multiplicat? Phil. Abbas. Philippus Abbas lib.2. in Cantic. cap.13. *videtis* ait, *quia loqui ſemel, quod placet, amanti ſufficiens non putatur, ſed affectus tenerior iterare, quod dixerat, gratulatur.* Cum tamen hanc quæſtionem propoſuiſſent Phariſæi, qui multùm de Religione, ac reformatione gloriabantur, non videtur, quòd publicè eſſent notati de laſcivia, ac libidinoſa concupiſcentia, ut notat hic Abulenſis, q.13.

14. Maldon. Quartò: Aliqui cum Maldonato tenent, quod fortaſſe pro illo tempore hæc quæſtio de dimittenda uxore erat maximè controverſa, & agitata apud Judæos, ut illa etiam erat, quam eadem cauſa Chriſto propoſuerunt, utrum liceret tributum dare Cæſari, Matth.22. num.17. Matth.22. Cornel. Quintò: Aliqui Recentiores cum Cornelio à Lapide hanc aſſignant cauſam, quòd ſi Chriſtus dixiſſet, non licere dimittere, in odium, ac invidiam carnalium incideret; qui pro ſua immoderata libidine, paſſim uxores dimittebant, & alias ducebant; & quanta mala odium, & invidia machinantur, difficile eſt explicatu, de quo vide prædicta verba in noſtris libris, in Indice. *Odium & invidia multa machinantur.*

15. D.Hieron. Sextò: D. Hieronym. in præſenti: *Sic arguunt, ut quaſi cornuto teneant ſyllogiſmo, & quodcunque reſpondeat, pateat captioni; ſi dixerit dimittendam uxorem qualibet ex cauſa, & ducendam aliam, pudicitiæ prædicator ſibi videbitur contraria diſſerere: ſi autem reſponderit, non omnem ob cauſam debere dimitti, quaſi ſacrilegii reus tenebitur, & adversùs doctrinam Dei & Moïſi facere.* Ita etiam D. Remigius, D. Paſchaſius, Lyra, Carthuſian. Abulenſ. q.12. D. Remig. D.Paſchaſ. Lyran. Carthuſ. Abulenſ. nam ſi Chriſtus diceret, licere dimittere uxorem, videbatur fræna luxuriæ laxare, & concubitum vagum permittere, quod eſt contra legem naturæ; ſi diceret; non licere, videbatur contrarius legi.

16. Deuter.24. Quæ diſponebat Deuteron. 24. n.1. *Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus, propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudii.* Hebr. Arabic. Hebraïcus, & Arabicus, *propter fœditatem:* legunt, *propter rem aliquam turpem.* Aliqui apud Lyran. ut ipſe ait ſatis probabiliter, reſtringunt has cauſas quod non poterat vir repudiare uxorem, niſi propter aliquam cauſam poſt matrimonium ſupervenientem; tamen ſimpliciter dicendum, quod poterat vir repudiare mulierem propter fornicationem, non tamen propter hanc cauſam ſolùm, ut vult Tertullianus lib.4. contra Marcion. cap.34. Tertull. ſed etiam propter illas ſolas, quæ poſſunt bonum prolis impedire, vel in corpore, ut ſterilitas, lepra morbus caducus, & ſimilia; vel in anima, ut ſi uxor eſſet malorum morum, quos filii, & filiæ ex converſatione cum matre imitarentur: ita ferè ad hunc locum Matthæi Origenes, D. Chryſoſtom. D. Paſchal. & ad locum Deuteronomii, D. Hieronym. Lyra, Abulenſ. Lorin. Cornelius, Menochius, & alii. Origenes. D.Chryſ. D.Paſchaſ. D.Hieron. Lyran. Abulenſ. Cornel. Lorin. Menoch.

17. Ex quo patet, quàm maligna & perverſa fuerit propoſita Phariſæorum quæſtio. *An liceat homini dimittere uxorem?* quam quæſtionem proponunt impii Phariſæi perverſo, & diabolico animo, ad controverſias, & lites contra Chriſtum commovendas; nam cùm ipſi eſſent judices, ac magiſtri populi, tenebantur has



*Homo alienus à litibus laudabilis.* has evitare, & non fovere, ac nutrire; magna enim gloria eſt tales altercationes, ac diſſenſiones evitare, non admittere. Inde maximè Rex Athalaricus laudat Gothorum nobilitatem, nullos ex ſuis, ſed ex Romanis judices, ac cauſidicos eligere conſueviſſe, apud Caſſiodor. Caſſiodorum lib.9. Variar. cap.14. *Tota ad vos fama confluit, ſi vos rarus litigator obſervet. Vos armis jura defendite. Romanos ſinite legum pace litigare.*

18. Pſalm 1. Ait Regius Vates Pſalm.1. n.1. *Beatus vir, qui non abiit in conſilia impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Qui animam ſuam impollutam à peccatis ſervat, etiam in hac vita mortali exiſtens, beatus decantatur: & deinde etiam beatus celebratur ille qui non ſedet *in cathedra peſtilentiæ*: quæ peſtilentia eſt iſta, ut ille qui procul ab ea eſt, etiam in hac vita ut beatus veneretur; ille nempe, qui procul eſt à forenſibus negotiis, à litigioſa contentione, & à controverſia litteratorum calumniantium? qui enim ab his animum ſeparat, integra conſcientia gaudet; qui enim illis implicatur, tanquam peſtilenti morbo inficitur, ut omnino pereat; aliter, qui ab illis fugit, beatam ducit vitam. *Litigantium contentio, cathedra peſtilentiæ.* D. Hilar. D. Hilarius ibi ait: *Tertius quoque hic obtinendæ beatitudinis ordo eſt, in cathedra peſtilentiæ non ſedere: cujus itaque cathedræ ſeſſionem exiſtimabimus peſtilentem? Illa erit peſtilens, cujus contagium Pilatus manus abluendo devitat. Publicarum enim cauſarum ordo, manere judices volentes in legis ſanctitate non ſinit.* Exiſtimat Hilarius cathedram peſtilentiæ eſſe illam, in qua litigantium, ac controverſiarum cauſa agitur, quia talis *manere in legis ſanctitate non ſinit.*

*Matth.19.n.4.* Qui reſpondens ait eis: Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos; & dixit.

## *VERSIONES.*

*Arabicus.* Quid is, qui creavit à principio creavit ambos.

*Græc. apud Lyr.* Creator fecit hominem

*Perſicus.* Maſculum, & fœminam pariter feciſſe.

## *ALTER TEXTUS.*

*Marc.10. n.3.* At ille reſpondens, dixit eis: quid vobis præcepit Moïſes?

## *EXPOSITIO III.*

19. Euthym. Carthuſ. NON *legiſtis:* Hic ut obſervat Euthymius, Phariſæi, qui ſe jactabant de legis obſervantia, legis ignorantiam oſtendunt, & etiam notat Carthuſianus: *Si legiſtis, non intellexiſtis*; quod idem eſt, ac non legere, maximè cùm eorum mens eſſet obtenebrata, ac obſcurata, ſuis erroribus, ac falſitatibus. De cohærentia Matthæi cum Marco dicam infrà Expoſitione 4.

20. D. Chryſ. *Non legiſtis:* Conſidera, ait D. Chryſoſt. in præſenti ſupremam Chriſti Sapientiam, qui Phariſæorum malitiam non directè increpat, nec ex ſuo profert ſententiam, ſed cum ſacra Scriptura eis reſpondit: *Qui fecit*, per creationem, hominem tanquam caput totius generis humani, ab initio, in exordio ipſius mundi, *maſculum, & fœminam fecit eos*: licèt alia animantia in gemino ſexu eſſent creata, tamen de ſolo homine ſcribitur Geneſ.1. num.27. Geneſ.1. quòd unum maſculum cum una fœmina creaverit Deus, ac conjunxerit, ſignificans ipſo facto, quod volebat, ac inſtituebat, ut unus vir unam tantùm haberet mulierem; nam ſi Deus voluiſſet unum virum plures habere uxores, non unam tantùm, ſed plures fœminas feciſſet, ut in aliis animantibus factum eſt. Ita D.Chryſoſt. D. Hieronym. Author imperfect. Beda, Theophylact. Euthym. & alii Ex quo conſtat, ait D. Auguſtin. D. Chryſ. D.Hieron. Imperfect. Beda. Theophyl. Euthym. D. Auguſt. Deum ab initio monogamiam; id eſt, matrimonium indiſſolubile inſtituiſſe; nec inde ſequitur, quod mortuâ priore uxori, aliam valeat homo ducere, quia tunc prima, & ſecunda pro una reputantur; & una caro eſt, & quælibet cum marito facit unam carnem.

---

## Quæstio III.

### *Quare Chriſtus Dominus reſpondit huic quæſtioni, cùm aliis quæſtionibus noluerit reſpondere?*

21. ALiquæ quæſtiones propoſitæ fuerunt Chriſto D. quibus ipſe noluit reſpondere, ut quando Seniores populi de ejus ſignis, & miraculis: *In qua poteſtate hæc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatem?* Matth.21. num.23. Matth.21. & cum Chriſtus D. eis propoſuiſſet quandam alteram quæſtionem de Baptiſmo Joannis, & Judæi reſpondiſſent: *neſcimus.* Tunc reſpondens *Jeſus, ait illis: Nec ego dico vobis, in qua poteſtate hæc facio.* ibid. nu.27. *Aliquibus quæſtionibus Chriſtus noluit reſpondere.* Sic etiam quando Chriſtus D. inſtituit ſermonem de die judicii, Diſcipuli quæſierunt ab eo: *Quando hæc erunt; & quod ſignum adventus tui, & conſummationis ſæculi?* Matth.24. n.3. Matth.24. noluit Dominus planè reſpondere, ſed ait: *de die illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater:* ibid. n.36. Sic & Actor.1. n.6. Actor.1. Diſcipuli quæſierunt ab eo: *Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſraël?* Ipſe noluit reſpondere, dicens: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Si ad has interrogationes non reſpondit, cur ad hanc quæſtionem Phariſæorum reſpondet?

22. Abulenſ. Reſpondet primò Abulenſ. quæſt.15. quod Chriſtus D. frequenter ad quæſtiones Phariſæorum reſpondebat, ne videretur, quod Phariſæi contra eum prævalebant, & quod propter quæſtionis difficultatem reſponſa non dabat. Deinde ut magis reſplendeſceret Chriſti Sapientia, dum quæſtiones, quas Phariſæi inſolubiles putabant, ipſe promptè, ac faciliter, *Chriſtus confundebat Phariſæos, qui eum confundere intendebant.*

ſine

ſine inconvenienti ſolvebat; proindeque Judæi, qui talibus quæſtionibus intendebant confundere Chriſtum, ipſi maximè confundebantur, & replebantur erubeſcentia: & Chriſtus

Luc.13.

maximè exaltabatur apud omnes: ſic Luc. 25. n. 14. cùm Chriſtus ſanaſſet mulierem Sabbatho, aſperè tulit Archiſynagogus, dicens: *ſex dies ſunt in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & non in die Sabbathi.* Chriſtus apertè, ac manifeſtè oſtendit, quòd licitum erat, imò laudabile ſanare infirmos die Sabbathi; & cùm Archiſynagogus neſciret reſpondere; *erubeſcebant omnes adverſarii ejus & omnis populus gaudebat in univerſis, quæ glorioſè fiebant ab eo.*

23.
Abulenſ.

Ad quæſtionem directe reſpondeo cum Abulenſ. q.16. quod Chriſtus D. non reſpondit ad aliquas quæſtiones ſibi propoſitas, quando ſequebatur aliquod inconveniens, ut quando Diſcipuli quæſierunt: *Domine, ſi tempore hoc reſtitues regnum Iſraël?* Sequebatur inconveniens, ſi tempus determinatum, in quo Deus aliquid decrevit facere, ab hominibus agnoſceretur; ideo non reſpondit, ſed dixit, quod non erat eorum hoc ſcire: ſic & quando Judæi quæſierunt, *In qua poteſtate hæc facis?* ſcilicet ſigna, non erat conveniens, quod Chriſtus reſponderet: Quia ſi Judæi agnoſcebant Chriſtum ex ſignis, quæ faciebat, oportebat, quod Chriſtus diceret ſe eſſe Deum, quod tunc non erat conveniens; quia malevoli Judæi contra eum clamarent, quod blaſphemabat, & ſic eum peterent ad mortem,

Matth. 26. Marc. 14.
*Bonus magiſter datâ occaſione det doctrinam utilem.*

ut fecerunt Matth. 26. n. 65. & Marc. 14. n. 62. & ſupradicta occaſione non erat tunc tempus definitum à Patre: at verò modò, quando quæſierunt de libello repudii, valde conveniens fuit, ut Chriſtus reſponderet, tum ad oſtendendam altitudinem ſuæ ſapientiæ, ut fecit in aliis quæſtionibus, ut ſuperiori numero notavi: tum etiam ad dandam ſublimem, & altam doctrinam de uxore non dimittendâ, ad comprimendos, & refutandos varios abuſus Judæorum, qui ob ſuæ libidinis cauſam uxores dimittebant. Bonus magiſter, & Doctor data occaſione debet dare doctrinam utilem populo ad mores informandos.

24.
Cantic. 2.
*Tempore convenienti prædicandum.*

Cantic. 2. n. 10. dicitur: *En dilectus meus loquitur mihi: ſurge, propera amica mea, columba mea:* & ſtatim ſubdit, *Flores apparuerunt in terra noſtra; tempus putationis advenit.* Et cur modò tam vehementer eam exhortatur, ut ſurgat ad peragendum officium ſibi commiſſum? *quia flores apparuerunt in terra noſtra:* quia ipſa occaſio eſt apta ad metendum? *tempus putationis advenit.*

D. Bernard

D. Bernard. ſerm. 58. ait: *Quoniam operi huic, ſicut omni rei ſub cœlo, non omne tempus ſuppetit, & aptum eſt: additis, qui invitat, tempus adveniſſe.*

Matth. 26.
Actor. 10.

Ait Chriſtus D. Petro, Matth. 26. n. 52. *Converte gladium tuum in locum ſuum* ne percutiat, & feriat: & tamen poſtea Actor. 10. n. 13. mandatur ei: *occide, & manduca.* Occide, nempe gladio; tempore paſſionis prohibetur gladius, ne vulneret, & modò conceditur, ut occidat; gladius eſt verbum Dei; tempus paſſionis non erat tempus proportionatum ad prædicandum, ut poſtea, & ideo illi denegatur, hîc conditur.

25.
Amos 5.

Ait Amos 5. n. 13. *Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum eſt.* & quodnam tempus eſt hoc malum, in quo prudenter tacendum ſit? eſt tempus improportionatum, quando prædicatio non eſt ad ædificationem, ſed ad aggravandam culpam ob obdurationem auditorum; & tunc prudenter tacendum eſt, & non verbis inſtandum. Lyra: *Cum prudens videat eam prædicationem non eſſe ad emendationem, ſed magis ad peccatorum aggravationem: quia tempus malum eſt, tacebit.*

*Tempore improportionato tacendum.*
Lyra.

---

## Quæstio IV.

### *Quare Chriſtus Dominus reſpondens adducit in probationem ſacram Scripturam?*

26.

RESpondeo ad quæſtionem. Voluit Chriſtus ſuâ infinitâ ſapientiâ vitare ſcandalum Phariſæorum, ſimul docere, quod nullo modo licebat repudiare uxorem; ſi hoc autem in exordio verborum dixiſſet, Phariſæi ſcandalizarentur, & indignati abirent; & ideo Dominus propoſuit probationes, quibus paulatim diſponerentur ad aſſentiendum, & ſaltem non multùm reclamarent: ſic ait D. Chryſoſt. in præſenti. *Vide Sapientiam Doctoris: interrogatur, ſi licet uxorem dimittere, non confeſtim dicit, non licet, ut non turbarentur, ſed per probationes hoc conſtituit:* & D. Hieronym. ait: *ſic reſponſionem temperat, ut decipulam tranſeat, ſcripturam ſanctam adducens in teſtimonium, & naturalem legem, & primam Dei ſententiam.*

*Paulatim animi ſunt diſponendi.*
D. Chryſ.
D. Hieron.

27.
D. Chryſ.
Abulenſ.

Ex quo D. Chryſoſt. aliè docet, quod non ſolùm ex modo legiſlationis, ſed etiam ex modo creationis monſtrat, quod opportet unum uni conjungi? ex quo multi apud Abul. q. 18. tres ex litera deducunt probationes ad intentum. Et primò ex modo creationis: *Fecit ab initio maſculum & fœminam:* quia Deus non ſolùm fecit hominem, ſed maſculum, & fœminam, & quamvis homo perfectior ſit muliere, unum creavit, & unam mulierem ſimul, quia voluit ſimul eſſe, & non ſeparari; & Deus non ſolùm docet nos verbis, ſed etiam ſuis factis, ut Chriſtus D. dixit ſuis Apoſtolis in ultima cœna: *Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Joan. 13.

*Deus docet nos verbis, & factis.*
Joan. 13.

28.

Secunda probatio deſumitur ex litera in ſequentibus: *Propter hanc dimittit homo patrem, & matrem,* ſcilicet ut cohabitet cum ea, quia per matrimonium maritus, & uxor non ſunt duo, ſed una caro; & ſicut homo non poteſt ſeparare ſe ipſum à ſua carne; nec maritus ab uxore, nec vice verſa à marito, & ita non poteſt dari libellus repudii.

*Homo non eſt ſeparandus à ſua uxore.*

29.

Tertia probatio ponitur ab aliquibus, *quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Hoc eſt, Deus præcepit ut ſint ſimul maſculus, & fœmina: homo non poteſt eos ſeparare; tamen hæc tertia probatio videtur includi in duabus præcedentibus, & videtur concluſio duarum probationum; & ita dicit D. Hieronymus, quod hîc inducitur probatio legis naturalis, & divinæ, & D. Chryſoſtomus, quod Chriſti doctrina probatur ex modo creationis, & legiſlationis.

D. Hieron.
D. Chryſ.





30.

Deinde etiam ex eo, quod ab uno Adamo facti ſunt duo, nempe Adamus, & Eva; cùm ergo ex Adamo Eva ſit producta, etiam ibi declaratur monogamia, ſcilicet uxorem non debere ſeparari à ſuo viro, cùm ejus ſit tanquam pars, & veluti membrum; qua de cauſa Plato in Dialogo de amore dixit, ex viro uno, & muliere una, tanquam ex duabus partibus imperfectis, unus perfectus homo ſit; ut etiam docet D. Auguſt. lib. 14. de Civitate, cap. 22. ſicut ergo membrum, v.g. caput, non poteſt ſeparari ab homine, ſic mulier à marito ſuo.

Plato.
D. Auguſt.

31.
Jerem. 1.

In præſenti ponit Dominus Scripturæ teſtimonium ad veram doctrinam firmandam, ac ad abuſus, & pravos mores Judæorum deſtruendos Ait Dominus Jerem. c. 1. num. 10. *Ecce conſtitui te hodie, ut evellas, & diſperdas, & deſtruas, & diſſipes:* multus labor mandatur Prophetæ, multa ars, multa induſtria, multa, & magna inſtrumenta ei neceſſaria ſunt ad deſtruendos, diſſipandos, ac evellendos incompoſitos Iſraëlitarum mores; quo ergo ferro utetur, quave manu adverſus opes, ac vires ſcelerum? In textu exprimitur num 9 *Ecce dedi verba mea in ore tuo:* Raſtrum, quo Vates radices evellit ſcelerum, & artes evertit Dæmonum, Dei verbum eſt: ligo, quo Jeremias turres ſubruit ſuperbiæ, & caligines diſſipat agrimoniæ, Dei ſermo eſt; ex quo ait D. Hieronymus: *Ædificatio, quæ ſupra petram non eſt, ſed in arena extructa, Dei ſermone ſuffoditur, ac deſtruitur.* Pro quo facit etiam illud Pſalm. 28. n. 5. *Vox Domini confringentis Cedros: & confringet Dominus Cedros Libani.* Ubi vox Domini intonat, maximè altos & radicatos Cedros ſuperbiæ, ac avaritiæ conteret, & comminuet, ut ibi exponit Caſſiodorus.

*Sermo Dei fortis ad vitia deſtruenda.*
D. Hieron. Pſalm. 28.
Caſſiod.

34.
Cantic. 4.

Sponſam ſuam laudat Divinus Sponſus Cantic. 4. nu. 5. *Sicut vitta coccinea labia tua.* Quæ connexio eſt inter vittam, ſeu ligamen, cum labiis Sponſæ, quia verba, quæ eructat, veluti reſtim ponit, quo animas hominum adſtringat, ac ad ſe trahat, Gillib. ſerm. 21. ait: *Non enim decent ſponſam, niſi verba, quæ declinati funiculi vice fungantur; verba, quæ ſponſum irritent, & trahant funiculis charitatis:* & ideò ob amorem ad quem inflammant ejus verba, illius labia dicuntur *ſicut vitta coccinea:* & Theodoretus vult ut ſponſa, cum piè diceret ſuos auditores trahere, iis alliceret funiculis quibus Hercules traxiſſe populos dictus eſt, & ait: *Verba veritatis profert quibus, tanquam funiculo quodam capiuntur auditores; & vinciuntur.*

Gillibert.
*Verba Dei ligant, & trahunt.*
Theodor.

*Matth. 29. n. 5.* Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ; & erunt duo in carne una.

*Num. 6.* Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro: quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet.

*Syrus num. 5.* Et erunt ambo una caro.

*Arabicus.* Et erũt ambo corpus unum.

*Burg. ex Græc.* Et agglutinabitur uxori ſuæ.

*D. Epiphan.* Et erunt duo in carne una.

*Mald. ex Græc.* Ad carnem unam.

*Syrus n. 6.* Non ſunt duo, ſed unum corpus ſunt.

*S. Chrom. & Cypr.* Quæ Deus conjunxit in unum.

*Græcus.* Conjugavit in unum.

*Alter Syrus.* Homo non disjungat.

*Æthiopic.* Homo non ſeparabit.

*Perſicus.* Homo non poteſt disjungere.

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc. 10. n. 7. & 8.* Idem ac Matthæus.

### *EXPOSITIO III.*

33.
D. Hilar. Geneſ. 2.

ET *dixit*, ſcilicet Deus: Dubitat tamen D. Hilarius, quomodo dicatur Deum hoc dixiſſe, cùm Adamus hæc verba protulerit Gen. 2. n. 24. Tamen communiter reſpondetur cum D. Auguſt. lib. 9. de Gen. ad liter. c. 19. D. Chryſoſt. D. Th. D. Paſch. quod Deus ut formaret Evam, miſit ſoporem in Adamo. Septuaginta, ut advertit D. Hieron. habent: *miſit extaſim:* & tunc ipſe in extaſi quadam cognovit Evam formatam ex ſua coſta, & inde hæc verba fuerunt dicta ab Adamo ex Deo revelante, ſicut dicitur Matth. 10 *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.*

D. Auguſt.
D. Chryſ.
D. Paſchaſ.
Septuag.
Matth. 10.

34.

*Propter hoc*, ut explicat Abulenſis, quia mulier formata eſt ex viro, nempe Eva ex Adamo; & cùm ſit caro de carne ejus, os ex oſſibus ejus, *Dimittet homo patrem, & matrem:* non quantum ad amorem, & obſequium, ut explicat Abulenſ. ſed quantum ad habitandum; proindéque à parentibus diſcedet, & habitabit cum uxore, ut frequenter uſus tenet, quia ante matrimonium, filii ſunt cum parentibus, & poſt matrimonium in domo diſtincta habitant cum uxore; & hic eſt verus ſenſus. Aliqui exponunt, quod homo debet plus diligere uxorem, quàm Patrem, & Matrem, ut dicitur Eſdræ lib. 3. cap. 4. n. 26. ſed hoc ad præſentem interpretationem nil refert.

Abulenſ.

35.
Græcus.
D. Cyprian.

*Et adhærebit uxori ſuæ:* Græcus habet, *Conglutinabitur:* quod ſignificat intimam unionem viri cum uxore: rectè notavit D. Cyprian. de Bono patientiæ, quod dixit in ſingulari, *uxori*, non uxoribus, *& erunt duo in carne una:* bene notat Albertus Magnus, non ait, erunt tres, vel quatuor in carne una, ſed erunt duo: quia matrimonium non datur niſi inter duo, unum ſcilicet maſculum, & unam fœminam.

Albert. Mag.

36.
Nota.

*Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro:* ideſt, unus homo, una perſona, itaut indiſſolubili vinculo ſint coadunati: *Quid Deus conjunxit, homo non ſeparet:* notanter ait Textus, *Quod Deus conjunxit*, non, quos conjunxit, ut apertè oſtendatur non de duobus, ſed tanquam de uno corpore loqui. Optimè notat D. Chryſoſt. homil. 36. Deum ex duobus principiis probare vinculum matrimonii eſſe indiſſolubile. Primò ex lege naturali, quia Deus in exordio naturæ, ac mundi, uni viro unam fecerit, ac dederit mulierem: ſecundò ex verbis divinis, quæ dixit Deus per os Adami: *Propter*

D. Chryſ.
*Maximè inſeparabilis nexus viri ad uxorem.*

Geneſ.2. *hanc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ & erunt duo in carne una.* Geneſ.2 n.24. nam nexus hominis ad patrem, & matrem eſt inſeparabilis: atqui Deus ait, quod major ſit nexus viri ad uxorem: ergo eſt omnino inſeparabilis majori, & potiori jure.

---

## Quæstio V.

### *Quare dicitur, quod propter uxorem dimittet homo patrem, & matrem?*

37. *Refellitur ſententia Hugonis.* Valde impertinens eſt in hac re ſenſus Hugonis, qui ſic explicat, *dimittet homo patrem & matrem*, id eſt, excepto patre, & matre, cum reliquis omnibus poteſt homo contrahere, ac inire matrimonium, qui ſenſus maximè violentus eſt, & alienus à litera; quia hic non eſt ſermo de contrahendo matrimonio; quod jam ſupponitur contractum dum dicitur de latere ejus formata, ſed eſt ſermo de intima unione mariti cum uxore, & ideo ait: *propter hanc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ*: hoc eſt quantum ad cohabitationem, ut ponunt Lyran. & Abulenſ. q.23 (Lyran. Abulenſ.) filii ante nuptias habitant cum parentibus, poſt nuptias ſolent immobiliter cohabitare cum uxoribus, quod maximè explicat Græcus (Græcus.) *Conglutinabitur*: quod ſignificat intimam, ac perpetuam unionem.

38. Et quamvis filii etiam poſt matrimonium teneantur parentes ſumme diligere, & eis obſequia præſtare; tamen amor erga mulierem, & uxorem ſuam debet eſſe præſtantior, & major ut ait Eſdras lib.3. cap.4. n.25.

Eſdr.3.c.4. Maximè Vates laudat, ac extollit gentem
39. Leviticam. Deuteron. 33. n. 9. (Deut.33.) *Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ Neſcio vos: & fratribus ſuis ignoro vos: & neſcierunt filios ſuos*: & Chriſtus D. multis docet religionem affectibus domeſticis eſſe anteponendam. Matth. 10. n. 35. (Matth. 10.) ait: *Veni ſeparare hominem adverſus patrem ſuum: & filiam adverſus matrem ſuam: & nurum adverſus ſocrum ſuam*: Nuſquam in his locis meminit Textus de uxore ableganda, ne quis putaret matrimonium facile eſſe reſcindendum, & inde agnoſceret ſtrictius eſſe vinculum viri cum uxore, quàm filii cum patre, vel filiæ cum matre, ut optimè notavit Rupertus lib. 2. in Geneſ. cap. 38. & ait: *Cùm hos dicit ſancta, & juſta lex, notandum, quod ſolam uxorem præterit: quia videlicet patrem, & matrem, fratres, & filios neſcire licet illi, qui eloquium cuſtodire, & pactum ejus cupit ſervare; & quamquam reluctantes, & invitos relinquere jure licet, ſola uxor eſt, quam niſi volentem, & idem propoſitum amplectentem fas non eſt.* Agit Rupertus *de voto Caſtitatis religioſo*: ob quod ex mutuo conſenſu dari poteſt ſeparatio.

*Lex divina maxime intendit, ut vir, & uxor non ſeparentur.* Rupertus.

40. Geneſ.31. Cùm Jacob eſſet in domo Laban, duas filias Rachelem, & Liam duxit in matrimonium; Laban & filii ejus truculento vultu, dura facie aſpiciebant Jacob: Tunc apparens Deus Jacob, ait illi: *Surge, & egredere de terra hac, revertens in terram nativitatis tuæ*: Geneſ.31.n.13. quod cùm expoſuiſſet ſuis uxoribus, & quàm malevolè pater ejus ſe haberet cum illo libenter ipſæ uxores Lia, ac Rachel ſe offerunt ad ejus concomitatum, ac ſequelam; ſed quomodo teneræ fœminæ aſſuetæ domui patris, non timent, quod multæ itineris difficultates ſint exantlandæ, quanti labores ſuſtinendi & quàm multæ eſſent vitæ longiſſimæ aſperitates? quomodo patrem, & matrem dimittetis? Fratres, cognatos, & patriam deſeretis? & terram longinquam, & extraneam, ac alienam non timetis? Hæc omnia contemnunt, ut viro ſuo adhæreant, ac eum ſequantur; nam ex vinculo matrimonii ad hæc omnia ſe teneri, maximè agnoſcebant. Lippomanus ait: *Maritus, & conjux perpetuò cohabitare debent, quemadmodum Adam prædixit: relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: ideo nunc & ipſæ in receſſum viri conſentiunt*: ſed nunc mihi grave, & magnum eſt dubium, quomodo Jacob apud ſe conſtituit uxores ſuas filias Laban, ipſo neſciente ſecum ferre, quæ erant magnum impedimentum ad iter, ut notat Hamerus; & inde maximè poterat timere, quod Laban homo aſper, & durus eum inſequeretur, ac comprehenderet, ut de facto contigit; ex quo maximè poterant multæ contentiones, rixæ, ac diſſenſiones, & gravia detrimenta pullulare. Tamen Jacob nil eorum timet, ſciebat legem divinam, quæ præcipit quod vir ſemper adhæreat uxori ſuæ; ac proinde quando Deus ei præcepit: *Egredere de terra hac, revertens in terram nativitatis tuæ*, ibi intellexit, quod Deus ei præcipiebat ut ſecum adduceret uxores, à quibus Dei voluntas erat, ut non ſe disjungeret, nec divideret, ſed ſimul cum illis cohabitaret.

*Vir, & uxor inſeparabiliter cohabitent.* Lippom. *Dei voluntas, ut homo non ſe disjungat ab uxore.* Hamer.

41. Geneſ.2. Antiſtes. Moyſes. Geneſ.2.n. 22 Dicitur: *Ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adamo in mulierem* non ædificavit eam de pedibus, ut monet Moyſes Antiſtes lib. de parad. p. 1. *Ne vir fœminam multo inferiorem, humilioremque æſtimaret*: Nec Evam formavit de viri cerebro. Theodoretus (Theodor.) q.30. in Geneſ. *Ne fœmina principatum affectaret, quod eſt viri.* Ex quo ergo formatur mulier? de coſta nempe, hoc eſt, de latere, ut inde cognoſcat homo: quod mulier data eſt ei, tanquam ſocius à latere, ac collateralis, à quo non poteſt dividi, ac ſeparari. D. Ælred. lib.1. de Amicitia (D. Ælred.), ſic ait: *Pulchre de latere primi hominis ſecundus aſſumitur, ut natura doceret, omnes æquales, ac quaſi collaterales, nec eſſe in rebus humanis ſuperiorem, vel inferiorem.*

*Mulier, & vir ſocii collaterales, ne dividantur.*

42. Gen.2. Preme verbum, quo utitur Scriptor Canonicus: *Ædificavit Dominus Deus coſtam in mulierem*: non ait formavit, produxit, fecit, ſed, *ædificavit*: graviter nota; quod inter ædificatum ſeu ædificium, & id ex quo ædificatur, eſt quædam identitas individualis, domus enim, quæ ex lapidibus conſtruitur, dicitur una domus, & quamdiu ædificium conſiſtit, ac permanet, partes ab eo non poſſunt dividi, ac ſeparari. Sic matrimonium eſt quoddam ædificium, quod conſtat ex ſuis partibus, viro, ac muliere, inter quas datur quædam individualis identitas, ut durante matrimonio non poſſint ipſæ partes inter ſe dividi, ac ſeparari. Epiſcopus Paulus Burgenſ. (Burgen.) ſic ait: *Eſt quaſi per modum ædificationis, ſecundum quam manet aliqualis identitas, quaſi individualis inter*

*Vir, & mulier ut partes unius ædificii.*



*inter ædificatum, & id de quo ædificatur, nempe domus ex ligno, & lapidibus; & lapides, & ligna manent in domo ædificata, eadem, quæ prius individualiter erant: ſecundum quem modum, quodammodo facta fuit mulier ex coſta Adæ; & quomodo inter vos manet quodammodo, quaſi identitas individualis; quia amore ſe debent mutuò proſequi*: & hoc latius explicabo quæſtione ſequenti.

---

## Quæstio VI.

### *Quare Vir, & mulier dicuntur una caro?*

43. Textus. D. Chryſ. Erunt duo in carne una: ait Textus. Primo ex D. Chryſoſtom. amoris affectu, quia carnaliter ſe diligunt; ſicut, ait, qui ſpiritualiter ſe diligunt, multorum animæ, quaſi una anima dicuntur. Actor.4. num. 32. (Actor 4.) *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.* Secundò ex D. Hieronym. & D. Thoma (D Hieron. D Thom.) effectivè, quia unam prolem, unam carnem generant. Sic ait Hugo Victorinus (Hugo V.ct.): *Erunt duo in carne una. Scilicet in generatione unius carnis, ideſt prolis, cooperabuntur.* Tertiò ex Caietan. (Caietan.) Lippoman. (Lippoman) in c.2. Geneſ. quia conjux eſt dominus corporis alterius ſui comparis, & unus habet poteſtatem in corpus alterius, ut ait Apoſtolus 2. Cor.7. nu.4. (1.Cor.7.) Quartò, ex multis quibus adhæret Barradus (Bernard.), vir, & mulier dicuntur una caro, propter carnalem copulam, & corporum commixtionem: quæ enim commiſcentur, ut vinum, & aqua, unum efficiuntur; quod deducitur ex Apoſtol. 1. Corint. 6. c.15. (1. Cor.6.) & hæc ſententia eſt ſatis probabilis. Quintò, alii ex D. Auguſtino (D. Auguſt.) lib.14. de Civitat. cap.22. quod dicitur una caro, quia mulier de carne viri ſumpta eſt.

44. Abulenſ. Maldon. Cornel. Sextò potiùs, & magis propriè juxta radicem Hebraïcam, Abulenſ. hîc q.7. Maldonatus, Cornelius à Lapide, & alii dicunt, quod vir, & mulier, ut vertit Syrus, eſt unus homo, unaque perſona civilis; caro enim per ſynecdochen totum hominum ſignificat: Geneſ.6. n.12. (Gen. 6.) *Omnis caro corruperat viam ſuam*: id eſt, omnis homo. Pſalm.64. n 2 (Pſalm.64.) *ad te omnis caro veniet*: id eſt, omnis homo. Et eſt ſenſus: *Erunt duo in carne una*: id eſt: in uno homine, in una perſona civili ex inſtitutione ipſius naturæ, ac Dei: & ſicut pars corporis, v.g. cor, non debet ſeparari à corpore, nec vir ab uxore; & ſicut anima, ſeu ſpiritus non poteſt ſeparari à corpore quandiu vivit; ſic nec vir ab uxore, quandiu quilibet eorum eſt vivens.

45. Joan. 1. Ait Joannes cap.1. n. 13. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Magnus labor eſt Expoſitoribus, ut ſuo loco dixi, quid *Carnis*, quid *Viri* nomine ſignificetur? Subtiliter ſuo more D. Auguſt (D.Auguſt.) tract.2. in Joan. Text. ſic commentatur. *In eo autem, quod ſequitur: Neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis; carnem pro fœmina poſuit, quia cum de coſta eſſet, Adam dixit: Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Ponitur ergo caro pro uxore, quomodo aliquando ſpiritus pro marito*: Non potuit efficacius, ac vivacius præclariſſimus Doctor declarare arctiſſimum unionis nexum inter conjuges, quo fiunt unus homo, & una perſona, quàm ſub metaphora corporis, ſeu carnis; & ſpiritus, ſeu animæ, quæ ſic individuo nexu copulantur, ut ſeparari nequeant quandiu vivit, & in matricem pulverem non revertitur; quo utriuſque conjugis functiones tranſlucent, anima imperat, obedit caro; ſic & uxor reſpectu mariti.

*Uxor caro, maritus ſpiritus ob individuam unionem.*

46. Geneſ 2. D. Chryſ. Ex coſta Adami dormientis formavit Deus Evam, qui eam videns dixit, *Nunc caro de carne mea*, Gen.2. n.22. de quo acutiſſimè audiendus eſt D. Chryſoſt. homil.20. in epiſtol. ad Epheſios, dum ait: *Permiſit Deus Adæ, ut non ſororem ſuam in uxorem duceret; imò verò non ſororem, ſed filiam; quin adhuc ne filiam quidem, ſed propinquius quiddam filiâ, carnem videlicet ſuam ipſius: Mulierem enim non fecit, ex eo quod eſſet extra corpus Adæ, ne tanquam cum aliena cohæreret.* Conſidera altum Dei conſilium; non dedit Adæ in uxorem, ſororem, vel filiam, ſed id quod propinquius eſt, ſuam ipſius carnem, ut inde agnoſcat homo, quantam unionem, ac connexionem habeat cum ſua uxore, ut maximè ſtimulentur ad eam ut carnem ſuam ſummè diligendam; nam ut ait Apoſtolus ad Epheſios 5. num.29. *Nemo enim carnem ſuam unquam odio habuit*: & ideò Eva de dormientis (Epheſ. 5.) coſta Adæ formata eſt, ne fortè cum aliquo doloris ſenſu aufferretur, ex quo amor inter conjuges tabeſceret, & aliquod rixæ fomentum ſuberеſceret.

*Deus in exordio maximè, unionem ac charitatem inter conjuges commendavit.*

47. Et tanta eſt unio, & connexio inter virum & uxorem, ut frequenter ſub viro uxor intelligatur. Vidit Joſeph per ſomnium ſe à Sole, Luna, & Stellis adorari: hoc eſt à Patre, Matre, ac fratribus, ut ipſe Jacob interpretatus eſt, dicens: *Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram?* Geneſ.37. n.10. (Gen. 37.) laborant Interpretes, quo pacto ſomnium hoc impletum fuerit, cùm Joſephus nunquam adoratus fuerit à matre Rachele, quæ multo antè obiit, quàm ille in Ægypto regnaret, ut patet ex Geneſ.35. num.19. (Gen.35.) Relictis variis ſolutionibus, aptiſſime reſpondet D. Chryſoſtom. homil. 66. in Geneſ. & ait: *Perpetuus Scripturæ mos eſt, à magis principali totum ſignificare; quoniam igitur caput mulieris vir eſt, cum adoraverit caput, manifeſtum eſt, quod corpus totum caput ſequitur; ſi enim pater hoc fecit, multo magis, niſi ex hac vita præcepta fuiſſet, hoc feciſſet.* (D Chryſ. Geneſ.8.) Sic & Geneſ.8. num.1. dicitur: *Recordatus eſt Deus Noë, cunctorumque animantium, & omnium jumentorum, quæ erant cum eo in arca.* Quæſtionem movet D. Ambroſius (D.Ambr.) lib. de Noë, cap.16. ſi ſcribitur, quod Deus fuerit memor beſtiarum, ac jumentorum, cur non dicitur, quod etiam fuerit memor uxoris Noë, ac filiorum? Reſpondet Sanct. Doctor, & ait: *Cùm dixit, quod Noë memor fuerit, in authore, & præſule domus, neceſſitates ejus reliquas comprehendit; etiam cum omnes ſibi invicem chari ſint, una eſt domus.* Conjugalis amor totam domum in unum conjungit; & ſub viro uxor, & filii intelliguntur.

*Sub nomine viri uxor comprehenditur.*

48. Epheſ. 5. Ait Paulus ad Epheſios 5. n.31. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ; & erunt duo in carne una: ſacramentum hoc magnum eſt.* In quo putat Magnus Doctor gentium, quod inter uxoratos ſit quid divinum, *& magnum ſacramentum.* In eo oſtenditur quid divinum, quòd homo ſic afficitur repentè amore uxoris ſuæ, nunquam antea viſæ, ut cùm primum eam viderit ſtatim eam omnibus præferat, & illius gratia omnia dimittat: (D. Chryſ.) ſic ait D. Chryſoſtom. tom.6. Homilia, an mulieres ducendæ ſint uxores? *Quod virgo aſſueta omni tempore ſponſum nunquam antè viſum, mox à prima die deſiderat, & amat tanquam corpus proprium. Rurſus vir, quem nunquam antea vidit, nunquam allocutus eſt, mox à prima die præfert cæteris omnibus amicis, & familiaribus, denique ipſius parentibus::: Hoc igitur Paulus conſiderans, animadvertenſque non eſſe hoc humanum negotium, ſed divinum, amores tales inſeri; myſterium*, inquit, *hoc magnum eſt ſacramentum.* Præclariſſimè ſanctus Doctor rem explicat; tamen non abs re dici poteſt: *Erunt duo in carne una: Hoc magnum ſacramentum.* Sacramentum illud dicitur, quod cùm ſit unum qui in ſe, aliud apparet oculis noſtris: In Baptiſmo, verbi gratia, nobis apparet aqua naturalis cum verbis ſacerdotis, & ſub illa latet divina gratia ſanctificans nos: *Erunt duo in carne una, hoc magnum ſacramentum:* quia cum noſtris oculis, vir & mulier duo appareant; tamen ratione nexus, & unionis unum quid ſunt, & una caro.

*Repentinus amor inter conjuges infunditur ab Authore natura.*

*Vir, & mulier una caro, quoddam ſacramentum.*

49. Geneſ. 2. Formato primo homine, *dixit Deus: faciamus ei adjutorium ſimile ſibi.* Geneſ.2. n.18. & cur hic mulier non dicitur efformari Deo ſimilis, ſed viro ſuo? Mulier enim ad imaginem, & ſimilitudinem Dei facta eſt, ſicut & (Geneſ. 1.) vir, qui ad imaginem, & ſimilitudinem Dei dicitur factus: Geneſ.1. num. 27. Quare ergo Sacer Textus ſtylum variat, & virum Deo ſimilem, uxorem viro ſimilem dicit? aptè, & (Rupertus.) appoſitè Rupertus, ibi: *Faciamus ei adjutorium ſimile ſibi: addendo autem ſimile ſibi, cuncta comprehendit, quæ in faciendo viro dixit, ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; & præſit piſcibus maris, &c.* Hic mulier non dicitur immediatè ſimilis Deo, ſed ex eo quòd ſimilis ſit viro ſuo, facta eſt ad imaginem, ac ſimilitudinem Dei, ut inde agnoſcat mulier, quòd imago, & ſimilitudo Dei erit cum virum ſuum expreſſerit, illi ſe conformando, (Hamer.) ejus voluntati, nutibus, ingenio, moribus inhærendo, & *vir*, ut ait Hamerus, *revereatur, ac honoret mulierem, ut imaginem & ſimilitudinem ſuam. Ut ita,* ait Apoſtolus ad Hebræos 13. (Hebr. 13.) num.4. *honorabile ſit connubium in omnibus:* quod ad utramque fortunam pertinet. Urgetur enim maritus ad uxorem redamandam, ſive cum fortuna arridet proſperis, ſive cum eadem irridet adverſis: hæc explicatio maxime approbatur ab Athanaſio, (D. Athanaſ.) qui ſic ait: *Honorabile connubium in omnibus; hoc eſt, quibuſvis modis, & quibuſvis temporibus:* ſcilicet proſperis, & adverſis,

*Uxor, Dei imago dicitur, ſi ſit ſimilis viro ſuo.*

*Uxor in utraque fortuna diligenda.*

*Matth.19.n.7.* Dicunt illi: Quid ergo Moïſes mandavit dare libellum repudii, & dimittere?

*Num.8.* Ait illis: Quoniam Moïſes ob duritiam cordis veſtri, permiſit vobis dimittere uxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic.

*Num.9.* Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.

### *VERSIONES.*

*Arias, n.7.* Libellum diſceſſionis, & abſolvere eam.

*Æthiopic.* Ut darent ſcripturam ſeparationis, & dimitterent.

*Syrus ex Guid.* Ut daremus ſcriptum repudii.

*Arabicus.* Atque deſtitui.

*Theoph. n.8.* Amittere eam.

*Syrus.* Contra duritiam cordis veſtri.

*Alter Syrus.* Ut iret obviam duritiei cordis veſtri.

*Æthiop. n.9.* Moïſes permiſit ſecundùm malitiam cordis veſtri, &c. ſed à principio non erat, quod factum fuit.

*Syrus ex Guid.* Dimiſerit uxorem ſuam, quæ non ſit adultera.

*Pagnin.* Si quis repudiaverit uxorē.

*Vatablus.* Ob ſtuprum.

*Hier. Rua Cent. 2. l. 1. Contr.* Neque adhuc ob fornicationem.

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc.10.n.3.* Quid vobis præcepit Moïſes.

*Num 4.* Moïſes præcepit libellum repudii ſcribere, & dimittere.

*Num. 5.* Quibus reſpondens Jeſus ait; ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud.

*Num.6.* Ab initio autem creaturæ maſculum, & fœminam fecit eos Deus.

*Luc.16 n.18.* Omnis, qui dimittit uxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam.





### *EXPOSITIO IV.*

50. DICUNT *illi*: Matthæus, & Marcus nihil diſcrepant; ſed maximè cohærent, quidquid impiè dixerint hæretici, ac proinde ſic contexendus eſt uterque Textus. Chriſtus, Phariſæis rogantibus, an liceret uxorem dimittere? reſpondit, ut ſcribit Marcus: *Quid vobis de hac re præcipit Moïſes?* ideſt, diſpoſuit, ac ordinavit: qui reſponderunt, ut habet Marcus: *Moïſes præcepit libellum repudii ſcribere, & dimittere.* Tunc Chriſtus, ut refert Matthæus, opponit primam matrimonii inſtitutionem, & indiſſolubilitatem à Deo inſtitutam. Verſ.4. *Non legiſtis, quia maſculum, & fœminam*, &c. Reſponderunt Phariſæi: *Quid ergo Moïſes mandavit dare libellum repudii?* Mox reſpondit Chriſtus: *Moïſes hoc permiſit ad duritiam cordis veſtri.* In quo nota, quod Phariſæi cum agunt de lege, dicunt quòd Moiſes *præcepit*; utuntur mandati, non permittendi verbo, ut vim majorem adhibeant ſuo argumento. At Chriſtus D. cum de ſe profert ſententiam circa legem, non præcipiendi, ſed permittendi verba utitur: *ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis Moïſes* & ita Sacri Evangeliſtæ optimè inter ſe cohærent.

*Cohærentia inter Marcum, & Matthæum.*

51. *Dicunt illi*, ſcilicèt Phariſæi; *quid ergo Moïſes mandavit:* ac ſi dicant, quomodo poteſt ſtare, quod dicis? *quia Moïſes mandavit dare libellum repudii:* (Abulenſ.) veluti ſi dicatur, ait Abulenſis, aut falſum eſt, quod tu dicis, aut falſum, quod Moiſes dixit, ac mandavit *dare libellum repudii.* Quando vir repudiabat uxorem, cauſam ſeparationis redigebat in ſcriptis, & dabat uxori, quæ præſentabatur ſapientioribus, vel ſuperioribus, ut notant (D. Thom. Carthuſ.) D. Thom. Carthuſianus, & alii, & ſic dimittebatur uxor.

52. (D. Chryſ.) *Ait illis*: Rectè D. Chryſoſt. hom.63. in Matth. inquit: *Si autem Dominus alienus eſſet à veteri Teſtamento, non decertaſſet pro Moïſe, neque quæ ſua ſunt, veteribus convenirent, ſed ineffabilis Chriſti præſentia pro his excuſando reſpondet. Quoniam Moïſes ob duritiam cordis veſtri. In quo liberat Moïſem ab accuſatione, & totum in illorum caput convertit.* Proindeque cùm Chriſtus ait, quod hoc Moïſes permiſerit, non negat libellum fuiſſe permiſſum à Moïſe, & hoc ob malitiam cordis veſtri, ad (D. Paſchaſ.) evitanda majora mala, ut notant D. Paſchaſ. (D. Remig. Lyran.) D. Remigius, Lyranus, ne ob depravatam veſtram voluptatem carnalem uxores occidatis, vel apoſtaſiam à lege Dei faciatis, & rectè utitur Chriſtus D. verbo *permittendi*, ut notat (Abulenſ.) Abulenſ. quod etiam ad mala pertinet, cùm interdum minora mala permittuntur, ut majora evitentur: *non fuit ſic ab initio.* Nam Deus in exordio mundi inſtituit matrimonium indiſſolubile: at hominum natura per peccatum viciata, hanc Dei inſtitutionem corrupit, & mutavit.

53. *Dico autem vobis*, tanquam novus legiſlator legem novam evulgans, ac publicans, & libellum repudii, ac imperfectiones legis veteris delens, ipſumque matrimonium ad ſuam primam originem, ac inſtitutionem, ut à Deo eſt factum; reducens: *quod quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem:* & ſic reſpondet Chriſtus ad quæſtionem Phariſæorum, *an liceat uxorem dimittere quacunque ex cauſa?* nempe, quòd non licet niſi ex graviſſima cauſa, utpote fornicatione, vel alia ſimili. Et non ait Chriſtus, qui ſolverit ſe ab uxore ſua, ſed *qui dimiſerit*, quantum ad thorum, & quo ad cohabitationem; non verò quantum ad vinculum matrimonii, quia hoc eſt indiſſolubile, & hic ſenſus catholicus evidenter patet ex ſequente parte hujus verſus, *qui dimiſſam duxerit, mœchatur*: ideſt, eſt adulter, facit adulterium, quod ex eo eſt, quia dimiſſa ob fornicationem, v.g. adhuc eſt alligata vinculo matrimonii ad primum maritum, aliàs qui eam duxiſſet, non mœcharetur, nec eſſet adulter.

*Aperte confirmatur ſenſus catholicus.*



---

## QUÆSTIO VII.

### *Circa libellum repudii variæ quæſtiones ſolvuntur.*

54. Deuter. 24. PRo toto fundamento hujus quæſtionis recolendum eſt id, quod lex diſponebat Deut. 24. n.1. ubi ſic ordinatur: *Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratam ante oculos ejus propter aliquam fœditatem: ſcribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo ſua: cumque egreſſa alterum maritum duxerit*, &c. Ecce diſpoſitio legis, claritatis gratiâ.

55. Prima quæſtio eſt, quibus licitum erat jus repudii? Reſpondeo, maritis tantum, & non uxoribus: Hoc oſtenditur ex Joſepho lib.15. cap.11. ubi refert quòd Salome ſoror Herodis, præter legem, quæ ſolis maritis permittebat repudium, repudiaverit maritum ſuum Coſtobarum, & ſic ait: (Joſeph.) *lex enim noſtra ſolis maritis jus repudii permittit, mulieribus autem, ne dimiſſis quidem fas eſt nubere, niſi prioris viri permiſſu.* Prima pars hujus dicti, quod hoc dabatur maritis, patet ex ipſa lege citata, ubi dicitur: *Si acceperit homo uxorem*: ubi lex tantùm loquitur de viro: ergo ultrà lex non extendenda; maximè cùm ſit materia odioſa viro. Poterant tamen mulieres ob adulterium mariti, vel ſævitias, aliaſque juſtas cauſas, divortium facere quoad thorum: Hoc Chriſtianis, ac quibuſvis gentibus ex jure gentium permittitur. Quoad ſecundam partem dicti Joſephi, de fœminis dimiſſis, ne nubant ſine viri permiſſu, hoc lex non habet, niſi fortè hoc introductum fuiſſet ex conſuetudine; quia hoc jus uſurparunt mariti: ita ad citatum locum Deuteronomii Lorinus, & Cornelius à Lapide (Lorin. Cornel.) §. *Nota hoc.*

*Quibus licitum erat jus repudii.*

56. Secunda, quæſtio, quæ cauſa requirebatur ad hujuſmodi repudium? Tertull. lib.4. contra Marc. cap.34. & Epiſcopus Paulus Burgenſ. in c.19. Matth. dicit ſolam fornicationem: & ita legit Tertullian. locum Deuteron. *ſi in ea inventum fuerit negotium impudicum.* Tamen Origenes, D. Chryſoſtom. D. Paſchaſ. D. Thom. & communiter omnes interpretes, quos legi, inquiunt, quod non ſolùm ob fornicationem licitum erat repudium, ſed etiam ob alias cauſas animæ, & corporis, utpote ob lepram, ſterilitatem, veneficium, perpetuas, ac continuas rixas: & deducitur ex radice Hebraïca, nam ubi noſtra Vulgata habet: *propter aliquam fœditatem*, Hebræus legit: *Propter fœditatem rei alicujus.* (Hebr.) Deinde quia in cauſa fornicationis, ſeu adulterii, vix habebat locum repudium:

*Quæ cauſa ad repudium.* Tertull. D. Chryſ. Burgenſ. D. Paſchaſ. D. Thom.

Levitic.20 Num.15.

nam adul:era lapidatur, ut conſtat Levit. 20. n.10. & ſi ſuſpecta habebatur de tali crimine, aquis zelotypiæ, quas bibere cogebatur, manifeſtabatur, ut patet Num.15. n.27.

57. *Cauſa ad repudium debebat eſſe gravis, & non levis.* Malach. 2. D Hieron. Lyran. Ribeira.

Non tamen, quòd Judæi ex qualibet cauſa non poterant dare libellum repudii, ut conſtat ex Malachia 2. nu.16. ubi propheta arguens eos, qui capti pulchritudine alienigenarum repudiabant uxores ſuas Hebræas, ait: *Si odio habueris, dimitte, Verumtamen iniquitas operiet veſtimentum ejus*: id eſt, corpus ejus, quod eſt quaſi veſtimentum animæ, ut interpretantur D. Hieronymus, Lyran. Ribeira, & alii, ac proinde, ſi hac de cauſa, eo quòd non ſit multum pulchra, oderis, & repudias uxorem tuam, peccabis, & pœna hujus peccati in corpus tuum derivabitur à Deo: Tunc autem peccabat repudians, non autem repudiata: quia cogebatur diſcedere.

58. *An per repudium ſolveretur matrimonium.*

Tertia quæſtio, & longè gravior: An Judæis permiſſum fuerit uxorum repudium, Deo cum illis in hac parte diſpenſante, itaut repudiantes eas non peccarent; & per hoc repudium ſolutum fuiſſet vinculum matrimonii, ut repudians aliam duceret, & repudiata alteri nubere poſſet? Magiſter in 4. diſt.33. ibi, D Bonaventura, & alii tenent, tale repudium non eſſe licitum.

Magiſter. D. Bonav.

59 Verior ſententia.

Tamen communiſſima eſt ſententia hodie tale repudium fuiſſe licitum Judæis, & juſtâ causâ interveniente, abſque peccato fieri, & per illud ſolvi matrimonium, Deo ſic ordinante, ac diſpenſante. Probatur primò, quia hîc, & in citato loco Deuteronomii præſcribitur modus, & ritus repudii, & ex lege repudiata poterat cum altero nubere, ut ibi dicitur verſ.3. *Cumque egreſſa alterum maritum duxerit*: Ergo prius matrimonium per repudium jam erat ſolutum, alioquin lex illa vetus permiſiſſet, publica, & continua adulteria; tales fuiſſent copulæ omnium repudiatarum: & confirmatur, quia hebraïce habetur: *Scribat libellum exceſſionis*: ergo per tale repudium ſcindebatur vinculum matrimonii. Ita Abulen. Burgen. Cajetan. Oleaſter, & multi alii, quos citant, & ſequuntur Henriquez tract. de Matrimon. c.17. ad 14. Sanchez de Matrimon. lib.10. diſp.1. Noſter M. Cornejo de matrim. & alii.

Abulenſ. Burgenſis. Caietan. Oleaſt. Henriq. Sanch. Cornejo.

60. *Solvitur objectio.*

Dices: Chriſtus ait in præſenti, Moyſen ob duritiam cordis Judæorum permiſiſſe eis repudium: ergo hæc tantùm fuit nuda permiſſio, ut non punirentur repudiantes. Reſpondeo, duritiam hanc fuiſſe cauſam, cur Deus conceſſerit repudium, ne ſcilicet Judæi uxores ſuas, quas repudiare non poterant, occiderent. Hæc tamen conceſſio efficiebat, ut repudium eſſet licitum: quia Deus propter duritiam Judæorum, in lege matrimonii cum eis diſpenſabat, ut eorum infirmitati ſubveniret; ſicut, ut notat Lyran. in hoc cap. 19. Matth. Deus, Deut.23. n.19. permiſit Judæis uſuras circa alienigenos, ne fratres gravarent.

Lyran. Deuter.23.

61. *Forma libelli repudii.* Lorin. Cornel.

Quarta quæſtio: quænam erat forma libelli repudii? Hanc tradunt ex multis Sixtus Senenſis, Vatablus, Oleaſter, & multi alii, quos referunt ac ſequuntur Lorinus, Cornelius ad citatum cap.24. Deuteron. & nominabantur ad minimum tres generationes, Pater, Avus, & Atavus repudiantis, ac repudiatæ, ne eſſet error in perſonis: Et dicebat, *ego Simeon filius, &c. die primâ menſis ſecundi anno à creatione mundi 5296. in hac civitate, ex animi mei conſenſu, & ſine ulla coactione repudiavi Racheiem filiam, &c. Et dedi illis libellum repudii in manu ejus, ſchedam abſciſſionis, & ſignaculum diviſionis, ut ſit a me abjecta, & abeat quocunque velit, & nemo poſſit illi prohibere, juxta conſtitutiones Moyſi, & Iſraël.*

62. D. Auguſt. *Quomodo, & quibus ceremoniis libelus fiebat.* D. Paſchaſ. D Thom. Carthuſ.

Quinta quæſtio, de modo, ac cæremoniis, quibus libellus repudii fiebat. Primò, ut docet. D. Auguſtin. lib. 19. contra Fauſtum, c.26. & hoc cap.19. Matthæi, & docent D. Paſchaſ. D.Tho. Carthuſianus, debebat fieri ab Scribis populi, qui erant viri docti, ut examinarent, & cognoſcerent an daretur cauſa legitima ad repudium: Secundò, ut charta eſſet juridicè facta, & ſcripta, ſubſcripitaque à duobus teſtibus, ne facilè à quolibet negari poſſet, & ut ita lites evitarentur. Tertiò, ut libellus repudii daretur in manu repudiatæ, ut diſponit lex. Maldonatus ad hoc cap.19. Matthæi, alias dedit conditiones. Quartò, ut libellus eſſet ſcriptus literis diſtinctis, & rotundis. Quintò, ut in libello nulla eſſet atramenti gutta, nec veſtigium alicujus raſuræ.

Maldonat.

---

## Quæstio VIII.

### *An matrimonium ſolvatur cùm Vir propter fornicationem uxorem dimittit?*

63. *Quid ſit fornicatio quid adulterium.*

ADvertendum eſt in limine quæſtionis, quod luxurioſus actus, qui in ſolutis dicitur fornicatio, in conjugatis eſt adulterium; nam per talem actum adulter non ſervat fidem, quam dedit conjugi, unde à conjuge poteſt dimitti, juxta illud: *Frangenti fidem fides frangatur eidem.* An verò per ipſum adulterium ſolvatur vinculum matrimonii, non ſolùm quoad thorum, ſed etiam quoad vinculum, eſt quæſtio præſens.

64. Guid. Car. Luther. Calvin. Eraſm. Caietanus.

Græci, teſte noſtro Guidone Carmelita tract. de hæreſibus, ac moderni hæretici, ut Lutherus, Calvinus, Eraſmus, & paſſim Lutherani, & Calviniſtæ, & Anabaptiſtæ, & ex Catholicis Caietanus hoc c.19. Matthæi, & Catherinus, ex his verbis Chriſti D. *Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam, duxerit, mœchatur*: Ergo, à contrario ſenſu colligunt, qui dimiſerit uxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit, non mœchatur: Unde colligunt ipſi per adulterium non tantùm ſolvi matrimonium quoad thorum, ſed etiam quoad vinculum, ita ut aliam uxorem ducere, & aliud matrimonium inire liceat.

*Argumentum hæreticorum.*

65. *Fides catholica.*

Hic error damnatus eſt continuâ, ac perpetuâ Eccleſiæ traditione, quæ Eccleſiæ traditio, ac doctrinâ, determinata eſt, ac definita in multis Conciliis, ut in Concilio Milevitano, Can. 17. Forojulienſi Can. 10. Nannetenſi Can. 10. Florentino in tract. Armenor. & tandem Tridentino ſeſſ.24. Can.6. & 7. & eam diſertè docent, ac tenent omnes ſancti Patres, quos late referunt Bellarmin. lib.1. Sixtus Senenſis in Biblioth. lib.6. annot.81 Sanchez lib.10. de matr. diſp.2. à n.2. Gut. Canon. lib.1.

Bellarm. Senenſ. Sanch. Gutierrez.



Origenes. Tertull. Ambroſiaſt.

lib.1. cap.25. n.4. idem Origenes hic tractat.7. durè, & acriter perſtringit nonnullos ſui ævi Epiſcopos, tanquam indoctos, quòd cum Tertulliano lib. 4. contra Marc. & Ambroſiaſtro cenſebant, qui perſuadebant uxoribus ſecundas nuptias ob virorum adulteria, dicentes conjugi inſonti licere conjugem ſontem, & adulteratam dimittere, & alteri copulari: quem errorem Origenes fortiter arguit, & rejicit.

66. 1. Cor.7. Rom.7. *Probatur Catholica Veritas.* D. Auguſt.

Probatur Veritas Catholica ex multis locis Pauli 1. Corinth.7. n.10. & 11. Roman.7. n.2. ait: *Nam quæ viro eſt mulier, vivente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir ejus ſoluta eſt à lege viri*: Ad quæ verba audiendus eſt D. Auguſtin. lib.2. de adulterinis conjugiis, cap. 4. & ait: *Hæc verba Apoſtoli toties inculcata, vera ſunt, viva ſunt, plena ſunt. Nullius viri poſterioris mulier eſſe incipit, niſi prioris eſſe deſierit. Eſſe autem deſinet uxor prioris, ſi moriatur vir ejus, non ſi fornicetur. Licitè itaque dimittitur conjux ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris. Propter quod fit reus adulterii, qui dimiſſam duxerit, etiam ob cauſam fornicationis*: & latè proſequitur Auguſtinus explicans, quod nec per fornicationem ſolvatur vinculum Matrimonii, vivente viro. D. Hieronym. epiſt.147. ad Amandum, ſic ait: *Omnes cauſationes Apoſtolus amputat: apertiſſimè definivit, vivente viro adulteram eſſe mulierem, ſi alteri nupſerit. Quandiu vir ejus vivit, licèt adulter ſit, licet ſodomita, licet flagitiis omnibus coopertus, & ab uxore propter hæc ſcelera derelictus, maritus ejus reputatur, cui alterum virum accipere non licet.* Et ita communiter loquuntur alii Patres, ut poteſt videri apud Authores citatos.

D. Hieron.

67.

Ad fundamentum hæreticorum deſumptum ex præſenti loco Matthæi, dico quod nunc in hoc ſermone Chriſtus D. revocat libellum permiſſum repudii à Moyſe, & reducit rem ad ſuam primævam perfectionem, ac originem: *Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic*: ab initio unum maſculum creavit Deus, & ut ait Chriſtus, *Erunt duo in carne una*: & hanc perfectionem Chriſtus D. introduxit in ſua lege nova: *Et ſi ſunt duo in carne una*, una caro non poteſt diſſolvi; vel ſeparari à ſe ipſa, niſi aliqua filius pars pereat: ergo cùm vir, & mulier per matrimonium ſint una caro, non poſſunt dividi, nec diſſolvi inter ſe, niſi aliqua pars, ſeu aliquis ex eis moriatur: ergo cùm Chriſtus ait: *Dico vobis, quod quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Conſequenter loquens Chriſtus ad ſuam doctrinam, nec eſt illi contrarius; non enim loquitur de ſolutione ipſius vinculi matrimonii, quia *ſunt duo in carne una*: ſed loquitur de dimiſſione, ſeu ſeparatione, quæ fit ob fornicationem, vel ob aliam cauſam denotatam ſub fornicatione, quæ fit per divortium, quod Chriſtus hîc explicavit & idem jam declaravit Matth.5.n.32. proindeque non eſt ſermo de vinculo matrimonii, ſed de divortio.

*Sermo eſt non de vinculo matrimonii, ſed de divortio.* Matth.5.

68. *Mulier etiam dimiſſa alligata eſt vinculo matrimonii.*

Confirmatur tota hæc doctrina ex ſecunda parte hujus verſus, in qua ait Chriſtus: *Qui dimiſſam duxerit, mœchatur.* Chriſtus loquitur ſimpliciter, & abſolutè: Ergo ſimpliciter, & abſolutè eſt intelligendus; qui cognoverit ipſam mulierem dimiſſam, etiam ob fornicationem, mœchatur, ſeu facit adulterium, & ex eo facit adulterium, quia ipſa mulier ſic dimiſſa alligata erat vinculo matrimonii: nam ſi ab eo eſſet abſoluta, talis copula non eſſet adulterii, ſed fornicationis.

69. D. Auguſt. Theophyl.

Reſpondeo ſecundò cum D. Auguſtino lib. contra Adimantum, cap. 3. cum Theophylacto, & aliis, quod illud verbum, *mœchatur*, referendum ſit tam ad id quod præceſſit, quàm ad id, quod ſequitur. *Quicumque dimiſerit uxorem niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Illud *quicumque*, bis eſt intelligendum, *quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem*: & quicumque *aliam duxerit, mœchatur.* Nam Phariſæi duas quæſtiones Chriſto propoſuerunt. Prima fuit: *Si licet dimittere uxorem quacumque ex cauſa?* Secunda fuit, ut ſcribit D. Marcus, quòd *Moyſes præcepit ſcribere libellum repudii, & dimittere.* Chriſtus D. ad utramque quæſtionem reſpondens, ad primam ait, quòd non licet dimittere uxorem ex quacumque causâ, niſi ex gravi, v. g. ob fornicationem. Secunda quæſtio fuit de libello repudii, per quem matrimonium ſolvebatur, & alia ducebatur: Chriſtus novus legiſlator rem ad ſuam primam originem reducens, ut jam dixi, ſummamque perfectionem in ſua lege nova introducens, cum libello repudii ſuſtulit polygamiam, id eſt, pluralitatem uxorum, quæ tunc erat licita, & ita hoc modo repetendum eſt illud. *Quicumque*: Quicumque dimiſerit uxorem, niſi ob fornicationem, & quicumque aliam duxerit, mœchatur. D. Matthæus brevitati conſulens, utramque Chriſti reſponſionem in unum ſententiam conflat, ſubintelligens ſemel, *Quicumque*, narrans ſubſtantiam rei, & aliqua intermittens, ut ſæpe facit, c.9. verſ.18. narrans; quod Archiſynagogus acceſſit ad Chriſtum dicens, *Filia mea modo defuncta eſt*: cùm tamen, ut conſtat ex D. Marco; & Luca, nondum erat mortua, ſed poſtea demortua fuit, brevitati ſtudens, ſubſtantiam hiſtoriæ refert. Ita Abulenſ. q.88. Maldonatus, Franciſcus Lucas, Cornelius, & alii, ut retulit tom.2. in Evangel. cap.29. q.1. n. 10. ſicut & in præſenti Matthæus ob brevitatem omittit multa, quæ Marcus ſcribit. Vide proximam expoſitionem.

*Altera Textus explicatio.* *Chriſtus reſpondet duabus quæſtionibus Phariſæorum.* Matth. Abulenſ. Maldonat. Franc. Luc. Cornel. Marc.10.

70. *Magis explicatur quid ſit mœchari.* Matth.5. Hebraice. Cornel.

Et confirmatur, ac declaratur præſens interpretatio; nam vir dimittens uxorem ſuam, caſtam, & innoxiam, quamvis aliam non ducat, mœchatur; tum quia violat fidem, ac jus matrimonii, & uxoris ſuæ, quod eſt etiam mœchari, nam propriè mœchari, ſignificat vitium directè repugnans matrimonio, quale eſt dimiſſio uxoris inſontis; tum etiam, quia *mœchatur*, id eſt, facit eam mœchari, ut explicat Chriſtus Matth. 5. n. 33. *facit mœchari.* Deinde, quia verba Hebræa conjunctionis, per duplicem actionem ſunt explicanda, ut notarunt Hebraicè periti, ut advertit Cornelius à Lapide, hîc v.gr. ſi dicatur, quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & quicumque aliam duxerit, mœchatur.

*Matth. 19. n. 10.* Dicunt ei Diſcipuli ejus: Si ita eſt cauſa hominis cum uxore, non expedit nubere

### VERSIONES.

*Syr. ex Guido.* Si ita eſt negotium inter virum cum uxore ſua.

*Syrus.* Si talis eſt rigor inrer virum & uxorem, non expedit uxorem ducere.

*Perſicus.* Quod ſi ita ſe habet cauſa.

*Arabicus.* Si ita eſt conſtitutio fœminæ, & viri, non bonum eſt, ut ducat ipſe.

*Clem. Alexand.* Non expedit homini nubere.

*Theophyl.* Contrahere matrimonium.

### ALTER TEXTUS.

*Marc. 10. n. 1.* Et in domo iterum diſcipuli ejus de eodem interrogaverunt eum.

### EXPOSITIO VI.

71. DICUNT *ei diſcipuli ejus:* In domo ſcilicet, ut exprimit D. Marcus Phariſæi in publico: Diſcipuli in ſecreto interrogant: Magna prudentia eſt ſæpe rem non in publico, ſed in abdito tractare, de ea agere, ac interrogare. Phariſæi, utpote carnales, de conjugio cum multiplici fœmina agunt, Diſcipuli Domini, utpote puri, ac Sancti, de continentia, ac cœlibatu diſſerunt, ut docet hic

D. Thom. D. Thomas, quod unuſquiſque habet in corde; hoc eructat ore. *Si ita eſt cauſa.*
D. Paſchaſ. D. Paſchaſ. lib. 9. in Matth. ait: *Non de dubietate doctrinæ Magiſtri ita dicunt diſcipuli, ſed de periculi magnitudine, quæ nubentibus contingere ſolet.* Ita
D. Ambroſ. D. Hieron. D. Chryſ. Euthym. Paſchaſ. *hominis cum uxore.* D. Ambroſius in exhortatione ad Virgin. D. Hieron. D. Chryſoſt. Euthym. hoc loco. Illud, *ſi ita eſt*, hoc modo intelligunt, ſi ita eſt, ut non liceat viro niſi adulterii cauſa uxorem dimittere, ſed cum ea, quamvis ſit deformis, rixoſa, & odioſa, totam vitam agere. Tamen ſimplicius mihi videtur
Franc. Luc. dicendum cum Franciſco Luca, ita eſſe matrimonium indiſſolubile, ut neque ob fornicationem, nec ob aliam quamcunque cauſam gravem ſolvatur; ſed ſemper illius vinculum integrum maneat; cùm hæc doctrina eſſet valde nova, & præter id, quod erat in uſu: nam dimiſſa uxore cum libello repudii alia ducebatur; cùm, inquam, doctrina eſſet nova, maximè commovit, ac excitavit Apoſtolos ad interro-
D Nazianz. gandum. D. Gregorius Nazianzenus Oratione ad hæc verba videtur innuere, quod diſcipuli hæc verba dixerunt ex conſuetudine, aut ſenſu Phariſæorum.

72. *Si ita eſt cauſa viri cum uxore:* Explicat Carthuſianus, ſi ita ſe habet hoc negotium matrimonii, ut ſit omninò indiſſolubile, durante vita, *non expedit nubere:* & quamvis hoc verbum *nubere*, ſit ambiguum, nam dicitur de viro, vel fœmina; dum matrimonio conjunguntur, ta-
*Nuptiæ ſervitutem inducunt.* men hîc tantùm refertur ad virum, qui habebat authoritatem ad dandum libellum repudii, ut dixi ſuprà, q. 7. & ideo hîc idem eſt nubere, ac uxorem ducere, ut vertunt Græcus, & Syrus, niſi fortè cum emphaſi, Noſter Interpres po-
Calepin. Martial. ſuit *nubere*, ut denotaret ſubjectionem, ac ſervitutem, quâ vir aſtringitur uxori. Nam nubere aliquando dicit ſervitutem, ut habet Calepinus; unde dixit Martialis lib. 8.

— *Uxori nubere nolo meæ.*

Id eſt nolo ſervire, ac me ſervitute ſubjicere meæ uxori.

---

## QUÆSTIO IX.

### *Grave jugum, & durum bellum maritis eſt uxor.*

73. IN præſenti dicunt diſcipuli Chriſto; *ſi ita eſt cauſa hominis cum uxore ſua, non expedit nubere;* Id eſt, ut dixi in Expoſitione, ſi vinculum matrimonii ita eſt indiſſolubile; ut ab eo per totam ſuam vitam homo non poſſit liberari, *non expedit nubere.* Grande pondus eſt uxor, quod deponere non licet. Itaut ſi mulier fuerit iracunda, rixoſa, levicula, non bonis moribus aſſueta, turpis, & multis infirmitatibus laborans, ſit ſuſtinenda per totam vitam. O domeſticas controverſias; ô dura, & fœda jur-
D. Chryſ. *Levius eſt contra concupiſcentiam præliari, quam contra mulierem.* gia? D. Chryſoſtom. homil. 63. in Matth. ait: *Levius eſt contra concupiſcentiam præliari, & contra ſe ipſum, quàm ad mulierem malam.* Grande certamen eſt homini cum ſe ipſo, cumque ſua concupiſcentia, ſed gravius contra fœminam decertare, nam concupiſcentia pugnat ardore flammæ; at mulier multis, & variis modis; furore, irâ, mille artibus, illecebris concupiſcentiam, & appetitum inflammans, ut miſerum hominem devincat, ac projiciat: Unde
Tetull. ait Tertullian. lib. de habitu fœminar. 1. lib. ad Mulierem ſic loquens: *Tu es diaboli janua, tu es arboris illius reſeratrix; tu es divinæ legis deſertrix tu es: quæ ei perſuaſiſti, quem diabolus aggredi non valuit:* & idem D. Chryſoſtom. præclarè ait:
*A muliere mala multa mala.* *Quid aliud eſt mulier, quàm amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum delectabile detrimentum: mali natura, boni colore depicta.*

74. Creatis cunctis rebus, & ſimul jam primo homine creato, ſui comparis deſiderio tenebatur, ut dicitur: *Adæ verò non inveniebatur adjutor ſimilis ejus:* & inde ſomni ſopore immiſſio, ex una è coſtis Adami fœmina ædificatur: Tamen verba illa, quæ paulò ante ſcripta
Gen 2. ſunt, maximè expendenda veniunt. Gen. 2. n. 18. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei*
Hebræus. *adjutorium ſimile ſibi.* Ex originali Hebræo legitur, *Faciamus ei adjutorium ex adverſo ejus:* Adjutorium eſt, & ſtare ex adverſo dicitur, ho-
*Mulier ex adverſo eſt homini, & pacem perturbat.* ſtis, & adjutrix eſt? Adjutorium eſt ad prolem gerendam; hoſtis ad perturbandam pacem; & ad domeſtica bella crudeliter excitanda. Sic ait:
D. Hieron. D. Hieronym. lib. 1. contra Jovinian. *Ubi mulier mala, nulla pax; amica fœdera rumpuntur, & omnia perturbantur.* Vis ſcire, quàm verum ſit id, quod dicitur; *Faciamus ei adjutorium ex adverſo ejus.* Præclarè de Samſone ait:
D. Ambr. D. Ambroſius: *Samſon validus, & fortis, leo-*



*Samſon ſuperavit omnia, à muliere ſuperatur.* *nem ſuffocavit, ſed amorem ſuum ſuffocare non potuit; vincula ſolvit hoſtium, ſed ſuarum non ſolvit nexus cupiditatum; Meſſes incendit alienas, ſed unius mulieris accenſus igniculo, meſſem ſuæ virtutis amiſit.*

75. 1. Cor. 7. Ait Paulus 1. Corinth. 7. n. 27. de homine uxorato diſſerens. *Alligatus es uxori? noli quærere ſolutionem: ſolutus es ab uxore? noli quærere uxorem.* Quæ verba exponens D. Hiero-
D. Hieron. nymus ita contra Jovinian. ſcribit: *Qui uxorem habet, & debitor dicitur, & ſervus uxoris, (quod malorum ſervorum eſt) alligatus:* Nempe ſervilis eſt maritorum conditio, & gravis uxoribus famulatus. Mancipia jure gentium ſervitia dominis præſtant, & maritus nuptiali
*Homo ſub muliere dura ſervitus.* vinculo, uxori non ut cumque tanquam qualibet ſervus, ſed ut malus ſervus vinculis, ac compedibus alligatus, (*quod malorum ſervorum eſt*) *alligatus.* Profunde nota verba Pauli,
NOTA. quæ ſequuntur: *ſolutus es ab uxore? noli quærere uxorem:* Ac ſi dicat Apoſtolus, ſemel alli-
D. Chryſ. D. Ambr. D. Thom. D. Anſelm. gatus fuiſti uxori tanquam vilis ſervus, ubi tantas difficultates, moleſtias, afflictiones, onerat, & tædia es expertus, ut ipſe Apoſtolus ibidem loco citato, n. 29. ſubdat: *Tribulationem tamen carnis habebunt*, ut ibi explicant D. Chryſoſt. D. Ambroſ. D. Thomas, D. Anſelmus, & alii.
*Expertus moleſtias matrimonii, ſi liberatus, non iterum implicetur.* *Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem.* Expertus fuiſti onera matrimonii, tot dolores, tot anguſtias, ac familiares rixas, duramque illius ſervitutem: *ſolutus es ab uxore:* à tam diris vinculis, ac catenis liberatus, noli iterum eis commiſceri, ac implicari. Conjugium enim à jugo dicitur, teſte
D. Ambroſ *Conjugium à juge.* D. Ambroſ. lib. 3. ad Virg. ubi ait: *Bonum eſt conjugium; ſed à jugo tractum, & à mundi jugo.* Excuſſiſti tu à jugo matrimonii, noli iterum ei ſubjicere colla.

76. Quinque Reges Amorrhæorum Joſue pugnaciter invaſit, tota die pugnando ſtrenue devaſtabat. Vergit ad occaſum Sol, & victoriæ tempus eripiebat, dum ejus abſentia, tenebrarum obſequio, fugæ locum adverſariis parabat: Tunc Joſue imperioſâ voce clamat: *Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra vallem Ajalon: ſteteruntque Sol, & Luna, donec ulciſceretur ſe gens de inimicis ſuis:* Jo-
Joſue 10. ſue 10. n. 12. & 13. Stupenda hominis vox, & humano faſtigio major; quippe, quæ cœli aſtris ſtationem indixit, toto ſtupente Orbe. Lux Solis illi neceſſaria erat ad victoriam, tenuis autem Lunæ nitor ſupervacaneus ad conſummandam hoſtium ſtragem, cur tam ardenter in votis erat? cur Lunam ſiſtere tam vehementer exoptat? etſi forte nullus interpretum
Abulenſ. dubium agnovit, illud Abulenſis ſolvit ibi, q. 21. & ait: *Contra Gabaon ne movearis, & Luna contra vallem Aialon. Quæret aliquis, cur Joſue oraverit ſtare Lunam? quia mota ea credebat movendum Solem:* Cùm Joſue adeo neceſ-
*Valde difficile putavit Joſuë, quod mota Phœbe Phœbum ſiſteret.* ſarium fuiſſe lumen Solis putaverit, non reputavit ſupervacaneum, ſed neceſſarium, Lunam pariter ſiſtere; nam nota Luna, pro certo reputavit Solem non ſtare, & eam non ſequi: *Quia mota ea credebat movendum Solem:* ſic enim Phœbus ſuam Phœben adamare putatur, eique aſſociari, ac ejus veluti veſtigia ſequi, ut valde
*Maritus quamvis ſit veluti Sol ad nutum uxoris movetur.* difficile putaverit Joſue Solem à mundi initio, rapidiſque curſibus, ex Dei imperio aſſuetum, humanâ voce ſiſtere, & ejus curſum cohibere, niſi & Luna pariter ſiſtere ſuum curſum ac cohiberet. Mota Luna, Sol pariter movendus erat: ſic Phœbus ſuæ Phœbe tam ardenter aſſiſtit, & inhæret: Ex his, quæ ſunt in cœlo conjicere licet, quid erit in terris: quamvis maritus ſit veluti unus Sol, ad nutum uxoris trahitur, & inclinatur.

77. Eccleſ. 25. Dicitur Eccleſiaſtic. 25. n. 23. *Non eſt ira ſupra iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam*
Tigurina. Tigurina vertit: *Apud leonem, & draconem commorari præoptarim potius, quàm habitare*
Syrus. *cum muliere improba.* Syrus: *Præſtat habitare apud leonem, & apud draconem, quàm habitare cum muliere mala in domo.* Et cur potius eligenda eſt habitatio cum ferociſſimo leone, ac dracone, quàm cum mala muliere? Leo, &
*Mulier mala crudelior Leone, ac Dracone, & magis illis timenda.* Draco arte cicurantur, ac humilitate; & beneficiis deliniuntur; ut videre eſt in Leone Androdi, qui ob exemptam ab eo è pede ſpinam, eum à morte liberavit, teſte Gellio lib. 5. c. 14. Et B. Hieronymo, ſeu Geraſino, quidam Leo, tanquam aſinus ſerviebat, ut teſtatur Joannes Moſcus in prato ſpirituali; at malæ mulieris nequitia incurabilis eſt, humilitate inſoleſcit, benevolentia induratur, beneficiis exaſperatur, nullâ arte; aut modo vinci, vel donari poteſt.
Prov. 21. Ad locum Proverbior. 21. n. 19. *Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa, & iracunda*, ait D. Chryſoſtom. homil. 13.
D Chryſ. D. Damaſ. ex variis in Matth. & ex eo D. Damaſcen. Paral. 1. cap. 76. *Nulla in hoc mundo beſtia ſimilis mulieri malæ.... Quid inter quadrupedia animalia Leone ſævius! Sed nihil ad hanc: aut in ſerpentibus, quid dracone atrocius ſed ne hoc quidem juxta mulierem malam, & linguoſam conferri poteſt. Nam, & Leo, & Draco in malo inferiores ſunt. Teſtificatur huic ſermoni meo ſapientiſſimus Salomon:* Cohabitare draconi melius eſt, quàm cum muliere mala, & linguoſa. *Et ne putes Prophetam in ironia hoc dixiſſe, ex*
Daniel. 6. *ipſis rebus diſce manifeſtius. Danielem in lacu*
3. Reg. 18. *reveriti ſunt; juſtum vero illum Nabutem Jezabel interfecit: Cetus Jonam in ventre cuſtodivit:*
Judic 13. *Dalila autem Samſon circumventum illecebris,*
Matth. 3. *raſo etiam capite deformatum, alienigenis tradidit. Joannem Baptiſtam in deſerto viventem ſubjecta feritate tremuerunt. Eliam corvi in monte paverunt, & Jezabel eum poſt illam redditæ per ipſum terris pluviæ gratiam perſequebatur, ut pœnam mortis ei redderet.* Nil pulchrius, ac elegantius.

*Matt. 19. n. 11.* Qui dixit illis: non omnes capiunt verbũ iſtud, ſed quibus datum eſt.

*Num. 12.* Sunt Eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt, & ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus, & ſũt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter reggnum cœlorum. Qui poteſt capere, capiat.

### VERSIONES.

*Syrus n. 11. ex Guid.* Non omnis homo

ſufficit

ſufficit ſibi ad ſermonem hunc; ſed iſte, cui datum eſt

*Syrus alius.* Non quilibet capax eſt hujus ſermonis.

*Arabic. Rom.* Non quilibet ſuſcipit hæc verba.

*Æthiopic.* Non omnis eſt, qui comprehendit verbum.

*Perſicus.* Aut quivis homo idoneus eſt.

*D. Epiphan.* Non omnes poſſunt capere doctrinam iſtam.

*Syr. n. 12. ex Guid.* Sunt enim fideles, qui ab utero, &c. & ita, & sũt fideles, qui ab hominibus ſunt ſpadones, & ſunt eunuchi, qui ſeipſos fideles propter regnũ cœlorum, &c. & is qui poteſt, ſufficiat, ut ſufficiat

*Biblia Got.* Eunuchizaverunt ſe ipſos.

*Syrus Pær.* Qui poteſt capax eſſe, capiat.

*Arabic.* Qui poteſt tolerare, toleret.

*Æthiopic.* Et qui poteſt perficere: perficiat.

*Perſicus.* Quicumque voluerit præſtare, præſtet.

## *EXPOSITIO VI.*

78. *Cohærentia textus* NON *omnes capiunt verbum iſtud:* Verſu antecedenti dixerunt Apoſtoli, *Non expedit nubere:* Maximè eorum dictum approbat Dominus, eos ad altiorem, & majorem, perfectionem adducens: *Capiunt verbum iſtud:* Capere hîc ex radice Græca, eſt inſtar loci, ac vaſis aliquid ſuſcipere; ſic dicitur Joan. 8. n. 37. *Sermo meus non capit in vobis,* non habet locum in vobis: *Non omnes capiunt verbum iſtud,* id eſt, hæc mea doctrina non habet locum in omnibus; quia ut exponit D. Chryſoſt. juxta illud Pauli 2. Corinth. 7. *Anguſtiamini in viſceribus veſtris:* corda veſtra ſunt valde anguſta, & ſtricta ad tam latam, & amplam doctrinam ſuſcipiendam. [Græcus. Joan. 8. D. Chryſ. 2. Corint 7]

*Non omnes capiunt verbum iſtud,* ut poſſint
79. præſtare rem iſtam, quam dicitis, ut vivant caſtè, ſine uxore, ac in cœlibatu: Ita exponunt communiter Sancti Patres. D. Hieronym. Origen. D. Ambroſ. D. Chryſoſtom. Euthym. Theophylact. Abulenſ. & alii: Tamen Maldonatus ex D. Epiphanio hæreſi 66. refert ad intelligentiam: *Non omnes capiunt verbum hoc:* id eſt, non intelligunt, nec penetrant meam doctrinam, meumque ſermonem. Ego verò tantorum Doctorum ſententiam ſequutus, utroque modo rem explico, *non capiunt verbum hoc:* ut illud intelligant, & penetrent, cum effectu, ac executione, ut ipſam continentiam teneant, & amplectantur. Non enim loquitur Chriſtus, ut intelligant ſpeculativè tantùm, ſed practicè cum executione. [D. Hieron. Origenes. D. Ambr. D. Chryſ. Euthym. Theophyl. D. Epiphan Maldonat.]

80. *Sed quibus datum eſt à Deo,* ut explicant citati Patres, D. Paſchaſ. D. Thomas, ex ſpeciali dono gratiæ ſuæ: ex quo nota, quod omnis continentia; ſeu virginitas non eſt laudabilis ut erat gentilium ad obſequium falſorum Deorum, ſed illa eſt laudabilis, quæ eſt ad honorem veri Dei, CHRISTI JESU filii ejus: Sapient. 8. n. 21. *Et ſcivi, quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det.* [D. Paſchaſ. D. Thom. Sapient. 8.]

*Sunt Eunuchi:* Dixerat Dominus ſuperiori verſu, quod admirabilem ſuam doctrinam de cœlibatu, ac continentia, non omnes cum effectu intelligebant, ac ſequebantur, ſed ii quibus datum erat ex Deo: explicat nunc, quinam ſunt iſti, qui tantum donum à Deo promerebunt, & ad hoc magis explicandum, proponit tria genera Eunuchorum, ut notant D. Hilar. D. Hieronymus, & communiter cæteri Patres, & Authores: *Sunt Eunuchi, qui de utero matris ſuæ ſic nati ſunt,* utpote valde frigidi, & impotentes ad generandum: *& ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus:* arte, & inſtrumento: quod ad literam ſic intelligit Origenes, & ſe ipſum caſtravit; & hi duo, merito, & præmio carent, ex eo quod taliter ſint caſtrati, tamen ut notat D. Paſchaſ. lib. 9. in Matth. ſi tales per voluntatem ſuam voto ſe Deo dedicaverint ac conſecraverint, magnum meritum, ac præmium aſſequentur, de quo infrà. Alii; & tertii generis ſunt Eunuchi, quos regni cœleſtis deſiderium fecit, qui voluntate caſtitatis voto ſe caſtrant, & voluptatem carnis penitus excidunt. 18. [D. Hilar. D. Hieron. Origenes. D. Paſchaſ.]

Nota doctrinæ gratiâ quod vox *Eunuchus,* & vox *caſtraverunt,* duo denotant, quandam impotentiam moralem ad generandum; nam ſicut eunuchus, & caſtratus naturaliter dicit impotentiam naturalem ad generandum, ſic eunuchus, & caſtratus per votum dicit impotentiam moralem ad generandum, ut notat Bellarm. lib. 1. de Monach. ſicque eunuchi ſpirituales per votum continentiæ ſe ipſos inhabiles fecerunt ad generandum: Ita D. Epiphanius hæreſi 58. D. Fulgentius lib. de fide ad Petrum, cap. 3. D. Auguſtin. lib. de Sanct. Virg. cap. 30. S. Ambroſius lib. 3. de Viduis. Secundò hoc verbum, *caſtraverunt,* ſignificat caſtrationem non quocumque modo, ſed cum ingenti lucta, ac reluctatione carnis, & appetitus, ac ſi genitalia extraherentur, ac exſecarentur. Ita D. Nazianz. Orat. 31. ex quo infert D. Paſchaſ. lib. 9. in Matth. quod ſi Eunuchi primo, & ſecundo modo ex utero, & ex arte, fiant etiam eunuchi per votum, in eis non erit tantum meritum, quia non datur in eis tanta reluctantia; ac lucta cum carne, ut infra magis explicabo. 82. [Bellarm. D. Epiphan D. Fulgent D. Auguſt. D. Ambr. D. Nazian. D. Paſchaſ.]

*Qui poteſt capere, capiat.* Per hæc verba indicat Dominus conſilium Evangelicum, & non præceptum de continentia ab uxore: nam præceptum importat mandatum, à quo homo non poteſt recedere, ſed quod tenetur adimplere, ut ſuprà, hoc cap. n. 5. *Adhærebit uxori ſuæ.* Et iterum num. 9. *Qui dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit, mœchatur.* At dum hac ait: *Qui poteſt capere, capiat,* denotat actum liberum voluntatis, à quo homo poteſt recedere, & ad illum non cogitur: & id ſatis clare explicant Verſiones: Arabicus, *Qui poteſt tolerare, toleret:* Æthiopicus, *Qui poteſt perficere, perficiat:* Et ideo hîc dat Dominus non præceptum, ſed conſilium, ut docent omnes Sancti Patres, D. Chryſoſtom. D. Hieron. D. Auguſtin. D. Nazianz. per illudque ad continentiam, tanquam ad 83. *Conſilium, non Præceptum.* [Arabicus. Æthiopic. D. Chryſ. D. Hieron. D. Auguſt. D. Nazianz.]



ad rem arduam, ac præclaram exhortatur; & ait: Qui poteſt conſtanti corde, generoſaque voluntate *capere,* ſive complecti tantum donum, nullum Dominus excludit; nullumque cogit, cum ait, *Qui poteſt;* Omnes propoſito præmio regni cœlorum, invitat. D. Hieronym. hoc loco ait: *Quaſi exhortantis Domini vox eſt, & milites ſuos ad præmium concitantis:* Qui poteſt capere, capiat: *qui poteſt pugnare, pugnet, ſuperet, & triumphet.* Theophylact. ait: *Non cogit Virginem eſſe, Dominus; neque nuptias deſtruit, ſed virginitatem præfert:* & Iſidorus lib. 2. de ſummo bono, cap. 40. ait: *Virginitas admonita tantum eſt, non eſt juſſa, ſed ideo tantùm admonita, quia nimis excelſa.* [D. Hieron. Theophyl. D. Iſidor.]

84. *Qui poteſt capere, capiat:* ad Virginitatem, & continentiam exhortatur Dominus; & quamvis non poſſit hæc haberi, niſi ex Dei dono, ut ipſe Chriſtus dixit: *non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt,* ſcilicet à Deo tamen homo ſuâ voluntate ſe debet præparare, ac diſponere ad illud accipiendum, ut docet hoc loco in Matth. Origenes, & ait. *Qui vult capere verbum, quod de caſtitate poſitum eſt, petat,* D. Chryſoſtom. homil. 63. in Matth. ait: *iis datum eſt, qui ſpontè id eligunt: quod ideo dixit Chriſtus, ut oſtenderet ſuperiore auxilio nobis opus eſſe, quod quidem omnibus paratum eſt, ſi volumus in hac vita ſuperiores evadere:* & ita illud verbum, *Qui poteſt capere,* juxta Origenem citatum, ac D. Chryſoſtom. citandum quæſtione, ſequenti, ac alios Authores, qui poteſt, idem eſt, ac qui vult, ut ſatis magis declaro quæſtione ſequenti. [Origenes. D. Chryſ.]

---

## QUÆSTIO I.

### *Quare ait Chriſtus, quod non omnes poſſunt capere verbum hoc ſuæ doctrinæ, cùm ſtatim committens noſtro arbitrio dicat, qui poteſt capere capiat?*

85. TOta difficultas eſt manifeſta, & in promptu, nam verſ. 11. dixerat Dominus: *Non omnes capiunt verbum iſtud:* ſcilicet, meæ doctrinæ de continentia ab uxore, & caſtitate, ac puritate ſervanda; quia res eſt ardua, & valde difficilis, & ultra noſtras vires; tamen ſtatim ſequenti verſu 12. ſubdit: *Qui poteſt capere, capiat.* Ubi juxta D. Hieronym. D. Chryſoſtom. D. Auguſtin. ſignificatur hic conſilia Chriſti de cœlibatu eſſe poſita ut impleantur in noſtro arbitrio, ac voluntate, interveniente Dei auxilio, quod nunquam deeſt, ſi velimus ei cooperari, ac proinde idem eſt hoc loco, *qui poteſt capere:* ac qui vult ſuam libidinem compeſcere; qui vult ſuas concupiſcentias coarctare, quique vult præclarum continentiæ faſtigium obtinere; ille eandem amplectatur, capiat, & ſibi retineat: Exindeque juxta Origenem, ac Chryſoſtom. citandum, idem eſt: *Qui poteſt,* ac *qui vult:* veluti ſi ſynonyma ſint, *Velle,* ac, *Poſſe.* Pro quo præclarè audiendus eſt Chryſoſtomus hoc loco: *Non omnes capiunt verbum iſtud, ait, qui poteſt capere, capiat; ideo ait, non omnes capere poſſunt, quia non omnes volunt. Palma propoſita eſt; qui concupiſcit gloriam, non cogitet de labore. Nemo vinceret; ſi omnes timerent periculum.* Valde arduum, ac difficile eſt continentiæ, ac virginitatis Votum: *Non omnes capiunt verbum iſtud:* Tamen ſubdit Chriſtus D. *Qui poteſt capere:* id eſt, qui vult capere obnixus Dei auxilio, *capiat,* capiat, & teneat ſtrenuè; proindeque idem eſt *Poſſe,* ac *Velle.* [D. Hieron. D. Chryſ. D. Auguſt. *Si homo fidelis vult ſervare caſtitatem, poteſt.* D. Chryſ.]

Mater filiorum Zebedæi adorans, & petens pro filiis primas ſedes, acceſſit ad Chriſtum: Quibus Jeſus reſpondens, ait: *Neſcitis quid petatis: Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? dicunt ei, poſſumus:* Matth. 20. n. 21. Cum Apoſtoli ſic reſpondent, poteſt dubitari, quid ipſi intelligerent nomine *Calicis?* bona, & major pars interpretum tenet, quòd intellexerunt paſſionem, ac mortem; quomodo ergo dicunt, *poſſumus,* cùm revera, ut notant Franciſcus Lucas & Cornelius, tunc non poſſent ſuis viribus; ſed per gratiam acceptant ab ſpiritu, poſtea illud adimplendum erat; tamen præ ignorantia; & affectu ambitionis dicunt, *Poſſumus;* Chryſoſtom. in Imperfecto: *Non tantum, ait, confidentia cordis ſui, quantum ignorantia tentationis hæc reſponderunt. Neſcientibus enim deſiderabile eſt bellum:* Tamen dum dicunt, *Poſſumus;* hoc eſt, volumus, ut citatis Expoſitoribus placet, & dixi 4. tomo in Evang. c. 37. n. 73. D. Thomas: *Dicunt, Poſſumus, ex amore ad Chriſtum, ita adhærebant Chriſto; quod mors eos ab ipſo ſeparare non poſſet.* Quamvis ipſe Calix propinandus, ipſaque mors pro Chriſto, eſſet res valde ardua, & difficilis, ad quam maximè requirebatur gratia Spiritus Sancti, quam nondum iſti duo Apoſtoli acceperant, tamen dicunt *Poſſumus,* hoc eſt: *Volumus,* & hoc dicunt ex ſuo magno amore: Amans, & volens multùm poteſt. 86. [Matth. 20. Franc, Luc. Cornel. D. Thom. *Apoſtoli dicunt ſe poſſe quia volunt.*]

Canticorum 7. n. 1. dicitur: *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis:* Quæ vox eſt divini Sponſi ad ſuam dilectam, ut tenent D. Gregorius, Philo, Aponius, Caſſiodorus, D. Thomas, D. Anſelmus, & ibi noſtra Vulgata habet, *Filia Principis,* Syrus legit, *Filia præparati,* Scholiaſtes Vatican. *Filia liberalis:* Malv. *Filia beneficii:* Aquila, Theodoretus *Filia ſponte dantis.* D. Ambroſius, *Filia volentis, ſeu beneplaciti:* Ex quibus collige, quod ille, qui vult, poteſt, & dat, & eſt beneficus. 87. [Cantic. 7. D. Gregor. Philo. Apon. Caſſiodor. D. Thom. Syrus. Vatican. Malv. Theodor. *Qui vult, Poteſt, & Dat.*]

Qui autem non vult, ſtatim conſtanter affirmat, quod non poteſt. Cùm amico amicus hoſpes adveniſſent intempeſta, & alta nocte, pulſat ille ad oſtium vicini ſui, & clamat: *Accommoda mihi tres panes:* Cui ille de intus reſpondit: *Non poſſum ſurgere, & dare tibi:* Luc. 11. n. 7. Tamen cum amicus pulſans inſtaret, ſurgit, & dat tres poſtulatos panes, quomodo ergo bonus Pater familias tam aſſeveranter, ac conſtanter dixit: *Non poſſum ſurgere, ac dare tibi.* Quia nolebat dare, & cùm nollet dare, dixit ſe non poſſe; quia idem eſt nolle, ac non poſſe. D. Auguſtin. ſerm. 5. de Verbis Domini, cap. 5 Non poſſum ſurgere, & dare, &c. *Ille,* ait, *quia nolebat dare, quod petebatur, fecit; quia ille petendo non defecit.* Inquit ille, non poſſum ſurgere, & dare, quæ impoſſibilitas naſcebatur ex voluntate, quæ nolebat dare. 88. [Luc. 11. *Idem eſt nolle, ac non poſſe,* D. Auguſt.]

QUÆSTIO

## Quæstio XI.

*Quare dicuntur caſtrati propter regnum Cœlorum, & quinam ſunt iſti?*

89. *Quid dicit Eunuchus ſpiritualis.* TRia genera Eunuchorum, ut jam dixi in Expoſitione ex D.Hilario, D. Hieronymo, ponit Chriſtus D. Primò ſunt Eunuchi ex utero matris ſuæ, utpote valdè frigidi, & inepti ad generandum. Secundò, ſunt alii Eunuchi facti ab hominibus, arte, vel inſtrumento. Tertiò, ſunt illi, qui præclariſſimo caſtitatis voto ſe Deo conſecrant; quia ut perbellè ex D. Epiphanio, D.Hieronymo, D. Auguſtino, D. Fulgentio tenet Bellarmin.lib.2. de Monach. c.23. *Ipſa Eunuchorum appellatio perſpicuè indicat votum, non enim eſt Eunuchus, qui ſolùm continet, ſed qui non poteſt non continere.* Et etiam ex eiſdem Patribus ſimul cum D:Chryſoſtomo, S.Ambroſio, S. Anſelmo, S. Thoma idem docet Mag. Suar. tom. 3. de relig. cap.1. n.& 17.

D.Epiph. D.Hieron. D. Auguſt. D.Fulgent. Bellarmin. D.Chryſ. D.Ambr. D. Anſelm. D.Thom. Suarez.

90. D.Paſchaſ. Optime tamen obſervat D. Paſchaſ. lib.9. in Matth. quod illi, qui ſunt Eunuchi primo, & ſecundo modo, ſcilicet ex utero matris ſuæ, & arte ab hominibus, poterunt fieri Eunuchi tertio modo, ſi caſtitatis voto ſe Deo conſecraverint. Addit: In eis tamen non erit tantum meritum, ut in aliis Eunuchis tertio modo, quia non datur in eis ex parte carnis tanta reſiſtentia, & appetituum renitentia: Tamen in eis poteſt eſſe tanta vehementia, ac fervor charitatis, ut exinde compenſetur; Charitas enim noſtra erga Deum multùm merita noſtra extollit, ac ſublevat.

91. Iſai.56. Hunc præſentem locum Evangelii, atque illum Iſaiæ 56.n.4. *Non dicat Eunuchus, ego lignum aridum*, de ſpirituali Eunuchio, per votum caſtitatis, interpretatur D. Noſter Cyril. Alexandr. D.Hieron. ad citatum locum Iſaiæ: D.Auguſtin. lib. de Sancta Virginitate, cap.24. S. Ambroſius in exhortatione ad Virg. aliquantum poſt principium, Clem.Alexand.lib.3.ſtromat. D.Baſilius de vera Virginitate, S. Gregor.3.p.paſtoral.cap.29. & alii quos citant, ac ſequuntur Franciſc. Somnius de Conſil.Evangel. cap.5. & ſeqq. Robertus Arborienſis tom.1. de Cœlibatu, in principio, annot.4. & S. Baſilius de Leon lib. 1. de Matrim. cap.10.

D. Cyrill. D.Hieron. Clem.Alex. D.Baſil. D. Gregor. D.Ambroſ. Somnius. Arborienſis. Baſil. de Leon.

92. Ex utroque ergo loco, qui ſe voto Caſtitatis Deo conſecrant, dicuntur à Sanctis Patribus Eunuchi, ſeu Caſtrati: D.Epiphan. lib. 2. hæreſi 63. ait: *Elias, Eliſeus, & Joannes, qui per magnam hanc formam imitationis Angelorum, rectè ſecundum Evangelicam Domini ordinationem ſe ipſos propter regnum Dei caſtraverunt.* Et ex hoc teſtimonio D. Epiphanii ſic habet D. Anaſtaſius Sinaïta lib. quæſtionem Sacræ Scripturæ, q.66. tit... & ait: *Eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter regnum cœlorum, hi ſunt præclari Apoſtoli, atque deinceps fuerunt Virgines, & Monachi, Joannes quidem, & Jacobus filii Zebedæi, & poſt illos quot millia monaſticam vitam agentia, ſicut Elias, & Daniel in veteri teſtamento.* D.Ephrem Syrus, quem citat, ac ſequitur Salianus tom.4. Annalium, ann. 323. n.21. & inquit: *Sanctus Ephrem Syrus Eliam & Eliſeum, & Joannem. & Apoſtolum Paulum, in eorum numero cenſet, qui ſe caſtraverunt propter regnum Cœlorum.* Et in hoc ſenſu ait Tertullian. lib. de Monogamia, cap. 8. quod Chriſtus ad transfigurationem, *Moyſem, & Eliam ſecum mavult, alterum monogamum, alterum ſpadonem*: Et idem tenent, ac docent Joannes Jeroſolymitan. lib. de inſtitutione Monach. cap.34. Venerabilis Uvalden. tom.3. de ſacramentis, titul.9. cap.89. n.8. Arborienſis tom.2. de Cœlibatu, Franciſcus Somnius de conſenſu Evangelii, cap. 5. & tres Pueros fornacis Babyloniæ Eunuchos dicit D. Aldamus de laudibus virg. cap.10. & in hoc ſenſu Cardinalis Hugo interpretatur illud 4. Reg. cap.23. *Eunuchos ejus.*

D.Epiphan. *Viri voto Caſtitatis dicuntur Eunuchi.* D.Anaſt. Synait. D.Ephrem. Tertull. Joan. Jeroſ. Uvaldenſ. Arborien. Somnius. D. Aldam. Hugo.

93. Et eandem ob cauſam Daniel à Sanctis Patribus Eunuchus appellatur. Gloſſa Ordinaria in cap.1. Danielis, ad illa verba, *De ſemine regio*: Et ita loquitur D.Epiphan. in vita Danielis, D.Dorotheus in Synopſi, Chronicon Alexandr. Olimpiade 70. D. Damaſcenus lib. 4. de Fide, cap.25. Abulenſ. in 4. Regum, q.34. Idemque docent & tenent in cap.1. Danielis, ad illa verb.: *Præpoſitus Eunuchorum*: Carthuſianus, Lyranus, Pereira, Maldonatus, Hector Pinto, Cornelius à lapide, Gaſpar Sanch. Prolegomen.2. in Daniel. Qui omnes de Eunuchis ſpiritualibus propter regnum Cœlorum loquuntur: vide de his, quæ dixi tom 2. in Evang. lib 4. cap.... & Deo dante alibi multa dicemus.

Gloſſ. Ord. D Epiph. D Doroth. Chron. Alex D. Damaſc. Abulenſ. Carthuſ. Lyran. Pereira. Maldon. Pinto. Cornel. Sanchez.

## Quæstio XII.

*Quare Eunuchis non aliud præmium aſſignatur, niſi Regnum Cœlorum?*

94. Textus. AIt Chriſtus in præſenti: *Sunt, qui ſemetipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum.* Sic caſtratis, ſeu virginibus regnum cœlorum in præmium aſſignatur, & apte quidem, quia ipſa virginitas tota eſt virtus cœleſtis; & inde optimè proportionatur meritum cum Præmio. D.Cyrillus Jeroſolym. Catech.12. ait: *Non ignoramus Caſtitatis gloriam; Angelica enim eſt corona, & ſupra hominem hæc perfectio*, D. Iſidorus lib.2. de ſummo Bono, cap.40. inquit: *Excelſa enim res eſt in carne ſine carne vivere, in terra ſicut in cœlo vitam agere, in corpore mortali Angelicam imitari puritatem, corpuſque ipſum in holocauſtum Deo offerre.* Similiter D. Damaſcen. lib. 4. de fide, cap.25. D.Auguſt. lib. de Sanct. Virg. cap.8.

*Virginitas cœleſtis Virtus.* D Cyrill. Jeroſ. D.Iſidor. D.Damaſc. D.Auguſt.

95. 1.Cor.15. Ait Paulus 1. Corinth.15. n.47. & 48. *Primus homo de terra terrenus: ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales cœleſtes*: D. Cyprianus de diſciplina, & habitu Virg. ſingulariter locum interpretatur, per terrenos intelligens lavacri baptiſmo regeneratos; per cœleſtes vero, Virgines. Omnes enim, *qui ad divinum munus, ac ad patrimonium baptiſmi*, inquit ipſe, *ſanctificatione perveniunt, hominemque veterem gratiâ lavacri ſalutaris deponunt, & innovati Spiritu Sancto a ſordibus nativitatis antiquæ, iteratâ nativitate purgantur.* Adhuc tamen eos *terrenos* appellat Cyprianus; nam licet in Baptiſmo peccatorum ſordes depoſuerint, tamen limum humanæ

D.Cyprian.



manæ conditionis non excuſſerunt: *Sed nativitatis iteratæ vobis* (ô Virgines) *major ſanctitas, & veritas competit, quibus deſideria jam carnis, & corporis nulla ſunt. Sola in vobis, quæ ſunt virtutis, & ſpiritus, ad gloriam remanſerunt. Apoſtoli vox: Qualis terrenus, tales & terreni; qualis cœleſtis, tales & cœleſtes*: Ingens Virginitatis laus. Homines poſt cœleſte Baptiſmi lavacrum nitentes, adhuc *terrenos* dicit, tanquam immerſos in humana conditione, in varios appetitus diſtracta: at Virgines cœleſtes appellat, *in quibus jam carnis, & corporis deſideria nulla ſunt*: ſua puritate in tantum evehuntur, ut ſuperiores jam humana natura, ad cœleſtem, & Angelicam conditionem ſubleventur, & ad majorem gloriam, & ſplendorem: *Sola, quæ ſunt virtutis, ac ſpiritus, ad gloriam remanſerunt*: ut jam tanquam cœleſtes, ac Angelici habeantur; imò & Deo maximè ſimiles fiant. D.Baſilius Mag. lib. de Virgin. inquit: *Magnum quiddam, ac præclarum Virginitas eſt, quæ (ut totum ſimul explicem) hominem incorruptibili Deo ſimillimum facit.*

*Virginitas ſuper cæteros juſtificatos evolat.* *Virginitas valde ſimilis Deo.* D.Baſil. Mag.

96. Matth.5. Secundo reſpondeo ad quæſtionem: Octo beatitudines enumerat Chriſtus D. Matth. 5. n.2. primæ, & ultimæ, ſcilicet *Beati pauperes, & qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam.* Idem promittitur præmium, Regnum Cœlorum, ſub illiſque, tanquam ſub principio, ac fine, clauditur omne premium; idemque in mercedem aſſignatur Virginibus: *ſunt, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum*: ac ſi illis omnis corona, omnis retributio conveniat: Ipſa enim excelſa, & valde ſublimis eſt, omnem noſtram conditionem, & captum tranſcendens, ut de ea dixit B. Aldamus de laudibus Virginitatis, cap.7.

*Virginitas ita excellens eſt, ut non valeat humanus ſermo ejus laudes declarare.* D.Aldamus.

97. Matth.19. Ait Chriſtus in præſenti: *Non omnes capiunt verbum iſtud; ſed quibus datum eſt*: & ſtatim, *Qui poteſt capere, capiat*: tam alta, & ſublimis res eſt Virginitas, ut ejus excellentias, ac laudes non poſſint omnes capere, & intelligere, ſed quibus datum eſt à Deo. D. Zeno Veronenſis ſerm. de Pudicitia, ſic ait: *Pudicitia nominum proprietates univerſis affectibus præſtat: hæc in utroque ſexu conſpicua, in omni ætate miranda, in quavis conditione non dubia, ſibi ſoli devota* (perpende verba) *ſemper bene conſcia, prorſus nulli rei ſubjecta, unum tantummodò metuens, ne ſit amplius, quàm vocatur.* Magna pudicitiæ exaggeratio, cùm in omnibus ſit ſecura, unum tantùm timet, & licèt humilis, ſobriè ſibi cavet, ne minori laudatorio ſermone prædicetur, quàm ipſa in ſe ſit: Virginitas ſic magnificè de pudore uni Deo conſecrato concipit, ut hoc unum metuat, *ne ſit amplius, quàm vocetur.* Ipſe major eſt omni laude: *Non omnes capiunt verbum iſtud.* Quamvis virginitas multum laudetur, cùm ſit virtus de cœlo accerſita, & in terris verna, ac florens; hoc tantum timet ne minùs de ea in terris dicatur, ac concipiatur, quam ipſa in ſe ſit, cum omnis noſtra laus ei videatur diſpar, nulluſque noſter laudatorius ſermo ſit æqualis: *Et hoc unum metuat, ne ſit amplius, quàm vocetur.*

D.Zeno. *Quidquid de Virginitate dicitur, minus eſt ipſa.*

98. 2.Cor.11. Ait Paulus 2. Cor.11. n.2. *Deſpondi enim vos uni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto.* De his virginibus nuptis Chriſto, præclare ait Theophylact. *Novum hic quiddam in Eccleſia contigit. In mundo enim poſt nuptias, non porrò virgines manent: hic autem, qui ante has virgines non fuerunt, poſt nuptias haſce, virgines efficiuntur.* Vide admirabile ſpiritualis connubii cum Chriſto Sacramentum magnum, & inauditum, quia virgo nuptias contrahens cum Chriſto, de ſua virginitate nihil amittit, ſed magno incremento virginitatis floret, & exornatur: *Virginem caſtam.* Quid dicis Doctor Gentium; ſi virgo, caſta eſt, cur ergo dicis Virginem caſtam, quæ non ſolùm oportet, quod ipſa ſit virgo; ſed inſuper requiritur, quod in ſuis greſſibus operibus, ac actionibus ſuam virginitatem, ac caſtitatem præbeat, & oſtendat. In rem noſtram accipe Magn Baſilium de Laude Virgin. per hæc encomia de illa differentem: *Virgo Chriſti vas animatum, caſtitatis imago, virginitas ſupra naturæ legem, virginitas hominem ſimillimum Deo facit, virginitas vitam noſtram de corruptione ad gloriam colligit.* Multa præclare de virginitate encomia profert Sanctus Doctor: Quod ſit *Chriſti vas animatum*: & iterum, quod etiam nos degentes in hac vita, *de corruptione ad gloriam colligit.* Illud tamen expendo, quòd à Sancto Doctore dicitur, *Virginitas caſtitatis imago*: Imago eſt quædam umbra rei repræſentatæ per illam, quæ illius perfectionem perrarò in humanis adæquat: Virginitas excellentior eſt caſtitate, quomodo ergo illius imago dicitur? Magno encomio Virgnitas à Baſilio extollitur, cùm Virginitas ſupra naturæ legem ſit, cognata Angelis, confinis Deo: nil de ea dici poteſt, quod ejus perfectionem adæquet; major eſt enim omni laude, nec in humano colloquio aliquid invenitur, quod eam poſſit explicare, niſi per illud, quod eſt minus ipſa. In humanis non eſt aliquid, quod ſit compar virginitati: ergo ipſa non poteſt declarari per id quod ſit ei adæquatum, ac proportionatum; inde cogimur ad ejus laudem aliquid aſſumere, quod minus ſit ipſa. Nam *Virginitas*, ut ait Zeno ſupradatus, *ſemper bene conſcia, prorſus nulli rei ſubjecta, unum tantummodo metuens, ne ſit amplius, quàm vocatur.* De Virginitatis laudibus vide multa in noſtris libris, verbo *Virginitas*, in Indice. Et maximè tom.2. in Apocal.

Theophyl. *Virgo debet talem ſe exhibere in ſuis actionibus.* D.Baſil. *Tam excelſa Virginitas, ut non poſſit explicari prout eſt in ſe.* Zeno.

## *OBLATI PARVULI.*

*Matt.19.v.13.* Tunc oblati ſunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret & Diſcipuli autem increpabant eos.

### *VERSIONES.*

*Perſicus.* Tunc pueruli ad eum venerunt, &c. Diſcipuli autem eis puerulis reclamarunt.

*Clem. Alex.* Et adduxerunt ei ad impoſitionem manuum.

*Syrus.* Et diſcipuli objurgaverunt eos.

*S.Epiphanius.* Et repellebant eos.

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc.10.v.13.* Et offerebant illi parvulos, ut tangeret illos: Diſcipuli autem comminabantur offerentibus.

*Luc.15.n.15.* Afferebant autem ad illum infantes, ut tangeret eos: quod cùm viderent diſcipuli, increpabant illos.

## *EXPOSITIO VII.*

99. Maldonat. Barradas. D.Chryſ. D.Paſchaſ. D.Matth. D.Marc. D.Lucas.

TUNC: Aliqui authores, ut Maldonat. Barradas, dicunt quod hæc non fuerint connexa cum antecedentibus; tamen hæc particula, *tunc*; videtur maxime ſignificare connexionem; ut D. Chryſoſt. in Imperfecto, hom.32.D.Paſch.lib.9.in Matth. qui notant; quod poſtquam Dominus locutus fuiſſet de caſtitate ac puritate, *Talium eſt regnum cœlorum*, tunc tanquam bona occaſione nata, *Oblati ſunt ei parvuli*: ſcilicet à parentibus, ac nutritiis D.Matth. & Marcus habent, *parvuli.* Lucas verò, *infantes.* Infantia primo ætatis ſeptennio definitur, ac terminatur: parvuli jam ætate ſunt majores, ut ait Lyranus, omnes in illa puerorum turba, infantes, parvuli, fuerunt oblati, ut ait D.Paſchaſ. ad oſtendendum quod nullam ætatem reſpuit Dominus.

*Chriſtus nullam reſpuit ætatem.*

100. *Manus imponere, id eſt, benedicere.*

*Ut manus eis imponeret, & oraret*: ut orando eis manus imponeret, quod eſt benedicere, ut ita in viros ſanctos ac ſapientes creſcerent, ſciebant enim, quòd illi qui à Chriſto D. benedictionem accipiebant, multa dona, ac beneficia ab eo impetrabant: deinde, quia erat ſolemnis conſuetudo apud Hebræos, ut minores acciperent benedictionem à majoribus, ut dicam inf.q.14.

101. Imperfect. Euthym. Theophyl. D. Hieron.

*Diſcipuli autem increpabant eos*: D. Marcus habet? *Comminabantur*: & D. Lucas, qui modi dicendi indicant, quod prohibebant, quod faciebant diſcipuli, quia ut cum Imperfecto exiſtimant Euthym. Theophylact. indignum putabant, quod Divinus Magiſter cum pueris ageret, qui cum ſenioribus populi, & Scribis, ac Phariſæis continuum habebat negotium; vel quia, ut ait D. Hieron. videbant fidem offerentium eſſe parvam, ac indignam tantorum beneficiorum, & nolebant ſuâ importunitate offerentes Magiſtrum laſſari.

---

## QUÆSTIO XIII.

### *Quare parvuli offeruntur Chriſto Domino?*

102. D.Ambr.

POſt datam doctrinam de Eunuchis, parvuli offeruntur Chriſto D ut jam dixi in Expoſitione, & notant D.Ambr lib.3.in Luc. *Ideo*, inquit, *poſt hoc verbum, offeruntur pueri ad benedicendum, qui corruptelæ expertes, integritatis munus immaculata ætate ſervarent*: talium enim eſt regnum cœlorum, *qui in puerilem caſtimoniam, tanquam in naturam infantium corruptelæ ignoratione, remeaverit*: quia Chriſtus pueris, & caſtis promittebat regnum cœlorum, inde à parentibus, & nutritiis offeruntur, ut neſcientes carnis corruptionem, Chriſti benedictione tantum bonum aſſequantur, quia ad tantum donum obtinendum non ſufficit, quod ſint pueri, & immundi ſed inſuper requiritur Chriſti benedictio, ſeu ejus gratia.

*Virginitas, ſive gratia Chriſti, non obtinet regnum Cœlorum.*

103. Origenes.

Origenes in præſenti ait, quod pueri fuerunt oblati ab Angelis, ſed valde obſcurè, & myſticè loquitur: ſine dubio fuerunt oblati à ſuis parentibus, vel conſanguineis: vel die pro mente Origenis, quòd hæc oblatio puerorum facta fuit ab eorum parentibus, ſolicitudine, ac interventu ſuorum Angelorum cuſtodum.

*Angeli cuſtodes pronobis ſoliciti.*

104. *Parentes pro filiorum bono ſoliciti.*

Reſpondeo juxta proximè dicta, quod patres, matres, ac conſanguinei moti admirabili Chriſti doctrina, videnteſque Chriſti miracula, ut dicitur hoc capite, ſuorum allecti amore, ſuos parvulos obtulerunt, ut eos benedictione manuum benediceret, ut tantorum beneficiorum illius participes fierent.

105. Janſenius. Maldonat. Cornel. Euthym. Theophyl.

Secundò, & aliter Jenſenius, Maldonatus, ac Cornel. à Lapide, intendunt hoc colligere ex Euthymio, Theophylacto, quod iſti malevolo animo, pueros ſuos offerebant Chriſto, ut ita Chriſtum majoribus rebus multùm occupatum, ad parvulos rationis expertes avocarent, ac ſi vile, & quaſi indignum Chriſto tanto Propheta eſſet cum pueris agere: At Chriſtus D. omnium princeps, ac Rex regum, Dominus dominantium, cunctis magnatibus præbens exemplum, omnibus etiam parvulis, pauperibus, fœminis ad ſe facilem dat aditum, eorumque preces; & vota benignè audit, ac exaudit Hinc Titus, Veſpaſianus, teſte Suetonio, ſolebat dicere: *Non oportere quemquam à ſermone Principis triſtem diſcedere*: & de Trajano ait Plinius in Panegyrico: *Nulla in audiendo difficultas; nulla in reſpondendo mora; audiuntur ſtatim, dimittuntur ſtatim* Similiter Alexander Severus, de quo refert Lampridius, quod *Moderationis tantæ fuit, ut nemo unquam ab ejus latere ſubmoveretur: ita ut omnibus ſe blandum, affabilemque præbebat, ut amicos non ſolùm primi, & ſecundi loci, ſed etiam inferiores inviſeret.*

*Principum nobilitas omnes excipere, & de parvulis agere.* Titus Veſp. Trajanus. Alex.Sever.

106. Matth 8.

Ille illuſtriſſimus militiæ princeps, cùm introiſſet Capharnaum JESUS, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: *Domine puer meus jacet in domo paralyticus, malè torquetur*: Matth.8 n.5.& 6.Centurio ille milites veteranos, robuſtos, ac magnæ authoritatis habebat ſub poteſtate ſua, ac imperio: cur ergo ſic anxiatur, ac affligitur pro uno puero jacente, ut non per nuntium, ſed per ſuam propriam perſonam illius ſalutem à Chriſto ſolicitet. In nobili ac magno principe, tanta militum copia, tantorumque fortium comitatus non potuit ſopire curam, ac ſolicitudinem unius periclitantis pueruli. D. Baſil. Seleucus Orat.19.ait: *Non præ voluptate, quam ex numeroſo ſatellitio capiebat, pueri immobilis oblitus eſt, verùm obibat inveſtigans periculo remedium; nec à cura dum ipſe in curationis fontem incideret*: ſcilicet eſſe vacuus.

*Princeps etſi multos habeat, de ſubdito periclitante agat.* D.Baſil. Sel.

107. Job.29.

Job.29.n.5. ait de ſe: *Quando erat Omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei. Quando lavabam pedes meos butyro: & petra fundebat mihi rivos olei. Quando procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant cathedram mibi.* Multis, ac glorioſis ſplendoribus fulgebat Job, cùm illi Dei benignitas aſtaret; pueri multi aſtantes, & inſervientes, qui ei cathedram judicialem ponebant, multiſque magnis, ac ſplendidis apparatibus nitebat. Vide tamen quod ipſe de ſe dicat: *Pater eram pauperum, & cauſam, quam neſciebam, inveſtigabam*: in tam amplo ſervorum circunſtante ſatellitio, in tam abundanti rerum copia, pauperis, ac miſeri non obliviſcebatur: ſed inde novam obligationem ſibi

*Princeps in nulla celſitudine de minimis, ac pauperibus obliviſcatur.*



ſibi advocabat, ut de miſero inquireret, de paupere inveſtigaret, ne miſer jaceret, & pauper periret: Pulchrè D. Chryſoſtomus in Catena Græca ait: *Nec enim dixit, quæſivi cauſam: quam ignorabant, ſed inveſtigavi, ſcrutatus ſum, ſtudioſius diſquiſivi: omnia novi, ut calamitoſos reperirem, neve quiſpiam violatus injuria uſpiam lateret. Genus præfecturæ vides*: Expende ultima verba: *Genus præfecturæ vides*, quod omnes principes ebibant, ac fixum teneant in mente.

D.Chryſ.

---

## QUÆSTIO XIV.

### *Quare offerentes pueros Chriſtum deprecabantur, ut ſuper eos manus imponeret, ac oraret?*

108. *Solemnis antiqua conſuetudo benedicendi.* Gen.48. Eccleſ.3. Luc.4. Marc.16. Actor.9.

ISti hanc petitionem faciunt Chriſto D. ut manus ſuper pueros imponeret, & orando eis benedictionem impenderet, quâ divinâ gratiâ; ac cœleſtibus beneficiis replerentur. Antiquiſſima fuit Hebræorum conſuetudo, ut teſtatur D. Remig.& colligitur ex Gen.48.n.14. ubi Jacob cancellatis manibus in modum crucis, benedixit Ephraim, & Manaſſe filiis parvulis Joſeph: ſic & Eccleſ.3.n.11.dicitur: *Benedictio Patris format domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Quam antiquorum conſuetudinem Chriſtus D. Etiam tenuit Luc.4. n.40. *Dominus ſingulis manus imponens curabat eos*: Marc. ult. n.18. mandavit ſuis Apoſtolis, *Super agros manus imponent, & bene habebunt*: & de Paulo dicitur Actor.9. n.12. *Vidi virum Ananiam nomine introëuntem, & imponentem ſibi manus.* Hinc apud Chriſtianos, maximè conſuetudo derivata eſt: ut laici, maximè pueri, à ſenioribus, ac ſacerdotibus benedictionem petant.

109. Origenes.

Hoc parentum ſtudium circa filios, ut ſuper eos Dominus manus imponat, eleganter explicat Origen. apud D. Thom. & ait: *Jam ex præcedentibus virtutibus ejus expertes erant, quoniam per impoſitionem manuum ejus, & orationem repelluntur mala: offerunt ergo ei pueros confidentes quoniam impoſſibile eſt; ut poſtquam per tactum Dominus dederit eis divinam virtutem, ruina, aut damnum aliquod tangere eos poſſit.* Audierant parentes, quanta bona communicabantur univerſo populo, per Domini tactum, ut mulier illa; quæ patiebatur ſanguinis fluxum: inde filios ſuos Chriſto offerunt, ut ejus tactu ab omni malo liberentur, omnibuſque bonis repleantur.

*Patres maxime ſoliciti pro filiorum bonis.*

110. 1.Tim.2.

Et maximè puritate, ac caſtitate (de qua Dominus antecedenti verſu 12. immediatè antea tractaverat, de qua maximè erant Patres ſolliciti in filiis ſuis,) maximè condecorantur ac nobilitantur parentes, ait Paul.1. ad Tim.2. n.15. *Mulier ſeducta in prævaricatione fuit. Salvabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate* D.Hier. lib.1. in Jovinian. ultima verba legit; *& ſanctificatione cum caſtitate*: nota verba, *Salvabitur per filiorum generationem.* Ac ſi ſalus, & magna parentum felicitas non ſolùm ex propriis virtutibus, etiam ex filiorum probitate ſanctis parentibus proveniat, & ex quibuſnam filiorum virtutibus tanta majoribus gloria contigit? Maximè ex caſtitate, caſta filiorum ſoboles præclarum parentum ornamentum, quo eorum ſalus maximè coaleſcit, ac componitur. D. Hier.cit. *Tunc ergo ſalvabitur mulier, ſi illos genuerit filios, qui virgines permanſuri ſunt: ſi quod ipſa perdidit, acquirat in liberis, & damnum radicis, & cariem, flore compenſet; & pomis.*

*Caſtitas filiorum ornamentum, ac virtus parentum.* D. Hieron.

111. 1.Reg.3. 1.Reg.8.

Valde nota ſunt mala, quæ venerunt ſuper domum Heli, de quibus dixit Dominus ad Samuelem 1. Reg. 3. n.12. *Suſcitabo adverſus Heli omnia, quæ locutus ſum ſuper domum ejus. Incipiam & complebo. Prædixi enim ei, quod judicaturus eſſem domum ejus in æternum, propter iniquitatem ejus, eo quòd noverat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos.* Samuel etiam, ut conſtat ex ſcriptura, habuit filios depravatos, & tamen hoc non imputatur ei ad culpam. Cur ergo potiùs Heli, quam Samueli delicta filiorum imputantur? De filiis Samuelis dicitur 1.Reg.8. n.3. *Quod declinaverunt poſt avaritiam.* At de filiis Heli habetur c 2. n.11. *dormiebant cum mulieribus, quæ obſervabant ad oſtium tabernaculi.* Et non alia peccata; ſed ea maxime, quæ ad caſtitatem ſpectant, parentibus referuntur, eoſque maculant, ac fœdant. Procopius in Gloſ. *Quare Samuel non luit pœnas propter ſcelera filiorum, ſicut Heli! Iſti in homines injurioſi, illi in Deum impii fuerunt. Neque enim illi violaverunt matrimonia. neque libidinibus injuria affecerunt divinum tabernaculum. Eos autem ſolùm accuſat, quod corrumperentur muneribus.*

*Defectus caſtitatis in filiis maximum nocumentum parentibus.* Procopius.

---

## QUÆSTIO XV.

### *Quare Diſcipuli increpabant offerentes pueros Chriſto?*

112. D.Matth. D.Luc. D.Marc.

D Matthæus, ac D.Lucas eodem verbo, *Increpabant*, utuntur. D.Marc. habet, *Comminabantur*: In radice Græca idem eſt, ac *increpabant*: & ſignificatur, quod diſcipuli magno, ac ferventi zelo increpabant. Cur id fecerint? eſt præſens quæſtio.

113. D.Chryſ. Abulenſ.

Reſpondet primò D. Chryſoſt. *Diſcipuli expellebant pueros cauſa dignitatis Chriſti.* Chriſtus D. ſummæ, maximæ authoritatis erat; pueri autem ſimplicitate mentis nullius reverentiæ ſunt capaces: ergo ne irreverenter ad Chriſtum accederent, inde diſcipuli eos prohibebant; & hæc ſententia eſt Abulenſ. hic, q.99. quia Chriſtus dixit: *Sinite parvulos venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum.* Nulla major poteſt eſſe dignitas, quam poſſeſſio regni cœlorum, & ita pueri ſunt magnæ dignitatis, & non fuerunt ſeparandi à Chriſto.

*Illi admittendi, qui ſciunt dare reverentiam.*

114. D. Hieron.

Secundò D. Hieron. apud Catenam D.Thom. *Increpabant eos, non quia nollent eis Salvatoris & manu, & voce benedici, ſed quod nondum habentes pleniſſimam fidem, putarent eum in ſimilitudinem aliorum hominum offerentium importunitate laſſari.* Tamen ingens Chriſti charitas nullo labore, nulloque modo fatigabatur, ita ut etiam aliquando volens ipſe ſedere ad capiendum cibum, & cùm adveniſſent turbæ, ſurrexit ad prædicandum: *Tunc Diſcipuli exierunt tenere eum, dicentes: Quoniam in furorem verſus, eſt,* Marcus 3 n. 21. quodammodo videbatur extra ſe, ac mente alienatus ex magna ſua pietate, ac eximio zelo ſalutis animarum Beda ait

*Chriſtus pro ſalute hominum tanquam alienus mente videbatur.* Beda.

*Quoniam altitudinem ſapientiæ, quam audiebant, capere non poterant, dicebant: Quoniam in furorem verſus eſt.*

113. Theophyl. Tertiò Theophylactus inquit: *Afferebant matres pueros, ut benedicerentur manuum Chriſti contactu. Incompoſiti autem, & turbati accedebant ad eum, & propterea prohibent Diſcipuli, quòd exiſtimarent hoc derogare doctrinæ ejus authoritati, & ſic offerentur ei parvuli.* D.Ambr. Et D. Ambroſius in Lucam ait: *Non faciebant hoc diſcipuli invidia in pueros, mentis aſperitate, ſed ſedulæ virtutis obſequia Domino deferebant, ne comprimeretur à turbis.*

116. Quod patet, quia cùm tantâ vehementiâ turbæ appropinquare vellent ad Chriſtum, ut comprimerent illum, ſic dixit Petrus Chriſto: Luc.8. n.45. Luc. 8. *Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt: & dixit JESVS, tetigit me aliquis:* & ratio accedendi ad eum erat, quia omnes quærebant eam tangere, *quia virtus de illo exibat & ſanabat omnes:* & aliquando ad cavendam compreſſionem recedebat paululum à turba, ponens ſe in loco ad quem turbæ non poterant accedere: & ſic contigit, cùm eſſet aliquando in littore maris, & prædicare vellet: ne à circunfuſa turba opprimeretur, aſcendebat in naviculam, de qua prædicabat ad turbam ſtantem in littore, ut dicitur Luc.5. n.1. Luc.5. *Factum eſt autem cum turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth: aſcendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere puſillum, & ſedens docebat de navicula turbas.* Et quia iſti offerentes pueros, & fortè propter importunitatem, & impetum offerendi, irruebant in Chriſtum, & non tractabant eum tam reverenter, ut decebat; ideo diſcipuli non ferentes hoc increpabant eos, ſeu, ut habet D. Marcus, fremebant in eos.

*Sape turba tanta vehementia volebant appropinquare ad Chriſtum, ut eum comprimerent.*

*Matt.19.n.14.* Jesus vero ait eis: ſinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire; talium eſt enim regnum cœlorum.

*Num.15.* Et cùm impoſuiſſet eis manus, abiit inde.

## VERSIONES.

*Syrus.14.* Neque prohibeatis eos, eorum enim, qui ſunt ſicut iſti, eſt regnum cœlorum.

*Syrus.n.15.* Impoſuit, & abiit hinc.

*Perſicus.* Quia regnum cœlorum proprium eſt illorum.

## ALTER TEXTVS.

*Marc.10.n.14.* Quos cùm videret Jesus, indignè tulit, & ait illis: ſinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos; talium enim eſt regnum cœlorum.

*Num. 15.* Amen dico vobis: quiſquis non receperit regnum Dei, velut parvulos, non introibit in illud.

*Num.16.* Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.

*Luc.18.n.16.* Jesus autem convocans illos dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium eſt enim regnum Dei.

*Num.17.* Amen dico vobis, quicũque non receperit regnũ Dei, ſicut puer, non intrabit in illud.

## EXPOSITIO VIII.

*JESVS autem ait eis*, ſcilicet diſcipulis; 117. nam cùm ipſe videret, quòd prohibebant offerentes pueros accedere ad illum ob illius reverentiam, ut dictum eſt ſuperiori quæſtione, ait D.Marc. quod *JESVS indigne tulit:* ut ex Græco habetur, *moleſtè tulit*: nam potiùs Chriſtus attendebat ad noſtram ſalutem, quàm ad ejus reverentiam: *ſinite parvulos ad me venire*: ſub præſentibus pueris verè parvulos intelligens, ſcilicet parvulos humilitate, ſimplicitate, candore, innocentiâ, ac ſine ullo mundano affectu: *talium eſt regnum cœlorum*: non dixit, iſtorum eſt regnum cœlorum; ſed *talium*: qui ſunt in ætate adulta ſicut pueri innocentiâ, ac ſimplicitate. Ita Origen. D.Hieron. D. Auguſt. Beda, Theophyl. Euthym. D.Thom. pro quo maximè facit lectio Syriaca, quæ ita habet: *Eorum enim, & qui ſunt ſicut iſti, eſt regnum cœlorum.* Et maximè confirmatur ex textu Marci; & Lucæ: *Quiſque non acceperit regnum Dei, velut parvulus, non introibit in illud:* id eſt, quiſque humiliter factus tanquam parvulus non ſe diſpoſuerit ad regnum Dei accipiendum, non intrabit in illud.

D.Marc. Græc.

*Regnum cælorum, humilium, ac ſimplicium.*

Origenes. D.Hieron. D.Auguſt. Beda. Theophyl. Euthym. D.Thom.

*Regnum Cœlorum*: D. Iſidor. Peluſiota epiſt. 118. 440. Euthym. Theophylact. hîc per regnum Cœlorum intelligunt doctrinam, ac prædicationem Evangelicam; & ita ait Beda in c.10. Marci; *Regnum Dei, id eſt, doctrinam evangelii, ſicut parvuli accipere jubentur; quia quomodo parvulus in diſcendo non contradicit doctoribus, neque rationes, & verba componit adverſus eos reſiſtens, ſed fideliter ſuſcipit, quod docetur, & cum metu obtemperat, & quieſcit: ita & nos obediendo fideliter, & ſine ulla contradictione verbis Domini, favere debemus.* Hæc moraliter ſunt dicta; tamen quoad literam intelligitur ipſa cœleſtis beatitudo. Ita Origenes, D. Aug. D.Chryſoſt. D. Paſchaſ. D.Remig. D. Thom.

Peluſiota. Euthym. Theophyl.

*Doctrina Evangelica cum ſimplicitate recipienda.*

Origenes. D.Auguſt. D.Chryſ. D.Paſchaſ. D.Remig. D.Thom.

*Et cùm impoſuiſſet eis manus:* Petitioni offe- 119. rentium condeſcendit Chriſtus cumulatè, ut explicat D. Marcus: *& complexans eos, & imponens manus ſuper illos:* ex radice Græca, ac ex Pagnino habetur, *Cùm accepiſſet in ulnas:* Plus Chriſtus concedit, quàm poſtulatur; poſtulabatur manuum impoſitio; ipſe ultra concedit amplexus & ulnas, ut Evangeliſta explicat, quod Chriſtus ſuper eos impoſuerit manus, non tamen, quod oraverit; tamen benè colligitur ex D. Marco, qui ait: *& imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.* Benedictio autem datur manuum impoſitione, ac oratione, ut eſt in communi uſu.

Græcus. Pagnin.

*Chriſtus plus concedit, quàm poſtulatur ab eo.*

Rogabis:



120. Rogabilis: Quid Chriſti benedictio his parvulis contulerit? ſine dubio talis Chriſti benedictio fuit parvulis valde utilis, ac proficua, ſiquidem Dei benedicere, eſt benefacere. Chriſtus Deus parvulis benedixit, etiam benefecit, beneficiumque aliquod eis largitus eſt, gratiam nempe, & à dæmone, ac multis malis præſervationem; hac enim intentione offerentes poſtulabant à Chriſto benedictionem, ut tenet Origenes datus q. 14. & Chriſti benignitas ſuperabundat petentium orationem.

*Chriſti benedictio. multa bona contulit ultra petita.*

## QUÆSTIO XVI.

### *Quare totum negotium Chriſto JESV eſt, ut mente efficiamur parvuli?*

121. PRohibebant Apoſtoli, ne parvuli accederent ad Jesusm, quod Dominus, ut ait D.Marc. *indignè tulit*, id eſt, moleſtè tulit, & ait: *Sinite parvulos venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum*: non ait, iſtorum, *talium*, qui mente, & animo ut parvuli tales ſunt: ſic dicebat Paulus 1.Cor.14.n.20. *Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitiâ parvuli eſtote.* Ex Græco: *Sed mente, & intellectu parvuli ſtate.* Pſal.8.n.3. *Ex ore infantium, ac lactentium perfeciſti laudem*: Per lactentes, Apoſtolos interpretantur Beda, D.Remigius, & alii, qui Chriſti uberibus dulciſſimo lacte humiliter enutriti, laudem, ac doctrinam Chriſti in toto Orbe prædicaverunt.

*Regnum cœlorum parvulis, ac humilibus datur.*

1.Cor.14. Græc. Pſalm.8.

Beda. D. Remig.

122. Ad quæſtionem: Apoſtoli cùm adhuc non eſſent illuſtrati lumine Spiritus Sancti, hanc doctrinam adhuc non intelligebant; & ideo putabant obſequium præſtare Chriſto, dum prohibebant pueros ad ipſum accedere; ablatis enim pueris, hoc eſt, ablatis exemplis humilitatis Chriſtianæ, non honor, ſed injuria Chriſti gloriæ irrogatur, quæ tota in humilitate, ſimplicitate, ac innocentia fundatur. D.Chryſ. in Imperfecto, hom.32. ait: *Diſcipuli pueros vetabant ad Chriſtum accedere, ad quorum ſimilitudinem ipſi fuerant invitati. Putabant enim ſe honorem facere Chriſto, damnum facientes gloriæ ejus.* Maximè deficeret gloria regni Chriſtiani, ſi minimorum grex deficeret, cum tota eorum gloria in humilitate radicetur.

*Chriſti regnum in humilitate fundatur.*

D.Chryſ.

123. Matth.18. Matth.18. n.2. *advocans JESVS parvulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, niſi efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Ad regnum cœlorum comparandum, exemplum ante eorum oculos parvulum conſtituit; cur non potius fortem, armatum ad rapiendum regnum cœlorum? *Nonne regnum cœlorum vim patitur? Nonne violentes capiunt illud.* Cur ergo ſolus parvulus in exemplum ſtatuitur? Tota negotiatio ad regnum cœlorum in eo recapitulatur, ac conſtituta eſt, quod tanquam parvuli in humilitate, ac ſimplicitate coarctemur. D.Chryſ. D. Chryſoſt. hom.59. in Matth. ait: *Rectè autem ante oculos monſtratione parvuli totam rem poſuit.* Expende ultima verba, non dicitur quod Chriſtus conſtituit totam rem, totumque negotium regni Chriſtiani in poteſtate, magnitudine, ac fortitudine, ſed *in parvuli oſtenſione*: quia cum quis parvulus, ac minimus animo; & mente efficitur, ibi ſibi totum cœlorum regnum comparat, & acquirit.

*Ille aptus ad regnum cœlorum, qui parvulus animo efficitur.*



Matth.2. ſcribitur n.16. *Herodes occidit omnes* 124. Matth.2. *pueros, qui erant in Bethleem.* Et quis Herodem ad talem necem perpetrandam excitavit? Diaboli ſine dubio inventum fuit, qui ſibi pro certo ſtatuit, Chriſti imperium totaliter evertere, ſi parvulos, eorumque exemplum, occideret ac deleret. D. Leo ſerm.5. in Epiph. ait: *Herodes in diabolo fremit, & auferri ſibi iniquitatis ſuæ regnum in iis, qui ad Chriſtum tranſeunt, ingemiſcit. Unde ſi parvulos interficiat. JESVM ſibi videtur occidere.* Tam vehementer Chriſti regnum in humilibus parvulis ſtabilitur, ut ſine illis ipſum magnum regnum Chriſti non poſſit conſiſtere.

*Sine parvulis Chriſti regnum non conſiſtit.*

## Reliquimus omnia.

## QUÆSTIO XVII.

### *Quare cùm Apoſtoli ſint judicandi, eis promittuntur ſedes in ultima die Judicis?*

125. DIxit Petrus ad Chriſtum D. hoc cap.19.n.27. *Ecce nos reliquimus omnia:* Quod Evangelium latè expendi tom.4.c.33. per quæſtiones 19. nunc autem expendimus præmium, quod Chriſtus aſſignat ad tantum opus Apoſtolicum, dicens: *Cùm ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraël*: Quod explicavi citato capite 33. q.10.11.& 12.13. 14. & 15. Nunc verò adde.

126. Et obiter nota, quod ait Chriſtus: *Cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ ſedebitis & vos judicantes*: Hoc eſt in extrema judicii die, ſedebitis vos judicantes: & tamen Matth.12.n.42. dicitur: *Regina Auſtri ſurget in judicio cum generatione iſta.* Regina aſtat, & humiles, ac pauperes piſcatores ſedent judicantes. Glorioſior ſanè, ac ſublimior Chriſtiana paupertas omni regali dignitate, ac majeſtate, pro quo vide multa in noſtris libris, verbo *Paupertas*.

Matth.12.

*Paupertas Chriſtiana illuſtrior omni regali majeſtate.*

127. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quomodo dicitur: *Sedebitis judicantes*, nam omnes, qui crimina commiſerunt, judicandi ſunt in extrema die: & Apoſtoli ante Adventum Spiritus Sancti, non extiterunt omninò expoliti ab omni defectu. Petrus negavit. Duo filii Zebedæi ambierunt primas cathedras, quod *audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus:* Matth.20.n.24. *& inter eos facta eſt contentio, quis eorum videretur eſſe major.* Luc.22. n.24. *& relicto eo omnes fugerunt*: Matth.26.n.56. ſtabunt ergo ut horum criminum cauſam dicant? tamen omnia illa Apoſtolico munere ſic evacuata, ac deleta, ac ſi nunquam extitiſſent: tam præclarum, ac excelſum eſt munus docendi gentes, illuminandi populos, eorum errores extirpando, ac vitia deſtruendo, ut hoc omnes humanos defectus videatur extinguere, ac abolere, & fragilitatem humanæ naturæ evacuare, & in aliam excellentiorem ſortem tranſmutare. Tertull. lib. 2. ad verſ. Marc. c.27. ait: *Nil tam dignum Deo, quam ſalus hominis*: de ea nempe agere.

Matth.20. Luc.22. Matth.26.

*Alios docere divinum munus & peccata extinguit.*

Tertull.

128. Cùm referuntur opiniones hominum quæ de Chriſto circunferebantur, alii Joan. Baptiſt. alii Eliam; alii vero Jer. aut unum ex Prophetis, Petrus pleno ore confitetur *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Ad quæ Chriſtus reſpondens, ait: *Beatus es*



*Simon*

*Simon Barjona, quia caro, & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cœlis: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi*

Matth.16. *non prævalebunt adverſus eam*: Matth.16.n.15.& 16.Petrus dum Chriſtum publicat, ac confitetur filium Dei, firmiſſima petra conſtituitur, adverſus quam portæ inferi non prævalebunt: & unde fieri potuit, ut homo natura fragilis evacuaverit quæ carnis erant, & in petræ firmitatem abierit? Petrus hac ſua confeſſione perfecit, de qua ait D.Gregor. Taumaturg. ſerm de Chriſti Baptiſmo: *His verbis cœlitus tonitrui in modum prodeuntibus, illuminatum eſt humanum genus*: & D.Paſchaſ.lib.8. in Matth. ait: *Petrus ſua confeſſione totum Orbem illuſtrat, & falſas Judæorum opiniones refutat*: Qui alios docet, illuminat, & ad viam ſalutis adducit, quæ hominis erant deponit, & ad ſupernam quandam conditionem elevatur, ut jam non homo, ſed petra dicatur qua Chriſto aſſimilatur: *Petra autem erat Chriſtus*. Ad hoc tendit D. Chryſoſtom. ſerm. 1. Pentecoſt. *Super hanc petram, non dixit ſuper Petrum, non enim ſuper hominem, ſed ſuper fidem ædificavit Eccleſiam ſuam. Quid autem erat fides? Tu es Chriſtus filius Dei vivi, qui eſt ſuper petram.*

D.Thaumaturg. D,Paſchaſ.

*Petrus illuminans mundum, ad aliam conditionem tranſit.*

D.Chryſ.

129. Iſai. 2. Extremam calamitatem denuntiat Iſaias 2. n. 12. *Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum... & ſuper omnes naves Tharſis.* Aliter ſe res habet cum navibus? quas commemorat David Pſalm.106. n.23. *Qui deſcendunt mare in navibus facientes operationes in aquis multis: ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo*: Naves; apud Iſaiam, ruinis premuntur; apud Davidem verò omni felicitate abundant. Unde potuerunt naves alias omni iræ, ac furori expoſitæ tantam comparare ſecuritatem, ut ad profunda Dei myſteria, ad illiuſque mirabilia ſupra humanam conditionem elevarentur; ex eo nempe, quod Magiſtri, ac Doctores, per naves ſignificati, ut tenent D.Auguſtinus, D.Hieronymus, D.Ambroſius, noſter Incognitus, & alii apud Lorinum: *Navis inſtitoris de longe portant panem ſuum*: Proverb.31. n.24. Naves ergo ſunt Prædicatores, ac Doctores, qui mente fixa in Deum deſcendunt ad erudiendos ac illuminandos ſuâ doctrinâ populos: *Aquæ multæ, populi multi*: Apoc. 17.n.15. Hi ex tali doctrina data in populis, ſic ſublimantur, ac elevantur ſuper omnem humanam conditionem ad profundiſſima, & altiſſima divina ſacramenta penetranda, ac ſi jam in ſuperno ordine ſuper humanas vires conſtituantur. Procopius in Iſaiam ait: *Neque iis navibus metuenda Domini dies eſſe poteſt, quia in aquis multis operationes faciunt, ideoque ad vitæ incommoda ſeſe dimittunt, ut eorum, qui in profundo demerſi ſunt, aliquos lucrentur. Unde opera Domini vidiſſe, id eſt, rei geſtæ mercedem, divinorum operum, rerumque in profundo mirabilium cognitionem percepiſſe dicuntur.*

Pſal.106. D.Auguſt. D. Hieron. D.Ambr. Incognitus. Lorinus. Prov. 31. Apoc.17.

*Qui alios docent, ad ſuperna elevantur*

Procopius.

## QUÆSTIO XVIII.

### *Quare dum Chriſtus ait: Centuplum accipiet, & Evangelicam paupertatem docet, lucroſam mercaturam videtur perſuadere?*

AIt Chriſtus D. in præſenti, n.29. *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* In quibus verbis dum Chriſtus D. nos exhortatur ad paupertatem Evangelicam, lucroſam avaritiam videtur inſinuare: & quænam ſumptuoſior mercatura, quàm dare unum, ut centuplum recipiat? quàm difficultatem agnovit D. Gregor. Magn.lib.2. homil.18. in Ezechielem, his verbis: *Omnis qui reliquerit domum, &c. centuplum &c. Neque enim Sanctus quiſque ideo terrena deſerit, ut hæc poſſidere in hoc mundo multiplicius poſſit: quia quiſquis terreno ſtudio terram relinquit, terram non relinquit, ſed appetit*: Ex quo colligit Sanct. Doctor., per hanc centenariam multiplicationem; altam, & conſummatam perfectionem denotari, & hoc dubium explicavi citato cap.33. quæſtionibus 16.17.18.& 19. Nunc adde. 130. Textus. D. Gregor. Magn.

131. D. Laur. Juſt. De hac re audiendus eſt D. Laurent. Juſtin. lib.de Ligno vitæ, cap.2 de Paupertate, qui ſic ait: *Non ſanctus vir ideo terrena deſerit, ut hic in hoc mundo poſſidere multipliciùs poſſit; ſed per contrarium numerum, quia à Domino pauperibus omnia qui propter Dei nomen temporalia contemnit, hic perfectionem mentis recipiet, ut ea non appetat, quæ contempſit. Centies verò recipit quod dedit, qui perfectionis ſpiritum accipiens, terrenis non indiget, etſi hæc non habet.* In quibus verbis illud in primis expende: *Hic perfectionem mentis recipiet, ut ea non appetat, quæ contempſit.* Sanè ampliſſima merces datur ei, qui pro Deo ſua dimittit: ut talem mentis perfectionem ebibat, ut nullius rei temporalis jam deſiderio tangatur, cùm in Jesu pro quo omnia dimittit, omnia habeat.

*Summa felicitas nil appetere, nec deſiderare.*

132. Pſalm.118. Oſtendens Regius Vates ſuam eximiam ſpiritu paupertatem, qua ab omnibus mundanis rebus erat denudatus, ait Pſal.118. n.57. *Portio mea; Domine, dixi, cuſtodire legem tuam*: Ac ſi dicat, quod nullam aliam habeat partem, poſſeſſionem, hæreditatem, ac rem aliam, niſi tantum divinæ legis obſervationem; & unde evenit, quod ſic quieſcebat in Dei lege, ut ipſa eſſet ei poſſeſſio, hæreditas, quia in ipſa habebat omnia, ut amplius nihil aliud quæreret, ac appeteret. D. Ambr. eleganter ibi: *Cui portio Deus eſt totius naturæ poſſeſſor eſt effectus, videlicet totius quidem cum Domino Dominus.* Ex eo quod homo omnia à ſe abdicavit, ac dimiſit, ut nullam aliam haberet partem, nec poſſeſſionem, niſi tantum Deum: inde cum Domino ſuo omnium factus eſt Dominus, ita ut nihil ei jam ſuppetat, quod appetat, ac deſideret.

*Qui Deum habet pro hæreditate niſi aliud quærit, niſi Dominum.* D.Ambr.

133. D. Laur. Iterum citati S.Patris Laurentii verba veniant ad examen: *Centies verò recipit, quod dedit, qui perfectum Spiritum accipiens, terrenis non indiget,*





*etſi hæc non habet.* Ecce grande, ac magnificum præmium, quod Chriſtus omnia relinquentibus ſui amore, promittit omnia deinceps non *appetere*, ut jam dixi, & inſuper ut *terrenis non indigeant*, & quæ major rerum abundantia, quàm nullius rei indigentiâ premi, & quæ major pax; ac animi quies, quàm quod ſit expers ab omni rei ſolicitudiue, ac curâ, & inde fit multipliciter ditior, unde pauperior credi poterat. In illa ſancta & primitiva Eccleſia, quotquot poſſeſſores agrorum, ac domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum ad pedes Apoſtolorum, nec quiſquam eorum aliquid ſuum eſſe dicebat: & quid inde conſequens fuit? *Neque enim quiſquam egens erat inter illos.* Actor. 4. num. 34. dimittebant omnia ſua pro Chriſto; inde immunes erant ab omni rerum indigentia ac preſſura.

*Quia ſua pro Chriſto dimittit, omnibus abundat.*

Actor 4.

134. Pſal.44. Pſalmographus loquens de Chriſto D. Pſ.44. n.4. ait: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Accincto gladio, ipſum potentiſſimum prædicat, & dicit, ſeu ut alii legunt, *potentiſſimum, magnificum*: ſed ad quid Chriſtum obarmat gladio, & ferro, cùm planum ſit, quod Chriſtus D. nunquam talibus uſus fuerit; & gladius in vagina reconditus abſque ullo ſui uſu, quomodo potentiſſimum, fortiſſimum, ac valde magnificum oſtentat, cùm nunquam gladius eſſet evaginandus? inde ſanè potentiſſimus ſumptuosè oſtenditur, cum talibus armis non indigeat; & inde eſt ea habere, ac ad vocem illa non habere, inde & ſumma opulentia declaratur, quod etſi habeat, non indigeat, Græci Patres commentantes prædictum Pſalmum, *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſimè: Dum autem armorum mentionem facit, vocat illum potentiſſimum, ut oſtendat eum illis minimè egere, & omnem victoriam dexteræ ejus attribuit, hoc eſt naturæ.* Inde potentiſſimus oſtenditur, quòd quamvis armatus ſit, arma illi neceſſaria non ſunt. Inde oſtenditur potentiſſimus miniſter Evangelicus; quod ſi facultates habere poſſet; illas dimittens, non indigeat.

*Potentiſſimus dicitur habere gladium, & gladio non indigere.*

Patr.Græc.

135. Exod.28. Mandavit Deus Moiſi, Exod. 18. num. 2. *Facies veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem.* Grandis quæſtio eſt Expoſitoribus, cur cùm veſtes providerit Dominus Aaroni, nunquam tamen legitur, quòd veſtes providerit Moiſi. Quæſtionem ſolvit D. Chryſoſtom. homil. ad prædictum locum Exodi, apud Bibliotheca.Photii, & ait: *Si Deus ſtolis illis acquieſcebat, quomodo Moiſem ante Aaron non induit: Ut diſcas non ea Deo potiora eſſe, & profectò ad ſui ornatum ſufficere virtutem.* Et quænam virtus ſufficiens fuit Moiſi ad ornatum? illa nempe, qua contempſit omnes divitias Ægyptiorum, *& negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis.* Hebr. 11. num.24. Inde non fuit neceſſaria veſtis a Deo proviſa, quia generoſa virtus, qua pro Deo omnia dimiſit, illi omnia ſuppeditabat, ut nullius indigentiâ laboraret.

*Moyſes omnia pro Deo dimittens, nulla re indiget.* D Chryſ.

Hebr.11.

# CAPUT XX.

SIMILE eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit pri-
mo mane conducere operarios in vineam ſuam. 2. Conventione au-
tem facta cum operariis ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam.
3. Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos.
4. Et dixit illis, ite & vos in vineam meam, & quod juſtum fuerit, dabo vobis
5. Illi autem abierunt. Iterùm autem exiit circa ſextam, & nonam horam: & fe-
cit ſimiliter 6. Circa undecimam verò exiit, & invenit alios ſtantes, & dicit illis;
Quid hîc ſtatis tota die otioſi? 7. Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis:
Ite & vos in vineam meam. 8 Cùm ſero autem factum eſſet, dicit Dominus vineæ
procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis, mercedem, incipiens à noviſſimis
uſque ad primos. 9. Cùm veniſſent ergo, qui circa undecimam horam venerant,
acceperunt ſingulos denarios. 10. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt, quod
plus eſſent accepturi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios. 11. Et acci-
pientes murmurabant adverſus patremfamilias. 12. Dicentes: Hi noviſſimi una
hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portavimus pondus diei, & æſtus,
13. At ille reſpondens uni eorum dixit: Amice, non facio tibi injuriam: nonne
ex denario conveniſti mecum? 14. Tolle quod tuum eſt, & vade: volo autem &
huic noviſſimo dare ſicut tibi. 15. Aut non licet mihi, quod volo facere? an ocu-
lus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum. 16. Sic erunt noviſſimi primi, & primi
noviſſimi: multi enim ſunt vocati pauci verò electi. 17. Et aſcendens Jeſus Jeroſo-
lymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò, & ait illis. 18. Ecce aſcendimus Je-
roſolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & con-
demnabunt eum morte. 19. Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellan-
dum, & crucifigendum, & tertia die reſurget. 20. Tunc acceſſit ad eum mater fi-
liorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans, & petens aliquid ab eo 21. Qui dixit ei,
Quid vis? Ait illi, dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus

ditionis hîc proponuntur, & recipientium eum, & non recipientium: Cùm de recipientibus eſt ſermo, præmium eis aſſignatur; ſubditur: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Cùm autem de non recipientibus agitur, nulla in eos infligitur pœna, ſed ſimpliciter tantum dicitur, *& ſui eum non receperunt:* & ſicut Deus ſe recipientibus dat munera, ſic & non recipientibus pœnam: ſi ergo illorum merces declaratur, cur etiam eorum caſtigatio non exprimitur? Sanè nulla gravior pœna poterat in eos contorqueri, quàm quod ad domeſticos Dei non pertineant, nec ſecum Deum habeant, ſed longiſſimè ab eo diſtent.

*Duriſſima hominis pœna, quæ Deum ſecum non habeat.*

D.Chryſ. D. Chryſoſtom. homil 9. in Joan. ſic ait: *Quid non dicis nobis Joannes eorum etiam ſupplicium, qui eum non receperunt, ſed tantum quod à ſuis minimè receptus eſt: quod autem ſupplicium ex hoc eis maneat, ſilentio præteriſti: quânam igitur gratiâ id ſubticuiſti?* & quodnam majus ſupplicium eſſe poteſt, quàm nolle fieri filios Dei?

---

## Acceſſit Mater filiorum Zebedæi.

### Quæstio III.

### *Quare dum mater poſtulat pro filiis, repulſam inſcientiæ patitur?*

11. Textus. AIt Sacer Evangeliſta num. 10. quod poſtquam Dominus diſſeruit de ſua morte, ac paſſione: *Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans, & petens aliquid ab eo.* Quod Evangelium explicavi to.4. cap.37. per decem & ſeptem quæſtiones. Ubi de hac re multa dixi. Nunc verò Adde.

12. Primò, petit mulier pro duobus filiis: *Dic, ut unus ſedeat ad dexteram, & unus ad ſiniſtram.* Non ait: Impera, ut ſedeant, ſed *Dic*; agnoſcebat efficaciam, & veritatem divini Verbi, quod idem erat, quòd Deus diceret, ac quod adimpleretur, & fieret, quod dicebat. Deinde Nota, quod mulier ait: *Dic, ut hi duo filii mei ſedeant, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram.* Non ait, ut Jacobus ſedeat ad dexteram, Joannes ad ſiniſtram, vel vice verſa; quia etſi primas ſedes velit filiis impetrare, tamen eas inter filios dividere, & uni aſſignare dexteram, alteri ſiniſtram, ab hoc abſtinet mulier. Nil ſane periculoſius, quàm dignitates, ac munera dividere. Accepit Chriſtus D. illum divinum calicem ſuis manibus, in quo omnia divina beneficia, tanquam in compendio continentur, & ait ſuis diſcipulis: *Accipite, & dividite inter vos.* Luc. 22. n. 12. Conferens tantum donum, illud nec dividit, nec patitur, ne fortè inter diſcipulos, adhuc divina gratia non expolitos: aliqua daretur calumniandi, ac obmurmurandi occaſio.

*Honores, ac dignitates dividere, valde periculoſum.*

Luc.22.

13. Secundò: *Dic, ut ſedeant, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram.* Nota, quod mulier loquens cum Chriſto dicit, dexteram tuam, non verò ſiniſtram dicit tuam. Per dexteram beneficiorum largitas, ſicut & per ſiniſtram auſteritas, & rigor juſtitiæ denotatur. Benefica donorum profuſio, opus maximè proprium Dei? punire autem & caſtigare: alienum opus. Iſaias 28. n. 21. *ut faciat*, ſcilicet Deus, *opus ſuum, alienum eſt opus ejus.* D. Hieronymus relatus in Gloſſa: *Opus proprium Dei miſereri, & parcere, condonare. Non ſuum, ſed alienum eſt iraſci, punire.*

*Benefacere, opus maxime Dei; caſtigare alienum.*

Iſai.28.

Tertiò: Ait mulier: *Dic; ut ſedeant, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram.* In quo mulier erravit, ita ut ei dicatur: *Neſcitis quid petatis.* Dextera ſummæ felicitatis ſignum, ſicut & ſiniſtra totius infortunii. Erat mulier dum uni vult omnem felicitatem, alteri omne infortunium, cùm hæc valde promiſcuè ſe habeant; nam felicitas pro appendice habet infelicitatem, & infortunium aliquando parit felicitatem: Quænam major felicitas potuit eſſe D. Petri, quàm ab ore Chriſti audire, ſe beatum dici, ſuper ipſumque Eccleſiam Dei conſtrui? *Beatus es Simon Barjona; ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matth. 16. n. 17. & ſtatim ab ipſo ore Chriſti duriſſimum verbum accepit: *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi*, ibid. nu. 23. & ſtatim ad tantam ſublimitatem evehitur, ut ad gloriam Transfigurationis aſſumatur. Matth. 17. n. 1. magnas alternas vices inter ſe habent bona fortunæ & mala. 14.

*Alternas vices habet bona fortuna cum mala.*

Matth 16.

Quartò: Dum mulier primas ſedes poſtulat pro filiis, repellitur. *Neſcitis quid petatis.* Et unde hæc petitio tam malè audit? Sedes coram Chriſto datæ erant omnibus Apoſtolis, cap. 19. antecedenti: *In regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraël.* Id quod commune erat omnibus, imprudens mulier ſuis tantùm filiis præoccupare volebat, & quid magis à ratione diſſonum, ac alienum, quàm id, quod pro omnibus eſt aſſignatum, in paucos coarctare, ac appropriare intendere. 15.

Matth.19.

*Nemo velit ſibi arripere, quod eſt omnibus commune.*

Ait anima ſancta: *In lectulo meo per noctes quæſivi, quem diligit anima mea, quæſivi illum, & non inveni.* Cantic. 3. n. 12. & ſtatim ſubdit, quod ſurgens de lectulo ſuo per vicos, & plateas, quæſivit illum, & cùm præteriſſet cuſtodes: *Paululum cum pertranſiſſem eos, inveni quem diligit anima mea*, ibidem n. 4. In lectulo ſuo dilectum non habet, ſed in plateis civitatis. Dum in lectulo ſuo, tanquam ſibi ſoli eum deſiderat, ejus optatâ præſentiâ caret? at dum per vicos, & plateas communes civitatis vias indagatur, ibi gaudens eum tenet: qui enim pro omnibus natus eſt, omnibuſque benefaciens venit in mundum, non in uno reſtringitur, ſed in omnes ſtagnatur. Gillibertus ſerm. 6. in Cantic. ait: *Deliciæ ejus ſunt ſecum eſſe dilectum ſuum. Non invidet, non zelatur. Dilectum ſuum, omnium vult eſſe communem; ideo apud omnes quærit, ut illum apud omnes aut inveniat, aut invitet.* Expende, Dei amatrix, cupit Deum omnibus fieri communem. 16.

Cantic.3.

*Sponſus non invenitur in particulari, ſed in communibus.*

Gillibert.

Pro quo nota, quod cùm lectulum, ut ſibi proprium dicit abſolutè, & tanquam aridum abſque ullo germine nominat, *in lectulo meo.* Cantic. 3. n. 1. At verò cùm communem agnoſcit, ſtatim floribus reſperſum celebrat: *Lectulus noſter floridus.* Cantic. 1. n. 16. Quod in particulari marceſcit, in communi floribus 17.

Cantic.3.

Cantic.2.

venu



venuſtatur. Gillibertus ſerm. 2. in Cantic. ait: *In lectulo meo dicit, non communiter in noſtro? alibi ſiquidem legitur, Lectulus noſter floridus: qui communis eſt, floridus eſt, quando verò lectulum ſuum proprium dicit, nulla ibi fit mentio florum.*

*Particulare marceſcit, commune floret.*

Gillibert.

---

### Quæstio IV.

### *Quare duobus fratribus offert Chriſtus D. Calicem ſuæ paſſionis.*

18. CUm mater pro filiis poſtulat prim s ſedes, ait ei Chriſtus: *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? dicunt ei, poſſumus.* Quod latè expendi citato c.37. *Dicunt poſſumus.* Ad quæ verba ſic habet Interlinearis: *Imperitis levius videtur, quod periti timuiſſent.* Et quamvis Chryſoſtomus, Euthym. ac Theophylactus dicant, quòd non intellexerunt ſignificatum calicis, ac baptiſmi; tamen bona pars Interpretum tenet, quòd ipſi bene perceperunt ſignificatum, ac proinde per calicem, ac baptiſmum denotari mortem, ac paſſionem: Sed tunc inſurgit grande dubium, quomodo dicunt, *Poſſumus*: cùm tunc non poſſent, ut poſtea potuerunt per Chriſti gratiam receptam à Spiritu ſancto in die Pentecoſtes? Et quamvis aliqui teneant, quòd temere ipſi, & imprudenter dixerint, *Poſſumus*; tamen ut citato loco dixi, maximè ſum à ſententia Maldonati, ac aliorum, qui docent: *Quod non timerè, nec inſcienter, ſed amanter, & verè reſpondere, ſe paratos eſſe, ut pro Chriſto morerentur, ut poſtea exitus docuit.* Cùm dicunt, *Poſſumus*; idem eſt, ac, permanenter volumus. Res valde mira, quod facimus adeo excelſum, & audax pro ſui magnitudine: temeritati, ac inſcientiæ adſcribant aliqui, alii amori, ac voluntati tribuendum judicent: quod enim volumus, & amamus, ſtatim poſſumus, ac ſemotâ omni difficultate exequimur. Vide ſuprà cap. 19. quæſt. 10. num. 85. 86. 87.

Interlin.

D.Chryſ. Euthym. Theophyl.

Maldonat.

*Voluntas difficultates ſuperat, & quod vult poteſt.*

19. D.Hieron. Apoſtolorum generoſitati reſpondit Chriſtus: *Calicem quidem meum bibetis.* Ubi ſtatim dubium vulgare D. Hieronymus proponit. *Quæritur autem quomodo calicem martyrii filii Zebedæi, Jacobus ſcilicet, & Joannes biberint; cùm Scriptura narret Jacobum tantum Apoſtolum ab Herode capite truncatum, Joannem propria morte vitam finiviſſe.* Et reſponſum ſancti Patris maximè veneror, quod non defuit voluntas martyrii; tamen aliam rationem ſubjicio. Calix Domini dupliciter poteſt conſiderari, vel adhibito ferro, effuſo ſanguine, vel animi doloribus, ac cruciatibus ob eximium amoris affectum. Jacobus bibit calicem Domini, dato ſanguine, ac computato capite: At Joannes, ut diſcipulus maximè dilectus, *Quem diligebat Jeſus*: ipſius paſſionis, ac mortis calicis, altiori, ac excellentiori modo particeps factus eſt, non vulneribus corpore acceptis, ſed intimis, acerbiſſimis & diris doloribus, quibus ipſius anima premebatur, ac transfixa erat: quod excellentius, ac præclarius martyrii genus eſt. Hinc quia ſanctiſſima Virgo cùm ſuſtinuiſſet in anima acerbiſſimos paſſionis, ac mortis dolores filii ſui Jeſu, à ſanctis Patribus dicitur pluſquam martyr: nam martyres ſuſtinuerunt cruciatus, ac dolores in corpore? non ita verò in anima. D. Hieronym. ſerm. de Aſſumptione, ait: *Alii namque ſancti, etſi paſſi ſunt pro Chriſto in carne: tamen in anima, quæ immortalis eſt, pati non potuerunt, Beatiſſima vero Dei genitrix, quia in ea parte paſſa eſt, quæ impaſſibilis habetur; ideo pluſquam martyr fuit.* D. Ildephonſus ſerm. 2. de Aſſumptione, ait: *Etſi corpora martyrum pro Domino ſupplicia pertulerunt: nihilominus hæc admirabilis anima paſſa eſt ... cùm videret Dominum pendentem, etiam pluſquam martyr fuit.* Similiter D. Anſelmus, D. Bonaventura, & alii Patres à me citati tom. 1. in Evangelia, lib. 2. cap. 6. quæſt. 11. ad illa verba: *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius.*

*Joannis martyrium illuſtrius.*

*Doctores animæ graviores doloribus corporis.*

D.Hieron.

D.Ildeph.

D Anſelm. D.Bonav.

Cùm Chriſtus oraret in orto, & vehementi triſtitiâ anxiaretur, *Apparuit illi Angelus de cœlo confortans eum.* Luc. 22. n. 43. Tamen cùm meus Jeſus penderet in Cruce, ſuſtinens illius acerbiſſimos dolores, pedibus, ac manibus clavis transfixis, capite ſpinis vulnerato, & corpore flagellis percuſſo, ab omnibuſque deſtitutus, ut conquereretur ad Patrem: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me* Matth. 27. n 46. Nullus aſtat Angelus ad confortandum: cur ergo potius in horto, & non hîc, cum potiùs modò Divinus Sol videatur in magna eclipſi, maximis cruciatibus circundatus? In horto ex repræſentatione ſuæ mortis, ac paſſionis patiebatur Chriſtus ſummam agoniam, ac triſtitiam in anima, *Triſtis eſt anima mea.* Matth. 26. n. 38. Ex Græco legitur: *Valde triſtis, triſtiſſima eſt anima mea.* Et ut dixi ex ſanctis Patribus, Auguſtino, Hieronymo tom. 5. in Evang. lib. 8. cap. 2. q 4. num. 30. tam vehemens fuit triſtitia, ut ſufficiens eſſet ad mortem inferendam, niſi divinâ virtute corroboraretur; in cruce autem dolores patiebatur in corpore; & Divina Sapientia judicavit, quod magis neceſſarius eſſet Angelus confortans, dum dolores animæ patiebatur, quàm dum corporis cruciatus ſuſtinebat: etſi in cruce transfixo ferro effudit ſanguinem, etiam in horto ex triſtiſſima, & ſummè agoniſata anima erupit in ſanguinem, & in tam abundanti copia, ut deflueret in terram: *Et factus eſt ſudor ejus, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram:* Luc. 22. num. 44. 20.

Luc.22.

Matth.27.

Matth. 26. Græcus.

*Dolor animi vehementior dolore corporis.*

Luc.22.

---

### Quæstio V.

### *Quare Chriſtus ſupremus Dominus ait, quod non ad ipſum, ſed ad Patrem pertinet dare primas ſedes?*

AIt Chriſtus D. his duobus diſcipulis petentibus primas ſedes: *Non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo*, ut refertur in hoc cap. n. 23. Quod multis expendi citato cap. 37. n. 23. Nunc verò adde. Et quomodo Chriſtus ait: *Non eſt meum dare vobis*; cùm Pater omnia dederit ei in manus? At ut dixi citato loco ex D. Ambroſio, voluit Do- 21.

*Difficultas quæſtionis.*

minus

minus aliquid diſſimulare de jure, ne aliquid denegare videretur his, quos diligebat.

22. Tamen aliter Reſpondeo: Poteſtatem conferendi ſedes expetitas, ac poſtulatas, quodammodo à ſe ablegat, ut ambitum diſcipulorum ac eorum importunas inſtantias de primatu coërceat; & ut ita honeſto, ac compoſito modo eos à ſe repellat; nam ſi Dominus quacunque ratione, ac modo ſe excuſaſſet ad poſtulatum primatum concedendum, ab ambitioſo affectu minimè deſiſterent, & importunas inſtantias, ac replicas protuliſſent; & ideo petitæ electionis authoritatem penes patrem eſſe aſſeverat, ut ita hi diſcipuli quieſcant, ne ultra importune procedant; qui enim ambitione tanguntur, nulli rationi ſuperſedent, ſed ſemper nova machinantur ad optata obtinenda.

*Importunas ambitionis inſtantias declinat Dominus.*

23. Incredibili ambitione omnes in populo affectabant ſuum ſacerdotium, & ob hanc cauſam impie obmurmurantes Core, Dathan, & Abiron, inauditâ pœnâ, aperiens terra os ſuum eos vivos deglutivit, ac ſepelivit cum omnibus ſuis familiis, fruſtra magno clamore per eos excitato. Tunc Deus mandat Moïſi, ut ex ſingulis tribubus eligat ſingulas virgas, *& quem ex his elegero, germinabit virga ejus, & cohibebo à me querimonias filiorum Iſraël, quibus contra vos murmurant.* Num. 17. n. 5. Quod cùm feciſſet Moïſes, *ſequenti die invenit germinaſſe virgam Aaron in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores: qui ſoliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* Ibid. n. 8. In quo quatuor miracula apparuerunt. Germinavit virga, dedit folia; flores, & fructus, ut notant Cardin. Hugo, ad quid, & tanta? ut eligatur Aaron ſummus Sacerdos. Nonne ſat erat Dei verbum, ipſum eligens, ac deſignans? & inſuper ſupplicium contra ejus calumniatores nunquam viſum, nec auditum; & etiam præclara Aaronis merita ob ejus probitatem; & etiam apud omnes valde notum erat, quantum ipſe laboraverat contra Pharaonem pro educendo populo de Ægypto. Ad quid inſuper tot miracula ad ejus electionem? Omnes ſummum Sacerdotium anhelabant ob ejus eximium honorem, ac magnos proventus; ſic enim pertinaciter obſtinatus eſt ambitionis, ac invidiæ affectus, ut ad illius importunas inſtantias, ſupplicationes, ac querimonias reprimendas, ut nec videatur ſufficere Dei verbum, pœna ante oculos poſita, merita evidenter cognita, nec unum, vel alterum miraculum, ſed plura, & plura neceſſe ſit interponi, ut tam inordinatus ambitionis aculeus cohibeatur. Abulenſis ibi, q. 1. ait: *Erat Sacerdotium magna dignitas, & redditus abundantiſſimi, ideo quilibet deſiderabat habere illud; & ideo ut Deus tolleret eis occaſionem iſtam, murmurandi ſcilicet, voluit dare experimentum de virga florente, & quod iſta ſit intentio, patet infra, cum dicitur, cohibebo à me querimonias filiorum Iſraël.*

Num. 17.

Hugo.

*Multa neceſſaria ad querimonias & inſtantias ambitionis evitandas.*

Abulenſ.

Maximo odio, ac invidia excitabantur Principes, & Satrapæ Babylonii, eo quod Daniel 24.
eos præcederet Sapientia, & Prudentia, & amicitia, & familiaritate cum Rege Dario, ideo quodam crimine fabricato, ac compoſito ipſum accuſant apud Regem, ut Daniel mitteretur in lacum leonum, *Rex autem pro Daniele poſuit cor, ut liberaret eum, & uſque ad occaſum Solis laborabat, ut erueret illum* Daniel. 5. n. 14. Toto die ſtetit Rex potentiſſimus, pro Daniele cauſam agens, multis rationibus, & argumentis productis pro Daniele, interpretans ſuum decretum, & Danielem excuſans, ut ait Lyranus tamen eorum importunis inſtantiis, ac objectionibus Rex cedens, tradidit Danielem ad mortem, dicens: *Deus tuus quem colis, ſemper ipſe te liberabit*, ibid. n. 16. Valde mirum, quod nec innocentia Danielis manifeſta, nec ratio evidens eum excuſans ab omni crimine, nec Regis potentiſſimi voluntas tam aperte nota, quam aulici maximè venerantur, ac ſequuntur, non valent aliquid pro Daniele proficere. Movebantur Satrapæ odio, invidia & ambitione contra Danielem, & ideo nec ejus innocentia, nec ratio illius cauſæ manifeſta, nec efficaciſſima potentiſſimi Regis voluntas, valent depravatos animos compeſcere, nec eorum malevolas ſine intermiſſione inſtantias reprimere; itaut nullum ſuperſit refugium, niſi ad Dei omnipotentiam confugere, ut ab eorum manibus liberet, & eruat. Iſidorus relatus in Gloſſa ait: *Cedit multitudini, & adverſariis conſentientibus: & quod ipſe obtinere non potuit, potentiæ Dei committi.*

Daniel. 6.

Lyran.

*Divina virtus requiritur ad evitandas ambitionis inſtantias.*

Gloſſa.

# CAPUT XXI.

1. ET cùm appropinquaſſent Jeroſolymis: & veniſſent Bethphage ad montem Oliveti, tunc Jeſus miſit duos diſcipulos. 2. Dicens eis: Ire in Caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim invenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: ſolvite, & adducite mihi. 3. Et ſiquis vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos. 4. Hoc autem factum eſt ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem: 5. Dicite, filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubjugalis. 6. Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit illis Jeſus. 7. Et adduxerunt aſinam, & pullum: & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt. 8. Plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta ſua in via; alii autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via. 9. Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant dicentes, Hoſanna filio David benedictus qui venit in nomine Domini: hoſanna in altiſſimis. 10. Et cùm intraſſet Jeroſolymam, commota

commota



commota eſt univerſa civitas, dicens: Quis eſt hic? 11. Populi autem dicebant: Hic eſt Jeſus propheta, à Nazaret Galilææ. 12. intravit Jeſus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit. 13. Et dicit eis: Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. 14. Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo: & ſanavit eos. 15. Videntes autem principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hoſanna Filio David indignati ſunt. 16. Et dixerunt ei, Audis quid iſti dicunt? Jeſus autem dixit eis, utique nunquam legiſtis: quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem? 17. Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam, ibique manſit: 18. Mane autem revertens in civitatem, eſuriit. 19. Et videns fici arborem unam ſecùs viam, venit ad eam: & nihil invenit in ea, niſi folia tantùm, & ait illi, nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum: & areſacta eſt continuò ficulnea. 20. Et videntes diſcipuli, mirati ſunt dicentes, Quomodo continuò aruit? 21. Reſpondens autem Jeſus, ait eis: Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaveritis, non ſolùm de ficulnea facietis, ſed etſi monti huic dixeritis: Tolle, & jacta te in mare, fiet. 22. Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. 23. Et cùm veniſſet in templum, acceſſerunt ad eum docentem principes ſacerdotum, & ſeniores populi, dicentes: in qua poteſtate hæc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatem; 24. Reſpondens Jeſus dixit eis, interrogabo vos & ego unum ſermonem, quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua poteſtate hæc facio. 25. Baptiſmus Joannis unde erat, è cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter ſe, dicentes. 26. Si dixerimus è cœlo, dicet nobis, quare ergo non crediditis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant Joannem ſicut Prophetam. 27. Et reſpondentes Jeſu, dixerunt neſcimus. Ait illis & ipſe, nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio 28. Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios: & accedens, ad primum dixit: Fili, vade hodie, operare in vinea mea. 29 Ille autem reſpondens, ait: Nolo. Poſtea autem pænitentiâ motus, abiit 30. Accedens autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpondens, ait: Eo domine, & non ivit. 31. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dixerunt ei, primus. Dixit illis Jeſus, Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. 32. Venit enim ad vos Joannes in via juſtitiæ: & non crediditis ei; publicani autem, & meretrices crediderunt: vos autem videntes nec pœnitentiam habuiſtis poſtea, ut crederetis ei. 33. Aliam parabolam audite: Homo erat Paterfamilias qui plantavit vineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis: & peregrè profectus eſt. 34. Cùm autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſervos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus. 35 Et agricolæ apprehenſis ſervis ſuis, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidaverunt. 36. Iterum miſit alios ſervos plures prioribus: & fecerunt illis ſimiliter. 37. Noviſſimè autem miſit ad eos filium ſuum, dicens: Verebuntur filium meum. 38. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe, hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus. 39. Et apprehenſum eum ejecerunt extra vineam, & ciderunt. 40. Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis? 41. Aiunt illi, malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis. 42 Dicit illis Jeſus, nunquam legiſtis in ſcripturis, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. 43. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. 44. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem verò ceciderit, conteret eum. 45. Et cùm audiſſent principes ſacerdotum, & Phariſæi parabolas ejus, cognoverunt quod de ipſis diceret. 46. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant.

### *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus in die Dominica Palmarum, ut Rex, ac verus Meſſias. in aſina ſuperſedens cum triumpho Jeruſalem ingreditur? quod eſt explicat. t. 4. c. 0. per quindecim quæſtiones.

*Secundò, V.* 12. Ejicit vendentes, & ementes in templo, quod eſt explicatum tom. 2. in Evangelia, c. 2. & infrà

Marc. cap. 11.

*Tertiò, V.* 19. Ficulneam infrugiferam maledicendo deſiccat; magnitudinem Fidei explicat, quod in præſenti, modò eſt expendendum.

*Quartò, V.* 23. Reſpondet Scribis expoſtulantibus, in quâ poteſtate tanta ſigna facit, quod hîc modò enucleandum eſt.

*Quintò, V.* 28. Dat Scribis parabolam duorum filiorum; unus Patri obediens, alter inobediens, quæ parabola, ut notant Janſenius, Maldonatus, Barradas, Cornelius, non indiget expoſitione, quia Chriſtus D. eam applicat, & explicat. Nam primus filius initio nolens Patri obedire, ſed mox pœnitentiâ compunctus, denotat publicanos, & meretrices, qui primò ſuis ſceleribus legem Dei contempſerunt, ſed poſtea Joannis prædicatione reſipuerunt, & pœnitentiam egerunt, legem Dei obſervantes. Secundus filius dicens ſe ire in vineam, & nòn vadens, notat Scribas & Phariſæos, qui in ore, ut obſervantiſſimi, legem Dei habent, cùm revera eam non impleant, ſed uſuris, & rapinis contra ipſam agunt.

Janſen. Maldonat. Barrad. Cornel.

Et ſubdit Chriſtus Verſ. 31. *Amen dico vobis quia Publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei.* Græcè habetur de præſenti, *Præcedunt vos*: Myſticè D. Hieronym. D. Chryſoſtomus, S. Anaſtaſius, Origenes, Beda, Euthymius, Albertus Magnus per publicanos, & meretrices interpretantur Gentiles, qui primò idolis, & vitiis ſervientes, poſtea per Apoſtolorum prædicationem converſi, Deum ac legem ejus coluerunt: Phariſæi, & Scribæ innuunt Judæos, qui videbantur Deum colere, ſed revera ipſum ſperaverunt, Chriſtumque verum Meſſiam non recipientes, & perfidia obſtinati, à Deo receſſerunt. Tropologicè oſtendit Chriſtus, ait D. Chryſoſt. ſæpè meliores eſſe populares, & plebeios, qui aliquando pœnitentia convertuntur, quàm illos ſacerdotes, qui nunquam pœnitentiam agunt.

D. Hieron. D. Chryſ. D. Anaſtaſ. Origenes. Beda. Euthym. Alb. Magn.

*Sextò, V.* 33. Proponit, & explicat Chriſtus parabolam agricolarum conducentium vineam, & occidentium Domini ſui filium, ac conſequenter vineæ hæredem: quod eſt explicatum à nobis tom. 4. capite 43.

## *FICULNEA AREFACTA.*

*Matt.* 21. *n.* 18. Mane autem revertens in civitatem, eſuriit.

### *VERSIONES.*

*Syriacus.* Mane autem cùm reverſus fuiſſet.

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc.* 11. *n.* 12. Et aliâ die, cùm exiret à Bethania eſuriit.

### *EXPOSITIO I.*

1. MANE *autem facto*, Antecedenti die, nempe Dominica Palmarum, poſtquam diſceſſit è templo ſub veſperi, ſe recepit ad hoſpitium in Bethania, apud Martham, & Magdalenam: *Alterâ die*, nempe, poſtridie Dominicæ Palmarum, nempe feriâ ſecundâ, ſive die lunæ, valde mane venit in templum ad prædicandum, ac docendum, & ut ait D. Hieronymus, tanquam optimus operarius valde mane conſurgens ad perficiendum opus ſuum, ut animas æterno Parenti lucrifaceret, & quia jam populus in templo expectabat, ut ſcribit D. Lucas 21. n. 38. *Erat diebus docens in templo, noctibus vero exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliveti. Et omnis populus manicabat*, id eſt, valdè mane veniebat, *ad eum audiendum in templo.*

D. Hieron. D. Luc.

2. *Eſuriit*: Scribit Evangeliſta, quod Chriſtus mane eſuriit; non enim ſolemus maturino tempore eſurire. Tres ſunt ſententiæ in hac re. Prima, quod Dominus verè non eſuriit, ſed finxit ſe eſurire. Ita Euthymius: *Finxit ſe eſurire, & venit ad ficum.* Secunda eſt, hanc famem non fuiſſe naturalem, ſed ſponte excitatam, ut daretur occaſio maledicendi ficui infrugiferæ; nam erat mane, & Chriſtus pridie veſperi apud Martham cœnaverat. Ita Div. Chryſoſtom. Abulenſ. q. 103. Lyran. Albertus Magnus; & ſequuntur communiter Recentiores, Janſen. Maldonat. Cornel. & alii.

D. Chryſ. Lyran. Abulenſ. Albert. Janſen. Maldonat. Cornel.

3. Tertia ſententia eſt, quod hæc fames fuit vera, & naturalis; & hæc ſententia mihi videtur vera, quia ſemper hoc eſt mihi fixum in mente, quod Sacer Textus ſemper eſt intelligendus in genuina, ac germana proprietate, quantum fieri poteſt. Ita Montan. in c. 11. Marci; & hic Barradas, Menochius, & alii; & non mirum, quòd mane eſuriret; nam ipſe per totam fere noctem fuit in ſumma vigilia, in profunda, & alta oratione, & parum ſomni ceperat, ſicut poſt veſperam quaſi nihil cibi ſumpſerat. Nam Chriſtus Dominus tenuiſſimo, ac parciſſimo cibo utebatur.

Montan. Barrad. Menoch.

*Matt.* 21. *n.* 19. Et videns fici arborem unam ſecùs viam, venit ad eam, & nihil invenit in ea niſi folia tantùm, & ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum, & árefacta eſt continuò ficulnea.

*Num.* 20. Et videntes diſcipuli, mirati ſunt dicentes: quomodo continuò aruit?

### *VERSIONES.*

*Syrus.* Videns ficum unam, continuò aruit.

*Arabic. Rom.* Non invenit in ea, &c. quoniam non erat tempus ficuum; & ait, non comedat ex te quiſquam fructum in ſempiternum.

*Æthiopicus.* Nihil fuit quod invenit ſuper eam.

*Perſicus, n.* 20. Et admirabundi manſerunt diſcipuli.

*Syrus.* Quomodo eâdem horâ aruit ficus?

*Alter Syrus.* In eodem momento.

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc.* 11 *n.* 13. Cùm vidiſſet à longè ficum habentem folia, venit, ſi quid fortè inveniret in ea: & cùm veniſſet ad eam, nihil invenit præter folia; non enim erat tempus ficorum.

*Num.* 14. Et reſpondens dixit ei: Jam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet: & audiebant diſcipuli ejus.

*Num.* 20. Et cùm mane tranſirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus.

*Num.* 21. Et recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixiſti, aruit.

### *EXPOSITIO II.*

4. VIDENS *fici arborem unam ſecùs viam, nihil invenit in ea*: & non mirum, quia ut obſervat D. Marcus, *Non erat tempus ficorum*: erat enim dies 11. menſis primi Niſan, quæ juxta noſtrum computum correſpondet diei 21. Martii; nam poſt dies tres, ſcilicet die 25. Martii, crucifixus eſt Chriſtus.

D. Marc.

5. *Nunquam ex te fructus naſcatur.* Hujus maledictionis cauſam & communem rationem aſſignant Origenes tract. 17. in Matth. D. Hieronym. Hilar. D. Chryſoſtom. Albert. Magn. quia ſicut Chriſtus D. multa parabolicè, ac metaphoricè, dixit, ſic & parabolicè multa fecit, ut aliquid aliud ſignificaret, & hoc myſterium hîc ſignificatur, quod ſynagoga extitit veluti quædam fici arbor, quam Deus plantavit in vinea Eccleſiæ ſuæ; venit Filius Dei, quærens in ea fructum, & non invenit in ea, niſi folia verborum, quibus ſe jactabant legem Dei tenere ac obſervare; nullum tamen fructum legis faciebant, ſed eam contemnebant; inde meritò ſynagoga arefacta eſt à gratia Dei, & antiquâ lege abrogatâ, omninò extincta, ac reprobata eſt. De hoc quæſt. 3.

Origen. D. Hieron. D. Hilar. D. Chryſ. Albert.

6. Dicitur, *Videns*, magis mentis conſideratione, quàm oculis corporis: *arborem fici*, in qua tota malitia, & nequitia denotatur. Joan. 21. n. 48. *Cum eſſes ſub ficu vidi te.* Auguſt. Gloſſa, hoc eſt, ſub dulcedine peccati. *Unam: quia* ſynagoga tota ſua malitia in unum coadunata, & coagulata. erat. Pſalm. 13. n. 3. *Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt, qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.* In Textu Marci ponitur particula, *fortè*, *ſiquid fortè inveniret in ea*: quæ particula ſpeciem ambiguitatis videtur denotare. Tamen Chriſtus omnia certò, ac determinatè ſciebat: ponitur ergo illa particula ut myſticæ arboris libertas denotetur, nempe Synagogæ.

Joan. 1. D. Auguſt. Gloſſa. Pſalm. 13.

7. *Et videntes Diſcipuli admirati ſunt*: quomodo continuò in eodem momento arefacta fuit, ut alia habet lectio. Hæc autem facta ſunt die ſequenti, qui fuit dies tertius ab eo, quo Jeroſolymam Chriſtus ingreſſus fuerat die Palmarum, cùm iterum ex Bethania Jeroſolymam reverterentur, ut patet ex Marco. An arefacta fuiſſet à radicibus? Dicam quæſt. 5.

## Quæstio I.

### *Quare ex omnibus arboribus potius ficulnea, quàm quæcunque alia arbor maledicitur?*

8. Textus. AIt Textus; *Videns fici arborem circa viam, venit ad eam.* Cùm in illa non inveniſſet fructum, eam ariditate percuſſit. Quæſtio eſt, cur potiùs ficulnea in hanc maledictionem devenit, quàm quæcunque alia arbor?

9. Abulenſ. Ad quod primò tripliciter reſpondet Abulenſ. q.122. Primò, quia forſitan in via non erat alia arbor; ſecundò, & meliùs; quia etſi ibi eſſent aliæ arbores, quando ut dicitur in exordio hujus capitis, cædebant in via ramos olivarum; & ibi eſſet Mons Oliveti, per quem fiebat tranſitus in Jeruſalem; tamen fructus olivæ decerptus ex arbore ſtatim non eſt aptus ad cibum. Tertiò; quia etſi eſſent aliæ arbores, non ita luxuriabant multitudine, ac amplitudine foliorum, ut ficulnea; & ideo ut illa, aliæ arbores fructus non promittebant; & ingenti ſpe implere, & omni fructu carere, ac nullum producere, maledictione, ac ariditate digniſſimum eſt, & ideo in hanc incidit ficulnea.

*Spem ſine fructu dare, maledicitur.*

10. D. Ambr. Secundò: D. Ambroſius ad cap.13. Lucæ, magnam ſingularitatem in ficulnea rectè expendit, & ait: *Si diligenter inquiras diſcretam ab uſu arborum cæterarum conſuetudinem naturæ hujus, inveniet. Namque aliæ florem ferunt, antequam fructum, pomaque ventura prænuntio ſui flore deſignant: hæc ſola ab initio germinat poma pro floribus: in aliis flos diſcutitur, & poma naſcuntur: in hac poma decidunt, ut poma ſuccedant.* Ficus etſi fertilior cæteris plantis inveniatur, ab uſu aliarum omnium maximè diſcrepat? nam cæteræ arbores prius flores germinant, deinde in fructus convaleſcunt: At ſola ficus flores non producit, ſed ſtatim fructibus exornata turgeſcit, de ſingularitate vana, de fructibus valde ſuperba, utpote geminos fructus producens in anno: *Aliæ flores ferunt antequam fructus; hæc ſola ab initio germinat poma pro floribus.* Ficus ſingularitatem affectat, & licèt præ cæteris uberiores: ac dulciores fructus germinet, adeo periculoſum eſt ab omnium uſu deſciſcere, ut ſola maledicta ficus areſcat, quia ſingularitate tumida luxuriat. Vide ſuprà, cap. 2. q. 8. n. 22. 23.

*Periculoſa ſingularitas ob quam ficus maledicta areſcit.*

11. D Ambr. Tertiò, ad eadem Ambroſii verba: *In aliis flos diſcutitur, & poma naſcuntur: in hac poma decidunt, ut poma ſuccedant.* Aliæ arbores productis foliis germinant, ſeu parvum producunt germen, quod erumpit in flores, & inde naſcuntur fructus; at ſola ficus ſuo vigore uberior, nec germinat, nec flores profert, ſed ſtatim proſilit in fructus; & qui non paulatim, ac per communes gradus aſcendit, ſed ſtatim, ac repentè evolat ad ſummum, ſic ſuo vigore deperdito cadit, ut ſola ficus maledicta areſcit. Quæ ſuper cæteras ſe voluit extollere, ſub omnibus deprimitur.

*Qui non paulatim, ſed repente proſilit, cadit.*

12. Peluſiota. Quartò: Iſidorus Peluſiota lib.1. epiſt.51. ait: *In hac re, arcanus quidam ſermo annexus eſt à ſenibus ſapientibus ad nos graſſatus: nempe, hanc tranſgreſſionis arborem eſſe; cujus etiam foliis ad corpus tegendum hi, qui mandatum violarunt, uſi ſunt, ac proinde Chriſtus humano, ac miſericordi animo, hoc ei imprecatus eſt, ut ne poſt hæc fructum, peccati cauſam ferret.* Ficus fuit tranſgreſſionis arbor, cujus aſpectu mulier vaga oculis delectata: *Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile.* Geneſ. 3. num. 6. inde Sapiens Dominus aſpectu medetur aſpectum; etſi lignum pulchrum oculis viſum induxit ad peccatum, pœna viſa ariditatis impoſita deterreat à peccato: nam ſi Eva de ficus aſpectu temeritate inſanivit, ut inobediens exiſteret ſuo creatori, jam exſiccatæ arboris viſus filios ad Numinis obedientiam, ac reverentiam impellat; nam juſta delicti pœna viſa ad virtutis ſubſidium inſervit.

Gen. 3. *Juſta pœna viſa virtutis eſt ſubſidium.*

Quintò, ad eadem verba Peluſiota: *Chriſtus humana, ac miſericordi animo hoc ei imprecatus eſt, ut ne poſt hæc fructum peccati cauſam ferret:* ex omnibus arboribus ſolam ficum ſterilitate multavit clementiſſimus Jeſus: in ficu agnovit occaſionem totius ruinæ generis humani; nam ejus pomo antiquus ſerpens primos parentes decepit, illiuſque viſu, tanquam illice primos parentes Adam, & Evam ad peccatum traxit. Hinc noſcens Jeſus in ficu occaſiones peccati, indeque prænotans, quod tempore ſui magni triumphi, qui antecedenti die, Dominica nempe Palmarum contigerat, magnum ſui adventus triumphum putavit, ſi potentes, ac efficaces peccati occaſiones à ſuis hominibus auferret: unde arborem, in qua occaſiones peccati repræſentabantur, eam omnino delens maledictione percutit, & ferit. De Divino Sponſo dicitur Cantic. 2. n.9. *En ipſe ſtat reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* Septuaginta juxta D. Ambroſ. legunt: *Proſpiciens per feneſtras, eminens ſuper retia:* ut ipſa retia, ac laqueos peccatorum confringat, expugnet, ac deleat, ut explicat ipſe Ambroſius ſerm.6. in Pſalm.118. — 13. Peluſiota.

*Magnus Chriſti triumphus, occaſiones peccati eripere.* Cantic. 2. Septuag. Ambr.

14. D. Athanaſ. Sextò: D. Athanaſius quæſt. 58. ait: *Quia poſt tranſgreſſionem Adam accepit folia ficus, quibus obtexit ſuæ turpitudinis peccatum, cùm Chriſtus deſtrueret tranſgreſſionis peccatum, & configeret, deleretque in cruce, arefecit operculum peccati, ideſt folia ficus, quibus Adam tegebatur.* Poſtquam primi parentes peccarunt: *Conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Gen. 3. n 7. Chriſtus Jeſus veniens in ſalutem generis humani, peccatoribus ſalutis medelam afferens, peccatorum tegumenta deſtruit, & delet: Maximè ſalutaris via nobis eſt, peccata aperire, & manifeſtare, & non tegere, ac operire, & inde Divinus Magiſter arborem, quæ dedit prima tegumenta peccatorum, exſiccat, & corrumpit: *Cùm deſtrueret trangreſſionis peccatum, arefecit operculum peccati.* Cùm ex Spiritu Jeſu homo denudat, ac manifeſtat ſua peccata, ſtatim proximus fit ſaluti, ut cœleſtibus donis impleatur.

Geneſ. 3. *Peccata noſtra ſunt denudanda, & illorum tegumenta deteſtanda.*

15. Pſalm. 103. Ait Regius Vates Pſal.103. n.9. *Aſcendunt montes, & deſcendunt campi in locum, quem fundaſti eis. Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neque convertentur operire terram,* &c. & ſtatim ſubdit: *Rigans montes de ſuperioribus ſuis.* D. Chryſ. & alii Patres in ſenſu myſtico hæc exponunt; per montes intelligunt juſtos, & ſanctos, qui contemplatione, ac meditatione aſcendunt in cœlum; & per campos, Sanctos, & juſtos humiles, qui ſua conſideratione ad alteram, miſeriam, ac vilitatem deſcendunt. *Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur.* Continentes ſe intra terminos ſuæ conditionis ac ſtatus, & ultra non procedunt, *Neque convertentur operire:* nec intendunt, nec affectant operire, ac tegere ſuos defectus, ſuaſque terrenas fragilitates: Et quid inde ſequitur, ex eo quod animo inducat non occultare, ac cooperire, quæ ex humana fragilitate contraxerant: *Rigans montes de ſuperioribus ſuis.* Ingenti gratiarum copia, ac cœleſtium donorum irrigantur, replentur, ac abundant, cùm non operiant terram, ſicut operuit Adam. Arnobius ait: *Ex foliis enim ficulneis operuit terram, & abſcondit ſe. Iſti non operient terram. Et quia non eſt operta, rigat eam Dominus de ſuperioribus ſuis. Si verò tecta fuerit, & cœlo abſconditur, ne de ſuperioribus rigetur.*



*Qui non operit, ſed denudat ſua peccata, impletur divinâ gratiâ.*

Arnobius.

16. Alb. Magn. Septimo: Albertus Magnus ait, *ſecus viam, ideo mirum eſſet, ſi ficus uſque ad maturitatem conſervaſſet: eſt via tranſitus dæmonum in omni vitio.* Aliæ arbores erant in itinere, ſed non propè viam, & ab illa diſtabant, cùm dicitur, quod hæc ficulnea eſſet *ſecus viam*: ibi ejus perditio, ac ruina denotatur; nam via eſt tranſitus dæmonum cum omni tentatione, ut à tranſeuntibus diripiatur fructus ejus, qui nunquam ad maturitatem perveniat. Matth.13. n.4. *Quæ ceciderunt ſecus viam, venerunt volucres cœli, & comederunt illa.* Pſalm.79. n.13. *Vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam.* Et Iſaias 51. n.23. *Poſuiſti corpus tuum, quaſi viam tranſeuntibus.* Hoc deplorat Propheta ſuper Jeruſalèm, tanquam ſupremum malum, quòd ſe projecerit in viam omnium iniquitatum, ac malorum, ut inde in omne peccatum tranſiret, cùm tantis tentationibus eſſet expoſita.

*Qui in periculo verſatur, in maledictum cadit.* Matth. 13. Pſalm. 79. Iſai. 51.

17. Antioch. Octavò: Victor Antioch. in c.11. Marc. ait: *Arborem fici, quàm ſolâ ſuâ increpatione ſtatim extingueret, ſelegit, quæ inſitam humilitatem non facile deſerere ſolet, etiamſi radicitus excidat.* Chriſtus D. ad oſtendendam virtutem ſuæ potentiæ, magis voluit arefacere ficum, quàm aliam arborem. Eſt ficus cæteris arboribus humidior, & ideo hanc exſiccandam elegit, ut in robuſtiori contrario ſuperando, ac removendo; clariùs ejus divina virtus innoteſceret; hæc enim ut humidior cæteris, magis arefactioni reſiſtebat: Deus enim inter majores difficultates, ac impedimenta, ſolet oſtentare ſuam virtutem, ac potentiam. Venit Joſeph viſitans fratres ſuos: *Cum fratres illius in paſcendis gregibus patris morantur in Sichem.* Gen.37. n. 12. In Sichem morabantur, terrâ ſibi valdè inimicâ, in qua paulò ante magnam multitudinem virorum cum ſuo principe interfecerunt, de quo valde ſollicitus erat Jacob, ut notat Rupertus: quomodo ergo illam terram hoſtilem repetunt; cur ergo ad paſcendas ſuas oves alios ſecuriores campos non eligunt? Diſpoſuit hoc Divina virtus ad oſtendendam ſuam protectionem erga familiam Jacob, quam inter magna pericula, ac impedimenta ſalvam conſervabat, & quantò majores erant ibi inimicorum inſidiæ, tanto ibi robuſtior, ac glorioſior elucet, & apparet divina virtus, eas deſtruendo ac diſſipando.

*In majoribus difficultatibus ſuperandis elucet Divina virtus.* Gen. 37. Rupertus.



## Quæstio II.

### *Quare hæc ficulnea maledicitur; & non potius illa, quæ extitit in paradiſo, & totius humani generis ruina fuit?*

18. Peluſiota. D. Ambroſ. D. Athanaſ. ARbor illa, quæ pomum protulit, anſam miniſtrans primorum parentum peccato, ficus erat, ut docent Iſidorus Peluſiota, D. Ambroſius, D. Athanaſius citati ſuperiori quæſtione, & alii etiam citandi quæſtione ſequenti. Cur ergo hæc ficus maledictum tulit, & non potiùs illa, quæ tantorum malorum cauſam protulit? majus enim crimen videtur peccato pomum miniſtrare, quàm ſi famelico denegetur; maximè cùm Dominus utrobique munus judicis adimpleat: cur ergo in utroque caſu eadem non profertur ſententia? Quæ ergo ratio paradiſi plantam à tanta indignatione defendit?

19. Geneſ. 3. D Ambr. D Anaſtaſ. Reſpondeo primò, quod ficulnea illa erat plantata *in medio paradiſi.* Gen. 3. n.3. Hæc autem, de qua nobis eſt ſermo *ſecus viam.* Paradiſus hortus, in quo Deus oſtendit divitias ſuæ bonitatis, pietatis, ac clementiæ; ut docent D. Ambr. lib. de Paradiſo, c. 1. & 3. Anaſtaſius Sinaita in Hexamer. At verò ſitus *circa viam*, eſt dæmonum, ac vitiorum omnium tranſitus, & ſcala, ut ſuperiori quæſtione, ad calcem notavi ex Alberto Magno; Inde illa prima arbor à loco pietatis ac benignitatis, pietatem, ac benignitatem ſibi comparavit. Hæc verò à malignitatis, ac perditionis via omnem maledictionem; ac damnum reportavit.

*Locus ſæpe reconciliat indulgentiam, vel pœnam.*

20. Secundò: Ficus illa paradiſi, etſi indignationem promeruit; dum cupiditati Adami, & Evæ inſervivit; tamen maximè ſibi conſuluit, dum ipſis primis parentibus, pauperibus, & nudis veſtes exhibuit? *Cum cognoviſſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Gen. 3. num 7. Ficus hæc veluti benignitate plena, de foliis ſuis veſtes pauperibus adminiſtrat, & inde ipſis foliis tanquam ex clypeo, ac ſcuto ſe protegit ad declinanda tela omnis maledictionis, ac pœnæ, a quibus eſt exſpoliata ficus Jeroſolymitana; quæ nec nudis dat veſtes, nec famelicis præbet cibum, & inde in omne maledictum devenit à quo effugit illa prima miſericors, quæ ſua pietate, non ſolùm ſibi, ſed etiam aliis aſylum comparavit.

Gen. 3. *Eleemoſyna ſcutum ad protegendum à malis.*

21. Poſt primorum parentum peccatum, cùm audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo: *Abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi* Gen. 4. n. 8. Hoc lignum erat illud ſcientiæ boni, & mali, ut tenent communiter Expoſitores; Abulenſis, Lippoman. Pereira, & alii; ſed cur ad ſui abſcondiculum, ac protectionem hanc arborem elegit Adamus? cùm maximè ab illa deberet fugere; utpote quæ ſui peccati cauſa extitit. Cur non ad aliam, ſed ad hanc confugit? Deinde Adamus bene ſciebat, quod omnia ſunt nuda, & aperta oculis Dei, & quod nihil ei eſt opertum: ergo maximè errare videtur, dum ſe intentat abſcondere; non tamen penitus erravit: confugit ad miſericordem arborem,

Geneſ. 3. Abulenſ. Lippoman. Pereira.

D. Baſil. Sel. *Miſericors non ſolum ſibi, ſed etiam aliis eſt aſylum*

quæ ſeipſam denudaverat, ut nudos, ac pauperes veſtiret; pro quo audiendus eſt D. Baſilius Seleucus orat. 5. qui ait: *Ipſi nudati, nudant arbores: circa arborem prævaricati, ab arbore tegumentum mutuantur*: Cùm homo ſe reum culpâ agnoſceret, & pœnam Divinæ Juſtitiæ timeret, ad arborem miſericordiâ denudatam ſe recipit, ut de illius pietate miſericordiæ protectionem habeat. Hinc forte Deus puniturus, ait ei: *Ubi es?* Exi foras à loco in quo es, ut exponit Pereira (Pareira.) ac ſi Deus arboris miſericordiam revereretur; nec enim ſub tutela miſericordiæ reum punire volebat.

22. Apocal. 6. Teſtatur Joan. Apocalypſ. 6. num. 6. *Audivi tanquam vocem in medio animalium quatuor dicentium: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario: vinum, & oleum ne læſeris*: Angelus deſtruens apparet, qui triticum, & hordeum ad anguſtas, ac ſtrictas menſuras reducat; & tunc vox cœleſtis clamat pro defenſione vini, & olei: *Vinum, & oleum ne læſeris*: & cur magis Divina vox clamat pro ſervando vino & oleo, quàm pro tritico, & hordeo? Quid habet vinum, & oleum ad tantum ſui munimen? Samaritanus ille invenit hominem à latronibus percuſſum, & quaſi vulneribus ſemivivum: *miſericordia motus, acceſſit ad illum: alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum.* Luc. 10. num. 34. (Luc 10.) Vinum, & oleum inſervierunt ad curanda vulnera hominis deſtituti, egeni, ac ſemivivi? inde facta ſunt certiſſima ſalutis aſyla, ad quæ nullum malum valeat pertingere, nec accedere. Ad hoc dicit Andreas Cæſarienſ. cap. 15. Apocal. *Quando vero, ne vinum aut oleum lædatur, jubetur ne per turbam Chriſti medicina evertatur; aut per fraudem, & impoſturam infirmetur, ſerio injungitur: ut quæ illos ſanare ſint idonea; qui in latrones inciderunt*: quæ fovere ſciunt percuſſos, & vulneratos, ab omni malo liberantur, *ne vinum, aut oleum lædatur, jubetur: ut quæ illos ſanare ſint idonea, qui in latrones inciderunt.*

*Qui pietatem exercet, ſibi tutamen comparat.* Cæſar.

## Quæstio III.

### *Quare ob carentiam fructuum maledicitur ficulnea, cùm non eſſet tempus ficorum: circa quod duæ rationes maxime literales explicantur.*

23. D. Marc. Magna quæſtio in hac materia, quod cùm Chriſtus D. eſuriret, & veniſſet ad fici arborem, & nihil in ea inveniſſet, niſi folia; quia, ut advertit D. Marcus, *non erat tempus ficorum*; eam tamen maledictione percuſſit: *nunquam ex te fructus naſcatur.* Cur arbor maledictione afficitur? nunquid forſitan ante tempora Principis voluntati non adulatur, ut fit apud terrenos reges? nullo modo ſanè; nam Chriſtus D. altâ, & ſuprema ratione omnia agebat, ac diſponebat, ad quod multæ ſunt rationes morales, quas quæſtione ſequenti dabo. Nunc duas, & magis ad litteram propono.

24. Primò. Hanc rationem mihi valde convenientem ſic propono: ficulnea illa, non ſolùm non habebat fructus, ſed etiam nullam fructuum ſpem exhibebat: Nam hoc factum contigit ad finem menſis martii, ut ex communi ſententia notavi in Expoſitione; & licèt pro tali tempore in noſtra regione, quæ eſt valde frigida, aliqui pullulantes fructus in arboribus non videantur, ſecus verò in terra Chanaan, in qua erat Chriſtus D. quæ eſt valde calida, ac proinde in ea fructus ſunt multi temporanei, ut notant ad hoc cap. 21. Matth. Abulenſis (Abulenſ.) quæſt. 111. & Albertus Magnus (Alb. Magn.); proindeque pro tali tempore ex ficulneis ſolent aliqui erumpere groſſi, qui paulatim in fructus convaleſcunt, ac ad maturitatem exinde deveniunt; & tamen illa ficulnea, *præter folia nihil habebat*, ut Matthæus, & Marcus notant, nec fructus, nec illorum ſpem ſuppeditabat, ideo maledictione deteſtanda fuit: & ſub arboris typo homines, qui nec bonorum operum fructum, nec illius ſpem germinant, exſiccandi, ac eradicandi ſunt: etſi juxta communem ſanctorum Patrum ſententiam, ut ſtatim dicam, per hanc arborem fici intelligant miſeram ſynagogam, quæ inde exſiccatur, quia nec fructum ferebat, nec de illo ferendo ulla ſpes dabatur.

*Qui nec dat fructum, nec illius ſpem, exſiccandus.*

25. D. Hieron. D. Hilar. Origenes. D. Chryſ. D. Paſchaſ. Gennad. Peluſior. D. Remig. Albert. D. Thom. Hugo. Abulenſ. Vict. Ant. Beda.

Secundò: & communiter ſancti Patres, D. Hieronymus, D. Hilarius, Origenes, D. Chryſoſtomus à me citati in expoſitione, D. Paſchaſ. libr. 9. in Matth. Gennadius in Prim. Pſalm. apud Catenam Corderii, D. Iſidor. Peluſiota libr... epiſt... & ad hunc locum Matth. D. Remig. Albertus Magnus, D. Thomas, Hugo, & Abulenſ. quæſt. 117. & ad cap. 11. Marci, Victor Antiochenus, Beda in ſenſu myſtico, ac parabolico per hanc ficulneam intelligunt miſeram ſynagogam, tanquam in genuino ſenſu à Chriſto D. in præſenti denotato. Nam, ut ait Beda, ſicut Chriſtus per parabolas loquitur, ita etiam per parabolas operatur.

26. *Explicatus Textus Evangeliſtarum.*

Ait Matthæus: Cùm Jesus veniret *in civitatem, eſurit*: & videns *fici arborem*. Cùm dicitur, *eſurit*: non tam cibum naturalem, quàm ſpiritualem, ſcilicet Judæorum, ac omnium hominum: nam Deus vult omnes ſalvos facere. *Vidit arborem fici*; quæ ſynagogam ſignificabat; nam ut ait D. Chryſoſtomus (D. Chryſ.), ficus ſub uno cortice multa continet grana, ſic & ſynagoga dicit magnam hominum multitudinem: Et ſicut ficus, ut ait Abulenſis (Abulenſ.), emittit groſſos ſuos ante cæteram eruptionem fructuum, & foliorum; ita Apoſtoli præcedent cæteros in gloria. Sic D. Hilarius (D. Hilar.). *Synagoga ficui arbori comparatur, quia credentes primi ex Iſrael Apoſtoli groſſorum modo cæteros reſurrectionis gloria, & tempore antecedebant.* Ita ille. Erat autem *arbor ſecus viam*: D. Hieronimus (D. Hieron.) ait: *Arbor quam intelligimus ſynagogam: juxta viam erat, quia legem habebat; tamen ad viam, id eſt Chriſtum non pervenit, quia in eum non credidit, nec eum recipere voluit.* Venit Chriſtus ad arborem, *Et nihil invenit in ea, niſi folia tantum*: Venit Chriſtus ad ſynagogam, & ut docent D. Chryſoſtomus, Paſchaſ. D. Thomas (D. Chryſ. D. Paſchaſ. D. Thom.), non invenit in ea niſi phariſaïcas traditiones, jactantias, ac gloriolas de lege, abſque ullo vero fructu,

*Synagoga arbor maledicta, & exſiccata.*



fructu, ac opere de lege, inde Chriſtus eam maledictione percutit: *Nunquam ex te fructus naſcatur*: Arborem perpetuâ ſterilitatem damnat, ut oſtenderet plebem Judæorum propter folia, id eſt, verba ſine fructu, ac bono opere non poſſe ſalvari, ſed ad ignem mitti, ut ait D. Paſchaſ.

27. Objectio. Objicies tamen primò. Videtur, quod figura non correſpondet figurato; nam de hac arbore dicitur: *Nunquam ex te fructus naſcatur, & arefacta eſt continuò ficulnea*: & tamen Judæi in fine ſæculi convertendi ſunt ad Dominum, juxta Iſai. 10. n. 2. (Iſai. 10.) *Reliquiæ convertentur, reliquiæ, inquam, Jacob ad Deum fortem*: Reſpondeo (Solvitur.), quod Chriſtus D. ait: *non naſcatur ex te*: nempe ex ipſa Synagoga, quæ jam mortua erat: at in ſine mundi, rejecta ipſa Synagoga, Judæi jam inſerti in Evangelio gratiarum fonte, tunc ſalvi fient. *Lignum habet ſpem: ſi præciſum fuerit, rurſum ad udorem aquæ vireſcit, & rami ejus pullulant*: Job. 14. n. 7. (Job. 14.)

28. Objicies ſecundò: D. Marcus ſcribit, *quod nondum erat tempus ficorum*: Ergo ſi ſub hac ficulnea intelligitur Synagoga, per hoc videtur excuſari, quia nondum erat tempus, ut fructos afferret. Reſpondet primò Abertus Magnus (Alb. Magn.), quod ficulnea geminos fructus profert: quædam temporaneæ ſunt ac præcoces ficus, quæ licèt apud nos ſint in menſe Junio, tamen in regione valde calida, ut eſt Jeruſalem, fieri poteſt ut habeantur in Paſchate; ficus autem communes, ac maximè ſaporiferæ, & magnæ æſtimationis apud nos ſunt in menſe Auguſto: Tunc ait Albertus Magnus, quod Chriſtus deſideravit ficus præcoces, quæ dari poterant in Paſchate. Marcus autem cum ait, *Quod non erat tempus ficorum*, intelligit communes & maximè ſaporiferas ficus. Tamen cùm Evangeliſta dicat ſimpliciter, *quod non erat tempus ficorum*, ſimpliciter, & abſolutè dicendum exiſtimo, quod non erat tempus. ut ficulnea proferret ficus; nec præcoces, nec communes, tamen debebat producere aliquos groſſos, ut dixi in prima ratione. Et ideo.

*Ficulnea duplices fert fructus.*

29. Authoris ſolutio. Reſpondeo, quòd Evangeliſta ſuprema, & alta conſideratione ſcribit, *Quod non erat tempus ficorum*, ut denotaret, quòd illa maledictio infligebatur in arborem, non ob vitium ipſius arboris materialis, quæ non tenebatur. nec poterat ſecundùm vires naturæ dare poma tempore improportionato; ſed ut denotaretur, quod maledictio infligebatur in arborem ob vitium rei ſignificatæ, ac ſubintellectæ in arbore, Synagogæ nempe Judæorum, qui omni tempore tenebantur ſecundùm legem Dei fructus proferre in juſtitia, & opere ſancto: nam hoc eſt diſcrimen inter arbores, & homines, quod arbores materiales habent certum, & determinatum tempus ad fructus producendos, vernum nempe tempus; at homines, ut notant Chryſoſtom. Paſchaſ. nullum habent præfixum tempus, & in omni tenentur germinare virtutum opera. D. Paulin. (D. Paulin.) epiſtol. 33. ait: *Bonus Dominus, qui hominem mortalem immortalitati præparat; jam & in hoc ſæculo vult eum ſpeciem perpetuitatis induere, ut fructum non accipiat de tempore, ſed in omni tempore ſit maturus illi, cum quo, vel in quo manſurus eſt ſine tempore.* Expende illud, *ut fructum non accipiat de tempore, ſed in omni tempore.*

*Homo in omni tempore debet dare virtutum opera.*

30. Regius Vates de Sancto, ac viro juſto agens, ait: *& erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, & fructum ſuum dabit in tempore ſuo*: Pſalm. 1. n. 3. (Pſalm. 1.) Arbores habent tempus, in quo ferant fructus, verno nempe tempore; in Hyeme verò ſquallidè areſcunt. At juſtus, de quo Pſalmographus loquitur ad literam, ut docet D. Bernard. (D. Bernard.) ſerm. de S. Benedicto, *Dabit fructum in tempore ſuo*: & quodnam eſt tempus ſuum in quo dabit fructum ſuum? totum tempus vitæ ejus: ſic ex Sanctis Patribus ait Lorinus (Lorinus.): *Eſt vitæ ſpatium tempus noſtrum. Arefecit Chriſtus ficum in qua reperit folia, non fructum, etſi tempus eum ferendi non erat, ut intelligeremus, nullum tempus in hac vita ſine fructu eſſe debere, qui in omni tempore edi à nobis poteſt per Dei gratiam*: & ita antecedenter dixerat propheta, *meditabitur die, ac nocte in lege Domini*: id eſt, ut explicat noſter Incognitus (Incognitus) inceſſanter toto vitæ ſuæ tempore. Unde rectè dixit Philo (Philo.) lib. de Sacrific. Abel, *Virtus caret tempore.*

*Juſtus in tempore ſuo hoc eſt, in tota ſua vita dat fructum.*

31. Apoc. 22. De Sancto Angelo ait Joannes Apocal. 22. nu. 1. *Et oſtendit mihi fluvium aquæ vivæ, in medio plateæ ejus, & ex utraque parte fluminis lignum vitæ ferens fructus duodecim per menſes ſingulos reddens fructum ſuum*: Per hoc lignum irrigatum à flumine Divinæ gratiæ, juſtum, ac ſanctum intelligunt Andreas Cæſarienſis (Andr. Cæſ.), & alii: per menſes ſingulos ferens fructus duodecim, hoc eſt, perennes, ac perpetuos fructus totius ſanctitatis, juſtitiæ, ac virtutis, ut nullo claudatur, ac terminetur tempore, quandiu vita durat. Vide dicta ad calcem ſequentis quæſtionis.

## Quæstio IV.

### *Quare hæc ficulnea cum foliis ſine fructibus maledicitur, aliquæ morales rationes aſſignantur?*

32. Victor Antioch. Primò: Victor Antiochenus in c. 11. Marci, inquirens cur Chriſtus D. arefecit ficulneam, cùm ficorum tempus non eſſet, ſic ait: *Propter Diſcipulos hoc fecit. Poſtquam enim ubique beneficia præſtiterat, nullum autem puniverat, conſentaneum erat, ut aliquod quandoque punientis virtutis ſpeciem ederet.* Euthymius (Euthym.) in cap. 21. Matthæi ait: *Punita eſt enim arbor, non quod peccaverit, ſed ut diſcerent, qui ſequebantur, quod etiam ultionem ſumere poſſet Chriſtus.* Similiter & ibi Theophylact. (Theophil.) Chriſtus D. pertranſierat, mira, & magna beneficia in omnes impendens, cæcis dans viſum, claudis pedes, mutis, & ſurdis loquelam, & auditum, infirmis ſanitatem, mortuis vitam, ingenti multitudini millium hominum ſaturitatem, & multa alia, & innumera beneficia largiens; viſum æquum eſt Divinæ providentiæ, ut poſt magnum triumphum, ac regis acclamationem, etiam ſuæ punitivæ juſtitiæ oſtenſionem faceret maledicendo ficulneam. Regem enim decet clementia ut ametur; & etiam juſtitia, ut timeatur, ac ametur. Præclarè dixit Tertullianus (Tertull.) lib. 8. de Patientia, c. 2. de ipſa patientia agens, ait: *Suſtinet ingratiſſimas nationes ... ut ſua ſibi*

*Princeps oſtendat clementiam ut ametur; juſtitiam, ut veneretur.*

*patientia detrahat :* ſi enim quis patiens habetur, inde Dominii majeſtas depretiatur. Et ſubdit Magn. African. *Plures enim idcirco Dominum nec credunt , quia ſæculo iratum tandiu neſciunt.* Ubi enim indignationis rigor non apparet Dominationis opinio non viget.

33. *Summa Domini clementia.* Ex quo conſidera ſupremam , ac immenſam Chriſti pietatem , ac clementiam , hanc maximè oſtendit multis hominibus , ac univerſo generi humano benefaciens , ſuam verò juſtitiam in arbore , ac re inſenſibili oſtendit. Theophyl. Theophylact. *Non in hominem ea utens, ſed in arborem, utpote miſericors.*

34. D.Leo. Secundò D. Leo ſerm.7. de jejunio , & eleemoſyna , ſic ait : *Etiam illa ficus nobis cavenda eſt , ne ſuæ infœcunditatis exemplo , quam Dominus* Jesus , *( ſicut Evangelium refert ) nihil habentem , quod eſuriens ſumeret , perpetua ſterilitate damnavit : ut intelligeremus , quoniam qui eſurientem non refovet , & egenum illi denegat cibum , qui quod pauperi eſt datam , ſibi dixit impenſum.* Magnum , & altum documentum nobis præbet Divinus Magiſter , dum arborem pomis carentem ſterilizat , quamvis fructuum tempus non eſſet , & in illa arbore inſenſibili inſtruitur arbor rationalis. *Non fugient divites à maledictione, ſi eſurientem non paſcant.* Nam ſit illa arbor inſenſibilis , ex eo quod frondoſo veſtitu componitur , cùm naturaliter fructuum pauper eſſet. *Non enim erat tempus ficorum* ; quia tamen eſurienti cibum non offert, inde maledictionem reportat ; in quam diram execrationem deveniat rationalis arbor , nempe homo , cui Deus dedit divitias , & in pompoſo veſtitu , ac apparatu expendit : D.Leo. *Quod pauperi eſt datum , ſibi dixit impenſum* ; nam ut ait ipſe D.Leo ſerm.2. de Jejunio: *Qui divitiis abundat, pauperum eſt debitor.*

35. Tertiò : D. Ambroſius ad cap. 13. Lucæ , ſic ait : *Iſta arbor foliis redundans fluentibus , ſpem poſſeſſoris ſui caſſa ſperatorum proventuum expectatione deſtituit :* foliorum ſplendida exundantia ſaporiferorum fructuum proventu ; ipſa tamen pomis vacua , ſpem omnem deluſit,& cùm veniſſet ad eam , *Nihil invenit præter folia :* & *Apparatus externus ſæpe magnum indicat, cùm interna ſumma ſit paupertas.* fortaſſe aliquali fructu diteſceret ſaltem proferens aliquos ſuos groſſos in regione calida , ut notavi ſuperiori quæſtione , niſi tanta foliorum arrogantia luxuriaret : folia multa habebat , fructuum omninò expers erat, latiori ornatu præfulgebat , ſed cibis omnino carebat : exoptant Iſraëlitæ regem , & cum vidiſſent quendam pompatico ornatu indutum , ad ſummum faſtigium evehere contendunt : *Veſtimentum tibi eſt , princeps eſto noſter :* ſplendida veſtis divitias indicabat , ipſe tamen inopia laborabat, Unde eorum falſam ſpem ipſe declarat ; *in* Iſai.3. *domo mea non eſt panis :* Iſai. 3. n.6. Veſtis principem indicat , menſa miſerum manifeſtat , ô quantum apud multos magnates cultus eſt tenuiſſimus , tamen pauperum cibus. D.Hieron. D.Hieron. ſic ait : *Populus comparatione ſui locupletiorem intelligit , & principem habere deſiderat ; ſed qui eligitur , conſiderans paupertatem , & imbecillitatem ſuam , indignum ſe delato honore teſtatur... qui ipſe ſe ſuſtentare vix valeat.*

36. D.Ambr. Quartò : D. Ambroſius ſerm.16.in Pſal.118. ait : *Ante tempus ad ficulneam venit : hoc eſt , citò Judæis venit , opportunè gentibus : citò venit perituris , commodè credituris.* Valde planum eſt , quod Jesu acceſſus cunctis ſemper ſalutaris fuit : ubicumque accedebat Jesus , ſtatim omne malum fugiebat , univerſaque ſalus , ac felicitas adveniebat. Cur ergo Christi Jesu acceſſus tam exitialis ficulneæ extitit ? tantæ indignationis cauſam indicat D. Marcus : *Non erat tempus ficorum :* Diſpoſuerat Dominus ficulneam percutere , in eaque rigorem juſtitiæ oſtentare , ut dixi ex Antiocheno , Euthymio, Theophylacto in exordio hujus quæſtionis , ideo feſtinat ante fructuum tempus ad eam accedere : feſtinus Dei acceſſus non ſit ſalutaris, ſi opportunitas deficiat. *Opportunus Dei acceſſus exoptandus.* Proindeque Divinus acceſſus non ex feſtinatione , ſed ex opportunitate commendari debet. *Citò Judæis venit , opportunè gentibus ; citò venit perituris , commode credituris :* Judæi , cùm eſſent obſtinati in ſua malitia , eum non receperunt , proindeque citò venit ; at gentibus , cùm ex divina gratia eſſent diſpoſitæ , opportunè venit.

Ait Regius Vates Pſalm.144. num.15. *Oculi omnium in te ſperant , Domine ; & tu das eſcam illorum in tempore opportuno.* Non enim inde oſtenditur Dominus , ac ſuam regiam magnificentiam declarat , quod dat alimentum , ſed quod tempeſtivè , ac opportuno tempore dat, D.Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſtol. 170. *Non enim dumtaxat alit , ſed etiam tempeſtivè. Hoc quippe potiſſimum eſt , quod omnia alit , nempe quod tempeſtivè porrigatur.* 37. Pſalm.144. *Dona ut magna ſint, opportunitatem temporis requirunt* Peluſiota.

Quintò : ex hactenus dictis hac , & ſuperiori quæſtione conſtat , quod Dominus maledixerit ficulneam , cùm ficorum tempus non eſſet , ſub arbore homines intelligens , quia licèt arbores tempus determinatum habeant ad germinandos fructus , non tamen homines, qui pro omni tempore tenentur , ut ſuperiori quæſtione ad 2. objectionem dixi , & præclarè notat D. Paulinus epiſt. 33. dicens : *Sine cauſa videtur arbor accepiſſe maledictionem , quæ culpa ſterilitatis carebat , ſi adhuc per anni tempus alienum , fructus non habebat paratos : nam infœcunda de vita, ſed immatura de tempore. Sed nunquid de arboribus cura eſt Deo? Propter nos utique ſcriptum eſt, in quibus Deus eſcam ſuam ſemper vult invenire. Itaque in illa arbore ſalutem hominis eſuriebat , & ab homine debitum ſibi fructum petebat.* Vide quæ dixi ſuperiori quæſtione , ad finem. 38. *Sub arboris metaphora quærit Deus fructum omni tempore ab homine.* D.Paulin.

---

## Quæstio V.

### *Quare cùm Chriſtus D. ſua maledictione ſolùm ſterilitatem poſuiſſet in fructibus arboris, ipſa etiam exſiccata eſt in ramis, foliis , ac radicibus?*

Quæſtio in primis inquirit , an in hac arbore ficus etiam radices arefactæ fuerint ? D. Hieronym. in hoc cap.21. Matthæi videtur indicare , non eſſe arefactas , ut denotaretur Judæos in fine mundi eſſe convertendos. D.Hieron. citatus ait : *Sic aruerunt folia , ut truncus ipſe remaneret , & fractis ramis vireret radix ; quæ in noviſſimo tempore , ſi credere voluerunt, virgulta fidei pullulent.* Similiter & Beda in præſenti ait : *Siccaverunt folia , & fractis ramis,* 39. D.Hieron. Beda.



*radix vivet, de qua in noviſſimo tempore, ſi credere voluerint , virgulta fidei pullulent.*

40. D.Marc. Tamen ſimpliciter tenendum eſt , radice ficus arefactas fuiſſet : hoc apertè teſtatur D. Marcus 11. n.20. quod cùm ſequenti die tranſiſſent Apoſtoli : *Viderunt ficum aridam factam à radicibus :* Ita ibi communiter notant omnes ejus Interpretes. D. Hieronym. & Beda : Verba faciunt non de ipſa arbore materali, ſed de Judæis in arbore ſignificatis. *A radicibus arefacta.*

41. Quæſtio præſens eſt , quomodo tota arbor arefacta eſt , non ſolùm in fructibus , ſed etiam in foliis , ramis , ac radicibus, cum Chriſtus ſua maledictione tantùm ſterilitatem in fructibus indixerit ; ſic enim ſcribit Matthæus , quod Chriſtus dixerit : *Nunquam ex te fructus naſcatur ;* & D.Marcus ſic refert : *Jam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam comedat.* Cur ergo maledictionis affectus maledictionis verba excedit, & ultra extenditur ad id, quod nec maledictio denotat , nec importat. *Difficultas quæſtionis.*

42. *Principali deleto conſequentia deſtruuntur.* Reſpondeo primò. Extincto principali, propter quod cætera ſiunt , conſequens eſt , ut & cætera deleantur. Truncus , rami , folia , radix ſiunt , ac producuntur à natura ad fructus edendos : ergo ſi pereunt fructus, pereant & cætera Sic dixit D. Ambroſ. lib.de Noë , & Arca , c.1. Quod in diluvio pereunt homines , & pecora. *Quia propter hominem illa facta erant , eo utique deleto , propter quem facta ſunt , conſequens erat, ut illa delerentur.*

43. *Vita infœcunda ſine fructibus , idem eſt ac mors.* Secundò. Maledictio ficulneam fructibus in poſterum privaverat ; *Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum :* Viriditate frondium , & ramorum,ac radicum vita non ſpoliabat , nec in his ſterilitatem inferebat : Cur ergo cùm fructibus privatur , vitam deperdit ? Amiſſis fructibus noluit vitam retinere , & quæ infœcunda fructibus inutilis remanſerat , melius ei erat mors , quàm vita. Ac ſi diceret , ficulnea ſuam miſeram ſortem deplorans , Agnoſce Divinæ vocis myſterium , dum fructibus ſpoliata maneo , ibi me ſine vita demortuam agnoſco : Nam apud Deum idem valet ſine fructibus ſterilem exiſtere, ac omnino mortuum vita carere.

44. Pſal.77. Pſalmographus narrans magna mirabilia , quæ Deus fecit in Ægypto , ait Pſal. 77. n.47. *& occidit in grandine vineas eorum* , id eſt : peremit , deſtruxit grandine vineas Ægyptiorum , vineæ cum ſuis viribus ibi permanſerunt, quomodo dicuntur deſtructæ , ac deſolatæ. Verum eſt , quod vites ibi permanſerunt, ſed ſteriles, & ſine fructibus ; & cum ſteriles factæ ſunt , & vitam amittunt , ut mortuæ , ac vitâ deperditâ reputantur. D.Bernard. D. Bernard. ſerm.63.in Cantica , *Occidit in grandine vineas eorum,* ſic ait , *Oſtendit vitâ privatas, quæ ſterilitate damnatæ ſunt.* Idem reputatur ſterilitate : ac morte affici. *Idem eſt ſterilitas , ac morte affici.*

45. Scriptor Canonicus narrat , quod formarit Deus hominem de limo terræ , & inſpiraverit in faciem ejus ſpiraculum vitæ ; & factus eſt homo in animam viventem : & ſubdit Gen. 2. n.15. *Tulit ergo Deus hominem , & poſuit eum in paradiſo voluptatis , ut operaretur , & cuſtodiret illum.* Gen.2. D.Chryſ. Et ut eleganter notat D. Chryſoſt. homil. 14. in Geneſ. *Non ſimpliciter dixit in Paradiſo , ſed in paradiſo voluptatis , ut excellentem voluptatem , quâ fruiturus eſſe inhabitando , nobis declararet :* Si ergo in paradiſo tot voluptatum ponitur , cur non dicitur ibi tranſlatus , ut ejus multa jucunditate deliciaretur , eximiâ florum varietate recrearetur , eorumque ſuaviſſimo odore jucundaretur , & de pomis , ac fructibus tantorum arborum delectabiliter guſtaret , ad neutrum eorum ibi poſitus dicitur : *Sed ut operaretur , & cuſtodiret illum.* Quinam labor , vel operario iſta ? nam ut inquit D. Auguſtinus citand. in illo felici ſtatu ruralibus terra non indigebat ; nam ſponte ſua ferebat quidquid Adamus vellet ; labores enim Adamo advenerunt poſtquam lapſus eſt , nam ejectum Moyſes tradit hominem : *Ut operaretur terram , de qua ſumptus eſt :* Geneſ.3. n.23 Rationem nobis innuit D. Auguſt. lib.8. de Geneſ.ad literam,c.8.& ait: *Creator animæ in corpore animalis conſtitutæ rationem dedit operandi, ac facultatem, quantum animæ volenti ſatis eſſet.* Creavit Deus hominem cum anima viventi , ſtatim ei adjungit *rationem, & facultatem operandi:* nam quamvis in illa auguſtiſſima primæva origine , nullius operationis erat indigentia , tamen ut in homine anima vivens agnoſceretur , operandi cura ei imponitur: nam ſi abſque operatione degeret , minimè vivens crederetur , ſed ſine anima reputaretur. Gen.3. D. Auguſt. *Non crederetur anima vivens in homine, niſi operaretur.*

*Matt.31.n.31.* Reſpondens autem Jesus , ait eis: Amen dico vobis, ſi habueritis fidem , & non hæſitaveritis non ſolùm de ficulnea facietis : ſed ſi monti huic dixeritis , Tolle, jacta te in mare , fiet.

*Num.22.* Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes , accipietis.

### *VERSIONES.*

| | |
|---|---|
| *Perſicus n.21* | Et animo diſtracti non fueritis. |
| *Maldonat.* | Et non diſceptaveritis. |
| *Burgenſ.* | Non dijudicaveritis. |
| *Syrus.* | Tolletur , & cadet in mare. |
| *Arabicus.* | Diſcede,& jacta te in mare. |
| *Vatablus.* | Mittitor. |
| *Arabicus n.22.* | Cum fide credentes. |
| *Syrus.* | Et credideritis. |

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc.11.n.22.* Et reſpondens Jeſus ait illis: habete fidem Dei.

*Num.23.* Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti , tollere , & mittere in mare ; & non hæſitaverit in corde ſuo , ſed crediderit , quia quodcumque dixerit ei , fiat, fiet ei.

*Num.24.* Propterea dico vobis,omnia credite , quia accipietis

EXPOSITIO

### EXPOSITIO III.

46.
Janſenius.

RESPONDENS autem JESUS admirationi, ac interrogationi diſcipulorum de ariditate ficulneæ, ait eis: *Si habueritis fidem*: excellentiſſimam nempe, ac perfectam inſtar grani ſinapis. Janſenius, de Fiducia interpretatu ?tamen de vera fide divina intelligendum exiſtimo; nam hæc ſimpliciter intelligitur ſub nomine fidei; *& non hæſitaveritis*: ſi firma, & conſtanti fide vos habueritis, ſicut Rom. 4. n 20. dicitur de Abrahamo: *Non hæſitavit diffidentia*: Græcè, *Incredulitate*, & ſubdit Apoſtolus: *ſed confortatus in fide*, de promiſſione accepta adimplenda à Deo. Non ſolùm hoc miraculum de ficulnea arefacta ad imperium verbi veſtri fiet, ſed multo majora, ut ſi huic monti, nempe Oliveti, juxta cùm hæc dixit JESUS pergens in Jeruſalem, ut notant Abulenſis q. 134. Franciſcus Lucas, & alii *Tolle, jacta te in mare*: nempe, Mediterraneum, quod per ſpatium multarum leucarum diſtabat à Jeruſalem: *fiet* ut imperaris, ac dicitis. Similia dixit Dominus ſuprà Matth. 27. n. 20. ut ibi in præallegato loco eſt explicatum, tom. 4. cap. 9. à num. 55. 56.

Rom. 4.
Græcus.
Abulenſ.
Franc. Luc.

47. *Omnia quæcumque petieritis in oratione*: Ac ſi dicat Chriſtus, credite, cùm oratis: & omnia impetrabitis; ipſa oratio in fide quaſdam omnipotentiæ vices habet ad impetrandum, & obtinendum quidquid affectat, ac petit: Vera enim oratio procedit ex vera fide divinæ omnipotentiæ, ac ſpe obtinendi exoptatum: Sic ait D. Bernardus ſerm. 4. ſuper *Miſſus eſt*: *Nemo quippe orat, niſi qui credit, & ſperat*: Quid ergo de tuæ exignitatis conſcientia vacillas; *Credentes*, Chriſti verbis, & ſeparare rem cupitam impetraturos. D. Nyſſenus ſerm. 1. de Oratione Dominica: *Oratio eſt converſatio, ſermocinatioque cum Deo; eorum, quæ concupiſcuntur certa fides*, habendi, & obtinendi, ora cum fide, & rem exoptatam, ac deſideratam habebis.

D. Bernard.
*Oratio eſt certa fides obtinendi ea, quæ concupiſcuntur.*

### *Interrogatio de poteſtate miraculorum.*

*Matth.* 21. *n.* 23. Et cùm veniſſent in templum, acceſſerunt ad eum docentem principes Sacerdotum, & Seniores populi dicentes: In qua poteſtate hæc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatem.

*Num.* 14. Reſpondens JESUS dixit eis: Interrogabo vos & ego unum ſermonem, quem ſi dixeritis mihi, & ego dicam vobis in qua poteſtate hæc facio.

### *VERSIONES.*

*Arabicus*, *n.* 23. Cum cœpiſſet docere.

*Perſicus.* Tempore, quo docuit, ab eo interrogarunt.

*Syrus.* In qua authoritate hæc facis.

*Arabicus*, *n.* 4. Etiam interrogabo vos de verbo.

*Pagnin.* Hæc faciam.

*Æthiopic.* Ego vobis notum faciam, per quam authoritatem facio hoc.

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc.* 11. *n.* 27. Et veniunt rurſus Jeroſolymam, & cum ambularet in templo, accedunt ad eum ſummi Sacerdotes, & Scribæ, & Seniores.

*Num.* 28. Et dicunt ei, in qua poteſtate hæc facis; & quis dedit tibi hanc poteſtatem, ut iſta facias?

*Num.* 15. JESUS autem reſpondens, ait illis: Interrogabo & ego vos unum verbum, & reſpondete mihi, & dicam vobis, in qua poteſtate hæc facio.

*Luc.* 20. *n.* 2. Conveniunt Principes Sacerdotum & Scribæ cum Senioribus, & aiunt dicentes ad illum: dic nobis in qua poteſtate hæc facis? aut quis eſt, qui dedit tibi hanc poteſtatem.

*Num* 3. Reſpondens autem JESUS dixit ad illos: interrogabo ego vos & unum verbum, reſpondete mihi.

### *EXPOSITIO IV.*

ET cùm veniſſet in templum: ut nempe oraret, ac doceret, dans nobis exemplum qua mente ſit conveniendum ad Eccleſiam, ut notat Hugo. *Acceſſerunt ad eum docentem*: Cùm vidiſſent ingentem Chriſti gloriam, ut ait Chryſoſtom. in Imperfecto homil. 30. *Non ſufferentes in pectore ſuo invidiæ ſtimulantis ardorem*. D. Matthæus ſcribit: *Acceſſerunt ad eum docentem*: D. Marcus, *Cum ambularet in templo*: Fortè, quia ambulando docebat, ut dicitur de Ariſtotele, & erat antiqua conſuetudo; vel quia hæc interrogatio bis propoſita fuit, ſemel à quibuſdam, cum tanquam è ſuggeſtu doceret in templo; & iterum ab aliis cum ambularet. *Principes Sacerdotum & Seniores populi*: Albertus Magn. ſic commentatur, *Principes*: in quibus eminet poteſtas, *Sacerdotum*: in quibus debuit eſſe ſanctitas. *Et Seniores*: in quibus debuit eſſe ſapientia, & prudentia. 48.

Hugo.
D. Chryſ.
Alb. Mag.

*In qua poteſtate hæc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatem?* Syrus: *qua authoritate hæc facis: & quis tibi dedit hanc authoritatem*; eandem quæſtionem duplici modo proponunt, ut notant Lyran. Abulenſ. q. 144. nam invidioſa malitia 49.

Syrus.
Lyran.
Abulenſ.



malitia non uno modo, ſed multipliciter dolos parat & tendit. Et cùm dicunt: *In qua poteſtate hæc facis?* ſubintelligunt, in nulla alia niſi diaboli, ut notant in præſenti D. Hieron. D. Paſchaſ. lib. 9. in Matthæum; ſemper invidia rem in deteriorem partem interpretatur, cum miraculis doctrina, ac vitæ ſanctimonia manifeſta fieret Chriſti Divinitas. Origenes tract. 18. in Matthæum; ait: *Cæci media luce quærebant in qua poteſtate Sol terras calefaceret. Propriâ poteſtate, radiiſque ſuis Sol calefacit Orbem.* Eundem in modum poteſtate propria radiiſque propriis ac divinis, lux mundi Chriſtus, tot donis, ac beneficiis calefaciebat mundum, atque illuminabat.

D Hieron.
D. Paſchaſ.
Origen.

50. *Hæc facis*: Illa particula, *hæc*: variè, & diverſimodè refertur. Quidam ad doctrinam, qua docebat in templo; ut D. Hieronym. Origen. Paſchaſius ad miracula. Alii ad ejectionem vendentium in templo. D. Chryſoſtom. Theophylactus, Euthymius. Qui ait: *De ejectione conqueruntur eorum, qui vendebant in templo*: Simpliciter tamen dicendum exiſtimo, quod ad illa omnia refertur, ac proinde cum dicunt, Quis dedit poteſtatem, authoritatem nempe, & jus docendi in templo, ab illoque ejiciendi vendentes, & ementes, ac convocandi populum, ut tibi tanquam Meſſiæ acclament, *Hoſanna*: totque etiam mirabilia, ac miracula faciendi.

D. Hieron.
D. Paſchaſ.
Origenes.
D Chryſ.
Theophyl.
Euthym.

51. *Reſpondens autem Jeſus dixit eis*: Clare, & directè non reſpondit Jeſus ad eorum interrogationem, tum quia ipſi non erant digni, tum etiam ut notat Chryſoſtomus, ne eorum furorem, ac invidiam magis accenderet, ſed declinaret, & ita una interrogatione propoſita, Judæorum interrogationi reſpondet, ac eorum malitiam confundit, ut ſtatim explico quæſtione ſequenti.

D. Chryſ.

---

## QUÆSTIO VI.

### *Quare Chriſtus D. non reſpondit directe Judæis ad ſuam interrogationem, ſed indirecte, alia interrogatione interpoſita?*

52.
*Difficultas quæſtionis.*

POterat Chriſtus D. directè reſpondere interrogationi Judæorum dicens quod illa ſigna, & prodigia faciebat ſuâ ſuprema poteſtate, utpote Dei filius, cui Pater omnia dedit in manus; quod poterat inſervire ad magnam declarationem, & explicationem fidei: tamen ſuâ altâ ſapientia noluit, ſed interrogationi, eorum alterâ interrogatione reſpondit, cujus rationes quantum fas inveſtigamus.

53.
D. Chryſ.

Reſpondet primò D. Chryſoſtom. in Imperfecto, homil. 39. & ait: *Non quidem, ut reſpondentes audiant, ſed ut impediti non interrogent; quia ipſe præceperat*: Nolite Sanctum dare canibus. *Deinde etiamſi dixiſſet, nihil proficeret: quia non poteſt ſentire, quæ lucis ſunt, tenebroſa voluptas. Interrogantem enim oportet docere, tentantem autem terribili percuſſione confundere: non autem ei virtutem myſterii publicare.* Non reſpondet Dominus directè, quia Phariſæi ob ſuam malitiam non erant digni reſponſione, & quia ipſi nihil Domini doctrinâ proficerent, & inde Chriſtus non reſpondet cohærenter ad ſuam doctrinam; quia dixerat ſuprà cap. 7. *Nolite dare ſanctum canibus nec margaritas ante porcos*: Secundò, quia interrogans animo ſimplici, docendus, ac inſtruendus eſt: interrogans verò tentando, aſpero verbo percutiendus, ut Dominus fecit, ignominia, ac confuſione eos affic endo.

*Phariſæi ſua malitia indigni reſponſione.*
Matth. 7.
*Maximè conſiderandus animus interrogantis.*

54. Tertiò: D. Hieronymus ait: *Poterat Dominus apertâ reſponſione tentatorum calumniam confutare, ſed prudenter interrogat, ut ſuo ipſi, vel ſilentio, vel ſententia condemnentur*: prudenti cautelâ utitur Chriſtus Phariſæorum calumniam evitando, & ſua interrogatione dans occaſionem, ut ipſimet Phariſæi ſua ſententia, ſuaque confeſſione, ac judicio condemnentur, ac reprimantur in ſua malitia, prudenti cautela aliquando uti, magnum diſcretionis dictamen eſt, quâ ſæpè uſus eſt Magn. Paulus: poſuit quæſtionem de reſurrectione inter Phariſæos & Sadducæos? volentes eum occidere, cùm inter ſe contenderent, ut eorum furorem declinaret. Actor. 23. n. 7. & iterum appellavit ad Cæſarem, ne traderetur Judæis in Jeruſalem, Act. 25. n. 10. ut obſervant Lyran. hîc infrà, ad illa verba: *Reſpondentes dixerunt*, Abulenſ. q. 147.

D. Hieron.
*Prudenti cautela utitur Chriſtus.*
Actor. 23.
Actor. 25.
Lyran.
Abulenſ.

55. Quartò: Albertus Magn. ait: *Veritatem eis occultavit, ne majoris peccati daret occaſionem*: Noluit Dominus aperte, & clarè dicere, ſe eſſe filium Dei, & a Deo accepiſſe poteſtatem, ut hoc ipſi volebant, ut inde haberent anſam calumniandi, ac blaſphemandi contra eum, & ipſe, ut pius, ac miſericors Dominus, amputat ab eis occaſiones peccati, ac majoris iniquitatis.

Alb Magn.
*Occaſiones peccati removendæ.*

56. Quintò: Noluit Chriſtus directè reſpondere. Abulenſ. q, 146. *Ut confunderet principes Sacerdotum, & ex ſua ipſorum reſponſione confitentes ſe neſcire arguerentur; & ideo voluit eos punire confundendo eos & reſpondere noluit, quia magna confuſio eſt viro prudenti, ac magiſtro confiteri ignorantiam ſuam in eo, in quo conſiſtit officium ſuum*: Chriſtus D. ſua infinita ſapientia volens punire Phariſaïcam malitiam; quæ eum tentare, ac capere in ſermone intendebat; ſua quæſtione propoſita de Baptiſmo Joannis, Phariſæos ad has anguſtias reduxit, ut dicerent, *Neſcimus*: & nulla acerbior ignominia, ac pœna poteſt accidere viro multum præſumenti de ſua ſcientia, ac magiſtratu, quàm ſic coarctari, ut inſcitiam, ſuam fateatur, eique ejus inſcitia objiciatur? nam ut dicitur l. 2. de regulis juris, *Turpe eſt Patritio, & nobili viro, jus in quo verſatur ignorare.*

Abulenſ.
*Maximè confunditur doctor, dum de ſua ignorantia convincitur.*

57. Venit Nicodemus Princeps, ac Doctor Judæorum ad Chriſtum, cum quo habuit multa colloquia, ac quæſtiones de ſalute animæ, & cùm ſermonem interpoſuiſſet Dominus de ſalubri Baptiſmo, apertè multis Sacræ Scipturæ locis ſignificato, ut dixi tom. 2. in Evangelia, cap. 3. q. 25. n. 125. quo audito tanquam de re nova miratus eſt Nicodemus, & ait ei Chriſtus D: *Tu es Magiſter in Iſraël, & hæc ignoras?* Joan. 3. n. 10. Quod ei dixit Chriſtus, ut ait D. Auguſtin. tract. 12. in Joan. *Ille magiſterio inflatus erat, & alicujus momenti ſibi eſſe videbatur, quia Doctor erat Judæorum. Deponit ei ſuperbiam, ut poſſit naſci de ſpiritu, inſultat ei tanquam*

Joan. 9.
D. Auguſt.

*Magna confuſio Doctori ſi ſua ignorantia ei objiciatur.*

*quam indocto.* Dicit ei Chriſtus : *Hæc ignoras* ut ejus arrogantiam, ac elationem confunderet, ac comprimeret, ut ita ſua ſuperbia depoſita ad viam ſalutis duceret, nihil enim magis reprimit, ac confundit virum de ſua ſcientia præſumentem, quàm ei ſuam ignorantiam, ac inſcientiam objicere; & cùm Chriſtus D. diceret Nicodemo : *Hæc ignoras ?* ita ipſe confuſus, & animo repreſſus manſit, ut ita obmuteſceret; & nihil amplius ad Chriſti verba reſpondit, ſed tacens abſque ullo verbo dicto receſſit. Vide tom. 1. lib. 1. cap. 10. n. 61. & lib. 2. cap. 1. n. 60.

*Quæ iniqui in ſanctos machinantur in eorũ damnum revertitur.*

58\. Sextò : non directè reſpondet Dominus, ut videatur impletum, quod impius incidit in foveam, quam fecit. Phariſæi ſua interrogatione fabricarant contra Chriſtum D. tendicula, ac dolos, ut eum caperent in ſermone, inde Dominus alia interrogatione in eos retorquet, eos ignominia afficiens, dum neſciunt reſpondere, ut ita ipſi ſapientia inflati fateantur, dicere ſe neſcire, & ita malum : quod iniqui in ſanctos machinantur, ac moliuntur, ipſo comprehendit, ac in eorum caput revertitur.

59\. Alto Dei conſilio proficiſcitur Iſraël de Ægypto, & non recto itinere in terram Promiſſionis, ſed tanquam iterum reverteretur in Ægyptum, inde juxta mare caſtrametatus eſt, quod cùm ex ſuis exploratoribus agnoviſſet Pharao, ait Deus : *Dicturus eſt Pharao ſuper filiis Iſraël, coarctati ſunt in terra, concluſit eos deſertum.*
Exod. 14. Exod. 14. n. 3. Cùm eos Pharao agnoviſſet concluſos inter deſertum, & mare, inde ſibi perſuadet, quod eos comprehendet, ac teneat, ut nullus ex eis valeat effugere; ſed malum, quod cogitavit impius rex ad Iſraëlis interitum, è contra accidit, ut ipſum mare eum toto exercitu ſuo devoraret, ac deglutiret, ut ne unus quidem ex tam copioſo exercitu ſuperſtes remaneret : ſuiſmet conſiliis impius irritatur.

*Impius ſuis conſiliis irritatur.*

Oleaſter. Oleaſter ait : *Multa ſunt, & varia offendicula, & mucipulæ, quas Deus ponit impiis, ut irritentur, & cadant; ſic Pharao exigentibus demeritis, Deus permiſit Judæos redire, & quaſi deſerto, & mari concludi, ut animus impii regis excitaretur ad eos perſequendos, & corrueret tam ipſe, quam populus ejus.* Vide tom. 4. in Evang. cap. 17. q. 16. n. 104. & cap. 31. q. 11. n. 74. & c. 39. q. 4. n. 19. & 20. & in aliis meis libris, verb. *Loqui*, ſeu *Lingua.*

| | |
|---|---|
| *Matth.* 21. *n.* 25. | Baptiſmus Joannis, unde erat, è cœlo, an ex hominibus ? at illi cogitabant inter ſe dicentes. |
| *Num.* 26. | Si dixerimus è cœlo, dicet nobis, quare ergo non creditis illis? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam; omnes enim habebant Joannem ſicut Prophetam. |
| *Num.* 27. | Et reſpondens Jeſu dixerunt, Neſcimus : Ait illis & ipſe : nec ego dico vobis, in qua poteſtate hæc facio. |

*VERSIONES.*

| | |
|---|---|
| *Syrus, n.* 15. | An ipſum Baptiſma è filiis hominum ? At illi cogitabant in animabus ſuis. |
| *Græcus.* | Ratiocinabantur apud ſeipſos |
| *Arabicus.* | Intra ſe. |
| *Arabic. Rom.* | Dixerunt alter ad alterum. |
| *Syrus, n.* 16. | Propter quid non crediſtis ei. |
| *Arabicus, n.* 26. | Nec ego notificabo vobis in qua poteſtate. |

*ALTER TEXTUS.*

| | |
|---|---|
| *Marc.* 11. *n.* 30. | Baptiſma Joannis de cœlo erat, an ex hominibus ? reſpondere mihi. |
| *Num.* 30. | At illi cogitabant ſecum dicentes : Si dixerimus de cœlo, dicet : quare ergo non crediſtis ei. |
| *Num.* 32. | Si dixerimus ex hominibus, timemus populum : omnes enim habebant Joannem, quia verè propheta eſſet. |
| *Num.* 33. | Reſpondentes dicunt Jeſu: Neſcimus: & reſpondens Jeſus, ait illis. Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio. |
| *Luc.* 20. *n.* 4. | Reſpondete mihi : Baptiſmus Joannis de cœlo erat an ex hominibus ? |
| *Num.* 5. | At illi cogitabant inter ſe dicentes, quia ſi dixerimus de Cœlo, dicet; quare ergo non crediſtis illi. |
| *Num.* 6. | Si autem dixerimus ex hominibus, plebs univerſa lapidabit nos : certi ſunt enim, Joannem prophetam eſſe. |
| *Num.* 7. | Et reſponderunt ſe neſcire unde eſſet. |
| *Num.* 8. | Et Jeſus ait illis : neque ego dico vobis, in qua poteſtate hæc facio. |

*EXPOSITIO V.*

*BAPTISMUS Joannis.* Clavum clavo trudit Chriſtus D. interrogationem Phariſæorum alia ſua interrogatione confundit, ac refutat, quærens ab eis Baptiſmus Joannis, *Unde erat ?* Per Joannis baptiſmum intelligit Chriſtus D. omnem vitam, prædicationem, ac inſtitutionem Joannis, omneſque illius actiones, & Baptiſmum nominat peculiariter, quia ut res nova, nunquam viſa in Orbe, erat res Joannis valde 60.



Matth. 3. valde celebris, ad quem omnes confluebant, ut dicitur Matth. 3. n. 5. *Exibat ad eum omnis Jeroſolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem, & baptizabantur ab eo:* Joannes autem teſtificabatur Chriſtum D. ſe ipſo, ſuoque baptiſmo multò excellentiorem, ac majorem eſſe. De ſe Baptiſta ait: *Ego baptizo in aqua, medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis, ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cujus ego non ſum dignus, ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti,* Joan. 1. n. 26. & iterum ibidem Joan. n. 33. de ſe ait Baptiſta: *Ego baptizo in aqua, hic eſt qui baptizat in Spiritu Sancto, & ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei.*

*Joan. 1. Joannes fatebatur ſe Chriſto in multis inferiorem.*

*Efficax Chriſti argumentum.*

61\. Hoc poſito, Chriſtus D. efficaciſſimum proponit tacitum argumentum. Quia ſi vos dicitis, quod Joannes, ejuſque baptiſmus, poteſtas, & authoritas erat de cœlo à Deo, à fortiori debetis confiteri, quod mea perſona, meaque poteſtas, meaque authoritas ſit à Deo, cum Joannes aperto teſtimonio ſæpè profeſſus eſſet ſe ipſo eſſe majorem, ac præſtantiorem, utpote verum Meſſiã, ac filium Dei : *De cœlo, an ab hominibus ?* Hebræi metonymicè ſæpe uſurpant continens pro contento, & Deum vocant *Scamain* id eſt, Cœlum.

62\. Græcus. *At illi cogitabant inter ſe:* convicti Chriſti argumento, hæſitantes de reſponſione, cogitabant, ſeu ut ex Græco legi poteſt, conferebant quid dicerent; nam ſi dixerimus de cœlo, inde contra nos teſtificamur, ac facilè redarguemur; quare Chriſto non credimus, cùm Joannes de ipſo dediſſet teſtimonium quod ipſe erat verus filius Dei ac verus Meſſias, ſi dixerimus ex hominibus, timebant populum, ne *univerſa plebs lapidaret eos;* ut ſcribit Lucas, tanquam blaſphemos, ut advertit Lyran.

D. Lucas. Lyran.

63\. D. Chryſ. Alb. Mag. D. Thom. *Reſpondentes, dixerunt, Neſcimus:* fictè & cum magno mendacio loquuntur, ut notant D. Chryſoſt. Albert. Magn. D. Thom. bene ſciebant Joannis baptiſmum eſſe immediatè à Deo; cum eſſent DD. & legiſperiti & cum Doctori, ac magiſtro de ſua ſcientia inflato nil durius, ac acerbius ſit, quàm inſcientiam ſuam profiteri; tamen ita vehemens erat odium, ac eorum invidia in Chriſtum, ut malint ignominiam inſcientiæ, ac ignorantiæ ſuſtinere, quàm aliquid in Chriſti gloriam dicere, ut ſi profiterentur baptiſmum Joannis eſſe de cœlo, inde convicti tenebantur profiteri Chriſtum filium Dei.

*Ob odium & invidiam contemnitur propria authoritas.*

64\. *Nec ego dico vobis:* ac ſi diceret Chriſtus: vos non vultis reſpondere ad meam quæſtionem, nec ego volo reſpondere ad veſtram quæſtionem. Vos dicitis: *Neſcimus,* & mentimini. *Nec ego dico vobis.* Non dixit neſcio, ſicut illi dixerunt, quia non eſt Deus ut homo mendax; Num. 23. n. 19. Rom. 3. n. 4. & ait, *Nec ego dico:* ac ſi diceret, bene ſcio mea poteſtas unde ſit, ſed nolo vobis dicere, ut veram contumaciam conteram, ac confundam. Quo audito reſponſo, os Scribarũ obmutuit, nec mugire ultra audet. D. Hieron. ait : *oſtendit illos ſcire, ſed reſpondere nolle, & ſe noſce, ſed non dicere, quia quod illi ſciunt, tacent.*

Num. 33. Rom. 3. D. Hieron.

## Quæstio VII.

*Quare Phariſæi non ſolùm mente, ſed etiam verbis mentiuntur ob populi timorem ?*

65\. QUod ſolum mente reſponſum cogitaverunt, verba Textus favent. Matthæus habet: *At illi cogitabant inter ſe:* Syrus, *in animabus ſuis:* & Marcus, *At illi cogitabant ſecum dicentes,* &c. & Lucas : *At illi cogitabant inter ſe dicentes.* Quæ omnia verba tantum videntur denotare internam cogitationem. Deinde ipſi Scribæ reſponderunt coram Chriſto D. quomodo poterant inter ſe conferre quid dicerent; tamen communis reſponſio videtur ſupponere communem conſenſum.

*Quod ſolum mente.* Matth. Marcus. Lucas.

66\. Tamen Cajet. Janſen. Barrad. to. 3. lib. 8. c. 2 §. *Quæritur,* Menoch. & alii tenent, quod Scribæ non ſolùm mente cogitarunt, ſed etiam verbis inter ſe contulerunt, quid dicerent. Probatur primò ex Arabico Romano : *Dixerunt alter ad alterum.* Probatur deinde ex ipſo Text inquiunt ipſi, *Si dixerimus,* &c. *timemus* : Quæ verba in plurali numero videntur denotare quandam conſultationem, ac conferentiam. Deinde ſi non præceſſit inter eos aliqua conſultatio, quomodo omnes idem cogitarunt, ut dicerent, *Neſcimus,* ergo hoc reſponſum ex unanimi conſenſu aliquod colloquium inter eos ſupponit.

Cajetan. Janſenius. Barradas. Menoch. Arab. Rom. *Quod etiam verbis.*

67\. Ad rationem oppoſitam dicitur, quod non ſolùm mente cogitarunt, ſed etiam verbis rem contulerunt, & ita colligitur ex Græc. qui habet, *Rationabantur apud ſe ipſos.* Ad inſtantiã dicimus, quod Scribæ aliquantum diſceſſerunt à Chriſto, & ſubmiſſa voce de reſponſione conſultarunt. Græcus.

68\. Hæc autem dixerunt, *Neſcimus:* ut exprimitur in litera : *Si dixerimus, de cælo, dicet nobis, quare ergo non crediſtis illi; ſi dixerimus, ab hominibus, timemus turbam.* O timor conveniens Scribis, ac Phariſæis, timore nempe agitati, ne vel à Chriſto convincantur, ne à turba opprimantur, ut eos lapidet, ut exprimit D. Luc. mentiuntur, & veritatem tacent. Euthym. hic: *O miſeram hominibus placendi captivitatem! Deum contemnunt, homines verò timent, ad eorum gratiam omnia operatur:* Ecce execrabilis omnium vitiorum origo, Deum contemnere, homines timere; humanus enim metus omnium bonorum operum excidium eſt, cum Dei contemptum pariat, & ſolum homines revereri intendat.

Euthym. *Humanus timor parat multa malas & Dei contemptum.*

69\. Jubente Moyſe, Levitæ excelſa voce clamant : *Maledictus homo, qui facit ſculptile & conflatile,* &c. *& reſpondedit omnis populus, & dicet, Amen.* Deut. 27. n. 15. ſic & deinceps ad reliquas maledictiones, quæ ibi recitantur; maledictiones expreſſit Scriptura, nec dubium eſſe videtur, benedictiones maledictionibus contrarias recitatas fuiſſe. Dubitari tamen poteſt an benedictionibus etiam populus reſponderet *Amen* : & quamvis interpretes communiter id affirment, Steph. tamen Cantuarienſis in Allegoriis veteris teſtamenti ibidem allegatus, ita habet. *Et reſpondebit omnis populus, & dicet Amen. Notat, quod Hebræi reſpondebant, Amen, ad maledictiones, non verò ad benedictiones; quia Judæi pro pœna vitanda quam notat maledictio, ſerviebant : nos propter præmium conſequendum, quod ſignat benedictio.* Qui tanquam ſervus de promiſſa ſpirituali felicitate parum curat, inde Dei benedictiones contemnens non reſpondet Amen, ſed tantùm maledictionum minis acerbis, quibus concutitur, ac movetur, cœleſtia contemnens, terrena, & humana æſtimans, & venerans: *Quia Judæi pro pœna vitanda, quam notat maledictio, ſerviebant; nos propter præmium conſequendum, quod ſignat benedictio.* Illi ut ſervi, timore agitabantur : nos ut filii amore allicimur.

Deut. 27. Steph. Cant. *Servilis timor humana quærit, Divina ſpernit.*

# CAPUT XXII.

ET reſpondens JESUS, dixit iterum in parabolis eis, dicens. 2. Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. 3. Et miſit ſervos ſuos vocare invitatos ad nuptias: & nolebant venire. 4. Iterùm miſit alios ſervos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata: venite ad nuptias. 5. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam ſuam: alius verò ad negotiationem ſuam. 6. Reliqui verò tenuerunt ſervos ejus: & contumeliis affectos occiderunt. 7. Rex autem cùm audiſſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & civitatem illorum ſuccendit. 8. Tunc ait ſervis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt: ſed qui invitati erant, non fuerunt digni. 9. Ite ergo ad exitus viarum: & quoſcumque inveneritis, vocate ad nuptias. 10. Et egreſſi ſervi ejus in vias congregaverunt omnes quos invenerunt, malos, & bonos; & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. 11. Intravit Rex ut videret diſcumbentes: & vidit ibi hominem nen veſtitum veſte nuptiali. 12. Et ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? ait ille obmutuit. 13. Tunc dicit rex miniſtris: ligatis manibus, & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. 14. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. 15. Tunc abeuntes Phariſæi conſilium inierunt, ut caperent eum in ſermone. 16. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonam hominum? 16. Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari, an non? 18, Cognita autem JESUS nequitia eorum, ait Quid me tentatis hypocritæ? 19. Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. 10. Et ait illis JESUS: Cujus eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? 21. Dicunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quæ ſunt Dei Deo. 22. Et audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt. 23. In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem, & interrogaverunt eum, 24. Dicentes: Magiſter, Moyſes dixit, ſi quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. 25. Erant autem apud nos ſeptem fratres: & primus uxore ducta, defunctus eſt: & non habens ſemen, reliquit uxorem ſuam fratri ſuo. 26. Similiter ſecundus, & tertius uſque ad ſeptimum. 27. noviſſimè autem omnium, & mulier defuncta eſt. 28. In Reſurrectione ergo cujus erit de ſeptem, uxor? omnes enim habuerunt eam. 29. Reſpondens autem JESUS ait illis: Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei. 30. In reſurrectione enim, neque nubenr, neque nubentur ſed erunt ſicut Angeli Dei in cœlo. 31. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt à Deo dicente vobis. 32. Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed viventium. 33. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina ejus. 34. Phariſæi autem audientes quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, convenerunt in unum: 35. & interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tantans eum. 36. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? 37. Ait illi JESUS: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua. 38, Hoc eſt maximum, & primum mandatum. 39. Secundum autem ſimile eſt: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. 40. In his duobus mandatis univerſa lex pendet, & Prophetæ. 41. Congregatis autem Phariſæis, interrogavit eos dicens? 42. Quid vobis videtur de Chriſto? cujus filius eſt? Dicunt ei David. 45 Ait illis: quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, Dicens: 44. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. 45. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus eſt. 46. Et nemo poterat ei reſpondere verbum neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

### *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Proponit Chriſtus parabolam invitatorum ad nuptias, & non habentis veſtem nuptialem, quam tractavi tom. 4. cap. 44.

Secundo



*Secundò, V.* 15. Phariſæis quærentibus, an liceat cenſum dare Cæſari? Reſpondet, *quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei Deo*; quod expendi tom. 4. cap. 45.

*Tertiò, V.* 23. Sadducæis negantibus reſurrectionẽ, eandem probat Chriſtus; quod hîc in præſenti eſt explicandũ.

*Quartò, V.* 36. Legiſperito roganti quod ſit magnum legis mandatum; reſpondet eſſe hoc: *Diliges Deum ex toto corde tuo*: quod eſt explicatum tom 4. c. 46.

*Quintò, V.* 42. Dicentibus Phariſæis Chriſtum vocari filium Davidis, tunc quærit Chriſtus ab eis, quomodo David vocat eum Dominum quo Phariſæorum os obturatur, ut eodem c. 46. explicavi.

*Contentio de Riſurrect. Sadducæorum.*

*Matt.* 22. *n.* 23. In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem, & interrogaverunt eum.

*Num.* 24. Dicentes: Magiſter, & Moyſes dixit; ſiquis mortuus fuerit, non habens filium, ut ducat fratrer ejus uxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.

### *VERSIONES.*

*Syrus. n.* 13. Et dicunt ei, non eſt vivificatio mortuorum.

*Græcus.* Non vita mortuis.

*Syrus. n.* 24. Si quis moriatur, ſi non ſint filii ejus.

*Græcus.* Non habens liberos, ſuſcitet poſteritatem fratri ſuo.

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc.* 12. *n.* 18. Veniunt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurrectionem non eſſe, & interrogabant eum dicentes.

*Num.* 19. Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit, ut ſi cujus frater mortuus fuerit, & filios non reliquerit, accipiat frater ejus uxorem ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri ſuo.

*Luc.* 2. *n.* 27. Acceſſerunt autem quidam. Sadducæorum, qui negant eſſe reſurrectionem, & interrogaverunt eum.

*Num.* 18. Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis: ſi fratrer alicujus mortuus fuerit, habens uxorem, & hic ſine liberis fuerit, ut accipiat eam frater ejus uxorem & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.

### *EXPOSITIO I.*

*IN illo die*: in quo Phariſæi cum Herodianis tentarunt Chriſtum de tributo Cæſari ſolvendo, ut notant Origen. & D. Hieron. qui fuit dies tertius ab ingreſſu in Jeruſalem. *Acceſſerunt*: corpore, non animo, cùm in dolo ac falſitate convenirent. *Magiſter*: hac voce utuntur, non ut diſcant, ſed ut doloſo verbo eum capiant in ſermone; ſed *meditati ſunt inania*: Pſalm. 2. Sudducæi, qui negant reſurrect onem eſſe, de quibus aliqua ad initium quæſtionis ſeq. 1.
Origenes. D. Hieron. Pſal. 2.

*Moyſes mandavit*: ut ſuſcitet ſemen, id eſt, filium, ſeu poſteritatem, ut habet Græcus, ut ſcilicet filius progenitus, nomine defuncti dicatur, ac appelletur, ut ita defunctus in eo ſuum nomen, ac hæreditatem conſervare videatur. Lex hæc habetur Deuteron. 25. n. 5. Ubi multa de tali lege tractant, & ſatis latiſſimè Abulenſ. in præſenti à quæſt. 27. & deinceps per plures. 2.
Græcus. Deut. 25. Abulenſ.

## QUÆSTIO I.

### *Quare recedentibus Phariſæis, & Herodianis, accedunt Sadducæi ad Chriſtum tentandum, & notantur aliqua circa eorum ſectas?*

APud Judæos octo erant ſectæ, & præcipuè quatuor numerantur, ut videre eſt apud Abulenſ. hic, q. 123. & tradit Joſephus lib. 20. Antiquitatum, & lib. 2. de Bello Judaïco. Erant. autem inter has præcipuè quatuor ſectæ, Phariſæorum, Sadducæorum, Herodianorum, Eſſenorum: de his ultimis nulla fit mentio in Evangelio; quia Eſſeni erant viri boni, & in nullo tentabant Chriſtum, neque ei in aliquo adverſabantur. Herodiani erant illi, qui tributa Cæſaris colligebant, de quibus fit mentio hoc. c. 22. n. 16. Et ſic vocabantur, quia Herodes, qui Cæſari adulabatur, & illius gratiam captabat, illis favebat, ut Origen. D. Hieronym. D. Paſchaſ. D. Cyrillus à me citati tom. 4. cap. 45. docent. 3.
Abulenſ. Joſephus. Origen. D. Hieron. D Paſchaſ. D. Cyrill.

*Sadducæi*: id eſt juſti ab Hebraica voce *Zadichhem*, & falſo juſti dicebantur, cùm multos haberent errores in fide, ſine qua nulla datur vera juſtitia, ac probitas: *Juſtus ex fide vivit*: Rom. 1. Iſti autem Sadducæis negebant reſurrectionem, animam eſſe immortalem, & Angelos ſpiritus: Actor. 23. n. 8. Phariſæi maximè erant contrarii Sadducæis; nam Phariſæi illa omnia agnoſcebant, nempe reſurrectionem, animam immortalem; & Angelos ſpiritus. Sic habet D. Hieron in præſenti. *Duæ hæreſes erant in Judæis, una Phariſæorum, & altera Sadducæorum. Phariſæi traditionum, & obſervationum juſtitiam præferebant, unde & diviſi dicebantur à populo: Sadducæi autem, qui interpretantur juſti, ipſi vindicabant ſibi, quod non erant, de Phariſæis reſurrectionem corporis, & animæ credentibus ac confitentibus, quia Angelos & ſpiritum. Sad-* 4.
*Quinam eſſent Sadducæi, ac Phariſæi?* Rom. 1. Actor. 19. D. Hieron.

*ducæi juxta actus Apoſtolorum , omnia negabant :* Ita etiam Origenes , Theophylact. D. Paſchaſ. D. Thomas, Beda qui etiam notat, quod hac de cauſa Phariſæi , & Sadducæi erant inter ſe maximè contrarii , & oppoſiti; Sadducæi tantùm, ſolùm quinque libros Moyſis recipiebant , ut tradit citatus Abulenſis ad finem quæſtionis; de his ſectis multa, & latè tractat Serar. in Trihæreſ. lib. 2. cap. 18. uſque ad fin.

Origenes. Theophyl. D.Paſchaſ. D.Thom. Beda.

5\. Serar.

Omnes hæ diabolicæ, ac perverſæ ſectæ conveniunt in hoc capite ad tentandum Chriſtum, Phariſæi , & Herodiani de tributo Cæſaris reddendo , n. 16. & iterum Phariſæi de legis mandato , infrà n. 34. & in præſenti Sadducæi hac eadem die . ut eſt communis ſententia Origen. D. Chryſoſt. D. Hieron. & poſtquam in eadem die Dominus areſecit ficulneam , ut advertit Albert. Mag. Et poſt viſum tam magnum miraculum , omnes conveniunt ad Chriſtum tentandum. Invidia, ac eorum odium nullo prodigio, nullo miraculo quieſcit , ac placatur , ſed inde magis inardeſcit , ac inflammatur.

Origen. D.Chryſ. D.Hieron. Alb. Mag. *Invidia miraculo non quieſcit, ſed inflammatur.*

6\. D.Chryſ.

Secundò , & ſapienter D Chryſoſt. In Imperfecto hom. 42. In illo die acceſſerunt ad eum Phariſæi,&c. ſic ait S. Doctor: *Quando recedebant Phariſæi , accedebant Sadducæi , fortè tali conſilio, quia decertabant, quis eum deprehendere poſſet, vel ſi ratione eum non poſſent ſuperare, ſaltem per ipſam frequentiam ſubverterent ſenſum ejus* : Valde inverecunda præſumptio, & pertinax, & impoſſibilia audacter ſemper tentans. Acceſſerunt *Phariſæi* ſupercilio magni, & ſapientjæ faſtu arrogantes, cum *Herodianis*, magni Cæſaris miniſtris, & ſtatim *Sadducæi*, argutioris ſectæ magnates; ut ſi non rationum pondere , ſaltem diſputationem authoritate , ac diſputationum , & quæſtionum frequentia Chriſtum fatigarent , ac moleſtarent, ut ejus ſenſum ſubverterent , an ſaltem aliquod ejus verbum poſſent expiſcari ad eum accuſandum, ac arguendum : *Saltem per ipſam frequentiam ſubverterent ſenſum ejus.* At in vanum laboraverunt : nam veritas Chriſtiana, Chriſtique ſapientia , ac Evangelica doctrina, nulla magnorum temporalium authoritate ſupprimitur , nulla diſputationum frequentia fatigatur , ſed inde magis reſplendet.

*Veritas Evangelica nec diſputationum frequentia fatigatur, nec vincitur.*

7\. 1.Cor. 1.

Ait Apoſtolus 1. Cor. 1. n. 16. *Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes, non multi potentes , non multi nobiles , ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia.* Ad propugnandum catholicam fidem , non eligit Deus viros magnæ authoritatis , ſapientiæ fama illuſtres, aut ingenii & facundiæ celebres opinione, aut ad diſputandum , & ventilandum ſagaces, aut divitiis, & regia dignitate illuſtres , ſed ſimplices , & ignobiles, quia hic non diſputationis gratia prævalebat, ſed divina veritas, quia ſi fides daretur ſapienti, aut authoritate inſigni, hoc eſſet credere homini , & non Deo , & humanæ authoritati , non verò meræ veritati aſſentiri. D. Zeno ſer. de fide : *Valde debilis eſſet fides*, ait, *quæ Regum, judicum, divinum, aliquoties etiam, quod pejus eſt , & gentium deſiderat per momenta patrocinia.* Nam quid ad credendum, aut authoritatem, aut eloquentiam dicentis deſiderat , magnam injuriam facit Deo ; quia non Deo , ſed homini credit. Sic concludit citatus D. Zeno : *Eò enim res deducta eſt , ut fides noſtra per Dei inquiratur injuriam.*

*Qui credit authoritati Doctoris, non credit Deo, ſed homini.*

D.Zeno.

*Matt. 22. n. 25.* Erant autem apud nos ſeptem fratres: & primus uxore ducta defunctus eſt, nõ habens ſemen, & reliquit uxorẽ ſuã fratri ſuo.

*Num. 26.* Similiter ſecundus, & tertius uſque ad ſeptimum.

*Num. 25.* Noviſſimè autem omnium mulier defuncta eſt.

*Num. 28.* In reſurrectione ergo, cujus erit de ſeptem uxor? omnes enim habuerunt eam.

## *VERSIONES.*

*Syrus n. 25.* Primus defunctus eſt , cùm non habuiſſet liberos.

*Æthiop. n. 27.* Uſquedum completi eſſent.

*Syrus n. 27.* Poſt omnes mortua eſt.

*Syrus n. 28.* Omnes enim duxerunt eam.

## *ALTER TEXTUS.*

Eiſdem ferè verbis ſimilia ſcribunt.

*D. Marcus cap. 12. n. 20. 21. & 22.*

*D. Lucas cap. 20. n. 30. & 32.*

## *EXPOSITIO II.*

8\. D.Chryſ.

SADDUCÆI hac argutiſſima ratione , ut notat Chryſoſt. in Imperfecto hom. 42. ſuam hæreſim confirmare ſibi perſuadebant , quæ erant eorum Achillea , & ipſi indiſſolubilem putabant, & in ea capere Chriſtum in ſermone putabant. Una mulier matrimonium contraxit cum ſeptem fratribus, uno poſt alium defuncto , juxta legem, ut ſuſcitaret ſemen fratris ſui. Si datur reſurrectio , hæc mulier, & ſeptem fratres reſurgent : hæc ergo mulier in reſurrectione , cujuſnam erit uxor ?

9\.

Nam ſi diceret hanc mulierem unius futuram eſſe uxorem, alios ad iram, & invidiam concitaret , & ad perpetuas controverſias ; & non apparet ratio cur magis ad unum , quàm ad alterum pertineat : ſi dicatur Primus ; hoc non poteſt ſtare, quia ille mortuus, amiſit jam ſuum jus ad illam mulierem ; nam ipſa ex lege ducenda erat ab alio fratre , ut ſuſcitaret ſemen fratris ſui : ſi Chriſtus dixiſſet talem uxorem fore communem ſeptem fratribus , inde calumniaretur, ac accuſaretur ut author turpiſſimæ doctrinæ, ac inceſtus. Nam ut bene notat Eſtius, quod unus vir plures haberet uxores, hoc lex Moſaïca permittebat , & exemplo SS. Patriarcharum comprobatur , at quod una mulier plures haberet maritos , nec lex permittebat , nec ulla ratio conceſſit, nec viſum, nec auditum fuit. Hæc omnia uno verbo Chriſtus D. diſſolvit, & vanas eſſe hominum cogitationes oſtendit. Eſtius.

*Matt. 22. n. 29.* Reſpondens autem JESUS ait illis, erratis, neſcitis ſcripturas, neque virtutem Dei.

*Num. 30.* In reſurrectione enim , neque nubent , neque nubentur : ſed erunt ſicut Angeli in cœlo.





## *VERSIONES.*

*Perſicus n. 29.* O increduli erratis, & viam Dei ignoratis.

*Syrus.* Errantes eſtis.

*Vatablus.* Neque potentiam Dei.

*Arias.* Neque efficaciam Dei.

*Syrus n. 30.* In reſurrectione mortuorum , non accipiunt uxores , non etiam fiunt uxores viris , ſed erunt inſtar Angelorum.

*Arabicus.* Neque nuptui dabunt , & fiunt velut Angeli Dei.

*D. Grigor.* Non nuptias contrahunt.

## *ALTER TEXTUS*

*Marc. 12. n. 24.* Et reſpondens JESUS ait illis, nonne ideo erratis , non ſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei.

*Num. 25.* Cum enim à mortuis reſurrexerint , neque nubent , neque nubentur, ſed erũt ſicut Angeli in cœlis.

*Luc. 20. n. 34.* Et ait illis JESUS: filii hujus ſæculi nubunt, & tradunt ad nuptias.

*Num. 35.* Illi verò, qui digni habentur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubẽt neque ducent uxores.

*Num. 36.* Neque enim ultra mori poterunt: æquales enim Angelis ſunt & filii ſunt Dei, cũ ſint filii reſurrectionis.

## *EXPOSITIO III.*

10\. *Contra hæreticos aperto ſermone utendum.*

RESPONDENS *JESUS* : Docet Dominus contra hæreticos diſtricto , & aperto ſermone utendum , ad eorum errores amputandos. *Erratis* , negantes vos, ô Sadducæi reſurrectionem , *neſcientes Scripturas* : quia ſi illas ſcirent, aperte crederent reſurrectionem mortuorum. Job 19. n. 25. *Scio, quod Redemptor meus vivit, & in noviſſima die de terra ſurrecturus ſum* : & 2. Machab. 7. n. 9. & ſeqq. & c. 12. n. 44, Iſai. 26. n. 29. & cap. 66. n. 14. Ezech. 37. n. 1. & 9. Daniel. 12. n. 12. & multis aliis in locis.

Job. 19. 2. Machab. 7. Iſai. 16. Exechiel. 37. Daniel. 12.

11\. Græcus. Vatabl.

*Neque virtutem Dei* : Græcus , ut legit Vatablus , *Potentiam* : nam ipſe cùm ſit omnipotens , poteſt corpora mortua ſuſcitare , ac vivificare , quod tenebantur Sadducæi fateri , cùm quinque libros Moyſis reciperent , ex quibus conſtat , quod Deus ex nihilo creavit mundum, & major virtus , ac potentia requiritur ad aliquid creandum ex nihilo , quàm ad ſuſcitandum ex mortuo , ſeu ex præjacente materia, & ita Chriſtus in præſenti refutat duos errores Sadducæorum. Primus , quia ignorabant Scripturas : Secundus , quia Deum omnipotentem non agnoſcebant , nec fatebantur , ex quibus in multa abſurda præcipitabantur.

12\. D.Chryſ.

*In Reſurrectione* , ut explicat D. Luc. n. 35. *in illo ſæculo* , futuro nempe, in illaque æterna beatitudine : *Neque nubent , neque nubentur* : id eſt, ut habet Syrus , *non accipiunt uxores.* Et ait D. Magiſter , *non nubent , neque nubentur.* D. Hieron. hic : *Nos ſimpliciter dictum intelligamus quod nubere de viris , & nubi de uxoribus ſcriptum ſit.* Et ſi viri eligant ſibi uxores , ut nubant; at verecundæ , & caſtæ mulieres viros non quærunt, ſed à ſuis parentibus , a conſanguineis nubentur.

Sylveira in Evang. *Tom. VI.*

Syrus. D.Hieron.

13\. Syrus. Arabic.

*Sed erunt ſicut Angeli Dei in cœlo* : ſeu ut habet Syrus ; *inſtar Angelorum.* Arabic *Fiunt velut Angeli*, in ſumma puritate, abſque ulla commixtione, & commercio carnis , ut multis explicabo quæſtione ſeq. Rectè notat hîc Beda , & ait : *Etiam peccatores ſine nuptiis erunt in ſæculo illo ; ſed Dominus ut ad reſurrectionis gloriam inquirendam animos excitaret , de electis tantum voluit facere ſermonem.* Sicut ergo electi erunt ſimiles Angelis ; ſic damnati dæmonibus ſine commixtione carnis viventes : Chriſtus ſolùm de electis fecit mentionem , ut nos ad eorum conſortium excitaret , ac induceret. Beda.

14\. D. Luc.

Addit D. Luc. *Et filii ſunt Dei , cum ſint filii reſurrectionis* : & inde filii Dei dicuntur , cùm per reſurrectionem , veluti per novam regenerationem renaſcantur ad vitam beatam , ut tanquam filii veniant in hæreditatem Dei Patris , cùm per gloriam ſimillimi fiant Deo , ut filius Patri : 1. Joan. 3. n. 2. *Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus , quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* 1. Joan. 3.

---

## QUÆSTIO II.

### *Quare Juſti , ac electi dicuntur ſicut Angeli Dei in Cœlo ?*

15\. Textus. D. Hieron

AIt Chriſtus D. in præſenti : *In reſurrectione, neque nubent. neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cœlo.* Quod explicat D. Hieron. in Epitaphio Lucilli: *Quando dicit, erunt ſicut Angeli in cœlis , non natura, aut ſubſtantia corporis tollitur , ſed gloriæ magnitudo monſtratur.* Quæ excellentia , & magnitudo multis a nobis eſt explicanda.

16\. *In cœlo non dantur nuptiæ, nec neceſſaria ſunt.*

*In reſurrectione non nubent , neque nubentur.* Cùm ibi electi ſumma felicitate , ac æterna vita perennent ; ideo ibi minimè neceſſariæ ſunt nuptiæ ac generationes , quia hæ dantur ad conſervandam ſpeciem , ac individuum , non in ſe, ſed per filium , & quia pater moritur generat filium , ut per filium ac nepotes vivat, in cœlo nemo moritur ; ſed æterna vita beatur , quod eleganter ponderat D. Chryſ. apud Catenam D. Thom. & ait : *In hoc quidem ſæculo, quia morimur, ideo naſcimur : quia naſcimur, ideo uxores ducimus, ut quod moriendo minuitur, naſcendo ſuppleatur Ibi autem moriendi neceſſitas tollitur , unde & naſcendi cauſa ſoluta eſt* Quod appoſitè etiam explicat D. Auguſt. in quæſtionibus Evangel. ad hunc locum D Lucæ , & ait : *Connubia ſunt propter filios , filii propter ſucceſſionem , ſucceſſio propter mortem : ubi ergo mors non eſt , neque connubia.* D.Chryſ. D.Auguſt.

17\. D.Cyr. Al.

Ex quo fit, quod in cœlo, cùm nulla ſit nubendi ratio, ibi electi in ſumma puritate ſine commixtione carnis , tanquam Angeli vivant. Hinc D. Cyril. Jeroſol. Catech. 12. vocat *Virginitatem Angelorum converſationem , & incorporeæ naturæ puritatem.* Et D. Ephrem Syrus tom. 1. Opuſcul. D.Ephrem

de Caſtitate. Hæc ejus eloquia ſommatim ſpargit. *O caſtitas, quæ paſſiones minuis, & animum à perturbationibus liberas! O caſtitas, qua homines Divinos facis! O caſtitas, Præcurſor, atque cohabitator Spiritus Sancti. O caſtitas mater dilectionis, & Angelicæ vitæ ratio!*

*Multa, & præclara eloquia Virginitatis.*

Sic caſtitas hominem ex terreno pulvere extollit, ut *homines divinos faciat.* Inſuper Caſtitas. *Præcurſor, atque cohabitator Spiritus Sancti:* Joannes præcurſor extitit corporati Verbi, eum caſto digito oſtendens; & etiam eximiè caſtus, caſtitatis privilegio, *Præcurſor Spiritus Sancti* nominatur. Pudicitia in humana carne ſic peregrinatur, ut caſtus ſua puritate Spiritum Sanctum puritatis auctorem indigiret, ac præmonſtret. Et etiam *Angelicæ vitæ ratio:* nam Angelicæ vitæ inſtitutio caſtitatis prærogativa eſt, qua puri illi ſpiritus ſine ullo carnis contagio abſque ulla illius labe, Deo ſimiles æterna fælicitate lætantur.

D. Paſchaſ. D.Ambr.

18\. Quâ prærogativâ gaudent juſti in cœlo, cùm non nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cœlis, ut laté diſcurrunt D. Paſchaſ. in Matthæum lib.9. & D.Ambroſius lib.1. de Virg.

D. Ciprian.

*Qui caſte vivunt in hoc ſæculo, jam inter Angelos deputantur.*

Caſtè, & purè viventes etiam in hoc ſæculo, ac in terris, jam inter Angelos deputantur. D. Cyprianus de Diſciplina & habitu Virgin. ad eas loquens, ait: *Cum caſtæ perſeveratis, & virgines, Angelis Dei eſtis æquales.* Tertullian. lib.1. ad uxorem. cap.4. ſic ait: *In terris non nubendo de familia Angelica deputantur.* Idemque docet D. Hieron. lib.1. adverſus Jovinian. cap. 21. & ait: *In reſurrectione mortuorum non nubent, nec nubentur, ſed ſimiles erunt Angelis: quo alii poſtea in cœlo futuri ſunt, hoc virgines eſſe cœperunt in terris.* D. Auguſtinus ſerm.46. de verbis Domini. Poſt adducta verba præſentis Textus, In reſurrectione non nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli in cœlo, ſic ſubdit Mag. Docto: *Hoc erimus cum ſurrexerimus. Quanto vero meliores, quàm id, quod erunt homines poſt reſurrectionem, hoc vos incipitis eſſe ante mortem:* & hoc idem habet D.Cyprianus citatus.

Tertull. D. Hieron. D.Ambr.

19\. D.Zeno.

Ex quo Virginitatem Sanctiſſimæ Mariæ Deiparæ mirificè extollit D. Zeno Veronenſ. ſerm. de Continent. dicens: *Illa fuit Virgo poſt connubium, virgo poſt conceptum, virgo poſt filium Denique ſi eſſet aliquid virginitate melius, Dei filius hoc magis potuerat ſuæ matri præſtare, cui præſtitit, ut divinæ virginitatis honore polleret.* Per maternitatem Beatiſſima Maria valde ſublimata eſt à Deo ultra omnes fines humanæ naturæ, idque per ſuam puriſſimam virginitatem obtinuit: excepta maternitate, nil præſtantius à Deo potuit conferri Deiparæ Mariæ, quàm Virginitas. *Si eſſet aliquid virginitate melius, Dei filius hoc magis potuerat ſuæ matri præſtare.* Hujus tantæ excellentiæ Æternum Verbum cupidum, ex Virgine matre dignatum eſt naſci, ut ejus ſingularis ingreſſus in mundum, ejus divinitatem oſtenderet, ac manifeſtaret. Noſter D. Cyrillus Alexandr. lib.8. contra Julian. loquens de Dei, ac Virg. filio, ait: *Oportebat enim, talem ejus fieri partum, ſecundum carnem, inquam, & ex muliere, ut habeat Divinum quiddam ingreſſus ejus in mundum & oſtenſio.* De Virgin. multa dixi in noſtris libris, præcipue tom.2. in Apocalypſ.

*Virginitas excellentiſſimum donum, quod Deus dedit Deiparæ,* D. Cyprian.

---

## Quæstio III.

### *Expenditur ſingularis Tertulliani ratio, ob quam homines erunt ſicut Angeli Dei in cœlo?*

20\. Tertull.

Tertullianus lib. de Reſurrectione, cap.62. ponderans præfata verba noſtri Textus, *Erunt ſicut Angeli Dei*, per præfatam communem rationem, quia non nubendo, nec moriendo, utique nec ulli ſimili neceſſitati ſuccedendo corporalis conditionis, ſubdit: *Et quia Angeli aliquando, tanquam homines fuerunt edendo & bibendo, & pedes lavacro porrigendo, humanam induerunt ſuperficiem,* (ſecundum æxternam apparentiam) *ſalva integra ſubſtantia propria,* ut patet ex hiſtoria Abraham. Gen.18. n.2. *Apparuerunt tres viri.* Ex quibus, *Duo Angeli venerunt Sodomam.* Gen. 9. n, 1.

Geneſ.18. Gen.19.

21\. Tunc ad præſentem difficultatem reſpondet citatus Tertullian. & etiam lib.3. in Marc. ait: *Et nunc renuntiemus, ejus eſſe promiſſum homines in Angelos reformandos, quondoquidem qui Angelos in homines formarit aliquando.* Ait Chriſtus, quod homines erunt ſicut Angeli, cur magis voluit exprimere in particulari Angelos? Cur non dixit, erunt ſicut Spiritus beati, vel erunt cives cœleſtes; ſed particulariter determinavit Angelorum ſortem hominibus eſſe obventuram in cœlis? Conceſſit Deus aliquando Angelis humanam formam, & ut in humana forma apparerent; inde etiam diſpoſuit hominibus dare ſimillimam formam angelicam; nihil enim Deus ſumpſit ac aliquo abſque eo, quod aliquid aliud ei impendat, ac rependat, *Ejus eſſe promiſſum, homines in Angelos reformandos, quandoquidem, qui Angelos in homines formarit aliquando.*

*Angeli apparent tanquam homines, inde homines fiunt tanquam Angeli*

22\. Marc.6.

Scribit D. Marcus 6. n.1. *Egreſſus inde* Jesus *abiit in patriam ſuam.* Valde mirabile eſt, quod Jesus novus homo cœleſtis, de cœlo deſcendens, conſtituat habere patriam in terra, ſi de cœlo venit, ut peregrinaretur in terra; ad quid ſibi vult patriam in terra? cur ergo magis vult, ut dicatur civis, quàm peregrinus? hæc eſt alta Dei diſpoſitio, ſumit à nobis patriam in terris, ut nobis donaret patriam amiſſam in cœlis. Opportunè D. Chryſolog. ſerm.49. ait: *Abiit ergo JESUS in patriam ſuam, non ut ſuam ſibi ſed ut tuam tibi, quam Adam perdiderat, patriam redonaret:* ſi ſibi patriam determinat in terra, non ideo hoc facit, ut ſibi patriam noſtram adicribat, ſed ut nobis auguſtiſſimam paradiſi patriam conferat: *Non ut ſuam ſibi, ſed ut tuam tibi, patriam redonaret.*

*Chriſtus eligit patriam in terris, ut nobis det patriam in cœlo.* D.Chryſol.

23\. Cùm totus Iſrael ſequens arcam, pertranſiturus eſſe ſicco pede Jordanis alveum, juxta Dei mandatum, duodecim viri *portant de medio Jordanis alveo duodecim lapides, ut Dominus imperarat, juxta numerum filiorum Iſraël, uſque ad locum in quo caſtrametati ſunt, ibique poſuerunt eos:* Joſue 4. n. 8. & ſubdit Textus ſeq. n. 9. *Alios quoque duodecim lapides poſuit Joſue in medio Jordanis alveo, ubi ſteterunt Sacerdotes, qui portabant arcam fœderis, & ſunt ibi uſque in præſentem diem.* Quod factum eſt à Deo in perenne

Joſue 2.



perenne tanti miraculi teſtimonium. Et ad hoc Deus præcepit: ut ex fluminis alveo tollerentur duodecim lapides, & ponerentur in loco caſtrorum, non tamen legitur, quod Deus præceperit ex terra extrahi lapides, ut reponerentur in fluminis alveo, ut videtur denotare Abulenſis q. 11. & ait: *De his duodecim lapidibus non jubetur, quod duodecim viri erigerent eos in alveo Jordanis, ſicut inde tulerunt duodecim lapides,* Si Domini non extabat præceptum, ad quid Joſue hos mandat reponi ex terra in medio Jordanis. Magnus dux optime ſciebat divinæ voluntatis diſpoſitionem: ex eo enim, quod Deus mandavit: ut ex Jordane extraherentur lapides ad terram, inde conſequens erat, ut ex fluvii torrente reportarentur lapides ad terram; ſi enim Divina providentia diſpoſuit ut fluvius daret lapides terræ, ſic ordinavit, ut fluvius daret terræ, ſi enim Deus ab uno aliquid aufert, ſimile ei impendit.

*Si Deus aliquid à nobis ſumit, aliud ſimile impendit.* Abulenſ.

---

## Quæstio IV.

### *An etiam poſt reſurrectionem futurus ſit ſexus fœmineus.*

24\. Authores aliqui fuerunt, qui affirmarunt, quod poſt reſurrectionem non ſit futurus fœmineus ſexus, cum Chriſtus dicat in præſenti, *poſt reſurrectionem erunt ſicut Angeli Dei,* nam in Angelis non eſt fœmineus ſexus: citantur pro hac ſententia D.Hilar. hîc. D.Athanaſ. ſerm.3. contra Arrian. S.Baſilius in Pſ.114. S.Hieronym. in cap.4. ad Epheſios, verſ.13. ex eo quod ibi dicitur, *donec occurramus omnes in virum perfectum:* de hac quæſtione multa multi expoſitores hic breviter.

D Hilar. D.Athanaſ. D Baſil. D. Hieron. Epheſ.4.

25\. Dico, quod unuſquiſque reſurget in ſuo ſexu. Vir in ſexu virili, mulier in ſexu fœmineo Concluſio eſt certiſſima, & pro ea ſtant omnes Patres, quos latè citant, & ſequuntur Sotus in 4. diſt.44. q.1. art.5. claſſ.1. Suar. tom.2. ad 3. diſp. 44. ſect.3. Ægidius Luſitanus tom. 3. de Beat. lib.2. q.6. art.3. §.3. n.10. Probatur apertè ex verbis Chriſti Domini Luc.11. n.31. ubi ait: *Regina Auſtri ſurget in judicio cum viris generationis hujus.*

*Veritas certa,* Sotus. Suar. Ægid. Luc.11.

26\. D.Auguſt.

Probatur ex D. Auguſtino lib.22. de Civit. cap.17. Diſtincto ſexuum non pertinet ad vitium, ſed ad naturam: Dominus enim naturam humanam in utroque ſexu inſtituit, quia uterque ad conſervationem ſpeciei pertinet, ergo Deus cum eadem naturæ varietate, quam creavit, eam reſtituit reſurgendo. Probatur etiam ex præſenti Textu: ait enim Chriſtus: *in Reſurrectione non nubent, neque nubentur:* ergo ex ſe ſecundùm naturam, & ſexum ſupponuntur perſonæ aliàs aptæ ad contrahendum, & ſolùm tunc eis denegatur uſus ad nuptias, & generationem, aliàs diceret Chriſtus. In regeneratione jam non ſunt perſonæ habiles ad nuptias, ut maximè refutaret argumentum Sadducæorum, quibus reſpondebat.

*Fundamentum.*

27\. Tertull.

Argumenta contraria nullius momenti ſunt, non enim dixit Chriſtus D. ut notat Tertull. lib. de Reſurrectione, cap. 62. Erunt in reſurrectione Angeli, ſed ſicut Angeli, nempe ut explicat D. Auguſtin. Immortales, incorruptibiles, ac verè beati, vel ut ait Chryſoſtomus quia in carne ſervabunt Angelicam puritatem. Ad illud Pauli: *Donec occurramus omnes in virum perfectum:* fide nempe, agnitione, ac amore Chriſti, ut non ſimus infantes, ac parvuli, ſed provecti, ac viri perfecti. Ita D. Chryſoſt. D. Hieronym. D. Ambroſ. Theophyl. Oecumen. juxta illud Pauli 1. Cor.13. *Cùm eſſem parvulus, ſapiebam ut parvulus: quando autem factus ſum vir, evacuavi quæ erant parvuli.* Omnes enim, tam mares, quàm fœminæ, occurramus Chriſto in virum perfectum, non ſexu, ſed juſtitia, virtute, ac puritate, ut etiam explicant Gloſſa Interlinearis, D. Thomas. Alii explicant cum D. Auguſtino, quod apud Paulum ſumitur *vir* pro perſona utriuſque ſexus, ut in Pſalm. 1. *Beatus vir, qui non abiit.*

*Ad locum Pauli.* D Chryſ. D. Hieron. D Ambr. Theophyl. Oecumen. 1. Cor. 13. Gl. Interl.

*Matt.* 22. *n.* 31. De Reſurrectione autem mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt à Deo dicente vobis.

*Num* 32. Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, non eſt Deus mortuorum, ſed viventuim.

*Num.* 33. Et audientes turbæ mirabantur in doctrina ejus.

### *VERSIONES.*

*Arias n.* 31. Effatum eſt nobis à Deo.

*Caiet. n.* 32. Non eſt Deus, Deus mortuorum.

*Syrus n.* 33. Cum audiſſent admirabantur in doctrina ejus.

*Arabicus.* Stupuerunt in doctrina ejus.

*Alii apud Bibliam maxim.* Percellebantur in doctrina ejus.

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc.* 12. *n.* 26. De mortuis autem, quod reſurgant, non legiſtis in libro Moïſis, ſuper rubum, quomodo dixit illi Deus, inquiens: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob.

*Num.* 27. Non eſt Deus mortuorum, ſed Deus vivorum: vos ergo multùm erratis.

*Luc.* 20. *n.* 37. Quia vero reſurgent mortui, Moïſes oſtendit ſecus rubum, ſicut dicit Dominum Deum Abraham, Deum Iſaac, Deum Jacob.

*Num.* 38. Deus autem non eſt Deus mortuorum, ſed vivorum, omnes enim vivunt ei.

*Num.* 39. Reſpondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magiſter bene dixiſti:

*Num.* 40. Et amplius non audebant quidquam eum interrogare.

## EXPOSITIO IV.

28. DE *Reſurrectione autem mortuorum.* Poſtquam Chriſtus D. ſolvit objectionem Sadducæorum, qui negabant animæ immortalitatem, ac reſurrectionem, ut patet ex jam citato loco Actor. 23. Tanquam bonus Magiſter occaſione data eos inſtruit, ac illuminat, tam de immortalitate animæ, quàm de reſurrectione: *à Deo dicente vobis*, per Moyſem nempe, nam ſubſequens viſio de rubo facta eſt Moïſi Exod. 3. & quamvis Chriſtus D. ad comprobandam reſurrectionem alia efficaciora teſtimonia prophetarum poterat proponere, ut patet ex locis adductis ſuprà, Expoſit. 3. n. 10. Tamen ex hoc libro Exodi profert; quia Sadducæi ſolum quinque libros Moïſis recipiebant, ut hîc notant D. Hieronym. D. Paſchaſ. Lyran. & alii.

Exod. 3.

D. Hieron. D. Paſchaſ. Lyran.

29. *Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob.* Non ait: Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Jacob; ſed ſigillatim de unoquoque dicitur Deus; maxime delectatur vocari Deus ſervorum ſuorum. Argumentatio Chriſti efficax, cùm dicitur de præſenti Deus Abraham, Iſaac, & Jacob, ipſi in præſenti ſunt viventes; nemo enim dicitur Deus, & Dominus illius rei, quæ omninò extincta eſt, & nullibi exiſtit, ſed de præterito dicendum; Ego eram Dominus, ut notat Euthymius, ſicut non bene diceret Petrus: Ego ſum matrimonio conjunctus cum Maria mortua; ſed tantum de præterito, fui uxoratus cum illa: Ergo cum Deus, qui appoſitè, ac propriè ſemper loquitur, de præſenti dicat: *Ego ſum Deus Abraham, & Iſaac Jacob.* Ipſi exiſtunt, & ſunt viventes, non corpore; ergo anima eſt immortalis, & ideo ſubdit, *Non eſt Deus mortuorum, ſed vivorum:* & ſubdit D. Lucas: *Omnes vivunt ei,* quia ut ait D. Hieronym. *Non poterat fieri, ut eorum eſſet Deus, qui nunquam ſubſiſterent.* Deinde Chriſtus D. hos Patriarchas in exemplum proponit, quia cùm populus Hebræus maximè de illis gloriaretur, nullus eſſet auſus aliquid contra eos dicere, & affirmare, eos omninò eſſe extinctos, & abolitos.

Euthym. *Explicatur efficax Chriſti argumentum.*

30. Ex immortalitate animæ bene infertur reſurrectio corporum; nam anima naturaliter propendit in corpus, ut notat D. Thomas, & illud appetit, cujus eſt forma, & actus: ergo cum illo reſurgere oportet. Deus optimus proviſor, ac gubernator unumquodque perficit, ac complet in ſuo ordine: ergo Deus, qui animam creavit cum tali propenſione, ac appetitu ad corpus, illam perficiet, & complebit adunando, ac complendo illi ſuum corpus, aliàs anima erit in perpetuo ſtatu violento, & veluti dimidiatam vitam, exiſtentiam, ac ſubſiſtentiam obtinens: Sic & Apoſtolus Paulus 1. Cor. 15. n. 32. & Actor. lib. 2. Machabæor. 12. nu. 44. ex immortalitate animæ probat reſurrectionem corporum.

*Ex immortalitate animæ colligitur reſurrectio corporum.* D. Chryſ.

1. Cor. 15. 2. Mac. 12.

## QUÆSTIO V.

### *Quare dicitur, quòd Dominus non ſit Deus mortuorum, ſed vivorum, cùm Paulus dicat: ſive vivimus, ſive morimur, Domini ſumus?*

IN limine quæſtionis propono quandam moralitatem, quam in præſenti loco excogitavit D. Auguſt. tract. 11 in Joan. & habetur apud Caten. ubi ſic habetur; *Ideo ſpecialiter Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob dicitur, quia in his tribus omnes modi generationis filiorum Dei vocantur. Generat enim Deus multoties de bono prædicatore bonum filium, & de malo malum, quod ſignificatur per Abraham, qui de libera uxore fidelem filium habuit, & de ancilla infidelem genuit. Aliquando per bonum prædicatorem generat bonum & malum filium; quod ſignificatur in Iſaac, qui de libera unum bonum, & alterum malum generavit: Aliquando generat bonos per bonum, & malum prædicatorem, quod ſignificatur per Jacob, qui bonos filios genuit & de libertis, & ancillis.* Ecce ex bono prædicatore, ac ex verbo Dei, *ſemen eſt verbum Dei* ob diverſam diſpoſitionem ſubjectorum, prodit bonus, & malus filius; ſi auditor ipſum ſemen, ſeu verbum Dei in ſe recipit cum compunctione, ac fructu, ſit bonus filius, ut Iſaac, Jacob, Joſeph; ſi verò ipſum recipit, illud contemnens, ac corrumpere, & depravare intendens, ſit malus filius; ut Iſmaël, Eſaü, & alii. 31.

D. Auguſt.

*Ex bona vel mala diſpoſitione auditorum provenit fructus prædicationis.*

Quæſtio principaliter inquirit: Quomodo hîc dicatur. non eſt Deus mortuorum, ſed viventium, cum Apoſtolus Paulus Roman. 14. n. 8. dicat: *ſive vivimus, ſive morimur, Domini ſumus*: ergo non ſolùm videtur dicendum, quod ſit Deus vivorum, ſed etiam mortuorum. 32.

Rom 14.

Reſpondeo primò, quod omnia optimè conſonant, ac cohærent; nam Apoſtolus ait, *quia ſive vivimus, ſive morimur. Domini ſumus*: quia omnis vita noſtra, noſtraque mors nota dedicata, ac conſecrata eſt Deo, ad ipſumque, ad ejuſque gloriam tendit. Chriſtus in præſenti ait: Deus dicitur, *Deus Abraham, Iſaac, & Jacob; non enim eſt Deus mortuorum, ſed vivorum*: & D. Lucas addit: *Omnes vivunt ei:* Expende illud, *ei*: nempe ad ejus gloriam, & laudem, ad ipſumque glorificandum, ut ait D. Thomas, ut faciunt animæ Patriarcharum, & juſtorum: ſic dicitur Iſai. 38. n. 19. *Vivens, vivens ipſe confitebitur, ſicut & ego hodie.* Vivens nempe, in hoc ſæculo, & vivens in alio ſæculo, ſeu futuro; & ideo bis repetit vivens. 33.

*Noſtra vita, & mors ad Dei laudem ordinantur.*

Iſai. 38.

Secundò: *Sive vivimus, ſive morimur, Domini ſumus.* Nam quamvis electi coram hominibus reputentur mortui, ad Dei famulatum, & obſequium vivunt. Unde etſi alia expoſitio ad præſentem noſtrum Textum ex mente D. Chryſoſtomi hom. 71. Euthym. Theophyl. D. Irenæi lib. 4. cap. 11. Abraham, Iſaac, & Jacob, non dicat ſolas animas viventes, ſed etiam innuat totos homines: Hi enim licet hominibus videantur mortui, Deo tamen vivunt 34.

Theophyl. D. Irenæ.



vunt, & modò quaſi dormiunt: Deus enim eos tanquam à ſomno ad vitam æternam reſurgendo excitabit. Unde D. Lucas ſcribit: *Omnes enim vivunt ei*: ſic noſtrum Textum cum loco Pauli componit citatus Chryſoſtom. *Non eſt Deus mortuorum, ſed vivorum*: ſic ſubdit Sanct. Doctor: *Quomodo igitur alibi dicit*, Rom. 14. ut mortuis, & vivis dominetur. *Non eſt hoc illi contrarium: mortui namque illi, qui victuri ſunt, appellantur. Novit autem Scriptura aliam etiam mortem,* ſcilicet æternam. Ita Euthym. Theophylact. præter temporalem, ac proinde quamvis juſti videantur mortui hominibus, & corpore, & anima victuri ſunt.

*Juſti etſi videantur mortui, ſunt vivi.*

35. Tertiò, juxta mentem D. Thomæ hoc loco: quomodo dicitur, quod Dominus Deus eſt vivorum, & non mortuorum, cùm Apoſtolus dicat: *ſive vivimus, ſive morimur, Domini ſumus.* Cur ergo publicatur Deus viventium, & non mortuorum? Deus altiſſimâ ſuâ Providentiâ univerſorum curam habet, de omnibus diſponit, ac ordinat, ſicque ſigillatim unumquemque, reſpicit, ac ſi nullus eſſet mortuus, ſed omnes viverent, Juſtis dans ſuam debitam mercedem; iniquis ſuam pœnam, & ſupplicium; ac proinde reſpectu Dei, nullus eſt mortuus, ſed omnes ei vivunt.

D. Thom.

*Deus de omnibus vivis, & mortuis gerit curam.*

36. Ait Paulus 1. ad Theſſalonicenſ. 4. num. 15. *Mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi, deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aëra.* Ecce alta, & ſuprema Dei providentia, tam erga mortuos, quàm erga vivos: qui pro illo tempore ſuperſtites, & vivi fuerint, omnes advocat, ut pro ſuis factis ſtipendium recipiant. Illa particula, *Primi* variè exponitur à Patribus, ac Doctoribus: *Reſurgent primi* Theodoret. magis ad literam, ut teſtatur Cornelius, ait: *Primi reſurgent illi, qui jam pridem, & olim, multa ante ſæcula mortui ſunt, ut præveniant eos, qui tunc ſuperſtites, & vivi invenientur.* Deus de omnibus mortuis, & vivis gerit altiſſimam curam, & quamvis quis per multa ſæcula, ac millia annorum mortuus ſit, nulla de eo eſt oblivio, ſed de eo ſumma & perfectiſſima recordatio: ad quod quodammodo explicandum, dicitur, quod iſti primi reſurgent: *Primi reſurgent illi, qui jam pridem, & olim multa ante ſæcula mortui ſunt.*

1. Theſſ. 4.

Theodor.

*Coram Deo nullus eſt mortuus, ſed omnes maxime vivunt.*

Quam aliter ſe res habet apud homines, ut de mortuis, & defunctis nulla apud illos eorum ſit recordatio, ac memoria, ſed perpetua oblivio, ne cum corpore ſepeliantur in terra; ait Eccleſiaſtes c. 1. n. 11. *Non eſt primorum memoria*: & maximè notandum quod non ait, Eorum eſt oblivio; ſed ait: *Non eſt memoria.* Inter hæc enim magnum eſt diſcrimen, ut mihi videtur: nam oblivio eſt defectus potentiæ, ſeu eſt defectus actualis recordationis, cujus ſpecies in potentia retinentur, & poſtea excitantur ad recordationem, ut ſæpe contingit. At memoria eſt potentia, in qua ſpecies retinentur, & conſervantur: ſi ergo hæc potentia eſt extincta, & abolita, nulla exinde poteſt eſſe, nec minima, nec levis recordatio: Ut ergo Spiritus ſanctus denotaret, quantum priores, ac defuncti à noſtro cogitatu excidant, ac eraſi ſint? ideo non dixit de eis dari oblivionem, ſed de eis nullam eſſe memoriam, ſeu potentiam, ita eorum recordatio apud nos eſt extincta, ac deperdita. Unde præclarè D. Nilus in Aſcetico ait: *Quod in terra defoſſum eſt, & à ſenſu remotum, tempore ipſo deletur etiam è memoria.* 37.

Eccleſ. 1.

*Maxime defuncti in noſtra cogitatione ac memoria pereunt.*

D. Nilus.

# CAPUT XXIII.

1. TUNC Jeſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos. 2. Dicens, ſuper cathedram Moïſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. 3. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſervate, & facite: ſecundùm verò opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt 4. Alligant enim onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea movere. 5. Omnia verò opera ſua faciunt ut videantur ab hominibus, dilatant enim philacteria ſua, & magnificant fimbrias. 6. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis. 7. Et ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus, Rabbi. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi. Unus eſt enim magiſter veſter, omnes autem vos, fratres eſtis. 9. Et patrem nolite vocare ſuper terram unus eſt enim pater veſter, qui in cœlis eſt. 10. Nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter unus eſt Chriſtus. 11. Qui major eſt veſtrum, erit miniſter veſter. 12. Qui autem ſe exaltaverit, humiliabitur, & qui ſe humiliaverit, exaltabitur. 13. Væ autem vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introëuntes ſinitis intrare 14. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocrytæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis judicium. 15. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypochitæ, quia circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum proſelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. 16. Væ vobis duces cæci, qui dicitis, quicumque juraverit per templum, nihil eſt: qui autem juraverit in auro templi, debet.

17. Stulti,

17. Stulti, & cæci, quid enim majus eſt, aurum, an templum quod ſanctificat aurum 18. Et quicumque juraverit in altari, nihil eſt: quicumque autem juraverit in dono, quod eſt ſuper illud, debet. 19. Cæci, quid enim majus eſt, donum, an altare quod ſanctificat donum? 20. Qui ergo jurat in altari, jurat in eo & in omnibus, quæ ſuper illud ſunt. 21. Et quicumque juraverit in templo, jurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo. 22. Et qui jurat in cœlo, jurat in throno Dei. & in eo, qui ſedet ſuper eum 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis, quæ graviora ſunt legis, judicium, & miſericordiam, & fidem hæc oportuit facere, & illa non omittere. 24. Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes. 25. Væ vobis, Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia mundatis, quod de foris eſt calicis, & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina, & immunditia. 26. Phariſæe cæce, munda prius, quod intus eſt calicis, & paropſidis, ut fiat id, quod de foris eſt mundum. 27. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſupulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. 28 Sic vos à foris quidem paretis hominibus juſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate. 29. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta juſtorum. 30. Et dicitis, ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum; non eſſemus ſocii eorum in ſanguine prophetarum. 31. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filii eſtis eorum qui prophetas occiderunt. 32. Et vos impletis menſuram patrum veſtrorum. 33. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à judicio gehennæ? 34. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de civitate in civitatem. 35. Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Albel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidiſtis inter templum, & altare. 36. Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. 37. Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? 38. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. 39. Dico enim vobis, non me videbitis amodò donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Jubet Chriſtus ſuis diſcipulis, ac turbis, ut Scribarum, & Phariſæorum doctrinam ſequantur, ſed non vitam, & mores, utpote improbos, inhumanos, ſuperbos, ac arrogantes; quod explicavi tom. 4. cap 47.

*Secundò, V.* 13. Væ maledictionis in Phariſæos, ac Scribas fulminat ob eorum hypocriſim, avaritiam, ſuperſtitionem, aliaque ſcelera, quæ refert, quod hîc eſt explicandum.

*Tertiò, V.* 23. Prædicit ab eis occidendos, ac lapidandos ſuos fideles, & Apoſtolos; ideoque Jeroſolymæ, Judææ extremum per Romanos excidium denuntiat, de quo aliqua dixi tom. citato capate 47. & hic etiam aliqua addenda ſunt.

### *Reprehenduntur Scribæ, & Phariſæi.*

*Matt.23.n.*13. Væ vobis Scribæ hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introëuntes ſinitis intrare.

*Num.*14. Vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, & orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis judicium.

*Num.* 15. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum proſelytum, & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.

*VERSIONES*



## *VERSIONES.*

*Syrus n.*13. Acceptatores vultus, quia clauditis.

*Arabicus.* Non permittitis venientibus, ut ingrediantur.

*Syrus n.*14. Devoratis domos viduarum, ea occaſione, quod producitis: propterea ſubituri eſtis judicium majus, vel ſupremum,

*Arabicus. Rom.* Domos viduarum, & pupillorum ob cauſam longitudinis orationum veſtrarum.

*Pagnin.* Accipietis abundantiorem condemnationem.

*Perſicus.* Vos Scribæ bifrontes, ut facultates viduarum comedatis; idcirco hanc aggravationem judicii invenietis,

*Vatabl* Gravius judicium,

*Syrus n.*15. Quia perluſtratis mare, & aridam.

*Arabicus.* Redditis eum filium gehennæ adjunctum vobis.

*Perſicus.* Et cùm vobis adjungatur, eum dignum gehenna efficitis.

*Æthiopicus.* Et cùm fuerit Baptizatus, deponitis eum duplo magis.

## *ALTER TEXTUS.*

*Luc.20.n.*47. Qui devorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem. Hi accipient damnationem majorem.

## *EXPOSITIO I.*

1. Origen. Matth. 5. VÆ: Sicut Chriſtus D. ut notat Origenes in præſenti; in bonos, & juſtos octo protulit benedictiones, Matth. 5. ſic etiam in præſenti octies ingeminat, maledictionem *væ* in depravatos, ac iniquos; & in hoc conformatur novus legiſlator Chriſtus cum antiquo legiſlatore Moyſe, qui multas benedictiones divinam legem ſervantibus promittit, & totidem maledictiones conjecit in eam contemnentes. Deuteron. 27. n. 12.

Deut. 27. 2. Syrus. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, hypocritæ*: Syrus vertit, & ſemper hic: *Acceptatores vultus.* Illud *Væ*, eſt ſupremi Domini prævidentis æternam pœnam, ut & judicis infligentis æternum ſupplicium, ut & etiam Domini miſerentis, ac condolentis eorum miſeram ſortem. D. Baſilius ad cap. 11. D. Luc. n. 52. apud Catenam, & ait: *Hæc vox, væ, quæ intolerabilibus profertur doloribus, eis convenit, qui paulò poſt detrahendi erunt in grave ſupplicium.* D.Baſil.

3. *Clauditis regnum cœlorum*: veſtra mala vita, malo exemplo, & mala doctrina, & iniquis & perverſis traditionibus legem Dei corrumpentibus. Ita D. Chryſ. Albert. Magn. D. Thomas, qui ait: *Claudebant iſti regnum cœlorum per malam vitam & malam doctrinam.* Tamen maximè genuinè Scribæ, & Phariſæi claudebant cœlum ante homines intrare volentes, quia illos à fide Chriſti detrahebant, prohibebant, ac illos excommunicabant, ſi ad Chriſtum convenirent. Joan. 9. n. 22. *Jam conſpiraverant Judæi, ut ſiquis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret.*: & cum removerent homines accedere ad Chriſtum, qui eſt via & veritas in cœlum; ipſum cœlum claudebant. Theophylactus ait: *Non ſolum vos increduli eſtis, & vitam habetis corruptam, ſed & alios docetis, ne mihi credant & per veſtræ vitæ exemplum corrumpitis. Solet enim populus principibus fieri ſimilis, & maxime ſi illos in malum videt propenſos.* Similiter Euthymius. D.Chryſ. Alb.Magn. D.Thom. Ioan. 9. Theophyl. Euthym.

4. Et rectè dicitur de Scribis, & Phariſæis, qui erant legiſperiti; quod claudebant cœlum: de eis ait Chriſtus D. Luc. 11. n. 52. *Væ vobis legiſperitis, quia tuliſtis clavem ſcientiæ, & ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis.* Scientia eſt cœlorum clavis, quæ per bonam ſcientiam aperit cœlum, per malam claudit, ut faciebant Scribæ, & Phariſæi per ſuam depravatam intelligentiam. Luc. 11.

5. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi*: hoc eſt ſecundum *Væ*, quod Chriſtus ſuper illos ingeminat: *Comeditis domos viduarum.* Syriacus, & D. Marcus exprimunt, *devoratis*, quod magnam habet energiam. Euthymius: domos viduarum frequentabant prætextu conſolationis, ac defenſionis, indeque ab ipſis viduis magnis conviviis excipiebantur. Tamen maximè genuinè ad litterram juxta D. Matthæum & Marcum: *Domus viduarum devoratis ſub obtentu prolixæ orationis*: emungebat viduarum domos, & bona ſanctitatis ſimulatione, ſingentes longas preces, ac orationes; tam pro ipſis viduis, quàm pro eorum maritis defunctis. Ita D. Chryſoſt. D. Paſchaſ. Theophylact. & alii: & ut etiam notat D. Chryſoſt. viduæ faciliùs decipiuntur, quia marito, tanquam conſiliario carent; tum quia mulieres valde promptæ ſunt ad largiendum hypocritis ſanctitatis ſpeciem præferentibus, & multa vanè promittentibus. Syriacus. D. Marc. Euthym. D.Matth. D.Marc. D.Chryſ. D. Paſchaſ. Theophyl.

6. *Propter hoc amplius accipietis judicium.* Syrus vertit: *Majus, vel ſupremum.* Vatablus, *Gravius*: tum quia domos viduarum expoliatis; tum quia ſimulata ſanctitate veſtram nequitiam diffunditis. Valde opportune D. Chryſoſtomus in Imperfecto homil. 44. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, &c. pro eo quod figmentum accipitis ſanctitatis: avaritiam enim veſtram religionis colore depingitis, & quaſi præſtatis Diabolo arma Dei, ut ametur iniquitas, dum pietas æſtimatur.* Quiſquis obtentu pietatis impietatem negotiatur, religionis proditor Dei arma Diabolo porrigit, dum virtutis æſtimatione vitiorum amorem apoſtatricis malitiæ ingenio excudit. Syrus. Vatabl. D.Chryſ. *Qui vitia virtutis colore depingit quaſi diabolo præſtat Dei arma.*

*Væ vobis*: Ecce hîc ponitur ſuper Scribas, & Phariſæos; ob eorum depravatam nequitiam:

*circuitis*

*circuitis mare, & aridam:* totum nempe orbem; nam cùm eſſent mali & depravati magiſtri, inde valde efficaces in doctrina, multum laboris erat eis impendendum ad alicujus converſionem, ut notat D. Chryſoſtom. *Ut faciatis unum proſelytum:* Proſelytus Græce, idem valet, ac Latinè *advena*, vel *adventitius:* quos Chriſtiani vocant neophytos, *Ut faciatis unum proſelytum:* converſum ex gentiliſmo ad Judaiſmum. Hoc autem faciebant Scribæ, & Phariſæi non zelo ſalutis animarum, ſed ambitione, & avaritia, ut notant D. Chryſoſtom. D. Paſchaſius, D. Thomas, ut ſuas oblationes augerent, ſuoſque magiſtratus magis dilatarent, ac amplificarent multitudine diſcipulorum.

D.Chryſ. D.Chryſ. D.Paſchaſ. D.Thom.

8. *Facitis eum filium gehennæ:* hoc eſt, ut habet Perſicus: *Dignum gehennæ, duplo quam vos:* quia veſtro malo exemplo, veſtraque mala vita duplo pejores fient, quam vos, vel ut explicat D.Hieronymus, multi proſelyti videntes veſtram peſſimam vitam, ad gentiliſmum, ac idololatriam revertentur; de quo.

Perſicus. D. Hieron.

## QUÆSTIO I.

### *Quare tam anxie, ac ſolicite per tot pericula Phariſæi affectabant gentes ad ſuam ſectam, & ſcholam.*

9. SAlmeron tom.4. tract.33. contendit vulgare fuiſſe proverbium inter Hebræos: *Circuitis mare, & aridam, ut unum proſelytum faciatis:* id eſt, omnem lapidem movetis; nihil intentatum relinquitis, quod tanquam hyperbolicè dictum intelligit citatus Author; tamen propriâ, & genuinâ ſignificatione, Textus eſt intelligendus: quod in re ipſa circuibant Phariſæi mare, & aridam, ut unum proſelytum, ſeu advenam adducerent ad Judaiſmum: ita D. Chryſoſt. citandus, D. Hieronym. D. Paſchaſ. Euthym. Theophyl. Lyran. D.Thom. & alii.

Salmeron. Genuinus ſenſus. D.Chryſ. D. Hieron. D. Paſchaſ. Euthym. Theophyl. Lyran. D. Thom.

10. Phariſæi, & Scribæ, cum multum ſe lactarent, quod filii Abrahæ eſſent, Abrahamus maximè ſolicitus erat in adducendis gentibus ad cultum veri Dei. Nam Gen.12.n 6. ubi dicitur quod *Abraham pertranſivit uſque ad vallem illuſtrem*, ex Hebræo legi poteſt, *ad quercum Doctoris*: & Geneſ.21. num. 33. ubi dicitur quod *plantavit nemus in Berſabee, & invocavit ibi nomen Domini Dei:* in loco illo arboribus conſito hoſpites, & advenas benignè appoſita menſa hoſpitio excipiebat; & ut tradit Jonathas: *Nihil exigens aliud pro pretio, quàm ut orbis conditorem cognoſcerent, & adorarent, in cujus fide, & cognitione eos inſtruebat*, ut ſapiens, ac eximius Doctor.

Geneſ.21. Hebr. *Abrahamus adducebat gentes ad cultum Dei.* Geneſ.21. Jonathas.

11. Phariſæi, & Scribæ, cum ſe jactarent filios Abrahæ, inde valde ſoliciti ſe oſtendebant de converſione gentium; tamen hoc non faciabant ea mente, & intentione Abrahæ: nam Abrahamus hoc faciebat mero Dei amore, ac affectu ſalutis proximorum. Phariſæi autem, & Scribæ mala, & depravata intentione, ut oblationes, ac ſacrificia augerent, ex quibus comedebant, & etiam ex vana gloria, quod unum proſelytum adducerent, & ſuam diſcipulorum ſcholam augerent. D. Chryſoſtomus in Imperfecto homil.44. *Circuitis mare, & aridam*, ait: *Non propter gloriam Dei: ut additis cultoribus honoretur Deus; neque propter miſericordiam, volentes eum ſalvare, ſed propter avaritiam, aut propter vanam gloriam, propter hoc ipſum, ut videantur gentilem convertere.*

*Phariſæi movebantur avaritia, & vana gloria.* D.Chryſ.

12. Ex quo inſurgit difficultas. Phariſæi nullis viis, nullis peregrinationibus, laboribus, ac difficultatibus parcebant, ut unum proſelytum facerent, hoc eſt, ut unum gentilem ad Judaiſmum converterent; cum tamen ad quærendum Chriſtum maximè exoptatum, ſic pigri ſunt, ut ne gradum ab Hieroſolymis facerent, nec ad vicinum Bethleemi, oppidum irent cùm Magis Chriſtum quærentibus, cùm ipſum agnoſcerent locum nativitatis Chriſti; ſic enim Michææ prophetiam referunt: *& tu Bethleem terra Juda; nequaquam minima es: ex te exiet Dux*, &c Matth.2 n.5. Unde notat Euthymius: *Cùm Bethleem prope haberent, ita invidi fuerunt, & pigri, ut ad eam non accederent.* Et tamen, ut verum proſelytum facerent, totum circuibant orbem; hoc tamen erat, ut jam dixi ex D. Chryſoſtomo, & etiam docet Paſchaſius lib.10. in Matthæum, ex ambitione, & avaritia ut oblationes ſacrificiorum augerent; & propter vanam gloriam, quam de uno gentili convertendo captarent, quod ad Chriſtum accederent, virtutis erat; & quod unum proſelytum facerent, ambitio, & vana gloria perſuadebat, & apud homines ſæpe plus poteſt avaritia, & vana glorioſa, quàm virtus, ac cœleſtis gloria in præmium propoſita.

Matth.2. Euthym. *Sæpe plus poteſt ambitio, quam virtus, & vana gloria quam cœleſtia promiſſa* D.Chryſ. D. Paſchaſ.

13. Secundò, & maximè notandum, quod dicitur: *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, quia circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum proſelytum.* Et tamen de Joanne Baptiſta ſcribitur, quod *ipſe Joannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem erant locuſtæ & mel Sylveſtre. Tunc exibat ad eum omnis Ieroſolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem:* Matth.3. n.4. Phariſæus ut unum lucraretur hominem totum luſtrabat orbem, nullis parcens difficultatibus. At ad Joannem totus orbis exibat, ab eoque ad viam ſalutis omnes dirigebantur; & quænam ratio tanti diſcriminis? Joannes interius puritate Angelica nitebat, exterius vero relucebat mira pœnitentia; & auſteritate, ut nullus major inter natos mulierum videretur. At verò Phariſæi exterius ſpeciem ſanctitatis referebant, at interiùs omni virtute vacui erant, & ſolùm vera virtus ubi interius cum exteriori cohæret, germinat ſalutis fructus in auditoribus, ut producebat vera Joannis virtus, ex quo appoſite ait Rabbanus apud D. Thom. c.3. *Poteſt & habitus, & victus ejus qualitatem internæ converſationis exprimere; nam auſterioribus utebatur indumentis, quia vitam peccantium increpavit.*

Matth.3. *Sola pura virtus, & exterius lucens producit fructum.* Rabbanus.

14. Tertiò: Compone modò id quod ait Chriſtus D. in præſenti textu; quod Phariſæi circuibant totum orbem, ut unum proſelytum, ſeu advenam adducerent ad ſe, ſuamque doctrinam; *Et cum fuerit factus, facietis illum filium gehennæ duplo magis, quam vos eſtis.* Ecce Phariſæi; & Scribæ faciunt ſemen ad maledictionem, & execrationem. At de filiis Eccleſiæ ait Iſaias 65. n.13. *Non laborabunt fruſtra, nec generabunt in conturbatione, quia ſemen benedictorum Domini eſt.* Quæ verba ſic in Græco habentur. *Electi mei non laborabunt fruſtra, neque filios generabunt ad deteſtationem, quia ſemen benedictum eſt à Domino.* Et unde filii ſynagogæ faciebant filios ad perditionem, filii verò Eccleſiæ ad ſalutem, & vitam æternam? quia illi longè diſtabant à Chriſto, quem non receperunt, at verò iſti, ſcilicet filii Eccleſiæ, cùm ſint radicati in Chriſto, producunt ſemen benedictum ad gloriam, quod ſolum à gratia Chriſti pullulat. D.Cyrillus lib.5. in Iſaiam ait: *Scribæ, & Phariſæi liberos generarunt in deteſtationem, & in vanum. Sed electi, inquit, mei, ideſt, divini diſcipuli, vel meorum oraculorum adminiſtri non gignent liberos ad deteſtationem, neque fruſtra ſuos poſteros; ſemen enim benedictum erit, ſemen eorum eſt benedictum à Domino.*

Iſai.65. Græcus. *Chriſtus illud metit ad gloriam quod ſeminat.* D. Cyrill.



15. Ait Divinus Sponſus Chriſtus D. ad ſuam dilectam Sponſam Eccleſiam: *Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.* Cantic.5. n.1. Nota, quod ait: *Meſſui myrrham meam*: Non colligit quamcunque myrrham, ſed *ſuam*, quam ipſe ſeminaverat; omnem enim fructum, quem Jeſus metit in cœlum, ipſe ſeminavit in terra. Gillibertus Abbas ſerm.41. in Cantic. ait: *Audite, quia non metit, niſi quod ſuum eſt, niſi quod ipſe præſeminavit. Non metit Dominus Jeſus, niſi quod ſeminavit, non metit niſi ſuum.* Præſeminat Dominus quos vult.

Cantic.5. *Gratiâ Chriſti ſeminatur, quod metitur ad gloriam.*

## QUÆSTIO II.

### *Quare Phariſæi proſelytum, quem ad cultum Iſraëliticum adducebant, duplo pejorem ipſi faciebant?*

16. AIt Textus, & cùm fuerit factum ad veſtrum cultum, *facitis eum filium gehennæ, duplò quàm vos.* Dignum namque gehennali duplici pœna, magis quàm vos, ad quod ſanè primò reſpondet D.Chryſoſt. hom.74. in Matth. naturâ compertum eſt, quod iniqui, & mali magiſtri. *Non ſolum deſides ſunt circa eos, quos convertunt; ſed etiam eorum deſtructores, dum eos corrumpunt pravæ vitæ exemplis.*

D.Chryſ. Mali magiſtri.

17. Secundò, D.Hieronym. *Quia ante dum eſſet gentilis, ſimpliciter errabat, & erat ſemel filius gehennæ, videns magiſtrorum vitia, & intelligens deſtruere eos opere, quod verbo docebant, revertitur ad vomitum ſuum, & gentilis factus, quaſi prævaricator, majori pœna dignus erat.* Hic enim relapſus, quaſi majus, & duplex eſt peccatum.

D Hieron. *Relapſus majus peccatum.*

18. Tertiò, D.Auguſt. lib.16. contra Fauſtum, c.29. ait: *Qua verò proſelytus in non cuſtodienda lege Phariſæos, quantum arbitror duplo, quàm ille, qui hoc negligebat implere, quod propria voluntate ſuſceperat; non ex Judæis natus, ſed ſponte Judæus factus:* Si proſelyti illi, eo quòd Phariſæorum vitia æmulabantur, in damnationem ibant. Cur iſti duplo majori pœna digni erant, quàm magiſtri, quorum ſequebantur ducatum? Phariſæorum vitia à majoribus, tanquam cum natura ebibita, & propria illius nationis erant, illaque unâ cum lacte hauſta, quæ proſelyti arripiebant meræ voluntatis vitio, ac electione; & ideo in illis pœna in duplum augebatur: *quod propria voluntate ſuſceperat, non ex Judæis natus, ſed ſponte Judæus factus.* Vulgari proverbio dicitur, *Veniunt cum ſemine mores:* quod etſi in Phariſæis dabatur, qui ab incunabulis majorum vitia hauſerant; non tamen hoc erat in proſelytis, qui ſuâ propriâ voluntate talia amplectebantur: quæ gentis, ſeu nationis vitia ſunt, non ſic divinam iram provocant, ut illa, quæ ex mera peccatoris voluntate naſcuntur.

D.Auguſt. *Valde execrabile vitium, non tam quod à majoribus prævenit, quàm quod à voluntate arripitur.*

19. Scribit D.Matthæus 4. nu. 5. quod diabolus *aſſumpſit Jeſum, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit ei: ſi filius Dei es, mitte te deorſum.* Hoc dicebat diabolus; at Judæi Luc.4. n.29. *Surrexerunt & ejecerunt Jeſum extra civitatem, & duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem civitas eorum erat ædificata.* Non poſtulant Judæi, ut ipſe ſe præcipitet ſed ipſi tam grande facinus intentant, & facto impetu eum præcipitare cogitant, plus audaces in ſua malitia in Jeſum, quàm diabolus; nam quod ipſe per ſe facere non audebat, propriis manibus iniqui illi miniſtri aggrediuntur; facinoroſa audacia illa ex diaboli malitia venerat, quæ in ſuis ſectatoribus magno augmento creſcit, & augetur. Pro quo audiendus eſt eleganter D. Ambroſ. lib.4. in Lucam, & ait: *In hoc apparet Diaboli nequitia, & improbitas, quod ita populo Judæorum ſævæ cæcitatem mentis effudit, ut populus neget, quem dæmones confitentur. O pejor magiſtro diſcipulorum hæreditas. Ille verbo Dominum, hi facto, ille dicit, mitte te, iſti adoriuntur, ut mittant.*

Matth.4. Luc.4. *Iniqui homines pejores diabolo ſuo magiſtro.* D.Ambroſ.

| | |
|---|---|
| *Matt.*23.*n.*16. | Væ vobis duces cæci, qui dicitis: quicunque juraverit per templum, nihil eſt, qui autem juraverit in auro templi, debet. |
| *Num.* 17. | Stulti, & cæci: quid enim majus eſt, aurum, an templum, quod ſanctificat aurum. |
| *Num.*18. | Et quicunque juraverit in altari, nihil eſt, quicunque autem juraverit in dono, quod eſt ſuper illud, debet. |

## *VERSIONES.*

| | |
|---|---|
| *Syrus n.*16. | Qui autem juraverit per aurum, quod eſt in templo, debitor eſt, vel reus eſt. |
| *Arabicus.* | Quicunque jurat per templum, non eſt obnoxium rei cujuſquam; per aurum peccat. |
| *Æthiopicus.* | Qui jurat per templum, liber eſt; qui jurat per aurum domus ſanctæ, profuit. |

*Syrus 17.* An templum, quod conſecrat aurum.

*Perſicus.* Quod ſanctum faciens aurum eſt.

*Arabic.18.* Qui autem jurat in altari, non eſt obnoxius ullius rei; qui autem jurat in dono, ille peccans eſt.

*Æthiopic.* Qui jurat per altare, liber eſt; qui jurat per holocauſtum, reus erit.

*Syrus ex Guid.* Qui autem juraverit ſuper oblationem, ſuper ipſum eſt, quod debet.

*Perſic.* Qui jurat per oblationem, quæ eſt ſuper illud, peccatum.

## *EXPOSITIO II.*

20\. VÆ *vobis*: Quod Chriſtus inclamat ſuper Scribas, & Phariſæos, *Duces cæci*: Qui in obſcuritate, ac cæcitate ambulant ſine ſcientiæ lumine, non ſolùm ſeipſos præcipitant in malum, ſed etiam alios ſecum cum ſuâ perverſitate in ruinam ducunt, de quibus ait Paulus: *confidens te ipſum eſſe ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt*. Rom. 2. n.19 Quicunque juraverit per templum, *nihil eſt*, ſeu ut vertit Arabicus: *Non eſt obnoxius rei cujuſquam*. Ad nihil obligatur, nec tenetur: *Qui autem jurat in auro templi, debet*. Syrus, *Reus erit*: ſi non adimpleat; ſeu *peccat*, ut vertit Syriacus, Erat communis traditio apud Hebræos, ut notant D.Hieron. Beda Albert. Mag. & Lyran. quod ſolum juramentum factum ſub nomine Dei obligaret, ex eo quod ipſe præcepiſſet, *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*: Exod.20. n.7. Inde ipſi malè inferebant juramentum factum per quaſcunque creaturas non tenere; avaritia tamen cæci, ac commoti excipiebant aurum, quod in gazophylacio offerebant, & etiam dona Deo oblata in templo; quia hæc ad eorum commodum, ac utilitatem cadebant, illiſque locupletabantur. Ita Authores citati: imò addunt aliqui, quòd ille, qui jurabat per aurum, vel donum oblatum in templo, ſi non adimplebat, cogebatur à ſacerdotibus ſolvere in duplum; quod faciebant illi, ut advertit Gloſſa, ut homines fierent promptiores ad dona oblata, quàm ad preces in templo.

(Margin: Rom.2. — Arabic. — Syrus. — D.Hieron. Beda. Alb.Magn. Lyran. — Exod.20. — Gloſſa.)

21\. *Stulti, & cæci, quid enim majus eſt, aurum, an templum, quod ſanctificat aurum.* Ratio Chriſti eſt manifeſta ex illo communi axiomate: *per quod unumquodque tale, & illud magis tale.* Nam ex eo aurum templi, & donum oblatum in ipſo eſt ſanctum, quia eſt in templo, quod eſt Deo dedicatum, ac conſecratum, utpote Domus Dei tantùm ad ejus cultum, venerationem, preces, ac ſacrificia deſtinata; & ideo magis ſanctum eſt templum, quàm aurum templi, cùm ab ipſo templo ſumat ſanctitatem; & ideo, qui jurat per templum, per rem graviorem jurat, quàm per aurum templi; & inde maximè tenetur ad juramentum.

(Margin: *Auri amore homines contemnunt cœleſtia.*)

22\. *Et quicunque jurat in altari*, id eſt per altare: *nihil eſt*. Arabicus, *Non eſt obnoxius alicujus rei*: ideſt, nihil jurat, ad nihilumque obligatur *Qui autem jurat in dono*: ſeu per donum oblatum, *quod eſt ſuper illud*, ſcilicet altare, *debet*: nempe ſuum juramentum adimplere, tanta erat Phariſæorum, ac Scribarum cæca ignorantia, ut donum oblatum altari anteponerent, contemnentes juramentum per altare, adimplendum dicerent factum per donum, cum ab altari conſecrato Deo Donum oblatum ſumeret ſanctitatem; ut patet ex proximè dictis de Templo; & cum in templo eſſet duplex altare, unum holocauſtorum; alterum thymiamatis, in quo thymiamata, ſive ſuffitus offerebantur: ſermo eſt de altari holocauſtorum, quæ cadebant in bonum, ac utilitatem ſacerdotum.

(Margin: Arabicus. — *Pro utilitate propria contemnitur altare.*)

## QUÆSTIO III.

### *Quare Scribæ, & Phariſæi autem anteponebant templo, & de quo auro ſit ſermo?*

23\. AB hoc ſecundo incipio quæſtionem, & cum multipliciter aurum reperiretur in templo, ideo de hac re variæ ſunt ſententiæ. Primò, Euth. Theoph. aurum templi hoc loco, vaſa illius aurea ſignificare dicunt. Secundò, Lyr. ait, quod ſignificantur hîc templi parietes auro tecti, & exornati, ſed parietes ſecundi templi, & Herodiani, non auro regebantur. Ideo tertiò D. Hieron. quem ſequuntur communiter Recentiores, Franc. Lucas, Eſtius, Menoch. intelligunt aurum, quod offerebatur in templo; hoc enim cadebat in utilitatem ſacerdotum, & hæc ſententia eſt ſimpliciter vera; & non improbabiliter dicit Barrad. quod per aurum intelligitur hîc omne templi aurum, ſive in oblatis, ſive in vaſibus, ſive aliqua ex parte in parietibus templi.

(Margin: *Quodnam eſſet hoc aurum.* Euthym. Theophyl. Lyran. D.Hieron. Franc. Lucas. Eſtius. Menochius.)

24\. Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur Phariſæi, ac Scribæ tanta cæcitate, ac dementia laborabant, ut aurum anteponerent templo, & dicerent quod juramentum per templum nullius momenti eſſet, maximè verò juramentum per aurum ſummè venerandum, & adimplendum. *Quicunque juraverit per templum, nihil eſt, qui autem juraverit in auro templi, debet*, ſcilicet adimplere; ſacratiſſimum templum contemnebant, & nullam ei regionem deferendam exiſtimabant, niſi auro, quod ex ſua avaritia ſummè venerabantur. Rupertus lib.4. in Amos, c.8. ait: *Nonne iſti Deo præferebant aurum? Qui enim jurat in templo, jurat in illo, & in eo, qui habitat in illo, ergo ſicut templo, ita & illi, qui habitat in templo, præferebant aurum dicendo, quicunque juraverit per templum, nihil eſt; qui autem juraverit in auro templi, debet.* Sic ipſi aurum extollebant, & præter aurum nihil erat apud ipſos.

(Margin: *Contemnunt homines divina, & aurum adorant.* Rupertus.)

21\. Omnes Iſraëlitæ concurrebant in Jeruſalem ad adorandum, ac ſacrificandum vere Deo: ut Jeroboã eos averteret à tam ſancto opere, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: *Nolite ultra aſcendere in Jeruſalem: Ecce Dii tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti*. 3. Reg.12. n 28. ſi ipſe fecit vitulos, quomodo perſuadet populum, quod illi ſunt Dii, qui eduxerunt eos de Ægypto, quod jam permulta millia annorum præceſſerat. Sic objectio auro cæcutit humana mens, ut abſque ullo diſcurſu, contra omnem experientiam, ac evidentiam, nullum alium Deum requirat, niſi

(Margin: 3.Reg 12.)





tantum aurum, ſic citatus Rupertus, ait: *Idcirco vitulos fecerat Jeroboam, ne decem tribus deſcenderent in Jeruſalem ad adorandum. Aureus erat ille vitulus & inde facilè perſuaderi poterat populo, quod eſſet Deus, apud cogitationes eorum non parva res erat aurum, multoque plus placebat aſpectibus eorum tale metallum, quam mentibus Deus eorum: ergo Deus eorum erat aurum.*

(Margin: *Aurum pro Deo adoratur.* Rupertus.)

26\. In ſomnis vidit Nabuchodonoſor ſtatuam; cujus caput erat ex auro optimo, pectus, & brachia ex argento, venter, & femora ex ære, tibiæ ferreæ, pedum verò quædam pars ferrea, quædam autem fictilis. Daniel.2.n.32. inde ipſe ſtimulatus, *Fecit ſtatuam auream altitudine cubitorum ſexeginta*. Dan.3. n.1. quam propoſuit omnibus populis ad adorandum. Ille commotus eſt ad hanc ſtatuam fabricandam ex ſtatua, quam viderat, quæ erat ex vario metallorum genere: cur ergo eam totam ex auro componit. Fortiter clamat Præco, *Cadentes adorate ſtatuam auream, quam conſtituit Nabuchodonoſor rex*, ib.n.5. Ipſe ſtatuam ſuam ad adorandum propoſuit, inde ex auro conſtruxit, quia etſi manifeſta rationis evidentia contradiceret Dei adorationem homini deferre, aurea præjucunda materia, animos obcæcaret ac pelliceret, ut aurum pro Deo colerent, ac adorarent, & inde præco non clamabat: adorare ſtatuam Nabuchodonoſoris, ſed vociferabatur, *adorate ſtatuam auream*. Cardin. Hugo ex D.Hier. *Ut adoraretur ſtatua, eam juſſit fieri auream, & infiniti ponderis, ut ſtuporem ingereret convenientibus, & adoraretur facilius.* Ubi aurum nitet, promptè ad adorationem curritur. Vide ſuprà M.6. q.3. n.12. 13.& 14.

(Margin: Daniel.2. — Daniel.3. — *Ubi aurum, ibi adoratio defertur,* — Hugo.)

*Matt.23.n.19* Cæci: quid enim majus eſt, donum an altare quod ſanctificat donum.

*Num.* 20. Qui ergo jurat in altari, jurat in eo, & in omnibus quæ ſuper illud ſunt.

*Num.* 12. Et quicunque juraverit in templo, jurat in illo, & in eo, qui habitat in ipſo.

*Num.*22. Et qui jurat in cœlo, jurat in throno Dei, & in eo, qui ſedet ſuper eum.

## *VERSIONES.*

*Syrus. n.19.* Stulti, & cæci, quid majus, oblatio, an altare, quod conſecrat illam.

*Alius Syrus.* Stolidi, & obcæcati.

*Syrus. n.20.* Qui jurat per altare.

*Syrus n.21.* Qui jurat per templum, jurat per ipſum, & in eo, qui habitat in eo.

*Syrus n.22.* Qui jurat per cœlos, jurat per thronum Dei, & per eum, qui ſedet.

## *EXPOSITIO III.*

27\. CÆci quid majus: eos ſtultitiæ, ac avaritiæ arguit Chriſtus, ut notat D. Hieron. *donum, an altare, quod ſanctificat*: ſeu ut habet Syrus, *conſecrat donum*: ac ſi dicat Dominus, multo majus eſt altare, quia ut ait Lyranus, ſi quis feciſſet oblationem Deo alibi, quàm in Jeruſalem, quàm in altari, quod erat in templo, non erat acceptabilis Deo, imò in hoc committeret crimen ſacrilegii, cùm non poterat alibi offerre, niſi in templo, & altari: ergo donum habet ſanctificationem à templo, & altari: majus eſt id, quod ſanctificat, quàm id, quod ſanctificatur, ac proinde ſanctius eſt templum, & altare, quàm donum oblatum.

(Margin: D.Hieron. — Syrus. — Lyran.)

28\. *Qui ergo jurat in altari*, id eſt ut habet Syrus, *per altare (jurat in eo, & in omnibus)* ſeu per omnia, *quæ ſunt ſuper illud*: & conſequenter, qui jurat per templum, & altare, jurat per aurum, & donum in eis contentum, tanquam per totum continens ſuas partes: myſtice D. Auguſtinus lib.1. quæſtionum Evangel. cap.34. ait: quod templum, & altare, eſt Chriſtus; aurum, & donum, laudes, & ſacrificia in eo, & per eum oblata, quæ ab ipſo Chriſto habent valorem, & ſanctitatem.

(Margin: Syrus. — D.Auguſt.)

29\. *Et quicunque jurat in templo.* Syrus, per templum, *jurat in illo*: nempè, per ipſum, qui habitat in templo; qui enim jurat per templum, jurat per Deum habitantem in templo, tanquam in domo ſua in qua colitur, adoratur, & ſacra ei offeruntur. Et ideo dicitur Pſalm. 10. nu.5. *Dominus in templo ſancto ſuo*: & Pſalm.45. n.5. *ſanctificavit tabernaculum ſuum altiſſimus.*

(Margin: Pſalm 10. — Pſalm.45.)

30\. *Qui jurat in cœlo*: ſeu per cœlum; tandem altera ratione refutat; & confundit errorem, ac falſitatem Phariſæorum, ac Scribarum, docens, quàm venerandum, ac efficax ſit juramentum per templum, & altare ex eorum celebri conſuetudine, qui in re magna, & gravi ſolebant jurare per cœlum: Unde Chriſtus D. dixit Matth. 5. n.34. *Nolite jurare per cœlum, quia thronus Dei eſt.* Ergo nec etiam jurandum eſt per templum; quia ut ait D.Damaſc. *Templum typus eſt cœli.* Nam ſicut Dei majeſtas relucet, ac recolitur in cœlo, ſic etiam ſpeciali modo ejus ſanctitas in terris veneratur, ac recolitur in templo, tanquam particulari, ac ſpeciali loco ſuo, ut notat D.Paſchaſius.

(Margin: Matth.5. — D.Damaſc. — D.Paſchaſ.)

31\. Et maximè confirmatur, qui ſemper juramentum non ſolùm per cœlum, ut Dei thronum, ſed etiam per thronum regis, fuit in magna æſtimatione, ac veneratione apud omnes gentes, ut tradunt Homerus Iliad.1. Ariſtotel. lib.3. Politic. c.14. Herodot, lib.4. ubi ait: *Mos eſt Scythis plerumque jurandi per ſolium Regis*: quod comprobat Serarius q.12. ad c.1. Judith. ad illa verba n.12. *Nabuchodonoſor juravit per thronum, & regnum ſuum, quod defenderet ſe*: & etiam probat Pineda lib.5. de rebus Salomonis c.4. ex illo Ex 17.n.16. *Manus ſolii Domini, & bellum Domini erit contra Amalech*: Hebraice ex Caietano, & Oleaſtro legitur, *Manus ſuper ſolium Domini*: tanquam magno juramento facto.

(Margin: Homerus. Ariſtot. Herodot. Serarius. — *Solemne juramentum per thronum regis.* — Pineda. Caietan. Oleaſter.)

*Matth.23.n.23.* Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis menthã, & anethũ, & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium, miſericordiam,

& fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.

| | |
|---|---|
| *Num.* 24. | Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. |

### *VERSIONES.*

| | |
|---|---|
| *Syrus n.* 23. | Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, acceptatores vultus, &c. miſericordiam, & fidem: & hæc conveniens erat, ut facerent. |
| *Æthiopic.* | Qui offertis decimam partem hyſſopi, &c. & obſervantiam legis. |
| *D.Proſper.* | Anethum, & cyminum, & omne olus. |
| *D.Gaudentius.* | Et relinquitis, quæ fortiora ſunt. |
| *Arabicus n.*24. | O duces cæcorum, qu emittunt culicem. |
| *Burgenſis.* | Defæcantes calicem. |
| *Æthiopic.* | Qui culicem excutitis. |
| *Perſicus.* | In arctum conjicitis culicem. |

### *EXPOSITIO IV.*

32. VÆ *vobis.* Hoc quintum eſt *Væ*, ſuper Scribas & Phariſæos: *Decimatis mentham.* Hoc eſt juxta mentem Sanct. Patrum, D. Hier. D.Paſchaſ. D.D. valdè ſcrupuloſè, ac ſollicitè ſolvitis decimas minimarum rerum, ac illorum quæ ſunt parvi momenti, ut menthæ, & ſimilium, & graviora præcepta legis Dei contemnitis, ac negligitis, & proponit in exemplum herbas quaſdam odoriferas, ut *mentham*, Luſitanè, à Ortelaam. *Anethum*, ò Endro. *Cyminum*, Cuminhos. Et ad has minimas res decimandas maximè excitabantur, ac provoca-
D.Chryſ. bantur ob eorum lucrum, ut obſervat D. Chryſoſtom. hom.44. in Imperfecto, in Matth. ait: *Qui ſacerdotes avaritiâ pleni, ſi quis decimas alicujus rei minimæ non obtuliſſet, corripiebant eum quaſi magnum crimen feciſſet; ſi quis autem alterum lædebat, aut in Deum peccabat, non curabant eum corripere; de lucro autem ſuo ſoliciti, de gloria Dei, ac ſalute hominum negligentes:* & potius illa tria olera, quàm alia propoſuit Do-
D.Paſchaſ. minus in exemplum, ut notant D.Paſch. lib. 10. in Matth. quia ſacerdotes illa faciebant, ut odorem bonæ famæ compararent erga populum, & inde de odoriferis erant valde ſoliciti.

33. *Reliquiſtis, quæ graviora ſunt legis*, utpote *judicium, & miſericordiam, & fidem:* & hæc
Alb. Mag. tria propoſuit Dominus, quia ut notat Albertus Magn. maxime, & optime ordinant communitatem. *Judicium*, ſervare nempe æquitatem in ſententia ferenda, ſpretis conſanguineis, amicis, & donis; nihil enim magis Sacra Scriptura deteſtatur, quàm corruptum, ac perverſum ju-
Deut.16. dicium. Deut. 16. n.19. Iſai.1.n.13. Michæ.3.
Iſai 1. n.11.& c.7.n.3. *Miſericordiam*, ne rigide, & cru-
Michæ 3. deliter intuitu oblationum comedatis domos
Maldon. pauperum, de quo ſuprà, n.14. *Fidem*, interpretatur Maldonatus fidelitatem inter homines in dictis, & pactis: tamen ſimpliciter intelligo tam hanc fidelitatem, quàm etiam fidem in Deum, ac Chriſtum Jeſum filium ejus, ob cujus contemptum ejus prophetas lapidabant, & occi-
debant. Infra n.36. ex quo rectè ait Lyran. fides Lyran.
importat debitum ordinem hominis ad Deum: Judicium autem importat debitum ordinem hominis ad proximum, in his, quæ habent rationem debiti; miſericordia, in his, qua habent rationem doni, & in his tribus intelliguntur omnia neceſſaria ad ſalutem, & ideo ſubdit:
*Hæc oportuit facere.* D. Gaudentius tract.2. in D.Gaudent.
Exod. legit: *Reliquiſtis, quæ fortiora ſunt*, utpote fidem in Deum; juſtitiam in omnes; miſericordiam in pauperes, & debiles.

*Duces cæci excolantes culicem.* Arabicus, *Qui* 34.
*emittunt culicem.* Burgen. *defæcantes:* metaphora Arabic. Burgenſ.
deſumpta eſt à percolantibus, ſeu bibentibus vinum, ſi fortè minimum animalium in illud inciderit, ne ſordes tales hauriendo lædantur, vel certe polluantur. *Camelum autem glutientes:* idest, rem maximam, maximeque nocentem nihili faciunt; & erat commune adagium, quo ſignificabantur ſcrupuloſæ in minimis, non verò in magnis.

---

### QUÆSTIO IV.

*Quare Chriſtus D. damnans Phariſæorum, ac Scribarum, vitia, proponit, in exemplum, quod excolant culicem, & deglutiunt camelum?*

HOrum depravatorum hominem mores, ac 35.
vitia, ait Chriſtus D. *excolantes culicem*, Caietan.
*camelum autem glutientes*; & in limine quæſtionis toto cum omnibus Expoſitoribus, quod rejicienda ſit ſententia Caietani, aſſerentis Textum Græcum, & Latinum eſſe corruptum, & non eſſe legendum *Camelum*, ſed potius aſylum; cum tamen omnes codices Græci, Latini, Syri, Arabici, Æthiopici, & omnes Patres, tam Græci, quàm Latini legant, *camelum*; quæ eſt vera, & legitima lectio.

Ad quæſtionem. Culex, ait Alb. Magn. eſt 36.
parvarum muſcarum genus quoddam, ab acu- Alb.Magn.
leo, quem ore geſtat, ſic vocatum; & naſcitur exhalatione humorum, & facilè in vino, vel alio liquore bibitur; hinc erat vulgare adagium, quod illi, qui erant ſcrupuloſi in parvis, ac minimis, nempe venialibus, turpiſſima, ac graviſſima peccata perpetrabant; de eis dicebatur, excolare culicem, camelum devorare.

Quo proverbio arguit Chriſtus depravatam 37.
nequitiam Phariſæorum, & Scribarum, qui valde erant ſoliciti in perſolvendis decimis de minimis oleribus, & graviſſima, ac turpiſſima facinora devorabant, ac deglutiebant, ut contemnentes ea, quæ erant circa fidem, juſtitiam,
ac miſericordiam D. Hilar. ait: *Pungit Scriba-* D.Hilar.
*rum in colandis culicibus diligentiam, quarum in*
*glutiendis camelis eſt incuria:* & Origenes Origen. D.Hieron.
tr.25. in Matth. ait: *Excolantes culicem, id eſt* D.Chryſ.
*expellentes à ſe minima delicta, quæ culices no-* D.Remig.
*minavit; camelum autem glutiunt, ideſt commit-* D.Thom.
*tentes maxima delicta, quæ nominat camelos.* Sic D.Anſelm.
D.Hieron. C.Chryſoſt. D.Remig. D. Thom.D. D.Chryſ.
Anſelm.& alii.

38. D.Gregor. Secundò, etiam moraliter D. Gregor. lib. 1. Moral.



Moral. cap. 6. ait: *liquantes culicem, camelum autem glutientes: culex enim ſuſurrando vulnerat, camelus autem ſponte ad ſuſcipienda onera ſe inclinat; liquaverunt ergo Judæi culicem, quia ſeditioſum dimitti latronem petierunt: Camelum verò glutierunt, quia eum, qui ad ſuſcipienda noſtra mortalitatis onera ſponte deſcenderat, ex-*
*Obſe-* *tinguere clamando conati ſunt.* Moraliſſimè
*quium da-* rem exponit Sanctus Pater, per culicem, qui
*tur iniquo* ſuſurrando vulnerat, intelligit Barrabam, qui
*vulneran-* *ti mors* multis clamoribus, ac plagis populum Judaï-
*juſti redi-* cum vulnerabat; & tamen cum à carcere ex-
*menti.* cutere, ac liberare inſtant, & clamant Judæi; & tamen Chriſtum Jeſum, qui ultro, ac ſponte ſe obtulit pro peccatis noſtris, ipſum crucifigentes occiderunt: ſic ſæpè ex malitia hominum contingit, quod illi, qui te aculeo percutit, & vulnerat, obſequia præſtantur; illi autem, qui de ſalute tuâ, eximiâ charitate agit, mors, & omnium tormentorum vexatio crudeliter infertur.

39. Tertiò. Cur culex, & camelus potius in
D.Paſchaſ. exemplum proponunt, quàm aliud quodlibet animal, ut Equus, Elephas, ſeu Dromedarius? Reſpondet D. Paſchaſ. lib.10. in Matth. *Ideo, quia ex vitio offerentium, etiam & ipſa immunda fiebant, nec immeritò culici comparantur, quod & parvum, & immundum eſt animal, ſicut & Camelus magnum... Et ideo poſſeſſi à Dæmone, tam grandia virtutum opera, ac ſi immunda, & tortuoſæ gibbo depreſſi avaritiæ glutiebant, ne implerentur opera, quæ juſſa erant.* Culici, & Camelo comparantur. Quia culex,
*Deprava-* licèt ſit animal parvum, & immundum, & illa
*ta iniqui-* minima, quæ offerebant, ut olera, *ex vitio offe-*
*tas in mi-* *rentium ipſa immunda fiebant*, inſtar culicis,
*nimis, & magnis.* vel ex offerentium vanitate, vel Sacerdotum malitia. Comparantur etiam Camelo tortuoſo animali, ac gibboſo, ut tortuosè deflectentes à lege Dei, gibbo, ac onere avaritiæ depreſſi, omnia divina pedibus conculcarent, ut faciliùs omnia Dei mandata deglutirent: *Etſi immunda tortuoſæ gibbo depreſſi avaritiæ glutiebant, ne implerentur opera, quæ juſſa erant.* Ecce depravata & immunda iniquitas in minimis, & magnis, in minimis dum ex vanitate faciunt in magnis dum ea contemnentes deglutiunt.

40. Quartò: Idem D. Paſchaſius citato loco
D.Paſchaſ. ait: *Peſſimi ſacerdotes glutiebant, cùm maxima Dei mandata propter ventris ingluviem abſorbebant, nec curabant quid aut ipſi, aut populus peccati in Deum committeret.* Maximè ponderandum, quod ut Chriſtus D. ſummam nequitiam, ac malitiam populi Judaïci exaggeraret, ac declararet, exemplum proponit in his, quæ inſerviunt ad potationes, ac comeſtiones: nam culices ſæpè in vino bibuntur, & camelus metaphoricè deglutitur; quod credo notanter
*Gula om-* dictum à Divino Magiſtro, ut nobis ſignifica-
*nium ma-* ret omnium malorum radicem, ac originem
*lorum cau-* eſſe gulam; quod latè probat D.Iſidor. Peluſio-
*ſa, & radix* ta lib.1. epiſt.69. & ait: *An non gula primos*
Peluſiota. *parentes à deliciis expulit! An non ſatietas Eſaü primogenitorum jure & libertate ſpoliavit? An non carnium, & ollarum cupiditas Iſraëlem in deſerto commorantem innumeris tormentis, & tentationibus confecit?* Quod proſequitur exemplo filiorum Heli, & aliorum multorum.

41. Fletu, & ululatu clamant Iſraëlitæ ad Moïſem: *In mentem nobis veniunt cucumeres, porrique, & cepæ, & allia: Anima noſtra arida eſt,*
*nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri, niſi Man:* Nu- Num.11.
meri.11. n. 5. Habent præ manibus cœleſtem
panem omnem dulcedinem, ac ſuavitatem in *Pergulam*
ſe habentem; tamen non poſſunt cohibere, ac *cœleſtia*
ſuſtinere gulam & appetitum ad agreſtia, & *contem-*
ſylveſtria pabula: facile infamis gula divino- *nuntur.*
rum contemptum generat. Tertullian. adverſ. Tertull.
Pſychicos, ait: *Panes Angelici illis diſplicebant, allium potius, & cepas, quam cœlum fragrare malebant.*

Acceſſit tentator ad Chriſtum in deſerto, 42.
dixitque ei: *Dic, ut lapides iſti panes fiant:* qua tentatione rejecta, aliud telum adverſus Chriſtum D. parat inimicus, conſtituens eum ſuper pinnaculum templi, dicens illi: *Mitte te deor-*
*ſum.* Matth.4. n.6. de ignorantia, ac fatuitate Matth. 4.
diaboli maximè irridet D. Maximus homil. 1. D. Maxim.
ibi: *Quam turbatus hoc loquitur, ſcilicet Satanas, qui putat ſe ei præcipitium poſſe perſuadere, a quo*
*nihil potuit de panibus importare.* Valde ſtolidum *Gula for-*
eſt præcipitium ab eo ſperare, à quo nihil per *tiſſimum*
gulæ affectum potuit obtinere; omnium vali- *telum ad*
diſſimum jaculum ad hominem ſuperandum, *tentan-*
eſt gula, & ſi hac affectus non aſſequitur, de nul- *dum.*
lo alio præſumendum.

| | |
|---|---|
| *Matt.*23.*n.*25. | Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis, quod de foris eſt calicis, & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina, & immunditia. |

### *VERSIONES.*

| | |
|---|---|
| *Num.*26. | Phariſæe cæce munda priùs quod intus eſt calicis & paropſidis, ut fiat id, quod de foris eſt mundũ. |
| *Syrus n.* 25. | Qui mundatis exteriorem partem &c. ſcutellæ. |
| *Perſicus.* | Qui exterius paropſidis, intus autem pleni obſcuritate, & ſordibus. |
| *Arabicus.* | Intrinſecum autem plenum eſt, &c. & iniquitate. |
| *S.Epiphan.* | Plenum eſt fœditate. |
| *Græcus.* | Injuſtitia. |
| *Vatabl.* | Intemperantia. |
| *Syrus. n.* 26. | Quod intus eſt poculi, & patenæ. |
| *Theophilact.* | Ut exteriores horum partes puræ videantur. |

### *ALTER TEXTUS.*

| | |
|---|---|
| *Luc.*11.*n.*39. | Et ait Dominus ad illos. Nunc vos Phariſæi, quod deforis eſt calicis, & catini, mundatis: quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina, & iniquitate. |

### *EXPOSITIO V.*

41. D. Hieron. D.Hilar. VÆ *vobis*. Hoc eſt ſextum *Væ*, quod Dominus ingeminat ſuper Scribas, & Phariſæos, quo, ut notant Div. Hieronym. D. Hilar. eorum ſimulatam hypocriſim arguit, & damnat, quâ exterius puritatem, & ſanctitatem oſtendebant, cùm intus eſſent pleni omni rapina, & immunditia, & ad hoc declarandum eorum depravatum morem arguit, & tangit. Solebant enim Judæi, ut advertunt D.Chryſoſt.hom,44.in Imperfecto, D.Anſelm.Lyranus, maximè per dies feſtos ingreſſuri templum ad orationes, & oblationes, lavare ſe, veſtimentaque ſua, ſicut & manus ad panem manducandum: quod notat D. Marc.7. n.3. *Phariſæi enim: & omnes Iudæi, niſi crebro laverint manus, non munducant, tenentes traditionem ſeniorum, & à foro, niſi baptizentur, non comedunt*: & tamen interius omni nequitia, ac turpitudine replebantur: hanc eorum depravatam, ac iniquam vivendi rationem damnat Chriſtus parabolico, ac ænigmatico ſermone dicens.

D.Chryſ. D.Paſchaſ. Alb.Mag. D.Thom. D Anſelm. Lyran.

44. *Explicatur Textus.* *Mundatis, quod deforis eſt calicis, & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina, & immunditia.* Eſt igitur ſenſus: Væ vobis, qui mundatis exteriora calicis ad bibendam, & paropſidis ad comedendum, ut nitida, & lucentia appareant oculis, interius verò plena ſunt potu, & cibo acquiſito injuſtitia, furto, rapina, nequitia, ac dolo; ſicut illa meretrix Apocalypſis
Apoc 17. n.4. *habens in manu ſua poculum aureum plenum abominatione, & immunditia fornicationis ejus*: ſic & vos valde ſolicite curatis munditiam, ac nitorem corporalem, cùm interiora veſtra omni turpitudine, fœditate, ac malitia abundent,
D.Paſchaſ. ut patet ex verſionibus, & ut notat D.Paſchaſ. citatus: poſuit exemplum de cibo, & potu corporali, quia non ſolùm in his vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

45. *Phariſæe cæce, munda prius, quod eſt intus, ut fiat id quod deforis eſt mundum.* Phariſæe munda prius tuam mentem, tuam conſcientiam, ut tua interiora ſint pura, & munda: quia ut
D.Chryſ. recte monet D. Chryſoſtomus citatus, à munditia exteriora, manat mundities externa in ſermone, opere, & omni actione; at verò à munditia externa non provenit munditia interna, ſed potiùs fœdatur, & coinquinatur, cum illa mundities externa, non ſit ad Dei gloriam
Origenes. ſed ad mundi vanitatem. Unde meritò ait Origenes tract. 25. in Matth. *Qui ſtudet, ut appareat juſtus, quæ à foris ſunt, mundat, & quæ videntur curat; cor autem, & conſcientiam negligit. Qui autem ſtudet ea, quæ intus ſunt, id eſt cogitationes mundare, conſequens eſt, ut etiam ea, quæ à foris ſunt, faciat munda.* Et quod parum prodeſt munditia externa, niſi adſit inter-
D.Paſchaſ. na; quod optimo exemplo probat D. Paſchaſius lib.10. in Matthæum, & ait: *Talis apta eſt comparatio, & vaſorum exterior ablutio, quorum uſus interior eſt: quia ſi vas obſorduerit intus, quid proficit ſi lavetur tantùm exterius*:
*Optimum exemplum* liquor effuſus ab interiori erit immundus, & fœtidus; cùm interiora ſint immunda, & fœtida.

*Mat.23.n.27* Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia.

*Num.* 28. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus juſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

### *VERSIONES.*

*Syrus n* 27. Similes ſepulchris gypſo illitis.

*Æthiopic.* Plena cadaveribus.

*Perſicus.* Plena fœtore, vermibus, & oſſibus putridis.

*Syrus n.*28. Foris quidem, & acceptione facierum.

*Pagnin.* Foris fictione

*Perſicus.* Hypocriſi, & peccato.

*Græcus.* Legis prævaricatione.

### *ALTER TEXTUS.*

*Luc.*11.*n.*44. Væ vobis, quia eſtis ut monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes ſupra neſciunt.

### *EXPOSITIO I.*

VÆ *vobis.* Hoc eſt ſeptimum *Væ*: & cùm ipſi multiplicarent peccata; multiplicat Dominus etiam gemitus ſuper eorum pœnas, ac peccata, & eandem Scribarum, ac Phariſæorum malitiam diverſis verbis, ac ſententiis Dominus arguit, & damnat, ut multiplici modo eradicetur, ac extinguatur eorum depravata nequitia: *Similes eſtis ſepulchris dealbatis.* Recte hypocrita, ac peccator cum ſepulchro dealbato comparatur, quia ut notant D. Chryſ. D. Paſchaſ. lib.10.in Matth. ſepulchrum exterius ſpecioſum, & pulchrum videtur, cum interius nihil aliud contineat, niſi corpus mortuum, putridum, ac fœtidum: ſic hypocrita, ac peccator nitet, ac reſplendet ſpecie, ac fulgore bonorum operum; intus verò habet animam mortuam, & corruptam putredine, ac fœtore multorum peccatorum, ac vitiorum. 46.

D Chryſ. D.Paſchaſ. *Iniquus recte dicitur ſepulchrum.*

Et dicuntur *Similes ſepulchris dealbatis*, non verò ſepulchris albis; nam ut notat Servius lib.3. Georg. Magna eſt differentia inter dealbatum, & album, ſeu candidum, nam album, & candidum, dicitur illud, quod ex ſe talem nativum candorem retinet, & ideo, dicitur de capillis, ac veſtimentis Dei. Apocalypſ.1. n.14. Daniel.7. n.9. Cantic.5.n.10. at dealbatum dicitur illud, quod non ex ſe habet albedinem, ſed eam ſuperinduit ſuper illum colorem, quem antea habebat; & ideo meritò hypocrita dicitur 47. Servius. Apoc.1. Daniel.7. Cantic.5.



dicitur ſepulchrum dealbatum, quia illam albedinem compoſitionis, quam oſtendit, non habet ex ſe, ſed eam ſuperinduit ſuper nequitiam ſuam; quod eſt execrabile malum. Hinc
Actor.23. Paulus Actor. 23. n.3. *Percutiat te Deus paries dealbate.*

48. *Sic & vos foris quidem paretis hominibus,* intus verò pleni eſtis omni iniquitate, ac *legis*
D.Gregor. *prævaricatione*, ut habet Græcus: Hos rectè pungit D. Gregorius Magnus lib.26. cap.23. & ait: *Foris oſtendendo ſervant, quæ vivendo intus impugnant; intus verò mala cogitantes exaggerant, quæ foris aliæ ſuperducentes occultant.* Non conſonant animus, & fucus: videntur exterius mundo mortui, cum interius ardentiſſimè ſtudeant mundanæ gloriolæ, tanquam è ſepulchris, ubi ſe cupiditati, ambitionique fingunt mortuos, ſpeculantur ambitionis prædam, & ipſa fucata, ac ſimulata ſanctitas, cupiditatis eſt hamus. Contra hos rectê argumentatur D.
D.Chryſ. Chryſoſtom. in Imperfecto homil. 45. *Dicito mihi, hypocrita, ſi bonum eſt eſſe bonum, ut quid non vis eſſe, quod vis apparere? Si verò malum eſt eſſe malum, ut quid vis eſſe, quod non vis apparere? nam quod turpe eſt apparere, turpius eſt eſſe; quod autem formoſum eſt apparere, formoſum eſt eſſe, &c.*

*Matt.*23.*n.*29. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta juſtorum.

*Num.* 30. Et dicitis, ſi fuiſſemus in diebus Patrum noſtrorum, non eſſemus ſocii eorum in ſanguine Prophetarũ.

### *VERSIONES.*

*Syrus n.*29. Ornantes eſtis domum ſepulturæ juſtorum.

*Alter Syrus.* Concinnatis, vel, præparatis monumenta juſtorum.

*Perſicus.* Ornatis ſepulchreta juſtorum.

*Arabicus n.*30. Non communicaſſemus cum eis in ſanguine.

*Æthiopic.* Non conſenſiſſemus eis.

### *ALTER TEXTUS.*

*Luc.*11.*n.*47. Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum, Patres autem veſtri occiderunt illos.

*Num.*48. Profecto teſtificamini, quod conſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra.

### *EXPOSITIO VII.*

49. VÆ *vobis*: Hoc eſt ultimum, & extremum *Væ*: tanquam omnium malorum extremum, ac ſummam iniquitatem ſuper Judæos Chriſtus pronuntiat: & quia meritò ſe profitentur filii eorum, qui prophetas occiderunt: *Dicitis enim, ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocii eorum*: & tamen ut filii eorum abundanter perſiſtebant in eorum iniquitate; ad Textum: *Sepulchra Prophetarum ædificatis*: quod ex ſe bonum, ac laudabile erat; ut ex Sanctis Patribus dicam Quæſtion... Tamen hoc faciebant mala intentione, ex vanitate nempe, & ut viderentur alieni à Patribus ſuis, qui prophetas occiderunt, cùm ipſi actualiter Prophetas, juſtos, & ſanctos interficerent, ut Stephanum, & alios; ut patet infrà verſ 14. *Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes; & ex illis occidetis*: & quod erat omnium malorum extremum, ac ſummum, ipſum caput Prophetarum, Principem, ac Dominum CHRISTUM JESUM ad mortem depoſcebant, illiuſque mortem machinabantur; & ideo ſubdit Chriſtus: *Implete menſuram patrum veſtrorum*: Cumulatiſſimè, & abundantiſſimè impletis menſuram patrum veſtrorum? quia illi Prophetas occiderant, vos autem non ſolùm Prophetas occiditis, ſed etiam me caput, ac principem omnium prophetarum. Ita D.Hieronym. Origenes, Rupertus, Paſchaſius, Euthymius, & alii.

*Explicatur genuinus ſenſus.*

D.Hieron. D Chryſ. Euthym. D.Thom. D. Paſchaſ.

---

### QUÆSTIO V.

*Quare arguit, ac reprehendit Chriſtus D. Scribas, & Phariſæos, quòd ſepulchra Prophetarum ædificarent, ac exornarent?*

QUod ipſi Phariſæi, & Scribæ ſepulchra Prophetarum, ac juſtorum extruerent, ac exornarent, ſicut & nos facimus monumenta Sanctorum; ſanctum ac laudabile ex ſe eſt, ut notant in præſenti D. Hieronymus, D. Chryſoſtom. Euthym. D.Thomas, D.Paſchaſ. lib.20. in Matthæum, qui addit: *Neque ideo culpabiles erant, quia filii eorum erant, quoniam non ex arbitrio alicujus venit, cujus ſit filius, boni viri an mali!* Cur ergo Chriſtus D. ſuper eos extremum, & ſupremum Væ ingeminat, quòd ædificarent ſepulchra prophetarum, quos eorum Patres occiderunt? 50.

D.Hieron. D.Chryſ. Euthym. D.Thom. D.Paſchaſ.

Reſpondeo primò, juxta verum ſenſum, quem dedi in Expoſitione; quia reprehenduntur à Chriſto ob ſuam depravatam, & iniquam intentionem, qua de ſuis Patribus anteponebant, patreſque ſuos damnabant ut homicidas, Prophetas occidentes, & ſe juſtos à tali cæde alienos prædicabant; cum tamen Chriſto D. Prophetarum maximo, necem inferre decernerent. Nam ut bene ait D.Chryſ. homil.45. in Imperfect: *Alter alterius culpam citò intelligi, ſuam autem difficile. Homo enim in cauſa alterius tranquillum habet cor, in ſua verò turbatum In cauſa vero alterius, de facili poſſumus omnes juſti judices eſſe Ille autem verè juſtus, & ſapiens eſt, qui ſibi ipſi judex fieri poteſt.* Unuſquiſque in cauſa alterius poteſt eſſe judex; nam aliorum crimina, & peccata facilè videt, & cognoſcit; ſecus verò in cauſa propria, quia proprios defectus 51.

D.Chryſ.

*Facile quilibet videt aliorum defectus non verò ſuos.*

 fectus

fectus nunquam vider, & agneſcit, niſi ſit valde raros, ac ſapiens juſtus.

52. D.Chryſ. Secundò : Idem D. Chryſoſtomus citatus ſic ait : *Dicebant Phariſæi apud ſe, ſi benefecerimus pauperibus, non multi vident, & pro tempore non vident. Nonne melius ædificia facimus, quæ omnes aſpiciunt, & non ſolùm in hoc tempore, ſed etiam in poſterum. O inſipiens homo! quid tibi prodeſt poſt mortem iſta memoria : ſi ubi es torqueris, ubi non es laudaris* : negabant eleemoſynas pauperibus, ut ſepulchra Prophetarum extruxerunt, ſcribentes, ac exarantes in eis propria nomina ædificantium, vel ſua ſtigmata; ut ex ſua vanitate eorum memoria perennis fieret. Ad hoc ait D.Hieronymus in præſenti : *Phariſæi, & Scribæ opinione bonitatis, & gloriæ in populos ſepulchra ædificant Prophetarum.*

*Ob proprii nominis famam multifaciunt homines.*

53. D.Chryſ. Tertiò : Idem Chryſoſtomus, & ait : *Non gaudent Martyres, quando in illis pecuniis honorantur, in quibus pauperes plorant.* Quia ſcilicet illas pecunias exigebant à pauperibus, quos affligebant, & ob inopiam plorare cogebant, ut iis magnifica ſepulchra Propheris, & magis ſibi gloriæ monumenta extruerent.

*Impii affligunt pauperes ad ſuas oſtentationes.*

54. D.Chryſ. Quartò : *Semper Judæi*, ait idem Chryſoſtomus, *præteritorum Sanctorum cultores fuerunt, & præſentium contemptores; magis autem & perſecutores. Non enim ſuſtinebant increpationes Prophetarum ſuorum, & perſequebantur eos, & occidebant : poſtea verò naſcentes filii intelligebant culpas Patrum ſuorum, & ideo quaſi de morte innocentiam Prophetarum dolentes, ædificabant memorias eorum. Et ipſi ſimiliter interficiebant ſuos Prophetas increpantes eos.* Homines, quod in aliis condemnant, in ſe ipſis approbant, & præterita venerantur, & præſentia faſtidiunt, & damnant. In eadem hac ſententia eſt etiam Euſebius Emiſſenus homil. in D. Petrum, & ſic ait : *Stultiſſimus, qui dum videt Prophetas, eos vituperat : poſt mortem verò eos veneratur, & monumenta eis ædificat, neque tales ulterius naſci poſſe arbitratur.*

*Homo, quod in aliis reprobat, in ſe ipſo approbat.*

Euſebius

55. Toletus. Quintò : Cardinalis Toletus ad cap.11.Luc: num.48. ait : Phariſæos, & Scribas ſepulchra Prophetarum ædificaſſe, ut dum viderentur zelum habere juſtitiæ, ac deteſtari perſecutiones, & cædes Prophetarum, inde exiſtimarentur juſtè Chriſtum perſequi, ut legis violatorem, ac hoſtem; & in hoc erat duplex magna iniquitas; prima, & ſumma malignitas machinationis necis Chriſti, Secunda hypocriſis; iniquiſſimè ſimulabant ſub pietatis zelo mortem Chriſto inferre; quia ipſi malignè ſibi perſuadebant legem, & Prophetas à Chriſto contemni, quod erat falſiſſimum; Chriſtus non venit ſolvere legem, ſed implere. Sententia autem Toleti maximè deducitur, & corroboratur ex præfato Textu Lucæ.

*Duplex iniquitas Phariſæorum.*

56. Iſai. 5. Sextò : Præclarè Rupertus lib.1. in Iſaiam, cap.20. componit hæc verba : *Væ vobis, quia ædificatis ſepulchra Prophetarum*, &c. cum illis Iſaiæ 5. n.18. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum.* Tunc ſic ait Rupertus : *Denique ſic implere menſuram patrum impiorum, ut quia patres Prophetas occiderunt, filii non degeneres occidant Dominum Prophetarum, id ipſum eſt, quod trahere iniquitatem in funiculis vanitatis. Væ vobis, quia trahetis nihilominus longum quoque funiculum pœnarum.* Phariſæi, & Scribæ hypochritæ, tanquam oſtendentes ſe alienos ab homicidiis ſuorum parentum, extruebant, ac exornabant ſepulchra veterum Prophetarum, ſed quia hoc fictè, ac ex vanitate proveniebat, in multis ſe homicidarum filios oſtendebant, cum Sanctos præſentes, ac Prophetas; & omnium Prophetarum principem Chriſtum interficiebant, tanquam à ſuis parentibus, ac avis longo fune iniquitatem trahentes, & tanquam à radice talis iniquitas in eos defluebat, ac derivabatur; & inde pœnæ pro eis debitæ in ipſos devolvuntur.

Rupertus.

*Sæpe iniquitas longo fune à majoribus derivatur.*

57. Maximè notatu dignum eſt, quod cum ſcribitur hiſtoria Achan, qui contra Dei mandatum ſibi abſtulit pallium coccineum optimum, & regulam auream, ac argentum, ſemper à Canonico ſcriptore notatur, ac deſcribitur ex progenie Zare; ſic dicitur : *Achan filius Charmi, filii Zabbi, filii Zare de tribus Juda*: Joſue 7.n.1. Et iterum n. 18. imò & n. 24. ſolùm dicitur filius Zere : *Tollens itaque Joſue Achan filium Zare* : Et cur, cùm de eo eſt ſermo, ſemper notatur filius Zare? Zare primus in illa cognatione, ac generatione fuit, qui manus ſuas ad vetita, ac inconceſſa extendit, ut patet ex Geneſ. 38. n.27. *In ipſa effuſione infantium, unus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit coccinum, dicens : Iſte egredietur prior. Illo verò retrahente manum, egreſſus eſt alter.* Ecce infantulus Zare ad inconceſſa pertendit manum, & rapere intendit principatum, ac primogenituram, quæ ad ipſum non pertinebat. Quibus ſimiliter Achan patri ſimilis fuit, extendens manum ad inconceſſa, aurumque & coccinum rapiens, & inde meritò ſemper filius Zare notatur, tanquam à Patre cum ſemine mores, ac affectum aliena rapiendi hauriens.

Joſue 7.

Geneſ.38.

*Cum ſanguine veniunt mores.*

58. Actor.7. Clamat Stephanus Actor.7. n.51. *Vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut & patres veſtri.* Expende illud, *ſicut & Patres veſtri, ita & vos*: ac ſi eorum nequitia & malitia obſiſtens Spiritui Sancto, ac Divinis mandatis, à patribus cum natura eſſet deducta, ac participata longo fune, ac tramite, itaut tam radicata, ac congenita eſſet eorum pravitas, ut ita dicam, non ſolùm eſſet ex propriis, ſed quod majus eſt, à majoribus derivata; ita in præſenti D. Chryſoſtomus dicens : *Et quod majus eſt, ſicut patres veſtri ita & vos* : Majus, & intolerabilius eſt, quod cum ſanguinis propagatione propagentur & vitia.

*Sæpe vitia veniunt cum ſanguinis ſucceſſione.* D.Chryſ.

*Matt.*23.*n.*31. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filii eſtis eorum, qui Prophetas occiderunt.

*Num.*32. Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.

*Num.*33. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à judicio gehennæ?

## VERSIONES.

*Syrus n.*31. Teſtes eſtis contra vos ipſos.

*Arabicus.* Quia eſtis filii trucidantium Prophetas.

*Syrus*



*Syrus n.* 32. Vos complete menſuram.

*Perſicus.* Quodcumque de menſuris Patrum veſtrorum relictum eſt, ad ſummum impleturi eſtis.

*Sirus n.*33. Serpentes viperarum, quomodo effugietis.

*Arabicus.* O Serpentes ſoboles.

*Caietan.* Germina viperarum.

*Burgen.* Fœtus viperarum.

*Perſicus.* Ab igne gehennæ quo poteris fugere.

## EXPOSITIO VIII.

59. *Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis* : Ecce quid parit iniquitas, quæ contra vos ipſos dat teſtimonium; ac ſi dicat Chriſtus: Vos ô Phariſæi, in eo quod ædificatis, ac exornatis ſepulchra Prophetarum, quos occiderunt Patres veſtri, neminem fallitis, ſed veſtris operibus profertis teſtimonium, quod ſitis filii eorum; qui eos occiderunt, cum modò Prophetas, & juſtos, ac ſanctos, quos ergo ad vos mitto, crucifigitis, ac occiditis, ut communi proverbio dicitur, *Patrem ſequitur ſua proles* : & inclinationes, ac vitia cum ſemine transferuntur.

60. D.Chryſ. *Implete menſuram* : Hæc vox, ut ait Chryſoſtom. non eſt imperantis, ſed prædicentis futurum eventum ex eorum iniquitate. *Implete*, ſeu, ut habet Syrus, *Complete*, abundantiſſimè, ac cumulatiſſime uſque ad redundantiam, nam, ut ait citatus Chryſoſtomus, Patres veſtri occiderunt Sanctum, vos occiditis Sanctum Sanctorum : illi occiderunt homines, vos occiditis Deum, ac filium Dei. Illi in Prophetis, quos occiderunt, videbant, quandam vivendi rationem puram, & Sanctam, at ipſi in CHRISTO JESU, non ſolùm videretur quandam puriſſimam ac ſanctiſſimam vitam, ſed innumera miracula, ac innumera beneficia in omnes, ut ponderat D. Baſil. Seleuc. Orat. 31. & ait : *Sub Incarnatione Salvatoris, quibus fuere Iudæi moribus? Chriſtus homines miſeratus, venit ſalutarem manum homini porrigens : nec ea fuit miraculorum reverentia, ut mores alios induerent; ſed majorum nequitia hæredes nacta perdurat hoc quoque tempore. Erant in oculis denſiſſima miracula, curationum maria, omni genere bonorum profluentia; ſed ex beneficentia luctu conficiebantur.* Ecce obſtinata iniquitas profuſionis ſanguinis Prophetarum, quæ tot fluentibus miraculis emolliri non potuit : *Implete menſuram patrum veſtrorum : majorum nequitia hæredes nacta perdurat hoc quoque tempore.*

D.Chryſ.

D.Baſil. Sel.

61. D.Paſchaſ. *Serpentes* : D. Paſchaſius lib.10 in Matthæum ait : Serpentes præ omnibus animalibus aſtutiores ſunt, & eorum aſtutia ſemper eſt in malum, & ſemper aſpiciunt, ut noceant; ſic Hypocrita fraudulentus aſtutior cæteris hominibus, & ſemper cogitat, quomodo alias ſua aſtutiâ, ac nequitia decipiat. *Genimina viperarum*, quia venenum veſtræ malitiæ à parentibus tanquam à radice trahitis, & de hoc genimine viperarum multa dixi tom.1. in Evang. lib.3. c.1. q. 30. & 31. & ut ait Hieronymus in præſenti. *Sicut de viperis naſcuntur viperæ, ſic de homicidis patribus, vos nati eſtis homicidæ.* Et ſubdit Chriſtus D. *Quomodo fugietis à judicio gehennæ.* Id eſt, nullo modo fugietis à meo judicio, quo ego condemnabo vos ad æternam inferni pœnam, tam propter mortem meam, quàm propter mortem meorum Apoſtolorum, ac diſcipulorum.

D.Hieron.

## QUÆSTIO VI.

*Explicatur quomodo Deus, ut ſupplicia, & pœnas in aliqua regna, & civitates inferat, expectat certum cumulum peccatorum, ob quæ etiam punit patres in filiis.*

62. Ex hoc præſenti verſu, ſicut ex verſ. 35. 36. inferunt Theologi, Deum ſtatuere certam menſuram ad cumulum peccatorum, ad infligenda ſupplicia in aliquam civitatem, vel rempublicam, & Regna. Sic Geneſ. 15. n 16. Deus dixit Abrahæ : *Generatione autem quarta revertentur huc, nedum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum.* Poſt quadringentos annos fuerunt completæ, & illos per Joſue delevit, & eorum regionem tradidit Hebræis, ex quo meritò ait Imperfectus : *Omnis gens, vel civitas, non cùm peccaverint, ſtatim punit eas Deus, ſed expectat per multas generationes, & modo mandat, modo minatur, interdum ex parte caſtigat ut quanto diutiùs eos expectaverit, tanto & Dei judicium juſtius ſit, & illorum dignior pœna. Quando autem placuerit Deo perdere civitatem iſtam, vel gentem, videtur omnium generationum præcedentium peccata reddere illis, quoniam quæ illæ omnes generationes merebantur, hæc ſola paſſa eſt.* Sic & Origenes homil.26.in Matth.

Geneſ. 15.

D.Chryſ.

63. Origenes. D.Machar. Hoc latè probat D. Macharius hom.4. Quod cum *Viri Sodomitæ eſſent peſſimi, & peccatores coram Deo nimis.* Gen.13. n.13. tamen per multos annos ſuſtinuit Dominus, & tamen eorum nequitia conſummata, & completa fuit, cum *peſſimum in Angelos initium conſilium* : ut Dominus eos perderet, pluens ignem, & ſulphur ſuper Sodomam : Gen.19. n.24. Idemque probat citatus D. Machar. circa Pharaonem, cumque per decem vices obſtinatum eſſet Cor ejus, nolens Deo obedire, ejus mandata contemnens, multaque mala inferens populo Dei. Tandem ipſe, ac populus *ejus poſtremo graviter deliquerant perſequentes à tergo populum* : In quo completa fuit malitia eorum, & omnes ſuffocati perierunt in mari. Exod.14.n.27. Hoc ipſum optimé probatur ex eo quod Deus præcepit Sauli delere Amalec, dicens: *Recenſui quæcumque fecit Amalec Iſraëli, quomodo reſtitit ei in via, cùm aſcenderet de Ægypto*, 1.Reg.16.n.2. Et tunc completa fuit eorum iniquitas, ut pœnam reportaret; filii enim civiliter unum quid cum Patribus cenſentur, & inde eorum ſcelerum menſuram multoties adimplent. Ita Abulenſ. ibi, quæſt. 253. & 259.

Geneſ. 13.

Geneſ.19.

Exod.14.

1.Reg.16.

Abulenſ.

Jeruſalem

## Jeruſalem occidens, & lapidans Propheras.

### Quæstio VII.

*Quare Chriſtus D. mittens Prophetas Sapientes in Jeruſalem, dicitur Sapientia Dei?*

64. AIt Chriſtus D. in præſenti n.34. *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis*: Quod Evangelium explicavi tom.4. c. 47. à quæſt. 6. Ubi etiam textum explanavi à n. 31. Nunc verò expendendum eſt, quod D. Lucas ſcribens hunc eundem Chriſti ſermonem c.11. n.46.ait: *Propterea, & Sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apoſtolos, & ex illis occident, & perſequentur.*

*Tex.D. Luc.*

65. Tanquam ſi tota Dei Sapientia requiratur, ac exoptantur ad deſtinandos, ac dirigendos Magiſtros, Doctores, Prædicatores, Gubernatores populorum. Hinc Salomon, cùm ei dicta fuiſſe optio poſtulandi à Deo, quod vellet, conceſſa eſt ei Sapientia ad diſcernendum inter bonum & malum, 3. Reg.3. n.9. ad diſcernendum inter bonos, & malos miniſtros. Hinc Iſaias cap.54. n.13, de filiis Eccleſiæ, ait: *Univerſos filios t nos doctos à Domino* in diſponendis univerſis rebus Eccleſiæ, illiuſque miniſtris. Ad hoc magna & alta Sapientia requiritur, tanquam ex Dei ſtatu. Unde dicebat Theodoricus lib.5. epiſtol. 40. *Diu trutinandus eſt, cui traduntur examina; taliſque debet à Principe eligi, qualis ab ipſa lege dictari poteſt*: non pro voluntate, ac affectu noſtro eligendus eſt miniſter, ſed prout legis ratio poſtulat, ac dictat.

*Divina Sapientia neceſſaria ad dirigendos, ac deſtinandos miniſtros.*
*3.Reg.3. Iſai.54. Theodor.*

66. Jacobus intimè, ac unice præ cæteris filiis ſuis diligebat Joſephum: *Iſrael diligebat Joſeph ſuper omnes filios ſuos, fecitque èi tunicam polymitam.* Geneſ.37. n.3. Tamen cùm venit ad diſponendum de his, quæ ad regnum, ac Rempublicam ſpectabant, non regnum dat Joſepho, ſed Judæ, in cujus laudibus maxime diffunditur: *Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus* Gen. 49. n. 10. Si Joſephus erat tam ſumme dilectus à Patre, ab ipſoque tot amoris monumenta acceperat, cur regno non præficitur? etſi Pater erat Jacobus, tamen vices ſummi Principis, ac Gubenatoris à Deo inſtituti agebat; proindeque licet filio dilecto det veſtem, ac veluti munuſculum quoddam amoris pignus; tamen in diſtribuendo principatu, ac adminiſtratorio munere non reſpicit ad amoris affectum, ſed ad proportionatum miniſtrum tanti muneris. Rupertus lib.7. de Operibus Spiritus Sancti, cap.10. ait: *Quia in dandis benedictionibus, non ſuam, ſed Dei voluntatem debuit facere, non carnis affectum, ſed Spiritus Sancti inſtinctum ſequi dignum fuit.*

*Gen.37. Gen.49.*
*Divina ſapientia requiritur ad eligendos miniſtros.*
*Rupertus.*

67. Cùm jam Moyſes proximus eſſet morti, inſtanter poſtulat à Deo: *Provideat Dominus Spirituum omnis carnis, qui ſit ſuper hanc multitudinem.* Numer.17.n. 15. Quod non poſtularet pro duobus filiis, quos habebat, Exod. 28. n.3. Sed cur non poſtulat pro Joſue, quem virum in multis valde magnum, & præclarum agnoverat; ut in bello contra Amalech. Exod.17. n.9. & in exploranda terra Promiſſionis: Numer.13.n.18. & in aliis multis? Joſue erat intimus amicus, ſocius, ac famulus Moyſis: Exod. 32.n.17. & n.11.28. Inde Moyſes, etſi agnoſceret Joſue hominem ſpectatæ virtutis, timuit tamen ne amoris affectu aliqua deceptio ſurripiret in amicum: ac famulum; & inde à proprio judicio abſtinet, & totum negotium ad Deum defert. Philo lib. de Charitate ſic ait: *Nec ſic quidem auſus eſt committere principatum, ne fortè falleretur opinione, non ſatis humane fidens judicio.*

*Num.17. Exod.28. Exod.17. Num.13. Exod.32.*
*In electione cautè ſe habeat prælatus, ne affectu decipiatur.*
*Philo.*

68. Vis ſcire, quàm rarum, ac difficile ſit bonum, & fidelem miniſtrum conſtituere: perpende Chriſti verba, cùm de tali miniſtro eligendo ait: *Quis putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam?* Luc. 12, n. 42. Quid eſt, quod Chriſtus D. Cùm omnia ſciat, in promptuque habeat, tanquam per modum conſulentis, ac inquirent interrogat, quis ſit talis ſervus fidelite omnia diſponens, ac diri gens ad bonam gubernationem? appoſitè D. Chryſoſt. homil.68. in Matthæum, & apud Catenam, ſic ait: *Quærit autem hic Dominus, non quaſi fidelem, & prudentem diſpenſatorem ignorans, ſed volens innuere raritatem rei.* Ipſa Sapientia Increata omnia penetrat, & agnoſcit; tamen in hoc negotio ſe habet per modum inquirentis, ac interrogantis, ut nos ſuo exemplo inſtruat, ac doceat quàm rarum, & difficile ſit bonum miniſtrum invenire: de his vide multa tom.3. Verbo *Electio*, & aliis in locis.

*Luc.12.*
*Valde rarum bonum miniſtrum invenire.*

### Quæstio VIII.

*Quare Chriſtus D. delegans, & deſtinans ſuos miniſtros in populum, multipliciter in eis denotat Sapientiam?*

69. AIt Chriſtus D.in præſenti, n.34. *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, Sapientes, & Scribas.* Ad quid hæc tria nomina repetit, cùm videantur idem habere ſignificatum? nam Propheta, & Scriba, idem eſt ac ſapiens, ut late probat Mendoza tom. 3. in lib.1. Reg, cap. 10. verſ.5. in Expoſitione n. 4 & patet à Samuele dictum fuiſſe Sauli *Obvium habebis gregem Prophetarum*: Chaldæus vertit, *Cœtum Scribarum, ſeu Sapientum*: Ad quid ergò toties Chriſtus ſuos miniſtros ſapientes inculcat, ac denotat; niſi aliquis velit inter hæc tria hoc invenire diſcrimen; *Propheta* eſt ſapiens intelligens futura; *Sapiens*, intelligens Scripturam, & rerum ſcientiam: *Scriba*, prædicens, ac docens alios ad ſalutem?

*Mendoza. 1.Reg.10. Chaldaicus.*
*Difficultas quæſtionis.*

70. Reſpondeo primò, quod toties Chriſtus inculcat, ac commendat in ſuis diſcipulis deſtinatis, ac miſſis in populum, Sapientiam; quia in bono miniſtro maxime requiritur, & attendenda eſt ſapientia vera, ac juſta, & ſancta. Hinc Salomon ad gubernandum Dei populum poſtulabat

*Sapientia maxime neceſſaria in miniſtro, ac principe.*



poſtulabat ab ipſo: *Da mihi ſocium tuarum aſſiſtricem Sapientiam.* Sap.9.n.4. Non qualemcumque ſapientiam poſtulat, ſed illam aſſiſtricem ſedium Dei; ſunt nempe Angeli, & Cherubim, ut ibi notant Lorinus, & alii, juxta illud Pſalm. 76. n.2. *Qui ſedes ſuper Cherubim*: Ac ſi talis ſcientia, ac ſapientia neceſſaria ſit in Principe, Gubernatore, ac miniſtro; ut eſt in Cherubim, qui ſunt Spiritus pleni ſapientia ad penſitanda, ac providenda futura, ad dirigenda, ac diſponenda præſentia, eaque denuntianda, ac publicanda in populum; & inde mulier Thecuites ait ad Davidem: *Sicut Angelus Dei, ſic Dominus meus Rex*, 2. Reg.14. n.19.

*Sap 9. Pſalm.76. Lorinus. 2.Reg.14.*

71. Hæc autem ſapientia in gubernatore ac miniſtro, debet ſolum Deum, ac cœlum attendere, non verò terram, ut erat in Prophetis Dei: ac vero ſapiente, ut nos docet ipſe Rex ſapiens Salomon poſtulans à Deo ſapientiam ad gubernationem ſui regni. Sic dicebat: *Quæ novit opera tua, quæ affuit tunc, cum orbem terrarum faceres*: Sap. 9. n. 9. non qualemcunque Dei ſapientiam poſtulat, ſed ſpecialiter illam quæ interfuit in primo rerum molimine. In creatione Mundi primò omnium novimus cœlum à Deo creatum Geneſ.1. n.1. *In principio creavit Deus Cœlum, & terram*: Hæc fuit Dei ſuprema ſapientia in illa prima productione, ut cœlum primò crearetur, deinde terra: hanc ſapientiam poſtulat Salomon, ut prius mens ejus reſpiciat cœleſtia, deinde ad terrena deſcendat, pro quo audiendus eſt Theophylactus Antiochen. lib.2. ad Aurolicum, qui ſic ait: *Homo quidem ſuper terra ædificium ponere ſolet, nec niſi fundamento jacto faſtigium ædificio imponere poteſt. Cæterum Dei potentia hinc innoteſcit. Quapropter Propheta teſtatur: creationem cœli factam eſſe primò, non ut more hominum fit, ſed in modum faſtigii*; & ideo ait: *In principio creavit Deus cœlum, & terram.* Valde diverſam rationem in ſuo opificio habet ſupremum artifex ab homine. Homo ſuum ædificium exorditur à terra, primoque omnium terrena habet in monte. At omnium creator, à faſtigio, hoc eſt, à Cœlo dat principium. Hanc ergo ſapientiam, quam Deus habuit in prima rerum machina, exoptat Salomon, ut primò, & ante omnia cœlum habeat in mente, deindeque ad terram, terrenaque deveniat, ut ipſa valeat bene, & optimè diſponere, ac ordinare univerſa.

*Sap.9. Illa Sapientia in miniſtro neceſſaria quæ ante omnia cœleſtia reſpicit.*
*Theophil.*

72. Ait Regius Vates: *Super mentes ſtabunt aquæ.* Pſalm.103 n.6. Valde mirum, quod aquæ in montis cacumine ſiſtant, & quis eas ibi cohibet, cùm naturali impetu ſoleant ex montibus declives in profundum fluere, ut per valles ſtagnentur: quis ergo in alto montis faſtigio reprimit, ne de ſuo more præcipitentur? *Super montes ſtabunt aquæ*: Non loquitur Propheta de montibus materialibus, ſed ſpiritualibus: qui enim tanquam montes à terra elevantur, & ſurſum exſurgunt, ut cœlum reſpiciant, in ipſumque tendant, ad imitationem ſupremi artificis, qui ante omnia de cœlo egit, hi divinæ ſapientiæ, ac omnium cœleſtium donorum abundantiam accipiunt, illa in ſe retinent, ac illis impinguantur, ait Arnobius ibi: *Quicunque ſurſum cor habent, montes ſunt, & ſuper ipſos ſtant aquæ. Stat ſuper ipſos baptiſmatis ſanctificatio.*

*Pſalm103.*
*Qui terrena contemnit, & cœlum intendit, cœleſtibus impletur.*
*Arnobius.*

### Quæstio IV.

*Quare Chriſtus D. dum ad Scribas, ac Phæriſæos ſuos mittit Apoſtolos, eos dicit Sapientes, ac doctores appellat? cùm Paulus dicat, quod ſtulta mundi elegit Deus, ut confundat forta?*

73. AIt Chriſtus D. in præſenti loquens cum Scribis, & Phariſæis. Ecce ego mitto ad vos *Prophetas, Sapientes, & Scribas*: Hoc eſt, Doctores, & ut jam notavi ſoperiori quæſtione, hæc tria nomina, Prophetæ, Sapientes, Scribæ, idem habent ſignificatum, quæ videntur toties repetita ad ſapientiam diſcipulorum, qui mittebantur, denotandam, quomodo hæc poſſunt ſtare, cum Paulus dicat 1. Corinth.1.n.16. *Non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi. elegit Deus, ut confundat ſapientes & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia.* Ex quo rectè exclamat Origenes lib.1. Adverſus Celſum: *Quis hunc Jeſum non obſtupeſcat, qui per ea, quæ ignominiam pariunt univerſa, gloria potuit quoſlibet hominum anteire*: Si ergo Chriſtus homines ſimplices, & ſine literis, quæ ſtulta ſunt mundi elegit ad confondendos ſapientes, ac fortia hujus ſæculi, quomodo nunc mittens ſuos Apoſtolos, eos tot, ac tantis nominibus maximè eruditos, dicit Prophetas, Sapientes, & Scribas?

*1.Cor.1. Origen.*

74. Reſpondeo primò, quod in hoc maxime viſitur Divina gratia; quia quamvis piſcatores, ac homines ſimplices. ſine litteris, & ſtulta mundi elegerit, ſic divina luce Chriſtus D. eos illuſtravit, ut omnem creatam ſapientiam deſtruerent, ac devincerent diſcipuli ejus, Exod.7. n. 12. deſcribitur quomodo virga Moyſis converſa fuerit in ſerpentem, & cur etiam Magorum Ægyptiorum virgæ ſimiliter in ſerpentes verterentur. *Projecerunt ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones, ſed devoravit virga Aaron virgas eorum*: Pagnin. legit, *Quæ verſæ ſunt in ſerpentes*: Chaldæus, *quæ verſæ ſunt in colubros.* Serpens factus ex Aaronis virga, devorat ſerpentes factas ex virgis Magorum; quid hoc importat, ac ſignificat? Satis vulgare eſt, quod ſerpens typus ſapientiæ, ac prudentiæ ſit, *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes*, & etiam ſatis vulgare eſt apud Patres, quod virga Moyſis, ſeu Aaronis; Chriſti figuram gerit: ſerpens ex virga Aaronis devorat ſerpentes ex virgis Magorum Ægyptiorum; quia ſapientia, quæ venit à Cruce Chriſti; devorat, ac deglutit, & perimit omnem mundialem ſapientiam Magorum, ac Ægyptiorum. Macharius Philadelphienſis Epiſcopus Oratione de Exaltatione Crucis apud Greihſeium tom. 2. de Cruce, ſic ait: *Convertitur enim virga vere in Draconem, & conterit capita Dracon. m, & adverſariorum virgas devorat... Sapientia enim, quæ Verbi prædicatoribus per Paſſionem Chriſti deſuper data eſt, omnem mundi hujus falſi nominis ſapientiam fatuam, nulliuſque momenti demonſtravit.*

*Exod. 7. Pagnin. Chald.*
*Sapientia veniens de Jeſu, omnem mundi ſapientiam deſtruit.*
*Macharius.*

Secundo

75. Secundò reſpondeo ad Quæſtionem : Chriſtus D. loquebatur in præſenti cum Scribis, ac Phariſæis, qui erant Doctores, ac Magiſtri cum lectione Sacræ ſcripturæ, ideo quando Chriſtus ad eos mittit ſuos diſcipulos,eos ſapientes, ac Scribas, id eſt DD. appellat, quia licet ipſi aliàs eſſent ſine literis, tamen divina ſapientia erant illuſtrati, ac illuminati, ut eſt manifeſtum, & in multis magnam, & altam ſapientiam oſtenderunt, ut ad comprobandum Chriſtum Jeſum eſſe verum filium Dei, ac verum Meſſiam, ex multis locis Scripturæ probat Petrus Actor.2. n. 15. Stephanus Actor.7. à n.2. Paulus Act. 7. à n. 17. Ergo Chriſtus D. ſuos diſcipulos hic appellat Sapientes, &. Scribas, hoc eſt, Doctores, tales eos divina gratia efformaverat.

Actor.2. Actor.7. Actor 13.

76. *Ad diſputandum cum ſapientibus, ſapientes requiruntur.*

In præſenti ergo Chriſtus D. ſuos diſcipulos dicit Sapientes, & Scribas, id eſt, Doctores, quia eos mittebat ad Scribas, & Phariſæos, qui erant Doctores, Magiſtri, & ad prædicandum, ac diſputandum cum Sapientibus, Sapientes, & Doctores requiruntur. Ex Dei mandato venit Samuel ad arguendum Saül de præcepto Domini violato contra Amalec, & diſtricto ſermone eum increpat : *Quia abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te Deus*.1.Reg.15. n. 23. Mittitur Elias ad exprobrandum iniquum factum Achab, de ablata vinea Naboth, ac ejus morte, & ſtatim intorquet Parens Elias horribile, ac tremendum verbum : *Occidiſti inſuper, & poſſediſti :* 3. Reg. 21. n.1. Mittitur Nathan Propheta ad arguendum Davidem de morte Uriæ, ac de ejus uxore Betſabeth ſublata, ingenioſam contexit parabolam de viro qui unicam tantum ovem, tanquam filiam habebat, 2. Reg.12. n. 3. Cur non cum aliis regibus, ſed tantùm cum Davide artificioſa, & ſubtilis parabola componitur ? ut notavit D. Baſilius Seleucus, Oratione 17. ubi ait : *Venit ad Davidem Nathamus ; & orationem texit argutè* : Alii, ut Saul, & Achab,etſi Reges, vacui erant ingenio, ac ſapientia : At Davidem ſapientiſſimus inter tres, & valde acutus, ac perſpicax ingenio erat, & ad capiendum, ac trahendum cultiſſimum, ac ſapientiſſimum regem, magna ſapientiæ argutia, ac meditationis dexteritas interponenda fuit, quæ maximè ad ſapientes capiendos exoptatur, nam cum ſapientibus valde ſapienter agendum.

1.Reg.15. 2.Reg.21. 1.Reg 22. D. Baſil. Sel. *Cum Sapientibus ſapienter agendum.*

77. Luc. 18. Ille de vulgari plebe cæcus ad Chriſtum D. clamabat : *Jeſu fili David, miſerere mei.* Luc.18. n. 38. & cum Jeſus cognoviſſet ſe à cæco acclamari filium David's, circa hoc nullum verbum cum illo habuit. Aliter verò ſe habuit Matth. 22. n. 43. *Congregatis Phariſæis, interrogavit eos Jeſus, dicens : quid vobis videtur de Chriſto, cujus filius eſt ? dixerunt ei, David ; ait illis, quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens : Dixit Dominus Domino meo.* Quibus verbis Chriſtus D. altiſſimam, & ſublimem quæſtionem excitat, oſtendens ſe habere aliam excellentiorem generationem quàm à Davide, & tamen de hac altiſſima re nil tractat cum plebeio cæco, ſed tantum cum Scribis, ac Phariſæis legis Doctoribus, apud quos major, & altior erat ſapientia, multoque excellentior Scripturæ notitia, ac lectio, ut ſubtilitate quæſtionis eos ut ſapientes expiſcaretur, ac eos ſibi acquireret. Tertullianus lib.4. contra Marcion. *Qui olim à cæco vocatus fuerat filius David, quod tunc reticuit, non habens in præſentia Scribas, nunc ultra coram eis de induſtria protulit.* Magna & alta ſapientiæ arcana non exponit Jeſus coram plebeio cæco, ſed ad ſapientem congreſſum talia remittit, ac reſervat, & ideo cùm præ manibus haberet occaſionem, ſubtiliſſima de ſua generatione quæ in Scripturis erant, profert, ac exponit. Sic & Chriſtus in præſenti cum ad Phariſæos, & Scribas mittat ſuos Apoſtolos, eos ſapientes dicit, & vocat; & quia cum ſapientiſſimus altiſſima de Scriptura erant tractanda.

Matth.22. *Altiora myſteria ſolum tum ſapientibus tractanda* Tertull.

---

## Quæstio X.

### *Quare Chriſtus D. inclamat ſuper Judæos, Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus à conſtitutione mundi ?*

78. Textus. Ait Chriſtus in præſenti : *Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine juſti Abel uſque ad ſanguinem Zachariæ.* &c. & D. Lucas cap. 11.n 50. *ut inquiratur ſanguis omnium Prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mundi.* Quomodo ergo Judæi pœnas dabunt omnium homicidiorum, ac omnia effuſi ſuper terram ſanguinis ? & quamvis circa hanc difficultatem multæ rationes, ac ſolutiones circunferantur ; tamen omnes ferè reducuntur ad duas, quas propoſui tom.4.cap.47. q.8.

D.Luc.11.

79. D.Chryſ. Caietan. Et prima eſt D. Chryſoſtomi in Imperfecto, Caietani, & aliorum ; quia prævaricatio, ac nequitia Judæorum, maximè obſtinata repulit, & noluit recipere Chriſtum Jeſum verum Meſſiam, ac filium Dei denunciatum, publicatum, ac manifeſtum in Scriptura, temporis circunſtantia vita, ac miraculis ; imò & ipſum Jeſum caput, ac principem omnium juſtorum, ac Prophetarum, ejuſque Apoſtolſtos; multa ignominiâ occiderunt, ac interfecerunt & ideo iniquitas Judæorum æquivalens eſt omni homicidio ac effuſo ſanguini juſtorum à conſtitutione mundi ; quia caput omnium juſtorum interfecerunt, ac proinde de omni ſanguine effuſo dabunt pœnas : quod confirmatur ex Texto D. Luc. *Ut inquiratur ſanguis omnium Prophetarum à generatione iſta.* Inquirere ſanguinem, requirere, vel quærere, eſt de interfectore ſupplicium ſumere. Gen. 42. n. 22. *En ſanguis juſtus*, ſcilicet Joſeph, *exquiritur*, & etiam 2.Reg.4.n.11. *Quæram ſanguinem ejus de manu veſtra :* & ita Judæi graviſſimam inde pœnam reportarunt, tam ſpiritualem, quam temporalem, fidemque Dei, ac ejus gratiam amiſerunt, ſimulque ſuum Sacerdotium ; Regnum, Rempublicam, libertatem, honorem, ac magna ex parte vitam; innumerabiles enim occiſi ſunt ſub Tito Veſpaſiano.

D Luc. Geneſ.42. 2.Reg.4.

80. D.Chryſ. Secundò D. Chryſoſt. homil. 75. ait, quod venit ſuper Judæos omnis ſanguis effuſus, quia graviora facta ſunt eorum homicidia ; nam videntes peccata, ac ſupplicia eorum in ſuis majoribus ob Prophetas interfectos ; ab eorum iniquitate non deſtiterunt, ſed adhuc majora crimina perpetrarunt. Gravior enim, & pejus eſt poſt exempla peccare, quàm ante. Sic dicitur Geneſ.4. n.24 *Septuplum ultio dabitur de Caïn : de Lamech vero ſeptuagies ſepties.* In tantum duplicatur ſupplicium Lamech, quia poſt viſum homicidium patris ſui Caïn punitum, adhuc aliud homicidium perpetrare non timuit. Ad illa verba. Exod.20. n.5. *Deus zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem* ; præclarè ait D. Hieronymus in Catena Lyppomani : *Non enim filii puniuntur in tertia, & quarta generatione, quia delinquerunt patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri debuerint ; ſed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hæreditario malo, & impietate, in ramos quoque de radice creſcente.*



Geneſ.4. *Duriſſime caſtigatur, qui poſt viſa aliorum ſupplicia peccat.* Exod.20. D.Hieron.

81. Ob fratricidium maledictione percutit Dominus Caïnum : *Maledictus eris ſuper terram.* Geneſ.4. n.11. Non ſic ſe habuit Dominus cum Adamo delinquente ; ſed ait illi : *Maledicta terra in opere tuo.* Geneſ.3. nu.17. Ecce duo delinquentes ; ecce Caïnus maledictione punitur, non verò Adamus ; & modò non diſputo, quodnam fuerit majus peccatum ; cum ex variis rationibus gravitas peccati Adami poſſit comprobari. Tamen inde graviùs punitur Caïn, ut qui agnoverat pœnam illatam Adamo ob ſuum peccatum. At verò Adamus in nullo hominum viderat pœnam peccati ; inde ergo Caïnus cum agnoviſſet tantum ſupplicium, ob unum peccatum, illatum in ſuis parentibus, tamen à peccato ſe non abſtinuit, ſed in illud præcipitatur, inde rigida pœna plectitur. Sic Rabbanus apud Gloſſam ait : *Notandum, quod in peccato Adæ terræ maledicitur ? Caïn verò maledicitur, quia ſciens maledictionem primæ prævaricationis, fratricidium addidit.* Meritò aggravatur pœna in eum, qui poſt viſum aliorum ſupplicium, adhuc peccata committere non timet.

Gen.4. Gen.3. *Agravatur caſtigatio in eum, qui poſt viſas aliorum pœnas peccat.* Rabbanus.

82. Balthaſar faciens magnum convivium, magno ſacrilegio templi vaſa, quæ aſportaverat pater ſuus de Jeruſalem, profanavit, bibens cum ſuis optimatibus in illis. Ecce in eadem hora apparet Divina ſententia promulgata in eum : *Diviſum eſt Regnum tuum, & datum eſt Medis, & Perſis.* Daniel.5. n.28. ſimulque eadem nocte Balthaſar interfectus eſt. Ibidem num.30. & tamen Pater ejus Nabuchodonoſor, major, & gravior ſacrilegus extitit ; nam multâ crudelitate facta in regem Sedeciam, templum Dei deſtruxit, ſolo æquavit ; illius æneas columnas confregit, & omnia vaſa Templi, & cætera illius, quæ ad ſolos Sacerdotes ſpectabant, tulit ſecum in Babyloniam, 4. Reg.25. n.13. 14. & tamen Nabuchodonoſor, nec vita privatus eſt, nec regnum amiſit : & licèt ab illo fuiſſet ejectus ; tamen in illud rediit. Daniel.4. nu. 33. Quomodo ergo à tot, ac tantis ſuppliciis eximitur Nabuchodonoſor ; quæ omnia convolant in Balthaſarem, ipſumque comprehendunt. Eleganter Theodoretus ad locum Danielis 5. Allegatum, & ſic ait : *Quia Nabuchodonoſor alterum impietatis pœnas luiſſe non conſpexerat, idcirco dignus venia, juſto Dei judicio exiſtimatur ; ſed iſte Balthaſar ſummum Patris ſupplicium ſuſpicatus, nihil inde percepit utilitatis. Jure itaque illi juſtus judex ſupplicium præſcripſit, nullaque venia dignum cenſuit.* Nabuchodonoſor, etſi maximè ſacrilegus extitit in templum ; & illius vaſa, etſi inde ab hominibus ejectus, & cum feris habitans ; tamen nec vita, nec regno ſpoliatur, quia ob tale ſacrilegium pœna nullum multatum viderat : At Balthaſar, qui tale parentis flagellum viderat, & tamen neſcivit à ſimili delicto ſibi cavere ; inde meritò in eo aggravantur pœnæ, imò & duplicantur, & vita, & regno privatur.

Daniel.5. 4 Reg.25. Daniel.4. Theodor. *Qui non cavet peccata, quæ in aliis punita videt, duriori ſupplicio premitur.*

83. Exod.20. *Dubium incidens.* Ad calcem hujus quæſtionis, quod Deus dicitur Exod.20. n.5. punire iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem, quia ipſi filii, vel viderunt iniquitatem ſuorum Patrum, vel de proximo agnoverunt, ut docent D. Chryſoſtom. homil. 29. in Geneſim, D.Gregorius in illud Job.21. n.19. *Deus ſervabit filiis illius dolorem patris.*

D. Chryſ. D. Gregor. Job.21.

84. *Servabit :* Deus ſæpè punit iniquitatem patrum in filios, qui non ſunt imitatores ſuorum parentum, ut patet in puero Davidis, qui mortuus eſt ob peccatum parentis, 2. Reg.12. n.18. ſic & filii, & filiæ Achan, pro peccato patris mortui ſunt : *Tollenſque Joſue Acham, filios quoque, & filias ejus duxerunt ad vallem Achor*, &c. Joſue.7. numer. 24. & lapidarunt eos. Et tamen filii Achan non ſunt imitati patrem ſuum. Reſpondeo, quod Deus ratione exempli, ac medicinæ punit iniquitatem patrum in filios, ut alii patres deterreantur à peccatis ſuis, ne eorum iniquitas apprehendat filios, quos ipſi tanquam animam diligunt, ut docet D. Thomas 1.2. quæſt. 87. articul. 8. *Si loquamur de pœna*, inquit, *pro peccato inflicta, in quantum habet rationem pœnæ, ſic ſolùm unuſquiſque pro peccato ſuo punitur, quia actus peccati aliquid perſonale eſt. Si autem loquamur de pœna, quæ habet rationem medicinæ, contingit quod unus puniatur pro alio.* Hoc autem intelligitur de pœna corporali, ac temporali ; minimè verò de pœna æterna, ac ſpirituali, De hac ait Paulus : *Unuſquiſque referet prout geſſit in corpore ſuo.*

2.Reg.12. Joſue 7. *Filii ad medecinam puniuntur ob patres.* D.Thom. D. Paulus.

---

## Quæstio XI.

### *Quare tam diverſimode loquitur Chriſtus dum ſuos diſcipulos mittit in Jeruſalem, ac dum de pœna illius eſt ſermo ?*

85. Ait Chriſtus D. in præſenti : *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, Sapientes, & Scribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis, ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus* &c. Ecce cum de miſſione ſuorum Apoſtolorum eſt ſermo, ipſe ſe illius authorem declarat. *Ecce ego mitto :* erat enim ad bonum, ac ſalutem ſpiritualem Jeruſalem ; at dum de pœna incidit ſermo, *veniet ſuper vos :* ſine dubio à ſuiſmet peccatis, ac delictis, ſicut etiam infrà, n.37. ait : *Volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina*, &c. ſtatim ſubdit : *Relinquetur domus veſtra deſerta.* Congregare, & adunare in unum, quod erat ad bonum ac ſalutem, ab ipſo prodit: *volus congregare.* At quod ipſa civitas relicta

*Omne bonum à Deo, malum à noſtris peccatis, ac nequitiis.*

eſſet deſerta ad perditionem, ac deſolationem, à ſuamet nequitia progreditur; quod eſt bonum, à Deo omnium bonorum authore provenit, ac naſcitur, malum, ac peſtiferum à noſtris peccatis, tanquam à radice, ac origene pullulat; ac exoritur. D. Chryſoſtom. homil. 24. de Peccato, & confeſſ. habita 6. tom. ſic ait: *Vulgus hominum propriorum quidem peccatorum patroni ſunt, alienorum verò accuſatores. Et multi quidem frequenter dicunt, malo loco eſſe reum, & civitatis ſtatum, cauſamque ex impudentia dominantium eſſe perhibetur: Ego vero dico, non magiſtratus impudentia, ſed noſtrum peccatum, illud omnia ſubvertit, illud omnes calamitates invexit; nec aliunde rerum triſtium examina nobis ſuperfuſa ſunt.*

86. Ait Regius Vates: *Benedixiſti Domine terram tuam*: Pſalm. 84. num. 1. & tamen legimus, quod propter peccatum Adami, ait ei Deus: *Maledicta terra in opere tuo.* Geneſ. 3. n. 16. Si terra habuit benedictionem à Deo, unde contraxit maledictionem, non à Deo, ſed à peccato Adami. *In opere tuo.* D. Hieronymus in quæſtionibus Hebraïcis in Geneſim, ait: *Opera hic non ruris colendi, ut plerique putant, ſed peccata ſignificant, ut in Hebræo habetur, & Aquila non diſcordat, dicens: Maledicta humus propter te.* Rupertus lib. 3. in Geneſ. ait: *Maledicta terra in opere tuo, id eſt propter opus, quod eſt peccatum tuum.* A Deo venit benedictio, à peccato verò maledictio, quæ omnia mala ſecum involvit.

Pſalm. 84. Geneſ. 3. D. Hieron. Rupertus.

87. Mittitur Daniel in lacum Leonum, & Dei virtute liberatur, ut ipſe clamat ad Regem: *Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora Leonum, & non nocuerunt mihi*: Daniel. 6. n. 22. At verò viri illi, qui accuſaverunt Danielem, jubente Rege, miſſi ſunt ipſi cum ſuis uxoribus, & filiis, & ſubdit Textus ibidem nu. 24. *Non pervenerunt uſque ad pavimentum laci, donec arriperent eos Leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt.* Tigurina legit: *Leones invaſerunt antequam ſolum, & lacum attigiſſent*: Unde tanta ferocitas, ac velocitas in beſtialibus feris, ut miſeri ne lacum pedibus attingerent? ſine dubio nec venit à fame, nec à rabida eorum natura, ſed à ſceleratorum nequitia, quæ omni impetu, ac vehementia feras provocabat, ac trahebat ad mortem, ac ſupplicium. Joſephus lib. 10. Antiquit. cap. 12. ait: *Eos ſine mora dilaniarunt. Acuit ferarum rabiem, non vexatio famis, ſed objectorum malitia*: Inter Leones Daniel à Deo ob ſuam juſtitiam liberatur; accuſatores verò, ſua nequitia provocante, vehementiſſimè devorantur, ac deglutiuntur.

Daniel. 6. Tigurina. *Non fieri adverſarii, ſed peccata malorum cauſa.* Joſephus.

88. Satis nota, & vulgaris eſt hiſtoria Naamani Syri, qui cùm ex mandato Eliſæi, ejuſque dictis credidiſſet, ſe lavans in Jordane per ſeptem vices, à lepra ſanatus eſt, *& reſtituta eſt caro ejus, ſicut caro pueri parvuli, & mundatus eſt*: 4. Reg. n. 14. & cum omnia dona oblata rejeciſſet Propheta, Giezi avaritia captus, egreſſus in itinere, veſtes à Syro poſtulat: cumque dona accepiſſet, reverſus ſtetit coram Eliſæo, qui dixit ei: *Lepra Naaman adhæreat tibi, & ſemini tuo*: ibidem n. 27. Quis uni dedit tantam ſanitatem, alteri tam dirum, ac execrabilem morbum? fides, qua Syrus credidit dictis Prophetæ, germinavit ſanitatem; avaritia, qua Giezi poſtulat non conceſſa, parturivit fœtidam lepræ infirmitatem. D. Chryſoſtom. homilia de Naaman, ait: *Curatur Naaman, & lepra Giezi perfunditur ſervus: Syro fides attulit gloriam, & ſervo perfidia intulit pœnam. Ille de Syria veniens, quod deſideravit, accepit. Hic de propheta exiens domo, plagam ſibi de perfidia acquiſivit.* Expende: *Syro fides attulit gloriam, & ſervo perfidia intulit pœnam.*

4. Reg. 5. *Ex virtute ſanitas, ex peccato pœna prodit.* D. Chryſ.

---

## Quæstio XII.

### *Quare inſigniter Abel hic à Chriſto D. dicitur, ac nuncupatur Juſtus inter cæteros.*

89. AIt Chriſtus D. in præſenti, verſ. 35. *Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, qui effuſus eſt... à ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidiſtis inter Templum, & Altare.* Circa quod commune dubium emergit.

90. Hanc difficultatem, quam excitavit, & tractat Magnus Auguſtinus, propoſui tom. 4. cap. 47. q. 7. & ratio dubitandi eſt manifeſta, quia Zacharias etiam erat juſtus, ut ibi dixi; & tamen nomen juſti peculiariter meruit Abel, quia primus extitit, qui abſque aliquo viſo exemplo, quod eſt rariſſimum, ex integro virtutem ſervavit; & primi in aliquo genere meritò cæteris præferuntur. Secundò nunc addo. Meritò peculiariter nomine juſti inſignitur Abel, quia cùm eſſet filius Adami peccatoris, veſtigia Patris non eſt ſecutus, ſed meras virtutis ſervavit; ſolent enim Parentum mores eſſe illices ad filios capiendos. Joramus Rex mortem meditatur Sancto Heliſæo, quod ipſe præſentiens ait ſuis familiaribus: *Claudite oſtium. Nunquid ſcitis, quod miſerit filius homicidæ, ut præcidatur caput meum*, 4. Reg. c. 6. n. 32. non ait Heliſæus, intentat Joram, intentat Rex; ſed filius homicidæ. Erat nempe Achabus pater Jorami, qui interfecerat juſtum Nabothum; & filius parentis mores ſecutus, conſequens erat, ut Juſtum, & ſanctum Prophetam interficere cogitaret. Caietanus: *Vates ipſe nominat filium homicidæ, quia in hac actione imitatus eſt patrem homicidam.*

*Maxime de Juſtitia laudandus filius, qui peccantem patrem non ſequitur.* 4. Reg. 6. Caietan.

91. Tertiò: Valde inſigniter Abel dicitur juſtus, & non Zacharias; ſive ſit iſte Zacharias Joannis Baptiſtæ pater, ſive ultimus ex duodecim Prophetis minoribus, ſive Jojadas Sacerdos, de quo tractavi citato cap. 47. quæſt. 8. Nam iſti juſti inventi ſunt jam in ultima ætate, ac ſenectute. At Abel in ipſo juventutis flore palmam Martyrii cum Virginitatis decore, ac innocentiæ puritate primus in ſe conſecravit: licèt enim virtus in provecta ætate ſit laudabilis; tamen Abel in ipſo juventutis vigore, & velut in ipſa immatura ætate maturitatem juſtitiæ integerrimè ſervavit; inde meritò antonomaſticè juſtus appellatur, utpote non communi, ac vulgari juſtitia, ſed rariſſima, ac valde ſingulari fulgens.

*Valde admirabilis virtus in flore juventutis.*

92. Maxime Divinus Sponſus celebrat ſuæ dilectæ



Cantic. 2. lectæ ſponſæ Eccleſiæ Vineas: Cantic. 2. n. 13. *Vineæ florentes dederunt odorem ſuum.* Cur potiùs laudat odorem provenientem à floribus, & non potiùs à fructibus, qui maximè ſaporiferi, ac utiles ſunt? Flos ſignificat adoleſcentiam, ſicut fructus ætatem provectam, & odor proveniens ab ipſa pueritia, ac juventute, maximè gratus, ac præjucundus Deo; & inde valde terribilis, ac formidabilis diabolo. D. Bernardus ſerm. 60. in Cantic. *Aiunt florentibus vineis omne venenatum reptile cedere loco: nec ullatenus novorum ferre odorem florum.* Et cùm iſte odor ex flore virtutum ſit gratiſſimus Deo, valde exitialis eſt diabolo, & à quo ſibi multum damnum timet, contra eum machinatur omnes fraudulentas tentationum vulpes. Unde ipſe Divinus Agricola ait, Cant. 2. n. 15. *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas; nam vinea noſtra floruit.* Non ait, quia vinea noſtra produxit fructum, ſed *dedit odorem*: quia cum diabolus multum damnum ſibi timeat à juvenili flore virtutum, inde in eum tetendit omnia ſuæ nequitiæ vaſa, ac inſtrumenta; nam diabolus per vulpes ſignificatur.

*Virtus in juventute gratiſſima Deo, diabolo exitialis.* D. Bernard. Cantic. 2.

93. Quartò: Inſigniter Abel inter alios Sanctus dicitur, ac nominatur, quia inter homines primus extitit, qui ſe gratum pro tot beneficiis acceptis ſuo Creatori exhibuit: quod Adamus non præſtitit, ipſe ſolvit, & primus omnium ſacrificium *obtulit Deo, de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum.* Geneſ. 4. n. 4. Quod ad ſingularem ejus animi gratificationem refert D. Valer. homil. 18. in Pſalm. 55. & qui tanta gratitudine primus fulget, meritò inter cæteros primus juſtus dicitur, & antonomaſticè inter omnes præ eximio decore, Juſtus nuncupatur. Quatuor ſunt orbis elementa, Ignis, Aër, Aqua, & Terra. In primo rerum molimine de Igne, & Aëre nulla ſit mentio, ut notat Rupertus lib. 1. in Geneſ. cap. 8. maximè tamen de Terra, & Aqua; tamen terra primas tenet. *In principio creavit Deus Cœlum, & Terram.* Geneſ. 1. n. 1. & cur terra tantum nobilitatur, ut exprimatur, & in primo loco ponatur. Ipſa gratitudinis eſt ſymbolum. Unde præclarè ait D. Ambroſius lib. 1. Officior. cap. 31. *Imitanda nobis eſt natura terræ, quæ ſuſceptum ſemen multiplicatiori ſolet numero reddere, quàm acceperit.* Et lib. 6. Examer. cap. 8. *Fœneratum terra reſtituit, quod acceperit, & uſurarum cumulo multiplicatum.* Et qui tanta gratitudine fulget, meritò inter cætera extollitur, & maximè nobilitatur, ac primum locum tenet.

Gen. 4. D. Valer. *Gratus maxime condecorandus, ac ſublimandus.* D. Ambr.

---

## Quæstio XIII.

### *Quare tam peculiariter Chriſtus commemorat Zachariam occiſum inter Templum & Altare?*

94. QUis ſit iſte Zacharias, jam explicavi to. 4. c. 47. n. 8. notanter ait Chriſtus D. quod ſit occiſus inter Templum, & Altare; & à quibus occiſus ſit, non exprimitur, cum Zacharias interpretetur, *Dei memoria.* Sine dubio à laſcivis, ac inhoneſtis. Origenes apud D. Thomam ait: *Ab impiis etiam memoria Dei interficitur, quando à laſcivis in templo corrumpitur.* Cum laſcivia in mentem intrat, inde conſequens ſit, ut ab ipſa Dei memoria elimineturs: *ſupercecidit ignis, & non viderunt Solem.* Pſal. 57. num. 9. & quinam eſt iſte ignis, qui Solis aſpectum impedivit; nam lux Solis à lumine non ſuffocatur, imò potius ignis ad intuitum Solis ſuam lucem maximè explicat, ac manifeſtat, eſto hoc ſit in lumine materiali; tamen ignis luxuriæ, ubi aſcenditur in mentem, totaliter Dei memoriam expellit, ut ipſe Deus nec recogitetur, ſed in oblivione habeatur.

Origenes. Pſalm. 57. *Ubi laſcivia intrat, ibi Dei memoria aboletur.*

95. De Saltatrice Herodiade, caput Joannis poſtulante, ſcribit D. Marcus cap. 7. n. 22. *Cumque intraſſet filia ejus Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi.* Ubi duo maximè ſunt notanda, & primò de fœmina, non tantum ſcribit Evangeliſta, quod intrans tripudiaſſet, vel corporis geſtus feciſſet, ſed quod ſaltaſſet. Qui ſaltat, aliquid pedibus conculcat, & quid conculcat? Sacrum Joannis caput, quod ad necem poſtulat. Secundò dicitur, quod *placuiſſet Herodi.* Ubi impudica fœmina placet, ibi ſeminarium prævaricationis juſtitiæ, & inde prodit, & gignitur, ut ſacra peſſundentur, ac pro nihilo habeantur. D. Fulgentius in ſerm. de Decollatione Baptiſtæ, ait: *Ludens, cœpit delectari puella ad hoc ſolùm, ut poſſit occidere Prophetam, neſcio quid habet muliebre ſemper nomen cum ſanctis*, ſcilicet adverſum. Valde enim venerea voluptas ſanctitati adverſa eſt, illiuſque contemptrix.

Marc. 6. *Laſciviæ ſeminarium contemptus juſtitiæ.* D. Fulgent.

### *Zacharias occiſus intra Templum.*

96. AIt Chriſtus: *Quem occidiſtis intra Templum, & Altare*: maximè dolet Chriſtus hominem occiſum in ſacris, ſacraque profanata eſſe. Hinc Joiada Pontifex jubet occidere veneficam Athaliam ob turpiſſima crimina; tamen diſponit, *Educite eam extra ſepta Templi*: 4. Reg. 11. n. 15. *ne templum violarent veneficam occidentes*, ut ait Joſephus lib. 9. Antiq. cap. 7. Hinc cùm populus Hebræus vehementi tumultu commoveretur contra Moïſen, & Aaron, ut illius furorem declinarent, ait Text. Numer. 16. n. 43. *Moïſes, & Aaron fugerunt in tabernaculum fœderis.* Et quamvis furor populi ſit tanquam indomita beſtia, ut ait Livius Decad. 9. tamen ad illud ſe recipiunt fratres quia ut Author eſt Abulenſis ad cap. 14. q. 46. *Ut ſaltem propter loci ſanctitatem populus nocere non auderet.*

*Cavendū ne cædes fiant in templo.* 4. Reg. 11. Joſephus. Num. 16. Livius. Abulenſ.

97. Maximè iraſcitur Deus, quòd divina profanentur, & de illius puritate, ac munditie nulla ſit cura. Satis nota eſt hiſtoria de Arca Dei, quomodo fuit captiva apud Philiſthæos, de quibus triumphans curru vecta veniebat ad populum ſuum Iſraël. Sic dicitur 1. Reg. 6. n. 19. *Arca erat uſque in die illa in agro Joſue Bethſamitis. Percuſſit autem de viris Bethſamitis, eo quod vidiſſent arcam Domini, & percuſſit de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis.* Veniebat Arca ex inimicorum terra ad ſuos populares Iſraëlitas, & ut eis approximavit, ex principibus ſeptuaginta viros occidit, de popularibus, ac vulgaribus hominibus quinquaginta millia. Et cur Arca tam magnatibus, quàm plebeis, tam exitialis

1. Reg. 6. *Maxime iraſcitur cùm Divina profanatur, ſi de illis non curetur.*

ſuis venit ? non mirandum; nam per ſpatium ſeptem menſium, relicta fuit apud profanos hoſtes, in loco ſuæ ſanctitati minimè convenienti, abſque eo, quod aliquis ex Sacerdotibus, ac Iſraëlitis de illius reductione, ac veneratione curaret, nec de hoc aliquid ageret. Non ergo mirum, quod arca, quæ aliàs totius populi munimen, ac tutela erat, tam exitialis adventaſſet, cùm ſic conveniens erat, ut ſacrorum profanatores pereant, qui nec de illius
Theodor. veneratione agebant. Theodoretus quæſt. 14. ait: *Populus fuit caſtigatus, ut qui noluerit pro arca adire periculum, & ſeptem menſes eam reliquerit apud alienigenas, & pro ea bellum non ſuſceperit.*

### *A ſanguine Abel uſque ad ſanguinem Zachariæ.*

98: A *Sanguine Abel juſti, uſque ad ſanguinem Zachariæ.* Cum Deùs judex virgam tenuerit, per tot ſæculorum tempora punitionem differt, ut ex mora juſtè punire videatur, ac dicatur. In pœna, ac caſtigatione moroſè,
Plutarch. ac lento gradu eſt agendum Hinc Plutarcho teſte Problem. 82. lictor ante Prætorem faſces loto colligatos fert; nam ait ipſe: *Virgarum ſolutio mora, & tarditate iram frangit, impetum moderatur.* Unde & Auguſto hanc magnam decantat laudem Naſo: *& piger ad pœnam Princeps.* Naſo. Hoc diſcant Principes à magno, & ſupremo Deo: ad deſtruendam civitatem Jericho, quot moras nectit Deus, quàm lento gradu, ac claudo pede procedit, qui uno momento poterat civitatem deſtruere, muros ſubvertere, integram hebdomandam abſolvit antequam ad evertendos muros civitatis veniat; *Deus valde moroſus ad pœnam, & caſtigationem.* per ſeptem integros dies mandat Deus, ut Sacerdotes portantes arcam cum bellatoribus gyrent civitatem: *& circumierunt urbem, ſicut diſpoſitum erat ſepties.* Joſue 6. n. 15. Joſue 6. Ad fabricam totius univerſi ſeptem dies interpoſuit Deus, ut patet ex Gen. 1. Geneſ. 1. & ſeptem etiam dies interponit Deus ad deſtruendam unam civitatem; ut inde diſcant Magnates, quod in tali negotio valde moroſè, ac cunctanter ſe debeant habere, ac ſi tantum temporis requiratur ad demoliendam unam civitatem, ac ad creandam, & erigendam totius orbis machinam: ſic Deus moroſus eſt in pœna infligenda. Ex quo rectè ait D. Chryſoſtom. hom. 5. D. Chryſ. de Pœnitentia: *Deus inventus eſt ſua bonitate tardus.*

# CAPUT XXIV.

1. ET egreſſus Jeſus de templo, ibat. Et acceſſerunt diſcipuli ejus, ut
oſtenderent ei ædificationes Templi. 2. Ipſe autem reſpondens,
dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur
hìc lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. 3. Sedente autem eo
ſuper montem Oliveti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò, di-
centes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum adventus tui, & conſumma-
tionis ſæculi? 4. Et reſpondens Jeſus, dixit eis: Videte, ne quis vos ſeducat. 5. Multi
enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent. 6. Au-
dituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini: oportet enim
hæc fieri: ſed nondum eſt finis. 7. Conſurget enim gens in gentem, & regnum in
regnum: & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræ motus per loca. 8. Hæc autem omnia
initia ſunt dolorum. 9. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis
odio omnibus gentibus propter nomen meum. 10. Et tunc ſcandalizabuntur multi,
& invicem tradent: & odio habebunt invicem. 11. Et multi pſeudoprophetæ ſur-
gent, & ſeducent multos. 12. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas
multorum. 13. Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit 14. Et præ-
dicabitur hoc Evangelium regni in univerſo Orbe, in teſtimonium omnibus gen-
tibus, & tunc veniet conſummatio. 15. Cùm ergo videritis abominationem deſola-
tionis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco Sancto (qui legit intelligat.)
16. Tunc, qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes. 17. Et qui in tecto, non deſcen-
dat tollere aliquid de domo ſua 18. Et qui in agro, non revertatur tollere tuni-
cam ſuam. 19. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. 20. Orate
autem, ut non fiat fuga veſtra in Hyeme, vel Sabbatho. 21. Erit enim tunc tribu-
latio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſque modò, neque fiet. 29. Et niſi
breviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro, ſed propter electos brevia-
buntur dies illi. 23. Tunc ſi quis vobis dixerit: Ecce hìc eſt Chriſtus, aut illic,
nolite credere 24. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & dabunt
ſigna magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur (ſi fieri poteſt,) etiam electa.
25. Ecce præ dixi vobis. 26. Si ergo dixerint vobis, ecce in deſerto eſt: nolite exire.
Ecce in penetralibus: nolite credere. 27. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret
uſque



uſque in Occidentem: ita erit & adventus filii hominis. 28. Ubicumque fuerit cor-
pus, illic congregabuntur & aquilæ. 29. Statim autem poſt tribulationem dierum
illorum Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & Stellæ cadent de cœlo,
& virtutes cœlorum commovebuntur. 30. Et tunc apparebit ſignum filii hominis
in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venien-
tem in nubibus cœli cum virtute multa, & majeſtate. 31. Et mitte Angelos ſuos
cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos ejus à quatuor ventis, à ſum-
mis cœlorum uſque ad terminos eorum. 32. Ab arbore autem fici diſcite parabo-
lam: cùm jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas. 33. Ita
& vos cùm videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in januis. 34. Amen dico vo-
bis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. 35. Cœlum, & terra
tranſibunt: verba autem mea non præteribunt. 36. De die autem illa, & hora nemo
ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater. 37. Sicut autem in diebus Noë: ita erit
& adventus filii hominis. 38. Sicut enim erant in diebus ante diluvium comeden-
tes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, uſque ad eum diem, quo intravit
Noë in Arcam. 39. Et non cognoverunt donec venit diluvium, & tulit omnes: ita
erit adventus filii hominis. 40. Tunc duo erunt in agro unus aſſumetur, & unus
relinquetur: 41. Duæ molentes in mole: una aſſumetur, & una relinquetur. 42. Duo
in lecto: unus aſſumetur, & unus relinquetur. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua ho-
ra Dominus veſter venturus ſit 43. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret Pater-
familias qua hora fur venturus eſſet, vigilaret utique, & non ſineret perfodi do-
mum ſuam. 44. Ideo & vos eſtote parati: quia qua neſcitis hora filius hominis ven-
turus eſt. 45. Quis putas, eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus
ſuus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore? 46. Beatus ille ſervus,
quem cùm venerit dominus ejus, invenerit ſic facientem. 47. Amen dico vobis:
quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. 48. Si autem dixerit malus ſervus
ille in corde ſuo: Moram facit Dominus meus venire. 49. Et cœperit percutere
conſervos ſuos, manducet autem, & bibat cum ebrioſis. 50. Veniet Dominus ſervi
illius in die qua non ſperat, & hora quam ignorat. 51. Et dividet eum, partemque
ejus ponet cum hypocritis: illic erit fletus, & ſtridor dentium,

### *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Oſtendentibus, ac mirantibus diſcipulis de magnitudine, ac fabrica templi, prædicit illius deſolationem per Titum, quin etiam totius Orbis excidium. Vide tom. 4. c. 48.

*Secundò, V.* 5. Prævia ſigna, utrique excidio communia ponit, & aſſignat per bella peſtem, & famem. Eodem c. 48. de quo etiam infra dicam apud D. Lucam. c. 21.

*Tertiò, Verſ.* 15 Pro ſigno excidii urbis dat abominationem deſolationis, ſtantem in loco ſancto, ubi ingeritur ſermo de Antichriſto, de quo tom. 4. cap. 49.

*Quartò, V.* 29. Dat Chriſtus fine extremi judicii, obſcuritatem Solis, ac Lunæ, ac Stellarum de Cœlo cadentium. Explicavi tom. 4. cap. 50.

*Quintò, V.* 36. Monet, ut omnes magnopere ſe præparent ad diem univerſalis judicii, cùm ille dies ſit maximè incertus, ac incognitus omnibus, etiam Angelis cœlorum, ac filios hominis, ac de cæteris omnibus, uſque ad finem capitis: quod hic eſt explicandum.

### *Vigilandum, incertus eſt dies Judicii.*

*Mat. 24. n.* 36. De Die autem illo, & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater.

*Num.* 37. Sicut autem in diebus Noë, ita erit Adventus filii hominis.

*Num.* 38. Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes, & bibentes, & nuptui tradentes, uſque ad eum diem, quo intravit Noë in arcam.

*Num.* 39. Et non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes: ita erit adventus filii hominis.

### *VERSIONES.*

*Syrus Verſ.* 36. Sed tantùm Pater.
*Pagnin.* Niſi Pater meus ſolus.
*Perſicus n.* 37. De diluvio notitiam non habuerunt homines, & illud venit.
*Arabic.* Ita erit apparitio filii hominis.
*Syrus n.* 38. Accipientes uxores, & tradentes viris.
*Arabicus:* Quo intravit Noë in navim.
*Æthiopic.* In quo intravit Noë in medium arcæ.
*Arabicus n.* 39. Donec venit diluvium. & ſubmerſiſſet omnes.
*Arias.* Ita erit in præſentia filii hominis.

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc.* 13. *n.* 32. De die autem illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neque filius, niſi Pater.
*Luc.* 17. *n.* 26. Et ſicut factum eſt in diebus Noë, ita erit & in diebus filii hominis.
*Num* 27. Edebant, & bibebant: uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, uſque in die, quo intavit Noë in arcam, & venit diluvium, & perdidit omnes.

### *EXPOSITIO I.*

1\. DE *die autem illo*: cùm ſupra dixiſſet Dominus n. 33. jam in januis eſſe diem judicii, & immediat antea n. 35. quod, *non præteribit generatio hæc donec omnia illa fiant.* Eorum curioſitatem refrænare volens, ut ait D. Athanaſius ſerm. 4. contra Arrian. *Non relinquit diſcipulis occaſionem, qua ſe ad addiſcendum premerent, eo enim, quod dicebat ſe ignorare, refrænavit eorum curioſitatem.* Ne audeant interrogare; quod ſibi, & Angelis Chriſtus dicebat ignotum: & inde deprehenditur, quàm abditum arcanum ſit dies judicii. Et ait: *Solus Pater*, ſeu habet D. Marcus, *nec Angeli in cœlo*; id eſt cœlorum motores; & ideo D. Matthæus, *Angeli cœlorum.*: vel etiam in ipſo cœlo, niſi habeant ex revelatione à Patre, *neque Filius*, ad manifeſtandum, ad dicendum, ut latiùs explicabo quæſtione ſequenti; *ſed ſolus Pater*, illa particula, *Solus*; non excludit Filium, ac Spiritum Sanctum, quia juxta omnes Theologos, quæ in divinis ſunt eſſentialia, ut eſſentia, poteſtas, majeſtas, infinitas, voluntas, intellectus, ſcientia, ſunt communia omnibus tribus perſonis; at in Notionalibus, *Solus*, dum dicitur de una perſona, excludit alias; v. g. cùm dicitur, ſolus Pater generat, ſolus Filius generator, &c.

D. Atha- naſ. — D. Marc. — D. Matth. — *Theologorum vox.*

2\. *Sicut autem* ſcilicet contigit, ac accidit *in diebus Noë*. Ita continget, & accidet in adventu filiis hominis. Explicat Dominus, ut notant D. Chryſoſtom. homil. 78. in Matth. & Paſchaſ. lib. 11. exemplis, quàm repentinus, ac inopinatus erit adventus filii hominis, nam res exemplis maximè declaretur, ac aperitur; *ſicut in diebus Noë* ex improviſo venit diluvium, & in diebus Loth ignis ſulphureus ſuper Sodomam, ut explicat D. Lucas, cùm homines minimè tam horribilem calamitatem cogitarent, ideo omnibus deliciis indulgebant, ac ſe ingurgitabant: comedendo, bibendo, indeque homines nubebant, & nuptui tradentes, ſcilicet uxores, non quòd nuptiæ ſint malæ, cum datæ ſint in uſum naturæ; ſed quia ut inquiunt Rabbanus, & alii, illa faciebant ex nimia cupiditate, ac multa laſcivia luxuriantes, inde arguuntur.

D. Chryſ. — D. Paſchaſ. — D. Lucas. — Rabban.

3\. *Et non cognoverunt*; eoſque latuit diluvii dies, & incendit repentè, repenteque imparatos obruit. Eodem modo antequam judicii dies adveniat; illius temporis homines, multa ſecuritate vitam traducent, omninò nihil de imminente periculo cogitantes; ſolitis deliciis, voluptatibus, ac operibus vacabunt, eiſque maximè abſconditus eſt horribilis dies, qui abſque aliqua ſui cogitatione ſubitò eos apprehendet, ac repentina tempeſtate obruet: quod optimè confirmat citatus Chryſoſtomus, ex illo Pauli 1. ad Theſſalon. 5. n. 2. *Ipſi diligenter ſcitis, quia dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint: Pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, ſicut dolor in utero habentis, & non effugient*, &c.

1. Theſſ. 5. — D. Chryſ.

---

## QUÆSTIO I.

### *Quare dicitur, quod ſolus Pater ſciat diem conſummationis ſæculi, non verò Filius?*

5\. VValde abditum, & abſconditum eſſe diem conſummationis ſæculi indicat Chriſtus D. in præſenti, valdeque vanas eſſe calculationes aliquorum circa talem articulum diei, ut optimè docet D. Auguſtinus lib. 18. de Civitate Dei, cap. 53. & ait: *Fruſtra annos, qui huic ſæculo remanent, computare, ac definire conamur: cum hæc ſcire, non eſſe noſtrum, ex ore Veritatis audimus. Quos tamen alii quadringentos, alii quintos, alii etiam mille ab Aſcenſione Domini uſque ad ejus ultimum adventum, compleri poſſe dixerunt. Omnium verò de hac re calculantium digitos reſolvit, & quieſcere jubet ille, qui dixit*: Non eſt veſtrum noſſe tempora; vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Act. 1. n. 7. Quod etiam idem docet D. Auguſt. in Pſal. 6.

D. Auguſt. — *Reprehenduntur calculatores diei judicii.* — Actor 1.

5\. Quæſtio præſens eſt: & ſatis communis difficultas: Quomodo Chriſtus D. qui eſt ſapientia Patris, dicat de ſe, quod ipſe neſciat diem illum;



illum; *neque Angeli in cœlo, neque filius ſed ſolus Pater*: cum in Chriſto D. ut dicit Paulus ad Coloſſenſ. 2. n. 3. *Sint reconditi theſauri omnes ſapientiæ, ac ſcientiæ Dei*: & ex multis aliis probatur, & etiam ex illo Actor. 1. citato. Non enim dixit Chriſtus, Non eſt noſtrum, *ſed non eſt veſtrum ſcire tempora.* Ac ſi dicat Chriſtus, ait D. Paſchaſ. lib. 11. in Matth. Ego bene ſcio momenta temporis; vobis tamen modò non expedit ſcire. Ex quo obmuteſcant impia Arrianorum ora, qui dicebant filium eſſe minorem Patre; quia non ſciebat omnia, quæ erant ſub intuitu Patris. Vera, & Catholica ſententia eſt, quòd filius ſit æqualis Patri in ſcientia, & cognitione, cum in eo ſint omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Ad quæſtionem.

*In Chriſto omnes ſapientiæ theſauri.* — Coloſſ. 2.

6\. *Prima ſententia.* Prima ſententia eſt, quod Chriſtus non loquitur de ſcientia, ac cognitione; ſed de ſcientia practica, ac experimentali, quia dies judicii nondùm advenit, nec eſt executus. Ita D. Epiphanius hæreſ. 69. Origenes tr. 30. in Matth. D. Bernardus de gradibus humilitatis, poſt præfationem, & ſubdit: *Nam etſi divinitatis ſuæ intuitu, diem quoque illum palam habebat, non tamen carnis ſuæ ſenſibus experiendo agnoverat.*

D. Ephiphan. — Origenes. — D. Bernad.

7\. *Secunda ſententia.* Secunda ſententia eſt, quod cùm dicitur, neque filius, quod ſermo ſit non de Filio Dei naturali, ſed de filio adoptivo, ut videtur ſignificare D. Athanaſius in diſputatione contra Arium in Concilio Nicæno; & apud Catenam D. Thomæ, ſunt hæc verba D. Baſilii. *Legi in cujuſdam libro, filium non Unigenitum, ſed adoptivum debere intelligi*: ſed hæ duæ ſententiæ non videntur conſonæ; voluit exaggerare, quàm abdita, & abſcondita ſit cognitio diei judicii: nec Angeli in cœlo, nec filius ſcit.

D. Athan. — D. Baſil.

8\. *Tertia ſententia.* Tertia ſententia, & jam magis ad rem. Dicitur, quod filius non novit diem judicii ratione ſuorum membrorum, quorum ipſe eſt caput; quia eis talem cognitionem non communicat: inde ipſe dicitur neſcire, quia talem ſcientiam ſuis non communicat. Origenes apud Catenam ait: *Donec Eccleſia, quæ eſt Corpus Chriſti, neſcit diem illum, & horam, tandiu nec ipſe filius dicitur diem illum, & horam ſcire.* D Aug. lib. 83. quæſtionum, q. 6. ſic ait: *Bene autem accipitur, quod dictum eſt, ſolum Patrem ſcire, ſecundùm prædictum modum ſciendi, quia facit filium ſcire. Filius autem neſcire dicitur, quia non facit homines ſcire.* Qui habet ſcientiam, & eam nec declarat, nec manifeſtat, nec aliis eam communicat, eoſque illius participes facit, de eo dicitur neſcire, & hanc ſententiam, quam etiam tenet D. Paſchaſ. lib. 11. in Matth. confirmat ex eo, quod Deus dixit Abrahæ, Geneſ. 22. n. 12. *Nunc cognovi, quod timeas Deum:* ideſt cognoſcere te feci, quod timeas Deum: ergo à contrario ſenſu, ſi ipſe nos cognoſcere non facit, de eo poteſt dicit quod non cognoſcat. In hac etiam ſententia eſt D. Gregorius lib. 8. epiſtolarum, epiſtola 42. ad Eulogium.

Origenes. — D. Auguſt. — *Qui ſuam ſcientiam aliis non manifeſtat, reputatur neſcire,* — D. Paſchaſ. — Geneſ. 22. — D. Gregor.

9\. *Quarta ſententia.* Quarta ſententia affirmat, quod Chriſtus neſcire dicitur diem judicii, non qua Deus, ſed qua homo eſt. Noſter D. Cyrill. lib. 9. Theſaur. cap. 4. & ait: *Diem judicii ignorare diſpenſando, dixit Chriſtus, ut homini, quem aſſumpſit, congruentia diceret. Hominis enim naturæ proprium eſt ignorare futura.* D. Nazianz. Orat. 38. *Horam cognitam habet, ut Deus; ignorat, ut homo.* D. Ambroſius in cap. 17. Lucæ, D. Gregorius Epiſtola citata & Etiam D. Paſchaſ. Albertus Magn. & alii. Si objicias, quod Chriſtus agnoſcit diem judicii per ſcientiam acceptam à Deo: Reſpondemus, quod ſciebat, non ſecundùm id, quod habebat ex natura humana, ſed ſecundùm id, quod acceperat à Deo. Ex quo ſic exponit Caietanus: *Neque enim filius novit ſecundum humanam naturam naturali notitia: ſolus enim Deus novit ex ſua naturali notitia: ſolus enim Deus novit ex ſua naturali ſcientia tempora, & momenta.* Corroboratur hæc ſententia. Cum Chriſtus ait, *neque filius*, intelligi poteſt, neque filius hominis, quia Chriſtus loquebatur frequenter de ſe ut filio hominis.

D. Cyrill. — D. Nazian. — D. Ambr. — D. Gregor. — D. Paſchaſ. — Alb. Magn. — Caietan.

10\. *Quinta ſententia.* Quinto eſt expoſitio eſt Maldonati, quia dicet Chriſtus, ut Deus omnia ſciat, ac penetret, tamen qua Deus, dicitur neſcire diem judicii tanquam ex officio ſuo, quia ſolius Patris officium eſt prædeſtinare, determinare, ac conſtituere diem judicii, ac conſequenter revelare cum voluerit; Patri appropriatur Providentia, cujus pars eſt prædeſtinatio. Hæc expoſitio, quamvis videatur ſubtilis, tamen non videtur multum apta, quia Chriſtus D. conſtitutus eſt à Deo Patre judex vivorum, ac mortuorum, proindeque ad ejus officium pertinet ſcire diem judicii.

Maldonat.

11\. *Sexta ſententia.* Sexta, & vera ſententia, ac communis Patrum eſt, quod filius, optimè agnoſcit articulum diei judicii, tamen dicitur, quod non novit, ut aliis, ac ſuis diſcipulis aperiat, ac manifeſtet. D. Ambroſius in cap. 17. Lucæ: *Chriſtus*, ait, *novit horam; ſed novit ſibi, mihi neſcit.* D. Auguſt. lib. 1. de Trinit. cap. 12. ait: *Hoc Chriſtus neſcit, quod neſcientes facit, id eſt, quod non ita ſciebat, ut diſcipulis indicaret.* Similiter lib. 1. de Geneſi contra Manichæos, c. 22. D. Hilarius lib. 9. de Trinit. ait: *Filius diem idcirco, quia tacet, neſcit.* D. Gregor. epiſt. 42. & hic D. Chryſoſt. D. Hieron. Origen. Beda, Theophylact. D. Thomas, & alii.

D. Ambr. — D. Auguſt. — D. Hilar. — D. Gregor. — D. Chryſ. — D. Hieron. — Origen. — Beda. — Theophil. — D. Thom.

12\. *Comprobatur.* Et hoc valde frequenter in Scriptura invenitur. Sic pulſantibus fatuis Virginibus ait Chriſtus Matth. 25. n. 12. *Neſcio vos*: & tamen ipſe optimè ſciebat, ut eas damnaret, ac reprobaret; non tamen ſciebat, ut eas ſecus admitteret, ac ſuam gloriam manifeſtaret. Sic Joan. 7. num. 8. perſuadentibus diſcipulis aſcenſum ad diem feſtum, ipſe ait eis: *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non aſcendam ad diem feſtum iſtum*: & tamen ut conſtat ibid. num. 10. ipſe aſcendit ad diem feſtum illum: cùm ergo ait, *non aſcendam ad diem feſtum iſtum*: ut nempe, vobis dicam, & manifeſtem. Sicut Chriſtus dixit ſuis diſcipulis, Joan. 15. n. 15. *Omnia, quæ audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Et Chriſtus multa audivit à Patre ſuo, quæ ſuis diſcipulis non fecit nota: ergo illa manifeſtavit, quæ à Patre audivit, ut manifeſtaret. Venit Chriſtus in mundum, ut legatus ſui æterni Parentis; & ſicut legatus regis, à Rege accipit multa ut dicat, & manifeſtet; alia verò jubet Rex ut ſecretò retineat; ſi de his ſecretis legatus interrogetur, rectè reſpondet ſe neſcire, nempe ad dicendum; ſic & Chriſtus ut legatus æterni Parentis, quæ accepit ad manifeſtandum declaravit; quæ accepit, ut ſub ſecreto retinerentur, non aperuit, & dixit ſe neſcire ad manifeſtandum.

Matth. 25. — Joan. 7. — Joan. 15.

## Quæstio II.

*Quare tam repentinum extitit diluvium, & erit dies judicii?*

13. Maximè abſconditus, & abditus, Chriſto diſponente nobis eſt dies judicii, ut ſemper maximè diſpoſiti, ac præparati ſimus ad recipiendum judicem, cum penitus diem illius ignoremus. Ad quod nos exhortatur Chriſtus
Luc. 12. Luc. 12. n. 40. *& vos eſtote parati, quia qua hora*
Jacob. 5. *non putatis, filius hominis veniet:* de quo ibi
*Vivendum ſub judicis præſentia.* multa; & ad hoc maximè nos inducit Jacobus Apoſtolus in ſua Canonica, cap. 5. nu. 9. *Ecce judex ante januam aſtitit.* Semper nobis eſt invigilandum, ac ſi judex jam præſens ſit, ne quid in noſtris actionibus inordinatum appareat à recta ratione exorbitans.

14. Secundò, & moraliter ait Chriſtus: *Sicut erant in diebus ante diluvium comedentes, & bibentes, & nubentes, & nuptui tradentes.* Hoc eſt, maximè ſe ingurgitabunt in omni deliciarum, ac vitiorum turpitudine; & quænam eſt horum conſequentia? ruina, & interitus; nam
Tacit. ut ait Cornelius Tacitus lib. 2. *Cum flores ma-*
*Humanæ cum florent, aſſerunt ſecum interitum.* *ximè dilatantur, tunc citò decidunt.* De Herode ſcribitur Actor. 12. n. 21. *ſtatuto autem die Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis. Confeſtim autem*
Actor. 12. *percuſſit eum Angelus Domini.* Ecce mundana gloriola, cum regio apparatu, cum populi acclamatione, hominis voces, tanquam Deum laudantis: ſed quid hæc? parturiunt acceleratam mortem, & interitum. *Confeſtim percuſſit eum Angelus Domini*: pro quo audiendus eſt
Joſeph: Joſephus lib. 19. Antiq. c. 7. & ait: *Per hoc plus aliquid de eo, quod humanæ naturæ eſt, artifex arrogantia mentiretur, illico adulantis vulgi concrepant voces, honorem ſonantes, & exitium ferentes.* Perpende connexionem verborum: *honorem ſonantes, & exitium ferentes.*

15. Tertiò: rationem deduco ex D. Chryſoſt.
D. Chryſ. homil. 4. in Epiſtol. ad Coloſſenſ. ait: *Unde erat illorum incredulitas? ex animo delicato, & molli, bibebant, comedebant, & propterea non credebant.* Clamabat Noë jam diluvium pro foribus aſtare, & homines non cognoverunt, non crediderunt, & nullam diligentiam ponebant pro tanto evitando, ac fugiendo malo. Et cur tam cæci, ac ſurdi erant in re tanti ponderis, ac in tanto vitæ diſcrimine? ait Textus,
*Epulæ excæcant mentem ne à malo imminenti fugiatur.* *erant comedentes, & bibentes, & nubentes*: & dum tantis deliciis indulgebant, non venturam iram æſtimabant, nec de aliquo remedio, ac illius ſubterfugio cogitabant. Ait Regius Vates
Pſalm. 77. Pſalm. 77. n. 30. *Adhuc eſcæ erant in ore eorum, & ira Dei aſcendit ſuper illos, & occidit pingues eorum, & electo Iſraël impedivit.* In tam repentino, ac advolante ſupplicio illud maximè eſt expendendum, quod dicitur: *electos Iſraël impedivit*; & ad quid fuerunt impediti, nempe ne quærerent remedium, ac ſubterfugium à tanta caſtigatione, ac malo, quod eos apprehendebat cum tanto affectu, ac conatu ad illas eſcas ferebantur, tantamque dulcedinem de eis accipiebant, quod ne ab illis deſiſterent, de remedio non cogitabant. Sapienter M. Didacus de
Baëza. Baëza tom. 5. de Chriſto figurato, lib. 9. cap. 3. §. 30. ait: *Ubi effugium omne impedire, & occludere volebat, comedentes invadit; præſentes enim dapes ſic homines impediebant, ut minime curarent effugere ab imminente excidio.*

16. Quartò: D. Chryſoſtom. hom. 78. in Mat-
D. Chryſ. thæum, ad illa verba: *Non cognoverunt donec venit diluvium*, ſic ait: *His verbis repente, ac non expectatum inter hominum delicias ſe venturum oſtendit Dominus, quod Paulus quoque adnotavit dicens: Cum pacem, & ſecuritatem dicunt, tunc repentina eis imminet pernicies.... Illi autem non credentes, tanquam nullo modo venturo, laſciviebant.* Cùm tempore Noë Filii Dei
*In laſcivos repentina, ac inſtantanea caſtigatio.* voluptatibus ſe tradidiſſent; ad laſciviam filias hominum accipientes, ecce ſubita, & inopita diluvii calamitas eos obruit, & ſic etiam erit extrema dies judicii; ecce laſcivientium pœna, ut repentino, & inopinato caſu rapiantur. Infeſtiſſimo Iſraëlitarum hoſti Balaco peſtiferum conſilium dat Balaam. Num. 24. num. 14.
Num. 24. *Pergens ad populum meum dabo tibi conſilium, quod populus tuus populo huic faciat.* Nempe, ut Moabitarum fœminæ pellicerent viros Iſraëlitas ad libidinem: & ad quid hoc conſilium dirigebatur, an ut ſolùm Iſraëlitæ caderent, ac perirent? minimè hoc ſolum intendebatur, ſed ut ſubitò, ac ſine dilatione perirent, quod erat conveniens Regi Balaco, ut ab eorum manibus ſe liberaret. D. Ephrem ſerm. de Antichriſto,
D. Ephrem de fraudulento Dracone agens ait: *Suggeſſit Balaam ut Balac regi Moabitarum peſſimum conſilium daret, ut ſcilicet mulieres civitatis ornatas in tabernaculis ſiſteret, populumque diſpergeret, atque ad fornicationem, & ſacrificium blandimentis alliceret, ut Deus ſcelere offenſus, eos ſimul ac ſubito, velut impios perderet.* Expende
*In laſcivos repentina calamitas advolat.* illud, *eos ſimul, ac ſubitò*: cùm in eos ſubditam, ac inſtantaneam perditionem machinaretur, ut Rex Balac evaderet, ac omne periculum effugeret, ad laſciviam, ac fornicationem eos alliciebat; quia hac data, conſequens erat indilata, ac ſine cunctatione deſolationis perditio.

## Quæstio III.

*Quare tam inopinatus, ac ſubitaneus erit dies judicii, cùm propter ſigna apparentia dicantur homines areſcentes præ timore?*

17. Multus eſt Chriſtus hic in explicando, quàm ſubitaneus, ac improviſus, & in-
*Difficultas quæſtionis.* opinatus erit dies judicii, cum dicat ſuprà, num. 39. Quod ſicut in diebus Noë erant homines comedentes, ac bibentes, diluvium, ac exitium *non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes; ita erit adventus filii hominis*: quod Chriſtus ſtatim exemplis explicat, quod duo inopinantes erunt in agro, vel lecto; quomodo poteſt ſtare cum viſis ſignis judicii, obſcurato ſcilicet Sole, & Luna, ut habet Luc. 22. num. 25. *Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione eorum, quæ ſupervenient univerſo orbi.*



18. Tres ſunt ſententiæ in hac re. Primò, dixe-
*Prima ſententia.* runt aliqui apud Lyranum, ad illa verba, n. 38. *Non cognoverunt*: quod refertur iſtud ad tempus poſt mortem Antichriſti, ipſo mortuo, ac per conſequens hominibus in ſecuritate exiſtentibus, ſubitò apparebunt ſigna judicii, & judicis advenientis; & in hac ſententia eſt
Barrad. Barradas tom. 3. lib. 10. cap. 8. §. Nonne.

19. *Secunda ſententia.* Secunda ſententia eſt, quod poſt obſcuratum Solem, & Lunam, ac reliqua ſigna in ſtellis, mari ac terræ motu, Deus aliquod tempus pacis acquiſitæ concedet, ut homines pacato animo reſipiſcant, & pœnitentiam agant; ſed ipſi homines ſignorum obliti ſe tradent voluptatibus gulæ, & luxuriæ, ut antea: quare Deus finem mundi dabit, & repente dies judicii omnes apprehendet: ſicut graviter ægrotans aliquando à morbo obliviſcitur, & ſubitò ingraveſcit infirmitas, & moritur; ſic candela deficiens, magnum conatum in ſuo lumine exhibet, & ſtatim extinguitur. Hæc ſententia eſt D.
D. Hieron. Hieron. ad citata verba: *Non cognoverunt*, ſic ait: *quod poſt pugnas, peſtilentias, fames, terræmotus, quibus vaſtatur genus humanum, brevi ſubſecutura ſit pax, quæ quieta omnia reponat, ut fides credentium comprobetur, ut eum tranſactis malis ſperem judicem eſſe venturum.* Ut in Pau-
1. Theſſal. 5. lo legitur 1. Theſſalonic. 5. n. 3. *Cùm dixerint, pax, & ſecuritas, tunc repentinus ſuperveniet interitus.* In hac ſententia ſunt Franciſcus Lucas, &
Franc. Luc. Tyrin. Tyrinus.

20. *Tertia, & verior ſententia.* Tertia ſententia affirmat, quod in illo extremo tempore, tam obdurata, ac obſtinata erit iniquorum, ac impiorum nequitia, quod videntes tot ſigna in Sole, Luna, Stellis, ac cæteris rebus, tanquam exiſtimantes illa ex aliqua aëris conſtellatione provenire, contemnent quæ videntes, luxuriæ, ac deliciis ſe ingurgitabunt. At pii, & juſti *Marceſcent præ timore, & expectatione eorum, quæ ſupervenient univerſo orbi*, ut pote credentes Scripturæ, ac Dei verbis. Hanc
D. Auguſt. ſententiam expreſſè docet D. Auguſtinus Epiſtola 80. ubi docet, Pios in fine mundi ob ſigna fore mœſtos, & triſtes; impios verò genio indulturos, & exultaturos. D. Chryſoſt. homil.
D. Chryſ. 78. in Matthæum, ait: *Pax, & laſcivia inſenſatis erit, juſti vitam in tribulatione trahentes mœrebunt.* In hac etiam ſententia eſt Cajetanus, & Fran-
Caietan. Fr. Lucas. ciſcus Lucas.

21. *Comprobatur prædicta ſententia.* Inde hæc ſententia mihi verior videtur, quia Dominus totus eſt in comparando ſuum ultimum adventum cum diluvio, & patet hoc ex littera, *ſicut in diebus Noe, ita erit adventus filii hominis.* In diebus diluvii, qualiter ſe habuerunt homines, cùm Noë clamaret diluvium, juſti crediderunt, & ſe receperunt in arcam, ut uxor Noë, & Filii ejus, & uxores filiorum eorum; at mali, & iniqui non crediderunt, ſed de Noë clamante illudebant: *Tunc rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluvia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noc-*
Gen. 7. *tibus*, Geneſ. 17. n. 11. & 12. Dur non uno impetu, nec uno die venit diluvium, ſed quadraginta diebus, & noctibus? ut cùm viderent homines, quod totus orbis aquis inundabatur, & quod quarta, vel quinta die multi ſuffocati peribant, qui ſuperſtites erant, pœnitentiam agerent, ſed adhuc obſtinati erant, & viſo diluvio, &
D. Chryſ. aquis, & contempta pœnitentia, non emen-
*Obduratus peccator, ſub flagello adhuc non reſipiſcit.* dabantur, nec de pœnitentia cogitabant. D. Chryſoſt. homil. 25. in Geneſim, ſic ait: *Iſtud ipſum maximæ bonitatis ſpeciem eſt: volebat enim propter magnam miſericordiam etiam aliquos ex eis caſtigatos generalem hanc interemptionem effugere, cùm ante oculos ſuos viderent proximos perire, & imminere ſibi communem interitum: veriſimile eſt enim primo die bonam aliquam partem diluvio periiſſe, & ſecunda die aliquid accreviſſe diluvii, & ſimiliter die tertio, & reliquis, atque ita in quadraginta dies, & quadraginta noctes producit.* Sic inquit, & perverſi obſtinati erant in ſua nequitia, ut ſub flagello, inſpectis aquis diluvii, ac mortuis; non reſipiſcerent, nec de peccatis dolerent: ergo cùm adventus filii hominis futurus ſit ſicut in diebus diluvii; Juſti viſis ſignis in Sole, & Luna tabeſcent præ timore ac expectatione eorum, quæ ſupervenient univerſo Orbi, ignorantes: impii ſubſannabunt, & illudent ac adhuc ſub flagello; & inde extrema dies inopinatos eos obruet.

*Matt. 24. n. 40.* Tunc duo erunt in agro: unus aſſumetur, & alter relinquetur.

*Num. 41.* Duæ molentes in mola: una aſſumetur, & altera relinquetur.

## *Versiones.*

*Syrus. n. 40.* Tunc duo erunt in villa.
*Æthiopicus.* Unum accipient, & alterum relinquent.
*Syrus n. 41.* Molentes in piſtrino.
*Arabicus.* Ad molam eandem.
*Bibl. Goth.* In lectulo unus aſſumetur.
*Æthiopicus.* Duo diſcumbent in uno lecto: unum accipient, & alterum relinquent.

## *Alter Textus.*

*Luc. 17. n. 34.* Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto uno, unus aſſumetur, & alter relinquetur.

*Num. 35.* Duæ erunt molentes in unum; una aſſumetur, & altera relinquetur. duo in agro unus aſſumetur, & alter relinquetur.

## *Expositio II.*

22. Tunc *duo erunt in agro*. D. Chryſoſto-
D. Chryſ. mus homil. 78. in Matthæum ait: *Aliud ſignum ponit Dominus, per quod oſtendit, quod inopinabiliter dies illa veniet.* Ait ergo, quod tub duo ſimul erunt laborantes in agro; duo ſimul molentes, duo ſimul in lectulo: tam inopinata, ac ſupinata erit dies Domini; ut nihil

nihil cogitantes de ira ventura, ac veluti aliquid interloquentes, dividet eos, ex quibus duobus unus ad Chriſtum aſſumetur, alter tartaro relinquetur.

D. Ambr.
Sic D. Ambroſius in cap. 17. D. Luc. ait: *Qui aſſumitur, rapitur obviam Chriſto in aëra; qui autem relinquitur, improbatur.* Et dicuntur duo in agro; vel mola, vel lecto, ut notat Abulenſis q. 232. & non dicuntur multi, ſed duo, ut diſcretio bonorum, ac malorum oſtendatur; quia non de pluribus, ſed de duobus unus eligitur, alter reprobatur.

Abulenſ.

23. D. Luc.
D. Lucas ait, *In nocte illa*: non quod dies judicii futurus ſit nocte, ut aliqui dixerunt, quia non loquitur de illa die, qua Dominus venturus eſt, quia tunc nullus erit homo, vel in agro, vel lecto; nec ulla erit ancilla ad molam, ſed de tempore illo tenebroſo, in quo homines in tenebris ignorantiæ ambulabunt, ut intelligant ſibi metipſis neceſſaria ad ſalutem.

---

## Quæstio IV.

### *Quare Chriſtus dixit, quod erunt duo in agro, vel mola, vel lecto?*

24. Refert Chriſtus D. unumquemque in ſuo proprio officio, ac munere, & ait: *Erunt duo in agro*: ſcilicet viri, ad quos pertinet agrorum cultura: *Duæ molentes in mola una.* Olim utebantur molis, non aqua, vel vento, ſeu aliquo animali circumactis; ſed truſatilibus, quas verſabant ſervi; & ancillæ, & ita farinam conficiebant, ut patet Exod. 11. n. 5. *morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio ejus, uſque ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molam.* Et etiam Iſai. 47. n. 2. *Duo in lectulo.* Vel denotat uxoratos, vel intimos amicos, ac ſocios, de quo Abulenſ. q. 233.

Exod. 11.
Iſai. 47.

25. Hæc tria genera perſonarum, maximè pertinere ad ſenſus myſticos, valde communis eſt Patrum ſententia. Et maximè hic denotatur, quod dies judicii ſeparabit unum ab altero, virum ab uxore, amicum ab amico, agricolam ab agricola, ſervum à conſervo, in quo erit magna diſcretio electorum à reprobis, unus aſſumetur ad Gloriam, & alter relinquetur ad damnationem; & ita in tribus aſſignatis, in quolibet dicitur; *unus aſſumetur, & alter relinquetur.*

D. Chryſ. *Ex quacunque conditione quidam ſalvantur, quidam pereunt.*
Ex quo rectè infert D. Chryſoſtom. hom. 78. in Matthæum, quod Deus ex omnibus hominum generibus, tam divitibus; quam pauperibus, tam magnis, quàm ſervis aliquem ſalvat, & aliquem damnat, & ſic ait: *Servi, & Domini aſſumuntur, tam qui in otio, quàm qui in labore, & qui alia, ac alia dignitate præfulgent. Quoniam enim jam dictum erat, difficile divites ſalvari: idcirco neque omnes iſtos perituros: neque pauperes è contrario ſalvari omnes, ſed utrinque & ſalvari, & perire modò oſtendit.* Chryſoſtom. ſequens Euthym. exiſtimat in agro laborantes, ſignificare divites, molentes pauperes, Theophylact. ait: Divitum imaginem eſſe eos, qui in lecto jacent, molentes pauperum.

29. D. Hilar.
Secundò: D. Hilar. hîc in Matth. Per duos in agro intelligit duos populos fidelium, & infidelium laborantes in hoc ſæculo, fidelis aſſumitur, infidelis relinquitur; per molentes farinam ad conficiendum panem, intelligit prædicatorem condientem panem doctrinæ: qui rectè ſe habet, aſſumitur; qui iniquè, relinquitur.

*Bonus prædicator aſſumitur, malus relinquitur.*

27. D. Remig. *Conjugati fluctuant curis.*
Tertiò: D. Remigius in Matthæum: per hæc tria intelligit tres Eccleſiæ ordines; per duos in agro, Ordinem prædicatorum, quibus commiſſus eſt ager Eccleſiæ excolendus: per duos in mola, Ordinem conjugatorum, qui per diverſas curas, tanquam ad molam, huc atque illuc flectuntur per duos in lecto, Ordinem continentium interpretatur, qui placidè; & quietè tanquam in lecto degunt ac vivunt.

D. Auguſt. *Qui ſe implicant in negotiis forenſibus in mola verſantur*
Quartò, D. Auguſtin. lib. 2. de quæſtionibus Evangel. tria hominum genera ait hic ſignificari: *Primum* eorum, qui ſeparati ab omni negotio, tam temporali, quàm Eccleſiaſtico, ab omnique cura vacui, quietè vivunt, tanquam in lecto viventes, ac degentes. *Secundum* eorum, qui multis negotiis, ac curis diſtrahuntur, rebuſque forenſibus implicantur; hi tanquam in mola in circulum, ac orbem huc, atque illuc vertuntur. *Tertium* eorum, qui in agro Eccleſiæ Dei; illum excolunt opere, ſermone, ac vita.

29. Origenes.
Quintò: Origenes hîc in Matthæum, per hæc tria genera intelligit corpus, animam, & ſenſum. Corpus tanquam infirmum in lecto carnalium paſſionum. Animam, tanquam gravi mundi mola oppreſſam; ſenſus autem in mundi agro operatur. Sextò, ait: Per *exiſtentes in agro*, intelliguntur Prælati, quorum officium eſt laborare in agro militantis Eccleſiæ. Per *molentes in mola*, ubi magnus labor corporalis, intelliguntur Activi. Per *exiſtentes in lecto*: Contemplativi, qui ſunt in requie contemplationis.

Lyran.

30. D. Paſchaſ.
Septimò, D. Paſchaſius lib. 11. in Matthæum, hæc tria reducit ad *animas hominum*, quæ gravi pondere premuntur; quarum una, quæ bene vertit hanc molam, ut panem cœleſtem comedat; aſſumitur. Altera verò, quæ permanſerit cæca ad molam, relinquitur gyrando in ſua cæcitate. Duo in lecto dicuntur, quia in infirmitatis morbo omnes verſantur. Pſal. 40. n. 4. *Operam ferat illi ſuper lectum infirmitatis ejus Univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus*: de qua infirmitate, qui per gratiam Chriſti reſurgit, aſſumitur, alter verò nolens operari cum ipſa gratia Dei, judicio relinquitur. *Duo in agro*: Qui agrum ſuum exercet, nempe animæ ſuæ, ne ſpinas, & tribulos ex ubertate carnis luxoriantis generet, aſſumitur; qui verò negligit agrum animæ ſuæ, ut vitioſas, & inutiles herbas generet, ad æternam damnationem relinquitur.

Pſal. 103. *Vigilandum ne anima cæca vertetur in mola mundi.*

31. Octavò. Maximè invigilandum ſuper bona opera noſtra, nec enim ſimultas loci, nec ſimultas operationis conducunt ad ſalutem, vel operationem, ſed totum deſumitur à bonitate; vel malitia interiori ut docent citatos D. Paſchaſ. lib. 11. in Matth. & Albertus Magnus. In eodem agro erant Cain, & Abel; unus aſſumitur, alter relinquitur. Geneſ. 4. n. 5. In eodem agro Naboth, & Achab, & Jezabel, primus aſſumitur ad gloriam duo, poſteriores relinquuntur à canibus devorandi. 3. Reg. 21. n. 14. & n. 16. & 23. Sic & ſub eadem operatione excolendi terram Cain; & Noë. Cain relinquitur, ut

Geneſ. 4. *Non ſimultas loci, vel operationis ſanctificat ſed bonitas, vel malitia interior.* 3. Reg. 12.



maledictus, ne accipiat fructus à terra, cùm operatus fuerit eam. Gen. 4. n. 12. Noë, ut benedictus aſſumitur, ut uberes fructus à terra accipiat. Gen. 9. n. 20. Sic aſcendebant in templum duo homines, ut orarent, Phariſæus, & Publicanus. Publicanus juſtificatus aſſumitur, Phariſæus condemnatus relinquitur. Luc. 18. num. 14.

Gen. 4. Geneſ. 9. Luc. 18.

32. Joſephus lib. 7. de Bello Judaïco, multis probat quod ſanctitas non deſumitur ex loco, nec etiam locus cuſtodit, & ſalvat; nam Nadab, & Abiu in locis ſanctis multantur. Levit. 10. n. 2. Chore cum ſeditioſis ante tabernaculum igne Dei devoratur. Num. 16. num. 31. Heli ſacerdos in loco ſancto fractis cervicibus expiravit. 3. Reg. 4. n. 16. Joab juxta altare trucidatur, è contra Juſti in loco infimo cuſtodiuntur, & ſalvantur. Ut Job in ſterquilinio. Job. 42. n. 7. Joſeph inter malefactores in carcere. Gen. 41. n. 14. Daniel. in lacu inter leones, cap. 6. num. 22. Jeremias inter idololatras in lacu cœnoſo. Jerem. 38. n. 13. Ut concludit ipſe, & *quod amplius dicam: Iniquitas Angelos de cœlo dejecit, Juſtitia de inferno homines liberavit*: ſic clamabat David: *Eduxiſti animam meam ex lacu inferiori.* Pſal. 39. num. 3. Hinc Angelis percutientibus mandat Deus, *à ſanctuario meo incipite.* In ſanctuario, in quo dabatur ſumma anctitas, Inveniebatur etiam ſumma iniquitas, à qua punitionis pœna incipienda erat Ezechiel. 9. num. 6. Ibi Hieronymus.

Levit. 10. Num. 16. 1. Reg 4. Job. 42. Geneſ. 41. Dan. 6. Jerem. 38. Pſal. 39. Ezech. 9.

---

## Quæstio V.

### *Quare gloria electi, & pœna damnati tam breviter, & ſtrictim ponitur?*

33. Ait Textus, quod *unus aſſumetur, & alter relinquetur.* Denotatur, ac ſubintelligitur, quod aſſumetur, ut ſit cum Deo in gloria, & alter, quod relinquetur, ut ſeparatus à Deo ad æternam pœnam: ſed cur gloria unius, ac pœna alterius non magis declaratur, ac exprimitur; & cur non magis magnitudo gloriæ, ad pœna cruciatus declaratur, ſed tantum dicitur, quod unus aſſumitur, & alter relinquitur; benè, & optimè ibi gloria unius, & pœna alterius hîc aperitur & manifeſtatur, nulla major gloria, quàm eſſe cum Deo, nulla major pœna, quàm ab eo ſejungi, ac ſeparari: nulla major gloria: quàm aſſiſtere cum deo; nulla major pœna, quàm ab eo relinqui, ac ſejungi.

*Summum bonum eſſe cum Deo, ſummum malum ab eo ſeparari.*

34. Exod. 4.
Ait Deus ad Moyſen Exod. 4. n. 6. *Mitte manum tuam in ſinum tuum. Quam cum miſiſſet in ſinum, protulit leproſam*: Quid eſt, quod manus Moyſis, dum in ſinu ejus reconditur ſana, ac illæſa, expers ab omni malo retinetur: at cum à ſinu prolata eſt. & foras mittitur, lepræ malum incurrit, quod erat maximè execrabile. Manus Moyſis populum Dei ſignificabat, qui poſitus, & datus eſt ſub manu Moyſis: his ergo ſignificatur, quod quando populus erat unitus, ac conjunctus cum Deo, omni bono, ac felicitate gaudebat; at verò ſi tantiſper ab eo eſſet ſeparatus, ac ſejunctus, ſtatim omnium malorum lepra opprimebatur. D. Iſidorus ibi, c. 9. ſic ait: *Ipſe hæreditas Dei, id eſt populus ab eo foras miſſus, immundus factus eſt*: Populus, ſi foras à Deo mittitur, lepra, ac immunditia repletur.

D. Iſidor.

35. Matth. 20.
Primi, qui ad excolendam vineam venerant, murmurabant adverſus Patremfamilias, quod æquale præmium cum ultimis acceperant, quibus ait Chriſtus D. *Tolle, quod tuum eſt, & vade*: Matth. 20. n. 14. Cur Domine murmuratorem de tua magna benignitate, tam manſuetè accipis, quod ſolum unum verbum ei dicas, *Vade*: valde indignatus eſt Dominus adverſus illum, qui ſine veſte nuptiali convivium ingreſſus eſt, abſque ullo calumniandi verbo prolato. Ad miniſtros dicitur: *Ligatis manibus, & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, ubi erit fletus, & ſtridor dentium.* Quare iſte murmurator non ſimili pœna afficitur, ſed tantum Dominus contentus eſt ei dicere; *Vade* In eo quod mandatur ei à ſupremo Domino abire, ab eoque recedere, ibi conjunctim involvuntur acerbiſſima, ac duriſſima omnia mala. D. Ephrem orat. de variis tormentis inferni, ait: *Auditu ſane grave, quod dicit. Vade, eo ſcilicet: quo habituri ſunt illi, qui audient, ite maledicti.* Diſceſſus à Deo omne malum ſecum importat.

*Si homo ſeparaetur à Deo, omne malum importat.*

D. Ephrem.

*Matt.* 24. *n.* 42. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit.

*Num.* 43. Illud autem ſcito: quoniam ſi ſciret Paterfamilias, qua hora fur venturus eſſet, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam.

*Num.* 44. Ideo vos eſtote parati, quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt.

### *VERSIONES.*

*Æthiopic. num.* 42. Neſcitis diem, neque horam.

*Syrus n.* 43. Non eſſet ſinens, & non perfoderetur.

*Theophylact.* Non permiſiſſet perfodi.

*Æthiopicus.* Tempus venturi furis

*Syrus n.* 44. Propter hoc, & vos eſtote.

*Origenes.* Qua cuſtodia non ſperatis.

*Pagnin.* Vos confirmati eſtote, quia in ea hora.

*Æthiopicus.* Et propterea vos parantes eſtote, quia in tempore, cujus horam neſcitis.

### *ALTER TEXTUS.*

*Marc.* 13. *n.* 33. Videte, vigilate, & orate; neſcitis enim quando tempus ſit.

*Num.* 35. Vigilate ergo (neſcitis enim

quando

quando Dominus veniat, ſerò, an media nocte, an galli cantu, an manè) ne cum venerit repentè, inveniat vos dormientes.

*Num.* 37. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate.

*Luc.* 21. *n.* 36. Vigilate itaque in omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.

## EXPOSITIO III.

36. *Vigilate ergo:* Cum in ſuperioribus proximè dictis conſtet incertum, ac valde inopinatum eſſe diem judicii, hinc ait: *Vigilate ergo*: illud, *Ergo*, conſequentiam ſuperiorum verborum indicat, & juxta D. Marcum per quatuor vices hoc repetit Dominus, dicens ſemel, *Videte*: & tripliciter; *Vigilate*: ut cum ait, *videte*, *vigilate*: iterum, *Vigilate ergo: neſcitis*. Tertiò, *Omnibus dico*, *vigilate*: ſicut Princeps, ac Rex legatum deſtinans ad negotium magni ponderis, multoties commendat ob gravitatem, ne è memoria excidat, ſed ſemper ante oculos habeat: ſic Chriſtus toties commendat vigilantiam ad adventum judicis, ut ſemper præparati ſimus, cum ex hoc totum negotium noſtræ ſalutis pendeat, ut æternam damnationem evitemus.

D.Marc.

*Maxime invigilandum ob incertitudinem diei judicii.*

37. *Quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit*, Sive ad judicium univerſale, ſive ad judicium particulare, quod fit in morte uniuſcujuſque, ut advertit D. Paſchaſ. libr. 11. in Matthæum: nam ut ait D. Hieronymus in c. 2. Joëlis: *Quod in die judicii futurum eſt omnibus, hoc in ſingulis die mortis impletur.* Et D. Auguſt. epiſtola 80. art 1. *In quocunque ſtatu invenerit ſuus noviſſimus dies* (quemlibet ſcilicet hominem) *in hoc eum comprehendet mundi univerſaliſſimus dies: quoniam qualis in die iſto quiſquis moritur: talis in die illo judicabitur*: Ideo & vos vigilare.

D.Paſchaſ. D.Hieron. D.Auguſt.

38. *Illud autem ſcitote, ſi ſciret Paterfamilias, qua hora, &c.* Albertus Magnus ait: optima ratione ſumpta à minori ſuam admonitionem comprobat, quia ſi pro damnis temporalibus cavendis, tam ſolerter vigilatur, tunc maximè vigilandum eſt ſolicitè pro præcavendis damnis ſpiritualibus, ac æternis, *qua hora fur venturus eſt*: Sæpè Dominus comparat adventum ſuum ſive ad particulare judicium, ſive ad univerſale, cum adventu furis, Apocalypſ 3. n. 3. *Veniam ad te tanquam fur, & neſcies*: & Apoc. 16. n. 15. 1. ad Theſſalonic. 5. n. 4. Comparat ergo ſe Chriſtus furi, non quoad actum ſurripiendi, ac furandi, ſed quoad profundum ſilentium & altum ſecretum, quo fur explorat horam, & occaſionem, ut perfodiat domum, ut ingrediatur, & ſpoliet omnia, quando minus ejus adventus ſperatur, ac præſumitur. De hoc dixi tom. 4. cap. 22. q. 18.

Alb.Magn. Apoc. 3. Apoc. 16. 1. Theſſal. 5.

*Quare comparatur adventus Chriſti cum adventu furis,*

39. *Quia neſcitis, qua hora*: Hoc non ſolùm non Fides docet, ſed & quotidiana experientia; videmus enim ſæpe multos ætate florentes, viribus robuſtos, opibus, ac potentia dominantes, & dies ultimus eos obruit, diciturque eis ut diviti Avaro: *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.* Luc. 12. n. 20. Hinc ait David: *Non eſt reſpectus morti eorum.* Pſalm. 71. n. 4. ideſt, non reſpicitur, nec recogitatur mors eorum; ſeu ut ex Hebræo tranſtulit D. Hieron. *Non cogitant homines mortem ſuam*: cùm nec in mentem venit mortis dies, tunc illos mors apprehendit, & præoccupat.

Luc. 12. Pſalm. 72. D.Hieron.

*Mors quando minus cogitatur, advenio.*

---

## QUÆSTIO VI.

### *Quare Divina Sapientia tam alte diſpoſuit, ut nobis eſſet abſconditus, & occultatus dies judicii, ac mortis?*

40. Communis ſolutio, ac ſententia Sanctorum Patrum, ac Doctorum eſt, ut ſemper præparati, ac diſpoſiti ſimus, illum diem, & horam expectantes. D. Gregor. homil. 15. in Evangelia ait: *Horam ultimam Dominus noſter idcirco voluit nobis eſſe incognitam, ut ſemper poſſit eſſe ſuſpecta, ut dum illam prævidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur*, Idem præclare Tertullianus lib. de Anima, cap. 33. ait: *Ut pendula expectatione ſolicitudo fidei probetur, ſemper diem obſervans, dum ſemper ignorat, quotidie timens, quod quotidie ſperat.*

D.Gregor. Tertull.

*Mors inopinata, & ſemper expectanda.*

41. Ad primum Parentem ait Deus: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua ſumptus es.* Geneſ. 3. n. 19. Pœna declaratur, illius tamen terminus non manifeſtatur, ut dies ille incognitus, & abſconditus omnibus permaneat. Rupert. lib. 3. in Geneſ. cap. 25. ait: *Mortis diem vel horam incognitam eſſe voluit Deus, ut dum neſcitur, quando ſit quæ ſine dubio futura eſt, ſemper ſolicitum reddat, ſemperque ſuſpectum ſuperbire non ſinat*; *dixit enim indefinitè*: Donec revertaris in terram. *Non dixit uſque ad tot annos, vel tot dies, quibus tranſactis in terram revertaris. Ita ergo vivere hominem voluit, quaſi altera die judicandum, & rationem de propriis factis redditurum.*

Geneſ. 3. Rupertus.

*Mortis incertitudo hominem vigilantem reddat.*

42. Ait Jeremias 9. n. 21. *Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere parvulos de foris, juvenes de plateis.* Non aſcendit mors per portas, & jannas, nec aſcendit ſuper muros, quia ſuper has omnes aſtant cuſtodes vigilantes, quod non venit in mentem eorum, qui intus ſunt, ut notant Vatablus, Caſtro, & Sanchez, ut valde inopinatus, ac ſubitaneus oſtendatur mortis adventus; & non dicit perdere ſenes, ſed parvulos, & juvenes; qui in juventuris flore minus de morte cogitant, & maximè ab eis diſtare præſumunt: & ait: *Ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere parvulos de foris, juvenes de plateis.* Omnes apprehendit, ſive ſint in domo, ſive de foris, ſive in plateis, nullus ab ea effugere valet.

Jerem. 7. Vatabl. Caſtro. Sanch.

*Mors cum minus cogitatur, venit.*

43. Cùm miſſis nuntiis Ochozias graviter ægrotans, de ſua ſalute quæſiviſſet Beelzebuthum Deum Accaronem; ex Dei mandato Parens Elias



Elias pronuntiat ei mortis ſententiam? *De lecto ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris*: 4. Reg. 1. num. 16. Solùm pronuntiatur dies mortis, cur non etiam dies, & hora, quod maximè videbatur ad rigorem pœnæ ſpectare, ut ſi diceretur, hac hora, hoc puncto morieris, ſed ſolùm dicitur mors: adeo abſconditus eſt dies, & hora mortis, ut etiam in prolata ſententia dies, & hora illius occultetur, & ſupprimatur. D. Baſilius Oratione de Morte, ait, *Etſi mors omnibus immineat, dies, & hora ad majorem noſtram vigiliam in ſecretis retinetur*: Hinc ait David Pſal. 30. n. 16. *In manibus tuis ſortes meæ*: ex Hebræo legi poteſt. *Termini vitæ meæ*: à ſolis manibus Dei iſte terminus pendet, inde ſoli ipſi motus, & non nobis eſt.

4. Reg. 1.

*Dies mortis abſconditus, ſoli Deo notus*

D. Baſil. Pſalm. 30. Hebr.

*Matt.* 24. *n.* 45. Quis putas eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore ſuo

*Num.* 46. Beatus ille ſervus, quem cùm venerit Dominus ejus; invenerit ſic facientem.

*Num.* 47. Amen dico vobis: quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

## VERSIONES.

*Syrus n.* 45. Quiſnam putas eſt ſapiens? &c. Super filios domus ſuæ.

*Vatabl.* Quem perfecit Dominus.

*Pagninus.* Famulitio ſuo.

*Æthiopicus.* Ut daret eis alimentum.

*Perſicus.* Neceſſaria.

*Syrus n.* 46. Cùm invenerit, quia ſic faciet.

*Perſicus.* Beatitudo illi ſervo, cùm invenerit in tali opere.

*Syrus n.* 47. Super omnia bona duplicia, quæ ei ſunt, conſtituet eum.

*Arias.* Super omnibus ſubſtantiis ſuis.

*Æthiopic.* Quod ſuper omnes facultates ſuas ponet eum.

## ALTER TEXTUS.

*Luc.* 12. *n.* 42. Quis putas eſt fidelis diſpenſator, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram.

*Num.* 43. Beatus ille ſervus, quem cum venerit Dominus, invenerit ſic facientem.

*Num.* 44. Verè dico vobis, quoniam ſuper omnia, quæ poſſidet, conſtituet illum.

## EXPOSITIO IV.

44. *Quis putas eſt fidelis ſervus?* Hucuſque Chriſtus in ſuperioribus exhortatur nos ad vigilandum, modò ut notat Albertus Magnus, proponit præmium vigilantis in præſenti, & in ſequentibus, à verſu 48. pœnam negligentis. *Quis putas?* Quod verbum communiter exponunt Patres, D. Chryſoſt. D. Paſchaſius, Origenes, Abulenſ. quæſt. 248. per modum interrogationis, non ex ignorantia, ſed ad majorem efficaciam, ac energiam exprimendam, ac declarandam, ut ſæpè interrogando Pater loquitur cum filiis, Dominus cum ſervis, ſicut illud: *Adam ubi es?* Alii, ut Cornelius, dicunt, quod ſine interrogatione hoc modo ſit explicandum: Quis putas eſt fidelis ſervus; *Quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* Prior ſenſus, utpote Sanctorum Patrum, præferendus eſt. Unde illa interrogatio indicat valdè rarum, & ſingulare eſſe talem ſervum invenire. Titus Boſtrenſis ad citatum locum Lucæ, ait: *Non ignorans dixit, quis putas eſt; ſed ut quod rarum eſt, & multo honore dignum, demonſtraret*: ut patet ex verſu ſequenti.

Alb.Magn. D.Chryſ. D.Paſchaſ. Origen. Abulenſ. Boſtrenſis.

45. *Fidelis ſervus*: Fidelis in rebus Domini ſui adminiſtrandis, ut nihil de ſuo, ſed totum de rebus Domini ſui quærat, ut de Samuele ſcribitur 1. Reg. 3 num. 20. *Cognoverunt omnes à Dan uſque Berſabee, quod fidelis Samuel propheta eſſet Domini*; utpote de rebus tantum Domini ſui ſolicitus. *Servus*, qui etiam ut ſic conſtitutus ſuper totam familiam, etiam ſe ut ſervum, & non ut Dominum cognoſcat: *prudens*: non ſciens, vel intelligens dixit, ſed *prudens*; nam ad prudentiam pertinet, ut ait Ariſtoteles 3. Ethicorum, cuncta ordinare, ac diſponere ſecundùm rerum circunſtantias, *quem conſtituit Dominus*; non qui ſe intromittit, ambit, ac procurat, ſed quem Dominus quæſivit, ac conſtituit. D. Thomas. Non affectu ſanguinis, ſed meritorum humilitatis ſervi, fidelitatis, & prudentiæ. *Super familiam ſuam*: ita ſit ſuper totam familiam, *Ut det illis.* Hugo. *Non vendat.* Nam bona illa ſunt Eccleſiæ, ac filiorum ejus, ne lachrymis deploretur; *Aquam noſtram pecuniâ bibimus, & ligna noſtra pretio comparavimus.* Thren. 5. n. 3.

1. Reg. 3. Ariſtot. D.Thom. Hugo.

*Prælatus det dona & non vendat.*

Thren. 5.

46. *Cibum in tempore ſuo*: Quod juxta D. Chryſoſtom. Origen. D. Paſchaſ. Lyranum tripliciter exponitur; uno modo, in diſpenſatione ſpiritualium, quod propriè pertinet ad Prælatos. Alio modo in regimine temporalium, quod pertinet ad principes ſæculares, ac judices. Tertio modo in bono uſu gratiarum, ac donorum à Deo collatorum, & hoc pertinet ad omnes, & ad unumquemque in particulari: *In tempore ſuo*: Opportunè enim diſtribuenda ſunt pabula, pro congruentia perſonarum, & locorum, & temporum. Pſalm. 144. n 25.

D.Chryſ. Origenes. D.Paſchaſ. Lyran.

*Tripliciter intelligitur.*

Pſal. 144. Eccleſ. 20.

*Fatuus operatur extra tempus.*

*Omnia à te expectant, ut des illis cibum in tempore opportuno*: Eccleſiaſt. 20. num. 22. *Ab ore fatui reprobabitur parabola, quia non non dicit illam in tempore ſuo.* Ex eo dicitur fatuus; & reprobatur parabola, quia non profertur in tempore ſuo, quod proprium eſt farui, ut ait Janſenius ibid.

47. Hugo. *Beatus ille ſervus*: Ecce proponitur præmium prudentis, ac fidelis ſervi, quia ut ait Hugo: nil magis movet filios Adæ, quàm propria utilitas, & præmium propoſitum eſt beatitudo, quod eſt omnium bonorum maximum. D.Chryſ. *Invenerit ſic facientem*: D. Chryſoſtom. prudenter, ac fideliter omnia diſponentem, quæ ad rem, ac familiam ſibi commiſſam pertinent, quod rem præſentem magis explicat. D.Luc. D. Lucas: *Ut det illis tritici menſuram*: ut D.Paſchaſ. nempe, menſuranda diſtribuat univerſa, quod optimè explicat D. Paſchaſius lib. 11. in Matthæum, & ait: *Ne aut rem illi det, cui non oportet, & ne illi ſubtrahat, cui expedit, & quantum expedit dare; ſed omnibus (quod prudentis viri eſt) & ſingulis propriam diſtribuat menſuram, & univerſorum cognoſcat qualitates morum, & capacitatem ſenſuum, & meritorum.*

*Bona diſtribuenda cum menſura ad cujuſcunque qualitatem.*

48. Alb. Mag. *Amen dico vobis*: Ecce maximè ad corroborandam ſpem, ut notat Albertus Magnus, confirmatio ſuperiorum: *Super omnia bona ſua conſtituet eum.* Maximè bonos ſervos ſuos præmiando, extollendo, Reges, ac dominos totius terræ conſtituendo. D.Hilar. D. Hilarius: *Super omnia bona ſua conſtituetur, ideſt, in Dei gloria collocabitur, quia nihil eſt ultra, quod melius ſit.* Pater omnia dedit Origenes. Chriſto, ipſe verò non ea ſoli ſibi retinet, ſed ſuis communicat. Origen. tractat. 31. in Matth. ait: *Super omnia bona ſua conſtituet eum, ut ſcilicet conregnet cum Chriſto, cui omnia ſua tradidit Pater, ſicut & boni patris filius ſuper omnem patris ſubſtantiam conſtitutus, participat, ſic hujuſmodi dignitatem, & gloriam fidelibus, & prudentibus diſpenſatoribus ſuis, ut ſint & ipſi ſuper omnem creaturam.* Unde viginti quatuor ſeniores dicebant Agno, ideſt, Chriſto: *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes, & regnabimus* Apocal. 5. D. Paſchaſ. *ſuper terram*, Apocalypſ. 5. num. 10. Ex quo D. Paſchaſius lib. 11. meritò extollit ſummam liberalitatem, ac magnificentiam Chriſti D. ſuper omnes reges univerſæ terræ; nam alii reges conſtituunt ſuos miniſtros principes, ac dominos ſuper unam, vel alteram partem regni ſui; at Chriſtus D. ſuos fideles miniſtros conſtituit ſuper omnia bona ſua, eaque omnia cum eis communicat, eoſque omnium participes facit, ut ait Rabbanus: Rabban. *Ut æterna hæc præmia habeat tum pro ſua vita, tum pro gregis cuſtodia.*

*Summa Chriſti liberalitas in ſuos.*

## Quæstio VII.

### *Quare tantus eſt Dominus in declarando quàm difficile, ac rarum ſit bonum, & fidelem miniſtrum invenire?*

49. Textus. Ait Chriſtus in præſenti: *Quis putas eſt fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore ſuo*: Non loquitur in plurali, ut, quis putas ſunt fideles ſervi, & prudentes; ſed in ſingulari, quia valde ſingulare eſt unum miniſtrum ex multis invenire. Unde ait Apoſtolus 1. Corinth. 4. numero 2. 1.Cor.4. *Hic jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur.* Tanquam unicus & ſingularis, *ut det illis cibum* Hugo: *Non ut vendat.* Caietanus: *Ut non accipiat.* Ut non quærat ſua, ſed quæ Domini, ac familiæ ſunt: quod tam rarum, ac difficile eſt invenire, ut per modum interrogatoriæ orationis, ut ait Abulenſis citatus in Expoſitione, Dominus quærat; *Quis putas eſt fidelis ſervus?* D. Iſidorus Peluſiota lib. 4. epiſtol. 145. ad Theodoſ. Epiſcopum dicit: *Quæ adeo rarum eſſe negotium demonſtrat, ut etiam dubitandi oratione uſus fuerit*: Quod accepit a Magiſtro Chryſoſtom. hom. 51. in Matth. dicente: *Bonum laudabilem proponit rariſſimum tamen, ut quis fidelis inveniatur, & prudens.* D. Paſchaſ. lib. 11. in Matthæum ait: *Dico tanta eorum raritas habetur, ut vix unus habeatur: Rari namque ſunt, qui magis velint ſervire conſervis ſuis quam dominari, magiſque prodeſſe, quam præeſſe... Quoniam quidquid habet Epiſcopus, non tam ſibi habere debet, quam omnibus, quia omnium eſt ipſe, ut ſerviat univerſis* Cum ſcilicet ſit omnium Paſtor.

*Hugo. Caietan. Abulenſ. Valde rarum ac fidelem ſervum invenire. Peluſiota. D.Chryſ. D.Paſch.*

50. Scribit Moyſes Spiritu ſancto dictante, quod cum Joſephus eſſet præfectus omnibus rebus Ægypti, tunc ſubdit, quod ex tritico vendito. *Omnem pecuniam congregavit, & intulit in ærarium Regis.* Geneſ. 47. n. 13. 14. Gen.47. Maximè laudare volens Scriptura Joſeph fidelitatem in rebus Domini, non ait, quod congregavit pecuniam, ſed omnem pecuniam dicit; pro qua commendatione præclarè ait D. Auguſtinus q. 159. *Pertinebat ad Scripturam in hac re commendare fidem famuli Dei.* Expende verbum, *Pertinebat ad Scripturam*: adeò rarum, & difficile eſt invenire unum bonum ſervum fidelem, qui nec minimam rem, vel obolum ſibi aſſumat de rebus Domini ſui, quod niſi Scriptura Spiritu ſancto dictante de Joſeph hoc diceret, nemo hoc crederet, vel ſibi perſuaderet, & ideo ut illud eſſet omnibus inſinuatum, ac credibile, *ad Scripturam pertinebat*: illud declarare, ac aperire.

*D. Auguſt. Valde rarus ſervus, qui non accipiat aliquid de rebus Domini ſui.*

51. Secundò, Hæc verba: *Fidelis ſervus, & prudens, ut det illis cibum in tempore ſuo*: de Prædicatoribus interpretantur communiter Patres D. Chryſoſt. D. Remig. D. Paſchaſ. Alb. Magnus, D. Thomas, & communiter. Unde ait Card. Hugo ex D. Chryſoſt. *Fidelis eſt, qui nihil domini ſuum facit, nec inaniter conſumit. Prudens, qui venit ad id, quod oportet diſpenſare.* Ille eſt fidelis ſervus prædicando, qui in ipſa prædicatione, quæ eſt verbum Domini ſui, nihil, nec lucrum ſuum quærit, *nec inaniter conſumit.* Ut faciunt qui critice, ac artificioſo verbo prædicant; prudens autem erit, ſi ſic prædicat ac diſpenſat verbum, ut oportet, attentâ qualitate, ac diſpoſitione auditorum, ut det illis cibum doctrinæ in tempore, ac occaſione proportionata, ac convenienti, nam ut ait D. Thomas hîc, *Si enim vult dicere verba, quando non competit, perdit.* Unde D. Lucas ſcribit: *Ut det illis in tempora tritici menſuram*: ut ſit conveniens, & accomodata tempori, loco, ac diſpoſitioni auditorum. Ait Chriſtus D. ſuis Apoſtolis, Joan. 16. n. 15. *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò*: quaſi diceret, ait D. Chryſoſt. *Non eſt ignorantiæ meæ adſcribendum, quod non dicam, quæ dicere oportet, ſed auditorum imbecillitati.*

*D Chryſ. D. Remig. D Paſchaſ. Alb. Mag. D.Thom. Hugo.*

*Bonus prædicator quærat auditoris opportunitatem.*

*D. Thom. D.Lucas. Joan.16. D.Chryſ.*



52. Diutiùs Apoſtolus Paulus commoratur apud Epheſios, quàm apud Corinthios, ut patet ex his, quæ ſcribit ad Corinthios, & ait: *Spero aliquantulum temporis manere apud vos, ſi Dominus permiſerit: permanebo autem Epheſi*, &c. 1.Cor.16. 1. Corinth. 16. n. 7. Ex quo apertè colligitur, quod aliquantulum temporis, ſeu per breves moras apud Corinthios extitit. Apud Epheſios verò per majoris temporis ſpatium, ut *permanendi* verbum denotat. Quænam hujus rei ratio? Apoſtolus enim alto dictamine omnia diſponebat. Ex diverſa eorum diſpoſitione rationem colligit D. Ambroſ. ſerm. 2. in Pſal. 118. D.Ambr. Epheſi erant bene diſpoſiti, ac præparati ad recipiendam fidem, ut patet ex his, quæ Apoſtolus ibidem ſubdit, n. 9. *Oſtium mihi magnum apertum eſt, & evidens.* Non ſic verò Corinthi, qui erant obdurati ad recipiendam fidem, ut conſtat ex 1. Corinth. 3. n. 1. *Ego, fratres, non potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: lac vobis potum dedi, non eſcam, nondum enim carnales eſtis.* Optimus, & Divinus Magiſter optimè ſe attemperat auditoribus, faſtidioſos dimittens ad meliorem occaſionem, cum ſtudioſis, ac diſpoſitis ad uberes fructus commoratur; negligentes prætermittit vacuos, ſitientes implet cœleſti pabulo.

*S. Paulus faſtidioſos relinquit, ſitientes implet.*

53. 1.Tim.4. Confirmatur, ac præoccupatur quædam objectio. Ait Apoſtolus 2. Timoth. 4. n. 2. *Prædica verbum, inſta opportune, importune*: id eſt, etiam cum importunus videaris, opportunè prædica, in ipſa importunitate opportunitatem captat; & explorat D. Gregorius 12. p. Paſtoralis, D Gregor. cap. 4. ait: *Dicturus importunè, præmiſit opportunè: quia ſcilicet apud auditoris mentem, ipſa ſua utilitate ſe deſtruit, ſi habere importunitas opportunitatem neſciat.* Ut prædicator fructum faciat, ſemper opportunitas quærenda eſt. Unde illud Apoſtoli Roman. 12. num. 11. Rom 12. *Spiritu ferventes, Domino ſervientes*: legit D. Ambroſius ad citatum Apoſtoli locum, D.Ambroſ. *Tempori ferventes.*

*Bonus prædicator in importunitate quærit opportunitatem.*

## Quæstio VIII.

### *Quare tantum præmium deſtinatur bonis prædicatoribus, & quinam ſint iſti?*

54. Ait Chriſtus D. in præſenti: *Fidelis ſervus, & prudens*: & aſſignans mercedem, ait: *ſuper omnia bona ſua conſtituit eum*: & quiſnam eſt iſte fidelis ſervus, & prudens, qui ad tantum præmium elevatur, ac aſſumitur, ut omnium bonorum Domini ſui fiat particeps, ſuper omnia bona Domini ſui conſtituatur, quia ut ſatis eſt explicatum ſuperiori quæſtione, qui nihil ſui commodi, ac lucri quærit, ſed tantùm bona Domini ſui intendit, de illis eſt ſolicitus, quia tam fidelis, & prudens ſervus, quod in ſuo munere ſibi commiſſo nihil ſuum quærit, ſed tantùm quæ Domini ſunt, digniſſimum eſt, ut pro mercede omnia bona Domini ſui recipiat.

*Qui pro Deo omne lucrũ dimiſit, à Deo omnia accipit.*

55. D.Remig. D. Remigius in præſenti de bonis prædicatoribus Domini verbum interpretatur, dicens: *Binos autem prædicatores ſuper omnia bona ſua conſtituet.* Prædicator, qui Dei verbum fideliter tractat, & auditoribus proponat, *ut nihil Domini ſuum faciat.* Qui verbum Dei ſic adminiſtrat, ut ad auditorum profectui tantum invigilet, qui inanes vulgi applauſus negligit, qui aurum, & argentum non quærens contemnit, & ſolùm Dei gloriæ militat, hic omnibus Domini bonis diſpenſandis excelſè præficitur: *Bonos prædicatores ſuper omnia bona ſua conſtituet.* Hic eſt unicus, & rara avis in terra: *Quis putas eſt fidelis ſervus, & prudens?* Hugo ſuperiori quæſtione datus: Hugo. *Quis raritatem denotat. Quantò autem rarior invenitur, tantò beatior eſt, qui invenitur*: cum hoc ſit valde rarum, ac ſingulare, qui nihil ſuum quærit, ideo ſummè honorandus, ac venerandus.

*Prædicator alienus à lucro, omnibus præficitur.*

56. Cum Joannes miſiſſet ſuos diſcipulos ad quærendum an Chriſtus D. eſſet Meſſias; ne Dominus videretur de ſe teſtimonium perhibere, opera ſua advocat in teſtes. *Ite, dicite Joanni, quæ vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur; ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur.* Matth. 12. num. 5. Matth.12. Magna, & præclara miracula ſua proponit Chriſtus, quæ apertè ipſum verum Meſſiam, ac Filium Dei demonſtrabant, & in hoc catalogo ſuorum operum; ſemper à minoribus ad majora procedit: & poſt ſanitatem datam cæcis, claudis, leproſis, ſurdis, ponitur reſurrectio mortuorum, ut cæteris quid majus, ac excellentius; tamen poſt defunctorum ſuſcitationem ponitur, *pauperes evangelizantur*: ideſt, pauperibus prædicatur, & annunciatur Evangelium, ac ſi non ſit minus miraculum prædicare Evangelium pauperibus, à quibus nec merces, nec lucrum, nec aliquid commodi temporalis ſperatur, quàm mortuos ſuſcitare? adeo rarum, & difficile eſt illud prædicare, & docere Dei amore, abſque alicujus temporalis proventus intuitu. Beda ait: Beda. *Ite, dicite Joanni, Cæci vident, claudi ambulant, mortui reſurgunt, pauperes evange*

*Veluti miraculum, quod prædicator lucrum temporale non quærat.*

*evangelizantur, quod his non minus eſt, & pauperes evangelizantes. Hæc magiſtri rigorem, hæc præceptoris comprobant veritatem, quoniam inter nobiles, & ignobiles apud Deum, qui ſalvare poteſt, æqualis eſt* Expende illud, *Quod his non minus eſt pauperes evangelizantes.*

57. Velle comedere de fructu ſcientiæ, valde perantiquum malum eſt à prima noſtra radice, ac Parentibus proveniens. Præcepit Deus Adæ: *Ex omni ligno paradiſi comede; de ligno autem ſcientiæ boni, & mali, ne comedas: in quocunque die comederis ex eo, morte morieris.* Gen. 2. n. 16. ex quo mirificè laudat D. Gregor. Nazianzen. D. Baſilium oratione habita pro ipſo, & ait: *Adam Dei manu, ac deliciarum paradiſi: & prima lege dignus habitus eſt: tamen ille præceptum minimè ſervavit: Baſilius autem, & illud accepit, & ſervavit; nec enim ex ſcientiæ ligno commodi quicquam accepit.* Poſuit Deus præceptum Adamo, ut de ſcientiæ ligno non comederet; at ipſe creatus in ſtatu innocentiæ, ac in tanta perfectione; non potuit ſe cohibere, etiam duriſſima pœna impoſita, quin de fructu ſcientiæ guſtaret, ac cibum caperet, ex quo mirificè laudatur D. Baſilius, eo quod cùm præclariſſima, & excellentiſſima ſcientia replendeſceret, nil commodi, ac lucri ex ea accepit, nec reportavit, non quærens aliquid ſui, ſed quod Domini ſui erat. *Nihil Domini ſuum fecit*, quod valde rarum, ac ſingulare eſt, *& quantò rarior invenitur, tantò beatior eſt qui invenit.* Vide tom. 3. in Evangelia, cap. 13. q. 26. & 16.

Gen. 2.

*Vitium à radice, ex ſcientia quærere lucrum temporale* D. Nazianz.

*Matt. 23. v. 48.* Si autem dixerit malus ſervus ille in corde ſuo: Moram facit Dominus venire.

*Num.* 49. Et cœperit percutere conſervos ſuos, manducet autem, & bibat cum ebrioſis.

*Num.* 50. Veniet Dominus ſervi illius in die, qua non ſperat, & hora, qua ignorat.

*Num.* 51. Et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis: illic erit fletus, & ſtridor dentium.

## *VERSIONES.*

*Syrus n.* 48. Tardat adventum ſuum.

*Arabicus.* Dominus meus morabitur.

*Perſicus.* In longum pertrahat adventum.

*Perſicus n. 49.* Et cœperit cædere, & cruciare.

*Syrus.* Et fuerit potans, & edens cum turbulentis.

*Æthiopicus.* Et cœperit percutere ſocios ejus, filios, & filias, & ſervos Domini ſui.

*Syrus n.* 25. In die, quam non novit, nec expectat.

*Origenes.* Ad horam, quam non expectat.

*Syrus n.* 51. Et ponet partem ejus cum aſſumentibus vultum.

*Græc. ex Guid.* Et diſſecabit eum.

*S. Ephiphan.* Servum ipſum in duas partes ſecabit, ponet, &c. cum infidelibus.

*Æthiopicus.* Et condemnabit eum, & tradet portionem ſuam.

*Perſicus.* Et dentium colliſio.

## *EXPOSITIO V.*

MULTIS, ut notant Sancti Patres, Chryſoſtom. Paſchaſ. Alb. Magn. ad ſummam vigilantiam diei judicii, tam univerſalis, quàm particularis, nos exhortatur Chriſtus, utpote ad rem neceſſariam, in qua totum negotium noſtræ ſalutis pendet. Primò, ex inopinato diluvio in diebus Noë. Secundò: ex parabola furis noctu advenientis, Tertiò: ex præmio propoſito ſervo fideli ac vigilanti. Quartò ex pœna impoſita ſervo infideli, & negligenti, qui apud ſe ſtatuit: *Moram facit Dominus meus venire*; ſeu ut habet Perſicus, *in longum pertrahat adventum.* 58. D. Chryſ. D. Paſchaſ. Alb. Magn. Perſicus.

59. *Cœperit percutere conſervos ſuos*; quia fortè monita ſalutis dabunt, ac ad rectam adminiſtrationem exhortabuntur: *percutere*, ſeu ut legit Perſicus: *Cædere & cruciare*: Arabicus: *Cœperit percutere ſocios, filios, ac filias*: ſcilicet Domini ſui, quod D. Auguſtin. tribuit ejus ſuperbiæ, ac ſi arrogantiæ, qua ſe vult ſuper conſervos erigere, ac ſi eſſet illorum Dominus, ſuper eos dominatum habens. D. Chryſ. Lyr. adſcribunt ejus crudelitati contra charitatem, ex cujus defectu veniunt omnia mala in proximos; *manducet: & bibat.* D. Auguſt. ob ejus nimiam luxuriam. D. Paſchaſ. D. Remig. dicunt, quod in hoc oſtenditur ejus infidelitas in diſſipandis bonis Domini, nihil de ejus adventu cogitans. *Cum ebrioſis*, ideſt, cum malis, ac peſſimis hominibus, gulæ, ac intemperantiæ deditis: Gula fomentum totius prævaricationis. Ex quo Origenes, Rabbanus, Albert. Magn. arguunt Epiſcopos, & Prælatos; *qui non ut conſervi miniſtrant, ſed quaſi Domini, & frequenter ut amari Domini per vim dominantur, & non eſurientes ſuſcipiunt, ſed epulantur cum ebrioſis*, Ita Origenes. Perſicus. D. Auguſt. D. Chryſ. Lyran. D. Paſchaſ. D. Remig. *Gula malorum fomentum.* Origenes. Rabban. Alb. Magn.

60. *Et veniet Dominus in die, quâ non ſperat.* Syrus: *In die quam non novit, nec expectat.* Origenes: *ad horam quam non expectat* Sequitur Textus, *& dividet eum.* Græcus; *diſſecabit eum* D. Hier. non in partes, ſed ſeparabit eum ab electis ſuis, ſicut Paſtor ſegregat oves ab hœdis; alii exponunt; *Dividet eum*, per mortem, in qua anima ſeparatur à corpore: *partemque ejus*; id eſt, ejus ſortem: *maledicta pars ejus in terra*, Job. 24. n. 18. *ponet cum hypocritis*: ideſt hominibus iniquiſſimis, ac peſſimis, & ponunt hypocritæ in exemplum, ut omnium iniquiſſimi. *Illic erit fletus: & ſtridor dentium*: fletus ob ingentis fumi copiam, ſtridor ob vehementiam frigoris, de quo multa dixi tom. 4. Syrus. Origenes. Græcus. D. Hieron. Job 24. *Hypocritæ omnium peſſimi.*

CAPUT



# CAPUT XXV.

TUNC ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipien-
tes lampades ſuas exierunt obviam Sponſo, & Sponſæ. 2. Quinque
autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. 3. Sed quinque fatuæ,
acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum 4. Prudentes ve-
rò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. 5. Moram autem faciente Spon-
ſo dormitaverunt omnes, & dormierunt. 6. Media autem nocte clamor factus eſt;
Ecce ſponſus venit, exite obviam ei. 7. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & or-
naverunt lampades ſuas. 8. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: date nobis de oleo ve-
ſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. 9. Reſponderunt prudentes, dicentes: ne for-
tè non ſufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. 10 Dum au-
tem irent emere, venit Sponſus; & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias,
& clauſa eſt janua 11. Noviſſimè verò veniunt & reliquæ virgines dicentes: Domi-
ne, Domine, aperi nobis. 12. At ille reſpondens ait: Amen dico vobis, neſcio vos 13.
Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam 14. Sicut enim homo peregrè pro-
ficiſcens, vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua. 15. Et uni dedit quinque talen-
ta, alii autem duo, alii verò unum, unicuique ſecundùm propriam virtutem: & profe-
ctus eſt ſtatim. 16 Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis.
& lucratus eſt alia quinque. 17. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo.
18. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam Domi-
ni ſui. 19. Poſt multum verò temporis venit Dominus ſervorum illorum, & poſuit
rationem cum eis. 20. Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quin-
que talenta, dicens: Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſu-
perlucratus ſum. 21. Ait illi Dominus ejus: Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper
pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui. 22. Ac-
ceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine duo talenta tradidiſti
mihi: ecce alia duo ſuperlucratus ſum. 23. Ait illi Dominus ejus: Euge ſerve bone,
& fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſuper multa te conſtituam: intra in
gaudium Domini tui. 24. Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait:
Domine, ſcio quia homo durus es: metis ubi non ſeminaſti, & congregas, ubi
non ſparſiſti. 25. & timens abii, & abſcondi talentum tuum in terra: ecce habes, quod
tuum eſt. 26. Reſpondens autem Dominus ejus, dixit ei: ſerve male, & piger, ſcie-
bas, quia meto ubi non ſemino, & congrego ubi non ſparſi. 27. Oportuit ergo
te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepiſſem utique
quod meum eſt cum uſura. 28. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui
habet decem talenta. 29. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei, autem, qui
non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. 30. Et inutilem ſervum
ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & ſtridor dentium. 31. Cùm au-
tem venerit filius hominis in majeſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit
ſuper ſedem majeſtatis ſuæ. 32. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, &
ſeparabit eos ab invicem, ſicut paſtor ſegregat oves ab hœdis. 33. Et ſtatuet oves
quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. 34. Tunc dicet rex his, qui
à dextris ejus erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis re-
gnum à conſtitutione mundi. 35. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare: ſiti-
vi, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram & collegiſtis me. 36. Nudus, & ope-
ruiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me; in carcere eram, & veniſtis ad me. 37.
Tunc reſpondebunt ei juſti dicentes: Domine quando te vidimus eſurien-
tem, & pavimus? Sitientem, & dedimus tibi potum? 38. Quando autem te vi-
dimus hoſpitem & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? 39 Aut quan-
do te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te 40. Et reſpondens
rex dicet illis: Amen dico vobis, quandiu fe iſtis uni ex his fratribus meis mi-
nimis, mihi feciſtis. 41. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à
me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus? 42.
Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitivi, & non dediſtis mihi

 potum,

Potum 43.hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me; infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me.44. Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere: & non miniſtravimus tibi?45. Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis. 45.Et ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

Superiori cap. à n. 36. uſque ad finem illius quatuor documentis, ut notavi in fine ipſius cap. num. . admonet Chriſtus D. ſuos fideles ad aſſiduam vigilantiam ob incertum, & incognitum diem adventus judicii, pergit nunc ad eandem vigiliam exhortandum duabus parabolis, una de Virginibus, altera de Talentis.

*Primò, Verſ.*1.Proponit parabolam de decem Virginibus, quarum quinque erant fatuæ, & quinque prudentes: quod explicavi tom 4. cap. 51.

*Secundò, V.*14.Proponit parabolam talentorum, quæ Dominus diſtribuit per ſervos ad negotiandum, in quo ſervi boni lucrati ſunt, & duplicaverunt talenta; quod expendi tom.4. cap. 51.

*Tertiò, V.*24.Introducitur malus ſervus, qui accepto talento nihil lucratus eſt, & contra Dominum ſuum obmurmurat, quod hîc eſt explicandum.

*Quartò, V.*31.Totam rem manifeſtat, & explicat Chriſtus D. totamque extremi judicii ideam proponit, ultimamque ſententiam tam in bonos, quàm in malos profert; quod totum explicavi tom. 4. cap. 50.

## Decem Virgines.

### QUÆSTIO I.

### *Quare Virgines exeuntes obviam ſponſo, ac ſponſæ, tot ſunt fatuæ, quot prudentes?*

1. Textus.

AIT Chriſtus in præſenti, n. 1. *Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, quæ exierunt obviam ſponſo, ac ſponſæ: quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes:* Quod Evangelium explicavi tom.4. n.51. Nunc adde, Quod hîc in præſenti ponitur ſponſus, & ſponſa, Chriſtus D. communiter intelligitur per Sponſum, & Eccleſia per Sponſam; tamen D. Hilar. ait: *Sponſus, & ſponſa Dominus noſter eſt:* Proindeque Dominus Jeſus ſub nomine ſponſi, & ſponſæ ſignificatur. Sponſus ob fortitudinem, ad tuendam, ac gubernandam ſuam Eccleſiam, illiuſque filios; Sponſa ob fœcunditatem pariendi filios, ipſoque generandi. De viris Sanctis, ac Apoſtolicis ait Iſaias 26. n.28. *Concepimus, & quaſi parturivimus, & peperimus:* & cur generoſiſſimis viris attribuitur, quod proprium ſponſæ eſt concipere, & parere? Noſter D. Cyrill. Alexandr. in Iſaiam lib.5. c.61. prope finem ait: *Sancti comparandi ſunt ſponſo, & ſponſæ, propter fortitudinem, & præterea ob fœcunditatem.*

D.Hilar. *In Chriſto fortitudo, & fœcunditas agnoſcitur.* Iſai.26. D.Cyr. Al.

2. Ric. à S. Lau.

Aliter Sponſum, & Sponſam interpretatur ex D. Hieron. Richard à S. Laur. lib.4 de laudibus Mariæ: *Exierunt obviam ſponſo, & ſponſæ: ideſt, Chriſto, & Mariæ:* ſed ſtatim ſuboritur difficultas, nam ſubditur: *Moram autem faciente ſponſo, dormitaverunt omnes: & dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obviam ei.* Ecce hic ſolus ſponſus venire dicitur, id eſt, ſolus Chriſtus, & nulla de ſponſa, ſeu Maria fit mentio? Antea cùm veluti eſſent præparatæ cum ſuis lampadibus, & exirent obviam ſponſo, & ſponſæ, veluti ad ſponſationem & gaudia, ac tanquam ad recipiendam mercedem, ibi nomen ſponſæ, ſeu Mariæ ponitur, modò verò dormitaverunt & dormierunt omnes, & vox illa ſonat: *Ecce ſponſus venit, exite obviam ei:* veniebat ſcilicet Chriſtus ut judex ad judicium, ut fatuis debitam pœnam daret. Ibi abſentia Mariæ ſupponitur, ab ejus enim præſentia totius rigoris ſeveritas exulat, ac totius pietatis, ac clementiæ fons dimanat. Pro quo vide multa verb. *Mariæ*, in noſtris libris.

*Ut ſeveritas rigoris exerceatur, abeſt Maria.*

3. Difficultas.

Tamen quæſtio principaliter inquirit, quare dicantur quinque fatuæ, & quinque prudentes, & fatuæ ponuntur primo loco de communi hominum uſu, de quo venit, quod neſciens, & fatuus primum teneant locum. Cur ergo dicuntur totidem fatuæ, ac prudentes,



cùm ſatis experientia notum ſit, quod incomparabiliter major eſt ignorantium multitudo, quàm ſapientum paucitas. Unde dicitur Eccleſiaſt. n.15. *Stultorum infinitus eſt numerus:* & cùm Chriſtus quæreret apud partes Cæſareæ. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? dicunt Apoſtoli: *Alii Joannem Baptiſtam, alii Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex Prophetis:* ſolus Petrus ſapienter ſcopum attigit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Matth. 16. n.16. Multorum errores referuntur, & inter eos ſolus Petrus veritatem teſtatur:

Eccleſ.1. Matth.16.

4. Reſpondeo, quod omnes iſtæ, tam fatuæ, quàm prudentes erant Chriſto deſponſatæ, ac conſecratæ; tanquam ſi viverent in religione, & ideo dicuntur exire obviam ſponſo, ac ſponſæ; & quamvis qui ſæculo ſerviunt, ac militant, multò major ſit multitudo ſtultorum, ac damnatorum, quàm numerus prudentem, ac juſtorum, cùm tamen hæ decem virgines eſſent Chriſto deſponſatæ, *exierunt obviam ſponſo & ſponſæ:* ideo non major, & amplior numerus in eis aſſignatur, ſed æqualis cum prudentibus quia quamvis eſſent Virgines, & deſponſatæ Chriſto, cum prudentibus ſimul eodem clauſtro viventes; non eis profuit diligentia prudentium, qua ornaverunt lampades ſuas: ſed ſciant, quod ob ſuam negligentiam æqualiter poſſunt damnari, ac condemnari, ut prudentes ſua aſſidua cura ſalvari: non quilibet ſe exiſtimet ſecurum, ex eo quod ſit in Eccleſia, monaſterio, ac Religione, habitus non facit monachum, ſed bona conſcientia in Deum germinat ſalutem.

*Qui eſt a ſponſatus cum Chriſto, vigilet ne ruat.*

5. Noſtra Theſis optimè probatur ex fine ſuperioris cap. 24. Ubi introducuntur duo ſervi, unus bonus vigilans ſuper adventum Domini ſui; & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum: qui cùm fideliter ſe habuiſſet in bonis ſibi commiſſis, cum conſtituit Dominus ſuper familiam, at iniquus ſervus cum minimè de adventu Domini ſui cogitaſſet, & manducaret, ac biberet, luxurioſè vivens, Dominus hora, qua non putavit, advenit, *& dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis, illic erit fletus, & ſtridor dentium.* Ecce duo ſervi ambo de Domini familia, ac domo; unus ab ipſo ſublimatur, qui vigilans fuit; alter verò negligens ad tartarum damnatur. Matth. 24. n. 51. Unde hoc? ex vigilantia, vel negligentia parum prodeſt eſſe in domo Domini, ac de familia illius. D. Paſchaſ. lib. 11. de iniquo ſervo, ait: *Servus erat, ſed malus ſervus, & inde à Domini familia patrocinium non habuit:* ſic & Giezi Eliſæi reportavit lepram, & tamen ab illa domo ſalus Syro manavit; huic fides dedit ſalutem, illi perfidia intulit lepram; ut ſuprà notavi ex D. Ephrem, cap.23. q.11. n.88.

Matth.24. *Quamvis quis ſit ex familia Domini, non inde ſecurus.*

6. Deplorans Oſeas Propheta miſeriam Iſraëlis, cap. 4. n. 16. *Quoniam ſicut vocat laſciviens declinavit Iſraël:* alii legunt, *Divertit Iſraël à via ſua:* Iſraël domus Dei erat; *Regnabit in domo Jacob:* tamen cùm eſſet in domo Dei, declinavit tanquam vacca laſciviens, quæ ob diverſa paſcua multa diverticula quærit, facileque rapitur à diverſis herbis, quæ objiciuntur, ut recto tramite relicto, diverticula quærat, ut præcipitetur; ſic ſe habuit Iſraël, qui cum in domo Dei eſſet, ſub multiſque Sanctis documentis: tamen ob voluptates, ac delicias deviavit à via recta, & ad extremam ruinam venit: *Cum in via ſancta ambularet:* ait Carthuſianus, *à rectitudine viæ Dei per omnium diverticula vitiorum enormiter vagando:* juſtitiam perdidit, & omne malum invenit.

Oſec.4. Alia lectio *Non ſat eſt eſſe in via, ſed oportet ne deflectat.* Carthuſ.

### QUÆSTIO II.

### *Quare vox ſponſi, quæ dulcedinem indicat terribiliter ſonat?*

7. Textus.

AIT Textus in præſenti: *Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obviam ei.* Valde familiare eſt Sacræ Scripturæ, ut cum Dominus ad judicandum procedit; dicatur deſcendere, ut ipſe poſt lapſum veniens, judicaturus Adamum, Geneſ.4. n.8. *Audivit vocem Domini deambulantis in paradiſo:* ad confundendam linguam turrim ædificantium. Geneſ. 11. n. 5. *Deſcendit autem Dominus, ut videret turrim, & civitatem.* In quinque illas civitates luxuriantes, turpiter animadverſus ait Geneſ. 18. n. 21. *Deſcendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* Sic in novo teſtamento cum de extremo judicio eſt ſermo Luc.12. n. 43. *Beatus ille ſervus, quem cum venerit Dominus, invenientem ſic facientem,* ibidem n.48 *Veniet Dominus ſervi illius in die qua non ſperat:* & in præſenti ad decem Virgines, *ecce ſponſus venit:* & multi aliis in locis. Ad quid ergo dicitur venire ad judicandum, ac ad puniendum, cùm ipſe de Cœlorum habitaculo, ac ſuæ majeſtatis ſolio cuncta, ac univerſa videat ut dicitur Pſalm. 32. n. 21. *De cœlo reſpexit Dominus ſuper filios hominum:* & Apoſtolus Hebræorum 4. n.13. *Omnia ſunt nuda, & aperta oculis ejus.*

Gen.3. Geneſ.11. Gen.18. Luc.12. Pſal.32. Hebr.4.

D. Baſil. in Expoſitione ad citatum Pſal. 32. ait: Quod Deus ad benefaciendum dicitur proſpicere de cœlo, ad puniendum deſcendere, & venire: & ſubdit rationem D. Baſilius, *Quia benefaciendi cauſam a ſe ipſo, ad puniendum verò ab hominibus deſumit.* Secundò, quia ad judicandum requiritur ſumma attentio, ac ſuſpectio, & operum examen. Tertio: ait Cajetanus ad citatum cap. 3. Geneſis, ad indicandam ejus ſupremam providentiam, quæ non ſolum verſatur circa ea, quæ fiunt in cœlis, ſed etiam circa inferiora, quæ in terris aguntur. Quartò ad indicandum illam ſupremam, & altam pacem, & gloriam Empyrei, à quod abeſt omnis diſtrictioris judicii horror, & eliminatur omnis pœnæ ſeveritas.

D.Baſil. *Deus prior ad miſericordiam.* Caietan.

9. Tota quæſtio principalis eſt, quomdo vox ſponſi, quæ tota ſuavis & dulcis eſt, unde dicebat illa Dei dilectrix: *Sonet vox tua in auribus meis;* hic ſit terribilis, & horribilis: *Ecce ſponſus venit*, ut ponderat D. Ephrem in metro ſecundo de Antichriſto, & ait: *Vox item tuba audietur, horrendum illud occinens, dicenſque, Surgite, qui obdormitis, ecce venit ſponſus.* Ecce reſonat vox Divina Sponſi advenientis, quæ dicitur tremenda, & formidoloſa, cùm adventus ſponſi totus ſit amicabilis, dulcis, ac gratus & affabilis? Vox illa erat vox divina advocans, quæ cum primò auditur, formidoloſa eſt, & terrorem ingerit, poſtea verò tota dulcis & mellea eſt: *Intraverunt cum eo ad nuptias.*

D.Ephrem *Vox divina advocans, etſi in principio ſit terribilis, poſtea verò ſuavis.*

10\. [Amos 1.] Ait Propheta Amos cap. 1. nu. 2. *Dominus de Sion rugiet, & de Jeruſalem dabit vocem ſuam.* Dico in præſenti, Deo attribuuntur rugitus, & vox Rugitus terrorem importat, ſicut & vox gratiam, & amicitiam. [Rupertus.] Unde ait Rupert. lib. 13. de Gloria, & honore filii hominis, & ait: *Differunt rugitus Domini, & vox ipſius. Rugitus ſolus infert timorem; vox autem loquelam exprimens cum terrore, habet etiam doctrinæ rationem. Et Dominus ſuper infernum ſolummodò rugiet: Mundo autem, id eſt gentibus, vocem ſuam dedit, doctrinæ rationem expreſſit:* Rugitus, & vox, etſi videantur inter ſe repugnare, tamen aptè conveniunt in Dei verbis, rugitus terribilis reſonat in Reprobos, ac damnatos. [*Vox Dei terribilis, & ſuavis.*] Vox dulcis, & amicabilis erga gentes, eas docens, & illuminans in viam ſalutis: *Dominus de Sion rugiet, & de Jeruſalem dabit vocem:* Sion idem valet, ac ſpecula, ſicut & Jeruſalem, Viſio pacis; in ſpecula, ac vigilia eſt timoris rugitus; neſcimus enim quando veniet, & quod inveniet: at de Jeruſalem, ſeu Viſione pacis, ſuavis, & dulcis vox reſonat: *Gaudete juſti in Domino.*

11\. [Ecclеſ. 5.] Dicitur Eccleſiaſt. 1. nu. 15. *Initium Sapientiæ timor Domini*; quod compone cum his, quæ dicuntur eodem cap. 1. num. 22. *Corona ſapientiæ timor Domini:* [*Vox Dei ſonat inter ſpem, ac timorem.*] Initium, & corona opponuntur inter ſe, tanquam principium, & finis; ſi ergo timor eſt initium ſapientiæ, quomodo poteſt eſſe corona, quæ ut præmium eſt finis meritorum? Tamen timor eſt initium, & corona? timor eſt initium tanquam principium, ac exordium virtutis, ac Religioſæ vitæ; corona in Spe totius gaudii, ac exultationis. [D. Lau. Juſt.] D. Laurentius Juſtinianus de ligno vitæ, c. 1. ait: *Corona ſapientiæ, timor Domini, magna enim ſalutis ſpes, & maxima in profectu virtutum cauſa eſt timor Domini; quia te poſſidentem ſolicitum reddit ad peregenda, quæ Dei ſunt.* Eſt timor initium ſapientiæ, ac doctrinæ cœleſtis s qui hominem in multa vigilia, ac auſteritate ſollicitum conſtituit; & etiam corona, *Magna ſalutis ſpes*: qua ſpe eum replet cœleſtis gaudii, ac beatitudinis.

---

## QUÆSTIO III.

### *Quare mirifice ſancta Thereſia acceperit ſuam lampadem, eamque ornaverit, qua ad cœleſtes nuptias intravit?*

12\. De quinque prudentibus Virginibus dicitur: *Acceperunt lampades ſuas, ornaverunt, & intraverunt cum eis ad nuptias.* Beata Thereſia accepit lampadem ſuam ex divina bonitate magna gratiarum copiâ, quam Deus multa liberali manu luculenter ei conceſſit, ut ipſa exclamans, in eis modum imponi deprecatur, ne de ſua conditione facilè oblivisceretur; ſic Deus tam magnifico cumulo eam locupletabat, ut ad ſummum ſanctitatis apicem veheretur. Ait Deus Abrahamo: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam monſtravero tibi:* [Geneſ. 12.] Geneſ. 12. n. 1. multus eſt Deus in explicando loco, de quo mandat exire Abrahamum: *de terra, & de domo Patris tui, de familia tua.* Cur ergo etiam ſaltem leviter non ei inſinuatur plaga, ad quam debet ire, ſed abſque meta, & termino ei dicitur: *Veni in terram quam monſtravero tibi.* [*Virtus Thereſiæ tam ampla, & lata, veluti ſine meta.*] Præclarè D. Baſilius Seleucus Orat. 7. ait; [D. Baſil. Sel.] *Veni in terram, quam monſtravero tibi: locum occultat, ut animi conſtantiam exerceat, metam celat, ut curſum commendat:* Curſus meta non proponitur Abrahamo; nam illius animi virtus, conſtantia, ac promptitudo metiri, ac menſurari non poterat; ſed ſupra totum mundum extendebat. Valde diverſimodè Deus & Abrahamus illius conditionem appendebant: Abrahamus quid valde minimum & vile de ſe ſentiebat, tanquam quid minimum, & infimum naturæ humanæ, cum de ſe diceret: *pulverem, & cinerem.* [Gen. 10.] Geneſ. 18. nu. 27. ac proinde omnium indigniſſimum, tamen divina gratia aliter ordinabat, ut inter terminos humanæ naturæ ad magnum perfectionis apicem elevaretur, & nullo orbis termino ſiſteret: *locum occultat, ut animi conſtantiam exerceat:* ſic & Thereſia, quamvis de ſe parum judicaret, & inde modum in donis exoptaret; tamen Divina Providentia ſic diſponebat eam exaltare, ut ejus virtus eſſet immetata, & ſine meta, ac termino creſceret.

13\. Intraverunt cum eo ad nuptias, & tam peculiariter, ac magnificè intravit Thereſia ad nuptias divini Sponſi, ut non ſolùm eam haberet Chriſtus ſecum in ſua gloria, ſed etiam venerabili Annæ à S. Bartholomæo oſtenderet Chriſtus Thereſiam habere in corde ſuo repoſitam ut in ſua ſede, ſeu veluti quadam pretioſiſſima theca in corde, ac pectore ſuo. [*Mirifica gloria Thereſia, dum in corde Chriſti apparet collocata.*] De Davide pro eximia, ac ſingulari laude decantatur à Sacra Scriptura, quod fuit vir ſecundum cor Dei: *Quæſivit Dominus ſibi virum juxta cor ſuum*, [1. Reg. 13.] 1. Reg. 13. n. 14. quo maximè omnes Sancti Patres David merita, ac virtutes celebrant, & extollunt. Pro quo audiendus eſt D. Chryſoſtom. [D. Chryſ.] homilia de David & Goliath: poſtquam multis exaltati ac laudat Davidis virtutes, cùm ad tantum apicem ſit elevatus, ut dicatur Vir ſecundum cor Dei, ait: *Dum, inquam, David cordi Dei cor proprium jungit, & menti ejus mentem ſuam adnectit; hoc eſt, ut quæ vult Deus, velit; & quæ non vult, ſimiliter nolit: ſic eum Dominus individuo amore, & conjuncta charitate dilexit,* Perpende ultima verba in rem noſtram: ſi ergo ex eo quòd David erat juxta ſeu conjunctus cordi Dei, erat ſummo, ac eximio amore dilectus, ac in magna charitate habitus: *ſic eum Dominus individuo amore, & conjuncta charitate dilexit*: Quantò magis ergo B. Thereſia erit ſingulari, ac individuo amore, ac inexplicabili charitate dilecta, cùm non ſit juxta, ac ſecundùm cor Dei, ſed in ipſomet corde Dei ſedeat, & requieſcat, ut in habitaculo ſuo?

14\. [Joan. 1. Græcus.] Loquens de Chriſto D. Joannes cap. 1. n. 17. *Unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit nobis.* Græcus habet: *Unigenitus, qui eſt corde Patris.* Dicitur in corde Patris, latè; quia Æternus Parens cum ſit purus Spiritus, non habet cor, nec oculos; ſed quia ob limitationem noſtri intellectus non poſſumus intelligere Divina, prout in ſe ſunt, ſed per analogiam ad creata: Dicitur



[D. Athanaſ. D. Cyrill. D. Chryſ. D. Auguſt.] Dicitur ergo, quod filius unihenitus ſit in corde Patris, ut explicat D. Athanaſius lib. 3. de Trinitate. Noſter D. Cyrill. Alexandr. lib. 1. in Joannem, cap. 22. D. Chryſoſt. homil. 14. D. Auguſtinus, & alii, ut hoc metaphorico modo declaretur, ac explicetur illa ſumma, intima, & ſubſtantialis identitas, quæ per eſſentiam, ac naturam datur inter Patrem, & filium ſimul cum ſubſtantiali, ac perfectiſſimo amore, dicitur, quod unigenitus filius Dei eſt in corde Patris; nam vivens magnam conjunctionem, ac unionem, & amorem habet cum ſuo corde, à quo ejus vita dimanat, ut à ſuo principio. Eundem ergo cordis locum, quem Æternus Pater dat filio ſuo Unigenito ad manifeſtandam ſuam intimam unionem, ac amorem ſubſtantialem erga eum; [*Intimus amor, ac unio inter Chriſtum & Thereſiam.*] dat ipſemet filius Unigenitus Thereſiæ, ſpiritualiter eam conſtituens in corde ſuo, tanquam in ſua ſede, ac habitaculo ad oſtendendam ſuam eximiam unionem, ac amorem erga eam per gratiam, ac benevolentiam, & participationem, qui eſt modus, quo Deus creaturis ſe communicat; nam per eſſentiam, & ſubſtantialem identitatem hoc ſolùm datur inter perſonas Divinas.

---

## QUÆSTIO IV.

### *Illuſtriſſima B. Thereſia pro ſe, ac toto mundo, ornavit lampadem ſuam?*

15\. Ornaverunt lampades ſuas: non ſolùm Thereſia ornavit lampades ſuas, ut luceret, ac fulguraret ſuâ perſonâ; ſed etiam ut ingentes lucis radios per totum orbem diffunderet per filios, ac filias ſuas. Cùm ſeptem eſſet annorum, à domo paterna aufugit, ut in Africam tranſiret, ubi vitam pro Deo profunderet; à patruo revocatur, & Dei conſilio tantum opus aggreditur, quo nullum majus poteſt eſſe in pura creatura, quam vitam dare pro Deo: [Joan 15.] *Nemo majorem charitatem habet, quàm ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*: Cur ergo, bone Deus, tam admirabile opus ad totius Orbis exemplum non permittis? Abrahamus erat eximius Prædicator, ac Doctor fidei unius Dei veri creatoris cœli, & terræ. Ubi nos habemus, *Abraham pertranſivit uſque ad vallem illuſtrem*: [Geneſ. 12. Hebræus.] Gen. ſ. 12 num. 6. ex Hebræo legitur: *Pertranſivit uſque ad quercum Doctoris*: pro quo alia dixi ſuprà, cap. 25. q. 2. Ex quo indignati idololatræ eum conjecerant in medium ignis, [Gen. 11.] à quo mirabiliter eum Deus liberavit. Geneſ. 11. n. 31. *Eduxit eum Dominus de Ur Chaldæorum:* [Eſdr. 2. c. 3.] & clarius Eſdras 2. cap. 9. n. 9. *Elegit Abraham, & eduxit eum de igne Chaldæorum*: ſi Abrahamus tam generosè offert vitam ſuam in ſacrificium, ac holocauſtum Deo, cur non moritur cum undecim millionibus Martyrum, ut retuli 2. tom. in Apoc. qui vitam effunderet pro Deo; cur ergo Abraham etiam non dat vitam, ſed præſervatur. Abrahamus deſtinatus erat à Deo ut produceret ſtellarum generationem, utque eſſet ſtellarum Pater: *Faciam ſemen tuum ſicut ſtellas cœli.* [Gen. 15.] Geneſ. 15. n. 5. & gratior extitit Deo ſtellarum generatio Abrahæ, quàm quodcumque aliud ſacrificium, ac holocauſtum vitæ ipſius. Non moriatur Thereſia, & Deo ordinante incolumis præſervetur à morte; à Deo erat ordinata, ac diſpoſita, ut eſſet ſtellarum mater, generationemque ſtellarum in Eccleſia germinaret, [*Beata Thereſia electa eſt à Deo, ut mater ſtellarum.*] quibus ipſa Eccleſia maximè fœcundatur, illuſtratur tot, ac tantis radiis virtutum religionis, ac reformationis, abſtinentiæ, pœnitentiæ, ac doctrinæ, quo nihil gratius, ac jucundius poterat à Thereſia Deo exhiberi.

16\. [Apoc. 2.] Multa magnificentia, ac apparatu ſe oſtentat Chriſtus D. in Apocalypſi, 1. n. 16. indutus præclarâ veſte, podere, zonâ aureâ præcinctus, capilli candidi ut lana alba: *Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem:* ſi cum tanta magnificentia Chriſtus apparet, cur non potius Sol, & Luna, magna cœlorum luminaria, in ejus manu non refulgent? Etſi hæc magna luminaria ſint, [*Stellæ Thereſiæ nullo defectu vel macula fœdantur.*] tamen Sol ſuas patitur eclipſes, & Luna ſuas maculas, ac notas: at ſtellæ horum omnium ſunt expertes, nec aliqua eclipſi, vel notâ fœdantur; ſtellæ Thereſiæ nulla nota maculantur, ſed ubique nitent ſplendidiſſimis Religionis, reformationis, ac ſcientiæ, & ſapientiæ radiis, quibus totum implent orbem.

17\. [Ezechie. 1.] In illo admirabili, ac triumphali Dei curru Ezechieli demonſtrato, in quo multa, & alta Dei myſteria reſplendet, inter cætera ad ſonitum illius animadverto; ait Propheta cap. 1. num. 24. *Audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei, cùm ambularent, quaſi ſonus erat multitudinis, & quaſi caſtrorum.* Valde mirabilis erat ille ſonus tot ſimilitudinibus involutus, *ut ſonus ſublimis Dei*: ſeu ut habet Hebræus. [Hebr.] *Omnipotentis Dei*: ſed quid habet ſonus ſublimis, ſeu omnipotentis Dei cum ſono alarum, aquarum, multitudinis, ac caſtrorum? Multum per omnem modum vox ſublimis, ſeu omnipotentis Dei, ſonat veluti ſonus multarum alarum, quæ per totum orbem volitat: ſic & vox Dei, in toto mundo ſonat, & clamat; eſt ut vox aquarum multarum, quæ cœleſti rore ſuæ doctrinæ, ac ſapientiæ totum mundum irrigat ac fœcundat; eſt veluti multitudinis, quæ Dei laudes intonant, & reſonant: Vox Thereſiæ vox multitudinis; nam inops Virgo triginta duo monaſteria potuit ædificare, & ut vox caſtrorum victoriam acclamantium: [*Vox Thereſiæ ſonat per totum mundum, ipſumque illuminat.*] Vox Thereſiæ, vox caſtrorum, ad diabolum, ac omnia illius tentamenta debellanda, ad quod in omnes Orbis partes miſit filios, & filias ſuas in Italiam, Galliam, Belgium, Germaniam, ac in varias partes totius Hiſpaniæ, qui inde diffuſi ſunt in omnes totius Orbis partes, ad fidem Chriſti propagandam. Vide quæ dixi de S. Thereſia tom. 4. cap. 51. q. 9. 10 11. & 12 & tom. 1. in Apoc. c. 11.

---

## Talenta diſtributa.

## QUÆSTIO V.

### *Quare non ad unum gaudium, ſed ad multiplex Dominus ſervum bonum vocat?*

18\. [Textus.] Ait Chriſtus D. in præſenti, nu. 14. *Homo quidam peregrè proficiſcens vocavit ſervos ſuos,*

*ſuos, & tradidit eis bona ſua, & uni dedit quinque talenta, alii verò duo, &c. Et profectus eſt ſtatim.* Quod Evangelium explicavi tom.4. cap.52. & notandum, quod diſtributis talentis ſtatim proficiſcitur: per talenta intelliguntur honores, officia, dignitates, & ex eorum nempe diviſione, ac diſtributione, multi diſplicentes, ex eo quod non ſunt admiſſi, obmurmurant contra Dominum, quos ut non audiret Bonus Paterfamilias, ſtatim ac citò diſceſſit; & profectus eſt: Antequam Chriſtus D. creaſſet Pontificem ſuæ Eccleſiæ, eique actualiter tradidiſſet oves ſuas, *Paſce oves meas*: Joan.21, n.16. prius ſuis Apoſtolis dedit Spiritum Sanctum: *Accipite Spiritum Sanctum*: Joan. 20. n.22. quia dignitas uni data, ut aliis ſit pauſibilis abſque querimoniis, veluti requiritur adventus Spiritus Sancti, qui eorum corda gratiâ, & amore repleat. Vide quæ dixi ſuprà, cap. 20. q.3. n.11.

*Valde difficile honores, ac dignitates dividere.* Joan.21. Joan.20.

19. Ad noſtram quæſtionem. Poſt multum verò temporis veniens Dominus, & videns, quod ille, qui quinque talenta acceperat, alia quinque ſuperlucratus eſt, ait illi: *Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui.* Quæ omnia citato c.52. explicavi: Nunc iterum voco in examen illud, *Intra in gaudium Domini tui*: Quod bellè explicat Cardinalis Hugo: *Intra in gaudium Domini tui, ut ex omni parte ſit gaudium: ſurſum viſio Dei; deorſum viſio inferni: intus gloria conſcientiæ; exterius decor omnis creaturæ: non dixit intra gaudium, ſed in gaudium, ut poſſeſſor gaudii, non ſpectator.* Ecce ſupremum beatitudinis gaudium, ex Dei viſione, ac fruitione, ex pœnis Inferni evitatis, ex quiete, ac conſolatione pacatæ conſcientiæ: ex aliis circunſtantibus beatis glorioſis; exque poſſeſſione ipſius beatitudinis, non eſt tantùm illius ſpectator, ſed etiam poſſeſſor in omnibus bonis, ac dotibus illius.

Textus. Hugo. *Gaudium beatorum ex omni parte.*

20. Quàm plenum ſit illud ſupremum gaudium, optimè explicat Hugo Vict. lib.3 Miſc. tit.126. ad citata verba Matth. *Intra in gaudium Domini tui.* Et ſic ait: *Triplex eſt gaudium: eſt gaudium ſæculi: eſt gaudium tuum: eſt gaudium Domini tui. Primum eſt de terrena affluentia: Secundum de conſcientia bona: Tertium de æternitatis experientia.* Et poſt pauca ſubdit: *Ad primum exivit homo, cùm excidit de Paradiſo: Ad ſecundum venire incipit, cùm per fidem reconciliatus eſt Deo: Tunc ad tertium pervenitur, cùm videndo ipſum ſicuti eſt, in æternum fruetur ipſo.* Primum Juſtorum gaudium eſt de terrena affluentia, non ut terrena bona poſſideantur, ſed ut dimittantur; non ad requiem; ſed ad laborem, ut Adamus exivit de Paradiſo ac terram germinantem ſpinas, & tribulos, ut eam in ſudore vultus ſui operaretur. Ait Paulus ſcribens ad Philipp.4. n.1. *Fratres chariſſimi, gaudium meum, & corona mea.* Cur eos appellat gaudium ſuum, & coronam ſuam: quia ex laboribus, quos pro ipſis perpeſſus erat, *ter naufragium feci, ter lapidatus ſum*: inde magnum gaudium percipiebat, indeque ei corona componebatur in Cœlis. Cornelius ait: Paulus videns eos à ſe converſos in fide, & virtute perſiſtere, & creſcere, ex laboribus, quos in illis convertendis, ac perficiendis impenderat, & etiam impendebat, ſperabat à Deo accipere coronam gloriæ. Juſtorum gaudium eſt pati, & laborare pro Deo.

Hugo Vict. *Triplex gaudium.* Ad Philip.4. *Gaudet Juſtus de laboribus ſuperatis pro Deo.*

*Secundum gaudium eſt de conſcientia bona.* 21.
Quo nullum eſt majus, & excellentius gaudium in mundo. Unde ait D. Ambroſius lib.2. de offic. cap.1. *Vitam beatam efficiunt tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ.* Scribens Paulus ad Corinthios 2. cap.6. n.10. ait: *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.* Nota, quod non ait: *Triſtes*, ſed: *Quaſi triſtes*; ac ſi triſtitia eſſet in eis tanquam per ſimilitudinem, & umbram; gaudium verò perenne, ac ſolidum; ſed unde fieri potuit, quod tot tribulationibus, anguſtiis, preſſuris, calamitatibus, tanquam vexari, & oppreſſi, non eſſent verè triſtes, ſed quaſi triſtes, & ſemper uberrimè gaudentes? à bonâ, ſanâ, & rectâ conſcientiâ, quæ veluti à nullo malo ſuperari, nec vinci poteſt, ſed omnia ſuperat & extinguit, ut aqua favillam. D Chryſoſtom. homil.25. ad populum Antioch. ſic ait: *Quemadmodùm ſi exiguam ſcintillam in lacum dejeceris profundum; ſtatim extinxeris, itidem & omnis triſtitiæ ſuperabundantia in bonam miſſa conſcientiam extinguitur; propterea quidem, & ſemper Paulus gaudebat, quoniam interiùs ſecundum Deum confidebat.* Servi Joſeph cum Benjamin arguunt de furto, & dicunt: *Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt, in quo Dominus meus bibit, & in quo augurari ſolet.* Geneſ.44.n.5. Augurari explicat Rupert. lib. 9. in Geneſim, idem eſſe, ac prophetizare; ac bona dicere, bibere, & inebriari, id eſt, jucundari, ac delectari: & qualis eſſet iſte ſcyphus, explicat Petrus Abbas Cellenſ. libello de conſcientia, ait: *Conſcientia bona, & ſcyphus Joſeph, in quo augurari, & inebriari ſolet animus.* Bona conſcientia eſt Scyphus Joſeph, in quo bibit, id eſt gaudet, ac delectatur.

D Ambr. *Magnum gaudium de bona conſcientia.* 2.Cor.11. D.Chryſ. *Bona conſcientia triſte, & malum, excludit, & gaudium producit.* Gen.44. Rupert. Petrus Cell.

*Ad tertium pervenitur, cùm videndo ipſum ſicuti eſt, in æternum fruetur ipſo.* Tertium gaudium eſt ex clara Dei viſione. Ait Paulus ad Philipp. 4.n.4 *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete:* multiplex gaudium annuntiat, & hoc non ad tempus, ſed continuum & ſemper, & unde hoc habet tale gaudium? quia eſt in Domino. D. Chryſoſtom. hom 18. ad Populum, ait: *Non ſimpliciter dicit, gaudete ſemper, ſed addidit continuæ voluptatis cauſam, cum dixit gaudete in Domino ſemper.* 22.

*Ex Dei viſione gaudium perenne ingens.* Philipp.4. D.Chryſ.

Inter Judæorum agmina exclamat Stephanus Actor.7. n.55. *Video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei.* Et lapidum ingentes imbres in eum mittuntur, inter quos ipſe poſitus clamat: *Non ſtatuas illis hoc peccatum.* Nil de lapidum ictibus, nil de ſuis vulneribus, ac plagis loquitur, quibus tanquam in fruſta frangebatur: ſed tantùm ad illorum peccatorum plagas erat intentus: Cur non potiùs ſua vulnera, ſuoſque dolores, ac cruciatus Deo offert? Non mirum: viſo JESU, ſic lætitiâ, ac gaudio replebatur, ut jam nil doloris in ſe ſentiret, ac agnoſceret, ſed tanquam dolorum expers, de aliis agebat. D. Hilarius Arelatenſis, qui ibi ait: *Vides quod ſpectantis intuitus armat conſtantiam triumphantis? digne patentibus cœli portis comparatur cœlum, bella deſudant, ac ſi dum occupatur in ſtupore, ac amore cœleſtium Stephanus, non turbatur duro ſaxorum imbre.* Dum nobilis Chriſti athleta præ oculis habet Chriſtum in gloria ſuæ majeſtatis, ad Patris ſui dextram, ſic gaudio, ac jucunditate exuberat, ut dolores, cruciatus, ac plagas pro nihilo habeat. 23.

Actor.7. *Stephanus videns Chriſti majeſtatem, dolores, & lapides non ſentiebat.* D.Hilar. Arelatenſ.



---

## QUÆSTIO VI.

### *Quare tantis laudat Dominus ſervum fidelem? Agitur de N. Beato Andræa Corſino.*

24. BOno ſervo ait Dominus: *Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſuper multa te conſtituam.* Vox illa; *Euge*, vox eſt Domini exultantis, ac lætantis de bono ſervo fideli, & de magnoque ejus lucro reportato, de magnoque præmio ei à Domino conferendo. Notat D. Thomas, quod de tribus laudat Dominus ſervum. Primò eum commendat *de humilitate, cum ait: ſerve, quia recognoſcebat ſe eſſe ſervum ejus. Item commendat eum de bonitate per hoc, quod dicit; Bone, quia propriè bonum eſt diffuſivum ſui: Unde bonus multiplicavit bonitatem. Item à fidelitate, quia non ſibi retinuit, ſed Domino obtulit.* Ex quibus auſpicari licet magnas virtutes B. Andrææ Corſini.

D. Thom. *De tribus laudatur bonus ſervus.*

25. Et primò ejus humilitas maximè reſplenduit, qua ſe ſervum, & non diſpenſatorem exiſtimabat: nam cùm eligeretur Epiſcopus, fugiens dignitatem, abſcondit ſe apud Carthuſianos, donec divinitus voce pueri manifeſtaretur. Saul cum electus eſſet rex ſuper Iſraël, *Abſconditus eſt domi*: 1. Reg 10. num.22. donec cœleſti indicio eſt manifeſtatus: Abulenſ. *Abſconderat ſe Saul ex humilitate, quia judicabat ſe indignum ad tantum principatum.* Et ideo Deo diſponente, ad Regnum ſummo applauſu evectus eſt ſtatim ſuper duodecim tribus: David autem primò regnavit ſolum ſupra unam tribum Juda: 2. Reg.2.n.4.

*Inde Corſinus ad dignitates aſſumitur, quia abſconditus eas aufugit.* 1.Reg. 10 Abulenſ. 2.Reg.2.

26. Cùm populus Iſraël ex Dei mandato recenſeretur, omnium primus nominatur ex tribu Ruben; *Eliſur filius Sedeur.* Numer. 1. n.5. & cur iſte ex tam numeroſo populo primus omnium ponitur? *Eliſur* idem eſt ac filius patris fortis: *Sedeur*, hoc eſt, *abſconditus*; cujus filius erat vir doctiſſimus, omnium magiſter, qui omnes virtute, ac ſapientia antecedebat; & tamen cùm tantus, ac talis eſſet, maximè intendebat ſeſe abſcondere, ac ab omnium oculis ſubtrahere; at exinde alta Dei providentia eum manifeſtat, ac oſtentat, ut in capite omnium, ac ante ipſe ponatur, ac ſcribatur, ut ipſe ex hoc maximè notus, ac publicatus habeatur. Rabbanus ibi: *Eliſur idem eſt, ac pater meus fortis; cujus verò filius Sedeur interpretatur abſconditus: qui enim authoritate magiſterii, & paterna diſciplinâ ſubditos bene regit, & corrigit, nec foris ad laudem hominum, ſed in abſcondito cordis ad Dei gloriam ſpectat, jure princeps eſt tribuum.* Et cùm eſſet tam illuſtris virtute, erat tamen abſconditus, ut ex patre hauſerat, proindeque divina virtute demonſtratur, ac declaratur.

Numer.1. Rabban.

27. Secundò laudatur ſervus ex bonitate, quæ rara, & admirabilis cernitur in Beato Andræa Corſino; & inde maxime declaratur ex perpetua ejus abſtinentia, ac pœnitentia, ex continuo jejunio in pane, & aqua, ex ferrea catena; quâ corpus cingebatur, multiplicatis, ac frequentibus diſciplinis, ex duro, ac aſpero lectulo, in quo paululum requieſcebat. Scribens Paulus ad Roman.12.n.1. ait: *Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentem*, &c. Valde mirum eſt, quod magnus Apoſtolus totus ſit in recommendanda corporis puritate, ac munditiâ, & nullam faciat de anima mentionem, cum potiùs de ipſa eſſet agendum, tanquam à fonte, ex qua omnis noſtra juſtitia dimanat. Præclarè D. Chryſ. ferm. 19 ait: *Quid eſt, quod tacetur anima, & ſolum corpus ad Dei hoſtiam vocetur? hoc Apoſtolus cupit ſolvere, ut corpus ad originem animæ conſcendat.* Solum Apoſtolus commemorat corpus, & non animam, quia ſi corpus totum perfectè ſub mortificatione ad Dei legem compoſitum apparet, jejunio, cilicio, abſtinentia, evidens eſt, quod interius anima tota in amore Dei ſit inflammata. Cùm ergo auſteritates B. Andreæ cum tam ſevero rigore, cum eximio ſui animi candore, ac ſimplicitate eſſent omnium oculis evidenter apertæ? inde ejus animi integritas cùm eximia Dei charitate aperiebatur.

*Ex magna pœnitentia colligitur magna virtus Andreæ.* Rom.12. D.Chryſ. *Ex perfecta vita exteriori colligitur bonitas interior.*

Ait etiam D. Thomas, quod dicatur, *Serve bone, quia bonum eſt ſui diffuſivum.* Et maximè hoc viſitur in B. N. Andræa, qui ſic erat ſui diffuſivus, ut omnia ſua in pauperes, debiles, ac peregrinos, quos quotidie recipiebat, expenderet, quam charitatem hauſit à ſacris Apoſtolis, qui fuerunt primi Epiſcopi, ac Prælati totius Eccleſiæ, & omnium norma: nam illi primi fideles omnia, quæ habebant, ad pedes Apoſtolorum deferebant, quæ ipſi non ſibimetipſis retinebant, ſed per omnes dividebant, & inde conſequens erat id quod dicitur: *Neque enim quiſquam egens erat inter illos* Actor. 4. num.34. Si enim Prælatus omnia ſua dividit inter ſubditos, *non eſt quiſquam egens.* Si vero omnia ſibi retinet, omnes neceſſitates laborant. Sacri Apoſtoli conſtituerunt ſeptem Diaconos, Actor. 6. num.1. Qui viduis, pupillis, ac egenis miniſtrarent omnia neceſſaria ad menſuram, ut notant D. Chryſoſt. Oecumen. Beda, & alii; non conſtituerunt Diaconos, ut ipſis Apoſtolis providerent, ſed ut providerent egenis, ac pauperibus, & hoc ad menſuram, ſpectatis ætatibus, ac neceſſitatibus tam in amicos, quàm extraneos, & alienos: Deſcribit Apoſtolus Paulus 1. ad Timotheum cap.3. n. 2. & ait: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, Doctorem.* Cùm ad virtutes, quæ ad proximum tendunt, accedit Apoſtolus, commendat eum, quod ſit hoſpitalis; cur non commendat eum charitativum; eleemoſynarium, benignum, ſed hoſpitalem tantùm dicit? Hoſpitalitas, ut notat ex D. Chryſoſtomo, & Ruperto Paulus Burgenſis ad cap 18. Geneſis: *Reſpicit extraneos, ac alienos à patria, & terra ſua.* Hinc Apoſtolus recommendat Epiſcopo hoſpitalitatem quia inſigniter Epiſcopi charitas reſplendeſcit, ac fulget, dum extraneos, ac alienos amplectitur, ac recipit, ut exactè, & ad unguem B. Andræas adimplebat.

28. *Andreas maxime diffuſivus in pauperes.* Actor 4. *Prælati, & Epiſcopi non de ſe, ſed de egenis agant.* Actor.6. D Chryſ. Oecumen. Beda. 1.Tim.3. D Chryſ. Rupertus. Burgen. *Prælatus expendat bona non in ſuos, ſed in alienos.*

Tertiò recommendatur ſervus de fidelitate, *Quia non ſibi retinuit, ſed Domino ſuo*, 29.

Magna,

Magna, & præclara virtus eſt hæc, & maximè in diſpenſatore bonorum alienorum; & ideo tanquam quid mirabile, non ſemel, ſed his eum celebrat Dominus de fidelitate: *Serve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis.* Aliæ virtutes, ut humilitas ſervi, bonitaſque illius, ſemel dicuntur: at fidelitas bis, ad magnam illius laudem, & hæc in miniſtro multum, & maximè eſt laudabilis. Talenta hæc erant pecuniarum, ut expreſſit Dominus agens cum iniquo ſervo: *Oportuit ergo te committere pecuniam meam*. infra in hoc cap. 25. n. 27. & qui alienas pecunias in manibus habet, & nil de eis adimit, maximè commendandus, tanquam quid rarum, ac admirabile. Samuel volens juſtificare ſuam eximiam integritatem, ac rectitudinem in ſuo regimine totius Reipublicæ. ait coram univerſo populo: *Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejus utrum bovem cujuſquam tulerim.* 1. Reg. 12. n. 3. Et cùm hoc dixiſſet Samuel cum aliis rebus, Dominus ad comprobationem veritatis, cùm eſſet tempus meſſis, ac magni caloris, *dedit Dominus voces, & pluvias in in die illa*: Ibid. n. 18. in quo duo ſunt notanda, & primò quod Samuel volens oſtendere ſuam integritatem, ac rectitudinem in gubernatione totius regni in medium proferre, non commemorat debitas ſententias, quas ſecundùm juſtitiæ apices protulit, nec munerum exactam diſtributionem, nec ſuam ſolicitudinem de bono communi; ſed tantùm, *Verum bovem cujuſquam tulerim, aut aſinum.* Hoc eſt ſuper modum admirandum, quod quiſquam habeat res alienas in manibus, & de eis nec parum, aut nihil unguibus adhæreat: ſecundum, quod ad teſtimonium tantæ Samuelis puritatis Deus de Cœlo dederit *voces*, hoc eſt tonitrua, ut explicant Lyranus, & Abulenſis, ac pluvias, ut credatur tanta hominis fidelitas; quod habens communia bona in manibus; nihil de eis ſibi appropriaverit; nec neceſſe eſt ut cœlum det ſigna, & faciat prodigia & miracula; ſic & eximiam fidelitatem B. Andreæ, qua omnes proventus ſui Epiſcopatus in pauperes expendebat, Deus multis ſignis, ac luce apparente ſuper domum ejus declaravit, ac manifeſtavit.

*In miniſtro fidelitas rara virtus, & maxime laudanda.*

1. Reg. 12.

Lyran. Abulenſ.

*Fidelitas in miniſtro ut credatur, cœlum facit miracula.*

30\. *Super multa te conſtituam.* B. Andreas ſuper multa conſtitutus eſt à Deo, non ſolùm dignitates, honores; ſed etiam cœleſtia dona, & favores: quodnam majus donum, ac favor, quibus cum divina benignitas ſublimavit; quàm ut ſpecialiter dicatur filius adoptivus B. Virginis Mariæ: cum ipſe primam ſuam Miſſam novam celebraret, apparuit Beatiſſima Virgo Maria, eique dixit, *Filius meus es tu, in te gloriabor.* Pro magna laude Joannis Evangeliſtæ decantatur, quod filius Virginis Mariæ dictus ſit. Dixit Jeſus ſuæ Sanctiſſimæ Matri: *Mulier ecce filius tuus.* Joan. 19. n. 26. Tamen unum magnum diſcrimen inter utramque filiationem invenio: Nam datus eſt Joannes filius adoptivus Sanctiſſimæ Virgini, cùm Chriſtus D. diſcederet ex hoc mundo ad Patrem, ac proinde in abſentia ſui Sanctiſſimi filii naturalis; at S. Andreas creatur filius adoptivus Virginis in præſentia ſui ſanctiſſimi filii Jesu; quod pro magno, ac ſingulari dono habendum eſt graviter ponderat D. Auguſt. quod poſtquam Evangeliſta Joannes dixerit, quod nos Deus adoptaverit in filios, ſtatim ſubnectit Incarnationem Divini Verbi: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri iis, qui credunt in nomine ejus, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et Verbum caro factum eſt.* Joan. 2. n. 12. Et quare adoptio, quam Deus conceſſit hominibus, adjungitur cum Incarnatione Divini Verbi, ſecundùm quam Deus factus eſt homo? Reſpondet Magnus Auguſtinus tr. 2. in Joan. *Magna benevolentia unicus natus eſt, & noluit manere unicuique* Apponitur ſimul adoptio; quam Deus ex ſumma pietate hominibus dedit, cum Incarnatione æterni Verbi, ut fiat evidens, & manifeſtum, quod ſi per gratiam ſuam adoptavit homines in filios, non hoc provenit ex defectu, ac carentia filii, ut contingit apud homines; ſed hoc tantum factum eſt ex ſua infinitâ bonitate, quod haberet filium naturalem, maximè ſuo intellectui præſentem. Dicitur enim Verbum, hoc eſt, terminus actionis intellectivæ; tamen in tantum dilexit homines, quod cum tantum, ac talem filium ſummè dilectum haberet, nos per gratiam ſuam in filios adoptavit. Joannes Evangeliſta adoptatur in filium Virginis Mariæ in abſentia ſui Sanctiſſimi filii Jesu, quando ipſe ab ea ſeparabatur; & adoptare in abſentia filii naturalis communis, ordinarius adoptandi modus eſt. At B. Andreas adoptatur in filium à B. Virgine, cum haberet filium ſuum naturalem in manibus: & adoptari in præſentia filii naturalis, rarus, & admirabilis adoptandi modus.

*Magna dignitas Andreæ, quod filius Virginis Mariæ dicatur.*

Joan. 19.

Joan. 1.

D. Auguſt

*Confertur filiatio adoptiva Joannis cum filiatione B. Andreæ.*

## *Servus nequam.*

*Matt. 25. n. 24.* Accedent autem, qui unum talentum acceperat ait: Domine ſcio, quia homo durus es, metis ubi non ſeminaſti, & congregas ubi non ſparſiſti.

*Num. 25.* Et timens abii, & abſcondi talentum tuum in terra: ecce habes, quod tuum eſt.

## *VERSIONES.*

*Syrus n. 24.* Noveram te eſſe virum durum.

*D. Auguſtinus.* Noveram te hominem moleſtum.

*Arabicus.* Congregas ubi non ſeviſti

*Arabic. n. 25.* Sepelivi bona tua in terra, & ecce pecunia tua apud me eſt,

*Pagnin.* Territus abii.

*Syrus.* Ecce eſt tibi, quod tuum eſt.

*Perſicus.* Timui pecuniâ tuâ negotiari &c. In terram defodi illam.

*Æthiopic.* Occultavi talentum tuum.



## *EXPOSITIO I.*

31\. *Accedens autem, qui unum talentum acceperat.* Poſtquam ponuntur boni ſerv qui lucrati ſunt ſuo talento à Domino accepto, in quo ſignificantur beati, ad ornatum parabolæ introducitur malus ſervus cum pœnâ ſibi debita, & ait: *Domine.* Statim in exordio ſermonis contra ſe loquitur, ſeque ipſum accuſat: nam ut ait Alb. Magn. ſi Dominum agnoſcebat, ejus mandatum debebat adimplere, & non contemnere. *Homo durus es, & metis ubi non ſeminaſti,* &c. ſignificans hæc verba hominem intractabilem, lucri cupidiſſimum, qui ex omnibus rebus lucrum emungit: Et in hoc ſignificatur malignitas, ac iniquitas hujus mali ſervi; ut notant D. Hier. D. Paſchaſ. lib. 11. in Matth. *Qui enim debuit ſimpliciter inertiam confiteri, & orare Patremfamilias; è converſo calumniatur, & dicit ſe prudenti feciſſe conſilio, ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de ſorte periclitaretur.*

Alb. Magn.

D. Hieron. D. Paſchaſ.

32\. *Timens abii, & abſcondi talentum tuum in terra.* D. Gregorius homil. 9. in Evangel. ait: *Sunt autem plerique, qui intra Eccleſiam, quorum iſte ſervus imaginem tenet, melioris vitæ vias aggredi metuunt? & tamen jacere in ſui corporis ignavia non pertimeſcunt. Cumque ſe peccatores conſiderant, ſanctitatis vias accipere trepidant, & remanere in ſuis iniquitatibus non formidant.*

D. Gregor.

## Quæstio VI.

### *Quare malus ſervus tam improbe, ac impudice reſpondet Domino ſuo, abſcondens talentum defoſſum in terra?*

33\. Iniquus ſervus reſpondet Domino ſuo quærenti rationem de talentis datis: *Scio, quod homo durus es, metis ubi non ſeminaſti, congregas ubi non ſparſiſti.* Totam ſuam inertiam, ac negligentiam in Dominum, quem auſterum, & durum fingit, intendit refundere: pro quo audiendus eſt Gilbertus ſerm. 41. in Cantica: & ait: *Verè ſervus ille malus, & piger, qui pigritiæ ſuæ cauſam in Dominum malignâ interpretatione transfundit: verè malus, qui diligentiam metentis Domini in duritiam perverſo ſenſu convertit, injurioſè de bono Domino ſentiens.* Communis malignantium vox, qui ſuam propriam culpam in alios rejiciunt, ut iniquus ſervus, qui ſuam pigritatem excuſare vult, dicens, clementiſſimum Dominum duriſſimum eſſe: *Pigritia ſuæ cauſam in Dominum maligna interpretatione transfundit.*

*Homo ſuam in alium culpam rejicit.*

Gilbert.

34\. Secundò: ait malus ſervus: *Abſcondi talentum tuum in terra.* Compone iſtum miſerum cum illa feliciſſima anima, cui dicitur: *Veni columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ* Cantic. 2. n. 14. Ille miſer periit, quia poſuit talentum ſuum, theſaurum ſuum in terra inter terrenas delicias, ac cupiditates: & inde conſequens fuit, ut periret. Aliter verò illa felix anima, quæ abſcondit ſe in vera petra Jeſu Chriſto, in quo repoſuit cor ſuum, ibi omnem firmitatem, ac ſtabilitatem in ſalute, ac perenni vita Philipp. Abbas lib. 3. in Cantic. c. 11. ait: *Longè iſte felicior, ſi labori huic operam non dediſſet: ſi terram lutulentam molli negligentiâ non fodiſſet, ſi avaro Domino, duplicato fœnore reſpondiſſet, & abſcondi ſic in petra meruiſſet.* Qui ſe recipit in mundo, perit; qui verò in Chriſto, ſalutem, ac ſecuritatem invenit.

Cantic. 2.

*In Chriſto ſalus, & firmitas, in mundo perditio, & infirmitas.*

Philip. Abb.

35\. Tertiò: Compone hunc ſervum iniquum cum alio, de quo facit mentionem D. Luc. 16. n. 3. qui dicebat: *Fodere non valeo*: hoc eſt, laborare: terram vertere ad vivendum. At iſte; qui unum *acceperat, abiens fodit in terram.* Ecce iſte ad vitioſam vitam cum pigritia, ac inertia magno labore, ac ſudore terram vertere non recuſat, imò ſponte ſuâ hoc eligit. O quàm frequenter apud homines abundant vires, & nullo labori frigoris, & æſtus, mari, ac terræ parcunt ad ſuas voluptates implendas, ac delicias venandas, omnino verò deficiunt ad virtutes ſectandas. Unus libenter terram vertit, ut peccans, Domini mandatum non adimpleat; alter verò terram vertere non poteſt, ut debita Domino ſuo ſatisfaciat, pro quo audiendus eſt D. Greg. apud Catenam D. Thomæ, ad illa verba, *Alii verò unum*, ſic ait S. Doctor: *Talentum quippe in terra abſcondere, eſt acceptum ingenium in terrenis actibus implicare.* Ut quiſque talentum ſui ingenii humanis negotiis applicet, nulli periculo, ac labori parcitur; ut verò congruo, ac honeſto modo vivat, fodere non valet.

*Homines fortes ad mundana, debiles ad honeſtatem, at ſalutifera.*

36\. Quartò perpende: *Qui unum acceperat, abiens fodit in terra.* Non abſcondit talentum in terra, vel in tecto, ſed in terra effodit: cùm vidit talentum ſuum eſſe otioſum, & nil operis facere, illud tanquam mortuum ſepelit in terra, qui otioſus degit; jam non inter viventes communi aura reſpirat, ſed ſubtus terra tanquam mortuus reponitur, & à numero viventium exploditur, & inter defunctos, ac cadentes ſcribitur. Inter judicii ſigna referens Chriſtus Matth. 24 n. 29. *Stellæ de cœlo cadent.* Hoc eſt, ut explicant Lyranus, Abulenſis, obſcurabuntur, & non dabunt lucem, non apparebunt, cùm ergo ſtellæ ſuo munere non fungantur, ſed veluti ab eo feriantes otioſæ reperiantur, idem eſt ac cadere, & non apparet; ſic à ſua operatione deficiens, deficit veluti à communi vita, ac loco.

*Otioſus nil operans, idem eſt ac mortuus.*

Matth. 24. Lyran. Abulenſ.

37\. Quintò: Malus ſervus ait Domino ſuo; *Abſcondi talentum tuum in terra, ecce habes, quod tuum eſt.* Quo audito Dominus indignatus, mandat conſervis ſuis: *Inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Ex quo graviter; & rigidè admonet Celeſtinus Papa Epiſcopos, epiſtolâ contra Neſtorium habitâ, tom. 2. Concilii Epheſ. cap. 17. qui talentum, ſeu gregem Domini commiſſum, non ſolùm integrum non ſervant, ſed tanquam lupi vorantes ipſi dilacerant, ac degluttiunt; ſic ait Pontifex: *Si grave illud ſupplicium manet eum, qui quod acceperat, humo defoderat, quid futurum eſt illi, qui quod acceperat, integrum non reddidit? Quare iterum, ac iterum expen quale, quantumque periculum tibi impendat nihil horum, quæ accepiſti, reſtit nc Domino noſtro reſpondere poteri dediſti mihi cuſtodivi. Bonus paſtor eſt ponit animam ſuam pro ovibus ſuis. Mercenarius autem qui eas relinquit, ac lupis objicit, quomodo tu* ipſe

Celeſtinus.

*Magnum ſupplicium imminet pa*

*ipſe lucis inſtar, gregem diſperdis.* Hos deplorat Jeremias cap. 23. n. 1. *Væ paſtoribus qui diſperdunt, & lacerant gregem paſcuæ meæ.* (Jerem. 23.)

38. De his loquitur Ezechiel. 34. n. 2. *Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos* Hoc autem crimen cum extremo doloris, Væ paſtoribus objicit, quod ſemetipſos paſcebant; & qualenam hoc crimen? quia ſi paſtor de ſe agit, non ſolùm ovium obliviſcitur, ſed etiam earum ſubſtantiam devorat; quod faciunt lupi, qui ſolùm intendunt paſcere ſe ipſos de ſubſtantia ovium ſuarum, & qui lupos imitantur, luporum excidium eos apprehendet, ut ait D. Baſilius Seleucus, Orat. 26. *Tales quidem ſunt paſtores cum lupinis moribus, quibus manent luporum cruciamenta.*

(Ezech 34. *Malus paſtor in luporum pænam cadit.* D. Baſil. Sel.)

39. *Erant Sacerdoti Madian ſeptem filiæ, quæ venerunt ad hauriendam aquam, & impletis canalibus, adaquare cupiebant greges patris ſui: Supervenerunt paſtores, & ejecerunt eas, ſurrexitque Moïſes, & defenſis puellis, adaquavit oves earum.* Exod. 2. n. 16. 17 Ecce idea boni, ac mali paſtoris, filiæ Sacerdotis, ſuo labore deducta aquâ canales impleverunt; ſuperveniunt mali paſtores, & ex alieno labore, ac aqua extracta ab aliis, ſuas oves paſcere & adaquare intendunt; ſed bonus paſtor Moïſes nil de ſe curans, debilium cauſam egit, eoſque tuetur, ac defendit, eorumque ovibus aquas ſubminiſtrat. Stephan. Cant. in allegor. Tylm. ait: *Sic & bonus Prælatus ſubditos ſuos protegere debet, & paſcere. Unde ſicut dicit Gregor. Boni prælati per ligna pomifera deſignantur; lignum enim pomiferum paſcit & umbraculum facit; ſic & Prælatus ſuis ſubditis debet umbraculum protectionis, & pabulum refectionis dare.*

(Exod. 2. *Bonus paſtor ſuos paſcit, & tuetur; malus verò e contra.* Steph. Cant.)

*Matt.* 25. *n.* 26. Reſpondens autem Dominus ejus, dixit ei: Serve male, & piger, ſciebas, quia meto, ubi non ſemino, & congrego ubi non ſparſi.

*Num.* 27. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego recepiſſem utique quod meum eſt cum uſura.

## VERSIONES.

*Perſicus n.* 26. O ſerve ignave, quod non ſparſi colligam.

*Arabicus.* Quod ego metam ubi non ſemino.

*Syrus n.* 27. Conveniens fuit tibi committere argentum meum ſuper menſam, & fuiſſem repetens quod meum erat cum fœnore.

*Arabicus.* ... t recepiſſem, quod meum erat cum lucro.

*Pagnin.* P[illegible] neam menſariis,

*D. Auguſt.* Exigerem, quod meum erat.

*Origenes.* Clam cum uſuris.

## ALTER TEXTUS.

*Luc.* 19. *n.* 22. Dicit ei, de ore tuo to judico: ſerve nequam, ſciebas, quod ego auſterus homo ſum, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminavi.

*Num.* 23. Quare non dediſti pecuniam meam ad manſam, ut ego veniens, cum uſuris utique exegiſſem illam.

## EXPOSITIO II.

40. Respondet Dominus iniquis, ac improbis verbis mali ſervi: *Serve male, & piger.* D. Hieronym. D. Paſchaſ. lib. 11. dicit malum ſervum, quia per ſuperbiam ſuam calumniam intulit Dominus; pigrum verò dicit, quia per inertiam, a pigritiam ſuam talentum noluit duplicare: *Sciebas quia meto ubi non ſemino.* Non hæc dixit Dominus, ut notant Origenes, D. Thomas & alii, quaſi quod malus ſervus dixerat, agnoſcat Dominus, & verum eſſe fateatur, ſed ut ſcribit D. Lucas: *De ore tuo te judico, ſerve nequam:* & non reſpondet Dominus ad omnia verba, quæ ſervus malus dixerat, ut ad illud, *Sco, quod homo durus ſis:* ut notat Div. Paſchaſius; ſed hoc pertimeſcit. Verba contumelioſa aliquando contemnenda, & ut ait ipſe Paſchaſius, Deus ex ſua natura eſt clemens, & benignus, ex noſtris peccatis provocatus ſeverus. Sic ait Apoſtolus Paulus Roman. 11. num. 12. *Vide bonitatem, & ſeveritatem Dei.* Origenes tract. 33. in Matth. *Deus durus eſt his, qui miſericordia ejus abutuntur ad negligentiam ſuam, non ad converſionem.* Deinde Textus: *Sciebas, quia meto, ubi non ſemino.* Inde maximè arguitur tua nequitia, quia ex hoc debebas timere, ne abſque lucro talentum meum redderes, ne in magnum ſupplicium incideres.

(D. Hieron. D. Paſchaſ. Origenes. D. Thom. D. Paſchaſ. Rom. 11. Origenes.)

41. *Oportuit ergo te*, quia ut notat Albertus Magnus, ſuam excuſationem, quam malus ſervus pro ſui defenſione dederat, in ejus condemnationem retorquet Chriſtus Dominus. *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Pſal. 49. n. 21. ex tuis, nempe dictis, arguam te: oportuit ergo ſaltem hoc, quod nullius periculi erat, facere, & talentum meum dare nummulariis, ſeu trapezitis, ſeu menſariis, ut habetur ex verbo Græco; ut ego veniens, vel tu nomine meo, lucrum cum fœnore exigeres. Menſarii, ſeu campſores ſignificant fœneratores, qui mutuò pecunias accipiebant, & cum fœnore, ac lucro aliquo ſolvebant. Hoc lucrum in cambio licitum eſt; in mutuo, ſeu uſura illicitum, & peccatum, & Dominus in præſenti, nec fœnus, nec uſuras probat; ſed ex iis, quæ in uſu, & more erant poſita, parabolam contexit. Apud multas gentes

(Alb. Magn. *Ex communi uſu Dominus loquitur.*)



uſuræ ut licitæ reputabantur, & etiam apud Judæos permiſſæ cum gentibus, ex Deut. 23. num. 19. (Deut. 23.)

---

## Quæstio III.

*Quare malus ſervus debebat pecuniam Domini ſui dare numulariis, & quid ſub eorum nomine in parabola ſignificetur?*

42. Ait Dominus iniquo ſervo, ut refertur in Textu: *Oportuit ergo te pecuniam meam committere numulariis: & veniens ego recepiſſem utique, quod meum erat.* Parabolicâ metaphorâ, magna, & alta myſteria declarat Chriſtus D. Iniquè dixit iniquus ſervus, quod Dominus metebat, ubi non ſeminaverat, quia Chriſtus priùs ſeminat per gratiam ſuam, ac divina auxilia, quæ effunduntur, ac dantur à Deo in nobis, à quibus Deus ut à numulariis, requirit lucrum per bonas actiones, juſta, & ſancta opera, quæ Deus cum magno lucro recipiet ad gloriam cœleſtem. D. Thomas. 2. 2. quæſt. 62. art. 4. ad 3. ait: *Deus nihil requirit ab homine, niſi bonum, quod ipſe in nobis ſeminaverit; & ideo verbum illud, vel intelligitur ſecundum pravam exiſtimationem ſervi pigri, qui exiſtimavit ab alio non accepiſſe, ſcilicet ſi quid boni operaretur ex talento; nam de talento dicit: Ecce habes, quod tuum eſt; vel intelligitur, quantum ad hoc, quod Deus requirit à nobis fructus donorum, qui ſunt & ab eo, & à nobis, quamvis ipſa dona à Deo ſint ſine nobis.* Deus ex ſuis donis ac gratia lucra, ac quaſi uſuras à nobis requirit, ut longe majores gloriæ mercedes nobis reddat. Unde dicitur illud Proverb. 19. num. 17. *Si vis fœnerari, fœnerare Deo.* Et iterum: *Fœneratur Deo, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei.*

(*Deut fructum, quem ſeminat, per gratiam vult metere in gloriam.* D. Thom. Proverb. 19.)

45. Secundò Theophylus Antiochenus lib. 2. in Evangelia, ſic ait in præſenti re: *Recepiſſem utique quod meum erat cùm uſura. Unde ſciendum, quod ſpiritualis pecunia, id eſt prædicationis divinæ uſura, exercitium eſt boni operis.* Per hæc talenta diſtributa munus prædicationis intelligunt Sancti Patres, lucrum, & uſura, quam Deus requirit in hoc munere prædicandi; eſt exercitium boni operis in auditoribus, non ut compta ſit oratio, ambitioſo verborum ornatu nitens ad delectandum; qui enim hoc facit, abſcondit talentum Domini ſui in ambitioſa vanitatis terra; ſed debet eum dare cum ingenti fructu numulariis, id eſt, auditoribus, ut lucrum, ac mercedem faciant in vitam æternam. Ait Regius Vates Pſal. 77. n. 72. poſt numerata multa beneficia, quibus Deus nobilitavit ac illuſtravit populum Iſraël, ſubdit: *Pavit eos in innocentia cordis, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.* Innocentiam tribuit cordi, intellectus manibus; cum è contrario videretur dicendum, ut ibi notat D. Auguſtin. & ait: *Hic autem qui magis quam alius, quid loqueretur, ſciebat, cordi maluit adjungere innocentiam, & manibus intelligentiam.* Qui docet, ac paſcit cœleſti doctrinâ; debet habere acumen, ac ſubtilitatem intelligentiæ in manibus, ſeu operibus manuum ſuarum, innocentiam, ac puritatem in corde, à quo exeunt cogitationes ſanctæ, ut purè, & ſincere verba dicat, & proferat ad ædificationem auditorum.

(Theophyl. Antioch. Pſal. 77. *Prædicator datur, non ut delectet, ſed ut fructum faciat.* D. Auguſt.)

44. Tertiò: Salvianus Maſſilienſis lib. 3. ad Eccleſias, ait: *Oportuit ergo te pecuniam dare numulariis, &c. Cùm enim numularii Salvatoris pauperes, & egeni rectè intelligantur, quia pecunia, quæ talibus diſpenſatur, augetur: cùm uſuris, abſque dubio Deo redditur, quidquid egentibus erogatur.* Quis eſt ille Dominus qui vult, quod dona, quæ dantur ſervis ſuis, tradantur ab iis numulariis, ut inde cum fœnore, ac uſura recipiantur? Eſt. Dominus Jesus-Christus, qui bona, talenta ac divitias, quæ tribuit ſervis ſuis, vult ut dentur numulariis, hoc eſt, pauperibus, ut inde cum magno lucro, & uſura adaucta recipiantur.

(Salvian. *Quod datur in eleemoſynam, cum uſura recipitur.*)

45. Mandat Chriſtus ſuis diſcipulis: *Vendite, quæ poſſidetis, date eleemoſynam, facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt.* Luc. 12. n. 33 In his verbis videtur quædam contradictio ſublatere; mandat Dominus omnia vendi, alienari, ac diſtribui, & ſimul ordinat ſacculos fieri. Si omnia ſunt alienanda, ac diſtribuenda, ad quid jubetur ſacculos fieri, & parari? Vide quòd Dominus dicit: *Date eleemoſynam.* Inde meritò hujuſmodi ſacculi exoptantur, quia quæ pauperibus dantur, non perduntur, nec evacuantur, ſed cum magno fœnore adaucta recipiuntur. D. Petrus Chryſolog. ſerm. 22. ait: *Homo, tali monitu Chriſtus te ditare voluit, non nudare; manere tibi tua voluit, non perire: perpetuari, non vacuari; ſacculos imperavit, juſſit transferre, non perire.*

(Luc. 12. *Datum pauperibus non deperditur, ſed augetur.* D. Chryſol.)

46. Ait Paulus 2. Corinth. 8. n. 1. *Notam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ, quia in multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipſorum fuit, & altiſſima paupertas eorum abundavit in divitias ſimplicitatis eorum.* Juxta verum ſenſum loquitur Apoſtolus de largitate, ac eleemoſyna Macedonum, qua utebantur, ut egenos altiſſima paupertate, & tribulatione oppreſſos alerent; illud tamen maximè ponderandum, quod hæc Macedonum benignitas in pauperes, dicitur gratia eis facta; nulla enim major gratia, ac benignitas potuit dari, ac communicari Macedonibus, quam largitas, ac benignitas in pauperes; nam ex hac largitate, tanquam ex opulentiſſimo ſemine, omnia bona, tam ſpiritualia, quàm temporalia pullulant. *Notam vobis facio gratiam, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ.* Ad quæ ſic ait D. Bruno: *Gratiam Dei digno nomine vocat eleemoſynas, intelligens majorem eſſe gratiam Dei miniſtrandi pauperibus; quam ſint genera linguarum, & aliæ gratiæ.* Expende id quod ait Sanctus, quod majorem gratiam accipit à Deo ille: cui Deus dat benignitatem in pauperes, quàm alius, cui infunditur gratia gratis data, ſeu donum linguarum, aut virtus operationum, ſeu ſanitatum.

(2. Cor. 8. *A largitate in pauperes, ut à radice pullulant omnia bona.* D. Bruno.)

*Matt.25.n.28.* Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta.

*Num.29.* Omni enim habenti dabitur, & abundabit; ei autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.

*Num.30.* Et inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & ſtridor dentium.

## *VERSIONES.*

*Perſicus n.28.* Illam quidem unam ab eo auferre.

*Syrus n.29.* Et cui eſt, dabitur, & adjicietur ei: cui non eſt, id etiam, quod ei eſt, auferetur.

*D. Chryſolog.* Dabitur, & ſuperabundabit.

*Syrus n.30.* Servum otioſum ejicite.

*Arabicus.* Servum malum inutilem.

*Perſicus.* Et dentium colliſio.

## *ALTER TEXTUS.*

*Marc.4. n.25.* Qui enim habet, dabitur ei: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.

*Luc.19. n.24.* Et adſtantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi, qui decem mnas habet.

*Num. 25.* Et dixerunt ei: Domine habet decem mnas.

*Num.26.* Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem, qui non habet, quod habet auferetur ab eo.

## *EXPOSITIO III.*

*Tollite itaque ab eo talentum*: ait Dominus, talentum ſcilicet fidei, vel gratiæ meæ: *& date ei qui habet decem talenta.* Malum ſervum confundit Dominus, ejuſque criminationem contra Dominum, iniquam, & falſam eſſe, opere oſtendit. Dixerat iniquus ſervus: *Scio, quia homo durus es, auſterus, metis ubi non ſeminas.* Vide Domini largitatem, quia talentum, ac ejus lucrum, non vult ut ſibi comparet, ac retineat, & in theſauro ſuo reponat; ſed ut ſervis bene operantibus tribuat, ac largiatur: Bonus enim ſervus meum talentum ei datum ita negotiavit, ac lucratus eſt, ut ipſum recipiat adauctum, & multiplicatum.

48. *Et date ei, qui habet decem talenta*, ſcilicet dignè: Explicat Caietan. datur fideli ſervo donum à pigro ablatum quoad præmium, non idem numero, ſed ſpecie; non quoad uſum (præteriit enim tempus meriti) ſed ad gaudii, honòris ac gloriæ acceſſionem, ut explicant Caietan. & Franciſcus Lucas. Multa gratiarum actione gaudent Sancti, dum ſe vident adſcriptos inter electos, extra reproborum numerum, quo etiam ſignificatur, quod beati plus recipient, quàm pro ſuis meritis lucrati ſunt. Deus ultra condignum remunerat. *Caietan. Caietan. Franc.Luc.*

*Omni habenti*, ſcilicet Fidem Sanctam, & rectè cum illa operanti. Ita D.Hieronym. in præſenti, D. Gregorius homil. 29. in Evangel. D.Paſchaſ. lib.11. in Matth. At aliter de donis gratiæ interpretantur D Auguſtin. lib.2. Quæſtionum Evangelic. q.46. D. Chryſoſt. hom.79. Omni habenti Dei gratiam, ac dona, & illis bene utenti, ac operanti, *dabitur* amplius, *& abundabit* multis aliis donis acceptis, ut amplioribus augeatur. *Ei autem, qui non habet*, ſcilicet fidem ut decet; *& videtur habere*: Cùm revera, ut ait Paſchaſius, non habeat; quia fides ſine operibus mortua eſt; & idem eſt, ac ſi non eſſet in ordine ad ſalutem, aptiùs juxta D. Auguſt. Qui non habet Dei dona cum fructu, ac ſuâ debitâ cooperatione: *quod videtur habere*, quia habet illa Dei dona otioſa ſine lucro, ac fructu, non illis bene utens, quamvis videatur habere, revera non habet, ut communi adagio dicitur: *Avaro tam deeſſe, quod habet, quam quod non habet.* Et pergit Textus: *Et auferetur ab eo*, abſque illius commodo, & utilitate: ſic etiam ſuprà, cap. 13. 49. *D Hieron. D.Gregor. D Paſchaſ. D.Auguſt. D.Chryſ. D.Auguſt.*

*Et inutilem ſervum*: pigrum, ac otioſum; qui ut ait Chryſoſtom. *bona facere neglexit*, ob nequitiam, & malitiam ſuam, *ejicite* à domo mea, ac cœtu fidelium: *In tenebras exteriores; illic erit fletus, & ſtridor dentium*: Ut pro gaudio Domini, quod ex labore, ac diligentia ſua poterat promereri, talia ſupplicia, & pœnas promereatur; de quo dixi in fine ſuperioris Capitis: pro quo nota, quod æquali pœna afficitur iſte, ac ille, qui ſordidâ veſte ingreſſus eſt convivium nuptiale. Matth.22. quia apud Deum integerrimum judicem, æqualiter errat, ac punitur, qui operatur malum, quod non debet; ac ille, qui non operatur bonum, ad quod tenetur. 50. *D.Chryſ. Matth.22.*

---

## QUÆSTIO IX.

### *Quare Talentum ablatum ab iniquo ſervo, datur potiùs habenti quinque talenta, quàm habenti duo?*

Iſte Dominus diſtribuens talenta ſua per ſuos ſervos, uni dedit quinque talenta, alii duo, alii unum. Qui quinque acceperat, obtulit Domino decem; quinque ex principali à Domino accepto, & quinque ex lucro acquiſito; ſimiliter & qui duo acceperat, obtulit quatuor. Malus autem ſervus, qui unum talentum acceperat, nullam fecit negotiationem, ſed ſuum talentum abſque lucro, & augmento offert Domino ſuo; 51.





ex quo ille indignatus, præcepit ſuis ſervis: *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta*: Difficultas eſt, cur talentum unum ablatum iniquo ſervo, dat Dominus ſervo, qui habebat decem, cùm tantùm accepiſſet quinque; cur non potiùs illi, qui duo acceperat, & ad Dominum defert quatuor? *Difficultas quæſtionis.*

52. *D.Gregor.* Primò. D. Gregorius homil. 9. in Evangel. proponit difficultatem, & in ſenſu morali ſolvit: Dicens, quod hoc talentum dandum erat illi, qui minus habebat, ſcilicet qui duo acceperat; tamen ait Sanctus Pater: *Cùm per quinque talenta, exteriorum ſcientia deſignetur, per duo autem intellectus, & operatio, plus habuit qui duo, quàm qui quinque talenta acceperat: quia per talenta quinque, exteriorum adminiſtrationem meruit; ab intellectu tamen æternorum adhuc vacuus fuit. Unum ergo talentum, per quod intellectum ſignificari dicimus, illi dari debuit, qui bene exteriora, quæ acceperat, miniſtravit, ut inde interna intelligentia polleant, qui exteriora fideliter adminiſtrant.* *Ex bonâ intelligentia venit bona operatio.*

53. *D Hieron.* Secundò. D. Hieronymus: *Datur*, ſcilicet talentum, *ei qui decem talenta fecerat, ut intelligamus, licet æquale ſit Domini gaudium in utriuſque labore, ejus ſcilicet qui quinque, & qui duo duplicavit; tamen majus deberi præmium ei, qui plus in Domini pecunia laboravit.* In qua ſententia eſt Albert. Magn. quia qui quinque acceperat, & decem obtulit, plus in talento, ac re Domini ſui laboravit; & ideo plus meruit accipere, quia ubi major eſt labor, majuſque eſt meritum, ibi majus debet correſpondere præmium. *Albert. Ubi majus meritum, majus præmium.*

54. *Celada.* Tertiò, Magiſter Didacus de Celada, moraliſſimè rem expendit lib. in Judith, c.3. verſ 2. §.4. n.11. Quod nempe Chriſtus D. hîc prævenit, ac adumbravit in præſenti parabola, quod futurum erat in communi hominum uſu; & ideo de ſervo illo paupere, ac pauperculo, non ſolùm dicitur, *Tollite ab eo talentum*: ſed etiam additur; ei autem, qui non habet; & *quod videtur habere, auferte ab eo*; & quid deinde: *date ei, qui habet decem talenta*: qui maximè magnâ divitiarum copiâ erat ditiſſimus: Ecce emblema, & typus eorum, quæ apud homines frequenter eveniunt; ſi ille miſer pauperculus nihil habebat, quid auferendum eſt ab eo? ecce depingitur inexhauſta divitum fames, ut etiam à miſero pauperculo ſit emungendum, ac extorquendum, ut quod miſer non habet, eviſceretur, & tribuat, ut dives crudelis exactor opulentior fiat, & creſcat, ac augeatur in bonis ſuis: *Habenti dabitur.* Perbellè dixit Tertullianus lib. de fuga in perſecutione, cap. 12. *Felices pauperes, quia ipſorum eſt regnum cœlorum, qui animam ſolam in confiſcato habent*: adeo miniſtri ſunt crudeles exactores pro augendo regis ærario, ut cùm pauper nihil habeat, quod tribuat, animam ejus vellent extrahere, & confiſcare pro rebus regis augendis; ſicut ille malus ſervus dives factus, ex bonis Domini ſui pauperem conſervum pro debito ſuffocabat. Matth. 18. n.28. ut explicat Theophylactus ibi: *Strangulat, & perimit conſervum*: ac ſi pro pecunia volebat animam illius extrahere, ut expendi tom.4. c.12. q.7.n.50. *Dives vult augeri ex bonis pauperis, quæ videtur habere. Tertull. Matth.18. Theopyl.*

55. *Caietan.* Quartò. Cajetanus, & magis ad litteram: Talentum illud non ſolùm datum fuit habenti decem talenta, ſed etiam habenti quatuor, hoc patet ex eo quod dicitur: *Omni habenti dabitur*: ergo cùm uterque habeat, utrique datur; cùm enim Deus dat uni, etiam dat aliis, juxta ſuam menſuram, atque capacitatem, ſine ullius diminutione. Mandat Deus ſanctiſſimo Parenti Eliæ: *Unges Hazael regem ſuper Syriam, & Jehu filium Namſi, unges regem ſuper Iſraël; Eliſæum filium Saphat, unges Prophetam pro te.* 3. Reg.19. n. 16. & ſubdit Sacer Textus, quod inde propheta Elias reperit Eliſæum arantem in duodecim jugis boum: *cumque veniſſet Elias ad eum, miſit pallium ſuum ſuper illum.* Ibid. n.19. Ex Divino mandato accepit Elias ungere tres: Eliſæum, Jehu: & Hazäelem; & tamen ſolùm exprimitur in textu unxiſſe Eliſæum: cur ergo uno contentus? alios etiam non unxit? Agnoverat bene Elias naturam divini doni, divinæque unctionis, quæ ſic uni communicatur, ut non ibi terminetur, ſed inde in alios defluit, ac derivatur, & in unumquemque juxta ſuam convenientiam, ac proportionem, vel ſpiritualiter ut prophetam, vel in alium, ut regem Iſraëlis, & in alterum, ut regem Syriæ. Theodoret q.18. ait: *Si Prophetam unxit, & eos ſpirituali gratia impertiit, ea etiam unxit alios, Etenim Eliſæus, ſpirituali per eum accepta gratia, obtulit illis chariſmata, & ſpirituali gratia eos impertiit.* Cùm tres ſint deſtinati, ac imperati ad unctionem, ungitur Eliſæus ſolus: cum illa unctio veniret à Deo, non coarctabatur in uno, ſed in alios ſtagnabatur. *3.Reg.19. Dei dona hoc habent, quod non terminantur in uno, ſed in alios fluunt. Theodor.*



56. Quintò: Datur talentum illi; qui habebat decem talenta, quia denotatur in eo per hæc decem talenta, integra, & abſoluta legis obſervantia, quæ in decem præceptis Decalogi continetur: ſicut ille ſervus, qui *debebat Domino ſuo decem millia talentorum.* Matth. 18. n. 24. per quæ denotatur peccata contra totam legem Dei. D. Auguſtin. ſerm.15. de verb. Domini, ait: *Dicendum eſt, quod quia lex in decem præceptis commendatur, ille debebat decem millia talentorum: per quod omnia peccata ſignificantur: quæ ſcilicet contra legem ſunt.* Et idem habet lib. 1. Quæſtionum Evangelic. quæſt. 25. & etiam ſtando in quarta proxima ſententia, quod ille, qui habebat quatuor talenta, accepit illud talentum; tamen inſigniter: & ſpecialiter ponitur ille, in quo ſunt decem talenta, qui in eo ſignificatur, & exprimitur ſumma, & perfecta totius legis obſervantia, ex qua maximè homines elevantur, ac effloreſcunt. *Matth 18. D. Auguſt. Ab obſervantia legis Dei omnia bona fluunt, & multiplicantur.*

57. Ait Job. 39. n. 27. *Ad præceptum tuum elevabitur aquila.* Pagninus, *Ad ſermonem tuum elevabitur aquila*: & proponitur Aquila, ut advertit Lyra, quæ cæteris avibus altiùs volat per aquilam intelligit Job juſtos, & Sanctos, juxta D. Gregor. Olymp. & alios, & unde venit, quod ipſi cæteris altius evolant, & aſcendunt in cœlum: *ad præceptum tuum*, ſeu *ad ſermonem tuum*; ex obſervatione præceptorum, ac ſermonum Dei, illis datur, ac communicatur tanta exaltatio, ac ſublimatio. De hoc loquens Regius Vates Pſalm. 1. n.2. ait: *In lege Domini, quod voluntas ejus, & erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in* *Job. 39. Pagnin D.Gregor. Olymp. Lyran. Pſal. 1. A lege Dei obſervata, elevatur & exaltatur homo.*

*tempore ſuo , & ſolium ejus non defluet , & omnia quæcumque faciet , proſperabuntur.* Unde tanta cumulata felicitas; ab obſervatione legis Dei.
Caſſiod. Caſſiodor. lib. 9. variar. cap. 25. ait : *Hinc* , ſcilicet à lege Dei : *virtutum omnium ſumitur manifeſtat cogitatio : hinc ſapientia veritatis ſapore conditur , ſic ad omnia redditur humilis , quem imbuit doctrina cœleſtis.*

# CAPUT XXVI.

1. ET factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes , di-
xit diſcipulis ſuis : 2. Scitis , quia poſt biduum Paſcha fiet , & fi-
lius hominis tradetur , ut crucifigatur. 3. Tunc congregati ſunt
Principes Sacerdotum , & Seniores populi in atrium Principis
Sacerdotum , qui dicebatur Caïphas : 4. & conſilium fecerunt , ut
Ieſum dolo tenerent , & occiderent. 5. Dicebant autem : Non in feſto , ne fortè
tumultus fieret in populo. 6. Cum autem Jeſus eſſet in Bethania in domo Simonis
Leproſi. 7. Acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi , & effudit
ſuper caput ipſius recumbentis. 8. Videntes autem diſcipuli , indignati ſunt dicen-
tes : Ut quid perditio hæc ? 9. Potuit enim iſtud vænundari multo , & dari pauperi-
bus. 10. Sciens autem Ieſus , ait illis : Quid moleſti eſtis huic mulieri ? Opus enim
bonum operata eſt in me. 11. Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum : me autem
non ſemper habetis. 12. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum ad
ſepeliendum me fecit. 13. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc evan-
gelium in toto mundo , dicetur & quod hæc fecit , in memoriam ejus. 14. Tunc abiit
unus de duodecim , qui dicebatur Iudas Iſcariotes , ad Principes Sacerdotum. 15. Et
ait illis , Quid vultis mihi dare , & ego vobis eum tradam ? At illi conſtituerunt ei
triginta argenteos. 16. Et exinde quærebat opportunitatem , ut eum traderet. 17.
Prima autem die Azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum , dicentes : Ubi vis pa-
remus tibi comedere Paſcha ? 18. At Ieſus dixit , ite in civitatem ad quemdam , &
dicite ei : Magiſter dicit , tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſci-
pulis meis. 19. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus : & paraverunt Paſ-
cha. 20. Veſpere autem facto , diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis 21. Et
edentibus illis dixit : Amen dico vobis , quia unus veſtrûm me traditurus eſt. 22. Et
contriſtati valdè cœperunt ſinguli dicere. Nunquid ego ſum , Domine ? 23. At
ipſe reſpondens : ait : Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. 24. Fi-
lius quidem hominis vadit , ſicut ſcriptum eſt de illo : Væ autem homini illi : per
quem filius hominis tradetur , bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. 25. Reſ-
pondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit : Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu
dixiſti : 26. Cœnantibus autem eis , accepit Ieſus panem , benedixit , ac fregit, de-
ditque diſcipulis , & ait : Accipite , & comedite , hoc eſt corpus meum, 27. Et acci-
piens calicem , gratias egit , & dedit illis dicens : Bibite ex hoc omnes. 28. hic eſt
enim ſanguis meus novi teſtamenti , qui pro multis effundetur in remiſſionem pec-
catorum. 29. Dico autem vobis , non bibam à modo de hoc genimine vitis uſque
in diem illum cùm illud bibam vobiſcum novum , in regno Patris mei. 30. Et hym-
no dicto exierunt in montem Oliveti 31. Tunc dicit illis Ieſus omnes vos ſcanda-
lum patiemini in me in nocte iſta , ſcriptum eſt enim , percutiam paſtorem & diſ-
pergentur oves gregis. 32. Poſtquam autem reſurrexero , præcedam vos in Gali-
læam. 33. Reſpondens autem Petrus ait illi : Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te ,
ego nunquam ſcandalizabor. 34. Ait illi Ieſus : Amen dico tibi , quia in hac nocte
antequam gallus cantet , ter me negabis. 35. Ait illi Petrus , etiamſi oportuerit me
mori tecum , non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt 36. Tunc venit
Ieſus cum illis in villam quæ dicitur Gethſemani , & dixit diſcipulis ſuis : Sedete
hic , donec vadam illuc , & orem : 37. & aſſumpto Petro , duobus filiis Zebedæi ,
cœpit contriſtari , & mœſtus eſſe. 38. Tunc ait illis : Triſtis eſt anima mea uſque ad
mortem : ſuſtinete hîc , & vigilate mecum, 39. & progreſſus puſillum procidit in
faciem ſuam , orans , & dicens : Pater mi , ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, ve-
runtamen non ſicut ego volo , ſed ſicut tu. 40. Et venit ad diſcipulos ſuos , & inve-
nit eos dormientes , & dicit Petro ſic , Non potuiſtis una hora vigilare mecum ? 41.

Vigilate



Vigilate , & orate , ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt,
caro autem infirma. 42. Iterùm ſecundò abiit , & oravit , dicens: Pater mi , ſi non po-
teſt hic calix tranſire , niſi bibam illum fiat voluntas tua. 43. Et venit iterùm , & in-
venit eos dormientes , erant enim oculi eorum gravati. 44. Et relictis illis , iterum
abiit , & oravit tertiò , eundem ſermonem dicens. 45. Tunc venit ad diſcipulos ſuos,
& dicit illis : dormite jam , & requieſcite , ecce appropinquavit hora , & filius ho-
minis tradetur in manus peccatorum. 46. Surgite eamus : ecce appropinquavit qui
turba multa cum gladiis & fuſtibus , miſſi à principibus Sacerdotum , & ſenioribus
populi. 48. Qui autem tradidit eum , dedit illis ſignum , dicens : Quemcunque oſcu-
latus fuero , ipſe eſt , tenete eum 49. Et confeſtim accedens ad Jeſum , dixit : Ave
Rabbi. Et oſculatus eſt eum. 50 Dixit que illi Jeſus : Amice ad quid veniſti : Tunc
acceſſerunt , & manus injecerunt in Jeſum , & tenuerunt eum. 51. Et ecce unus ex
his , qui erant cum Jeſu , extendens manum , exemit gladium ſuum , & percutiens
ſervum principis ſacerdotum , amputavit auriculam ejus 52. Tunc ait illi Jeſus :
Converte gladium tuum in locum ſuum Omnes enim , qui acceperint gladium ,
gladio peribunt. 53. An putas , quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit
mihi modò pluſquam duodecim legiones Angelorum ? 54 Quomodo ergo imple-
buntur ſcripturæ , quia ſic oportet fieri ? 55. In illa hora dixit Jeſus turbis : Tanquam
ad latronem exiſtis cum gladiis , & fuſtibus comprehendere me ; quotidie apud
vos ſedebam docens in templo & non me tenuiſtis. 56 Hoc autem totum factum
eſt , ut adimplerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc diſcipuli omnes , relicto eo,
fugerunt. 57. At illi tenentes Jeſum , duxerunt ad Caïpham principem ſacerdotum ,
ubi Scribæ , & ſeniores convenerant. 58. Petrus autem ſequebatur eum à longe uſ-
que in atrium principis Sacerdotum. Et ingreſſus intrò , ſedebat cum miniſtris , ut
videret finem. 59. Principes autem ſacerdotum & omne concilium quærebant fal-
ſum teſtimonium contra Jeſum , ut eum morti traderent. 60. Et non invenerunt ,
cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Noviſſimè autem venerunt duo falſi teſtes. 61.
Et dixerunt : Hic dicit : Poſſum deſtruere templum Dei , & poſt triduum reædifica-
re illud. 62. Et ſurgens princeps ſacerdotum , ait illi : Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti
adverſum te teſtificantur ? 63 Jeſus autem tacebat : & princeps ſacerdotum ait illi :
Adjuro te per Deum vivum , ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei. 64 Dicit illi
Jeſus : Tu dixiſti , veruntamen dico vobis , á modo videbitis filium hominis ſeden-
tem à dextris virtutis Dei , & venientem in nubibus cœli 65. Tunc princeps ſacer-
dotum ſcidit veſtimenta ſua dicens : Blaſphemavit , quid adhuc egemus teſtibus ?
Ecce nunc audiſtis blaſphemiam 66. Quid vobis videtur ? At illi reſpondentes di-
xerunt : Reus eſt mortis. 67. Tunc exſpuerunt in faciem ejus , & colaphis eum cæ-
ciderunt , alii autem palmas in faciem ejus dederunt. 68. Dicentes : Prophetiza no-
bis Chriſte , quis eſt , qui te percuſſit ? 69. Petrus verò ſedebat foris in atrio , & ac-
ceſſit ad eum una ancilla , dicens , & tu cum Jeſu Galilæo eras. 70 At ille negavit
coram omnibus , dicens : Neſcio quid dicis. 71. Exeunte autem illo januam , vidit
eum alia ancilla : & ait his , qui erant ibi : Et hic erat cum Jeſu Nazareno. 72. Et ite-
rum negavit cum juramento : Quia non novi Hominem. 73. Et poſt puſillum ac-
ceſſerunt , qui ſtabant , & dixerunt Petro : Verè & tu ex illis es; nam & loquela tua
manifeſtum te facit ? 74. Tunc cœpit deteſtari , & jurare , quia non noviſſet homi-
nem. Et continuò gallus cantavit. 75. Et recordatus eſt Petrus verbi Jeſu , quod di-
xerat : Prius quàm gallus cantet , ter me negabis Et egreſſus foras , flevit amarè.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Ponitur conſpiratio ſacerdotum cum Juda adverſus Chriſtum D. explicavi tom. 3. lib. 7 c 2.

*Secundò, V.* 6. Unctio facta à Magdalena in Bethania. Explicavi tom. 5. lib. 7. cap. 1.

*Tertiò , V.* 14. Pactum , ac venditio Iudæ cum Iudæis circa perſonam Chriſti. Expendi to. 5. lib. 7. cap 5.

*Quartò, V.* 17. Acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum ad præparandum cœnaculum: Expendi to. 5. lib. 7 cap. 4.

*Quintò, V.* 21. Prædicitur proditor Iudas to. 5. lib 7. cap. 6.

*Sextò , V.* 26. Inſtituitur à Chriſto D Sacræ Euchariſtiæ Sacra-

mentum. Explicavi to. 5. lib.7. cap.7.

*Septimò V.*30 Prædicitur ſcandalum diſcipulorum, & Petrus negans, de quo dixi tom.4. lib.7. cap.10.

*Octavo Verſ.*31.*&* 36. Hymno dicto venit Jeſus cum diſcipulis ſuis in hortum, ubi orat ad Patrem tom.5. lib. 8. capite 2.

*Nonò Verſ.*47. Venit Judas cum turba multa, & comprehenditur Jeſus, de quo tom. 5. lib. 8. cap 3.

*Decimò V.*59. Falſi teſtes, & princeps ſacerdotum ſcindit veſtimenta ſua, tom.5. libr. 8. cap.4. à num.62. & deinceps.

*Undecimo Verſ.* 67. Velatur facies Jeſu, & injurioſè tractatur à Judæis tom.5. lib.8. cap. 4. à n.116. & deinceps.

*Duodecimò Verſ.* 69. Petrus negat Divinum Magiſtrum, & poſtea commotus flevit amarè. tom. 5. lib. 8. capite 5.

De quibus omnibus multa dixi pro noſtra tenuitate, licèt tamen non pro dignitate tantorum myſteriorum.

---

## Jeſus apud Hortum.

### Quæstio I.

### *Quare Chriſtus exiit in hortum, & ibi maxime triſtatur, & anxiatur?*

1\. SANCTA Anima ad ſuum dilectiſſimum Jeſum ait: *Veniat dilectus in hortum ſuum, ut comedat fructum pomorum ſuorum.* Cantic.5. n.1. Venit meus Jeſus in hortum ſuum, non ad jucunditatem, & delitias, ut faciunt homines; ſed ad magnam agoniam, & in locum, in quo bene ſciebat, ſe comprehendendum eſſe à Judæis. Venit in hortum: non cum ingenti militum copia, ſed cum tribus diſcipulis: ad pugnandum contra aëreas poteſtates; non pro uno regno, vel civitate, ſed pro ſalute totius generis humani, quæ eſt cibus ejus, ut comedat. Sic ipſe dixit diſcipulis ſuis, converſa Samaritana; offerentibus cibum, Joan.4 n.32. *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.* Cibus ejus fructus pomorum ſuorum, quæ ipſe plantavit ſuo ſanctiſſimo adventu, meritis, paſſione, ac morte, rigavit ſuo pretioſiſſimo ſanguine; *ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.*

*Cantic. 5.* — *Venit Chriſtus in hortum ſuum ad colligendos illius fructus.* — *Joan.4.*

2\. Et dum anima ſancta ſuum dilectum invitat ad hortum, ait illi: *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.* Cantic.7. n.11. ſe illius offert ſociam, & comitem, ut indicant illa verba de plurali, *Egrediamur, commoremur:* præ amore illius in tot; ac tantis ærumnis ac laboribus, nolebat ſe ab eo ſeparari. Sic Ethai ad Davidem Regem, 2.Reg.15. num.21. *Vivit Dominus, & vivit Dominus meus rex: quoniam in quocunque loco fueris, Domine mi Rex, ſive in morte, ſive in vita; ibi erit ſervus tuus.* Sequamur & nos eum, ſi non greſſu corporis, animo tamen, meditatione, ac contemplatione, ſive in horto Gethſemani ſanguinem ſudans, ſive in domo Caïphæ injurioſam alapam ſuſtinens; in aula Herodis irriſione, ac contumelias patiens; in prætorio Pilati flagella ſuſcipiens, in monte Calvario moriens. Domine mi Jeſu, *in quocunque loco fueris, ibi erit ſervus tuus.*

*Cantic.7.* — *Individuo amore ſequamur Chriſtum.* — *2.Reg.15.*

3\. Pergit Jeſus in hortum; quod jam explicavi tom.5. lib.8. cap.2. per viginti tres quæſtiones. Nunc adde: Scribit D. Marcus 14. n. 33. *Cœpit pavere, & tædere.* Quid timet Dei fortitudo, quam omnes timent? nonne tu Domine docuiſti diſcipulos tuos, cùm iis dixiſti: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* Matth.10. n.28. D. Laurentius Juſtinian. lib. de Agone Chriſti, cap. 1. poſtquam in hac re latè diſcurrit, concludit: *Agnoſce, ô homo, ſalvatoris tui dignationem, ſe incurvavit ad te, ut te elevaret ad ſe, humiliavit ſe propter te, ut te exaltaret ad ſe.* Timet Dei fortitudo; ut noſtrum timorem ſibi aſſumeret, & ſuam fortitudinem nobis communicaret, & timet ob tot peccata noſtra, ob tot offenſas in Deum, ob mortem cum tot tormentis ſibi imminentem ut ſtatim dicam in hac quæſtione. Et tam vehemens extitit iſte timor, & pavor, ut appoſitè dicatur hîc illud Job.37. n. 1. *Super hoc expavit cor meum, & emotum eſt de loco ſuo:* ex tam vehementi animi pavore, omnia corporis membra cœperunt contremiſcere, omneſque vires animi exhorreſcere, genuaque ad ſe invicem collidebantur, omneſque artus concutiebantur, omniaque oſſa cum ingenti corporis motu trepidabant, ut ipſe de ſe teſtatur per Jeremiam 29. num.9. *Contritum eſt cor meum in medio mei: contremuerunt omnia oſſa mea.*

*Marc.14.* — *Matth. 10.* — *D. Laur. Juſt.* — *Ingens, & vehemens Chriſti pavo.* — *Jerem. 29.*

4\. Scribit D. Matth. hoc cap. 26. n.38. Quod peculiariter aſſumptis tribus diſcipulis, Petro, Jacobo, & Joanne, ait illis: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem:* ideſt extremi & vehementiſſimi dolores mortis tenent me: *Circundederunt me dolores mortis.* Pſalm.17. n.5. Profundè, & altè conſiderandum, quod cùm Chriſtus D. cum ſuis diſcipulis exiſſet de cœnaculo in Montem Oliveti, qui diſtabat à cœnaculo paulò ampliùs, quàm medio miliari Italico, ut ex D. Hieronymo. Adrichomio. dixi citato cap. 2. exp.1. n. 3. in tam longo itinere nullum ſcribitur verbum, quod Chriſtus D. præ triſtitia, ac mœrore dixiſſe: imò cùm his tribus Apoſtolis dixiſſet, *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem:* nec Petrus, nec Jacobus, nec Joannes aliquod verbum dicunt, & proferunt, maxime cùm Petrus frequenter eſſet ſolitus reſpondere. Viderunt faciem Jeſu, qui ſpecioſus erat præ filiis hominum, ſummopere denigratam, ac mœrore contractam, lachrymas ex oculis profluentes, ſingultus ex ore prodeuntes, gemitus ex corde emanantes, & totum corpus timore, ac horrore concuſſum, ac tremens, & inde deprehenderunt animi angorem, ac triſtitiam eſſe ſupremam. Tres amici Job videntes ejus luctuoſam conditionem, lachrymis, ac ſuſpiriis cum eo per ſeptem dies ſiluerunt: *Sederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum; videbant dolorem eſſe vehementem.* Job.2. numero 13. ſi tantus eſſet dolor, quod nullum levamen, nulla conſolatio eſſet illi ſufficiens, ut explanat Magnus Gregorius, ſic nullus ex diſcipulis, nec unum verbum dicit, ſed omnes ſilent: videbant dolorem eſſe vehementem, & tam vehemens erat dolor, quod niſi Chriſtus D. fuiſſet corroboratus divinâ virtute, abſque dubio præ triſtitia, & agonia periret, & animam exhalaret.

*Pſal. 17.* — *D. Hieron. Adrichom.* — *Multùm notandum* — *Non audent diſcipuli loqui ad Chriſtum, videntes illius dolorem vehementem.* — *Job.2.* — *D. Gregor.*



---

### Quæstio II.

### *Quare tam vehementer triſtatur Chriſtus Dominus?*

5\. HAnc quæſtionem latè tractavi citato c.2. q.5. Ubi tredecim rationes ad hanc rem dedi: Et breviter ſic rem hîc explico. Primus fons, & origo tantæ triſtitiæ in Chriſto extitit ex parte Dei; ipſe ſumma charitate Deum diligebat, quia ut docent omnes Patres, ut citata quæſtione dixi, hîc in horto repræſentata fuerunt Chriſto omnium hominum peccata ab Adamo uſque ad ultimum hominem; & maximè doluit, & triſtatus eſt propter tot hominum peccata, quibus divinum jus læditur: CHRISTUS JESUS homo Deus, amore condigno, nempe infinito, Deum ſummè diligebat: Inde conſequens erat, ut de hominum peccatis, per quæ quodammodo, ac certo modo injuria, ac oſtenſa Deo irrogatur, etiam de illa ſummopere, quantum fieri poteſt, triſtaretur. Quantò impenſiùs aliquem amore proſequimur: tanto acerbius, ac durius de ejus malo triſtamur, ac dolemus.

*Chriſti triſtitia ex magna injuria facta Deo.*

6\. Significans Chriſtus D. quam eximio amore proſequitur filios Eccleſiæ Catholicæ, quantumque de ejus malo dolet, ac triſtatur. dicebat per Zachariam 2. num.8. *Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Confert eos cum pupilla oculi, eorumque malum cum dolore, ex læſione pupillæ adveniente. Nihil enim homini delicatius, charius, pretioſius pupilla; indeque læſa pupilla, læditur, & ex æcatur oculus, qui eſt lumen vitæ, ac dux omnis viæ, & actionis hominis, ut homo obcæcatus, miſerrimam tanquam mortuus agat vitam: ergo ad explicandum ſummum dolorem quo Chriſtus afficiebatur ex malo ingruente in ſuum populum eximiè dilectum, eum comparat cum damno, ac læſione pupillæ homini chariſſimæ. D. Hieronymus ait: *Qui ſanctos Domini tetigerit, ſic eſt, quaſi vexare cupiat pupillam oculi ipſius, illumque nitatur ſua clara luce privare.* Ita Theodoretus, Lyra: ſic Deus dilexit ſervos ſuos, ut qui eos offenderit, idem eſt, ac ſi tangat pupillam oculi ejus, eumque ſuâ naturâ velit privare.

*Zachar.2.* — *Qui diligit, maximè dolet de offenſa dilecti.* — *D Hieron.* — *Theodor. Lyran.*

7\. Secunda cauſa, & fons tantæ triſtitiæ erat, reſpiciens, ac conſiderans immenſam hominum multitudinem ab Adamo, uſque ad finem mundi, & qui rejectis auxiliis ſufficientibus, quos Æternus Pater dedit ad ſalutem, miſerrimè perierunt, ut in æternum damnarentur: Hinc ſub pedibus videbat illam vaſtiſſimam voraginem, ibique conſpiciebat horrendos damnatorum è mediis tormentis ululatus, blaſphemias, ac querelas in Deum conjectas, ac plena deſperationis lamenta: Rurſum ſublevabat oculos, & videbat cœleſtem beatitudinem, quam ab origine mundi Æternus Pater hominibus paraverat, à qua multi, & ex majori parte ſunt expulſi in fumoſum barathrum, ut in æternum torquerentur: valde magnum, & ingens erat hoc tormentum Chriſto, magnæque cauſa triſtitiæ, cùm ipſe intimè hominum animas diligeret, ut pro qualibet eſſet paratus omnia tormenta ſuſtinere.

*Triſtitia Chriſti ex magna multitudine damnatorum.*

8\. Deinde de his ad præſentia, ac circunſtantes homines oculos contorquebat, in quibus videbat omnem hominum multudinem, colluvie omnium ſcelerum, ac turpitudinum exundare, tenebriſque ignorantiæ, ac cæcitatis, ſine fidei lumine detineri; quod valde tenue erat in pravo Judæorum grege, in quo multi defecerant: *non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.* Pſalm.13. nu.2. Inſuperque videbat in ipſo Judaico populo, in quo Pontifex eum ut blaſphemum arguebat, Rex Herodes contemnebat, Pilatus præſes condemnabat ad mortem, Principes Sacerdotum, & Scribæ accuſabant; teſtes contra eum falsò teſtificabantur, & totus populus contra eum fremebat, *Crucifige*: & inde *triſtis eſt anima mea.* Deindeque videbat, quod totus orbis in eum inſurgebat, Gentiles, & Judæi contra ipſum conſpiraverant, & ideo *triſtis eſt anima mea*: & inſuper videbat ſe derelictum à Patre, à diſcipulis, amicis, & ab his, in quibus tot beneficia, ac dona ſanitatis contulerat, & inde *triſtis eſt anima mea.*

*Pſal.13.*

9\. Inſuper & circunſpiciebat ſuum populum Chriſtianum; homines, quos in filios adoptaverat. Joan.1. n.12. quoſque hæredes, & cohæredes ſui regni fecerat. Roman.8. n.17. qui ſi laxis habenis peccabant, in perditionem ruerent, ac ſi pro illis nihil ipſe paſſus eſſet, cùm ad intuitum tam copioſæ paſſionis, ac mortis, nullus futurus eſſe videretur, qui ampliùs peccaret, ait Paulus Hebræ 9. num 15. agens de Chriſti paſſione: Quod ipſe mortuus eſt, *in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento.* De fide certum eſt, quod Chriſtus mortuus eſt pro peccatis omnium hominum, ab Adamo uſque ad ultimum in fine mundi, tam pro his, qui erant ſub priori teſtamento, quàm ſub novo Quomodo ergo Magnus Doctor gentium ait, *in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento?* Ac ſi poſt viſam, & conſideratam Chriſti paſſionem, & mortem, qua ipſe tot, ac tanta pro nobis paſſus eſt; nullus amplius eſſe peccaturus videretur.

*Joan.1.* — *Rom.8.* — *Hebr.9.* — *Incredibile videtur, quod conſiderata paſſione Chriſti homo delinquat.*

10\. Ad hæc tanquam ex tertia radice, ac fonte augebatur hæc triſtitia ex morte ſibi imminente tot, ac tantis tormentis; & quod unus ex

Apoſtolis

*Triſtitia Chriſti ex tormentorum magnitudine.*

Apoſtolis eum tradet, alter negabat : omnes deſerent, & quod in manus ſuorum inimicorum eſſet tradendus, quod caput configeretur ſpinis, capilli evellerentur genæ alapis percutientur, manus, & pedes clavis terebrabuntur, & totum corpus vulneribus conficietur, & inde *triſtis eſt anima mea* : & ut dicunt Philoſophi, & Medici, *Dolor naſcitur ex diviſione continui:* Anima, & corpus Chriſti, ejuſque partes intimè, ac ſummè erant unitæ, ac proinde ex earum diviſione, ac ſeparatione vehementiſſimus dolor cauſabatur.

*Chriſti vita excellentior vitâ omnium.*

11. Deinde Chriſti vita, & pretio major, & dignitate præſtantior, & æſtimatione præcellentior erat, quàm univerſæ omnium mortalium in unum cumulatæ animæ, & vitæ, inde evenit, plus horroris, ac doloris ejus jacturam Chriſto peperiſſe, quàm omnes homines ſimul coadunati unquam perceperint. Ex quo docet D. Anſelmus lib. de Excellentiis Virg. capite 4. & ait : *Excedit omnes amores parentum in filios amor iſtius matris in filium ſuum* : quia ipſa per altiſſimam ſuam ſcientiam cognoſcebat, quod perſona, ac vita ſui ſacratiſſimi filii æſtimabilior erat ſuper perſonas, ac vitas omnium filiorum hominum, ſi etiam conglomerati conſiderentur ſimul. D. Anſelm.

## Quæstio III.

### *Quare Chriſtus D. qui vehementiſſime exoptabat mortem, poſtulat ut illius calix tranſeat ab eo.*

12. Marc. 16. Jerem. 2. Difficultatem hujus materiæ latè tractavi citato cap. 2. à quæſt. 6. uſque ad quæſtionem 15. Nunc adde : *Progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam* : Marc. 16. n. 39. Exclamat Jeremias 2. n. 12. *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc:* ad cujus intuitum, ac nomen omnia curvantur genua cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: *procidit in faciem ſuam.* O Magnum prodigium, illic figit Deus faciem ſuam, ubi ſolent homines figere pedes ſuos : *procidit in faciem ſuam:* tanquam fatigatus onere peccatorum omnium hominum : *ſuper dorſum meum fabricaverunt peccatores :* Pſalm. 128. n. 3. *Procidit in faciem ſuam* : ut nos erigat, procidit in faciem ſuam, præ humilitate oraturus ad Patrem. *Oratio humiliantis ſe, nubes penetrat :* Eccleſiaſt. 35. nu. 20. *Reſpicit in orationem humilium, & non ſprevit precem eorum.* Pſalm. 101. n. 18.

*Chriſtus procidit in faciem, ubi homo ponit pedes.*

Pſalm. 118. Eccleſ. Pſalm. 101.

13. Matth. 26. Et ſic orat ad Patrem : *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte : veruntamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis.* Matth. 26. n. 39. *Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat.* Scribit D. Luc. 22. n. 42. Quid eſt quod meus Jesus, qui vehementiſſimè mortem exoptabat, unde dicebat Luc. 12. nu. 50. *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor, uſquedum perficiatur.* Magnam anxietatem deſiderii ad patiendum indicant hæc verba, ut ibi expendit D. Ambroſius, dicens : *Mæſtitiam prætendebat, quam non ex metu mortis ſuæ, ſed ex mora noſtræ redemptionis aſſumpſerat :* quaſi impatiens dilationis, toto tempore, quo mors differebatur, angitur, & triſtatur : At modò paſſioni proximus, quam expetierat, eam videtur à ſe declinare, cùm in hæc verba prorumpit : *Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte* : quomodo hæc cohærent, antea de mortis dilatione triſtabatur, & nunc angitur de ejus propinquitate. Rectè D. Paſchaſ. lib. 11. Quod hæc oratio oſtendit Chriſtum verum hominem, ac verum Deum.

D. Luc. 22. D. Luc. 21. D. Ambr.

*Chriſtus exoptabat mortem, & nunc timet.* D. Paſchaſ.

14. Ut verus homo ſecundùm voluntatem naturalem ferebatur ad appetitum naturalem, & dicebat: *Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Nam Æterne Parens, ego ſum filius tuus dilectus, *in quo ſibi bene complacuit.* Placeat tibi, ut iſte calix tranſeat à me, ut quidam contemplativus conſiderat ; nam ſi Pater me vis pauperem, & derelictum ? in ſtatulo natus ſum, & reclinatus in præſepio inter bruta animantia, non habens locum in hominum diverſorio ; ſi lachrymas quæris ? jam flevi ſuper Jeruſalem ; ſi labores ? *Pauper ſum ego in laboribus à juventute mea.* Pſal. 87. n. 16. Si ſanguinem ? hunc fudi circuncisus ; ſi fatigationem ? jam fatigatus ſedi ſuper puteum ; ſi triſtitiam, & agoniam ? *triſtis eſt anima mea uſque ad mortem :* Dilecto enim filio tuo, Pater mi, videtur quod non conveniant vincula, ſputa, alapæ, flagella, ſpinæ, clavi, crux, & omnis ignominia.

*Voluntas naturalis refugiebat mortem, ad exaltationem meriti Chriſti.* Pſalm. 87.

15. At verò voluntas ſuperior, & rationabilis, tota ferebatur in Patris voluntatem, & dicebat: *Non mea voluntas, ſed tua fiat :* Pro qua re audiendus eſt D. Bernardus ſerm. 3. de Reſurrect. & ait : *O Domine, voluntas de qua dixiſti, ut non fieret, ſi bona non erat, quomodo tua erat ? ſi bona erat, quomodo derelicta eſt? ſic & conſilium, ſi non bonum, quomodo tuum ? ſi bonum, quomodo relinquendum ? & bona erant, & ejus erant, neque tamen minus relinquenda, ob hoc videlicet, ut fierent meliora ; neque enim oportebat propria præjudicare communibus. Erat ergo voluntas Chriſti, & bona erat, qua dicebat,* Si fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte, *ſed ea de qua dicebat,* fiat voluntas tua, *melior erat, quia communis non ſolùm, ſed etiam Chriſti ipſius* : oblatus eſt enim quia ipſe voluit ; *& noſtra hæc voluntas Patris erat, ut videlicet haberet, quos adoptaret in filios. Chriſti erat, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus ; noſtra erat, quia pro nobis faciebat, ut redimeremur.* Chriſti voluntas, etſi in ſe una erat, virtute tamen multiplex ; una ſcilicet, naturalis, & ſimplex, velut conditionalis, qua ut homo mortem fugiebat, & hæc cùm eſſet voluntas Chriſti, *bona erat, & ejus erat :* ad oſtendendam veritatem naturæ humanæ contra alios hæreticos, qui corpus Chriſti phantaſticum finxerunt, *bona erat, & ejus erat.* Ut oſtenderent excellentia merita Chriſti, quia licèt hæc voluntas inferior reſpiciens appetitum naturalem, recuſaret mortis calicem, tamen ſe ſubjiciebat, ac ſubmittebat alteri voluntati ſuperiori, quæ eſt ſecunda voluntas rationalis, *de qua dicebat, fiat voluntas tua ; & melior erat.* Et hæc voluntas erat abſoluta, qua ultrò ſe ſubdebat volunti divinæ, & mortem ſponte ſubire volebat, & quà Deus ejus voluntas erat ipſiuſmet Dei Patris, quia in tribus perſonis una & eadem eſt voluntas ; *& hæc voluntas Patris erat, ut videlicet haberet, quos adoptaret in filios.* Ut acquireret filios adoptivos, filium naturalem tradidit ad mortem : *& voluntas noſtra erat, quia pro nobis faciebat ut redimeremur.* Voluntas capitis, voluntas eſt membrorum ut ad ſalutem & vitam pervenire poſſimus. Et ita voluntas Chriſti, licèt in ſe una, multiplex tamen in hoc negotio fuit, naturalis, rationalis, Divina, & communis hominum ; *neque enim oportebat propria præjudicare communibus.*

D. Bernard.

*Chriſti voluntas in ſe una, virtute multiplex*

*Reſurgit mortem, ut oſtendatur excellentia meriti.*



*Voluntas capitis, voluntas membrorum.*

16. Cæſ. Arelat. Ex his altè & præclariſſimè exclamat Cæſarius Arelatenſis ſerm. 29. & ait: *Orat miſericordia, & non erat miſeria : orat Charitas, & non humiliatur iniquitas : proſtratus in terra orat Medicus, & non inclinatur ægrotus ; orat innocentia, & non erat nequitia ; orat qui peccatum non fecit, & non ſe proſternit multis peccatis obnoxius. Orat judex, & deſiderat parcere, & orat reus, ut indulgentiam mereatur accipere : orat judicaturus, & orare diſſimulat judicandus.*

*Si orat innocens, & judex, totius oret reus, & judicandus.*

## De Sudore ſanguineo, ac Angelo confortante, dicam Luc. 22. Comprehenditur Jesus.

## Quæstio IV.

### *Quare tanta affabilitate ſe habet Chriſtus cum Juda in hoc congreſſu?*

17. De magno myſterio comprehenſionis multa, & latè dixi tom. 5. libr. 8. cap. 3. breviter hîc aliqua perſtringam. Venit Judas cum magna militum copia, & *confeſtim accedens ad JESUM, oſculatus eſt eum.* Matth. 26. nu. 49 Expende *Confeſtim* : Diabolus ſine dubio alas Judæ mediante avaritia miniſtrabat. Venit Judas tota ſtipatus Romanorum cohorte, toto Pontificum ſatellitio, cùm hominem inermem, maligno dolo, & oſculi fraude comprehendere feſtinat ; iniquitas de ſe ſemper timida, & formidoloſa eſt ; & addit D. Luc. 22. n. 48. *Oſculo filium hominis tradis ?* ac ſi maximè doleat Jesus, quod oſculum amicitiæ, ac benevolentiæ ſignum, ſi Judæ inſtrumentum ad eum tradendum in manus ſuorum inimicorum. D. Auguſtin. ſerm. 1. de Paſſione, ait: *Oſcularis ; & inſidiaris :* amicum fingis, cùm proditor ſis. Victor Antiochenus in cap. 14. Marc. ait ; *Cui lethales inſidias ſtruebat, illi infelix ſalutem cum oſculo offerebat.* D. Hieronymus : *Dans ſignum oſculi, cum veneno doli :* & tamen D. Paulinus epiſtola 2. ad Severum, ait *Hoc quidem oſculum Dominus non ideo ſuſcepit, ut pacem proditoris acciperet, ſed ut ſuam ab alienato reciperet.* Chriſtus D. ſuis diſcipulis frequenter dabat pacem ; accepit oſculum pacis à Juda, non ut ab eo reciperet pacem, ſed ut ab ipſo Juda malitiâ, & dolo alienato, pacem, quam ei dederat, auferret, & reciperet. Frequenter, quod videtur benignitas, eſt extremus juſtitiæ rigor ; pacis oſculum accipere à Juda videretur benignitas, & fuit diſtricta ſeveritas, ut ab eo eam auferret, & adimeret.

Matth. 26. Luc 22. D. Auguſt. Victor. Ant. D Hieron. D. Paul.

*Aliquando quod videtur benignitas, eſt extremus rigor.*

18. *Oſculatus eſt eum :* in faciem nempe, ut tenent communiter Authores, & teſtatur antiquiſſima pictura Eccleſiæ, & ni fallor, non legitur, quod oſculatus fuerit Chriſtus in faciem, niſi tantùm Judæ, hanc tantam benignitatem conceſſit Chriſtus, ut illam ſacratiſſimam faciem attingeret, ac oſcularetur, quam beati deſiderant in patria aſpicere ; & tamen ejus ferreum pectus, nec domatur, nec mitigatur, ſed oſculo tradit filium hominis : pro quo audiendus eſt D. Ambroſius in Luc. & ait : *ſiccine*, ait, *Juda amoris pignore vulnus infigis ? Charitatis officio ſanguinem fundis ? inſtrumento pacis mortem irrogas ? diſcipulus Magiſtrum, ſervus Dominum, electus authorem tradit & oſculatus eſt eum* : ex quo rectè D. Bonaventura in ſuis meditationibus circa hanc rem, admiratur eximiam benignitatem Jesu, & æneam, ac ferream malitiam Judæ. Eccleſia militans per tot millia annorum, ab exordio mundi clamabat, *oſculetur me oſculo oris ſui.* Cantic. 1. num. 1. nempe præſentia, ac favore, quo vehementiſſimè flagrabat, & quod per tot annorum centurias denegatur dilectæ ſponſæ, conceditur Judæ ; & tamen ejus nequitia non emoleſcit, ſed obſtinatior perſiſtit. D. Ambr. D. Bonav.

19. Unde hîc in campum veluti prodit quædam admirabilis contentio, hinc Redemptor, inde proditor: Hinc Magiſter, inde diſcipulus ; Jesus, & Judas; Deus, & homo. Ille accenſus amore, ut ſervet; hîc armatus furore, ut mactet. Ille ſpirans vitam, & ſalutem ; hic anhelans cædem, & mortem. D. Paſchaſ. lib. 1. in Matth. ait: *ut iniquus homo avaritia captus, nullis cedit, nullis obtemperat, nec confunditur.* D. Paſchaſ.

20. Ait illi Jesus : *Amice ad quid veniſti :* Crudelem hoſtem appellat Jesus amicum. Tu Domine dixiſti. Joan. 15. n. 14 *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis.* Atqui Judas tantùm abeſt à tuis mandatis, ut contra omnem veritatem, fidelitatem, ac juſtitiam, aſpidum veneno tibi inſidietur, ut te tradat in manus inimicorum tuorum ; tamen bonus Dominus ita loquitur ut inde ejus pietas innoteſcat, ac Judæ nequitia. Clementia Jesu manifeſtatur, qui agnoſcens nequitiam Judæ, eum amicum ſuum facere volebat, cum eoque amicabiliter agebat ; & nequitia Judæ inde maximè declaratur, quod verbis tam lenibus, ac ſuavibus, *Amice ad quid veniſti*, noluit mitigari, ac domari. Joan. 15.

*Clementia JESU, & iniquitas Judæ.*

21. Phariſæi commoti magno odio in Chriſtum, miſerunt miniſtros ſuos ut apprehenderent Jesum. Joan. 7. num. 32. qui magno furore concepto, cùm ad exequendum mandatum audierunt Jesum loquentem, ſic ſuavitate verborum ejus ſunt allecti, ut contemnentes Phariſæorum mandatum, nihil auſi ſint moliri contra Chriſtum. Et reverſi, ait Joannes citato loco, n. 45 *Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices & Phariſæos, & dixerunt eis illi : Quare non adduxiſtis eum ? Reſponderunt miniſtri, nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo.* Miniſtri iſti enutriti erant in aula, ac domo inimicorum Chriſti, utpote Pontificum, ac phariſæorum ; tamen ſuavitate verborum Chriſti ſic attracti ſunt, ut omne conſilium ſuorum majorum deponerent. & Chriſti magnalia prædicarent

Euthym. dicarent. Euthymius ait : *Abierunt quidam eum ligaturi : reverſi ſunt autem admiratione ſermonum ejus alligati :* At tam obſtinata, & ferrea obdureſcit iniquitas Judæ, ut cum eſſet educatus in Schola Chriſti, audito ejus ſuaviſſimo verbo, *Amice ad quid veniſti*, noluit miteſcere, nec mitigari. De hoc congreſſu Chriſti cum Juda multa dixi citato cap. 3. à quæſt. 6.7. 9. 10. & 11.

---

## QUÆSTIO V.

### *Quare tam generoſe Petrus evaginato gladio percutit Pontificis ſervum?*

22. Textus. AIt noſter Evangeliſta hoc cap. 26. num. 51. *Unus ex his, qui erant cum JESU, extendens manum, exemit gladium ſuum, & percutiens ſervum Principis ſacerdotum, amputavit auriculam ejus.* D. Joan. 18. num. 10. *Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſervum, & abſcidit auriculam ejus dextram.* De qua re multa dixi citato cap. 3. q. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Nunc verò pro ampliori doctrina adde.

Joan. 18.

23. Et primò recole, quod cùm Petrus ambulans ſuper mare, veniens ad JESUM, *cùm cœpiſſet mergi, clamavit dicens, ſalvum me fac. Et continuo extendens manum apprehendit eum* : Matth. 14. numero 30 Petrus in gaudii periculo poſitus, ut marinis undis ſubmergeretur. manu Chriſti ſubveniente, à periculo liberatur, & eximitur; Petrus tantæ obligationi reſpondens, ac gratitudini, ut poterat, ſatisfaciens, & quamvis optimè ſciret, quod Chriſtus ſupremus Dominus, ejus ope non indigeret, tamen quantum in ſe erat, oſtendens ſuum animum, manum extendit in tanta occaſione ad auxilium. Unde pro hac animi gratitudine laudandus eſt Petrus; ita in præſenti Theophylactus. *Qui gladium exemerat, ut Joannes dicit, non arguimus Petrum; quoniam non pro ſe, ſed pro Magiſtri zelo, ardens hoc fecit :* Prudenti zelo exarſit Petrus, dum pro Magiſtro manum extendit, qui bene meminerat extenſa manu magiſtri ſe naufragio liberatum fuiſſe, ac incolumem à periculo evaſiſſe, ut beneficium beneficio compenſare poſſet.

Matth. 14.

Theophyl. *Beneficium beneficio compenſandum.*

24. Secundò : in cœnaculo duos gladios obtulerunt diſcipuli Chriſto D. *Ecce duo gladii* : Luc. 22. & ſolus Petrus exemit gladium : & extenſa manu percuſſit Pontificis ſervum. Cur ſolus Petrus, & non alius ex Apoſtolis? ſoli Petro Chriſtus D. dedit poteſtatem ligandi, ac ſolvendi, inde Petrus adhuc impolitus in Schola Chriſti, ſuam commiſſionem amplificans exiſtimabat ſibi facultatem eſſe datam percutiendi, ac feriendi. D. Ambroſius ad capit. 22. Luc. ait : *Tollit Petrus aurem : Quare Petrus quia ipſe eſt, qui accepit claves regni cœlorum : ille enim condemnat, & qui abſolvit : quoniam idem, & ligandi, & ſolvendi, adeptus poteſtatem.* Petro data eſt facultas ligandi, ac ſolvendi, quantum ad animam, non inde tamen commiſſa iſta poteſtas corporaliter percutiendi, tamen ſuo facto præfigurans plurimorum miniſtrorum conditionem, qui ultra ſibi datam ſolent dilatare, & extendere ſuam juriſdictionem, maximè ad nocendum, ac vulnerandum, & in confirmationem eorum, quæ dicta ſunt, notat D. Auguſtinus in catena, quod *Dominus juſſerat, ut diſcipuli ejus ferrent ferrum, ſed non juſſerat, ut ferirent* : Petrus præſignans, quod futurum erat in miniſtris, armatam manum extendit ad amputandum, ac vulnerandum.

Luc. 22.

D. Ambr. *Præfiguratur miniſtrorum conditio, qui extendunt ſuam juriſdictionem.*

D. Auguſt.

*Percutiens ſervum Principis ſacerdotum* : cur magnus Petrus non extendit gladium ad Principes, Magiſtratus, ac Duces tanti facinoris, ſed ſolum pauperculum famulum percutit, ac inflicto vulnere amputat auriculam? Eleganti penicillo depingebatur hîc, quod communiter accidit in miniſtris hujus ſæculi, qui in Potentes, ac Optimates timent manum mittere, eoſque etiam in ſuis criminibus venerantur pauperculos, ac humiles maximè divexant, ac opprimunt. Ex quo notat D. Hilarius in Catena, & ait : *Servo principis ſacerdotum auricula ab Apoſtolo amputatur* : non amputat principis auriculam, ſed famuli, cùm princeps major eſſent in crimine, ac culpa; ſed hoc ſic accidit, quod ad potentes miniſtrorum manus ſint alligatæ, maximè verò ad debiles, & pauperculos expeditæ. 25.

*Miniſtri relinquunt magnates, & affligunt pauperes.*

D. Hilar.

In ultimis ſuis verbis, ac tanquam in teſtamento commendat David filio ſuo Salomon, ut mortis vindictam ſumat de Joab, qui *duos viros meliores ſe interfecit.* 3. Reg. cap. 2. nu. 5. & ſimiliter, non permittat in pace obire Semei, qui maledixit ei maledictione peſſima, cum fugeret à facie Abſalon, ibidem n. 8. Tamen Salomon adeptus regni clavum, primò ante omnia imperat Joab principem militiæ, ac generalem ducem totius exercitus interfici, cum etiam confugeret ad tabernaculum Domini, 3. Reg. 2. num. 28. & poſtea Semei ſervum Saülis ad necem depoſcit, numer. 37. Salomon juſtitiæ gladium in Joab principem magnum militiæ, deinde in Semei ſervum exacuit, aliter verò legimus feciſſe Saülem contra Dei mandatum : *Qui apprehendit Regem Amalech vivum; omne autem vulgus interfecit in ore gladii* : 1. Reg. 15. n. 8. Unde tanta diſcriminis differentia? Salomon exemit gladium primò ad principes : deinde ad ſervos deſcendit. At Saül Regem cuſtodit vivum, & vulgarem populum ad ferrum tradit, ut inde deprehendas differentiam Spiritus utriuſque Regis. Salomon regebatur divino ſpiritu : *Dabis ſervo tuo cor docile* : At Saül ſpiritu nequam, & diabolico. Lux Divini Spiritus Salomonem illuminabat, ut principes depoſceret ad mortem, deinde ſervos, & humiles. At malignus ſpiritus ſic obcæcat, ut pannoſi, ac humiles primi requirantur, potentes verò omittantur. 26.

3. Reg. 2.

3. Reg. 2.

1. Reg. 15. *Ex Spiritu Dei venit ut magnates primò requirantur ad pœnam, deinde humiles; ex ſpiritu maligno e contra.*

QUÆSTIO



---

## QUÆSTIO VI.

### *Quare tam dire, ac crudeliter capitur & apprehenditur Jeſus?*

27. Textus. DE hac admirabili Chriſti comprehenſione multa dixi cit. cap. 3. à q. 11. uſque ad q. 23. Nunc verò ſolùm aliquas circunſtantias de quibus ibi dixi, adde. Scribit D. Matth. hoc capite, n. 55. Quod Chriſtus univerſæ cohorti dixerit : *Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me, & quotidie apud vos ſedebam, docens in templo, & non me tenuiſtis.*

28. D. Remig. Circa quæ verba ait D. Remigius in Catena D. Thomæ : *Tanquam ad latronem, ac ſi diceret, latronis officium eſt nocere, & latitare; ego verò nemini nocui, ſed in ſynagoga docui* : ac ſi diceret, officium latronis eſt damna, & mala inferre, ego autem tantum ab his diſto, quod vobis magna beneficia impenderim cum vos docerem in templo; ſed ſi beneficia à ſe exhibita in medium profert, cur non alia commemorat, tanquam dicens, inter vos eram, mortuis vitam, cæcis viſum, claudis pedes, ſurdis aures præbens, & cunctos languores ſanans, hæc omittit, ſed ait, *Eram docens quotidie in templo*, ac ſi alios docere, eoſque in veritate inſtruere, ac ignorantiæ tenebris depellere, cæteris majus, ac excellentius, ſit donum, utique non ad corporis bonum, ſed ad ſalutem animæ pertinens? vide ſuprà c. 19. q. 27. n. 126. 127. 128.

*Docere, cæteris omnibus beneficiis majus.*

29. Secundò ait Chriſtus : *Quotidie eram apud vos docens in templo, & non me tenuiſtis* : per multa alia loca, ut per plateas, vicos, caſtella, porticum Salomonis, verſabatur Chriſtus D. & tamen ſolummodò objicit Phariſæis, quod cùm eſſet in templo, eum non tenuerunt; cùm modò veniant tanquam ad latronem capiendum eum. D. Chryſoſt. homil. 85. in Matth. ſic ait : *Cur in templo ipſum non tenuerunt*, ſic Reſpondet : *Non fuiſſent auſi propter turbas : quamobrem etiam exivit à loco, & oportunitate temporis, illis poteſtatem concedens.* Ex his maximè arguit Chriſtus D. impudentiam, ac ferocitatem Judæorum, quia non auſi ſint eum tenere in templo, ne apud turbas haberentur ipſi, ut violatores, ac contemptores templi & tamen modo furore, ac malitia obcæcati, ac odio ſtimulati, audent manum extendere, ac mittere in ipſum Domini templum, ac ipſum Sancta ſanctorum, ſuper omnia venerandum, ac colendum.

D. Chryſ.

*Judæorum nequitia templa reverebatur.*

30. D. Luc. c. 22. Addit D. Lucas 22. n. 52. Quod Chriſtus D. dixiſſet Turbis : *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum* : quaſi hora, & poteſtas ſæculi ſit poteſtas tenebrarum, cùm iniqua poteſtas ſæculi veniat à poteſtate tenebrarum, id eſt à Dæmonibus, ut explicat D. Paulus ad Epheſios 6. n. 12. *Non eſt nobis colluctatio*, ideſt lucta, *adverſus carnem, & ſanguinem, ſed adverſus principes, & poteſtates : adverſus mundi rectores tenebrarum harum.* Non dixit Apoſtolus, eos eſſe principes, poteſtates, ac rectores, ſed addi ait : *Mundi, & tenebrarum harum* : hoc eſt Amatorum mundi, ac iniquorum, qui obcæcati in ſuis perverſitatibus, in tenebris ambulant. D. Auguſtinus in Pſalm. 54. verſ. 1. ſic ait : *Ne forte cum Apoſtolus dixiſſet mundi, intelligas dæmones eſſe rectores cœli, & terræ, mundi dixit, tenebrarum harum : mundi dixit, amatorum mundi : mundi dixit impiorum, & iniquorum : mundi dixit, de quo in Evangelio dicit : & mundus eum non cognovit.*

*Poteſtas mundi, poteſtas tenebrarum.*

Epheſ. 6.

D. Auguſt.

*Injecerunt manus in Jeſum* : Certatim omnes magno impetu contendebant, quiſnam primus eſſet qui eum teneret, ac caperet, ut rem gratiſſimam facturus Pontificibus, Principibus ſacerdotum, & præſidi; ac ſi hoc factum magno præmio eſſet remunerandum. Cùm Rex Syriæ exiret in bellum contra regem Achab Iſraëlis, & contra Regem Juda Joſaphat, rex Syriæ præcepit Principibus militiæ, ut contra nullum alium pugnarent, niſi tantum contra regem Iſraël, ut crudelem hoſtem, ac adverſarium ſuum, *Et cum vidiſſent Principes curruum Joſaphat ſuſpicati ſunt, quòd ipſe eſſet rex Iſraël, & impetu facto pugnabant contra eum.* 3. Reg 22. n. 32. Tota caſtrorum acies omni conatu, ac impetu ferebatur contra Regem Iſraël, omneſque principes exercitus magno furore agitabantur, quiſnam eſſet tam felix, tanque gratus ſuo regi, qui hanc rem præclariſſimam eſſet facturus, ut magnum adverſarium ſui regis Syriæ primus apprehenderet, ac manibus teneret. Eodem modo hi miniſtri Satanæ decertabant, quiſnam eſſet prior, qui manus extenderet in innocentiſſimum agnum, qui nemini nocuit, ſed omnibus benefecit : tamen malignitas eorum reputat eum malefactorem, & ſuis principibus adverſarium. 31.

*Certatim contendebant Judæi, quiſnam prior injiceret manus in Jeſum.*

3. Reg. 22.

Ait Regius vates in perſona Chriſti, Pſ. 117. n. 12. *Circundederunt me, ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis* : fugerunt Judæi tanquam apes, *circundederunt*, ſeu ut legit Arabicus, *Convallaverunt* Chriſtum D. ut eum aculeo, morſu, vellicatione pungerent, injuria, ac opprobrio afficerent, dire perſequerentur; ſed præter eorum intentionem verè fuerunt apes, ut in præſenti notant D. Auguſt. Caſſiodor. D. Proſper, Beda, noſter Incognitus, & ferè omnes Latini, quia mellificaverunt non ſibi, ſed nobis dulcedinem in paſſione Chriſti ſuper mel, & favum in vitam æternam; pungendo autem, parum Chriſto nocuerunt, nam ipſe glorioſè tertia die reſurrexit : *Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.* Sicut ignis vehementi flammâ graſſatur in excilis ſpinis ad comburendum, ad eas in cineres redigendum, ut notat Bellarminus; ſic inimici Chriſti non minori impetu in eum inſurrexerunt, ut eum devorarent, perimerent, ac è terra viventium eradicarent 32.

Pſalm. 117.

Arbic.

D. Auguſt. Caſſiod. D. Proſp. Beda.

*Flammeo furore rapiebantur miniſtri contra Jeſum.*

Bellarm.

Quæ omnia clementiſſimus Jeſus ſuâ manſuetudine, lenitate, ac benignitate ſuperavit, ac devicit : nam per tam largum iter ab Horto uſque ad Jeruſalem, per dimidiam quaſi leucam, inter tot opprobria, injurias, colaphos, percuſſiones nil reſpondit, nec ullum verbum dixit; ſed in multâ patientiâ, cum magna modeſtiâ, omnia ſuſtinuit. Pſalmus decimus ſeptimus habet pro Titulo *Canticum, quod cecinit David in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saül.* Et cur non intonat canticum de victoriis, quas antecedenter habuit de Goliath, & multis aliis Philiſthæis? cur ergo victoriam Saülis inſigniter commemorat? glorioſior ſanè extitit Saülis victoria quâ aliorum omnium; alios enim adverſarios vi, ac fortitudine ſuperavit, Saülem verò patiendo devicit 33.

Pſal. 17.

*Glorioſior victoria patientia, quàm armis.*

cit; aliis David valde animoſus ſe oppoſuit, Saül autem ceſſit, & in multa patientia ſuſtinuit, & indè iſte triumphus cæteris apud Deum glorioſior, ac illuſtrior.

---

## Petrus negans.

## QUÆSTIO VII.

### *Quare D. Petrus, qui tam firmus & conſtans erat, ſic cadens negat?*

34. Textus. TRipliciter Petrus negat ſe Chriſtum non agnoviſſe nec ſe eſſe ejus diſcipulum, bis cum duabus ancillis, & cum ſecunda, *Iterum negavit cum juramento*; ut ſcribit D. Matth. hoc locò. n. 72. & tandem tertiò interrogatus à circumſtantibus, *cæpit deteſtari, & jurare, quia non noviſſet hominem*, ibid. n. 74. Petrus ſatis notus erat ut vir bonus, ſimplex, ac magnæ authoritatis, cur non ſatis fuit ſemel, ſecundò; ac tertiò dicere ſe non noviſſe hominem, ſed bis adhibet juramentum. De hac Petri negatione egi to. 5. lib. 8. cap. 5. per decem & ſeptem quæſtiones.

35. Dum Petrus peccat, *negavit cum juramento*: in quo ſuſpectæ fidei efficitur apud alios; & dum jurando, ac deteſtandò majus ſuæ negationi ſtabilimentum quærit, ſuſpectior, ac debilior apparet ejus veritas. Undè præclarè dixit D. Baſil. in Pſal. 14. *Turpe & omnino ſtultum eſt, ſeſe ut indignum fide accuſare, & ad juramenti ſecuritatem confugere*: Cum agnoviſſet Saül eximiam benignitatem in eum, quod illum poterat occidere, & tamen incolumem eum abire permiſit, & apertâ voce clamat Saül Davidem eſſe regnaturum, & petit Saül ab eo: *Jura mihi ne deleas ſemen meum poſt me.* 1. Reg. 24. num. 21. cum multis dubitat Abulenſis ibid. q. 24. an Saül hoc juramentum exquiſierit à Davide, cùm ipſe optimè ſciret intimam amicitiam inter Davidem & Jonatham? cur ergo petit juramentum, quod non deleat poſteritatem ejus? Saül erat ſibi valdè inconſtans, & maxime hæſitabat, ſæpè promiſit nil mali agere contra Davidem; & tamen in ſuis verbis non ſtetit, ac proinde ex ſe præſumebat de Davide, quod fluctuaret in fide, & firmus ac conſtans non eſſet; & inde fulcimentum ad firmitatem ac ſtabilitatem, ad conſervationem ſuæ poſteritatis ex juramento quærit: *Jura mihi ne deleas ſemen meum poſt me.*

D. Baſil.

*Qui jurat, ſe reputat indignum fide.*

1. Reg. 24. Abulenſ.

36. Ad vocem unius mulierculæ cadit, & fluctuat Petrus; qui olim tam generosè ſuper vortices marinos incedit: nam cùm olim ipſe cum aliis Apoſtolis eſſet in navi, & agnoviſſet Chriſtum D. ait illi: *Domine ſi tu es, jube me ad te venire ſuper aquas: & ipſe ait, Veni:* Matth. 14. n. 28. Unde tanta rei differentia? Qui tam intrepidus erat ad terrificum mare, tam trepidus, ac timidus ad unius contemptibilis ancillæ vocem. Dum Petrus Domino confidit: *Si tu es, jube me ad te venire ſuper aquas*: Spumantes fluctus maris calcat, & de tempeſtate glorioſè triumphat, & marinum æſtum, non naufragus viator devincit, ut rectè ponderat D. Hieronym. ad citatum Matthæi locum: *Eodem fidei ardore, quo ſemper, nunc quoque cæteris tacentibus credit, ſe poſſe facere per voluntatem magiſtri, quod ille poterat per naturam.* Jube me ad te venire ſuper aquas: *Tu præcipe, & illicò ſolidabuntur undæ; leve ſit corpus, quod per ſe grave eſt*: At ubi Petrus ſibi fidit, gladium eximit, & pro viribus vult pugnare, cadit, & corruit. Deo fidens calcat ſpumantes aquarum voragines; at de ſua præſumptione confidens, ad ancillulæ loquelam lapſus proſternitur, & cadit.

Matth. 14.

*Petrus Deo confidens triumphat de ſe fidens corruit.*

D. Hieron.

37. David dum exiit in campum contra Goliathum, glorioſè eum proſternens devincit, & triumphat; at verò dum in palatio magnificè degit, & totum populum deſcribi, ac numerari mandat, graviter peccat, percutit cor ſuum, proſternens ſe ſuper terram, ut tradunt Rabbini, & communiter docent interpretes ad c. 24. 2. Regum. Unde tantum diſcrimen? Contra Goliath venit confidens in Deo; ſic enim ei dixit; *Tu venis ad me cum gladio, & haſta & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſraël, quibus exprobraſti hodie.* 1. Reg. 17. n. 45. D. Baſil. Seleucus orat. 15. *Tu quidem contemptim intueris, ô bellator, quod ob oculos eſt. Ego vero Deum tibi adverſarium oppono; neque enim viribus meis fretus, ſed Dei gratia, in aciem prodeo.* At verò, cùm numerat populum tanquam ſe glorificans, in multitudine ſuorum militum confidit, & ideo peculiariter numerantur viri fortes, educentes gladios ad bellum: 2. Reg. 24. n. 9. Colligit Severus Sulpitius lib. 1. Hiſtor. hoc feciſſe Davidem multitudini ſuorum militum adeptas victorias referentem, & etiam futuras, ſi neceſſitas poſtularet, cui ſententiæ D. Ambroſius lib. de Pœn. c. 9. dicens: *Felicitatem ſuam popularibus extulit incrementis, lucra multiplicati exercitus inter principalia gaudia numeravit*: In bello contra horribile, ac tremendum Goliath in Deo confidens, glorioſa victoria ſublimatur, ac exaltatur, cùm verò in multis copiis ſuorum militum enititur, labitur, cadit, ac proſternitur.

1. Reg. 17. D. Baſ. Sel.

2. Reg. 24. Severus.

D. Ambro. *Fiducia in Deo dat victoriam, in propriis ruinam.*

38. Tertiò: Ex electis, ac ſanctis Apoſtolis ſolus cadit, ac negat: Petrus omnibus Apoſtolis voluit anteponi, ac ſuper omnes extolli; nam cùm Chriſtus D. dixiſſet in ultima cœna: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in nocte iſta*: audacter reſpondit Petrus: *Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor*, Matth. 26. n. 33. Et qui tantum de ſe confidens cæteris antefertur, Deo permittente cadit; & prolapſus in hoc facto, omnibus inferior invenitur.

*Qui de ſe multum præſumit, cadit graviter.*

Matth. 26.

39. Inter omnes homines hujus mundi legimus Nabuchodonoſorem duriſſimo ſupplicio à Deo caſtigatum, ut ei prædixit Daniel 4. n. 28. *Regnum tuum tranſibit à te, ab omnibus ejicient te, & cum beſtiis, & feris erit habitatio tua: fœnum ut bos comedes.* Nullum alium hominem legimus in beſtiam fuiſſe tranſmutatum. Cur illi tanta abjectio, ut ad inferiorem gradum humanæ naturæ tranſierit? Ipſe enim Nabuchodonoſor dixerat in corde ſuo, ut exponunt D. Hieron. D. Cyr. D. Baſil. D. Thom. Haymo D. Auguſt. lib. 7. de Doctrina Chriſtian. c. 37. *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis; aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo.* Quid deindè ſecutum eſt? *Ad infernum detraheris, in profundum laci* Iſai. 14. num. 13. & 14. Noluit inter homines computari, ſed ſupra omnem conditionem humanam exaltari, Deique ſimilitudinem appetere; & inde ad infimum gradum devenit, ut rejectâ naturâ humanâ, in beſtialem conditionem tranſiret, ut fœnum tanquam bos comederet; & ita opponit Propheta ſummum infimo, cœlum inferno, latera Aquilonis, per quæ ſignificatur locus excelſus, & valde Sacer: *Mons Sion, latera Aquilonis, civitas Regis magni*: Pſalm. 37. num. 2. opponit profundo laci, ideſt, loco valde infimo, ac horribili totius Inferni; ſic dicitur in vitis Patrum lib. 7. cap. 17. *Superbia aſcendens in cœlum, uſque ad infernum deducitur*: Idemque confirmari poteſt de Phariſæo Luc. 18. n. 14. qui ſe multum exaltans dicebat. *Non ſum ſicut cæteri homines, nec etiam ut ille Publicanus*: & tamen publicanus vadit juſtificatus, & Phariſæus damnatus, ac reprobatus: de quo multa dixi in ſuo proprio loco.

Daniel. 4.

D. Hiero. D. Cyrill. D. Baſil. D. Thom. Haymo. D. Auguſt.

Pſal 47.

*Alia præſumptio ſupremam ruinam generat.* Luc. 18.



---

## QUÆSTIO VIII.

### *Quare Petri pœnitentia tot, ac tantis nobilitatur?*

40. Textus. DE hac Petri pœnitentia, ejuſque lachrymis dixi citato cap. 5. quæſt. 16. 17. Nunc breviter pauca dicam. Ait noſter Evangeliſta num. 75. *Converſus Dominus reſpicit Petrum, & recordatus eſt Petrus verbi Domini, quod dixerat: priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis, & egreſſus foras flevit amare.* Nunc repetam hîc, quod olim dixit Moyſes ſtans coram petra: *Num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere?* Num. 20. num. 10. De hac petra, Petro, reſpiciens eum Jeſus, ingentes aquarum, ſeu lachrymarum imbres ſua divina gratia eduxit per totam ejus vitam.

Num. 20.

41. Ecce quædam veluti contentio, ſeu metamorphoſis inter Chriſtum, & Petrum: Petrus inflammatur, Chriſtus amore convertitur ad Petrum: Petrus dolore ad Chriſtum revertitur, Chriſtus oculis emittit jacula: Petrus animo admittit vulnera, ac ſi dicat Petrus: *Vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum*: Cantic. 4. n. 9. Deplorat Jeremias 9. num. 21. miſeram ſortem filiorum Iſraël, dicens: *Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras diſperdere.* Ad iniquos; & reprobos per feneſtras oculorum aſcendit mors; at ad Petrum per feneſtras oculorum Chriſti aſcendit vita, dum *converſus Dominus reſpexit Petrum.* Pſal. 118. *Aſpice in me, & miſerere mei*: & per oculos Petri ingreſſa eſt ſalus & vitam in eum, dum contemplatur Jeſum reſpicientem ſe: inde per ipſos oculos largos lachrymarum imbres emiſit, tanquam indices ſui interni animi doloris, ac pœnitentiæ; oculus enim index eſt animi, ut docet Origenes homil. 35. in Matthæum: *Si oculus fuerit ſimplex; totum corpus tuum lucidum erit.*

Cantic. 4.

*Per oculos ſalus Petri.*

Jerem. 9.

Pſal. 118.

Origenes.

42. Et quàm magna, ac ingens fuerit hæc pœnitentia, maximè inde innoteſcit, quod inſigniter fuerit honorata à Chriſto, ab Angelis, ac cæteris Apoſtolis. Cùm devictâ morte Dominus ſurrexiſſet, pias fœminas Angelus ſolatur, & myſterium reſurrectionis ſpecialiter Petro denuntiandum admonuit. *Ite, dicite diſcipulis ejus, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam:* Marc. 16. n. 17. Cùm Petrus, & Joannes accipiunt à Magdalena corpus Chriſti à monumento ſublatum, currunt ambo, & licèt Joannes priùs præveniſſet, Petrum venerans, non audet introire, niſi poſt ipſum: *Venit Simon Petrus ſequens eum, & introivit in monumentum; tunc ergo introivit ille diſcipulus, qui venerat prius:* Joan. 20. n. 6. & 8. non ſolùm Angeli, nec ſolùm Apoſtoli, ſed etiam ipſe omnium Dominus ſingularem humanitatem, ac benignitatem oſtendit, cùm modo poſt reſurrectionem caput, ac principem ſuæ Eccleſiæ eum conſtituens dicit, *Paſce oves meas:* Joan. 21. n. 17.

*Ingens pœnitentia Petri, & inde maxime honorificata.*

Marc. 16.

Joan. 20.

Joan. 21.

43. Ex quo altâ conſideratione perpende, quod hîc quando Chriſtus D. poſt reſurrectionem Petrum actualiter creat, caput, ac Summum Pontificem ſuæ Eccleſiæ, *Paſce oves meas*, coram omnibus Apoſtolis, nullus ex eis ægrè fert vel dolet, ſed omnes conſentiunt, & veluti approbant: ſecus verò factum eſt quando Dominus eum beatum dixit, ac promiſit Pontificatum: Matth. 16. cæteri ægrè tulerunt; & ideo interrogant: *Quis putas major in regno cœlorum?* Matth. 18. n. 1. ut ibi tenet Abulenſis. 7. vel, *quia viderant Apoſtoli pro Petro, & Domino idem tributum redditum; & ex æqualitate pretii arbitrati ſunt, Petrum omnibus Apoſtolis eſſe prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus, & ideo interrogant; Quis major eſt in regno cœlorum?* Similiter Origenes tract. 5. in Matth. D. Paſchaſ. lib. 8. in Matth. Theophylact. Albert. Magnus. D. Thomas, & alii, quos citavi tom. 4. cap. 10. q. 4. n. 18. 19. 20. &c.

Matth. 16. Matth. 18. Abulenſ.

Origenes. D. Paſchaſ. Theophyl. Alb. Magn. D. Thom.

44. Et modò, cùm omnes agnoviſſent Petrum cum juramento, ac deteſtatione Magiſtrum negaſſe, ſupremum apicem Eccleſiæ ei delatum, nullus dolet, nec improbat; ſed omnes conſentiunt, & benignè recipiunt, ac approbant. Cunctis erat manifeſta ſuprema Petri pœnitentia, vehemenſque ejus dolor, ac contritio, cum ingenti lachrymarum imbre, quæ ipſum ſuper nivem dealbaverant, & in altum faſtigium extulerant, ut ſupremum dignitatis faſtigium ei cohæreret; ac uniformiter correſponderet, in quo tam ingens, & inſignis pœnitentia reſplendebat.

*Ob Petri pœnitentiam omnis dignitas plauſibilis.*

# CAPUT XXVII.

MANE autem facto conſilium inierunt omnes principes Sacerdotum, &
ſeniores populi adverſus Jeſum, ut eum morti traderent. 2. Et vinctum
adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Præſidi 3. Tunc videns
Judas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet: pœnitentiâ ductus re-
tulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum & ſenioribus. 4 Dicens: Peccavi
tradens ſanguinem juſtum. At illi dixerunt: quid ad nos? tu videris. 5. Et projectis
argenteis in Templo, receſſit, & abiens, laqueo ſe ſuſpendit. 6. Principes autem Sa-
cerdotum acceptis argenteis dixerunt: non licet eos mittere in corbonam, quia pre-
tium ſanguinis eſt. 7. Conſilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli, in ſepultu-
ram peregrinorum. 8 Propter hoc vocatus eſt ager ille Haceldama, hoc eſt, ager
ſanguinis, uſque in hodiernum diem. 9. Tunc impletum eſt quod dictum eſt per
Jeremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appre-
tiati, quem appretiaverunt filii Iſraël. 10. Et dederunt eos in agrum figuli, ſicut
conſtituit mihi Dominus. 11. Jeſus autem ſtetit ante præſidem, & interrogavit eum
Præſes dicens: Tu es Rex Judæorum? Dicit illi Jeſus: Tu dicis 12. Et cùm accuſare-
tur à principibus ſacerdotum, & Senioribus, nihil reſpondit. 13. Tunc dicit illi Pi-
latus: non audis quanta adverſum te dicunt teſtimonia? 14. Et non reſpondit ei ad
ullum verbum: ita ut miraretur Præſes vehementer. 15. Per diem autem ſolemnem
conſueverat præſes populo dimittere unum vinctum, quem voluiſſent. 16. Habebat
autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas. 17. Congregatis ergo illis,
dixit Pilatus, quem vultis dimittam vobis? Barabbam, an Jeſum, qui dicitur Chri-
ſtus. 18. Sciebat enim quod per invidiam tradidiſſent eum. 19. Sedente autem illo
pro tribunali, miſit ad eum uxor ejus, dicens: nihil tibi & juſto illi, multa enim paſ-
ſa ſum hodie per viſum propter eum. 20. Principes autem ſacerdotum, & ſeniores
perſuaſerunt populis, ut peterent Barabbam, Jeſum verò perderent 21. Reſpondens
autem Præſes, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Ba-
rabbam. 22. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Jeſu, qui dicitur Chriſtus?
Dicunt omnes: Crucifigatur. 23. Ait illis præſes, quid enim mali fecit? at illi magis
clamabant dicentes: Crucifigatur. 24. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret,
ſed magis tumultus fieret, acceptâ aquâ lavit manus coram populo dicens: Inno-
cens ego ſum à ſanguine juſti hujus, vos videritis. 25. Et reſpondens univerſus po-
pulus, dixit: Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros. 26. Tunc dimiſit illis Ba-
rabbam: Jeſum autem flagellátum tradidit eis ut crucifigeretur. 27. Tunc milites
Præſidis ſuſcipientes Jeſum in Prætorium, congregaverunt ad eum univerſam co-
hortem. 28. Et exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei. 29. Et ple-
ctentes coronam de Spinis, poſuerunt ſuper caput ejus, & arundinem in dextra ejus:
& genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Judæorum. 30 Et exſpuentes
in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus. 31. Et poſtquam illuſerunt
ei, exuerunt eũ chamyde, & induerunt eum veſtimentis ejus, & duxerunt eum ut
crucifigerent. 32. Euntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simo-
nem: hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus 33. Et venerunt in locum qui
dicitur Golgotha, quod eſt Calvariæ locus. 34. Et dederunt ei vinum bibere cum
felle miſtum; & cùm guſtaſſet noluit bibere. 35. Poſtquam autem crucifixerunt
eum, diviſerunt veſtimenta ejus ſortem mittentes, ut impleretur quod dictum eſt
per Prophetam dicentem: Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam
miſerunt ſortem 36. Et ſedentes ſervabant eum: 37. Et impoſuerunt ſuper caput
ejus cauſam ipſius ſcriptam, HIC EST JESUS REX JUDÆORUM. 38. Tunc crucifixi
ſunt cum eo duo latrones: unus à dextris, & unus à ſiniſtris. 39. Prætereuntes au-
tem blaſphemabant eum moventes capita ſua, & dicentes. 40. Vah, qui deſtruis tem-
plum Dei, & in triduo illud reædificas, ſalva temetipſum: ſi Filius Dei es deſcende
de cruce. 41. Similiter & principes ſacerdotum illudentes cũ Scribis, & Senioribus di-
cebant. 42. Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere: ſi Rex Iſraël eſt
deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. 43 Confidit in Deo: liberet nunc eum ſi
vult: dixit enim quia filius Dei ſum. 44. Idipſum & latrones, qui crucifixi erant
cum eo, improperabant ei. 45. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper uni-
verſam



verſam terram, uſque ad horam nonam. 46. Et circa horam nonam clamavit JESUS
voce magna dicens: Eli, Eli, lammaſabathani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, ut
quid dereliquiſti me? 47. Quidam autem illic ſtantes, & audientes dicebant, Eliam
vocat iſte. 48. Et continuò currens unus ex eis, acceptam ſpongiam implevit aceto:
& impoſuit arundini, & dabat ei bibere. 49. Cæteri verò dicebant: Sine, videamus
an veniat Elias liberans eum. 50. JESUS autem iterùm clamans voce magna emiſit
ſpiritum. 51. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo uſque deor-
ſum, & terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt. 52. Et monumenta aperta ſunt: & multa
corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. 53. Et exeuntes de monumentis
poſt reſurrectionem ejus, venerunt in ſanctam civitatem, & apparuerunt multis.
54. Centurio autem, & qui cum eo erant cũſtodientes JESUM, viſo terræ motu, &
his, quæ fiebant, timuerunt valdè, dicentes: Verè filius Dei erat iſte. 55. Erant au-
tem ibi mulieres multæ à longè, quæ ſecutæ erant JESUM à Galilæa miniſtrantes
ei. 56. Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Joſeph mater, & ma-
ter filiorum Zebedæi. 57. Cùm autem ſerò factum eſſet, venit quidam homo dives
ab Arimathæa, nomine Joſeph, qui & ipſe diſcipulus erat JESU. 58. Hic acceſſit ad
Pilatum, & petiit corpus JESU. Tunc Pilatus juſſit reddi corpus. 59. Et accepto cor-
pore, Joſeph involvit illud in ſindone munda. 60. Et poſuit illud in monumento
ſuo novo, quod exciderat in petra: & advolvit ſaxum magnum ad oſtium monu-
ment, & abiit. 61 Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes con-
tra ſepulchrum. 62. Alterâ autem die, quæ eſt poſt Paraſceven, convenerunt Prin-
cipes Sacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum: 63. Dicentes: Domine recordati ſumus,
quia ſeductor ille dixit adhuc vivens: Poſt tres dies reſurgam. 64. Jube ergo cu-
ſtodiri ſepulchrum uſque in diem tertium: ne fortè veniant diſcipuli ejus, & fu-
rentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis, & erit noviſſimus error, pejor
priore 65. Ait illis Pilatus, habetis cuſtodiam: ite, cuſtodite ſicut ſcitis. 66. Illi au-
tem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Pontifices in concilio Chriſtum D. damnant: & tradunt Pilato, ut ab eo pariter damnetur, quod videns Judas proditor, retulit triginta argenteos, & deſperans ſe ſuſpendit. Explicavi id tom. 5. lib. 8. cap. 6.

*Secundò, V.* 21. Stat JESUS coram Pilato, & cùm in multis interrogaretur ab ipſo, non reſpondit ei ad ullum verbum. Dixi de hoc citato libr. 8. capite 7.

*Tertiò, V.* 15. Volens Pilatus dimittere Chriſtum Innocentem, componit eum cum Barabba ſicario: Judæi obcæcati liberari poſtulant Barabbam, & ſanctiſſimum JESUM crucifigi; pro quo uxor Pilati mittit ad eum: Pilatus lavat manus, & populus clamat: *Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* De quo citato libr. 8. capite 9.

*Quartò, V.* 26. Pilatus clamoribus victus JESUM flagellat in tradit ad crucifigendum: milites ſuſcipientes JESUM, ei imponunt coronam ſpineam in capite; pro ſceptro in manu arũdinem. De flagellis Chriſti dixi citato libr. 8. capite 10. & forſan dicam hîc aliqua ad caput 19. Joannis, ut in proprio loco De corona ſpinea dixi citato lib. 8. cap. 21.

*Quintò, V.* 32. Ducunt Chriſtum cum Cruce in Calvariæ locum, ad cujus adjuvamen conducunt Simonem Cyrenæum: de quo dixi citato loco, cap. 12.

*Sextò, V.* 33. Crucifigitur JESUS inter duos latrones. De quo dixi citato lib. 8 cap. 13.

*Septimò. V.* 35 Sortes in veſtes. Titulus in Cruce: blaſphemiæ in ore Judæorum de quo citato loco, cap. 14.

*Octavò. V.*46. Clamat Jesus voce magna, dicens: Eli, Eli & emiſit ſpiritum. Citato loco, cap.18.

*Nonò. V* 41. & 50. Prodigia in morte Chriſti. Citato libro 8. capite 19.

*Decimò, V.*57. Joſeph ab Arimathæa à Pilato petit corpus Jesu, illudque ſepelit. Eodem lib.8. cap.21.

*Undecimò, V.*61. Cuſtodes ad monumentum, quod hîc eſt explicandum.

---

## Jesus Spinis coronatur.

### Quæstio I.

### *Quare JESUS tam crudeliter corona ſpinea tractatur à militibus?*

1. Textus. Ait ſacer Evangeliſta: Videns Pilatus, quòd ſuis verbis, ac inſtantiis nihil proficeret: *JESUM flagellatum tradidit eis ad crucifigendum.* De Jesus flagellis jam dixi tom.5. lib.10. & aliqua dicam ad cap.19. Joannis, ut in proprio loco; nunc verò agimus de Corona Chriſti ſpinea, de qua tractavi citato lib.8. cap.11. per quæſtiones 16. nunc verò breviter adde.

2. Scribit noſter Evangeliſta in præſenti, n.27. *Tunc milites præſidis ſuſcipientes JESUM in prætorium, congregaverant ad eum univerſam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput ejus, & arundinem in dextera ejus.* Ecce quantum ex miniſtrorum malitia, & authoritate crevit pœna, ac caſtigatio: Pilatus tradidit Jesum miniſtris, ut eum configerent; ipſi verò de ſuo denudant, ſpinis coronant, multiſque opprobriis, irriſionibus, ac injurioſis ſalutationibus afficiunt. Illis ſolùm datum fuerat eum clavis affigere; at miniſtri clavis addiderunt ſpinas, ac percuſſiones in capite: *Et percutiebant caput ejus arundine:* Et his adhuc non contenti ſuperaddiderunt contumelias, & opprobria, & extendentes ſuam poteſtatem, dolorem ſuper dolorem adaugent. Pro his audiendus eſt Tertullianus lib. de Patientia, cap.3. ubi ait: *Taceo, quod figitur, in hoc enim venerat: nunquid tamen ſubeundæ morti, etiam contumeliis opus fuerat: ſed ſaginari voluntate patientiæ diſceſſurus volebat: Deſpuitur, verberatur, deridetur, fœdis veſtitur, fœdioribus coronatur.* Altum, & ſupremum patientiæ documentum voluit Chriſtus D Exhibere: & ideo non contentus fuit, ut tantùm crucifigeretur, ut præſes mandaverat; ſed alto dictamine permiſſum eſt, ut miniſtri de ſuo adderent ſpinas, colaphos, ſputa, irriſiones, ac ſubſannationes: *Saginari voluntate patientiæ diſceſſurus volebat.*

*Miniſtri dilatant ſuam juriſdictionem ſupra datam.*

Tertull.

*Chriſtus cupiebat ſaginari in voluntate patiendi.*

Et ita præſidis mandatum miniſtri augent, & tot, & tanta ex ſuo ingenio addunt.

3. Ait Joannes in ſua Apocalypſi 7. n 3. *Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei vivi: & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus.* Maximè expendendum eſt, quod ad Angelos, quibus commiſſum fuerat, ut nocerent terræ, & mari, alius Angelus voce magna clamat: *nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus.* Angelis ſupremo edicto imperatum eſt, ut nocendi falcem mitterent in terram, & mare; & quoad arbores nihil eis commiſſum eſt: Cur ergo Angelus prohibens, etiam arbores expreſſit, cum in mandato nihil de eis eſſet dictum? Angeli erant miniſtri, & indè de miniſtrorum ingenio non quieſcunt cum poteſtate eis data, ſed ultra conceſſa manus extendunt, amplificantes ſuam juriſdictionem. An verò iſti Angeli eſſent boni, vel mali? in Apocalypſi diſputavi: hoc tamen totum factum eſt ad noſtram eruditionem, ut videamus quale ſit miniſtrorum ſtudium. Cardinalis Hugo ait: *Cùm datum ſit eis nocere: quare ergo prohibentur?* Sic Reſpondet: *Quia dæmones plus nituntur nocere, quàm poſſint. Et hoc patet per hoc,* Neque arboribus: *quod non fuit poſitum, quando de poteſtate nocendi eis data agebatur.*

Apoc. 7.

*Miniſtri amplificant ſuam commiſſionem.*

Hugo.

4. Ait Evangeliſta: *Plectentes coronam de Spinis, poſuerunt ſuper caput ejus, & arundinem in dextera, & expuentes in eum percutiebant caput ejus.* Hucuſque omni crudeli modo percuſſerunt Chriſti corpus vulneribus, flagellis, & colaphis: nunc verò manus extendunt ad caput: *Percutiebant caput ejus.* Poſt percuſſum corpus, manus extendunt ad caput, Corpus Chriſti, ejus ſacratiſſimam humanitatem ſignificat; caput verò Divinitatem: *caput verò Chriſti Deus,* ait Paulus 1.Corinth.11.n.3. Chriſtus D. cum modeſtia, ac patientia ſuſtinuit injurias ſui corporis ſeu humanitatis vulnera, inde Phariſaïca malitia inſolentior facta, ſe erigit contra ejus humanitatem, ſeu Divinitatem, tanquam ei contradicens, ſe opponit. Rabbanus apud Catenam D. Thomæ, ait: *Calamo Chriſti caput percutiunt, divinati ejus contradicentes.* Iniquitas benignitate abutitur, & inde ſuam inſolentiam fovet, nutrit, ad majora, & altiora ſe extendens.

1.Corint.11.

*Ex patientia unius juſti turget iniquorum inſolentia.*

Rabban.

5. Confirmatur: *Arundinem in dextera ejus, & exſpuentes in eum, percutiebant caput ejus.* Cur potiùs percutiunt caput ejus arundine, quàm virga lignea, vel aliquo alio inſtrumento? De Chriſto D. ait Iſaïas 42. n.2. *Non clamabit, neque accipiet perſonam, non audietur vox ejus foris, calamum quaſſatum non conteret:* Quæ verba referens D. Matthæus 12. n.29. ait: *Arundinem quaſſatam non confringet:* per arundinem quaſſatam intelligit D. Auguſtin. apud D.Thomam, Chriſti perſecutores, quos Dominus æquanimiter in multa patientia ſuſtinuit: ſic ait D. Auguſtin. *Perſecutores Judæos, qui calamo quaſſato, perditâ integritate, & ligno fumanti, amiſſo lumine, comparati ſunt, non contrivit, non extinxit, quin pepercit eis:* Et quia Chriſtus multâ patientiâ, ac benignitate ſuſtinuit injurias, ac fracturas arundinis, ex tanta indulgentia arundinis malitias diſſimulante, ſuperbit iniquitas, & omnes limites tranſcendit, ut contra caput Chriſti, ejuſque Divinitatem extendat manum ad contumelias, & injurias.

Iſai. 42.

Math.12.

D. Auguſt.



*De patientia diſſimulante ſuperbeſcit iniquitas.*

6. Intimo, ac eximio amore proſequebatur David filium ſuum Abſalon, qui pro tanto Patris amore contra eum incredibili furore, ac crudelitate ſe erexit, ut cum regno ſpoliaret, vitam illi adimeret, jus paternum contemneret, ejuſque concubinas in conſpectu totius Iſraëlis violaret, & tanto odio ferebatur in Patrem, ut ob ipſum totam civitatem Jeruſalem deleret, & ipſe Rex David diceret ſervis ſuis: *Surgite fugiamus, neque enim erit nobis effugium à facie Abſalon: feſtinate egredi, ut forte veniens occupet nos, & impellat ſuper nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladii,* 2. Reg 15. n.14 Et unde tanta flamma odii in pectore Abſalonis, ut regnum Patri eriperet, ipſum interimeret, & etiam ob ipſum totam civitatem deſtruere vellet? Abſalon graviſſima crimina commiſit contra Patrem; nam filiam ejus Thamar violavit, filiumque ejus Amnon interfecit: 2.Reg. 13. n. 14. & 29. Et tamen David hæc omnia pepercit, ac diſſimulavit, eumque ad ſuam præſentiam admiſit: tantæ benignitatis argumentum non extitit amoris fomentum, ſed odii excitamentum, ac majoris inſolentiæ ſtimulus, ut ex morte filii, ac fratris intenderet mortem patri, ac ex violata filia, ut uxores violaret, & ex regno uſurpato, regiam civitatem deſtrueret. Ad hoc reſpicit Abulenſis ibi q.10. *Abſalon,* ait, *immediatè ut reductus eſt in Jeruſalem, ad videndum regem; & habuit facultatem incepit ſolicitare populum.:* contra ipſum regem & patrem ſuum, ex quo nempe reductus eſt ad gratiam patris.

2. Reg.15.

2 Reg.13.

*Benignitas unius fomentum iniquitatis alterius.*

Abulenſ.

---

### Quæstio II.

### *Quare caput Chriſti affigitur corona ex ſpinis confecta?*

7. Textus. Et milites plectentes coronam de ſpinis: *poſuerunt ſuper caput ejus:* Scribit noſter Evangeliſta n. 29. De magno myſterio multa dixi citato lib.8. cap. 11. & quàm ingens tormentum extiterit, ibi per multas quæſtiones explicavi: nunc verò ſpecialiter inquiro, cur iſte ingens Chriſti cruciatus, per modum coronæ ex ſpinis componitur, ac fabricatur? Ad quod reſpondet.

8. Lactantius. Lactantius lib. 4. cap. 26. ait: *Corona autem dicitur circunſtans in orbem populus Nam corona ſpinea capiti ejus impoſita, id declarat fore, ut divinam ſibi plebem de nocentibus congregaret. Nos autem, qui ante cognitionem Dei fuimus ſpinæ, id eſt, injuſti, mali, & nocentes eramus: plexi verò ex dumis, ac ſentibus Sanctum Dei caput cingimus; quia convocati ab ipſo, & circumfuſi undique ad eum, Magiſtro, & Doctori aſſiſtimus.* Tempore Paſſionis corona ex ſpinis componitur, quæ Sanctum Dei caput circumdet, & undique teneat, ut ſignificaretur, quod homines, qui ante Dei cognitionem erant tanquam ſpinæ, ac tribuli, eos tamen Chriſtus ſua paſſione, ac morte ad ſe aduniret, ac congregaret, ut eorum ſpinas ac peccatorum tribulos in ſe aſſumens, pro eis ſatisfaceret, ac ſuo ſanguine eos mundaret, populum acquiſitionis faciens, ut ei tanquam vero Magiſtro adhærentes, in ſalutem & vitam æternam illuminerentur.

*Spinis coronatur Dominus, ut congregaret ad ſe omnes peccatores.*

9. Ex his rationem colligit idem Lactantius, cur Chriſtus elegit mortem Crucis: *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Joan 12. n.32. Unde ſic pergit citatus Lactantius: *Illa quoque præcipua fuit ratio, cur Deus crucem maluerit, quod in illa eum exaltari fuit neceſſe, & omnibus gentibus paſſionem Dei innoteſcere. Nam quoniam is, qui patibulo ſuſpenditur, & conſpicuus eſt omnibus, & cæteris altior: Crux potius electa eſt, quæ ſignificaret illum tam conſpicuum, tamque ſublimem futurum, ut ad eum cognoſcendum pariter, & colendum cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent. Extendit in paſſione manus ſuas, orbemque dimenſus eſt, ut jam tunc oſtendere ab ortu Solis uſque ad occaſum magnum populum ex omnibus tribubus atque linguis congregatum ſub alas ſuas eſſe venturum.* Eleganter ſanè mortem crucis elegit Dominus, quia qui in cruce exaltatus altior eſt omnibus, indeque maximè ab omnibus conſpicitur, ibique Dominus Jesus extendit manus ſuas ab ortu uſque ad occaſum; ut omnes gentes ad ſe convocaret, ac congregaret, ut eas ſuo pretioſiſſimo ſanguine ibi fuſo mundaret, ac purificaret, & ſuis manibus extenſis tanquam ſub alas congregaret ac protegeret, ut dicitur Joan.52. *Quod JESUS moriturus erat, & non tantùm pro gente ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum.*

Joan.12.

Lactantius

*In Cruce expandit Chriſtus manus, ut ad ſe congregaret gentes.*

Joan.11.

10. Spinis coronatur, & cur non alio modo, ſed ſpinis? Ob acutiſſimos ſuos aculeos, ad magnum tormentum, & ad magnum dolorem inferendum, de quo multa dixi citato c.11. Spinæ peculiariter ſignificant paſſionem Chriſti, Detentus Abraham ne ſacrificaret filium ſuum Iſaac: *Vidit poſt tergum arietem inter vepres cornibus hærentem:* Geneſ. 22. n. 13. Procopius. *Aries tenebatur in perplexitate veprium cornibus.* Chryſoſtom. *in Arbuſto* D. Auguſt. lib. 16. de Civitate Dei, ait: quod aries ſpinis detentus Chriſtum ſpinis coronatum ſignificabat: Procopius, Author Catenæ Græcæ, Petrus Damian. ſerm. de Inventione Sanctæ Crucis, dicunt ſignificare Chriſti paſſionem: quod etiam iidem ſignificare dicunt rubum, in quo Deus apparuit Moyſi in flamma ignis, qui ardebat, & non comburebatur: Exod.3.n.3. Tamen curioſè quæres, cur ſpina, ſeu vepres, ſeu dumus ſignificent Chriſti paſſionem? Rationem colligo ex Theodoreto, quia in vepri, ſeu dumo; non poteſt aliquid depingi, nec ſculpi, ſeu ſculptura effigiari; quia dolores, tormenta, opprobria, ac vulnera, quæ Chriſtus in ſua paſſione perpeſſus eſt, nullo intellectu, nullaque cogitatione, meditatione, ac verbis poſſunt depingi, ſculpi, ſignificari, ac manifeſtari.

Geneſ.22.

Procopius.

D.Chryſ.

D. Auguſt.

*Author Catenæ Græcæ.*

Petr. Dam.

Exod.3.

Theodor.

*Dolores paſſionis Chriſti nullo modo poſſunt explicari.*

De Chriſto Crucem bajulante dixi citato lib. 8. cap. 11. [Chriſtus crucifixus.]

## QUÆSTIO III.

### *Quare* JESUS *tam dire, ac crudeliter crucifigitur inter duos latrones?*

11. Textus. AIt hoc loco noſter Evangeliſta num. 33. *Poſtquam venerunt in locum, qui vocatur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones unum à dextris, alterum à ſiniſtris.* De quo multa dixi tom. 5. D.Leo. citato lib. 8. c. 13. per quatuordecim quæſtiones. Rectè de hac ſancta Cruce loquens D. Leo ſerm. 4. de Paſſion. ait: *De inſtrumento, quod iniquitas Judæorum paravit ad pœnam, potentia Redemptoris nobis gradum fecit ad gloriam:* D. Anſelm. Nam ut meditatur D. Anſelmus de Paſſione, extendit dexteram ad Crucem, ut errantes in viam rectam, quæ ducit ad vitam, manuducat: deinde ſiniſtram; ut ſervo peccati è domo ſervitutis, in libertatem filiorum Dei manumittat. Expendit pedes ad crucem, ut noſtros greſſus dirigeret in viam bonam; nobiſque pararet ſcalam in Cœlum. Hæc ergo Crux Deo Patri eſt ad gloriam; Chriſto ad exaltationem; Angelis ad gaudium; dæmonibus ad ignominiam, hominibus ad ſalutem.

*Conſideratur JESUS extendens ſe in cruce.*

12. D.Cyriil. Erigitur crux, & crucifigitur inter duos latrones; quod egregiè meditatur noſter D. Cyrillus Alexandr. lib. 12. in Joan. c. 28. & ait: *Inter duos latrones crucifixus eſt ex malitia Judæorum, qui ut turpiſſimam mortem ejus oſtenderent, juſtum cum iniquis condemnarunt. Amabant quidem, ut vel in morte videretur* JESUS *turpatus, & involutus vitiorum facibus:* Odio inflammati Judæi talia in Chriſtum machinati ſunt, ut non ſolum ejus vitam eriperent, ſed ut etiam famam, reputationem, ac honorem macularent, quòd cum talibus moraretur, ut eis ſimillimus.

*Judæi non ſolum JESUM volebant occidere, ſed etiam ignominia afficere.*

13. Ad hoc ſpectat Regius Vates Pſal. 68. n. 2: *Infixus ſum in limo profundi:* non ſolùm ait, quod dum infixus eſt in cruce, ſit infixus in profundo, ſed in limo profundi; hoc eſt, in valdè ſordido, ac lutoſo: & limoſiſſimo loco ipſius profundi, cùm crucifixus inter duos latrones; tanquam turpatus apparuit: quid ſordidius quàm in cruce cum latronibus? D.Chryſ. D. Chryſoſtom. in cap. 2. epiſtol. ad Philipp. expendens cur mors crucis electa fuerit à Judæis, ait: *Iſta namque omnium videbatur probroſiſſima, iſta* (ſcilicet Crux) *plena dedecore, iſta maledicta; propterea Judæi ſtudio iſta morte interimere ſatagebant, ut probroſum efficerent.*

*Ultima injuria afficitur Chriſtus.*

14. 3.Reg.21. Hoc ſtudio impiiſſima nefanda Regina Jezabel, 3. Reg. 21. n. 9. ut juſtum Nabothum occideret, ejuſque vineam uſurparet, ad magiſtro Iſraël mandat: *Prædicate jejunium, & ſedere facite Naboth inter primos populi, & ſubmittite filios Belial contra eum, & falſum teſtimonium dicant: Benedixit Deum, & Regem: & educite eum, & lapidate, ſicque moriatur: Fecerunt ergo cives ejus majores natu,* &c. Eſto, quod hæc impia mulier decreverit perdere Nabothum, cur etiam inſurper ſordidam blaſphemiæ maculam inducere intentat? Rectè Magiſter Didacus Baëza tom. 7. de Chriſto figurato, lib. 17. cap. 11. §. 21. reſpondet: ut potens erat, maluit ut accuſatus de proditione periret: hoc fœdiſſimum, & infamiſſimum erat in viro nobili crimen, & impia fœmina non tam perdere, quàm fœdare virum ſanctum amabat, ut ejus crudele odium, & ira magis aperiretur.

*Impii non ſolum volunt Sanctos perire, ſed etiam fœdari.* Baëza.

## QUÆSTIO IV.

### *Quare cùm* JESUS *ſummopere exoptaret hominum ſalutem, cùm Judæi dicunt, quod ſi Rex Iſraël eſt, deſcendat de Cruce, & credent in eum? ipſe tamen non deſcendit?*

ILludentes Principes Sacerdotum, & Seniores, dicebant ad meum JESUM Crucifixum, ut 15. Textus. ſcribit noſter Evangeliſta hoc cap. n. 42. *Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere, ſi Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei:* & tamen JESUS ad eorum iniqua verba non attendit, nec deſcendit de cruce, ſed in ea vitam pro nobis exhalavit: quod explicavi tom. 5. lib. 8. c. 14. q. 9. & 10. Nunc pro majori doctrina adde.

Primò: D. Chryſoſtom. apud Catenam ait: 16. D.Chryſ. *Conſidera nunc vocem filiorum diaboli, quomodo imitantur vocem paternam: diabolus enim dicebat: Mitte te deorſum: ſi filius Dei es: & Judæi dicunt: Si filius Dei es, deſcende de cruce:* diabolus perſuadebat præcipitium, ut inde exploraret, an plus homine eſſet? filii ejus Phariſæi, non præcipitium, ſed regnum offerunt; ad quod ea intentione eos inſtigabat diabolus, ut altè ejus naturam inveſtigaret; nam ſi propriam utilitatem præferret communi utilitati; & pro conſervanda propria vita, totius generis humani ſalutem contemneret, non Deus, ſed homo erat. Si verò vitam ſuam poſtponeret communi bono, verus Deus erat; non deſcendendo ergo, Chriſti reſplenduit divinitas de ſuggeſtionibus diaboli triumphans; & ejus malitiam conculcans.

*Poſtponere particularia pro bono communi, Dei ſignum.*

Secundò, Tertullianus lib. de Patientia, c. 3. 17. Tertull. expendens inſanas Judæorum voces: *Si Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce,* ſic ait ipſe: *Hinc vel maximè Phariſæi Dominum cognoſcere debuiſtis: patientiam hujuſmodi nemo hominum perpetraret.* Mitiſſima patientia, Dei ſignum, & ſupra omne humanum faſtigium excelſior; in tot probroſis injuſtè cruciamentis, animus tranquillus, & pacatus, ac eximia æquanimitate magnanimus, faſtum humani capitis excellit, & divinitatis notamenta manifeſtè propalat: Unde perbellè dixit D. Baſil. Seleucus Oratione 39. *Hoc Deo honorificentius, hoc modo magis impatibilis demonſtratur, quod & patibili cælatus ſit corpore, & quod impatibilitatem oſtendat.* Tranquillo, ac pacato animo pati inter injurias, & contumelias, ac ſi foret impatibilis, hoc hominem Deum probat, & eſſe Chri-

*Ex patientia Judæi JESUM verum Deum cognoſcere debebant.* D.Baſil. Sel.



ſtum filium Dei oſtendit: ergo *hinc vel maximè* Deum cognoſcere debuerunt; patientiam enim hujuſcemodi nemo hominum ſuſtineret.

18. Rom.11. Ait Paulus Roman. 15. n. 5. *Deus autem patientiæ, & ſolatii det vobis idipſum ſapere in alterutrum.* Nuncupatur Deus patientiæ, & ſolatii, eſtque ipſe per eſſentiam, & naturam totus patientiſſimus, ac totius conſolationis mare ampliſſimum; tamen ipſe in hac vita ſervis ſuis communicat ſuam patientiam in tormentis, ac doloribus, tanquam ſi in eis eſſet inſenſibile corpus, & impatibile ad res duriſſimas. Tertull. Ad hoc alludere videtur Tertullianus lib de Patientia, cap. 2. dicens: *Nobis exercendæ patientiæ authoritatem, non affectio humanæ animæ* (id eſt, Philoſophiæ) *æquanimitatis ſtupore formata, ſed vivæ, ac cœleſtis diſciplinæ Divinæ diſpenſatio delegat.* Valde vulgare eſt apud omnes Juriſperitos, quod delegare, *eſt alium vice ſua conſtituere.* Patientia propria eſt Dei, ſed cùm eam ſervis ſuis communicat, ut Paulo, Stephano, Angelo, Franciſco, eos tanquam ſui delegatos creat, ut vices illius in terris teneant: *Exercenda patientia authoritatem delegat:* ut dum patientiam illius in terris oſtendunt, vices illius habeant, & in hoc ipſius legati officio funguntur.

*Patientia, propria Dei.*

*Juſti in patientia Dei legati vices ejus habent.*

19. Athanaſ. Tertiò: D. Athanaſius Orat. de Paſſione, ait: *Judæi ſubſannabant Dominum, dicentes: Si filius Dei es, deſcende de cruce, ſed ſervator noſter revera Dei filius, non fugiendo mortem, ſed eam expectando, conculcandoque innoteſcere voluit, quod ipſe eſſet filius Dei.* Ex eo volebant cognoſcere Divinam virtutem, ſi ante mortem acceptam, illam poſſet deſcenſu crucis vitare; ſed ſumma poteſtas filii Dei oſtendebatur non in fugiendo, nec in fugando mortem, ſed potiùs in eam expectando, & recipiendo, & illam ſic receptam conculcando, & deſtruendo, ut glorioſè in ſua reſurrectione oſtenſum eſt.

*Virtus Divina fulget non in fugienda morte, ſed in conculcanda.*

20. Viderunt Judæi Chriſtum euntem ad ſepulchrum Lazari, & calumniabant ejus potentiam, quaſi non potuiſſet amici mortem evitare, dicebantque: Joan 11. *Nonne poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, ut hic non moreretur?* Optimè poterat Dominus facere, ne Lazarus morte occumberet; ſed magis divina virtus oſtenditur, illiuſque fortitudo declaratur, jam mortuum ad vitam evocare, mortemque abolere, ac deſtruere. D.Baſil. Sel. Eleganter D. Baſilius Seleuc. Orat 11. ait: *Alii contrà dixerunt, non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati facere, ut hic non moreretur. Neque in calamitate quicquam de nequitia remittebant. Tamen, quod erat longè admirabilius, mortem depellere, quæ obrepſerit, victrixque fuerit, majoris eſt potentiæ quàm invadentem ſiſtere.* Quid elegantius? Nam humani medici eſt, pharmarcis mortem differre, ac producere; at ſemel homini illatam propulſare, ſolius eſt divinæ virtutis. *Mortem depellere, quæ obrepſerit, victrixque fuerit, majoris eſt patientiæ, quàm invadentem ſiſtere.*

### *Cuſtodes ad monumentum.*

*Matth. 27. n. 62.* Altera autem die, quæ eſt poſt Paraſcevem, convenerunt Principes Sacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum.

*Num. 63.* Dicentes: Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc vivens: Poſt tres dies reſurgam.

### *VERSIONES.*

*Æthiop. n. 62.* Matutino ſecundæ, vel quæ eſt poſt feriam ſextam.

*Perſicus.* Coacti ſunt Principes Sacerdotum.

*Syrus n. 63.* Domine noſter, meminimus ſeductorem illum.

*Perſicus.* In memoriam adducimus.

*Vatablus.* Impoſtorem illum dixiſſe: Poſt tres dies reſurgo.

*Arias.* Quod excitator ille dixerit.

*Arabicus.* Hic nequam, à tribus diebus ſuſcitatus ero.

### *EXPOSITIO I.*

ALtera autem die Paraſceves, feria ſexta, 21. quæ antecedit Sabbathum, vocabatur Paraſceve, eo quòd illa die præparabant Judæi cibos, & omnia neceſſaria pro Sabbatho, in quo ab opere quieſcendum erat. *Paraſceve* enim idem eſt Græcè ac *Præparatio*: & rectè feria ſexta, in qua D. JESUS mortuus eſt, dicitur *Præparatio*: quia ut ait D. Paſchaſ. lib. 12. D.Paſchaſ. in Matthæum, eo die noſtræ ſaluti præparata ſunt omnia ſacramenta: *Altera ergo die poſt Paraſceven*, ſeu poſt feriam ſextam, id eſt in Sabbatho. Dubitat Albertus Magnus, quomodo in die Sabbathi, in quo non licebat operari, Alb. Mag. pro ſepulchro poſtulant cuſtodiam? Reſpondet ipſe, quia cuſtodire ſepulchrum non eſt opus ſervile; & quamvis hoc verum ſit, adhuc dubitor etiam ſanare, & curare infirmos, non eſt opus ſervile; & tamen hoc arguebant in Chriſto, & dicebant: *Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit.* Joan. 9. n. 15. Hæc eſt impiorum conditio, quòd aliorum opera juſta, & ſancta calumniantur; ſua verò iniqua facta ab omnibus venerari volunt.

*Iniqui Sanctorum opera damnant, ſua iniqua facta approbant:* Joan. 9.

*Conveniunt Princeps Sacerdotum, & Phariſæi.* 22. Alb Magn. Aliqui, ut Albertus Magnus ponunt etiam, *& Scribæ*: & dicitur, *Principes Sacerdotum*; in quibus erat authoritas, ſed iniqua & depravata: *Scribæ*; magiſterii dignitas, ſed errorum plena: *Phariſæi*; in quibus erat Religio, ſed ficta, & ſimulata. Semper iniquitas ad ſui protectionem & munimen omnes advocat poteſtates, ſed in vanum; contra juſtitiam, & veritatem nil prævalere poteſt. *Ad Pilatum*, qui præſes erat reipublicæ.

*Domine.* Syrus habet: *Domine noſter*, ad 23. magis ejus animum alliciendum in ſuam ſententiam, ac beneplacitum. *Recordati ſumus*: ſemper memoria tenent quod eſt in malum: *Quia ſeductor ille*, ſeductor aliquando ſumitur in bonam partem, ut apud Jeremiam dicitur, Jerem. 20. 20. n. 7. *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum: fortior*

*Seductor dupliciter ſumitur.*

*fortior me fuiſti*: Quando Deus animum noſtrum ineſcat, ut à periculis ad virtutem inducat, ut ibi explicant Hugo, Carthuſian. & Expoſitores. Ac modò hic ſumitur in malam partem, prout eſt à virtute ad iniquitatem ducere; & in hoc ſenſu de Chriſto dixerunt Joan. 7. n. 12. *Quidam dicebant, quia bonus eſt: Alii dicebant, non: ſed ſeducit turbas.* Vatablus, & alii legunt, *Impoſtor*, id eſt, *Deceptor ille*: Arabicus legit, *Hic nequam*, id eſt iſte malus homo: ſcilicet ut illud, *ſerve nequam.* Matth. 8. num. 32. Tot probroſis nominibus ab illis nequiſſimis vocabatur ſanctiſſimus, ac innocentiſſimus Jesus? Seductor, Impoſtor, homo nequam, ut ait D. Auguſtinus in Pſalm. 63. verſ. 7. ad conſolationem ſervorum ſuorum, cùm talibus nominibus vocantur.

Joan. 7. — Matth. 18. — D. Auguſt.

24. *Poſt tres dies reſurgam*: non finitos, & completos, ſed inchoatos, id eſt, tertia die; & ideo poſtulant, *Jube cuſtodiri ſepulchrum uſque in diem tertium*: ergo exiſtimabant à Chriſto dictam reſurrectionem ipſo die tertio: nam ſi poſt dies tres ejus reſurrectionem prænuntiatam ſibi perſuaderent, per multum tempus poſt diem tertium cuſtodiam poſtularent.

---

## Quæstio V.

### *Quare Judæorum male-volentia, viſis tot prodigiis, ac miraculis non quieſcit, ſed magis accenditur, ac inardeſcit contra Chriſtum?*

25. *Difficultas quæſtionis.*

Christo pendente in cruce, ac moriente, multa prodigia, & miracula ſubſecuta ſunt: *Tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſque deorſum, & terra mota eſt; & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt*: & tamen Judæorum corda non miteſcunt, ſed duriora ſaxis in ſua obduratione perſiſtunt.

26. D. Auguſt. *Odium, & invidia aliorum augmento creſcunt.*

Reſpondeo primò cum D. Auguſtino ſerm. de Paſſione, quod odium invidia inflammatum, nulla evidentia quieſcit, nec cedit, ſed potius magis inardeſcit, ac ſuccenditur; & maximè acuebat Phariſæorum rabiem, quia viderant Jeſum à Joſeph, & Nicodemo tam honorificè ſepultam, tanquam id ipſum præludium eſſet futuræ reſurrectionis, & revera futuræ. At impii Phariſæi cogitabant à Jeſu diſcipulis fingendæ.

27. D. Hieron.

Secundò. D. Hieronymus in præſenti, & ait: *Non ſuffecerat Principibus Sacerdotum, Scribis, ac Phariſæis crucifixiſſe Dominum Salvatorem, niſi ſepulchrum cuſtodirent, cohortem acciperent, ſignarent lapidem, & quantum in illis eſt, manum opponerent reſurgenti, ut diligentia eorum noſtræ fidei proficeret. Quantò enim magis reſervatur, tantò magis reſurrectionis virtus oſtenditur.* Cordiale odium Principum Sacerdotum, ac Phariſæorum, etiam Chriſti morte non finitur; ſed amplius ſe extendit, ut etiam ejus reſurrectionem impedire velint, & in eam manus ſuas extendere. O quantum diſtat conſilium hominum à conſilio Dei! Homines ponunt cuſtodes ad monumentum, ut Chriſti reſurrectio impediatur, ne evulgetur, ac publicetur in populo. At alta Dei providentia ordinat hujuſmodi teſtes ad majorem comprobationem, ac teſtificationem ipſius reſurrectionis; ut qui cuſtodes, venerant, fierent teſtes illius. *Quantò enim magis reſervatur, tantò magis reſurrectionis virtus oſtenditur.*

*Iniquorum conſilium Deus ad magna, & alta promovet.*

28. Tertiò: Magi viſo uno ſigno in Cœlo, unaque nova ſtella, ſtatim relinquunt proprium regnum, & patriam, & Regem Chriſtum quærunt, ut adorent. *Ecce Magi ab Oriente venerunt Jeroſolymam, dicentes Ubi eſt, qui natus eſt Rex Judæorum? Vidimus enim ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Matth. 2. n. 1. & tamen Principes Sacerdotum, ac Phariſæi, videntes tot ſigna, ut diximus in limine quæſtionis, ſolemque ipſum obtenebratum, ut ſcribit noſter Evangeliſta n. 44. *Erat autem ferè hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, & obſcuratus eſt Sol.* Magi unicum ſydus novum videntes, educati inter idololatriæ tenebras, errores deponunt, & Chriſtum verum Deum quærunt: at Principes Sacerdotum notitia Scripturarum enutriti, tot prodigia inſpicientes, & ipſum Solem in plenilunio obſcuratum, non moventur, ſed potiùs magis in ſua malitia, ac nequitia obfirmantur, ut altera die conveniant ad Pilatum: dicentes: *Recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit*, &c. Unde tantum diſcrimen, ut dicat D. Auguſt. ſerm. 2. de Epiphania: *iſti in membris parvis Deum adoraverunt; illi in magnis factis, nec tanquam homini pepercerunt: quaſi plus fuerit videre novam ſtellam in ejus nativitate fulgentem, quàm Solem in ejus morte lugentem.* Magi inter idololatriæ tenebras nunquam aliquod miraculum, vel prodigium viderant, & ideo unâ novâ ſtellâ exortâ ſic ſtupore percuſſi, ac commoti ſunt, ut ſtatim ad novum regem natum fuerint allecti. At Principes Sacerdotum, & Phariſæi, quotidianis, ac frequentibus miraculis, ac mirabilibus Chriſti aſſueti, ſic de ipſa conſuetudine miracula depretiarunt, ut tot prodigiis ſimul factis, templi velo dirupto, petris ſciſſis, terra tremore concuſſa, Sole obtenebrato, mortem ſui creatoris lugente, horrendum ſpectaculum mundo exhibente, nullo modo commoti ſunt ſed magis, ac magis in ſua nequitia, ac malitia obfirmati perſtiterunt; nova & inuſitata attrahunt animos; conſueta, & ſi magna, vileſcunt, & parvipenduntur à filiis hujus ſæculi.

Matth. 2. — D. Auguſt.

*Inuſitata movent, uſitata vileſcunt.*

29. Confirmatur: Aſtant in Calvario videntes tot, & tanta prodigia, quæ fiebant, dolentes in morte ſui creatoris. Principes Sacerdotum, ac Phariſæi odio, & invidia obcæcati, nil cogitant de crucifixi poteſtate, ſed potiùs irridentes: *Principes Sacerdotum illudentes cum Scribis, & Senioribus dicebant: Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere.* Ibidem n. 14. Quàm aliter ſentiunt millites Romani. *Centurio, & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terræ motu, & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes: Verè hic filius Dei erat.* Unde Centurio militari ferocitati deditus, pavore concutitur, ut ipſe cum ſuis militibus Chriſtum filium Dei fateatur. At Principes Sacerdotum, nullo modo à ſua malitia diſcedunt, ſed in ea magis obdureſcunt: Centurio truculentiæ militari adſcriptus,

Matth. 27.

*Miracula aſſuetudine vileſcunt, novitate venerantur.*



adſcriptus, ſolum profanitates agnoverat, & prodigia nunquam viderat, ideo digno timore pulſantur, à quo maximè diſtant Sacerdotes, cùm illa quotidiano uſu à Chriſto fieri agnoviſſent, ideo incredula audacia contemnunt, ac ſi nunquam talia facta fuiſſent: appoſitè Theophilact. *Centurio*, ait, *homo Ethnicus ſignis credidit, cum his, qui ſecum erant; Judæi autem qui legem & prophetas audierant, increduli manent.* Ex his etiam collige, quod aliquando faciliùs ſæculares timent divina, & eis acquieſcunt, quàm Eccleſiaſtici, ac Sacerdotes.

Theophil. *Sæpe ſæculares familius ſacra venerantur, quam Eccleſiaſtici.*

30. Quartò: valde ſanè mirabile poſt tot manifeſta prodigia, poſt omnes prophetias adimpletas, velumque templi ſciſſum, ut omnibus inde fieret manifeſtum, antiquas umbras veritate jam impletas fulgenteque Evangelii lumine depulſas, quod Principes Sacerdotum, ac Phariſæi progrediantur in malitia; & maximè admiratur Chriſoſtomus, ut miraculo divinæ permiſſionis tribuat, homil. 10. de Paſſione. *Quomodo, ait, inquies omnes mirati homines adeo non ſunt, ut Deum ipſum putarent? quia videlicet humanum genus, magnâ deſidiâ, & protervitate tunc tenebatur: propterea unum hoc dumtaxat fuit miraculum, quod factum citò præteriit, adeo ut nemini curæ fuerit, cauſam ejus inquirere.* Expende illud: *Unum hoc dumtaxat fuit miraculum.* Sæpe ob magna hominum peccata inter apertiſſimas evidentias, Deus permittit hominum cæcitatem, ut videntes non videant, intelligentes non intelligant, ut ibi videatur non communis divinæ diſpoſitionis ordo, ſed veluti quoddam miraculum ingens divinæ permiſſionis, proveniens ex juſtiſſima Dei ira, ac providentia: *Unum hoc dumtaxat fuit miraculum*: Ut in tantâ claritate cæci obtenebrentur.

D. Chriſ.

*Ob peccata ſic ſæpe obcæcantur homines, ut videatur miraculum divinæ permiſſionis.*

31. Nam ſi mens ſit expedita, & non obfuſcata à nequitia, ac malitia, viſis prodigiis, ac miraculis, omnibus propheticis, ac divinis rebus adimpletis, ſtatim à malo reſiliet, & quod bonum & ſanctum eſt, amplexabitur. Ait Regius Vates Pſalm. 149. n. 7. *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Magnum, & inuſitatum prodigium, ut potentiſſimi Reges terræ, à ſanctis viris, pauperibus, ac humilibus ſic tenerentur, ac ſubjicerentur, tanquam ſi eſſent compedibus adſtricti, ac alligati, ac manicis ferreis ſæpe ſæpius compediti, ne ad ſuam antiquam malitiam progrederentur, ne ad illam manus extenderent, vel ſe moverent. Unde viris humilibus tanta vis, ac eximia fortitudo? Ab efficaci prædicationis veritate, à ſignis, & miraculis operatis, & ab adimpletione Scripturæ, ac Prophetiæ adimpletæ. D. Auguſtinus ibi, ſic ait: *Cœperunt Reges miraculis commoveri, prophetiæ adimpletione turbari... Et ſic ſunt Chriſtiani facti. Ipſi ſunt tanquam in compedibus, & tanquam in vinculis ferreis. Unde hoc? Ne progrederentur ad illicita, compedes acceperunt, compedes ſapientiæ, compedes verbi Dei.* Crudeliſſimi tyranni miraculorum cognitione, prophetiæ adimpletione ſic attracti, ac commoti ſunt ad Deum; ac ſi compediti manerent, ne ultra ad malum ſe extenderent.

Pſal. 149.

*Divinis prodigiis Tyrannus comprimitur, ne in malum ruat.*

D. Auguſt.

---

## Quæstio VI.

### *Quare Principes Sacerdotum dicunt, quod Chriſtus tertia die reſurget, & unde hoc ſcire potuerunt?*

32. Dicunt Principes Sacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum, quod recordati erant, quod Chriſtus D. dixiſſet: *Poſt tres dies reſurgam*: Maximè dubitat Eſtius, unde hoc ipſi ſcire potuerunt: Nam de hac reſurrectione clarè videtur, quod Chriſtus dixerit in ſecreto; nam tribus Apoſtolis, qui præſentes fuerunt ejus transfigurationi, præcepit ut nemini dicerent: *Donec Filius hominis à mortuis reſurgat.* Matth. 17. n. 9. & ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt illis diebus ut explicat D. Luc. 9. n. 36. & hic Chriſtus non expreſſit tertiam diem; cùm autem Chriſtus aſcenderet Jeroſolymam, aſſumpſit ſuos diſcipulos ſecretò, & dixit, quod tertia die reſurget. Matth. 20. n. 18. *& ipſi non intellexerunt verbum*, ut exprimit D. Lucas 18. n. 34. & tamen prohibiti non ſunt, & ideo quamvis non intellecta, aliis fortè retulerunt, vel forſitan quando Judas cum Judæis conſilium contulit de Chriſto tradendo, etiam hoc eis aperuit.

Eſtius. — Matth. 17. — Luc 9. — Matth. 20. — Luc. 18.

33. Sed cùm nunc Judæi Pilato dicant, *Recordati ſumus*: videtur quod ex ejus ore hoc audierint, & ideo hoc referendum ad illud quod Chriſtus D. dixit Judæis Joan. 2. n. 19. *Solvite templum hoc, & in triduo reædificabo illud*: & ſubjungit Evangeliſta: *Cum reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli ejus, quia dicebat, & crediderunt Scripturæ*: & ita fieri poteſt, ut Judæi poſtquam Chriſtum occiderunt, recordati fuerint horum verborum, non fide ducti, ſed metu impulſi, ne fortè verba illa in ejus corpore reſuſcitando implerentur. Nec dubium, quod illa verba ſæpe apud ſe perpenderint, cum ex illis calumnioſam accuſationem ei apud Pontificem inſtruxerint. Matth. 26. n. 61. *Hic dixit poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud.*

Joan. 2. — Matth. 26.

34. *Magnum dubium.*

Hoc poſito præclarum dubium hîc excitat D. Paſchaſius lib. 12. in Matthæum, & ait: *Oportet conſiderare, quomodo impietas, & fraus ſuis ſe impugnat verbis. Dicunt enim dixiſſe Dominum*: Solvite templum hoc, & poſt triduum rædificabo illud. *Qua de cauſa, ratio eſt quærere, per hæc verba, quam verſute agant; ſi enim de reſurrectione ſua tunc ſic intelligebant dictum, quomodo teſtimonium adversùs ipſum dabant, quod hoc de templo illo dixerit, quod erat ædificatum, aut ſi hoc verè intelligebant dixiſſe; quomodo teſtati ſunt adversùs eum: per hæc enim verba ipſi teſtimonium ſuum condemnant, quoniam verè intelligentes de reſurrectione corporis ſui illa dicere, ſcientes converterunt illud teſtimonium in calumniam, & dixerunt de deſtructione, & reparatione illius templi eum ea dixiſſe.* Impii & iniqui homines juxtà ſuam malitiam valdè diverſimodè res interpretantur, ut malignentur contra juſtitiam, & veritatem? Chriſtus D. dixerat: *Solvite templum hoc, & poſt* triduum

*Impii ſua iniquitate uno modo & diverſe rem interpretantur.*

*triduum readificabo illud*: ut Chriſtum arguerent, ac accuſarent tanquam reum mortis, dictum illud de materiali templo Jeroſolimitano, quod ædificatum fuit quadraginta ſex annis, Joan. 2.n.20. interpretantur, & teſtimonium coram Pontifice produnt. At verò modò, ut ejus reſurrectionem, quantum in ipſis eſt impediant, de reſurrectione ſui corporis ſententiam exponunt: ſemper iniquitas ſibi eſt inconſtans modo huc, modo illuc flectitur, ut venenum ſuum evomat. *Impietas & fraus ſuis ſe impugnat verbis.*

Joan. 2.

35. Ut Judæi fortiſſimè inducerent Pilatum, ut Chriſtum D. crudeliſſimè judicaret ad mortem, Matth.27.n.23. dixerunt: *Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros*: id eſt, ejus mors ei certiſſimè debetur, & ita hoc eſt indubitatum, ut ejus mors, ejuſque ſanguis ſit in noſtra conſcientia, & à nobis, ac filiis noſtris exquiratur; & tamen cum Pilatus traderet eis Jeſum, ui eum crucifigerent, clamant Judæi: *Nobis non licet interficere quemquam.* Joan. 18. n. 31. Ecce quantum iniquitas, & fraudulentia eſt ſibi contraria, & in ſuis dictis minimè conſtans. Phariſæi omnibus modis urgebant Præſidem, ut Chriſtum reum mortis condemnaret, ita ut ejus mortis cauſam ſuper ſe, ſuperque ſuam conſcientiam imponerent: *Sanguis ejus ſuper nos.* Cur ergo ei mortem non infligitis, cum ad hoc vobis Pilatus concedat facultatem: *Accipite eum vos, & ſecundùm legem veſtram judicate eum*, ibid. n. 31. ſed inſtanter dicunt ad Pilatum: *Nobis non licet interficere quemquam.* Sibi adverſaria eſt iniquitas; modo omni vi, ac conatu mortem crudeliſſimè procurabant; & iterum modo, tanquam religioſi, ac ſcrupuloſi, ſe alienos à tali morte exhibebant; & ideò à Pilato extorquendam machinantur. D. Leo ſerm. de Paſſione, expendens hæc verba: *Nobis non licet interficere quemquam*, ſic ait: *Quid hac ſpecie religionis injuſtius? Quid hac clementiæ diſſimulatione crudelius? Qua lege, ô Judæi, quod vobis non licet facere, licet velle? Contaminari ejus occiſione metuiſtis: cujus ſuper vos, & ſuper filios veſtros ſanguinem poſtulaſtis. Si non totum facinus veſtra impietas peragit, permittite præſidem judicare, quod ſentit: ſed volenti id eum declinare non ſinitis, à quo ipſi mendaciter abſtinetis.* Judæi modò ſuis verbis à nece Chriſti alienos ſe oſtendebant, & modò totis viribus procurabant.

Matth. 27. Joan. 18.

*Impii valde diverſimodè ſe habent in eadem re.*

D. Leo.

*Matth.* 27. *n.* 64. Jube ergo cuſtodiri ſepulchrum, uſque in diem tertium, ne fortè veniant Diſcipuli ejus, & furentur eum: & dicant plebi: Surrexit à mortuis; & erit noviſſimus error pejor priori.

*Num.* 65. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam? ite, cuſtodite ſicut ſcitis.

## *VERSIONES.*

*Syrus n.* 64. Et dicant quia ex domo mortuorum ſurrexit.
*Arabicus.* Et dicant inter plebem.
*Perſicus.* Cuſtodiam agant uſque in diem tertium.
*Burgen.* Et erit ſeductio pejor priori.
*Æthiopic.* Et erit nequitia ejus pejor primâ.
*Novari.* Impoſtura pejor primâ.
*Syrus n.* 65. Sunt vobis cuſtodes, &c. Sicut ſcientes eſtis.
*Perſicus.* Vos viros, & ſatellites habetis, cuſtodiam agite.
*Arabicus.* Apud vos ſunt cuſtodes: ite, & claudite ſepulchrum.
*Æthiopicus.* Firmate ſepulchrum.

## *EXPOSITIO II.*

36. *JUbe cuſtodiri ſepulchrum*: ut ait D. Chriſoſtomus. *Ad ſepulchrum uſque malitiam ſuam extendunt, ac producunt.* Iniquitas ſemper timida, ac formidoloſa; inde cuſtodiam poſtulant à Pilato. *Ne fortè*, id eſt, ne contingat, quod *veniant diſcipuli ejus, & furentur eum*: Hoc verbum, *Furentur*, ex ſua genuina ſignificatione, ac juxta radicem Græcam, reſpicit actum nocturnum; & eſt ſenſus, ne noctu eum furentur. Et ſubjiciunt: *Ne diſcipuli furentur eum.* Quod Principes Sacerdotum ac Phariſæi dicunt ap palliandum, ac tegendum ſuum timorem de Reſurrectione Chriſti; nam ipſi bene ſciebant, quod ex diſcipulis Chriſti, unus eum negavit, alii relicto eo, fugerunt; ac proinde bene cognoverant, quod Diſcipuli Domini talia non eſſent auſuri, ac facturi; inde ſub tegumento Apoſtolorum Phariſæi ſuum metum obtegere volunt.

D. Chryſ.

*Timent Principes Sacerdotũ Chriſti reſurrectionem.*

37. *Et erit noviſſimus error pejor priori.* Phariſæi, ac Principes Sacerdotum ſua perverſitate duos errores hic dicunt, ut explicant Rabbanus, D. Auguſtin. de conſenſu Evangel. ac communiter omnes Recentiores. Primùm, dicunt impiè ipſi Phariſæi, quod Chriſtus D. adhuc vivens, præclariſſimis verbis, rationibus, factis, ac miraculis (diabolicâ arte, ut falſò ipſi Phariſæi interpretantur,) ſe eſſe verum filium Dei, verumque Meſſiam oſtenderat. Secundus error, ac noviſſimus erit, ſi diſcipuli perſuadeant populo eum à mortuis reſurrexiſſe; & hunc dicunt eſſe pejorem errorem priori; nam ſi Deus ſuâ divinâ virtute eum ſuſcitat tertiâ die, apertè convincitur quod ipſe ſit ſanctus, & quod vera dixiſſet, cùm ſuſcitetur tertiâ die, ut ipſe prædixerat, ac proinde omnia, quæ dixit, vera, & credibilia ſunt; nam ſuſcitatio à mortuis non poteſt dari niſi divinâ virtute: Deinde ſi credatur in populo, quod ipſe ſurrexit à mortuis, multos habebit ſequaces, ex quo ipſi Principes Sacerdotum, ac Phariſæi multos habebunt inimicos in populo, quia virum juſtum, ac ſanctum occiderunt.

Rabban. D. Auguſ. Recentior.

38. *Ait illis Pilatus, ite:* id eſt, nulla mora eſt interpo-



interponenda, ſed diligenter perficite, quod dicitis. D. Damaſcenus oratione de Sabbatho ſancto, ait: *Horruit Pilatus commercium interfectorum Dei.* Mandat eos abire, quia timuit, ac horruit, tam iniquos homines ſecum habere. Expoſitio eſt moraliſſima, & non literalis: *Habetis cuſtodiam.* Aliqui hoc referunt ad cuſtodiam militum pro templo, quæ erat ſub poteſtate Sacerdotum, ſed hoc non habet fundamentum: & ſi ipſi Principes Sacerdotum habebant cuſtodiam militum ſub poteſtate ſua, ad quid hoc petierunt à Pilato?

D. Damaſ.

*Iniquorum ſocietas horribilis.*

39. Caietanus ait, quod idem eſt, *habetis cuſtodiam*, ac ex radice græca: *habete cuſtodiam.* Simpliciter tamen noſtra lectio retinenda eſt, *Habetis cuſtodiam*: ac ſi dicat Pilatus, jam habetis milites, quod vobis heri conceſſi ad crucifigendum; hos etiam habetis ad cuſtodiendum ſepulchrum. Unde Perſicus ita vertit: *Vos viròs, & ſatellites habetis, cuſtodiam agite*; & Arabicus: *Apud vos ſunt cuſtodes, ite, & claudite ſepulchrum.* Hæc autem cuſtodia, ut notant Janſenius, & Caiet. erat copia militum Romanorum pro cuſtodienda civitate, ac perſona ipſius Præſidis.

Caietan. Perſicus. Arabicus. Janſen. Caietan.

---

## QUÆSTIO VII.

### *Quare tam ſolicitè Sacerdotes, & Phariſæi de cuſtodibus monumenti agunt?*

40. RAtio, quam Sacerdotes, & Phariſæi proferunt, patet ex textu: *Ne fortè veniant diſcipuli ejus, & furentur eum*: Ipſi autem non timebant diſcipulos, quos viderant, relicto eo, fugiſſe, ſed timebant Chriſti reſurrectionem, ut dixi modò in Expoſitione, num. 36. Et inde ipſi, quantum in eis erat, ejus reſurrectionem volebant impedire, ſed eorum *diligentia noſtræ fidei profuit*, ut docent D. Hieronymus citatus ſuprà, q.5. D. Paſchaſ. lib. 12. & hic D. Thomas, D. Auguſtinus, & ferè omnes; ut qui cuſtodes venerant, teſtes fierent ejus reſurrectionis, ſi vellent vera nuntiare de Chriſto D. ait Iſaias 33. n.16. juxta lectionem ſeptuaginta: *hic habitabit in excelſa ſpelunca petra fortis . . . Regem cum gloria videbitis.* D. Hieronymus in præſenti ad hoc cap. 27. Matthæi, ait: *Quod in ſepulchro ponendus eſſet Dominus, Prophetæ teſtimonium eſt dicentis: Hic habitabit in excelſa ſpelunca petræ fortiſſimè, & ſtatim ſequitur: Regem cum gloria videbitis*: ut etiam ipſi cuſtodes, tantæ gloriæ, ac majeſtatis fierent teſtes.

D. Hieron. D. Paſchaſ. D. Thom. D. Auguſt. Iſai 33. Septuagin. D. Hieron

*Cuſtodes fiunt teſtes reſurrectionis.*

41. Secundò: D. Damaſcenus homil. de Chriſti ſepultura, ait: *Jacet ergo mortuus in ſepulchro, excubitoribus, ſignaculiſque obſeratus, qui abyſſum creavit, obſignavitque; qui poſuit mari arenam pro termino, ſicut leo requievit: ut catulus leonis obdormivit, ut Rex dum ſomnum capit, cuſtodiis ſeptus.* Ecce qualis eſt Dominus mortuus in ſepulchro, non ut communis homo interfectus, humanæ conditioni cedens, violentias hoſtium patiens; ſed ut princeps, ac rex, quieti, & ſomno indulgens: mors enim Juſtorum non eſt mors; ſed dulciſſimus ſomnus, ac placida quies, ſicut dum magnificus Rex ſomnum capit, armatis cuſtodibus munitur. Prædixit Iſaias 11. n. 10 *erit ſepulchrum ejus glorioſum*: Magnificum, quia amplum & novum, magnâ aromatum copiâ conditum, multâ militum manu munitum, more regum dum ſomnum capiunt.

D. Auguſ.

*Chriſti majeſtas in ſuo ſepulchro.* Iſai. 11.

42. Ad hoc alludens Job 3. n. 14. ait: *Nonne dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum regibus, & conſulibus terræ; qui ædificant ſibi ſolitudines*: Sanctus Job mortem ſuam dicit dormitionem, ut notat Sanchius. Nam juſtorum mors dicitur ſomnus, ſeu dormitio, juxta phraſim Scripturæ, Act.7. n. 59. & etiam Calendarii; & comparat Job mortem ſuam non cum morte Regum, ſed cum eorum ſomno: *Somno meo requieſcerem cum Regibus.* Quia Reges in morte deſeruntur; at verò in ſomno, dum Principes dormiunt, multa ſolicitudine diſponunt, & ordinant, ut multis cuſtodibus accingantur, totaque familia invigilat, ne vel ſtrepitus fiat, vel dormienti aliquod damnum inferatur. Hinc rectè Job mortem ſuam cum regum ſomno confert, qui dum dormiunt, multo famulatu cuſtodiuntur: Juſti enim in morte maximè Divinâ Providentiâ ſunt muniti, ac cuſtoditi. Hinc etiam Chriſtus D. dum in ſuo glorioſo ſepulchro jacebat, tanquam ſupremus rex dormiens; *ut Rex dum ſomnum capit, cuſtodibus ſeptus*: quamvis Phariſæi malignâ perverſitate cuſtodes contra Dominum eſſent machinati. Nam, ut ait D. Leo Papa ſerm. 11. de Paſſione: *Admiſit in ſe impias furentium manus quæ dum proprio incumbunt ſceleri, famulatæ ſunt Salvatori.*

Job. 3. Sanchius.

*Juſti maxime cuſtoditi ac protecti in morte.*

D. Leo.

43. Tertiò: Amphilochius ſerm. de ſepultura Domini, ait: *Quis unquam vidit mortuum aſſervari? vel potius, quis vidit unquam mortuum belligerare? Quis audivit aliquando mortuum, metum eis incutere, qui eum interemerunt.* Etſi hoc in nullo alio mortuo reperiatur, hoc in meo Jesu invenitur, qui etſi mortuus, optimè poteſt, & agnoſcit metum, bellum, ac exterminium ſuis hoſtibus incutere, ſicut ſuos famulos cuſtodire, ac protegere. Ait Jeremias. 1. n. 10. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas.* Quæ verba dicta ſunt Prophetæ in figura Chriſti D. ut Ruperto, & aliis multis placet, quia ab ipſo & mortuo Judæi erant devaſtandi, ac deſtruendi per Romanos. Rupertus lib. 1. in Jerem. cap. 3. ait: *In typum Domini noſtri, qui populo illi prædicavit; & ad pœnitentiam audire nolentes vocans, civitatis, & templi exterminium prædixit; & quamvis occiſus, eidem tamen exterminio ſuperſtes extitit.* Perpende ultima verba: *Quamvis occiſus, eidem exterminio ſuperſtes extitit*: etſi mortuus Jesus, ut morte ſua nos redimat; tamen ſemper vivus, ac ſuperſtes, ut ſuos adverſarios puniat, ac exterminet.

Amphiloc.

*Chriſtus etſi mortuus, ſuis adverſariis formidoloſus, eoſque percutit.*

Jerem. 1. Rupertus.

44. Quartò: D. Maxim. ſerm. 3. de Paſch. ait: *Cuſtodiebant ergo eum ſolicitè in ſepulchro, quia neceſſe illis erat, eum tam non doctorem timere, ſed judicem.* Cur tam anxiè, tantaque vigilantiâ ſepulchum cuſtodiebant? Equidem propria conſcientia propter commiſſum ſcelus in Dei filium, eos ſtimulabat, ac docebat ultionem ſuorum peccatorum ab ipſo infligendam. Inde tota illorum cura erat, ut ſepulchrum

D. Maxim.

*Peccator Deum judicem, ac ultorem timet.*

cuſtodirent; nec id faciebant, quia timerent eum reſurrecturum, ut gentium Doctorem, ac Salvatorem, ſed ſuorum malefactorum judicem, ac vindicatorem; hoc unum in eo formidabant, quod eſſet judex, & ultor ſuorum ſcelerum, hoc enim primo, ac maximè timent hominum peccata in ſoprema Dei majeſtate.

45. Geneſ. 3. Poſt peccatum primorum parentum illius conſequentia explicatur: Geneſ. 3. n. 7. *Qui comedit & aperti ſunt oculi amborum*: Numquid antea cæci erant, & oculos clauſos habebant? minimè ſanè: qualiter ergo poſt peccatum dicuntur oculi aperti? quid vident modò, quod antea non videbant? Dicuntur oculi eorum aperti, qui peccatum cauſa fuit, ut viderent modò, quæ antea non videbant: Antea videbant, ac conſiderabant Deum, ut ſuum creatorem, ac benefactorem; modò iratum, & judicem, ac ſuorum criminum ultorem, illaque punientem. Rupertus lib. 3. in Geneſ. cap. 10. ait: *Aperti ſunt oculi amborum, verus utrobique gemitus, Deus iratus, diabolus riſu dilatatus, uterque ſexus ignominia percuſſus; inter hæc omnia reorum animi torquebantur, & oculi confundebantur:*

*Peccator maximè Deum conſiderat judicem, ac ultorem.*

Rupertus.

*Matth.* 27. *n.* 66. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

## *VERSIONES.*

*Syrus.* Obſignaverunt lapidem.
*Alter Syrus.* Saxum illud præſentibus cuſtodibus.
*Burgenſ.* Tutum reddiderunt ſepulchrum.
*Æthiopicus* Firmaverunt & obſignaverunt hunc lapidem.
*Perſicus.* Apprimè cuſtodiam egerunt ſatellites, atque præpoſiti cuſtodiam egerunt.
*Græcus.* Sigillum imprimentes.

## *EXPOSITIO III.*

46. Græcus. ILLI *autem abeuntes:* acceptâ facultate à Pilato, cum multa diligentia, ac feſtinatione abierunt. *Munierunt ſepulchrum:* lapidem nempe ſepulchralem, quo os ſepulchri, ſeu ſpeluncæ claudebatur, ſignantes: Græcè, *Sigillantes*: annulo, ac publico ſigillo, non ipſius Pilati, ut innuit Chryſoſtomus, ſed vel ſigillo publico civitatis, vel magno ipſorum Concilio Sanedrin, & etiam vinculis ferreis adhibitis? quibus lapidem ſepulchri ligarunt, ac affixerunt, *cum cuſtodibus*? non dicitur cum ſatellitibus, vel militibus; ſed cum cuſtodibus, qui militares ſtationes agerent, ut ſemper aliqui eorum eſſent in aſſidua, ac continua vigilia.

D. Chriſ.

## QUÆSTIO VIII.

### *Quare Phariſæi tam fortiter, ac validè omni modo muniunt Chriſti ſepulchrum?*

PONTIFICES, ac Phariſæi triplici munimine muniunt ſepulchrum, ſcilicet militum aſſiduâ cuſtodiâ; qui indefeſſa ſolicitudine ad ſepulchrum vigilarent, ac undique circuirent, ut ad illud nemini pateret aditus. Secundò, obſignatione lapidis: *Signantes*, id eſt, obſignantes, nempe annulo, non Pilati, ſed publico, & Civitatis Jeroſolimæ; vel potius annulo magni concilii ipſorum, quod dicebatur *Sanedrim*; ne à quoquam lapis è ſepulchro amoveri & corpus Chriſti extrahi poſſet; quod illico ſigilli violatione deprehenderetur. Tertiò, addunt Nicephorus lib. 1. cap. 32. Beda de locis Sanctis, Judæos utrumque ſepulchri lapidem perforaſſe, & vinculo ferreo conſtrinxiſſe, ita ut nullo modo ſepulchrum poſſet aperiri: ex quo patet quanta fuerit ſtoltitia, ac infidelitas Judæorum, ut rectè argumentatur D. Hilarius apud Catenam D. Thomæ, & ait: *Metus inde furandi corporis, & ſepulchri cuſtodia, atque obſignatio, ſtultitia, ac infidelitatis teſtimonium eſt quod ſignare ſepulchrum ejus voluerunt, cujus præcepto conſpexiſſent de ſepulchro mortuum ſuſcitatum.*

47. *Tripliciter obſignatur ſepulchrũ.*

Nicephor. Beda.

D. Hilar.

48. Sed dum Judæi omnibus modis conantur Chriſto reſurrecturo exitum occludere, & rimulas cautiùs obſerare, neſcientes, & inviti auxerunt miraculum, & fidem reſurrectionis, teſtimonium Deo ab ipſis extorquente, ut hîc Chryſoſtom. ait: *Certa reſurrectionis demonſtratio, per ea, quæ vos ipſi procuraſtis, reddita eſt: ſi enim obſignatum fuit ſepulchrum. fraudi, & dolo nullus locus relinquebatur: quod ſi nulla fraus admiſſa fuerit, & ſepulchrum repertum eſt vacuum, perſpicuum eſt, quod proculdubio, & citra controverſiam reſurrexit. Vides quomodo inviti veritatis adjuvent demonſtrationem.* Nervosè, ac eleganter, ſimiliter & argutè D. Maximus ſerm. 3. in Feſto Paſchæ diſſerit: *Fidem noſtram confirmavit impietas Judæorum. Nam ſufficit ad credulitatem nobis eorum nimium cauta crudelitas. Quo enim diligentiùs cuſtodierunt tumulum, eo conſtat illum manifeſtiùs ſurrexiſſe. Quo plures appoſuere cuſtodes, eo plures teſtium reliquere. Nam hoc procuravit Divina Providentia, ut reſurrectioni Dominicæ, non ſolum Angeli, non ſolum diſcipuli, ſed & teſtimonium perhiberent (quod amplius eſt) inimici.... Tanta enim ſollicitudine ſepulchrum obſtruxit impietas, ut id non prævaleret manus humana deſtruere, niſi ſola virtus reſurrectionis aperiret.* Ecce conſilium Divinæ ſapientiæ: Quot cuſtodes Phariſaica crudelis cautela ad cuſtodiendum ſepulchrum, ad extinguendum Chriſti nomen, ad ſupprimendam ejus reſurrectionem! Sed *hoc procuravit Divina Providentia*, ut quot fuerunt cuſtodes, tot eſſent teſtes Chriſti Majeſtatis, ac glorioſæ ejus reſurrectionis, ac celebritatis, & exaltationis ejus nominis, ut non ſolùm eſſent teſtes Angeli, diſcipuli, ſed etiam inimici.

D. Chriſ.

D. Maxim.

*Chriſti reſurrectio habet teſtimonium etiam ab inimicis.*

Eliphas



49. Job. 5. Eliphas Themanites de Deo loquèns, ait: Job. 5. n. 18. *Quia ipſe vulnerat & medetur: percutit, & manus ejus ſanabunt.* Vivaciùs in Hebræo habetur: *Ipſe vulnerans medetur.* Medici vulneri applicant medicamentum; at Supremus Artifex Deus, ex ipſo cruento vulnere, & acerbiori plaga medicinam parat, & unde interitus à vulnere timebatur, inde vulneris remedium invenitur, qui eſt ſupremus apex ſanandi Divinæ Providentiæ. Ad hunc locum Jobi alludens Petrus Damianus lib. Ephiſtolar. ait: *Quia ergo nos de medicamento vulnus facimus, facit Deus de vulnere medicamentum: ut qui virtute percutimur, vitio curemur. Nos namque virtutum dona retorquemus in uſum vitiorum: ille vitiorum mala aſſumit in arte virtutum.* Divina Providentia, ſupremâ diſpoſitione inſectatur impiam hominum argutiem; & quemadmodum impia hominum & depravata voluntas, de virtute vanam gloriam componit, de virtuteque multas decipiendi artes fabricat: ſic etiam Deus vitia recudit in pœnitentiam, & humilitatem, & ex hominum nequitia contra juſtitiam, ac veritatem, eorum majorem manifeſtationem, ac declarationem educit. *Quia ergo nos de medicamento vulnus facimus, facit Deus de vulnere medicamentum*: Quia malitia Judaïca excogitavit, cuſtodibus appoſitis ad ſepulchrum, infligere vulnus in fidem diſcipulorum, ac in manifeſtationem Reſurrectionis. Divina Providentia inde medicamentum deduxit ad majorem publicationem Reſurrectionis, ac ad majorem, & firmiorem ſtabilitatem diſcipulorum: *Facit Deus de vulnere medicamentum.*

Hebræus.

Petr. Dam.

*Divina Providentia de vulnere facit medicamentum.*

## QUÆSTIO IX.

### *Quare Darius Rex pro tutela Danielis in lacu, poſuit tantùm ſigillum; Phariſæi verò pro munimine ſepulchri Chriſti, non ſolùm ponunt ſigillum, ſed & cuſtodes, & ferreas catenas?*

50. AIt Textus: *Signantes lapidem cum cuſtodibus.* Malitia Phariſaïca, ut explicavi ſuperiori quæſtione in limine, pro muniendo Chriſti ſepulchro tria poſuit, Sigillum, Cuſtodes, & etiam ex multorum placito, ferreas catenas. Aliter verò Darius Rex, cùm ex vehementi optimatum inſtantia miſiſſet Danielem in lacum Leonum, Daniel. 6. n. 27. *Allatus eſt lapis unus, & poſitus eſt ſuper os laci, quem obſignavit Rex annulo ſuo & annulo optimatum ſuorum, ne quid fieret contra Danielem.* Utriſque vigilantia pro munimine, Dario pro Daniele in lacu, Phariſæis pro Chriſto in ſepulchro. Darius poſito ſigillo quieſcit, & nil amplius curat. At Phariſæi ſigillo non quieſcunt, ſed ultra cuſtodes, ac ferreas catenas adhibent, omniſque cautela eis parva videbatur.

*Difficultas quæſtionis.*

Daniel. 6.

Timet Darius Rex Danieli nocumentum ab adverſariis: timent & Chriſti adverſarii furtum; tamen multò majori ſoleria virtutis inimicus ſatagit, ac invigilat, ne pietati aliquis ſit locus, quàm virtutis defenſor, ac protector, ne liceat æmulationi; Phariſæi contra juſtitiam, ac veritatem armabantur. At Darius pro Juſtitia pugnabat. Inde hic ſigillo munit lapidem, non tamen milites ad excubias adhibet: Illi verò milites ad excubias apponunt, & lapidem ſigillo, ac catenis ferreis muniunt. Virtutis propugnator multa non quærit virtutis adverſarius; ut inde noſcas ſolertiores eſſe homines ad crimina, & ſcelera, quàm ad juſtitiæ, ac honeſtatis ſtudium. 51.

*Diligentior homo ad crimina, quàm ad honeſtatem.*

Cùm ad partes Cæſareæ interrogat Chriſtus, quem dicunt homines eſſe filium hominis? Petrus unico verbo reſpondet: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*; Matth. 16. n. 16. At verò cùm Sacræ Paſſionis nocte Chriſtum negat, ſcribit D. Matth. 26. n. 74. *Tunc cœpit deteſtari, ac jurare, quia non noviſſet hominem*: Marc. 4. n. 71. *Cœpit anathematizare, & jurare.* Hoc eſt, multas maledictiones, ac execrationes ſibi imprecari. Luc. 22. n. 60. *Homo neſcio quid dicis.* D. Paſchaſ. lib. 12. ait: *Semper gravius, ac gravius per verba negat*: Dum ſummam veritatem filii Dei fatetur, uno ſimplici verbo utitur. *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*: cum verò negat, maximè multiplicat, ac ſi ad hoc omnia deficerent, & pauca viderentur. 51.

Matth. 16.

Matth. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

D. Paſchaſ.

Legationem ex Dei mandato Moyſes, & Aaron deferunt ad Pharaonem pro dimittendo populo, & in comprobationem, quod miſſi ſint à Deo, projicit Aaron virgam Moyſis, quæ verſa eſt in colubrum; ad refutandam veritatem legationis: *Vocavit Pharao ſapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam ſimiliter.* Exod. 7. n. 11. Pro cauſa Dei, ac juſtitia duo tantùm ſtabant, Moyſes, & Aaron, cum una virga; & tamen Pharao non vocavit duos, vel tres maleficos, ſed indeterminatè, quia ut notat Seraphinus in ſuis veritatibus in Exod. concl. 3. Ægyptus maximè maleficis, & incantatoribus abundabat; inde in magno numero vocat eos Pharao; qui & omnes ſuas virgas ferebant. Pro cauſa Dei, ac juſtitia, una tantùm ſtat Moyſis virga: pro iniquitate, mendacio, ac tyrannide Pharaonis, innumeræ decertant ſua multitudine falſitatem patrocinantes. 53.

Exod. 9.

Seraphin.

*Pro Juſtitia virga una: pro te iniquitate innumera.*

# CAPUT XXVIII.

VESPERE autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre Sepulchrum. 2. Et ecce terræ motus factus eſt magnus. Angelus enim Domini deſcendit de cœlo, & accedens revolvit lapidem, & ſedebat ſuper eum. 3. Erat autem aſpectus ejus ſicut fulgur, & veſtimenta ejus ſicut nix. 4. Præ timore autem ejus exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. 5. Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos, ſcio enim quod JESUM, qui crucifixus eſt, quæritis. 6. Non eſt hîc: ſurrexit enim, ſicut dixit venite, & videte locum ubi poſitus erat Dominus. 7. Et citò euntes dicite diſcipulis ejus, quia ſurrexit: & ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, ſicut prædixit vobis. 8. Et exierunt citò de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nuntiare diſcipulis ejus. 9. Et ecce JESUS occurrit illis, dicens: Avete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum. 10. Tunc ait illis JESUS: Nolite timere, ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt. 11 Quæ cùm abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in civitatem, & nuntiaverunt Principibus Sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. 12. Et congregati cum Senioribus, conſilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus 13. Dicentes, dicite: Quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus. 14. Et ſi hoc auditum fuerit à præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. 15. At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti & divulgatum eſt verbum iſtud apud Judæos uſque in hodiernum diem. 16. Undecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi conſtituerat illis JESUS. 17 Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt. 18. Et accedens JESUS locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. 19 Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. 20. Docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis: & ecce Ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.

## *ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò, V. 1.* Magdalena cum ſociabus viſit Chriſti ſepulchrum; Angelus cum terræmotu, lapidem à ſepulchro amovet: cuſtodes terrore percutiuntur: Angelus mulieribus Chriſtum ſurrexiſſe annuntiat. Explicavi tomo 5. libr. 9. capite 1.

*Secundò, V. 8.* Ex mandato Angeli mulieres citò currunt ad annuntiandum diſcipulis Chriſti reſurrectionem, quibus Dominus in via occurrit: hic explicandum eſt.

*Tertiò, V. 11.* Judæi data pecunia, ſubornant cuſtodes, ut dicant, ipſis dormientibus, Apoſtolos furatos eſſe corpus Chriſti: quod hîc eſt explicandum.

*Quartò, V. 16.* Chriſtus apparet diſcipulis in monte Galilææ, eoſque mittit ad baptizandum, ac docendum omnes gentes. Explicavi tom. 5. lib. 9. cap. 9.

## *JESUS RESUSCITATUS occurrens Mulieribus.*

*Matt. 28. n. 8.* Et exierunt citò de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nuntiare diſcipulis ejus.

*Num. 9.* Et ecce JESUS occurrit illis, dicens: Avete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.

*Num. 10.* Tunc ait illis JESUS: Nolite timere, ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.



## *VERSIONES.*

*Arabicus n. 8.* Cùm diſceſſiſſent de monumento, &c. fuerunt celeres, ut nuntiarent.
*Æthiopic.* Cum timore & tremore.
*Syrus n. 9.* Et ait illis: Pax vobis prendentes pedes ejus.
*Arab. Græcus.* Et ait illis: Lætamini, gaudete.
*Perſicus.* De repente JESUS coram oculis manifeſtatus eſt.
*Æthiopicus.* Et cùm proficiſcerentur annuntiare,
*Vatablus.* Prendiderunt pedes ejus.
*Syrus n. 10.* Ait illis: ne timeatis.
*Perſicus.* Ut in Galilæam euntes, me videant.

## *ALTER TEXTUS.*

*Marc 16. n. 8.* At illæ exeuntes, fugerunt de monumento, invaſerat enim eas timor, & pavor: & nemini quidquam dixerunt, timebant enim.

*Luc. 24. n. 91* Et regreſſæ à monumento, nuntiaverunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus.

## *EXPOSITIO I I.*

1. D. Hier. D. Paſchaſ. ET *exierunt citò de monumento:* ut dictis, ac exhortationibus Angeli, ut notant D. Hieron. & D. Paſchaſ. obedirent: Qui dixerat: *Ite, dicite diſcipulis ejus:* quod ipſæ promptiſſimè volebant exequi, *cùm timore & gaudio:* Timore ex viſo Angelo in veſte fulgente, & candida: inſolitus Angelorum aſpectus timorem ingerit, ut patet in Tobia 12. & iſte timor extitit quidem pavor, ut habetur apud D. Marcum 16. *Invaſerat eas pavor:* ex ipſa nempe magnitudine miraculi, & gaudio, exaudita maximè deſiderata Chriſti reſurrectione, quē ipſæ putabant mortuum, & ideo ad eum ungendum veniebant. D. Hieron. *Duplex mentes mulierum tenebat affectus timoris, & gaudii: Alter de miraculi magnitudine, alier ex deſiderio reſurgentis.* Euthym. *Cum timore, ob admirenda, quæ viderant: cum gaudio verò, ob lætum nuntium, quod audierant* Theophyl. in Marc. ait: *Stupor in ſpectaculo Angeli; timor in horrore reſurrectionis.*

[margin: Tob. 12. — Marc. 16. — D. Hieron. — Euthym. — Theopyil.]

2. *Halitus paſſionis Chriſti, dat fidem.* Tamen conſiderandum, quod præclarè notavit D. Chryſol. ſerm. 8. *Mulieres intraverunt ſepulchrum, ut fierent ſepulturæ participes, ſociæ paſſionis; exierunt de ſepulchro, ut tanta fide reſurgerent.* Mulieres intraverunt ſepulchrum mortuæ in fide, quia Chriſtum mortuum credebant, eumque ad ungendum veniebant: at ex viſo ſepulchro aperto, ac ex teſtimonio Angeli, plenæ fide exeunt; halitus paſſionis Chriſti, ac ſepulturæ ejus vivam fidem generat & ideo Chriſti apparitione dignæ fuerunt.

*Currentes nuntiare diſcipulis ejus:* de cohærentia ac concordia ſacrorum Evangeliſtarum in hac hiſtoria ſacræ reſurrectionis latè dixi tom. 5. lib. 9. cap. 1. q. 2. Tamen hîc notandum, quod cucurrerunt nuntiare diſcipulis, ut Angelus mandavit, & etiam Chriſtus illis præcepit, *Nuntiate fratribus meis:* & tamen D. Marcus ſcribit cap. 16. n. 8. *At illæ nemini dixerunt.* Certiſſimum eſt tamen, quod illæ dixerunt omnia Apoſtolis, & diſcipulis, ut illis imperatum eſt, & apertè declarat D. Lucas 24. n. 9. *Nuntiaverunt hæc omnia undecim, & cæteris omnibus.* Cum verò D. Marcus ſcribit, quod nemini dixerunt, intelligitur per illos, quibus mandatæ fuerunt nuntiare, ſcilicet Apoſtolos, & diſcipulos, pro quo optimam rationem aſſignat Euthymius in Marcum: *Propter Judæos, ne ſuſpectæ viderentur, ipſæ furari JESUM, ne ipſas occiderent, audito quod Chriſti prædicarent reſurrectionem.* Sicque fecerunt in Stephanum, ac alios. *Currentes:* Timor & gaudium dabat alas ad iter, ut fit in nobis, maximè cùm fit ad annuntiandum gaudia, & feſtiva. 3.

[margin: D. Marc. — D. Lucas. — Euthym.]

*Et ecce JESUS occurrit iis:* D. Hieron. *Quæ autem, ait, ſic quærebant, ſic currebant, merebantur obvium habere reſurgentem:* & ſicut poſt aulicos, ac comitatus ſequitur Rex, ſic poſt Angelos viſos apparet JESUS, ejuſque præſentiam promerebatur ſedula, ac fervida diligentia mulierum, tum ex viſo ſepulchro vacuo, tum ex teſtimonio Angelorum, ac etiam Magdalenæ, ut explicabo quæſt. ſeq. *Occurrit illis JESUS:* non Petro & Joanni in itinere, ſed mulieribus, quia illæ magno pietatis affectu, magnoque deſiderio ipſum quærebant, & qui JESUM ardenter quærit, ipſum amantem occurrentem habet, ut patet ex D. Hieron. citato: ait illis, *Avete*, id eſt Syrus: *Pax vobis.* Græcus Arabicus: *Lætamini, gaudete.* Magna ſanè erat ratio gaudendi, ut magiſtrum dilectiſſimum, quem mortuum exiſtimabant, vivum viderent: *Illæ autem acceſſerunt*, audita tam amica, ac affabili ſalutatione. 4.

[margin: D. Hieron. — D. Hieron. — Syrus. — Arabic.]

*Tenuerunt pedes ejus:* Vatabalus, *Prendiderunt:* Syrus, *prendentes pedes ejus:* ex reverentia, ac amore, & gaudio tantæ majeſtatis viſæ, & ut ex Chryſoſtom. ait Euthymius: *Illæ quidem ex deſiderio, & reverentia pedes tenuerunt: ipſe verò non prohibuit, præſtans ut per tactum certiores efficerentur, quod Phantaſma non eſſet.* Cur autem hoc hîc conceditur mulieribus, quod negatum videtur Magdalenæ, cùm Chriſtus ſub figura hortulani ei apparuit? latè explicavi tom. 5. lib. 9. cap. 2. q. 4 *& adoraverunt eum:* vera fide, ut notat D. Paſchaſius lib. 12. in Matthæum, ac proinde adoraverunt adoratione latriæ; nam Chriſtus reſuſcitatus apparens, earum mentem illuſtravit, confirmavit, & auxit fidem ejuſdem divinitatis, ac cæterorum myſteriorum. 5.

[margin: Vatabl. — Syrus. — D. Chriſ. — Euthym.]

*Tunc ait illis JESUS, nolite timere.* Viſio rerum cæleſtium, ac ſupernaturalium derepente objecta intuentium oculis timorem, ac hor- 6.

D. Hieron. rorem ingerit, ac generat D. Hieronym. ait: *In veteri, & in novo Teſtamento, h.c ſemper obſervandum eſt, quod quando auguſtior aliqua apparet viſio, primò timor pellitur, ut ſic mente pacata, poſſint quæ dicuntur audiri*: & mandat illis Chriſtus, *nuntiate fratribus meis.* Ut tanta dulcedine, ac benignitate ſuos Apoſtolos, qui triſtes, ac timidi erant, maximè recrearet, ac animaret, cùm filios adoptivos ſui Æterni Patris dicat, cujus ipſe eſt filius naturalis. *Ut eant in Galilæam*: Quare autem Chriſtus ſe voluit manifeſtare in Galilæa? explicavi citato lib. 9. cap. 1. q. 17.

---

## Quæstio I.

### *Explicantur viſiones Angelorum, apparitioneſque Chriſti, cum magna concordia Evangeliſtarum.*

7. *multa difficultates hic proponuntur.*

HÆc quæſtio magnas difficultates involvit, quæ in varias ſententias fecerunt abire Authores, quæ multis nodis intricantur ob concordiam Evangeliſtarum, & omnes ſententias referre, conjecturas, & rationes, quæ contra eas militant, valdè operoſum, & diffuſum eſſet; breviter ac clarè, quantum capio, rem explico, ſequens D. Auguſtinum, ac probatiores Authores.

8. Burchard. D. Auguſ. D. Cyrill. *Quid ſepulchrum.*

Et pro ejus rei clariore notitia ſupponendum eſt ex Burchardo 1. part. §. 47. c. 7. D. Auguſtino lib. 3. de conſenſu Evangeliſtar. cap. 24. ex D. Cyril. Jeroſolimitano catecheſ. 4. quod Chriſti ſepulchrum erat in crypta, quaſi in camera, ſeu cubiculo circumdato, ac ſepto, & ita dividebatur, ac ſeparabatur à reliquo horto, & hæc camera, ſeu cubiculum ſuum etiam habebat oſtium diſtinctum ab oſtio ſepulchri.

9. Quæst I. *Super quē lapidem ſedit Angelus.* D. Auguſ. Burchard. Beda. Barrad. Cornel.

Prima quæſtio eſt: An lapis, qui revolutus eſt ab Angelo, de quo faciunt mentionem Matthæus, & Marcus c. 16. eſſet in ſepulchro interiori, an exteriori, ſuper quem lapidem Angelus ſedebat? D. Auguſtin. citatus, Burchard. Beda dicunt fuiſſe lapides; ſed Evangeliſtæ dicunt, quod Angelus *revolvit lapidem*: non lapides & ideo dicendum cum Barrada tom. 4. lib. 7. c. 3. §. *De ſecundo*, & Cornelio à Lapide cap. 28. Matth. 5. *Putant aliqui*, Angelum ſediſſe ſupra lapidem exteriorem. Probatur ex D. Marco. Nam mulieres in itinere dicebant ad invicem, *Quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti? & reſpicientes viderunt revolutum lapidem, erat quippe magnus valde.* Oſtium ſepulchri interioris erat parvum & anguſtum: ergo cùm lapis eſſet valdè magnus, non erat in oſtio interiori, ſed exteriori, & inde Angelus revolvens fecit terræmotum. Deinde mulieres in itinere, levantes oculos viderunt revolutum lapidem: ergo erat lapis exterior, nam interior facilè non poterat videri, maximè quia, ut teſtatur Burchardus, tumba ſeu ſepulchrum Chriſti erat ad dexteram ipſius cubiculi, ſeu cameræ: lapis autem interior forſitan revolutus eſt à duobus Angelis, qui erant in interiori parte monumenti, de quibus loquitur D. Lucas, de quo quæſt. 3.

10. Quæst. II.

Secunda quæſtio eſt, quia D. Matthæus indicat Angelum fuiſſe ſuper lapidem revolutum: id eſt extra ſepulchrum, ibique viſum à cuſtodibus. At verò D. Marcus 16. denotat mulieres non extra, ſed introëuntes monumentum, ſeu ſepulchrum vidiſſe Angelum; ſic enim ait: *Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem ſedentem in dextris?* Reſpondeo cum D. Auguſtino lib. 3. de conſenſu Evangeliſtarum, cap. 24. Franciſco Luca, quod mulieres incipientes ingredi monumentum, in ipſoque ejus veſtibulo ſeu ingreſſu ſui circuitus, qui erat ante monumentum, ibi Angelum viderint. *Angelus ſedet ſuper lapidē exteriorē.* D. Auguſ. Franc. Luc.

11. Quæst III. Matth. 28. Marc. 16.

Tertia quæſtio: Quomodo cohærent Sacri Evangeliſtæ inter ſe? nam D. Matthæus 28. & D. Marcus 16. de uno tantum Angelo faciunt mentionem: *& introëuntes viderunt juvenem ſedentem*: At D. Lucas 24. n. 4. de duobus Angelis facit mentionem, dicens: *Factum eſt dum mente conſternatæ eſſent de iſto, ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti: cum timerent autem, & declinarent vultum in terra, dixerunt ad illas*, &c. Ad quod reſpondemus, quod ut ſcribunt Matthæus & Marcus, unus Angelus apparuit mulieribus in ipſo veſtibulo, ac in greſſu; qui Angelus erat tanquam cuſtos monumeri qui dixit eis, ut ſcribit Matthæus: *Venite, & videte locum, ubi poſitus erat Dominus.* intrantes autem in monumentum juxtà ſepulchrum, ſeu tumbam, ubi fuerat corpus Domini, viderunt duos Angelos, ut ſcribit D. Lucas. Et eſt diſtincta apparitio ab illa, quam ſcribunt Matthæus & Marcus. Et ita Mulieres ibi viderunt tres Angelos diſtinctis apparitionibus: ita Theophylact. Beda, & alii. *Quot Angeli, & quomodo explicandi?* Thophyl. Beda.

Quæst. IV

Quarta quæſtio: Circa Chriſti D. apparitiones, quomodo ſint ordinatæ cum ſumma concordia Evangeliſtarum? & miſſis multis ſententiis. Tres ſanctæ mulieres veniunt ad monumentum, & licet Joan. 20. n. 1. de ſola Magdalena faciat mentionem, ſub illa alias duas intelligit, quia illa erat dux earum, ac ferventior cæteris. Tres ergo hæ ſanctæ mulieres ingrediuntur monumentum, quod viderant apertum, & vacuum ſine corpore Chriſti: vident Angelos dicentes Chriſtum ſurrexiſſe, ut ſcribunt D. Matthæus 28. Marc 16 Luc 24. Qui Angeli mulieres exhortantur: *Ite, dicite diſcipulis ejus, quia ſurrexit.* Quæ dictis Angeli obedientes veniunt in Jeruſalem, & hoc dicunt Pètro, & Joanni, ut ipſe Evangeliſta refert cap. 20. à n. 2. uſque 10. Tunc Petrus, & Joannes currunt ad monumentum, quos mulieres ſequuntur, qui duo Apoſtoli monumentum ingrediuntur, quod vident vacuum ſine corpore Chriſti cum linteaminibus, tamen non ibi detinentur ob metum Judæorum, ut ſcribit noſter D. Cyrillus Alexandrin. lib. 12. in Joan cap. 45. & ideo redeunt in civitatem, & eos ſequuntur duæ mulieres, ſed lento, & moroſo gradu: Magdalena tamen, ut cæteris amore ferventior, manet apud ſepulchrum foris plorans deſiderio corporis Chriſti: Tunc ibi Dominus ſub figura hortulani apparuit, eumque recogitavit, ac adoravit, ut ſcribit Joannes cap 20. n. 14. Et hæc fuit prima apparitio Chriſti reſurgentis, ut ſcribit D. Marc. 16. n. 9. Tunc Magdalena ingenti gaudio repleta velociter cucurrit ad ſuas duas ſodales, quas invenit in via, eiſque narrat à ſe viſum Dominum

*Apparitiones Chriſti quomodo ordinandæ.* Matth. 28. Luc 24 Marc. 16. Joan. 20. D. Cyr. Al. Joan. 20.



Dominum reſuſcitatum. Tunc illis tribus apparuit Jesus in via, ut ſcribit in præſenti D. Math. n. 9. Proindeque in illo feliciſſimo matutino tempore Magdalena bis Dominum reſuſcitatum vidit, ut obſervat D. Auguſt. apud Catenam D. Thomæ hoc loco lib. 5. de conſenſu Evangel. cap. 24. ſemel ei ſoli apud ſepulchrum, iterum in via cum aliis duabus mulieribus. D. Auguſt.

13. *Series apparitionum Chriſti.* D Ambr.

Series apparitionum Chriſti D. reſuſcitati, ita ordinanda eſt. *Primo*, Chriſtus D. valde glorioſus apparuit ſanctiſſimæ Virgini Mariæ, ut docet D. Ambroſ. lib. 3. de Virg. ubi ait: *Vidit Maria reſurrectionem Domini, & prima vidit, & credidit; vidit & Maria Magdalena, quamvis adhuc iſta nutaret.* Idemque docent D. Anſelmus de Excellentia Virg. c. 6. Rupertus lib. 7. de Divinis offic. c. 25. D. Bonaventura in vita Chriſti B. Brigitta lib. 6. Revelation. c. 94. & in ſermone Angelico, cap. 6. & tenet communis conſenſus fidelium, eſtque communis Doctorum ſententia; hoc poſtulabat excellentiſſima matris Dignitas; vehementiſſimus ejus dolor in paſſione unigeniti filii ſui, præclaraque ejus merita erga illum: ſi verò D. Marcus ait, quod *Chriſtus primò apparuit Magdalenæ*, hoc eſt, inter alias fœminas, ac diſcipulos? Virgo autem Maria eſt in alio ſuperiori, ac ſublimiori ordine.

D. Anſelm. Rupertus. D Bonav. B Brigitta. *Prima apparitio B. Virgini.*

14. Marc 16. Joan. 20. Matth. 28. Luc. 24. Luc. 24. Joan. 21. Joan. 20. 1. Cor. 15. Actor. 1. Actor. 9.

*Secundò* Apparuit Chriſtus D. Magdalenæ apud ſepulchrum ſub hortulani habitu: Marc. 16. n. 9. Joan. 20. n. 16. *Tertiò*: Apparuit eidem cum cæteris mulieribus in via euntibus in Jeruſalem. Mat. 28. n. 9 *Quartò*: Apparuit Petro. Luc. 24. nu. 34. *Quinto*: Duobus diſcipulis euntibus in Emmaus. *Sextò*. Omnibus Apoſtolis, nempe decem; nam Thomas abſens erat, & Judas ſuſpenſus: Luc. 24. n. 16. *Septimò*: Ipſa die Octava Paſchatis, quæ apud nos dicitur Dominica in Albis, apparuit undecim Apoſtolis cum ipſo Thoma præſente. Joan. 20. num. 26. *Octavò*: Apparuit ſeptem diſcipulis cum quibus erant Petrus, & Joannes piſcantes in mari. Joan. 21. n. 1. *Nonò*: in monte Galilææ apparuit pluſquam quinquaginta fratribus, ſcilicèt fidelibus. 1. Corinth. 15. n. 6. *Decimò*: Apparuit Jacobo fratri Domini, ibidem. *Undecimò*: in Monte Oliveti aſcenſuros ad Patrem apparuit undecim Apoſtolis, aliiſque fidelibus. Actor. 1. num. 9. *Duodecimò*: Apparuit Saulo, quem fecit Paulum. Actor. 9.

---

## Quæstio XI.

### *Quare Chriſtus prius apparuit mulieribus, quam viris, quæ ab ejus ore audierunt*, Avete?

15. *Difficultas quæſtionis.*

APertè patet, tam ex hoc cap. 28. Matth. n. 9. quàm ex D. Marco 16. n. 9. Quod Chriſtus reſurgens primò, & ante omnes apparuit Magdalenæ, ac mulieribus ſodalibus: cur eis tantum donum priùs conceditur, quàm ſacris Apoſtolis, & aliis pijs viris?

16. D. Cyprian

Reſpondet primò D. Cyprianus ſerm. de Reſurrectione, & ait: *Prima viderunt, & cognoverunt, quæ ardentius dilexerunt quæ devotiùs quæſierunt*: D. Hieron. jam datus ait: *Quæ ſic quærebant, quæ ita currebant, & merebantur obvium habere Dominum reſurgentem, & primum audire, Avete. ut maledictum, Evæ mulieris in mulieribus ſubverteretur*: Priores ſunt mulieres ut videat Chriſtum reſuſcitatum, quæ priores fuerunt, ut ipſum mortuum quærerent, eique debitum amoris officium ungendo perſolverent: ſed cur ad hoc potiùs divina providentia priùs excitavit mulieres, quàm viros, ſeu Apoſtolos? Ratio à priori altum Dei judicium; conjectura verò quam nos aſſignare poſſumus, ſumenda eſt ex eo, quod lavare, & ungere corpora mortuorum ad mulieres ſpectabat, & non ad viros; & Deus unumquemque in ſuo officio non impedit, ſed in eo ſe exercere concedit, ac permittit: & quia hoc officium proceſſit ex quodam amoris, ac remunerationis affectu; inde etiam Chriſtus remuneravit ſua prima reſurgentis præſentia. D. Hieron. *Prius in merito ſic prius in munere.*

Secundò: Maldonatus ait, quod Chriſtus D optimè agnoſcebat, faciliùs mulieres quàm Apoſtolos, viſo reſuſcitato credituras, eſt enim pium ingenium mulierum, & ad credendum magis propenſum, ac inclinatum, quàm virorum. Et hoc eventus demonſtravit, legimus enim Apoſtolos, viſo Chriſto, adhuc dubitaſſe, ut patet ex hoc cap. 28. Matth. n. 17. *Et videntes eum adoraverunt; quidam autem dubitaverunt.* Luc. 24. n. 38. Apparens Chriſtus ait illis: *Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? vide manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum, &c.* At mulieres: licet concedamus quod viſo Angelo dubitaverint, & perfectè non crediderint, tamen viſo Chriſto non dubitarunt, eumque reſuſcitatum nuntiaverunt Apoſtolis; voluit enim Chriſtus per teſtimonium mulierum de ſua reſurrectione paulatim perſuadere Apoſtolos, ad credendum tam altum myſterium. Unde præclarè ex D. Chryſoſtomo Euthymius ait: *Mulieribus autem pro Apoſtolis uſus eſt ad Apoſtolos, honorans genus, quod ex ſerpentis ſeductione infame factum fuerat: Et quia mulier viro facta eſt cauſa mœroris, nunc mulieres fiunt viris miniſtræ gaudii* Præclarum ſanctorum mulierum elogium. Chriſtus per Apoſtolos myſterium ſuæ reſurrectionis univerſo mundo annuntiavit, & mulieribus tanquam Apoſtolis uſus eſt, ut ſuis Apoſtolis myſterium ſuæ reſurrectionis annuntietur, per eaſque præparentur ad tantum myſterium credendum, ut ita mulier, quæ extitit viro cauſa mœroris, nunc fiat miniſtra gaudii viris. 17. Maldonat. Matth. 28. Luc. 24. *Paulatim animus ad magna diſponendus.* *Magdalena cum ſodalibus. Apoſtolæ Apoſtolorum.*

Tertiò: D. Nyſſenus oratione 2. de Reſurrectione, ait: *Etenim oportebat primum muliebrem ſexum, & ab Angelo bonum reſurrectionis accipere nuntium, & Dominum videre, & primam ab eo vocem audire*, Salvete: *Quoniam mulier prima quoque audiverit fraudem ſerpentis, & contra præceptum viderat ligna interdicti fructum, & pœna triſtitiæ, ac doloris condemnata fuerat. Quapropter etiam adorare Servator, & pedes apprehendere, & contrectare permittebat, ut iis quæ primæ deſciverant, & alienatæ erant ab eo.* Cur tantum reſurrectionis gaudium primæ mulieres accipiunt? mulieres enim primæ peccati venenum biberant; ſic primæ permittuntur guſtare remedium, quod 18. D Nyſſen. *Qui primus expertus eſt peccati mortem, prius præſentiat remedium.*

per Reſurrectionem Jesu omnibus parabatur; ut ſexus qui fuerat dejectus per peccatum, per tantum remedium nobilitaretur; & quæ primæ reportarunt maledictionem, Dei benignitate fit, ut primæ ſint, quæ aſſumantur ad ſalutationem, & gaudium tantæ lætitiæ.

19. Theophyl. Luc. 21. Theophylactus explicans illa verba. Luc. 21. n. 28. *Hic autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra, quia appropinquat redemptio veſtra.* Hoc eſt conſummatio, & liberatio utriuſque libertatis, tam animæ, quàm corporis; cùm certum ſit, quod modò animæ juſtorum, cùm primùm à corpore ſolvuntur, de æterna felicitate participant, cùm corpora poſt longiſſima tantùm ſæcula ad eandem felicitatem aſſumentur; ſed cur non ſimul de ea participant anima, & corpus? Sic reſpondet citatus
Theophyl. Theophylactus: *Sicut prior adventus Domini in reſtitutionem, & regenerationem animarum noſtrarum fuit, ita & ſecundus adventus in regenerationem corporum. Quoniam animæ prius mortuæ fuerant per inobedientiam; corpora autem poſt nongentos annos inobedientiæ mortis vim experta ſunt, ideo poſterius regenerantur, & melius habent, idcirco Dominus dicit: Quando hæc fient ſuſpicite, qui gravati eſtis corruptione, quaſi libertate donandi; nam redemptio veſtra adeſt, hoc eſt, conſummatio utriuſque libertatis, animæ, inquam, & corporis.*
*Qui primus reportavit pœnam, primus reportet ſalutis gaudium.* Cùm homo peccavit, ſtatim anima mortem peccati guſtavit, quam non ſuſtinuerunt corpora, niſi poſt multa ſæcula nongentorum annorum; ideo Divina Providentia diſpoſitum eſt, ut prius animæ æterna vita donentur: Corpora verò poſt multa ſæcula de tali felicitate participant.

## Quæstio III.

### *Quare ſuos diſcipulos hîc vocat Chriſtus inſigniter fratres?*

20. *Per fratres intelliguntur diſcipuli.* Ait Chriſtus D. in præſenti mulieribus: *Ite, nuntiate fratribus meis.* Aliqui per fratres Chriſti, cognatos intelligunt; ſed ſimpliciter dicendum eſt, quod per eos intelliguntur Apoſtoli, ac diſcipuli, ſic & Angelus mulieribus mandavit: *Citò euntes, dicite diſcipulis ejus*: & exitus rem demonſtrat, quia mulieres non ſolùm cognatis, ſed & Apoſtolis, ac diſcipulis Chriſti reſurrectionem denuntiarant,
Luc. 24. Joan. 21. Pſalm. 21. Hebr. 1. ut patet ex hoc cap. n. 8. Luc. 24. n. 10. Joan. 20. num. 17. & per fratres diſcipuli intelliguntur in Scriptura, Pſalm. 21. num. 23. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Quod Paulus 2. Hebræor. num. 12. Exponit de diſcipulis.

21. *Chriſtus ſuos diſcipulos recreat, ac conſolatur.* Deinde tam dulci appellatione diſcipulorum animos dejectos, metu conturbatos, ac multa triſtitia afflictos, voluit Chriſtus D. recreare, ac corroborare, cùm Patrem ſuum habeant Deum, cùm filii illius ſint, adoptivi nempe; ac proinde cùm talem habeant patrem, qui eos cuſtodiat, & tueatur, nihil eis timendum.

22. Severian. Tertiò: Severian. ſerm. de Paſchate ſcribit: *Vocat fratres ſuos, quos corporis ſui fecit eſſe germanos. Vocat fratres, quos benignus hæres ſibi præſtitit cohæredes, quos Patris ſui adoptavit filios.* Sæpè Chriſtus D. ſuos vocavit Apoſtolos, diſcipulos, & amicos; nunc verò ſublimi fraternitatis elogio eos exaltat, ac nobilitat, poſtquam eos ſui corporis fecit participes: *Corporis ſui fecit eſſe germanos, & benignus hæres ſibi præſtitit cohæredes.* Ecce ex communicatione corporis Chriſti, quam intimam cognationem cum Deo haurit homo, ut dicatur concorporeus, ac conſanguineus Chriſti, cum eoque per hoc ſacramentum cognationis vinculum contrahit; unde de accedentibus ad hanc menſam ait Clemens Alexandrinus lib. 1. Pœdag. cap. 4. *Verbum eſt omnia infanti, pater & mater, & pædagogus, & altor: Comedite, inquit, meam carnem, & bibite meum ſanguinem.* Qui enim guſtat Chriſti carnem, & ſanguinem, eſt ei Chriſtus Pater, mater, pædagogus, & alimentator, omnique vinculo per hanc communionem ei connectitur. *Poſt communionem Apoſtoli dicuntur fratres.* Clem. Alex.

23. Aſſociantur Diſcipuli Joannis cum Phariſæis, & ab ipſo quærunt quare ipſis jejunantibus, diſcipuli ejus non jejunant; quibus reſpondens Jesus ait: *Nunquid poſſunt filii nuptiarum, quamdiu ſponſus cum illis eſt, jejunare? quanto tempore habent ſecum ſponſum, non poſſunt jejunare*: Marc. 2. nu. 19. Quamdiu filii ſunt cum ſuo vero ſponſo Chriſto Jesu, non poſſunt jejunare, nec jejuni eſſe à tali cibo; & quiſnam eſt iſte cibus? Christus Jesus in Euchariſtia; qui enim eſt in amicitia, ac conſortio Christi Jesu, ab Euchariſtico cibo non poteſt eſſe jejunus, ſed illo nutritur, ac alimentatur; ſic iſtum cibum interpretatur D. Chryſoſtom. apud Catenam D. Thomæ, ait: *Filii autem ſponſi, quia infantes ſunt, non poſſunt per totum confirmari Patri, & ſponſo, quia eorum infantiam conſiderans, dignatur eos non tunc jejunare*: conſidera conſequentia: *ſed cum perfecti fuerint, & ſponſo conjunguntur in nuptiis, regalem ſemper comedent cœnam*: Sed qui ſponſo conjunguntur, & de regali cœna ejus Euchariſtica fiunt participes, quonam nomine, ac vocabulo nobilitantur, filiorum nempe; nullum enim fortius, ac ſtrictius vinculum datur, quàm illud, quod eſt inter Patrem, & filium; ſic ſtrictiſſimè, ac intimè per Euchariſtiam homo unitur cum Chriſto. Marc. 2. *Ex communione arctiſſima conjunctio inter hominem & Chriſtum.*

### *Milites auro corrupti.*

*Matt. 28. n. 11.* Quæ cùm abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in civitatem, & nuntiaverunt principibus Sacerdotum omnia, quæ facta fuerant.

*Num. 11.* Et congregati cum ſenioribus, conſilio accepto, copioſam pecuniam dederunt militibus.

### *VERSIONES.*

*Syrus n. 11.* Venerunt homines ex cuſtodibus.





*Perſicus.* Deinde præpoſiti, ac præfecti, qui cuſtodiam ſepulchri agebant, ad ſe reverſum vultu pallido, &c. & quidquid viderant, magnatibus, & ſacerdotibus dicebant.

*Euthim.* Renuntiarunt univerſa, quæ acciderant.

*Æthiopic.* Narraverunt totum, quomodo factum eſt.

*Æthiop. n. 12.* Coacti ſunt, &c. Et dederunt multum.

*Syrus.* Pecuniam non modicam.

*Arabicus.* Dederunt argentum ſufficiens.

*Perſicus.* Deliberaverunt dare.

### *EXPOSITIO II.*

24. Cumque *mulieres abiiſſent*, ex his conſtat, quod Angelo apparente in veſte fulgida, ac magno facto terræmotu, milites ad cuſtodiam, timore proſtrati, ac pavore ſtupefacti, & exanimati, quaſi immobiles permanſerunt: cùm ergo mulieres abiiſſent, tamdiu enim videtur, quod Angelus viſibili formâ apud ſepulchrum permanſerit; cùm verò mulieres à ſepulchro diſceſſerunt, Angelus etiam diſceſſit. Tunc milites cuſtodes, animo recuperato, ingreſſi ſunt ſepulchrum, viderunt lapidem revolutum, ſepulchrum vacuum, & linteamina
D. Paſchaſ. Alb. Mag. poſita. Tunc *quidam de cuſtodibus*, ut notant D. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. & Albert. Magn.
Quidam non omnes; nam quidam permanſerunt in ſtatione ſua, & quidam venerunt ad annuntiandum principibus, vel quia quidam corrupti ſunt à ſacerdtoibus, quidam non.

25. Euthym. *Nuntiaverunt principibus ſacerdotum omnia, quæ facta fuerant*: Euthymius, *univerſa, quæ acciderant*: ſcilicèt, terræmotum factum, Angelum in veſte fulgida, lapidem amotum,
D. Leo. ſepulchrum vacuum, & ut ait D. Leo ſerm. de Reſurrectione: Magnam lucem fulgentem in
*Veritas nil timet.* ſepulchro; quando Chriſtus reſurrexit, dubitant hîc aliqui, quomodo milites non timuerunt hoc dicere principibus ſacerdotum? Reſpondemus quod veritas ſemper ſecura eſt, & nil ti-
D. Maxim. met. Deinde ut ait D. Maximus homil. de Reſurrectione: Hoc alio Dei conſilio ordinatum, ut cuſtodes ab adverſariis ſepulchro adhibiti, teſtes fierent, & veritas Dominicæ reſurrectionis certius nobis, ac manifeſtius innoteſceret.

26. *Et congregati ſunt ſenioribus*: ſcilicet principes ſacerdotum, cum eis ineunt conſilium, *copioſam pecuniam dederunt militibus*: & tam largam pecuniam dederunt, quia iſti iniqui non dabant ex proprio peculio, ſed ex commu-
D. Hieron. ni ærario templi, ut docet D. Hieronymus in præſenti, & ait: *Principes ſacerdotum, qui debuerant converti ad pœnitentiam, & JESUM quærere reſurgentem, perſeverant in malitia, & pecuniam, quæ ad uſus templi data fuerat, vertunt in redemptionem mendacii, ſicut & antea triginta argenteos dederunt Judæ proditori.* Semper unum peccatum multa ſecum catenatim adducit. Principes Sacerdotum multa mendacia perſuadent cuſtodibus ad negandam Chriſti reſurrectionem; inſuper falſum teſtimonium fabricantur contra ſanctos Apoſtolos, quod furati eſſent corpus Chriſti: inſuper ſacrilegium addunt, dum pecuniam, quæ erat dedicata, ac conſecrata ad obſequium Dei, & templi, in peſtiferos, & nequiſſimos uſus convertunt ad compoſita mendacia, ut Chriſti gloria abſcondatur; & ſicut ex eadem templi pecunia ſubornarunt ad falſum teſtimonium dicendum con-
Matth. 26. tra Chriſtum in paſſione, Matth. 26. n. 60. & ſuo loco dixi, & ſicut ex eadem pecunia Judam induxerunt ad ſuum divinum Magiſtrum tradendum; ſic & in præſenti illa utuntur: *Ut*
D. Chriſ. Euthmy. *obſcurent Chriſti reſurrectionem*, ut ait D. Chryſoſt. hom. 89. & hîc Euthymius: *Prius quidem emerunt cædem, nunc etiam veritatem emunt reſurrectionis; nec pudet ipſos depravare cuſtodes, ſed efficto mendacio, ſimul cum eis veritatem occultant, utentes iis, qui veritatis teſtes erant, ut mendacii fierent miniſtri... ſic diſcipulum vincunt pecunia, multo magis milites; verè itaque magnum eſt malum pecuniæ amor, & magnorum cauſa malorum.*

## Quæstio IV.

### *Quare milites ſepulchri, non principum authoritate, ut contingit in Naboth, ſed inſuper pecunia corrumpuntur?*

27. D. Paſchaſ. Alb. Mag. Ait Textus: *Quidam de cuſtodibus venerunt in civitatem.* Non omnes cuſtodes, ſed quidam, ut jam in expoſitione notavi ex D. Paſchaſio & Alberto Magno, qui & pecunia corrupti fuerunt à Principibus ſacerdotum, ut veritatem reſurrectionis occultarent; quidam verò contempta pecunia, eam publicarunt, ut
Metaphr. fuit Sanctus Longinus, de quo ſic ſcribit Metaphraſtes in ejus vita. Decimo quinto Marci,
S. Longin. & ſic ait: *Longino Centurioni ſuaſit Pilatus vitæ ſepulchrum tueri cuſtodia militari: & ille quidem fecit, quod erat imperatum. Cùm autem peractum eſſet magnum myſterium reſurrectionis, Principes ſacerdotum, & ſeniores pecuniis perſuaſerunt militibus, ut calumniarentur Chriſti reſurrectionem. Illi igitur ad Pilatum accedentes, falſam eſſe reſurrectionem dixerunt. Verum non ſic Longinus, ſed mendacii fuit præclarus confutator; Chriſtum verum eſſe Deum prædicavit, & à mortuis eſſe excitatum affirmavit.* Ille verò militiam deſeruit, & poſtea Chriſti præco factus, Cappadociam venit cum duobus aliis militibus, qui idem pro Chriſto dabant teſtimonium, eundemque zelum habebant. Ita Uſuardus eadem die, & Lipoman. tom. 6. Petrus in Catalog. lib. 3. cap. 201.

28. *Amore auri mendacium fabricatur.* Tamen major copia militum, ſeu cuſtodum auro corrumpitur, iniquo apud politicos eſt honor ſæculi, ex cujus amore innumera mala pullulant, gloria Chriſti denegatur, mendacium furti ſanctis viris fabricatur, & ſilentium glorioſæ reſurrectionis componitur. D. Hilar. can. 33.
D. Hilar. ait: *Emitur auro à cuſtodibus, qui omnia hæc viderant, argento reſurrectionis ſilentium, & mendacium furti, honore ſcilicet ſæculi, & cupiditate,*

*quia in pecunia honor ſæculi eſt, Chriſti gloria denegatur.*

29\. Quæſtio propoſita inquirit, quod ut impia Jezabel interficeret juſtum Naboth., ſcripſit literas ad Magnates: *ſubmittite duos viros filios Belial contra eum, & falſum teſtimonium dicant.*

3\. Reg. 21. 3. Reg. 21. n. 10. & unde hi duo falſi teſtes inducti, & commoti ſunt ad proferendum falſum teſtimonium contra Naboth? ex authoritate nempe regia, & ut Regi, ac Reginæ placerent, qui falſitates, & mendacia ambibant: nam ut dicitur Proverbior. 29. n. 12. *Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros habet impios.* Quæ verba adducens D. Paſchaſ. lib. 12. in Matthæum, ait: *Miſer populus, cujus principes iniqui ſunt, & quorum perverſi: quia multi falſi teſtes in eorum nunquam deſunt conciliis.* Ad inducendos falſos teſtes contra Naboth, ſufficiens extitit autoritas regum, ac principum; at ut falſi teſtes, & depravati cuſtodes deponant mendacia contra Chriſti reſurrectionem, non ſufficiens fuit authoritas principum ſacerdotum, ſed inſuper comminuitur, addita copioſa pecunia; tam aperta, & manifeſta fuerunt ſigna reſurrectionis à cuſtodibus viſa, Angelus fulgenti in veſte apparens, lapis cum ingenti terræ motu ab oſtio monumenti amotus, ſepulchrum vacuum, linteamina ſeparatim poſita, ingens ſepulchri ſplendor, quando Chriſtus reſurgens exiit ab eo, ut nulla magnorum authoritas ſupprimere poterat teſtium ora, ne veritatem dicerent; & ideo Principes ſacerdotum copioſam pecuniam impendunt, quæ ſolet omnia conturbare, veritatem abſcondere, mendacia fabricare, & quæ nullum malum veretur, ſed impudicè omnem iniquitatem perpetrat.

*Autoritas principum ad falſitates inducit.* Prov. 19. D. Paſchaſ. *Veritas reſurrectionis nulla iniquitate ſupprimi poteſt.*

30\. Confirmatur ex his, quæ infrà dicuntur n. 15 Matth. 27. *Milites accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti.* Cur non timent ex accepta pecunia malum dicere, ac componere contra Chriſtum? nonne ipſi vident quod heri Judas acceptam pecuniam ex Chriſti venditione, ipſam retulit, & ſuſpenſus crepuit medius? Matth. 27. cur ex accepta pecunia adversùs Chriſtum ſimile infortunium ſibi præſentaneum non timent? Auri cupiditas poſſidens hominem, omnem metum expellit, omneque periculum propulſans contemnit, & audacter omne malum aggreditur.

*Amore auri omne malum contemnitur.*

31\. A Rege Balac conducitur hariolus Balaam copioſa & multa mercede auri, ut multis maledictionibus percutiat populum Dei: Magus promiſſis obtemperans, non tantum commotus Regis authoritate, ſed potius allectus auro objecto, ait Num. 24. n. 16. *Dixit Balaam filius Beor, cujus obturatus eſt oculus: dixit auditor ſermonum Dei,, qui viſionem omnipotentis Dei intuitus eſt.* Verba valde implicata, quæ contradictionem videntur importare; ipſe enim de ſe affirmat, quod viſionem omnipotentis Dei intuitus eſt, & quod oculos ad videndum habeat: ſi Deum videbat, quomodo obturatis oculis impeditus erat ad videndum? Valde rarum, & magnum prodigium eſt, quod oculos cæcos habens ſit perſpicax ad Dei intuitum: ſane hinc fuit valde rarum, ac mirabile in hoc vate; quod impeditus oculis, eſſet expeditus ad Dei viſionem. Elevatus eſt ad Dei viſionem cùm oculos amore regiæ pecuniæ haberet obturatos. Miſer ad Dei viſionem ſublimatus eſt, ut veritatem agnoſceret, verum diceret, tamen cùm iret ad Regem Balac, mercedis cupiditate ſic obcæcatus, ac ſi nihil verum vidiſſet, ac ſciret. Vidit viſionem Dei, ſic tamen amore auri erant oculi obturati, ut videns verum, perinde eſſet ac ſi non vidiſſet; idem erat, ut verum proferret, ac diceret. D. Chryſoſt. homil. contra gulam, & alia, & ait. *Habendi cupidiſſima temulentia hominem planè in res hujuſmodi impingit, occluditque aures, excæcat oculos, mentemque multa caligine obtenebrat:* Auri cupiditas mentem obcæcat, ut videns non videat, intelligens non intelligat.

Num. 24. *Auri cupiditas mentem obcæcat, ut videntes non videant.* D. Chriſ.

32\. Ait Sophonias 1. n. 11. *perierunt omnes involuti argento.* Expende illud, *involuti argento*: aſſignatur perditionis cauſa, quæ extitit involucrum ſeu velum, quod fecit argentum, quo obtenebrati viam veritatis non valuerunt agnoſcere, ſed, errantes à viâ cœleſti in profundum demerſi ſunt.

Sophon. 1. *Argentum velamen ponit in oculis ad cœleſtia.*

*Matth.* 23. *n.* 13. Dicentes dicite: Quia Diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus.

*Num.* 14. Et ſi hoc auditum fuerit à Præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus.

*Num.* 15. Et illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti, & divulgatum eſt verbum iſtud apud Judæos uſque in hodiernum diem.

## *VERSIONES.*

*D. Greg. Nyſſen. n.* 13. Dicite, quia ſurripuerunt eum.

*Arabicus n.* 14. Et ſi hoc auditum fuerit apud Ducem, ſatisfaciemus ei, & reddemus vos ſine culpa.

*D. Greg. Nyſſen.* Securos vos reddemus, & ei perſuadebimus.

*Ethiopicus.* Et nos fidem faciemus, & vos à triſtitia immunes conſtituemus.

*Perſicus.* Ab eo, & vobis excuſationem petimus, ac ſine moleſtia res effecta erit.

*Syriac. n.* 15. Egerunt ſicut docuerant eos.

*Alter Syrus.* Divulgatus eſt ſermo iſte.

## *EXPOSITIO III.*

33\. Ecce Pontificum, ac Phariſæorum malitia, quæ ex multis convincitur, ut dicam quæſtione ſequenti. *Nobis dormientibus.* D. Remigius: *ſi cuſtodes dormierunt, quomodo furtum viderunt?* D. Auguſtin. in Pſalm. 65. ait: *Dormientes teſtes adhibes, verè tu ipſe obdormiſti, qui ſcrutando talia feciſti.* Et ad hoc affirmandum, mendacium fabricaverunt. *Venerunt diſcipuli ejus, & furati ſunt eum.* Quomodo diſcipuli pavidi per medios milites furati ſunt corpus ejus? de quo quæſtione ſequenti. Severin. in Catena: *Non enim contenti ſunt interfeciſſe magiſtrum, imò etiam quomodo diſcipulos perdere poſſint, moliuntur, ut diſcipulorum crimen eſſe faciant virtutem Magiſtri. Planè amiſerunt milites, perdiderunt Judæi, ſed diſcipuli magiſtrum ſuum, non furto, ſed fide, virtute, non fraude; ſanctitate, non crimine; vivum, non mortuum ſuſtulerunt.*

D. Remig. D. Auguſt. Severin.



34\. *Si hoc auditum fuerit à Præſide*, nempe quod vobis dormientibus venerunt diſcipuli ejus, & furati ſunt eum, *Nos ſuadebimus ei*: Arabicus, *ſatisfaciemus ei*: nempe, veſtram negligentiam eſſe levem, & veniâ dignam, præcipuè quia ipſe Pilatus contra ſuam conſcientiam, ac voluntatem, ob noſtram importunam inſtantiam, cum morte condemnavit: *Et ſecuros vos faciemus.* Arabicus: *Et reddemus vos ſine culpa*: Gloſſa, *Et ita nil vobis timendum.*

Arabic. Arabic. Gloſſa.

35\. *At illi fecerunt, ſicut erant edocti*: Rectè D. Chryſoſtom. homil. 91. ait: *Si pecunia apud diſcipulum tantam habuit virtutem, ut eum faceret magiſtri proditorem, non mireris, ſi pecuniâ ſuperantur milites*: Pro quo præclare ait D. Hilarius apud catenam: *Emitur ergo reſurrectionis ſilentium, & mendacium furti argento; quia honore, ſcilicet ſæculi, qui in pecunia eſt, & cupiditate, Chriſti gloria denegatur.*

D. Chryſ. D. Hilar. *Honor ſæculi in pecunia.*

36\. *Et divulgatum eſt verbum iſtud apud Judæos uſque in hodiernum diem*: tam poſt ferum, & malignum mendacium à militibus, amore pecuniæ fabricatum, divulgatum eſt, ut notant D. Hieronym. D. Paſchaſ. lib. 62. in Matth. Lyran. & multi alii; ſed hoc divulgatum eſt apud Judæos plebeios, & malignos: nam qui prudentes erant, & ſincero animo, bene agnoverant veritatem ac Chriſti reſurrectionem, ut Centurio Longinus cum duobus militibus, ut jam dixi ſuperiori q. in limine n. 27. & hoc etiam clarè fatetur, & ſcribit Joſephus Hebræus lib. 18. Antiquitat. cap. 4. qui ſic ait: *Erat Jeſus mirabilium operum patrator, & Doctor eorum qui libenter vera ſuſcipiunt, plurimeſque tam de Judæis, quam de Græcis ſectatores habuit: Chriſtus hic erat; quem accuſatum à noſtræ gentis principibus, Pilatus cum addixiſſet cruci, nihilominus non deſtiterunt eum diligere, qui ab initio cœperant. Apparuit eis tertia die vivus, ita ut divinitus de eo Vates hoc, & alia multa miranda prædixerant: & uſque in hodiernum diem, Chriſtianorum genus ab hoc denominatum non deficit.*

D. Hieron. D. Paſchaſ. Lyran. Joſeph.

37\. Pilatus ſcripſit ad Tiberium Cæſarem Imperatorem, de hac re epiſt. ut referunt Authores antiquiſſimi, temporibus Chriſti proximis, Oroſius lib. 7. cap. 4. & ait: *Pilatus ad Tiberium imperatorem retulit de paſſione, & Reſurrectione Chriſti conſequentibuſque virtutibus, quæ per ipſum palam factæ fuerant, vel per diſcipulos ipſius in nomine ejus fiebant; & de eo, quod certatim creſcente plurimorum fide, Deus crederetur*, Flavius Dexter anno Chriſti. 58. n. 2. Hegeſippus in Anacephaleoſi, Tertull. in Apolog. c. 5. Euſebius Cæſareenſ. lib. 2. cap. 2. & in Chron. ann. Chriſti 38. & alii multi apud Franciſcum Bavierum, in Commentar. ad Dexterum: ſic que fides reſurrectionis Chriſti ab omnibus publicata, manifeſtata, & adorata eſt in toto orbe: Unde rectè ait Severianus: *Quod enim in Judæa Judæus obſcurat auro, fide toto claruit in mundo.*

*Epiſtola Pilati ad Tiberium.* Oroſ. Flav. Dext. Hegeſip. Tertull. Euſeb. Ravier. Sever.

---

## QUÆSTIO V.

### *Quare tam obdurata, ac obſtinata extitit Pontificum, ac Phariſæorum nequitia contra tantam evidentiam?*

38\. PRæclarè primò Pontificum nequitiam multis arguit D. Chryſoſt. ho. 91. in Matth. & ait: *Qualiter furarentur diſcipuli, homines pauperes, & idiotæ; & neque apparere audentes? ſi enim adhuc Chriſtum vivum videntes fugerunt, qualiter mortuo eo, non timuiſſent tot militum multitudinem. Non oſtium ſepulchri poterant evertere. Lapis enim eminebat magnus, multis indigens manibus. Numquid etiam non erat ſigillum ſuperimpoſitum: Propter quid autem non furati ſunt prima nocte, quando nullus ſepulchro affuit; Sabbatho enim à Pilato petierunt cuſtodiam. An ſi eſſent furati, ſudarium reliquiſſent? an in exeundo morarentur? certè confirmant iſti reſurrectionem: Confitentur enim corpus non eſſe ſepulchro, non eſſe ſublatum oſtendit cuſtodia militum, & pavor diſcipulorum: Ergo mentita eſt iniquitas ſibi:* Ex multis principiis iniquitas falſa, & perverſa Phariſæorum convincitur. Primò ex parte diſcipulorum, quia erant *homines pauperes, & idiotæ*: & de re publica à Præſide cuſtodita, ſolùm audet furtum facere dives, & callidus ingenio, non vero pauper, & idiota. Deinde diſcipuli erant pavidi, ac metu conturbati; & ideo tempore reſurrectionis, propter metum Judæorum erant clauſo oſtio in una domo congregati. Joan. 20. n. 19. & ſi ita erant timidi, ut in horto vivo, ac præſente magiſtro fugerint, quomodo fieri poteſt, ut ipſo mortuo, inter milites ejus cadaver eſſent furati. Secundò convincitur Pontificum falſitas ex parte ſepulchri, quod lapide prægrandi claudebatur, ad cujus amotionem multæ manus erant neceſſariæ, & hoc debebat fieri magno terræmotu, ut fecit Angelus deſcendens de cœlo: & inſuper ſepulchrum erat obſignatum ſigillo communi, & catena ferrea religatum quomodo poterat aperiri, niſi magna vi, ac ſtrepitu, ad rumpendum ferrum. Tertiò, ex parte militum, quia inter tot milites aliquis eſſet in vigilia, & eſto omnes dormirent, ex terræmotu facto in lapidis amotione, ac in ruptione ferreæ catenæ aliquis experge factus eſſet, & aliquem ex diſcipulis comprehendiſſet manibus, Quartò ex parte ſudarii; ſi diſcipuli furati ſunt cadaver Chriſti, cur non aſportaverunt ſimul cum ſudario, & linteaminibus? cur moras fecerunt denudando corpus, cum omnis mora inimica ſit furibus? *Ergo mentita eſt iniquitas ſibi.*

D. Chryſ. *Ex multis convincitur Phariſæorum mendacium.* Joan. 20.

39\. Deinde ex ſuis dictis, ac factis iniquitas Principum Sacerdotum deprehenditur; ſi diſcipuli furati ſunt eum, cur non inquirunt eum inter diſcipulos? cur eorum domos non ſcrutantur? cur

cur non inveſtigant quis tantum crimen commiſerat, utpote qui commune ſigillum civitatis violaverit? Et cur tantam ſegnitiem militum in re tanti momenti impunitam relinquunt apud Præſidem? Tandem ex eo quod copioſam pecuniam dant militibus ut dicant corpus Christi furatum fuiſſe à Diſcipulis inde convincuntur, pro certo Chriſti reſurrectionem habuiſſe; nam aliter tantam pecuniam ad componendum mendacium militibus non dediſſent.

*Ex ſuis dictis ac factis convincitur iniquitas eorum.*

40. Tertiò noviſſimè, ac pulchrè rem explicat D. Ambroſius ſer. 15. *Rapitur Chriſtus à vigilantibus diſcipulis, à dormientibus perditur Phariſæis; ſicut mentiendo ipſi confeſſi ſunt, dum cuſtodias ponerent ſepulturæ, poſt reſurrectionem Domini dicentes: Quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus. Unde ſpiritualiter intelligimus, quia Chriſtum omnes dormientes perdunt, vigilantes inveniunt.* O mendacium moraliſſimè architectum veritatis ad ædificationem fidelium, & neſcientes, quæ dicunt, verum nobis dant documentum; dicunt enim: *Quia nobis dormientibus, venerunt diſcipuli ejus, & furati ſunt eum.* Qui venit, & furtum facit, in vigilia eſt. *Unde ſpiritualiter intelligimus, quia Chriſtum omnes dormientes perdunt, vigilantes inveniunt.*

D. Ambr.

*Chriſtum vigilantes inveniunt, dormientes perdunt.*

41. Quartò Rupertus in c. 8. Oſeæ, ait: *Cùm conſultarent, & per pecuniam obtinerent, quatenus verbum hoc divulgaretur, furati ſunt nobis dormientibus, ſciebant, & conſcientiam intus refragantem audiebant, quia non eſt verum. Poſtquam ſic peccaverunt, non veritatem ignorando, ſed mendacium excogitando, jam mundari non potuerunt, jam non remittitur eis in hoc ſæculo, neque in futuro.* Et cur hoc crimen dicitur a Ruperto inexpiabile? Quia illi ex ſe cùm veritatem ſcirent, hoc mendacium fabricaverunt, ac confinxerunt, quo ſe, & alios deciperent, & inde irreparabiliter peccant, quia ſcientes veritatem Dei, ex ſe deceptionem, & mendacium componunt, ac confingunt, quo decipere nituntur ipſum Deum, ejuſque magnalia occultare.

Rupert.

*Irreparabiliter perit, qui ſua mente invenit mendacium ad aliorum perditionem.*

42. Ad Iſraëlitas deplorans, clamat Oſeas 8. n. 5. *Uſquequò non poterunt emundari? quia ex Iſraël ipſe eſt: artifex fecit illum, & non eſt Deus.* Multa, & varia idola coluerunt Iſraëlitæ, à quo ſcelere mundati, & expurgati ſunt: At ubi Jeroboam fabricavit duos vitulos aureos, quos proponens populo clamavit, dicens: *Hi Dii tui Iſraël, qui eduxerunt te de terra Ægypti:* 3. Reg. 12. n. 28. Si ſub tam execrabili ſcelere perierunt, ut nunquam ad ſalutem reducerentur, cur hoc crimen irreparabile extitit? *Quia ex Iſraël ipſe eſt: artifex fecit illum.* Quia etſi alia idola fuerint emendicata à gentibus? tamen hoc idololatriæ crimen fuit propria Iſraëlis inventio, quod fabricatus eſt, ut tanto mendacio univerſum populum deciperet. Rupertus ait: *Cum interrogando dicit uſquequo non poterunt emundari, ſubaudiri vult, in æternum; & cauſam reddit, cur in ſempiternum non poterunt emundari: quia ex Iſraël ipſe eſt, inquit, artifex fecit illum. Incorrigibilis enim eſt ille, qui non per ignorantiam in mendacium cadit, ſed per malitiam de corde ſuo mendacium confingit.... Quicunque talis eſt, reus eſt æterni delicti, quia ex ſeipſo eſt, quod facit, aut dicit, non ab alio ſeductus, ſed de corde ſuo ſeductionem confingens.* Qui ex propria mente ſeductionem confingit, ac componit, mendaciter coram Deo ambulat; & ſibi parat immedicabile damnum, ac inexpiabile malum.

Oſeæ 8.

*Fabricator malorum inexpiabilis eſt.*

Rupertus.

ADDITA



# ADDITAMENTUM IN DIVUM MARCUM.

## PRÆFATIUNCULA.

*DE D. Marci excellentiâ ac majeſtate ejus Evangelii dixi tom. 1. in Evangelia, in proœmio q. 4. & tom. 1. in Apocalypſim cap. 4. q. 29. & notandum, quòd D. Marcus totus eſt in proponendâ ſummâ Rei geſtæ, unde non ſervat ordinem, ſed priùs facta, poſteriùs enarrat, & vice verſa, pro quo audiendus eſt D. Hieronymus Præfatione in Matthæum & ait:* Secundus Marcus, interpres Apoſtoli Petri, & Alexandriæ Eccleſiæ primus Epiſcopus, qui Dominum quidem ſalvatorem ipſe non vidit, ſed quæ Magiſtrum audierat prædicantem, juxta fidem magis geſtorum narravit quàm ordinem.

*Et cùm revera ita eſt, ut ſcribit D. Auguſtinus lib. 2. de Conſenſu Evangeliſt.* D. Marcus breviator eſt Matthæi: *majòrique ex parte illius compendiator; Pauca hic notanda veniunt, quia pleraque jam explicata ſunt apud Matthæum, quæ ex locis ad marginem citatis, & ex argumento uniuſcujuſque capitis deprehendet lector; ideo hic brevitatem habemus, ut & communiter omnes interpretes.*

## CAPUT PRIMUM.

1. INITIUM Evangelii Jeſu Chriſti Filii Dei. 2. Sicut ſcriptum eſt
in Iſaiâ Prophetâ. Ecce ego mino Angelum meum ante faciem
tuam, qui præparabit viam tuam ante te. 3. Vox clamantis in de-
ſerto! Parare viam Domini, rectas facite ſemitas ejus. 4 Fuit
Ioannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœniten-
tiæ in remiſſionem peccatorum. 5. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, &
Ieroſolymitæ univerſi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes
peccata ſua. 6. Et erat Ioannes veſtitus pilis cameli, & zonâ pelliceâ circa lum-
bos ejus: & locuſtas, & mel ſylveſtre edebat. Et prædicabat dicens: 7. Venit
fortior me poſt me: cujus non ſum dignus procumbens ſolvere corrigiam calcea-
mentorum ejus. 8. Ego baptizavi vos aquâ, ille verò baptizabit vos Spiritu ſancto.
9. Et factum eſt: in diebus illis venit Ieſus à Nazareth Galilææ: & baptizatus eſt
à Ioanne in Iordane. 10. Et ſtatim aſcendens de aquâ, vidit cœlos apertos, &
Spiritum tanquam columbam deſcendentem, & manentem in ipſo. 11. Et vox
facta eſt de cœlis: Tu es filius meus dilectus, in te complacui. 12. Et ſtatim Spiri-
tus expulit eum in deſertum. 13. Et erat in deſerto quadraginta diebus, & quadra-
ginta noctibus: & tentabatur à Satana, eratque cum beſtiis & Angeli miniſtrabant
illi. 14. Poſtquam autem traditus eſt Ioannes, venit Ieſus in Galilæam prædicans
Evangelium regni Dei. 15. Et dicens; Quoniam impletum eſt tempus, & appro-
pinquavit regnum Dei; pœnitemini, & credite Evangelio. 16. Et præteriens ſecus

mare Galilææ, vidit Simonem, & Andream fratrem ejus, mittentes retia in mare (erant enim piſcatores.) 17. Et dixit eis Jeſus, venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. 18. Et protinus relictis retibus, ſecuti ſunt eum. 19. Et progreſſus inde puſillum, vidit Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, & ipſos componentes retia in navi. 20. Et ſtatim vocavit illos, & relicto patre ſuo Zebedæo in navi cum mercenariis, ſecuti ſunt eum. 21. Et ingrediuntur Capharnaum, & ſtatim Sabbathis ingreſſus in Synagogam, docebat eos. 22. Et ſtupebant ſuper doctrina ejus, erat enim docens eos quaſi poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ. 23. Et erat in Synagoga eorum, homo in ſpiritu immundo: & exclamavit. 24. Dicens, quid nobis, & tibi Jeſu Nazarene? veniſti ante tempus perdere nos? ſcio, qui ſis, ſanctus Dei. 25. Et comminatus eſt ei Jeſus, dicens, obmuteſce, & exi de homine. 26. Et diſcerpens eum ſpiritus immundus & exclamans voce magna, exiit ab eo. 27. Et mirati ſunt omnes: ita ut conquirerent inter ſe, dicentes, quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc nova? quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei? 28. Et proceſſit rumor ejus ſtatim in omnem regionem Galilææ. 29. Et protinus egredientes de ſynagoga, venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Jacobo, & Joanne. 30. Decumbebat autem ſocrus Simonis febricitans: & ſtatim dicunt ei de illa. 31. Et accedens elevavit eam apprehenſa manu ejus, & continuò dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis. 32. Veſpere autem facto cùm occidiſſet Sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes. 33. Et erat omnis civitas congregata ad januam. 34. Et curavit multos, qui vexabantur variis languoribus: & dæmonia multa ejiciebat, & non ſinebat ea loqui, quoniam ſciebant eum. 35. Et diluculo valde ſurgens, egreſſus abiit in deſertum locum, ibique orabat. 36. Et proſecutus eſt eum Simon, & qui eum illo erant. 37. Et cùm inveniſſent eum, dixerunt ei, quia omnes quærunt te. 38. Et ait illis; eamus in proximos vicos, & civitates, ut, & ibi prædicem: ad hoc enim veni. 39. Et erat prædicans in ſynagogis eorum, & in omni Galilææ: & dæmonia ejiciens. 40. Et venit ad eum leproſus, deprecans eum: & genu flexo dicit ei: Si vis, potes me mundare. 41. Jeſus autem miſertus ejus extendit manum ſuam, & tangens eum, ait illi, volo, mundare. 42. Et cùm dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mandatus eſt. 43. Et comminatus eſt ei, ſtatimque ejecit illum. 44. Et dicit ei, vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende te principi Sacerdotum; & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moyſes, in teſtimonium illis. 45. At ille egreſſus cœpit prædicare, & diffamare ſermonem; ita ut jam non poſſet manifeſtè introire in civitatem, ſed foris in deſertis locis eſſe, & conveniebant ad eum undique.

*A R G U M E N T U M*
*Cum Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Apponitur admirabile exordium Evangelii Marci; quod hîc eſt explicandum.

*Secundò Verſ.* 3. Deſcribitur Joannis Baptiſtæ prædicatio, & vitæ auſteritas: quod explicatum tom. 1. lib. 3. cap. 1.

*Tertiò Verſ.* 9. Chriſti Baptiſmus, & vox Patris de cœlo lapſa. Explicavit tom. 1. lib. 3. cap. 2. De quo aliqua dixi ſuprà Matth. 3.

*Quartò Verſ.* 12. Deſcribitur Chriſti jejunium ejuſque tentationes; quod explicavi tom. 1. lib. 3. cap. 3.

*Quintò Verſ.* 14. Refertur Chriſti prædicatio, vocatioque Petri, Andreæ, Iacobi, & Ioannis, & de hoc etiam dixi ſupra Math: 4. & tom. 2. in Evangel. cap. 8.

*Sextò Verſ.* 21. Ingreditur Capharnaum, curat dæmoniacum; clamantibus dæmonibus, quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? explicavi t. 2. cap. 22.

*Septimò Verſ.* 30. Socrus Petri febricitantis, ac aliorum plurimorum curatio explicata eſt tom. 2. cap. 22.

*Octavò Verſ.* 40. Leproſi mundatio; qui & Chriſti mirabilia prædicat, de quo dixi tom. 2. cap. 20.

Quæ omnia explicavi citatis locis, appoſito, adducto ipſo Marci Textu.





Initium Evangelii D. Marci.

## QUÆSTIO I.

*Quare tam ſublimè, & altè inchoat D. Marcus ſuum Evangelium?*

1\. *Valde ſublimè D. Marcus initiat ſuum Evangelium.*

VAldè altè initiat ſuum Evangelium D. Marcus: nam D. Matthæus ſtatim in ſuo exordio deſcribit Genealogiam, eumque filium Abrahæ & Iſaac dicit. At D. Marc. ſtatim in ſuo exordio eum prædicat, ac nominat filium Dei: *Initium Evangelii Jeſu Chriſti filii Dei*: & ſtatim apponit Evangeliſta teſtimonium Joannis clamantis, ac teſtificantis Chriſtum. Unde D. Chriſoſt. hom 1. in Marcum, D Euthym. Theophylact. Hi dicunt intentionem noſtri Evangeliſtæ fuiſſe oſtendere Joannem Baptiſtam, fuiſſe finem veteris teſtamenti, & initium novi teſtamenti: Tamen ſimpliciter dicendum exiſtimo, quòd noſter Evangeliſta intendit narrare exordium prædicationis Chriſti D. & ante illud præmittit teſtimonium, quod magnæ authoritatis erat apud omnes, ut Joannis.

D. Chryſ. Euthym. Theophyl.

2\. *Initium Evangelii Jeſu Chriſti*: Multi Recentiores dicunt, quod hoc ponatur tanquam titulus libri, ſed hoc non benè cohæret; nam *Initium Evangelii Jeſu Chriſti*, ecce titulus, & inde ſubſequitur, *ſicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta*: Hæc non bene, & appoſitè cohærent, ſed ex ipſo contextu apertè apparet, quòd ſit una oratio continuata, ac ſucceſſiva, & ſibi connexa: ac ſi dicatur: Ecce initium prædicationis Jeſu Chriſti, & taliter ſe habuit ac prædixit Iſaias: Ante ipſum, nempe Chriſtum, venit Joannes Baptiſta dans teſtimonium de Chriſto, prædicanſque pœnitentiam, præparans ſuos auditores, ut fierent capaces Chriſti gratiæ, ac regni cœlorum, Chriſti prædicatione, ac morte referendi: Hinc Joannes clamabit: *Pœnitentiam agite: appropinquavit regnum cœlorum.* Quæ prædicatio extitit initium prædicationis Evangelicæ initiatæ à Joanne, & perficiendæ, ac conſumandæ per Chriſtum.

*Explicatur textus in germano ſenſu.*

3\. Et maximè notandum, quòd cùm noſter Evangeliſta dicat: *Initium Evangelii Jeſu Chriſti Filii Dei*; ſeu initium prædicationis Evangelicæ Jeſu Chriſti, ſtatim annectit teſtimonium Iſaiæ, in quo appellat Joannem Angelum, *Sicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam*: Quid eſt; quòd cùm noſter Evangeliſta deſcribat initium prædicationis Jeſu Chriſti, ſtatim adjungit Joannem Angelum appellatum. *Sicut ſcriptum eſt, ecce ego mitto Angelum meum*: ut exinde denotaretur, quòd per Chriſti prædicationem, ejuſque Sacramenta, dabatur initium in mundo, ut homines jam non homines, ſed Angeli per gratiam dicerentur, ac inter Angelos computarentur, & qui antea erant tanquam indomita, ac ferocia animalia, jam tanquam Angeli reputarentur, & inter Angelos tanquam inſerti haberentur. D. Petrus Chryſolog ſerm. 89. ait. *Cùm Chriſtus Deus naſceretur in carne, Joannes Angelus eſt generatus in terris, ut ita officia terrena, officiis cœleſtibus miſcerent.* De Chriſti adventu, ac gratiâ prodiit, ut terrena cum cœleſtibus, homines cum Angelis, in ſocietatem venirent, imò in unitatem copularentur.

*A Chriſto venit, ut terrenus homo cœleſtibus ſocietur.*

D. Chryſol.

In illa mirabili fabrica templi fecit Salomon mare æneum, quod nitebatur ſuper decem baſes, & ait Textus 3. Reg 7. n. 28. *Et ipſum opus baſium, interraſile erat: & ſculpturæ inter juncturas, & inter coronulas, & plectas, leones & boves, & Cherubim.* Magnum ſanè eſt myſterium, quòd ſub mari æneo illa animalia, leones, & boves & Cherubim ſocientur? Unde inter tam diverſa, tanta unitas? Hoc ſanè de ipſo mari æneo veniebat, in quo ut eſt communis ſententia, Baptiſmus Chriſtianus ſignificabatur, & à Sacramentis Chriſtianis venit, ut homo, qui erat tanquam indomita fera, ac brutum animal, ex ipſo baptiſmatis fonte tanquam angelus, ac Cherubin renaſcatur, cum eiſque ſocietur ac uniatur, Hinc de ſacramento Baptiſmi agens D Zeno lib 3. ſerm. 24. ait: *Cùm omnium aquarum natura ſit talis, ut cùm in profundum ſuſceperit homines vivos, evomat mortuos; aqua noſtra ſuſcipit mortuos, & evomit vivos, ex animalibus veros homines factos, ex hominibus in Angelos tranſituros*: Hoc venit à Chriſto, ejuſque Sacramentis, ut animalia homo poſſit tranſire in Angelum, cæleſtibuſque ſpiritibus ſociari. 4.

3\. Reg. 7.

*Ex Chriſto venit ut animalis homo Angelus ſocietur.*

D. Zeno.

Nato Chriſto in terris, apparet Angelus paſtoribus, tantum bonum annuntians: *Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum*: Luc. 2. n. 13. Jam non unus Angelus, ſed innumeri Angeli in terris prodeunt, pauciſque paſtoribus ſe exhibent, illiſque cum ingenti gaudio tantam felicitatem manifeſtant; & cur ad hoc tot Angeli: nonne ad hoc unus Angelus ſufficiebat vel tres, ſeu quatuor, ad quid tam ampla Angelorum multitudo? unus revera ſufficiens extabat; At poſtquam Deus factus homo in terrâ apparuit, jam omnes Angeli in terra commorari affectant, univerſoſque convocant, ut cum paſtoribus, ſeu hominibus, ſint, illiſque ut boni nuntii appareant, tanquam illis obſequium præſtantes Origenes tom. 1. in Ezechielem: *Obſequuntur ſaluti noſtræ Angeli, conceſſi ſunt ad myſterium Filii Dei, & dicunt inter ſe, ſi ille deſcendit, & deſcendit in corpus ſi mortali indutus eſt carne, quid nos quieſcimus? quid parcimus nobis? Eia, omnes Angeli deſcendamus de cœlo, ideo, & multitudo militiæ cœleſtis erat, quando Chriſtus natus, Omnia Angelis plena ſunt.* Cum Chriſtus ad nos deſcendit, jam omnia plena ſunt Angelis, quia omnes Angeli ad nos veniunt, cum hominibuſque converſantur. 5.

*Ex verbo Divino humanato omnes Angeli veniunt ad homines.*

Origenes.

Agar apparet unus Angelus Geneſ. 16. n. 7 ſicut & Gedeoni unus Angelus apparuit Judic. 6 n. 11. ſicut & matri Samſon alius Angelus. Jud. 13. n. 4. At verò Jacob fiunt Angeli obviam innumerabiles, quos ipſe cùm vidiſſet, dixit *Caſtra Dei ſunt hæc*, Geneſ. 32 n. 2. Cur ergo ad alios tam pauci veniebant, tam verò copioſa multitudine Jacobo apparent? Rationem nobis innuit Gabriel Chriſtum annuntians ait: *Regnabit in domo Jacob* Luc 1. num. 33 Cùm Chriſti ſedes jam cernebatur in domo Jacob non mirum, quòd certatim omnes Angeli ad ipſum veniant, cum in eo jam Chriſtus denotetur, ac ſignificetur. 6.

Geneſ. 16. Judic. 6. Judic. 13. Gen. 32.

*Chriſtus in homines omnes Angeli veniunt ad hominem.*

Joannes vox clamans.

## QUÆSTIO II.

*Quare noſter Evangeliſta de Joanne Baptiſta citat potiùs Iſayam, quàm Malachiam?*

7. Textus. AIt noſter Evangeliſta n.2. *Sicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta: ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam, qui præparabit viam ante te, vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus, &c. & erat*
Iſai. 40. *veſtitus pilis cameli*, &c. Iſayas de hoc loquens, ait: 40. numero 3. *Vox clamantis in deſerto. Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine*
Malach. 3. *ſemitas Dei noſtri*. Malachias 3. n.1. ſic habet. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam*: Ecce de hac re duo ſunt teſtimonia Prophetarum; unde quædam exemplaria Græca habent hîc in Marcum; *Sicut ſcriptum eſt in Prophetis*: Scilicet Iſaiâ, & Malachiâ. Tamen noſtra vulgata, & codices Græci, Syrus, Arabicus, & alii habent modo in præſenti in Marcum: *Sicut ſcriptum eſt in Iſaiâ Prophetâ.*

8. *Solutio difficultatis.* Interrogabis tamen, cur D. Marcus ſolum citat Iſaiam, & non Malachiam? Quia D. Marcus proponit teſtimonium Joannis, ut fuit initium Prædicationis Evangelicæ quod fuit clamare, & exhortari homines ad baptiſmum pœnitentiæ, ut per ipſum præpararentur, ac diſponerentur ad Chriſtum excipiendum, ut ejus gratia ſanctificarentur; quod Joannes præſtitit voce Prædicationis, & vitæ pœnitentia, ac auſteritate, quod ſolus Iſaias, & non Malachias proponit dicens: *Vox clamantis in deſerto*: clamabat voce exhortatoria: *clamabat in deſerto*: auſteritate, & rigore deſerti. Deinde, quia Malachias introducit Angelum Joannem tanquam prædicens, quod ipſe erat à Deo mittendus: *Præparabit*: At Iſaias introducit Joannem, ut clamantem, ac præcipientem præparare vias Domino per pœnitentiam ad ipſum ſuſcipiendum.

Deinde dicimus cum D. Auguſt. Beda, quod
9. D. Auguſt. hoc teſtimonium deſumptum fuit ex duobus
Beda. Prophetis Iſaiâ, & Malachiâ; tamen D. Marcus
*Alia ſolutio.* ſolum citat Iſaiam, quia Iſaias prior fuit, ut ait Beda; Deinde in verbis Iſaiæ: *Vox clamantis in deſerto*: Tota vis probationis conſiſtebat, quia tota intentio Evangeliſtæ fuit declarare initium prædicationis Evangelicæ, quòd extitit à voce clamantis Joannis pœnitentiam ad præparandas vias Chriſto Domino: *Appropinquavit regnum cœlorum.*

10. Et cùm noſter Evangeliſta Joannem clamantem ac prædicantem proponat, ſtatim ejus vitæ rigorem, ac auſteritatem deſcribit. n 6. *& erat Joannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos ejus, & locuſtas, & mel Sylveſtre edebat, & prædicabat*: de quâ prædicatione, ac voce clamante multa dixi tom 1. lib. 3. c.1. & etiam ſuprà Matth. 3. Et notandum, quod noſter Evangeliſta conjungit teſtimonium, ac prædicationem Joannis cùm ejus pœnitentiâ ac rigoroſâ vitâ, quia ipſe clamat præparandas vias ad Chriſtum recipiendum, ipſe maximè tantâ
auſteritate præparabat, ait D Hieron. in præ D. Hieron.
ſenti ad hæc verba: Parate viam Domini: apud Catenam D. Thomæ: *Multi benè agunt, ſed non benè corrigunt, ut Hi: Multi benè corrigunt, ſed non bene agunt, ut fuerunt Scribæ, & Phariſæ*: Quis poteſt ſuſtinere monitores Phariſæos, quòd verbis dicunt, huic actibus contradicunt, ò ætatem Phariſæorum fœcundam Tales enim, ut dice-
bat Trajanus apud Plinium in Panegyr. ſunt ſui Plin.
impugnatores, ſuaque verba in vanum jactant, & laborant, & ſagittas contra ſe mittunt.

Secundò Petrus Damian. de ſerm. S. Joan. 11.
Baptiſtæ, ponderans verba noſtri Evangeliſtæ: Pet Dam.
*Et Joannes veſtitus pilis Cameli, & zonâ pelliceâ circa lumbos ejus, & locuſtas, & mel ſylveſtre edebat*: ſic ait Illuſtriſſimus Cardinalis: *clamabat Joannes: pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum cœlorum. Verbum pœnitentiæ, dulce verbum, Regni cœlorum, lætum. Hæc eſt prima quàm vox clamantis propoſuit, & vox turturis audita eſt in terrâ noſtrâ*: Quid cùm tantâ
pœnitentiâ dulcis melleus cibus, quid cùm ter- *Fervida pœnitentia multum ſaporis, ac dulcedinis habet.*
rifica voce pœnitentiam clamante, ſuavis turturis vox, qui enim ferventi, ac ardenti charitate accedit, ut Joannes totam illam ſuavem, ac dulcem invenit: ante hanc pœnitentiæ vocem prolatam à Joanne, nil dulcedinis in ea reperiebatur, ſed totum ad amaritudinem pertinere videbatur; clamavit Joannes: *Pœnitentiam agite appropinquavit Regnum cœlorum*, quo homines ad ea exhortabantur; Jam à voce Joannis in eâ invenitur dulcis melleus cibus, & ſonat turturis vox, ut dabatur in terrâ Palæſtinæ.

Dum tanta Joannis pœnitentia deſcribitur 12.
dicitur de eo n.4. *Erat Joannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ*: Sylvis igitur, ac ſcopulis contendebat Anachoreta habitum cilicinum, menſam tenuem, duram culcitram, ne vanè efferretur, ſi teſtes haberet hominum oculos, & ideo in deſerto erat Joan-
nes; ad quod alludit D. Bernard. ſerm.4. in D. Bernard.
Pſalm.90. *& ait neceſſe eſt abſcondere interim, ſi quid boni habemus: propter quod in clauſtris, &*
*ſylvis abſcondimur.* Indeque inſtruimur in ſyl- *Virtus, maximè occultanda, & abſcondenda.*
vis, & ſcopulis abſcondi, ſtudio vanitatis declinandæ Unde perbellè dixit D. Gregor. Nazianz. Nazian.
Carmine de præceptis Virgin. *Nam vana gloria interdum tacitè viles arripit amictus*: Quod non furatur latro, latronum maximus vana gloria ſurripit. Hinc eleganter cùm Antiſthenes pallium tritum conciſumque exponeret hominum oculis, opponit Socrates: *Video per pal-*
*lium tuum vanitatem*: Seneca Epiſtol. 68 per Seneca.
ſciſſuras ac rupturas videbat Socrates vanitatem Antiſthenis.

Et hac de causâ de ſanctis antiquis, ac Pro- 13.
phetis ſcribit Paulus Hebr. 11. n. 37. *Circuierunt* Hebr. 11.
*in melotis, in pellibus caprinis; in ſolitudinibus errantes in montibus, & ſpeluncis.* In abditis ſpeluncis hominum oculos vitabant, ne vanæ glorioſæ aliquis aditus pateret, tali enim humili veſte, ac cilicinâ utebantur illi ſancti Patres, ut pote Magiſtri, ac principes vitæ monaſticæ, ut
probat Caſſiodorus lib.1. c 2. & 8. ut patet in Caſſiod.
magno Elia 4. Reg. 1. num. 8. *Vir piloſus, &* 4. Reg. 1.
*zonâ pelliceâ accinctus*, & de Eliſæo probat Ma- 4. Reg. 2.
giſtri melote cap. 2. num. 13. ſi verò aliquando
ad civitates, ac regiam curiam tali habitu ſe D Hieron.
conferebant, pœnitentiæ cilicio, ex eo erat, ut ait D. Hieron. in c.13. Zachar. num 4. *Hic*



*enim erat Prophetarum habitus, ut quando populum ad pœnitentiam provocabant, induerentur cilicio*: Ut ſermone, ac vitæ auſteritate populum ad pœnitentiam inducerent.

14. Et vitæ pœnitentiam eſſe abſcondendam nos docuit omnium Magiſter Chriſtus Dominus, non habitu cilicino, neque auſtero vivendi mo-
D Chriſoſt. do utebatur, ſed ut docet D. Chryſoſt. hom. 12.
D. Thom. in Matth. *Communi hac veſte tectus*: & probat D. Th. 3 p.q.40 art.1. & tamen cùm vellet largam, & duram abſtinentiam jejunii quadraginta die-
*Chriſtus D. nos docet ſuo exemplo virtutes abſcondere* rum, ductus eſt in deſertum Matth 4. n. 1. & cùm amplectitur rigidum, ac rigoroſum vivendi modum ſine tecto domo, humi cubans abſque tegumento, in ſolitudine: *eratque cum*
Arc. 1. *beſtiis*: ut de eo ſcribit D. Marc. hoc c.1. n.13. Cùm verò determinat largam, ac fervidam orationem ad patrem, ſe ſolum recipit in montem ſub calignoſo noctis pallio, ut à nemine, nec etiam ab ipſa diei vice videretur, *exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei*:
Luc. 6. Luc. 6. n.12. Ubique nos Divinus Magiſter docet pœnitentiam, jejunium, omneſque virtutes occultandas, ac abſcondendas eſſe ab homi-
D. Cyprian. num oculis, ut ponderat D. Cyprianus ſerm. de Chriſti jejunio, ſubdens: *Contemptus venerationem venatur, fames laudibus ſaturatur.*

Dæmoniacus curatur.

## QUÆSTIO III.

*Quare cum per os hominis Dæmon Dei laudes proclamaret, Chriſtus ei præcepit, ut obmuteſceret, ac taceret?*

15. Textus. AIt noſter Evangeliſta hoc cap.1. num.23. *Erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immundo, & exclamavit dicens, quid nobis, & tibi Jeſu Nazarene? veniſti perdere nos: ſcio, quod ſis ſanctus Dei & comminatus eſt ei Jeſus, dicens, obmuteſce, & exi ab homine.* Quod totum explicavi per multas quæſtiones tom 2. cap.21 nunc majoris doctrinæ gratia adde.

16. *Diabolus immundus ex fœditate ſcelerum, quam amat.* Ait noſter Evangeliſta: *erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immundo*; Ubi poterat reperiri Spiritus immundus, niſi in Synagoga Phariſæorum, quæ plena erat omni immunditia, ac turpitudine: *Homo in ſpiritu immundo*: hoc eſt, habens Spiritum immundum, eſt poſſeſſus ab ipſo; & rectè dæmon dicitur ſpiritus immundus, quia trahit homines ad lutum, & fætorem ſcelerum turpitudinis, inde ab immunditia, nomen ſibi uſurpat. Victor Antioch. *Maximè*, ait, *quod obſcænis, flagitioſiſque operibus*
Victor. Ant. *delectatur.* Nil magis fœtidum, ac horribilius, quàm peccata: quantam nauſeam ſentiat ad fœditatem ſcelerum exprimit Iſaias 59. num. 2.
Iſai. 59. *Peccata veſtra abſconderunt faciem ejus à vobis*: negat Dominus videre, quod tam fœtidum, & abſurdum eſt. Procopius ibi: *Tanquam eorum turpitudinem, ac fœtorem nequeat*
Procopius. *tolerare*: Cui conſonat illud Deuteron. 32, num. 20. Ubi Deus peccatoribus loquens ait:
*Fœditati ſcelerum ad-* *Abſcondam faciem meam ab eis*: & ſubditur;



*Generatio enim perverſa eſt, & infideles filii*, ac *verſetur*
ſi eorum nequitiam fœtidam, & abominabilem *Deut.* Deut. 32.
nequeat ferre. Clemens Alexand lib. 1. Pædag. Clem. Alex.
cap. 8. *Non vult intueri malos, eſt enim bonus.*

*Et exclamavit*, nempè Dæmon per os ho- 17.
minis, quem poſſidebat: & cur ad Chriſti præ- Beda.
ſentiam clamat? Beda ait: *Dæmones in terris Dominum cernentes, ſe continuò indicandos cernebant*: conſiderabat eum judicem, & inde timebat; & homines non timent, ſed ita licen-
tioſè peccant, ut non timentes; Theophyla- Theophyl.
ctus ait *Dæmones mali aliquid ſe pati exiſtimant, cùm homines non moleſtant*: Cùm diabolus hominem vidit in præſentia Chriſti ſtatim pro certo habuit ab ipſo ſanandum, & ultra homini non poſſe inferre malum; & Diabolus exiſtimat ſe malum pati, cùm homini non nocet. Aliter
Beda exponit, & ait: *Præſentia Salvatoris, tor-* Beda.
*menta ſunt Dæmonum.*

Ait Diabolus: *ſcio, qui ſis ſanctus Dei*: Græcus: 18.
*ille ſanctus Dei* per eſſentiam nempe, ut verus Græcus.
filius naturalis Dei, ac verus Meſſias, & Salvator Theophyl.
mundi, ut exponunt Theophylact. Euthym. & Euthym.
alludit ad illud Daniel. 9. n.24. *Ungatur San-* Daniel. 9.
*ctus Sanctorum.*

Et ait: *ſcio*: cùm tamen diabolus non certò 19.
ſciret, ſed tantùm per multas conjecturas ſuſ- D. Chryſ.
picabatur, ac opinabatur, ut docent Chryſoſt. Theophyl. D. Auguſt.
Theophyl & eſt de mente D. Auguſt. lib. 9. de *Mendax cum*
civitate cap. 21 & tamen abſolutè dicit: *ſcio*: *ſumma ve-*
ac ſi de hoc haberet certam ſcientiam: ecce *ritate mendacium miſcet.*
ſpiritus mendax, quod nunquam ſimpliciter, ac ſincerè dicat veritatem; ſummam veritatem dicit Diabolus, quod Chriſtus D. ſit ille ſanctus Dei per eſſentiam, & naturam, tamen ex ſuo maligno ſpiritu permiſcet mendacium, affirmans, quod ſciat, cùm non certò ſciat, ſed per conjecturas timetur, ac ſuſpicetur.

Cum Magi adveniunt Jeroſolymam, & re- 20.
gem Chriſtum natum annuntiant; congregat Herodes omnes ſcribas, & ſapientes, quærens ab eis ubi Chriſtus naſceretur: *At illi; dixerunt in Bethleem; ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam: & tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Judá; ex te enim exiet Dux, qui*
*regat populum meum Iſraël.* Matth. 2. num 6. Matth. 2.
Evangeliſta refert verba, ut Scribæ dixerunt. At valde mendoſè referunt prophetiam, ut ibi
notant D. Hieronym D. Paſchaſ. lib. 2. in Matth. D. Hieron. D Paſchaſ.
& notavi tom. 1 lib. 2 cap. 4. q 21. n. 77. nam Mich. 5.
Michæas c. 5. num. 2. ait. *& tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Juda* Quomodo viri *Mendax ſummam veritat in non purè, ſed cum mendacio dicit.*
doctiſſimi in rege in concilio pleno, tanquam de communi conſenſu diverſis, ac diſtinctis verbis prophetiam proponunt. Erant illi mendaces,
ut notat D. Auguſt. ſerm. 6. de Epiphania, & D. Auguſt.
cùm mendaci ſpiritu laborarent, ſummam veritatem de loco Nativitatis Chriſti Bethleem non purè ſed multâ falſitate ac mendacio appenſo, narrant, & exponunt De his Dæmonis verbis ad Chriſtum multa alia dixi tom. 2. cap. 21. q. 4. 5. & 6.

## QUÆSTIO IV.

*Quare cùm per os hominis Diabolus Dei laudes prædicaret, Chriſtus tamen præcipit ei, ut obmuteſcat?*

21. Text. AIt Textus, quòd Chriſtus *comminatus eſt ei*, ſcilicet Dæmoni, dicens: *Obmuteſce, & exi ab homine*: Comminatus eſt ei cum magno imperio, ut habetur Græcè: *Increpavit, objurgavit*: tanquam multis pœnis minando, ut taceret, & exiret ab homine. (Græcus.)

22. Et notandum, quòd priùs ait Chriſtus: *Obmuteſce*: Deinde: *Exi ab homine*: Primò, & ante omnia laudatorias voces rejicit, præbens judicibus documentum, quod primò, & ante omnia adulatorias voces non admittant, ſed immediatè ante omnia à ſe excludant: Deinde, ut ait D. Chryſoſtom. apud Catenam D. Thomæ: *Comminatus eſt ei Jeſus, dicens: Obmuteſce. Quia homo ille tanquam ſapiens loquebatur, ac diſcretè verba proferebat, ne putaret quòd ex Dæmone, ſed ex corde verba componebat*: Diabolus ſtudioſè comptis, ac limatis multâ induſtriâ verbis, Dei laudes prædicabat, & hominem intus torquebat: ut ergo homo ab ſpiritu immundo liberetur, imperatur: *Obmuteſce*: Comptus ac phaleratus interdicitur ſtylus, quo Dei laudes ad ſpeciem fulgurabat, cùm talis compoſitus ſermo dæmonum ſit auxilium, & totius pravitatis janua, ac ſacrorum verborum corruptela: inde ut homo ad ſanitatem veniat, talia verba relinquat, & obmuteſcat: *Comminatus eſt ei Jeſus dicens: obmuteſce, ut oſtenderet dæmonem eſſe, qui loquebatur, quia homo ille tanquam ſapiens loquebatur, ac diſcretè verba proferebat.*

D. Chryſ.

*Comptus ſtylus auxilium dæmonum, ac ſalutis impedimentum.*

23. Quæſtio tamen principaliter inquirit; cur Chriſtus D. præcipit Diabolo: *obmuteſce*; ſeu ut habet Arabicus: *Claude os*? Reſpondeo primò quia indecens erat Chriſto D. laudem à nefario ſpiritu habere; ſicut indecens eſt Virgini laus à meretrice. Sic Tertul. lib 4. contra Marcion. Virgo nullam debet habere ſocietatem, nec commercium cum meretrice, nec Deus cum diabolo, cujus eſt juſtiſſimus hoſtis ac caſtigator; inde cum tanto imperio, ac pœnis impoſitis *comminatus eſt ei*, ut exiret ab homine, ut unde refutaretur impia blaſphemia Phariſæorum: *In Belzebuth ejicit dæmonia.*

Arabicus. Tertull.

24. Secundò: Maldonat. Franciſc. Luc. Cornel. & alii: Quia diabolus intempeſtivè, ac nimis citò prodibat, ac manifeſtabat ipſum eſſe verum Meſſiam, ex quo Phariſæorum odia contra ſe excitarentur, ad tantum arcanum myſterii, paulatim populus fuit diſponendus, per multa miracula, ac mirabilia opera, & hac de cauſa cap. 8 n. 30. Chriſtus vetat Apoſtolis, ne dicant ipſum eſſe Chriſtum.

Maldonat. Franc. Luc. Cornel.

*Ad magna paulatim diſponendum.*

25. Tertiò: Euthymius ait: *Docet nos ne dæmonibus unquam credamus, etiam vera dicentibus: cum enim ament mendacium, ſintque nobis inimiciſſimi, nunquam vera loquuntur, niſi ut ad fallendum, veritate quaſi eſca quadam utantur*: At Diabolus non eſt audiendus, quia ipſe mendacii pater eſt, etſi aliquod verum dicit, eâ intentione facit, ut ſub pallio illo multa falſa & nociva ſeminet: & ideo numquam eſt auſcultandus, & hac de cauſa Paulus Actor. 16. n 8. Phitoni ipſum laudanti os occluſit, eumque expulit. Quartò: Titus Boſtrenſ. in cap. 8. Lucæ. Docet Dominus ſuo facto adulationi non quieſcendum, ne exinde aliquod vanæ gloriæ deſiderium in noſtro pectore excitetur, & ideo talis adulatio repellenda, ac rejicienda eſt à nobis.

Euthym.

*Diabolo nunquam credendum.*

Actor. 16. Tit. Boſtr.

Quintò: Diabolus has laudatorias voces jactabat, an ſi fortè poſſet animum Chriſti ineſcare, ne eum ab homine exire mandaret, ut inde ipſe diabolus hominem magis torquere poſſet: & tamen Chriſtus D. ait ei: *Obmuteſce, exi ab homine.* Cur Domine tam rigidè, ac tantâ comminatione ei ſilentium imponis? Nonne vides quòd illæ voces, laudes tuæ ſint, & in magnum incrementum tuæ authoritatis, ut pote tam magnum teſtimonium ab inimico? Etſi illæ voces: *Scio quod ſis ſanctus Dei*: poterant inſervire ad magnam gloriam, & famam Chriſti augendam; tamen permanentia diaboli in homine, magnum erat illius damnum, & detrimentum, cùm ab ipſo dirè, ac crudeliter torqueretur; benignus Jeſus magis attendens, ad hominis ſalutem remedium, ait: *Obmuteſce, exi ab homine*: Rejicit laudes proprias, & hominis ſanitatem quærit. Huc advoco, quod in præſenti ait Theophylactus, Scholiaſtes Chryſoſtomi: *Non quia laudas gratulor, ſed quia exis gratulor.* 26.

*Chriſtus plus vult hominis ſanitatem quam laudes ſuas.*

Theophyl.

Sextò: Cur Chriſtus D. ſilentium diabolo imperat: *Obmuteſce*: cùm laudes, & non vulgares cantat? Sed tales laudes metus expreſſit, non verò voluntas concinnavit. Rupert. lib. 7. in Matth. cap. 8. Diabolum à Chriſto refutatum docet, & ſubdit rationem: *quia non eſt ſpecioſa fides, vel confeſſio in ore, ſi dilectio non ſit in corde*: Diſplicent obſequia, quæ ab affectu pio non fluunt, imò nec reputantur, quæ neceſſitate, non voluntate, fiunt. 27.

*Non placent Deo obſequia metu exhibita.*

Rupert.

Quæritur Deus de Hebræo populo, quòd cùm per ſolitudinem duceretur, nunquam ſacra in ejus cultum, ac reverentiam ſit operatus: *Nunquid hoſtias, & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto.* Amos 5. n. 25. Sed dices: nunquid juſte quæritur Deus, nam Moyſes in Horeb aram extruxit. Exod. 24. n 5. *Miſitque juvenes, & obtulerunt holocauſta*: Mitto plura ex num. cap. 7 n. 2. Ad hæc bene D. Hieronymus; & ait: *Sed quod poſt quadam eos legimus Deo obtuliſſe non voluntate, ſed metu fecerunt*: Viderunt homines in Horeb fumare montem, micare ignes, fulgura coruſcare. Exod. 19 n. 17. & cap. 20 n. 18. Metu concepto ſacra fecerunt, ſed neceſſitate potiùs, quàm voluntate, & quæ non voluntate, ſed neceſſitate fiunt; idem eſt apud Deum ac ſi non fierent. 28.

Amos 5. Exod. 24. Numer. 7. D. Hieron.

*Quæ metu fiunt obſequia, idem eſt, ac non fierent.*

Exod. 19. Exod. 20.

Votum Jacobus nuncupat, ſi patriam repetat victu, ac veſtitu, dicens: *Erit mihi Dominus in Deum*: Geneſ. 28 n 21. Quis eſt iſte dicendi modus? Nonne Dominus Jacobo Deus erat ab ineunte ætate? nullus dubitat; & omnes fatentur; quid ergo Jacobus intendit; acutè rimatur Philo libr. de Somnis & ait: *Volebat Deum non ampliùs timere ut principem, ſed amanter honorare, ut benefactorem*: Huc uſque Jacobus 29.

Gen. 82. Philo.



Jacobus Deum venerabatur timore, ut ſupremum Dominum, ac principem, & exinde vult eum venerari amore, ut ſuum ſingularem, ac benignum benefactorem, ſciens gratiùs eſſe Deo obſequium, quod voluntas, non neceſſitas præſtat.

*Deus vult obſequia amore, non timore.*

# CAPUT II.

1. ET iterum intravit Capharnaum poſt dies, & auditum eſt quod in do-
mo eſſet. 2. Et convenerunt multi, ita ut non caperet neque ad januam;
& loquebatur eis verbum. 3. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum
qui à quatuor portabatur. 4. Et cùm non poſſent offerre eum illi præ turba; nuda-
verunt tectum ubi erat: & patefacientes ſubmiſerunt grabatum in quo paralyticus
jacebat. 5. Cùm autem vidiſſet Jeſus fidem illorum, ait paralytico, fili dimittun-
tur tibi peccata tua. 6. Erant autem illic quidam de Scribis ſedentes, & cogitantes
in cordibus ſuis. 7. Quid hic ſic loquitur? blaſphemat. Quis poteſt dimittere pec-
cata, niſi ſolus Deus? 8. Quo ſtatim cognito Jeſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarent
intra ſe dicit illis. Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris. 9. Quid eſt facilius dice-
re paralytico Dimittuntur tibi peccata, an dicere ſurge, tolle grabatum tuum, &
ambula. 10. Ut autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimit-
tendi peccata (ait Paralytico) 11. Tibi dico, ſurge, tolle grabatum tuum, & vade
in domum tuam. 12. Et ſtatim ſurrexit ille: & ſublato grabato abiit coram omnibus,
ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum dicentes. Quia nunquam ſic
vidimus. 13. Et egreſſus eſt rurſus ad mare; omniſque turba veniebat ad eum, &
docebat eos. 14 Et cùm præteriret vidit Levi Alphæi ſedentem ad telonium; &
ait illi ſequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eum. 15. Et factum eſt; cùm accumberet
in domo illius multi publicani, & peccatores ſimul diſcumbebant cum Jeſu, & diſ-
cipulis ejus; erant enim multi; qui & ſequebantur eum. 16. Et Scribæ, & Phariſæi
videntes, quia manducaret cum publicanis, & peccatoribus, dicebant diſcip. ejus.
Quare cum public. & peccatoribus manducat, & bibit Magiſter veſter? 17. Hoc audito
Jeſus ait illis, non neceſſe habent ſani, medico; ſed qui malè habent, non enim veni
vocare Juſtos, ſed peccatores. 18. Et erant diſcipuli Joannis, & Phariſæi jeju-
nantes? & veniunt, & dicunt illi; Quare diſcipuli Joannis, & Phariſæorum jeju-
nant, tui autem diſcipuli non jejunant. 19. Et ait illis Jeſus, nunquid poſſunt filii
nuptiarum quandiu ſponſus cum illis eſt, jejunare? Quanto tempore habent ſecum
ſponſum; non poſſunt jejunare. 20. Venient autem dies, cùm auferetur ab eis
ſponſus, & tunc jejunabunt in illis diebus. 21. Nemo aſſumentum panni rudis
aſſuit veſtimento veteri, alioquin aufert ſupplementum novum à veteri, & major
ſciſſura fit. 22. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres; alioquin dirumpet
vinum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt; ſed vinum novum in utres
novos mitti debet. 23. Et factum eſt iterum cùm Sabbathis ambularet per ſata, &
diſcipuli ejus cœperunt progredi & vellere ſpicas. 24. Phariſæi autem dicebant ei,
ecce quid faciunt diſcipuli tui Sabbathis, quod non licet. 25. Et ait illis; Nunquam
legiſtis quid fecerit David, quando neceſſitatem habuit; & eſuriit ipſe, & qui cum
eo erant; 26. Quomodo introivit in domum Dei ſub Abiathar Principe Sacerdo-
tum, & panes propoſitionis manducavit, quos non licebat manducare niſi Sacer-
dotibus, & dedit eis, qui cum eo erant. 27. Et dicebat eis. Sabbathum propter ho-
minem factum eſt, & non homo propter Sabbathum. 28. Itaque Dominus eſt
filius hominis, etiam Sabbathi.

*ARGUMENTUM Cum Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 3. Oblatus Paralyticus à quatuor ferentibus, ſanatur, Explicavi tom. 2. cap. 26. & ſupra Matthæi. 9. q. 1. & 2.

*Secundò Verſ.* 14. E telonio vocat Mathæum ad ſui ſequelam, murmurantibus Scribis reſpondet; *Non veni vocare juſtos, ſed peccatores*; Expendi tom. 2. capite 27.

pite 27. ſupra Matth. 9. q. 3. & 4.

*Tertiò Verſ.* 18. Excitatur quæſtio à diſcipulis Joannis, ac Phariſæis de jejunio. Explicavi tomo 2. cap. 28. & ſupra Matthæi 9. q. 5.

*Quartò Verſ.* 23. Murmurantibus Phariſæis dat rationem cur diſcipuli ejus Sabbatho colligunt ſpicas ad famem levandam; Quod explicavi tom. 3. c. 3. & etiam ſupra Matthæi 12. q. 1.

Quæ omnia explicavi citatis locis appoſito Textu D. Marci.

# CAPUT III.

1. ET introivit iterum in Synagogam, & erat ibi homo habens manum
aridam. 2. Et obſervabunt eum ſi Sabbathis curaret, ut accuſarent
illum. 3. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium
4. Et dicit eis, licet Sabbathis benefacere, an malè? animam ſalvam
facere, aut perdere? at illi tacebant. 5. Et circunſpiciens eos cùm
ira contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum
tuam: & extendit: & reſtituta eſt manus illi. 6. Exeuntes autem Phariſæi, ſtatim
cùm Hierodianis conſilium faciebant adversùs eum quomodò eum perderent.
7. Jeſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: 8. Et multa turba à Gali-
læa ſecuta eſt eum, & ab Jeroſolymis, & ab Idumæa, & trans Jordanem,
& qui circa Tyrum, & Sydonem, multitudo magna, audientes, quæ facie-
bat, venerunt ad eum. 9. Et dixit diſcipulis ſuis ut navicula ſibi deſerviret prop-
ter turbam, ne comprimerent eum. 10. Multos enim ſanabat, itaut irruerent in
eum ut illum tangerent quotquot habebant plagas. 11. Et ſpiritus immundi, cum
illum videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes: 12. Tu es filius Dei. Et
vehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent illum. 13. Et aſcendens in mon-
tem vocavit ad ſe quos voluit ipſe, & venerunt ad eum 14. Et fecit ut eſſent duo-
decim cum illo: & ut mitteret eos prædicare. 15. Et dedit illis poteſtatem curandi
infirmitates, & ejiciendi dæmonia. 16. Et impoſuit Simoni nomen Petrus. 17. Et
Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi: & impoſuit eis nomina Boarner-
ges, quod eſt, filii tonitrui. 18. Et Andream & Philippum, & Bartholomæum
& Matthæum & Thomam & Jacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cha-
nanæum. 19. Et Judam Iſcariotem, qui & tradidit illum. 20. Et veniunt ad do-
mum, & convenit iterum turba, ita ut non poſſent neque panem manducare.
21. Et cùm audiſſent ſui, exierunt tenere eum. Dicebant enim: Quoniam in
furorem verſus eſt. 22. Et Scribæ qui ab Jeroſolymis deſcenderant, dicebant. Quo-
niam Beelzebub habet: & quia in Principe dæmoniorum ejicit dæmonia. 23. Et
convocatis eis, in parabolis dicebat illis, quomodo poteſt Satanas Satanam ejicere?
24. Et ſi regnum in ſe dividatur, non poteſt regnum illud ſtare. 25. Et ſi domus
ſuper ſemetipſam diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare. 26. Et ſi Satanas con-
ſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt, & non poterit ſtare, ſed finem habet.
27. Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domum diripere, niſi prius fortem alliget
& tunc domus ejus diripiet. 28. Amen dico vobis quoniam omnia dimittentur filiis
hominum peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemaverint. 29. Qui autem blaſ-
phemaverit in Spiritum Sanctum, non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus
erit æterni delicti. 30. Quoniam dicebant, ſpiritum immundum habet. 31. Et ve-
niunt mater ejus, & fratres: & foris ſtantes miſerunt ad eum vocantes eum. 32. Et
ſedebat circa eum turba: & dicunt ei: Ecce mater, & fratres tui foris quærunt te
33. Et reſpondens eis ait: Quæ eſt mater mea, & fratres mei? 34. Et circunſpi-
ciens eos, qui in circuitu ejus ſedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei.
35. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & ſoror mea, & eſt mater.

*ARGU*



*ARGUMENTUM*

*Cum Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Manum aridam Chriſtus ſanat in Sabbatho; inde tranſiens cum ſuis diſcipulis multos dæmoniacos ſanat. Explicavi tom. 3. cap. 4. & hic aliqua.

*Secundò Verſ.* 13. Aſcendit in montem duodecim Apoſtolos eligit cum poteſtate ſanandi infirmos, dæmoneſque ejiciendi, quod explicavi tom 3. cap. 5. de quo fortè aliqua ad cap. 6. Lucæ.

*Tertiò Verſ.* 22. Scribas calumniantes, quod in Beelzebub Dæmones expelleret, confutat Dominus: eſſe magnam blaſphemiam in Spiritum ſanctum, quæ non remittitur; De quo dixi latè tom. 3. c. 22. & fortè dicam ad capit. 11. Lucæ, de Gravitate blaſphemiæ hic q. 4. & 5.

*Quartò Verſ.* 31. Docet matrem, & fratres ſuos eſſe eos, qui faciunt voluntatem Dei Patris ſui. Explicavi tom. 3. c. 25. & ſupra Matth. 12. quæſt. 6.

Quæ omnia explicavi citatis locis appoſito Marci Textu.

---

## Sanatur manus arida.

## QUÆSTIO I.

*Quare Chriſtus D. intendens ſanare hominis manum aridam, eum præcipit conſtitui in medium?*

1. *Text.* AIt noſter Evangeliſta in præſenti num. 1. *Erat ibi homo habens manum aridam & obſervabant eum, an Sabbathis curaret, ut accuſarent illum, & ait homini habenti manum aridam, ſurge in medium.* Difficultas præſens, eſt cur Chriſtus D. ad ſanandum hunc hominem eum præcipit tranſire in medium, cur non ſanat eum in angulo ſuo? quid habet medium cum ſanitate iſtius hominis?

*Difficultas quæſtionis.*

2. Reſpondeo: aderant in præſenti homines, qui negabant curandum eſſe hominem die Sabbathi: *& obſervabant eum, an Sabbathis curaret, ut accuſerant eum:* Ne tamen ſine medio homo à Chriſto abiret triſtis vocatus in theatrum ſubjicitur omnium oculis, ut videatur, quidquid miſer patiatur. *Surge in medium.* Chriſti vox eſt D. Chryſolog. ſerm. 32. ait: *Ut quos non tantæ ſalutis opera inclinant, vel tantæ debilitatis commiſeratio conſtringat, & mitiget*, D. Chryſoſtom. apud Catenam; ait: *Statuit quidem illum in medio, ut terrerentur aſpectu, ac viſo eo compatiantur, & malitiam deponant*: Sciebat bonus Magiſter Chriſtus, etiam obduratos, & malos homines moveri aſpectu alienæ miſeriæ, inde hominem hominum exponit oculis, ne illius remedium impedire audeant.

*Aliena calamitas etiam homines obduratos mitigat.*

D. Chryſ.

D. Chriſoſt.

Cùm univerſa terra premeretur grandi diluvio Noë cum totâ ſuâ familiâ ingreſſus eſſet in arcam: *Incluſit eum Dominus de foris*: Gen. 7. n. 16. Navim ſic obſtruxit Dominus, ut quid ageretur. Noë non videret: Nonne meliùs erat, ut tantum diluvium cum tantâ hominum ſtrage ipſe videret. Ut inde maximè excitaretur ad gratificandum Deo beneficium incolumitatis ſuæ, univerſæque ſuæ familiæ, ad quid ergo Dominus tanta providentia, tantaque cautela, omnem videndi aditum concludit, ne Juſtus videns aliorum interitum ſummo dolore, ac triſtitiâ afficeretur: & vitam cum tantá aliorum preſſurâ, non vitam tantis doloribus cruciatam, ſed mortem reputaret. D. Chryſoſt. homil. 25. in Geneſ. *Clauſit eum de foris, ne poſſet juſtus videre communem hominum interitum, unde majori dolore afficeretur*: Fecit oculos fortuna miſera humani generis, & lacrimas excutit, & maximè à pio, & probo viro. 3.

Gen. 7.

*Pius animas dolet in ruina alterius.*

D. Chryſoſt.

De extremâ die judicii loquens Propheta Joel. 3. n. 15. ait: *Sol, & Luna obtenebrati ſunt, & Stellæ retraxerunt ſplendorem ſuum*: Vox eſt etiam Chriſti D. loquentis de ſignis antecedentibus diem judicii: *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum*: Matthæi 24 n. 29. Cur in tantâ hominum confuſione, ac conturbatione, areſcentibus hominibus præ timore, Sol & Luna retrahunt lumen ſuum, & omnia ſub tenebrarum obſcuritate manent, magna illa lumina à ſuâ primâ creatione, valde benigna, ac benevola in homines fuerunt: ergo adveniente extremo tempore cum tantâ hominum oppreſſione, ac anguſtiâ, tanquam hæc videre non valentes ſub tenebris ſe occultant, & abſcondunt, hæc magnarum planetarum obſcuritas, non obſcurata eſt. Hieronim. ad citatum Joëlis locum, qui ait: *Cujus* ſcilicet mundi, *mærorem, & tormenta pereuntium, nec Sol quidem, nec Luna, aſtraque cætera intueri poterant, ſed retrahunt fulgorem ſuum, & ſeveritatem judicis non audent aſpicere.* 4.

Joel. 3.

Matth. 24.

*Obſcurantur aſtra cum vident homines miſerere afflicto.*

D. Hiron.

In perſonâ Chriſti D. ait Regius Vates Pſ. 21. n. 1. *Deus, Deus meus reſpice in me.* Ad quid tendit hæc Chriſti oratio? num forſian Æternus Pater avertebat oculos ſuos à dilectiſſimo filio, quem præſentiſſimum habet, & cum quo ſemper eſt? Certiſſimum eſt, quod ſemper eum habet ante oculos; tamen, ut ait Paulus Roman. 8. n. 32. *Qui proprio filio non pepercit, ſed omnibus nobis tradidit*: Cùm Æternus Pater videret crucem, & tam crudelem mortem exerceret in filium ſuum, pio quodam affectu; ſecundùm noſtrum modum dicendi, & quoad ſpeciem, videtur avertiſſe oculos à tam diro, ac inhumano ſpectaculo. Euthymius. *Solent enim, qui* 5.

Pſalm. 21.

Rom. 8.

*Nimia crudelitas facit avertere oculos.*

Euthym.

*qui tortoribus quempiam tradunt oculos avertere, ne videant.* Ideo ad hunc modum, ut exprimatur quanta crudelitas exequuta fuerit in filium Dei, dicitur, quod Æternus Pater averterit oculos.

---

Filii tonitrui.

## QUÆSTIO II.

### *Quare Jacobus & Joannes vocantur à Chriſto D. Boarnerges, id eſt, filii tonitrui?*

6. Text. DUm electionem Apoſtolorum ſcribit noſter Evangeliſta in præſenti n. 13. & 14. ait: *Et Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi, & impoſuit eis nomen Boanerges, quod eſt, filii tonitrui*: Hanc quæſtionem tractavi tom. 3. in Evangel. cap 5. q. 18. Ubi aliquas hu us rei dedi rationes, & principales: majoris doctrinæ gratiâ, nunc adde.

7. Specialiter inter ſuos Apoſtolos Jacobum & Joannem appellat filios tonitrui, & inter omnes ſuos Apoſtolos, hos duos tanto nomine Chriſtus nobilitat filios tonitrui dicens: ait D. Chryſ. Chryſoſtom. apud Catenam: *Quod magna, & clara Divinitatis edicta debebant Orbi terræ* *Jacobus, & Joannes illuminant mundum.* *diffundere*: Prædicatione, ac propagatione Evangelii, tanquam fulmina, quæ tonitru ſecum adducit, vitæ ſanctitate, fulgore doctrinæ, ac miraculorum efficaciâ, orbem illuminarunt, & tanquam tonitrua homines barbaros, ac infideles concuſſerunt, ad pœnitentiam traxerunt, tales enim debent eſſe prædicatores Evangelici, ut tanquam fulgura bonos auditores illuminent: & pravos, & rebelles exterreant, ut tonitrua.

8. Quod præſtitit Jacobus, qui ob magnam ſnam libertatem, & zelum prædicandi, primus inter Apoſtolos, Judæorum, ac Herodis iram incurrit, ab eiſque capite plexus Martyr occubuit. Actor. 12. Actor. 12. & tranſivit eodem fidei zelo, & per ſuos diſcipulos in Indos tam Orientales quàm Occidentales, quos convertit, aliaſque multas gentes in fide Chriſti erudivit, & conſervavit: *Jac bus illuminat mundum.* *Sicut fulgur exit ab Oriente, & parat uſque ad Occidentem, ita erit adventus filii hominis*: Matth. 24. n. 27. Matth. 24 Aſſimilatur in hoc Chriſto ſuo Magiſtro Jacobus, qui exivit ab Oriente, nempe Jeroſolyma, & venit ad Occidentalem plagam, nempe, Hiſpanicam, & per ſuos etiam diſcipulos, ut fulgur ac lux orbis exiit ab Orientali India, & venit ad Occidentalem, omnes orbis partes illuſtrans tanquam alter Sol: *Non eſt, qui ſe abſcondat à calore ejus.*

9 *Joannes Orbis fulgor.* Hoc etiam præclariſſimè, ac efficaciſſimè præſtitit Joannes Apoſtolus, qui ultimus Apoſtolorum vitâ functus eſt, cum Aſiam: aliaſque multas Provincias ad fidem Chriſti ſubjugaſſet totumque orbem illuſtravit, tum ſua prædicationis voce, tum ſuis ſcriptis, Evangelio nempe, Apocalipſi, ac Epiſtolis: ſuum autem Evangelium à tonitru Divino exoritur, quaſi Dei tonantis Aquila clangens, & fulminans ſublimè inſonat: *In principio erat Verbum, &* D. Epiphan. *Verbum erat apud Deum*: Ita D. Epiphan. hæreſi 73. & cùm ipſe Joannes ſcriberet ſuum Evangelium, è cœlo emicuere fulgura, & tonitrua reſonarunt; ſicut cùm Deus olim in monte Sinaï dediſſet legem Moyſi, ac Hebræis, ex Prochoro Joannis diſcipulo, ac ex Metaphraſte, refert Baronius anno Chriſti 99. ad finem Baron.

10. D. Epiphan. Quàm præclara, glorioſa ſint hæc nomina his duobus Apoſtolis, notandum eſt ex D Epiphanio hæreſi 78. & ait: *Ex ipſis autem nominibus. epithetis, etiam virtutis ſigna elucent. Dignitates etenim appellationem acceperunt juſti, unicuique decenter, & prout congruum fuit: Et Abrahamo quidem impoſitum fuit epithetum, Amicus Dei non diſſolvetur, Jacob verò; ut Iſraël vocetur, & non alterabitur: & Apoſtolis Boanerges, hoc eſt, filii tonitrui, & non relinquetur*, &c *Nomina quæ à Deo veniunt firma, & permanentia ſunt.* Cùm talia nomina à Deo ponantur, ab ipſo accipiunt firmitatem, ac perennitatem, quâ non deficiant, ſed magis perſeverent, & vigeant in perpetuum, cum hi duo Apoſtoli habeant à Chriſto nomen: *Boanerges*: id eſt, filii tonitrui, hæc nomina, juxta ſuum ſignificatum uſque in hodiernum diem perenniter perſeverant per ſe, ſuamque doctrinam, ac ſcripta, diſcipulos per totum Orbem reſonantes, ac fulgurantes.

11. Quæ à Deo veniunt perennia, & ſtabilia ſunt: Nato Samuel cantat ejus mater: *Exultavit cor meum in Domino exultatum eſt cornu meum in Déo meo*: 1. Reg. 2. n. 1. 1. Reg. 2. Et ubi nos habemus: *Exultavit cor meum*: legit D. Chryſoſt. D. Chryſ. *Confirmatum eſt cor meum*: & cur exultatio, lætitia, ac gloria mulieris confirmationem, ſtabilitatem, ac perennitatem habet, ut tuta ſit ab omni periculo, ut nunquam excidat? *Bona quæ à mundo veniunt decidunt quæ à Deo, perennia ſunt.* in eo quod oſtendit à Deo authore veniſſe: *Confirmatum eſt cor meum*: Unde colligit D. Chryſoſtom. homiliâ de Annâ habitâ tom. 6. D. Chryſoſt. cur monumenta regum, quibus perdurare nomen ſuum volunt extinguantur, & pereant non verò ut ſic memoria hujus mulieris; quæ perennaliter perſeverat adducens illud Iſaiæ 40. Iſai. 40. *Omnis caro fœnum exſiccatum eſt fœnum, verbum Domini manet in æternum*: ſic ait Sanct. Doct. *Propheta declarans tam illius labilitatem, quàm hujus ſtabilitatem, durabilitatem, ait*: Omnis caro fænum, verbum Domini manet in æternum; *& quomodo manet in æternum, in hac muliere patet. Reges enim, qui nihil non intentarunt, ut perpetuam poſt relinquerent memoriam & monumenta ſibi ſplendida ædificarunt, & ſtatuas multis in locis poſuerunt, & rerum geſtarum non paucos commentarios reliquerunt, nunc tacentur, & nec nomine quidem noti ſunt, hæc autem mulier ubique gentium nunc celebratur quia confirmatum eſt cor meum in Domino, ait ipſa.*

12. Gen. 1. Geneſ. 1. n. 1. dicitur: *In principio creavit Deus cœlum, & terram*: & poſtea ſcribitur: *Fecit Deus duo luminaria magna*: Et immediatè adjicitur: *Et fecit Deus firmamentum*: & tamen valdè diverſimodè ſe habent manus divinæ ad alia: ait Deus: *Germinet terra herbam virentem, facientem ſemen juxta genus ſuum*: Et iterum: *producant aquæ reptile*: unde infinita Dei Sapientia tam diverſimodè ſe habet in rerum oratione. *A Divinis manibus non tranſitoria, ſed perpetua, ac ſtabilia veniunt.* immediatè ſuis manibus creat Cælum, & Terram, luminaria magna, & firmamentum, at herbas, reptile mandat terræ, & mari, ut producant, Cur non omnia ſuis manibus creat? Manus Divinæ ſe admovent ad



ad condendum Cœlum, terram, & liminaria, quia hæc perennitatem importabant, & inde abſtinent ab herbis, & reptilibus, quæ corruptioni ſubjacent, à Divinis enim manibus veniunt, quæ firmitatem, ac ſtabilitatem ſecum involvunt. Rupertus. Rupertus, ibi. Et ait: *Quæcunque Deus feciſſe dicitur, manent, ſtabilia ſunt. Dictum eſt, quia fecit Deus firmamentum, & vocavit Cœlum, & ipſum manet: Dictum eſt quoque, plantavit Paradiſum, & ille manet. E contra quæ moventur in terra, & in mari non manent, idcirco cautum eſt, ut non dixerit Deus, fiant Reptilia, quorum eſſe citò præterit: ſed dixit Deus, producant aquæ reptilia*: A reptilibus, quæ pereunt cavent Divinæ manus, & ſolùm ad perpetua, ac ſtabilia applicantur.

---

Chriſtus à ſuis tenetur.

## QUÆSTIO III.

### *Quare Chriſtum ſui voluerunt tenere, tanquam ſi in furorem, vel extaſim raperetur?*

13. *Difficultas quæſtionis.* SCribit in præſenti D Marcus, n. 20. Quod Chriſtus, & Diſcipuli ejus: *Veniunt ad domum, & convenit iterum turba, ita ut non poſſent, neque panem manducare, & cum audiſſent ſui exierunt tenere eum: dicebant enim, quoniam in furorem verſus eſt.* Hæc ultima verba faciunt totam quæſtionis difficultatem, quomodo potuit infinita Sapientia Dei exiſtimari recepta eſſe in furorem?

14. Syrus. Roman. Giudus. Arabicus. Euthym. Vatabl. Pagnin. Ethiopic. Perſicus. Ante explicationem difficultatis propono verſiones, ac lectiones præſentis Text. Syrus: *Audierunt Patrueles ejus, &c. dicentes: quoniam à ſe exiſſet*: Syrus Roman. *Audierunt conſanguinei ejus*, Syrus ex Guido. *Fratrueles ejus*: Arabicus: *In deliquium cordis incidiſſe*: Euthymius: *dicentes in exceſſum verſus eſt*: Vatabl. *Mente alienatus eſt*: Pagnin. *in ſtuporem verſus eſt*: Ethiopicus: *& amici ejus egreſſi ut prenderent eum, quia dementem dicebant eum fuiſſe.* Perſicus: *Hic quidem eſt intellectu exceſſus.*

15. Primò cùm Textus dicat: *Cum audiſſent ſui*, inquirendum eſt, quinam ſint iſti: *Sui?* Author Comment. D. Hieron. Interlin. Commentarior. in D. Marcum, qui tribuuntur D. Hieronym. & Gloſſa Interlinealis: Diſcipulis tribuunt, alii cognatis, ac conſanguineis Chriſti. Ita vertunt Syrus: *Patrueles ejus*: & alius Syrus: *conſanguinei ejus*: Guidus: *Fratrueles ejus*: & hoc tribuit Theophylactus invidiæ, & ait: *Audientes neceſſarii Chriſti, quod dæmonia ejiceret, & morbos ſanaret, præ invidia opinabantur, quòd dæmonium haberet, & furioſus eſſet. Unde volebant comprehendere eum, & tanquam dæmoniacum ligare.* Dum populus cœleſtem Chriſti doctrinam admiratur, miracula reverenter ſtupet, ejus dumtaxat propinqui, *Conſanguinei ſuorum gloriam corrodunt.* tam inhumaniter adversùs eum excitantur, ſic propinquorum odium ex ſuorum magnalibus ſæpe exaſperatur, D. Chryſolog. ſerm. 48. D. Chryſ. Verſans illud: *Non eſt Propheta ſine honore, niſi in patriâ ſuâ.* Marc. 6. n. 4. Marc. 6. ait: *Docet Chriſtus quod inter ſuos morſus eſt, aduſtio eſt, inter cives eminere proximos, proximorum urit gloriam. Propinqui, propinquiſſimi, & ſi honorem debeant, reputant ſervitutem.*

16. Beda. Secundò: multi hoc tribuunt altitudini ſapientiæ, quâ Chriſtus loquebatur: Beda: *Quia altitudinem ſapientiæ, quâ Chriſtus loquebatur, capere non poterant, quaſi alienum tum à ſenſu locutum credebant*: Lyranus. Lyranus ait: *Videntes cognati, inſolitum favorem in Chriſto, quia propter fervorem prædicandi horam omittebat comedendi, videbant etiam in vultu ejus inſolitam claritatem ex virtute Divinitatis procedentem: Item audiebant eum loquentem, de divinis ardua, & inſolita, & eis non intelligibilia: ideo credebant eum loqui ſicut arreptitium, vel furioſum, idcirco voluerunt eum tenere, & ligare, ne ſibi, vel aliis poſſet nocere, & iſti pietate movebantur.* Ita ferè Caietan. Janſ. Eſtius. Caietanus Janſen. Eſtius, & alii: Cùm audiſſent cognati, quòd Chriſtus D. uno verbo, uno imperio dæmones ejiciebat, & magna miracula operabatur, non ſicut Prophetæ, qui multis adhibitis, miracula edebant, ut ad ſuſcitandum Elias 3. Reg. 17. n. 21. 3. Reg 17. & Eliſæus 4 Reg 4 n. 10 4. Reg. 4. Deinde videbant, quod Chriſtus D. nova, & inaudita, ac valdè mirabilia faceret, quæ ipſi non intelligebant, *Quæ homines non capiunt, corrodunt.* nam quæ homines non capiunt, corrodunt; Adde etiam, quòd homines carnales de ſpiritualibus, eorumque vitâ, ac doctrinâ malè judicant, & ſtulta, ac inſana dicunt, ſic Joan. 10 n. 20. Joan. 10. Utrumque conjungunt de Chriſto dicentes, *Dæmonium habet, inſanit*: ſic & Paulus ait, 1. Corinth. 2. n. 14. 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi*: ſic & Paulo dictum eſt ab homine gentili, & carnali Actor. 28. n. 24. Actor. 28. *Inſanis Paule, multæ te litteræ ad inſaniam convertunt*: Sic de Propheta quodam dicunt Aulici ad Jehu 4. Reg. 9. n. 11. 4. Reg. 9. *Quid venit inſanus iſte ad te*: ſic denique queruntur impii in inferno. Sap. 5. n. 4. Sap. 5. *Nos vitam illorum æſtimabamus inſaniam*: Corruptiſſimum ſanè ſemper eſt carnis judicium de rebus ſpiritualibus, quæ carni nullo modo ſapiunt.

17. *Objecti contra prædicta.* Hæc ſententia multùm probabilis eſt, tamen eam incommodat, quia ſæpe cognati Chriſti viderant eum multa mirabilia operantem, ac ſublimia dicentem, & ſuper omnes humanas vires, quamplurima agere, & nunquam dixerunt eum in furorem eſſe converſum: ergo hîc ad plenam expoſitionem Textus aliquid peculiare eſt inveſtigandum.

18. Maldonat. Tertiò: Maldonatus: *& cùm audiſſent ſui exierunt tenere eum*: Tunc puncto poſito; *Dicebant enim quoniam in furorem verſus eſt*: ac proinde propinqui: *tenebant eum*: ut à tanto furore reprimeretur, alii verò, & plebii, ac improbi dicebant, in furorem verſum eſſe. Euthymius: *Humanitatem ducentes furorem, & miſericordiam facientes crimen*: *Iniqui miſericordiam faciunt crimens, & pietatem furorem.* Vel ſi velis conjungere utrumque cum ipſo Maldonato Dic. Propinqui, ne quid mali à Judæis, vel Chriſtus, vel ipſi propter Chriſtum paterentur, rem furori tribuunt, favet huic ſententiæ. Euthymius, Urget tamen contra hanc ſententiam quia frequenter ſui audierunt Chriſtum prædicantem, & multa mirabilia operantem, & etiam populum contra eum tumultuantem, & nunquam talia dixerunt, ac eum tenuerunt tanquam furioſum.

Reſpondeo,

19\. Reſpondeo, quòd legitimam cauſam, & rationem hujus rei innuit, ac denotat D. Marcus in præſenti: *Convenit iterum turba ita ut non poſſent panem manducare, & cùm audiſſent ſui exterunt tenere eum, dicebant enim quoniam in furorem verſus eſt*: Eximius ergo fervor ac ardor Chriſti D. in docendâ, illuminandâque turbâ, infirmiſque ſanandis, ita ut ſui oblitus abſque aliquâ refectione, totus in aliorum ſalutem impenſus; inde cognati ejus exierunt tenere eum, ac reprimere à tanto zelo, ac fervore, ne totum diem ipſe jejunus laborando, ac docendo traduceret, & ita dicebant in furorem eſſe verſum. cùm nec de ſe, nec de ſuis ageret, ſed totus ad aliorum ſalutem erat intentus, ita ut dicerent: *in furorem verſus eſt*: legit Syrus: *Dicentes, quoniam à ſe exiſſe* Arabicus: *dicentes: In deliquium cordis incidiſſe*: Euthym. *Dicentes in exceſſum verſus eſt*: Pagninus. *In ſtuporem verſus eſt*: Perſicus dicenes: *Hic quidem eſt intellectu exceſſus*: Videbatur furor apud hominem, & tamen erat, quidam mentis exceſſus, ac elevatio in Chriſto ſuper omnem humanam intelligentiam. Hanc noſtram ſententiam tenent Barradas tom 2 lib. 8. c. 15. & hîc in Marc. Cornelius.

*Chriſtus ſui oblitus de aliis agit.* — Syrus. Arabic. Euthym. Pagnin. Perſic. Barrad. Cornel.

20\. Quæ divina, & altiſſima ſunt, ſuper humanam conditionem ab hominibus hujus ſæculi veluti quædam inſaniæ videntur. Sic ait D. Dionyſius Areopagita Epiſtola ad Titum: *Inebriatus eſſe atque excedere dicitur Deus, quippe, qui eis omnibus, & pleniſſimus eſt, & rurſus extra omnia, & ultra omnia ſegregatus.* Quamvis Deus in omnibus ſuis diſpoſitionibus ſit pleniſſimus, ac ſapientiſſimus, à ſæcularibu s dicitur veluti inebriatus, ac mente alienatus, cùm omnia ſua conſilia ſint ultra, ac extra noſtrum captum, & intelligentiam.

Dionyſius.

21\. Decantat Regius Vates Pſalm. 35. n. 5. *Beatus vir cujus nomen Domini ſpes ejus, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.* Notanter dixit, inſanias falſas, quia beatus vir, non ab omni inſaniâ debet eſſe alienus, ſed ab eâ, quæ falſa eſt; & quâ temporalia æſtimantur, & cœleſtia contemnuntur, ab hac cavet vir juſtus, & aliam veriſſimam, & prudentiſſimam inſaniam tenet, temporalumque honorem peſſundans, & ſolùm cœleſtia intendens, quæ ſi ab hominibus hujus ſæculi inſania putetur, Deo tamen eſt altiſſima prudentia. D. Ambroſius, ibi *Sunt ergo, & veræ inſaniæ, & forſitan Prophetarum, qui in exceſſu mentis poſiti, prophetabant repleti Dei Spiritu, ut quibuſdam inſanire viderentur, cùm propria ſalutis immemores nudi plerumque, & excalceati, ſicut Iſaias Sanctus, per populos currerent.* Verâ inſaniâ reputabantur Sancti Prophetæ inſigniti, dum nudi, & excalceati ſui obliti, de aliorum ſalute agebant, ſic & Chriſtus veluti inſanus, ſeu furioſus reputabatur, de aliorum remedio, ſui immemor, agens: hæc apud mundum eſt vera inſania, & ſumma prudentia apud Deum.

*Juſti prudenter videntur inſanire.* — D. Ambroſ.

*Blaſphemia in Spiritum ſanctum.*

*Marc.* 3. n. 28. Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, blaſphemiæ quibus blaſphemaverint.

*Num.* 29. Qui autem blaſphemaverit in Spiritum ſanctum non habebit remiſſionem in æternum: ſed reus erit æterni delicti, quoniam dicebant ſpiritum immundum habet.

*VERSIONES.*

*Syrus* 28. Quas blaſphemabunt homines remittuntur eis.

*Theophylactus.* Quoniam omnia convitia, quæ conviriati fuerint.

*Syrus n.* 29. Reus erit æterni judicii Blaſphemia.

*Arabicus.* Convenit eis ſupplicium æternum in Spiritum ſanctitatis.

*S. Epiphan.* Non remittetur ei, neque in præſenti, neque in futuro.

*Æthiopicus.* Condemnabitur in judicio æterno.

*ALTER TEXTUS.*

*Matth.* 12. *n.* 31. Ideo dico vobis: omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blaſphemiæ non remittetur,

*Num.* 32. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo neque in futuro.

*Luc.* 12. *n.* 10. Et omnis, qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi; ei autem, qui in Spiritum ſanctum blaſphemaverit non remittetur.

*EXPOSITIO UNICA.*

22\. *AMen dico vobis*: Poſtquam Chriſtus expulit ab homine dæmonium mutum, admiratæ turbæ, & quidam dixerunt: *in Beelzebub ejicit dæmonia*: Quam blaſphemiam efficaciſſimis rationibus refutavit, quòd latè explicavi tom. 3. cap. 22. Nunc Chriſtus D. explanat gravitatem tantæ blaſphemiæ, & clarè patet ex Textu Matthæi ſcribit ipſa verba Chriſti, & ſubjicit; dicens: *Ideo dico vobis*: Hæc cauſalis dictio: *Ideo*, non refertur ad conſequentia, ſed ad antecedentia n. 24. *Hic non ejicit dæmonia, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum*: & clariùs etiam patet ex Textu Marci: *Qui blaſphemaverit in Spiritum Sanctum, reus erit æterni delicti: quoniam dicebant Spiritum immundum habet*: ac proinde blaſphemia, quam Chriſtus D. dicit eſſe in Spiritum Sanctum, eſt illa, quam in præſenti dicebant Phariſæi *in Beelzebub ejicit dæmonia*: Chriſtus autem ejiciebat illa in Spiritu Sancto, cui tribuuntur opera ſanctificationis noſtræ, beneficentiæ, clementiæ, ac pietatis; ut latiùs minutim rem explicabo quæſtione ſequenti.

*Explicatur de qua blaſphemia Chriſtus loquatur.*



---

QUÆSTIO IV.

*Quare dicitur, quòd peccatum contra Filium hominis remittitur; contra Spiritum Sanctum non remittitur; & quæ ſint hæc Peccata?*

23\. OMnes tres Sacri Evangeliſtæ Matthæus, Marcus, & Lucas ſcribunt: *Quod quicunque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei*: & addit D. Matth. *Neque in hoc ſæculo, neque in futuro*: Ideo hîc duo inquirenda ſunt. Primò: Quodnam ſit peccatum contra filium hominis, & contra Spiritum Sanctum, & quomodo dicatur unum remitti, alterum non? Quæ quæſtio graviſſima eſt; ita ut dicat D. Auguſtinus ſerm. 11. de Verbis Domini; quod nulla major, ac difficilior invenietur in Sacris Scripturis.

Textus. — D. Auguſt. *Difficultas quæſtionis.*

24\. *Primò* fuerunt aliqui ut Beda 1. Reg. cap. 2. n. 25. ad illa verba: *Si peccaverit Deum*: Victor Epiſcopus Africanus in ratione fidei ad Regem Hunnericum; videntur docere hæc peccata in Deum, & Spiritum Sanctum non diſtingui; Tamen omnes Patres, Theologi fatentur diſtingui, & patet ex præſenti Textu, quod peccatum in filium hominis remittitur, non verò in Spiritum Sanctum.

Beda. Vict. Affric.

25\. *Secundò*: D. Hilarius ad citatum Matth. cenſet blaſphemiam in Spiritum ſanctum, eſſe eam, qua quis negat Chriſtum eſſe Deum, conceptum ex Spiritu ſancto. *Tertiò*: Origenes homil. 26. in Matthæum, tenet eſſe omne peccatum mortale commiſſum poſt baptiſmum, ſeu poſt acceptam gratiam Spiritus ſancti. *Quartò*: D. Cyprian. lib. 3. ad Quirinum n. 28. eam dicit eſſe blaſphemiam in Spiritum ſanctum, omne nempe peccatum in Deum commiſſum: blaſphemiam verò in filium hominis eſſe omne peccatum perpetratum in hominem. *Quintò*: Idem Cyprianus lib. 3. Epiſtol. 14. eam dicit Blaſphemiam in Spiritum ſanctum, negationem, nempe fidei in perſecutione, *Sextò*: Richard. à S. Victore l. de Blaſphemiâ in Spiritum ſanctum, affirmat, eſſe odium, & convitium Dei; *Septimò*: Auguſtinus ſerm. illo de Verbis Domini, exiſtimat blaſphemiam in Spiritum ſanctum, eſſe impœnitentiam finalem, qua reſiſtitur remiſſioni peccatorum, quæ fit in Eccleſia per Spiritum ſanctum.

*Variæ ſententiæ.* — D. Hilarius. Origenes. D. Cyprian. D. Cyprian. Richard. à S. Victor. D. Auguſt.

26\. *Octavò*: D. Thom. 2. 2. q. 14. art. 1. docet peccatum in Patrem eſſe peccatum ex infirmitate profectum, quia Patri applicatur potentia: Peccatum in filium, peccatum ex ignorantiâ, quia filio applicatur ſapientia; Peccatum verò in Spiritum ſanctum, peccatum ex malitiâ, quia Spiritui ſancto appropriatur bonitas; Quod latè explicat Richard. Victorin. lib. de Spiritu Blaſphemiæ. Idem D. Thomas eadem, q. 14. art. 2. ex D. Auguſtino colligit ſex ſpecies peccati in Spiritum ſanctum: Deſperationem, Præſumptionem, Impœnitentiam, Obſtinationem, Impugnationem veritatis, Invidentiam fraternæ gratiæ; quas etiam numerat Magiſter ſententiarum lib. 2. diſt. 43.

D. Thom. — Richard. D. Thom. — *Sex ſpecies peccati.*

27\. Miſſis multis ex mente Sanctorum Patrum: ſic rem explico; Poſtquam dæmonem Chriſtus expulit ab homine blaſphemarunt Phariſæi dicentes; *in Beelzebub ejicit dæmonia*: hanc eorum maledicentiam appellat Chriſtus blaſphemiam in Spiritum ſanctum, ut ex ipſo Textu Matthæi, ac Marci collegi, ac dixi in expoſitione: & ita docent D. Hieronym. in cap. 12. Matth. & Epiſtol. 149. ad Marcellam lib. 2. de Pœnitentia. c. 4. Theophylact. Euthim. in c. 12. Matth. D. Baſil. in Moralibus regul. 35. c. 1. & in regulis brevioribus Reſp. 273. D. Chryſoſtomus ad c. 3. Marci.

D. Hieron. Theophil. Euthym. D. Baſil. D. Chryſoſt. Beda.

28\. Chriſtus in præſenti facit mentionem de duplici blaſphemia: una, quæ eſt in filium hominis, & remittitur, Altera, quæ eſt in Spiritum ſanctum, & non remittitur. Illa eſt blaſphemia in filium hominis, quæ fiebat ab his, qui ejus divinitatem non agnoſcentes dicebant de eo; *Ecce homo vorax, & potator vini, peccatorum, & publicanorum amicus*, Matth. 11. n. 19. Aliique eum *inſanum* dicebant; Joan. 10. n. 20. & per contemptum, filium fabri appellabant Marc. 6. n. 3. Blaſphemia autem contra Spiritum ſanctum illa dicitur, qua opera Spiritus ſancti, ac bonitatis Divinæ, ut miracula, & ſimilia, ac malitia ſcienter adſcribuntur dæmoni, quia opera bonitatis, & ſanctitatis Dei attribuuntur Spiritui ſancto, qui ex vi ſuæ proceſſionis, & ſpirationis à Patre, & filio procedit, ut Amor, bonitas, & ſanctitas, & ſicut Patri attribuitur potentia, Filio ſapientia, ſic & ſpiritui ſancto communicatio ſanctitatis, ac bonitatis divinæ, & qui impugnat hujuſmodi opera tribuens illa dæmonio, impugnat bonitatem, ac ſanctitatem Spiritus ſancti, cum hæc ſint illius attributa, per quæ cognoſcitur Donum Dei. Et Chriſtus in c. 12. n. 28. Matth. ait. Quod *in Spiritu Dei* ejiciebat dæmonia; & inde hanc blaſphemiam apellat in Spiritum ſanctum, ſeu contra virtutem Spiritus ſancti,

*Tota quæſt. explicatur.* — Matth. 11. Joan. 10. Marc. 6. — *Quid ſit blaſphemia in filium hominis* — *Quid ſit blaſphemia in Spiritum ſanctum.*

29\. Ad id quod additur peccatum in Spiritum ſanctum non remitti *nec in hoc ſæculo, nec in futuro*; ſolum denotat, quod tam grande, ac grave peccatum non facilè remittitur, nec condonatur, ſicut illud quod Chriſtus D. dixit de Divite; *Facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum cœlorum*; Matth. 19. n. 24. ſicut & Paulus ad Hebræos 6. n. 4. *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati guſtarunt etiam donum cœleſte....rurſus renovari ad pœnitentiam*; Loquitur Apoſtolus de peccatoribus apoſtatis; & ait: Impoſſibile hoc eſt, valde difficile eſt ut tales redeant ad pœnitentiam, Ita D. Anſelm. Lyranus, Hugo, Dioniſ. Titelm. Vaſq. Ribeira. Cornel.

*Quomodo dicatur non remiſſibile.* — Matth. 19. Hebr. 6. D. Anſelm. Lyranus. Hugo. Dioniſius. Titelm. Vaſq. Ribeira. Cornel.

30\. Ex hoc loco D. Auguſt. lib. 21. de Civit. c. 24. D. Gregor. 4. Dialog. c. 30. D. Iſidor Beda D. Bernard. apud Bellarm. lib. 2. de Purg. c. 4. convincunt

D. Auguſt. D. Gregor. D. Iſidor. Beda. D. Bernard.

cunt eſſe purgatorium poſt hanc vitam, in vanum enim diceretur: *non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro*: ſi in futuro ſæculo nullum peccatum remittitur, ſicut valde inepta eſſet locutio ſiquis diceret, remitto tibi decem aureos, vel in hoc ſæculo, vel in futuro; cum in futuro nulla pecunia ſit reddenda. In purgatorio erga expiantur peccata mortalia quoad pœnam; An verò venialia non ſolùm quoad pœnam, ſed etiam quoad culpam, licet aliqui concedant, negat. D. T. 1. 2. q. 89. art. 6. in corpore, quia juxta divinam providentiam non dabitur caſus, ut puer decedat cum ſolo veniali.

*Purgatoriũ dari convincitur.*

D. Thom.

---

## QUÆSTIO V.

### *Quare blaſphemia in Spiritum Sanctum dicatur peccatum irremiſſibile juxta ſenſum moralem?*

31 JUxta ſacros Evangeliſtas Matthæum, Marcum, Lucam: Blaſphemia in Spiritum Sanctum, eſt peccatum irremiſſibile, quod nec in hoc ſæculo, neque in futuro remittitur, quod dicitur ad exaggerandum gravitatem ipſius peccati, de cujus ſenſu litterali dixi ſuperiori quæſtione. Nunc de Morali, & quoad noſtram eruditionem.

32. Primò: D. Auguſt. apud Catenam D. Thomæ ad cap. 12. Matth. ait: *Primum itaque credentium beneficium eſt, in Spiritu Sancto remiſſio peccatorum: contra hoc donum gratuitum loquitur cor impœnitens. Ipſa ergo impœnitentia eſt ſpiritus blaſphemia: quæ non remittitur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Contra enim Spiritum Sanctum, quo peccata dimittuntur, verbum valde malum, ſive cogitatione, ſive linguâ ſuâ dicit qui ſecundum duritiam cordis ſui, & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in die iræ.* Per Spiritum Sanctum fit in nobis remiſſio, per ipſum omnia cœleſtia dona communicantur; blaſphemare ergo contra Spiritum Sanctum, eſt ejus beneficentiam contemnere: ipſumque omnium donorum largitorem denegare: & ingrato animo ſuum benefactorem non agnoſcere, imò pro donis acceptis contumelias rependere, inter omnia peccata valde execrabile, & omni remiſſione indignum; *& non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.*

D August.

*Peccatum ingratitudinis execrabile, & remiſſione indignum.*

33. Secundò: Rupertus lib. 2. in Numer. cap. 1. ait: *Verbum contra Spiritum Sanctum non eſt aliud, quàm ſuperbiæ malum, quo contra conſcientiam propriam defendendo ſe quiſpiam arguentem de peccato allidit Spiritum Sanctum*: Qui peccat deceptus à propria voluntate, fragilem humanam conditionem oſtendit; At verò ille, qui multis mendaciis, argutiis, ſua peccata, ac delicta contendit patrocinari, ac excuſare, hic in Spiritum Sanctum peccat, & omni veniâ indignus invenitur? ut faciebant Phariſæi illuſtriſſima Chriſti opera calumniantes, qui ut ſuam malitiam patrocinarentur, ac defenderent, dicebant, quod in Beelzebub Principe dæmoniorum ejiceret dæmonia, inde eorum iniquitas dicitur, quòd nec in hoc ſæculo, nec in futuro remittitur: *Quo contra conſcientiam propriam defendendo ſe quiſpiam, arguentem de peccato allidit Spiritum Sanctum.*

Rupert.

*Excuſatio delicti aggravat crimen, & veniam intercludit.*

34. Propheta Amos 1. n. 3. In perſonâ Dei proponit quatuor delicta; In primo, ſecundo, ac tertio promittit Deus ſe veniam daturum, in quarto verò quodammodo ſe inexorabilem oſtendit: *ſuper tribus ſceleribus Damaſco, & ſuper quatuor non convertam eum*: Quodnam ſit hoc quartum crimen, variè interpretes explicant. Rupertus explicant eſſe contumacem ſuperbiam defendendi ſe. Rupertus proximè citatus lib. 9. in Numer. cap. 1. ait: *Primum ſcelus, iniquitatem mente concipere, ſecundum ſcelus eſt, dolorem opere peperiſſe Tertium, iniquitatis opus, vel in uſum, vel conſuetudinem contraxiſſe. Quartum ſcelus, malè acta per ſuperbia ſpiritum defendere*: Sunt quædam tria delicta, ut primum, malum mente concipere, ſecundum opera perpetrare, tertium in uſum vel conſuetudinem ducere, quæ ex quadam humanâ fragilitate veniunt, & inde facilè Deo veniam impetrant? At eſt quarta iniquitas, quæ ſuperba, & ſtulta contentione intendit ſe excuſare, ac defendere, & benignam judicis clementiam maximè irritat, & exaſperat; ut multâ per omnem modum requiratur ad reprimendam illius iram. *Quartum ſcelus, male acta per ſuperbiæ ſpiritum defendere.*

Rupert.

*Defendere delictum, inexorabilem reddit judicem.*

35. Tertiò: De hac blaſphemia in Spiritum Sanctum affirmat Chriſtus D. Quòd *neque in hoc ſæculo, neque in futuro remittitur*: Hæc autem blaſphemia in eo conſiſtit, ut explicavi ſuperiori quæſtione, cum præclara Divinitatis opera diabolo tribuuntur; ſeu cum aliquod commercium, ſeu ſocietas, dicitur intervenire inter Deum, & diabolum, quo peccato Chriſtus D. injuriarum patientiſſimus, maximè ad indignationem commovetur, inde contra eam acerbiſſimam pœnam fulminat, quòd neque in hoc ſæculo, neque in futuro remittetur. Ait Regius Vates Pſalm. 5. n. 6. *Neque habitabit juxta te malignus*: ex Hebræo legitur: *Neque peregrinabitur*. D. Remigius, per malignum, intelligit diabolum qui non ſolùm apud Deum non habet diuturnam manſionem, ſed nec etiam breviſſimam, ſicut nec peregrinus in loco per quem tranſit.

*Nullum gravius peccatum, quàm Deum cum Diabolo velle conjungere.*

Pſalm. 5. Heb.

D Remig.

36. At idem Regius Vates Pſalm. 118. n. 89. *In æternum, Domine verbum tuum permanet in cœlo*: & cur non de permanentia, ac perſiſtentiâ in terrâ: quia Diabolus de cœlo ejectus ambulat in terris, & tam diſtans commercium eſt inter Deum, & diabolum, quod quidquid eſt Dei, nullo modo invenitur in loco, in quo diabolus reſidet, ſed à quo nefarius ille ſpiritus expulſus eſt D. Ambroſius in eundem Pſalmum ſerm. 12. ait. *Quia Satanas de cœlo cecidit in terras*. Et poſt pauca: *In cœlo permanet verbum, quia inde dejectus eſt diabolus, in terris non permanet, quia huc Satanas advenit*: In terris nec ad ullum tempus divinum verbum poteſt peregrinari, cum in eis diabolus verſetur, cùm verò à cœlo ejectus ſit, inde in eo permanet verbum Dei.

Pſalm 118.

*Ea quæ ſunt Dei longiſſime diſtant à diabolo.*

D. Ambroſ.

CAPUT



# CAPUT IV.

1 ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata eſt ad eum turba multa, ita ut
navim aſcendens ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terrã erat
2. Et docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrinâ ſuâ. 3. Audite: Ecce
exiit ſeminans ad ſeminandum: 4. Et dum ſeminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt illud. 5. Aliud verò cecidit ſuper petroſa, ubi
non habuit terram multam, & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat altitudinem terræ: 6. Et quando exortus eſt, Sol exæſtuavit, & eo quod non habebat radicem, exaruit. 7. Et aliud cecidit in ſpinas: & aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocaverunt
illud, & fructum non dedit. 8. Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum
aſcendentem, & creſcentem; & afferebat unum triginta, unum ſexaginta &
unum centum. 9. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. 10. Et cùm
eſſet ſingularis, interrogaverunt eum hi, qui cum eo erant duodecim, parabolam. 11. Et dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: illis autem,
qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt. 12. Ut videntes videant, & non videant: &
audientes audiant, & non intelligant: nequando convertantur, & dimittantur eis
peccata. 13. Et ait illis, neſcitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis; 14. Qui ſeminat, verbum ſeminat. 15. Hi autem ſunt qui circa viam ubi
ſeminatur verbum, & cùm audierint, confeſtim venit Satanas, & aufert verbum,
quod ſeminatum eſt in cordibus eorum. 16 Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminantur: qui cùm audierint verbum, ſtatim cum gaudio accipiunt illud. Et non
habent radicem in ſe, ſed temporales ſunt: deinde orta tribulatione, & perſecutione
propter verbum, confeſtim ſcandalizantur. 18. Et alii ſunt qui in ſpinis ſeminantur:
hi ſunt, qui verbum audiunt. 19. Et ærumnæ ſæculi, & deceptio divitiarum, & circa
reliqua concupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbum, & ſine fructu efficitur. 20. Et
hi ſunt qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt qui audiunt verbum, & ſuſcipiunt, &
fructificant unum triginta, unum ſexaginta, & unum centum. 21. Et dicebat illis:
Nunquid venit lucerna ut ſub modio ponatur, aut ſub lecto? Nonne ut ſuper candelabrum ponatur; 22. Non eſt enim aliquid abſconditum quod non manifeſtetur:
nec factum eſt occultum, ſed ut in palam veniat. 23. Si quis habet aures audiendi,
audiat. 24. Et dicebat illis, Videte quid audiatis. In qua menſura menſi fueritis,
remetietur vobis, & adjicietur vobis. 25. Qui enim habet dabitur illi: & qui non
habet, etiam quod habet auferetur ab eo. 26. Et dicebat: ſic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo jaciat ſementem in terram, 27 & dormiat, & exurgat nocte, &
die, & ſemen germinet: & increſcat dum neſcit ille. 28. Ultrò enim terra fructificat, primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica. 29. Et cum
produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis. 30. Et dicebat, cui aſſimilabimus regnum Dei, aut cui parabolæ comparabimus illud? 31. Sicut granum
ſinapis, quod cùm ſeminatum fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus, quæ
ſunt in terra? 32. Et cùm ſeminatum fuerit, aſcendit, & fit majus omnibus oleribus,
& facit ramos magnos, itaut poſſint ſub umbra ejus aves cœli habitare. 33. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire. 34. Sine parabola autem non loquebatur eis, ſeorſum autem, diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.
35. Et ait illis in illa die cum ſero eſſet factum: tranſeamus contra. 36. Et dimittentes,
turbam, aſſumunt eum itaut erat in navi: & aliæ naves erant cum illo. 37. Et facta
eſt procella magni venti, & fluctus mittebat in navim, itaut impleretur navis. 38. Et
erat ipſe in puppi ſuper cervical dormiens & excitant eum, & dicunt illi, Magiſter
non ad te pertinet, quia perimus; 39. Et exurgens comminatus eſt vento, & dixit
mari: tace, obmuteſce; & ceſſavit ventus: & facta eſt tranquillitas magna. 40. Et
ait illis: Quid timidi eſtis? necdum habetis fidem, & timuerunt timore magno;
& dicebant ad alterutrum: Quis putas eſt iſte? quia & ventus, & mare obediunt ei.

*ARGVMENTVM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Proponit parabolam ſeminantis ſemen ſuum. Explicavi tom. 3. cap. 26. de quo fortè infrà Luc. 8.

*Secundò, Verſ.* 21. Docet lucernam non eſſe ponendam ſub modio, ſed ſuper candelabrum; de quo dixi tom. 2. c. 11. & infrà dicam Luc. 11.

*Tertiò, Verſ.* 26. Proponit parabolam de herba, ſpica, & frumento; quæ hîc eſt explicanda.

*Quartò, Verſ.* 31. Proponit parabolam de grano ſinapis. Explicavi tom. 3. cap. 28. & aliqua dixi ſuprà, Matth. 13. q. 5.

*Quinto, Verſ.* 37. Dormiēte Domino oritur tempeſtas in mari, & excitatur à diſcipulis: Imperat ventis, & mari, & fit tranquillitas. Explicavi tom. 2. cap. 24. & ſupra Matth. 8. q. 6. 7. 8.

---

## Herba, Spica, Frumentum.

## QUÆSTIO UNICA.

### *Quare regnum Dei aſſimilatur ſemini hominis, quod profert herbam, ſpicam & triticum.*

1. POſt parabolam de ſeminatore, qui exiit ſeminare ſemen ſuum, quam propoſuit Chriſtus D. nunc aliam ſubdit, quam refert noſter Evangeliſta in præſenti n. 26. *Et dicebat: ſic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo jaciat ſemen in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemen germinet, & creſcat dum neſcit ille. Ultro enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica, & cùm produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.*

Text.

2. Cum dicitur in littera: *Si homo jaciat ſemen in terram, & dormiat, & exurgat nocte, & die & ſemen germinet*: Maximè dubitatur de illo: *Nocte, & die*: ad quid refertur, ad ſemen an ad hominem? Gloſſa Ordinaria, Author Commentar. in Marcum apud D. Hieron. & Beda, referunt ad ſemen, ac ipſum jactum in terram ab agricola, quod nocte, dieque continuò germinet, & creſcit, Agricolâ nihil cogitante: Tamen D. Chriſoſt. Euthym. Jãſen. Maldonat. Caiet referunt ad hominem, ut planus ſenſus ſit; Homo jacet ſemen in terram, nocte dormit, & die exurgit ad ſua negotia agenda & tamen ſemen jactum continuò creſcit; Charthuſ. itaut homo congruis horis omnia diſponat, nocte dormiens, die exurgens.

*Exponitur Textus.* Gloſſa. Cōmentat. D. Hieron.

D. Chryſoſt. Euthym. Janſen. Maldonat. Caietan.

Ad ſenſum parabolæ: Per ſemen intelligitur, ut rectè docent D. Chriſoſt. Beda, Scholiaſtes Hieron. hîc verbum, ſeu doctrina Evangelica per agrum, Auditores, ut docent D. Greg. Mag. homil. 15. in Ezech. Caiet & alii, per meſſem, conſummatio mundi, ſeu mors cujuſque hominis: Per hominem, qui ſeminavit. Chriſtus D. Sic ait Theophyl. *Homo ipſe eſt Deus, ſemen miſit in terram, id eſt Evangelii prædicationem: ſemine producto dormit, hoc eſt, aſcendit in cœlum.* Ubi requieſcens ſedet ad dexteram Patris. Nam dormire, juxta phraſim Scripturæ, ac Calendarii Eccleſiæ, idem eſt, ac requieſcere? Sic de quolibet Sancto dicitur: *dormivit in Domino*, hoc eſt requievit in Domino.

3. *Senſus parabolæ.* D. Chryſoſt. Beda Comment. D. Hieron. D. Gregor. Theophyl.

4. Tertius parabolæ ſenſus eſt, quòd Chriſtus D. veniens in terram, ſeminavit verbum, & doctrinam Evangelicam; per ſe primò, deinde per Apoſtolos, ac ſuos ſucceſſores, quæ doctrina à parvis initiis ſenſim crevit in magnos, & uberes fructus totum orbem adimplens: Et dicitur in textu de hoc bono agricola *Dormiat, & exurgat*: quia Chriſtus D. aſcendens in cœlum ſedet à dextris Dei, tanquam dormiens, id eſt, requieſcens; ibi etiam exurgit in ſalutem, ac remedium noſtrum: *Ipſum enim propitiatorem, habemus apud Patrem.*

*Chriſtus ſignificatur per hominem*

5. Semen jactum in terra eſt Divina doctrina ſeminata, ac plantata in humano corde; & ſicut terra bono jacto ſemine *ultrò fructificat*: ſolùm cœleſti rore ſuſcepto, agricola etiam non laborante: ſic etiam terra humani cordis bene diſpoſita cum cæleſti rore divinæ gratiæ, ac auxilii, etiam Concionatore, ac Doctore nihil aliud operante, ac agente, profert fructus: Explicat, Caietan primò herbam, opera ſcilicet *incipientium*; Secundò ſpicam, opera proficientium: Tertiò triticum opera *perfectorum*. Alii ut Eſtius ſic explicant: Mittit *herbam*, quæ fidem, ſeu timorem Dei ſignificat, deinde *ſpicam*, quæ denotat ſpem, ſeu fiduciam gratiæ; *frumentum* charitatem Dei innuit; nam plenitudo legis eſt dilectio.

*Quid herba ſpica, frumentum.* Caietan. Eſtius.

6. *Et cum produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis* ſcilicet, collectio Juſtorum ſive referatur ad mortem uniuſcujuſque, ſive ad univerſale Judicium, *Et cum produxerit fructus.* Syrus: *Cùm verò eſt pinguis fructus.* Arabicus; *Cùm matureſcerent fructus*, Cùm merita hominis ſunt completa, mittit falcem, divinum, nempe, mandatum, ut homo aſſumatur, & recipiatur in horreum cœleſtium electorum.

Syrus. Arabicus.

7. Ex his colligitur primò, quod Prædicator ex magno fructu Evangelii non ſe jactet; quia totum venit à gratia Dei, ut dicitur 1. Cor. 3. n. 7. *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui irrigat; ſed qui incrementum dat Deus*: Nec etiam homo, qui conſentit, & proficit in opere bono glorietur; quia, *quod habes, quod non accepiſti*, totum enim acceptum eſt à gratia Dei: Sic dicitur. 2. Cor. 9. n. 10. *Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, idem multiplicat ſemen veſtrum, & auget incrementa frugum juſtitiæ veſtræ.*

*Amputatur vana gloria.* 1. Cor. 3.

2. Cor. 9.

8. Multoties Chriſtus D. ex ruſticanis rebus ſpiritualia documenta deducit, ut patet ex præſenti textu Marci, de herba, ſpica, frumento, & in exordio Capitis de eo, qui ſeminavit ſemen ſuum, ſicut & de illo Matth. 13. n. 24. qui ſeminavit bonum ſemen, & inimicus ſuperſeminavit zizaniam, ſicut ibidem de grano ſinapis, n. 31.

Matth. 13.



& ficulum arborem infelicem exponit. Luc. 13. n. 6. & de meſſe etiam loquitur Joan. 4. n. 31. & ſæpe multis aliis in locis de re agrâriâ agit Chriſtus, ad mores poliendos, ut teſtatur D. Paulinus Epiſtol. 28. *In agro*, ait: *Aſcendendum eſſe monet, quid in ſpiritu caveamus.* Et inde D. Bernardus Epiſtol. 106. urget Henricum, ut de Academiâ ad campos, ac valles deſcendat, dicens: *Experto crede, aliquid invenies ampliùs, quàm in libris: ligna, & lapides te docebunt, quòd à magiſtris audire non poſſis. An non montes ſtillant dulcedinem, & colles fluunt lacte, & melle?* Joël. 5. n. 18. Amos 9. n. 13.

Luc. 13. Joan. 4.

D. Paulin. *Aſylis, & campis Dei contemplatio* D. Bernard.

3. Ait Chriſtus ſuis diſcipulis. Joan. 4. n. 31. *Levate oculos veſtros; & videte regiones; quia albæ ſunt ad meſſem*: Ad quid mandat contemplari? quia jam albæ ſunt, ut unde intelligant, quòd jam præparatæ ſunt ad meſſem; ut inde cognoſcant Apoſtoli; quòd ad meſſem gentium, ad quam Chriſtus eos mittebat, jam Divinâ Providentiâ erant diſpoſitæ; ac præparatæ, ut meterentur, ac congregarentur fructus ad horreum. Rupertus ad citatum locum Joannis ait: *Quaſi eo arguens dicit: Levate oculos interioris hominis ab hac meſſe, ad quam ego vos operarios conduxi.*

Joan. 4. *Agrorum meditatio Deo mentem jungit.*

Rupert.

# CAPUT V.

ET venerunt trans fretum maris in regionem Geraſenorum; 2. Et
exeunti ei de navi, ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu
immundo. 3. Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis jam quiſquam poterat eum ligare. 4 Quoniam ſæpe compedibus,
& catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet: & nemo
poterat eum domare. 5 Et ſemper die, ac nocte in monumentis, & in
montibus erat clamans, & concidens ſe lapidibus. 6. Videns autem Jeſum
à longe, cucurrit, & adoravit eum: 7. & clamans voce magnâ, dixit: quid mihi
& tibi Jeſu fili Dei altiſſimi? Adjuro te per Deum ne me torqueas: 8. Dicebat,
enim illi: exi ſpiritus immunde ab homine iſto. 9. Et interrogabat eum: Quod
tibi nomen eſt? & dicit ei, Legio mihi nomen eſt: quia multi ſumus. 10. Et deprecabatur eum multum, ne ſe expelleret extra regionem. 11. Erat autem ibi circa
montem grex porcorum magnus, paſcens. 12. Et deprecabantur eum ſpiritus, dicentes, mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. 13 Et conceſſit eis ſtatim Jeſus.
Et euntes ſpiritus immundi, introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare, ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari. 14. Qui autem paſcebant eos fugerunt, & nuntiaverunt in civitatem & in agros. Et egreſſi ſunt videre
quid eſſet factum. 15. Et veniunt ad Jeſum, & vident illum, qui à dæmonio vexabatur ſedentem, veſtitum, & ſanæ mentis: Et timuerunt. 16. Et narraverunt illis:
qui viderant, qualiter factum eſſet ei qui dæmonium habuerat, & de porcis. 17. Et
rogare cœperunt eum, ut diſcederet de finibus eorum. 18. Cùmque aſcenderet navim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat ut eſſet cum illo. 19. Et
non admiſit eum; ſed ait illi, vade in domum tuam, ad tuos annuntia illis quanta
tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui. 20. Et abiit, & cæpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus: Et omnes mirabantur. 21. Et cùm tranſcendiſſet
Ieſus in navi, rurſum transfretum, convenit turba multa ad eum, & erat circa
mare: 22. Et venit quidam de Archiſinagogis, nomine Jaïrus, & videns eum, procidit
ad pedes ejus. 23. Et deprecabatur eum multum, dicens: Quoniam filia mea in
extremis eſt: Veni, impone manum ſuper eam, ut ſalva ſit, & vivat. 24 Et abiit cum
illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. 25. Et mulier, quæ erat
in profluvio ſanguinis annis duodecim. 26. Et fuerat multa perpeſſa à compluribus
medicis: & erogaverat omnia ſua, nec quidquam profecerat, ſed magis deterius habebat: 27. Cùm audiſſet de Ieſu venit in turba retro, & tetigit veſtimentum ejus. 28. Dicebat enim. Quia ſi vel veſtimentum ejus tetigero ſalva ero. 29. Et confeſtim ſiccatus
eſt fons ſanguinis ejus: & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet à plaga. 30. Et ſtatim Ieſus
in ſemetipſo cognoſcens virtutē, quæ exierat de illo converſus ad turbam aiebat: Quis
tetigit veſtimenta mea 31. Et dicebant ei Diſcipuli ſui, vides turbam comprimentem
te, & dicis: Quis me tetigit? 32. Et circumſpiciebat videre eam, quæ hoc fecerat.
33. Mulier verò timens, & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe venit, & procidit
ante eum, & dixit ei omnem veritatem 34. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua
te ſalvam fecit: vade in pace, & eſto ſana à plaga tua. 35. Adhuc eo loquente, veniunt ab Archiſinagogo dicentes, quia filia tua mortua eſt quid ultra

vexas Magiſtrum? 36. Jeſus autem audito verbo quod dicebatur, ait Archiſinagogo: Noli timere, tantummodo crede. 37. Et non admiſit quemquam ſe ſequi, niſi Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem Jacobi, 38. Et veniunt in domum Archiſinagogi, & vidit tumultum, & flentes, & ejulantes multùm. 39. Et ingreſſus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis? puella non eſt mortua, ſed dormit. 40. Et irridebant eum. Ipſe verò ejectis omnibus, aſſumit patrem, & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingreditur ubi puella erat jacens. 41. Et tenens manum puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod eſt interpretatum. Puella (tibi dico) ſurge. 42. Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat: Erat antem annorum duodecim, & obſtupuerunt ſtupore magno. 43. Et præcepit illis vehementer: ut nemo id ſciret, & dixit, dari illi manducare.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus D. ab Energumeno, qui habitabat in monumentis, & compedibus, ac catenis vinctus erat, ejicit legionem dæmonum, quæ Chriſto permittente ingreſſa in porcos, eos in mare præcipitat. Explicavi tom. 2. cap. 25.

*Secundò, Verſ.* 18. Homo ſanatus à dæmone deprecatur Chriſtum, ut eum admittat in ſuam ſocietatem, quam Dominus illi negat, quod hîc eſt explicandum.

*Tertiò, Verſ.* 25. Hæmorrhoïſſam à profluvio ſanguinis ſanat. Explicavi tom. 2. cap. 29. à quæſt. 7. etiam ſupra Matth. 9. q. 6. & 7.

*Quartò, Verſ.* 35. Jaïri filiam à morte revocat ad vitam. Explicavi tom. 2. cap 29. Vide ſupra Matth. 9. q. 8. & 9.

Homo à dæmone liberatus non admittitur à Chriſto in ſuum comitatum.

## QUÆSTIO I.

*Quare iſte homo liberatus à Dæmone Chriſti virtute, tamen à Chriſto D. ad ſuum comitatum non admittitur?*

1. Text. POſtquam virtute Chriſti à legione dæmonum homo liberatus eſt, ipſum Dominum deprecatur, ut ait N. Evangeliſta in præſenti n. 18. *Cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat: ut eſſet cum illo: & non admiſit: eum: ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & nuntia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Jeſus, & omnes mirabantur.* Quæſtio præſens eſt, ſi iſte homo tenquam gratus pro tam ingenti beneficio, in Chriſti obſequio permanere volebat, cur Dominus petitam ſocietatis facultatem negat.

Reſpondeo primò: quod rationem hujus rei ipſe Dominus inſinuat in textu, ubi dicitur. *Non admiſit eum, ſed ait illi: vade in domum tuam, ad tuos; & nuntia illis*: Quia magis videbatur pertinere ad gloriam Dei, ut ipſe homo in illa regione, ac domo ſua permaneret, ut ſuis civibus eſſet monumentum vivum ac perenne divinæ virtutis, quæ in eo tantum miraculum eſt operata, maximè quia Chriſtus relinquebat eam regionem, & tranſacto mari ibat in patriam ſuam, ut patet ex hoc loco Marc. n. 21. & ex c. 9. Matth. n. 1. & ita Chriſtus D. omnibus volebat prodeſſe his, quibus aderat per ſuam præſentiam, & his à quibus aberat, per ſuos vicarios, ac prædicatores. Ita D. Auguſtinus lib. 2. Quæſtionum Evangelic. q. 13. & ait: *Serviendum Evangelio propter aliorum utilitatem, ne cum præpropere vult eſſe cum Chriſto, negligat myſterium prædicationis fraternæ redemptione accommodatum.*

2. *Chriſtus vult prodeſſe tam præſentibus, quâ abſentibus.*

D. Auguſt.

Secundò: Iſte homo maximè gratus tanto beneficio accepto à ſuo benefactore nolebat diſcedere, & etiam ob amorem, quem erga illum conceperat; mandat enim Dominus abire, ut ex obedientia diſcedens, ac ex obedientia amoris affectum compeſcens, dilationem patiens, maximè ejus meritum augeatur. D. Gregor. lib. 6. Moral. c. 17. & lib. 16. c. 12. ait: *Amanti adhuc dilatio imponitur, ut ex dilati amoris deſiderio, meritum tribulationis augeatur.*

3. *Deus ſæpe non concedit noſtras petitiones ad meritum augendum.* D. Gregor.

Tertiò: D. Ambroſ. lib. 6. in cap. 8. Matthæi ait: *Non recipitur liberatus, ſed in domum redire cenſetur, ut jactantiæ cauſâ vitetur.* Poterat ab aliquo maligno, vanitati, ac jactantiæ tribui, ſi Chriſtus hominem à ſe curatum tanquam tanti miraculi teſtem ſecum circumtuliſſet, & ideò nullum, quem miraculosè corpore curavit ſecum habuit in comitatu, ac ſocietate, ut omnis jactantiæ ſuſpico excluderetur.

4. D. Ambroſ. *Murmurationis cauſa eſt amputanda.*

Quartò Theophylact. in præſenti ait: *Corde ſanatus eſt ille, ut Jeſum agnoſceret, orans ut ſibi cum illo eſſe liceret. Etenim ut apparet, timebat, ne fortè elongatus à* Jesu *à Dæmonibus iterum invaderetur.* Similiter loquitur Euthym. & ait: *Deprecabatur Chriſtum, qui à dæmone*

5. Theophyl. Euthym. *Abſente Chriſto omne malũ ſibi timebat homo.*



*fuerat vexatus, ut eſſet cum eo gratus ſimul, & dæmones timens, ne ſine illo inventus, rurſus eis traderetur.* Solùm ſub Chriſti præſentiâ homo ſe ſecurum exiſtimabat, ab eoque abſente omne malum à dæmonibus ſibi metuebat. Quintò: Dicunt alii; quòd noluit Dominus eum in ſuum comitatum, ac in ſuum collegium cooptare, non enim licebat hominem, in quo extitit dæmonum legio, Chriſti eſſe diſcipulum, ex eo enim Phariſæi multam calumniandi anſam arriperent.

6. Vict. Ant. Sextò: Victor Antiochenus ad hunc locum D. Marci, ait: *Ne Dominus ſuâ præſentiâ illum tueri, & cuſtodire videatur, ſolum dimittit; ac ne quem Dæmonem in poſterum metuat præcipit, præſentia namque miraculi magnitudinem elevat; abſentia autem vim illius clarius demonſtrat.* Poſtulat homo Chriſti comitatum, ac ſocietatem, quia forſitan, ut inquiunt Euthymius, & Theophylactus proximè citati, timebat, ne recedens à Chriſto, iterum à diabolo vexaretur; inde Dominus eum non admittit, ſed rejicit, & non patitur, ut cum eo vitam degat, ut inde magis in homine reſplendeat Divina poteſtas, quæ non ſolùm in ſuâ præſentiâ; ſed etiam in abſentiâ hominem cuſtodit, ac tuetur. In abſentia enim viſibilis inſtrumenti, magis reſplendet, ac relucet divina virtus. *In abſentiâ autem vim illius clariùs demonſtrat.*

*In abſentia maximè declaratur divina virtus.*

7. Joan. 14. Ait Chriſtus D. Joan. 14. n. 12. ſuis Apoſtolis: *Qui credit in mea opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora eorum faciet, quia ego ad Patrem vado*: Magna poteſtas datur diſcipulis ad miracula facienda, ut majora ſint, quàm ipſe facit; maximè tamen expendenda eſt ratio quam Chriſtus ſubdit; *Quia ego ad Patrem vado*; Ac ſi dicat, quamvis ego ab hominum oculis abſcondar, ac à vobis ſim ſeparatus, quia ad Patrem vado, inde magis debitis agnoſcere virtutem meam divinam, quia ſolo meo nomine, ac virtute à me vobis communicatâ majora, & clariora perpetrabis, quàm meâ preſentiâ aſſiſtente. D. Baſilius Seleuc. Orat. 41. ait *Quænam illa majora? umbræ illorum mortuos excitarunt, ac ea ratione potentia deprædicabitur. Nec enim paris eſt admirabilitatis miracula vivente patrare, & eo mortuo plus poſſe cæteros in ejus nomine, & merito provenire videbat, quam ab ipſo in carne inter mortales agente, non poterat non credere*: Ac ſi dicat quamvis ego me à vobis ſubtraho, ab vivis recedo ac munimen. & corroborationem meæ doctrinæ, vobis concedo, & do poteſtatem, ut majora meo nomine faciatis, quàm me præſente, & tanta poteſtas in abſentiâ, & receſſu clariſſimè divinitatem indicat, & manifeſtat, quæ à nemine negari poteſt, niſi ab amente, & fatuo; *Nec enim paris eſt admiribilitatis miracula vivente patrare, & eo mortuo plus poſſe.*

D. Baſil. Sel

*Virtus dum abſens magis declaratur.*

## QUÆSTIO II.

*Quare alia miracula ſub ſilentio commendat Chriſtus, hoc verò præcipit ab homine evulgari.*

Textu. 8. NOn admittit Jeſus hominem ſanatum à dæmone ad ſuum comitatum, ſed ait illi, ut dicitur in Textu: *Vade in domum tuam ad tuos, & nuntia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus eſt tui. Et abiit homo, & cœpit prædicare in Decapoli quanta ſibi feciſſet Jeſus, & mirabantur omnes*; In quo duo conſideranda ſunt. Primò humilitas Chriſti Domini, ac hominis ſanati obedientia, & humilitas, ac modeſtia Chriſti D. maximè nitet; non enim ait, ut notant Theophylactus, & Euthymius; quanta ego tibi fecerim, ſed *quanta tibi Dominus fecerit*; ſeu ut ſcribit D. Lucas 8. n. 40. *Quanta tibi Deus fecerit*; Omnia ſua ad patrem referens, eumque recognoſcens authorem omnium bonorum, & hominis obedientia, qui audito Chriſti verbo. *Vade in domum tuam ad tuos, & nuntia illis*; nullâ interpoſita morâ, nullo dato verbo, quamvis vellet Chriſto adhærere, imperata exequitur, mirabilia Chriſti Jeſu prædicans; & non ait: Quanta fecerit illi Deus, nec Dominus; ſed *quanta illi fecerit Jeſus*; Divina gratia illuſtratus, recognoſcens Jeſum, ut verum Deum, ac Dominum, ut eximium, ac magnum benefactorem ſuum.

*Sũma Chriſti modeſtia omnia refert ad Patrem.*

Theophyl. Euthym. D. Luc. 8.

*Hominis obedientiam nil reſpondet.*

Quæſtio præſens eſt; Quare Chriſtus D. ſolet aliis, quibus miracula faciebat, ſilentium commendere, ut patet ex hoc c. 5. Marc. n. 43. reſuſcitatâ puellâ; & Matth. 9. n. 4. & cap. 9. n. 30. & multis aliis in locis, huic tamen homini ſanato, & curato à Diabolo, præcipit, *ut ad ſuos vadat, nuntia illis quanta tibi Dominus fecerit & miſertus ſit tui?*

9. *Difficultas quæſtionis.* Matth. 5. Matth. 9.

10. Reſpondeo primò: Chriſtus ſæpè præcipiebat ſua miracula ſub ſilentio teneri ob multas rationes, quas citatis locis dedit, ac maximè ut invidiam, ac odium Phariſæorum evitaret, cùm in Decapoli regione trans Jordanem, non eſſent tales odio, ac invidiâ affecti, conveniens erat, miracula publicare ad ſalutem, ac fidem illorum hominum, nam etſi multoties præclara humilitas magna opera ſilentio abſcondit; tamen ſæpè charitas ob bonum proximorum, ut evulgentur, illa poſtulat. Sic ait Chriſtus D. Matth. 5. n. 16. *Sic lucaet lux veſtra coram hominibus ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.*

*Tacenda Magnalia ne invidia excitetur.*

Matth. 5.

11. Secundò; ut dixi ſuperiori quæſtione nu. 2. Chriſtus D. volebat omnibus proficere, ipſe tranſibat in patriam ſuam ac Judæam, ergo ordinavit, ac diſpoſuit ut iſte homo ſanatus maneret trans Jordanem, ut illos populos in fide Chriſti illuminaret; & maximè quia Decapolis civitas vicina eſt Tiriis, & Sidoniis, ut patet ex deſcriptione terræ ſanctæ, ut ita illi populi gentiles paulatim allicerentur, ac diſponerentur ad fidem; inde mandat prædicari miraculum à ſe factum.

*Paulatim diſponantur homines ad fidem.*

12. Tertio quantum capio ex omnibus quos Chriſtus D. corporaliter ſanavit, hic peculiariter voluit Chriſto D. adhærere, & ab eo non diſcedere, cæpit illum deprecari, *ut eſſet cum illo*; quod Chriſtus non admiſit, ſed mandat illi ut tendat in patriam ſuam; *Annuntia omnibus, quanta tibi fecerit Deus*; & qui tam benevolum, ac pium erga ſuum benefactorem habuit affectum, recognoſcens ejus excellentiam, hunc peculiariter eligit, ac conſtituit Chriſtus ſuorum magnalium annunciatorem, ac prædicatorem; qui enim tam generoſum animum ex gratitudine habuit erga ſuum benefactorem, ut inſeparabiliter ei adhæreret

*Grato homini multa & magna committenda.*

contemnens ejus adverſarios, etiam eadem generoſitate omnia contraria parvi penderet, ut ejus excellentias evulgaret, ac diceret.

13. Valde curioſè inquirendum eſt, quantùm noſtra fragilitas permittit. Cur divina Sapientia tam largiter omnia ferè ſublimia, & alta
D. Gregor. myſteria Davidi communicaverit ſuper omnes
Pſalm. 118. propheras, ut probat D. Gregor. homil. 16. in Ezechiel. ex illo Pſalm. 118. n. 99. *Super docentes me intellexi*: & iterum ibi: *ſuper ſenes intellexi*: De quo multa dicit D. Niſſen. oration.
D. Auguſt. D. Anſelm. de Aſcenſ. Domini D. Auguſtin. lib. 17. cap. ... & alii Patres, & Expoſitores. Lorin. in præfatione Capitis. Quod exinde oſtenditur, quòd ad omnia divina myſteria celebranda utitur Eccleſia Pſalmis Davidis; ex ipſis Antiphonas depromit ad talia ſolemnia peragenda: ait
Philaſt. Philaſter. lib. de Hæret. hæreſ. 74. *Sicut ſanctis aliis diverſam tribuit Chriſtus Dominus gratiam. ita majorem huic* ſcilicet Davidi, *conceſſit*
Actor. 38. *ſcientiam: Dicente Domino: dabo vobis ſancta David fidelia.* Actor. 13. n. 34. & unde illi tanta ſcientia? ſi bene ſcriptura expendatur, invenietur, quòd David ſuper omnes prophetas ſe gratiſſimum exhibuit Deo pro beneficiis acceptis, denudans ſe ab exterioribus, ac regalibus indumentis, pſallens, & cantans in omnium conſpectu coram Domini arcâ, ſicut ipſe dixit inſultanti Michol. 2. Reg. 6. n. 20. *Ante Dominum, qui elegit me potiùs, quàm patrem tuum, & præcepit mihi, ut eſſem dux ſuper populum* 2. Reg. 6.
*Domini in Iſraël, & ludens & vilior fiam, plusquam factus ſum.* Quod ad ejus eximiam Ab lenſ.
gratitudinem refert Abulenſis ibid q. 23 & ait *Voluit David illud impendere ſpecialiter in recognitionem beneficii regni ſuſcepti.* Et qui tam generoſo animo beneficia ſuſcepta non recondit, ſed patenter manifeſtat, iſte deſignatur, ac eligitur ad Domini Magnalia decantanda, ac propalanda; qui enim ex magno amoris affectu fertur in ſuum benefactorum ad illius benignitatem proclamandam, etiam omnimodo intendit illius excellentiam ſublimare ac omnibus intimare, ac evulgare. *Davidi maximè grato ſuper omnia ſublimia myſteria revelantur.*

# CAPUT VI.

1. ET egreſſus inde, abiit in patriã ſuam: & ſequebatur eum diſcipuli ſui. 2. Et
facto ſabbatho cœpit in Synagoga docere, & multi audientes admira-
bantur in doctrinâ ejus: dicentes: unde huic hæc omnia? & quæ eſt
ſapientia quæ data eſt illi, & virtutes tales quæ per manus ejus efficiun-
tur? 3. Nonne hic eſt faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Joſeph, & Iudæ, & Simo-
nis? Nonne & ſorores ejus hîc nobiſcum ſunt? Et ſcandalizabantur in illo. 4. Et
dicebat illis Ieſus: Quia non eſt Propheta ſine honore, niſi in patriâ ſuâ, & in domo
ſuâ, & in cognatione ſua. 5 Et non poterat ibi virtutem ullam facere; niſi paucos in-
firmos impoſitis manibus curavit. 6. Et mirabatur propter incredulitatem eorum, &
circuibat caſtella in circuitu docens. 7. Et vocavit duodecim: & cœpit eos mittere
binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum. 8. Et præcepit eis ne quid
tollerent in via, niſi virgam tantùm, non peram, non panem, neque in zona æs. 9. Sed
calceatos ſandaliis: & ne induerentur duabus tunicis. 10. Et dicebat, eis quocumque
introieritis in domum: illic manete, donec exeatis inde. 11. Et quicunque non rece-
perint vos, nec audierint vos: exeuntes inde excutite pulverem de pedibus veſtris in
teſtimonium illis. 12. Et exeuntes prædicabant, ut pœnitentiam agerent: 13. Et dæ-
monia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabant. 14. Et audivit
Rex Herodes (manifeſtum enim factum eſt nomen ejus) & dicebat, Quia Ioannes
Baptiſta reſurrexit à mortuis & propterea virtutes operantur in illo. 15. Alii autem
dicebant: Quia Elias eſt. Alii verò dicebant, quia propheta eſt, quaſi unus ex prophe-
tis. 16. Quo audito, Herodes ait. Quem ego decollavi Ioannem, hic à mortuis re-
ſurrexit. 17. Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carce-
re propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam. 18. Dicebat
enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. 19. Herodias autem
inſidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat. 20. Herodes enim metuebat
Ioannem, ſciens eum virum juſtum, & ſanctum: & cuſtodiebat eum, & audito eo
multa faciebat, & libenter eum audiebat. 21. Et cum dies opportunus accidiſſet, He-
rodes natalis ſui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. 22. Cúm-
que introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulque re-
cumbentibus, Rex ait puellæ; Pete à me, quod vis, & dabo tibi. 23. Et juravit illi:
quia quidquid petieris dabo tibi, licèt dimidium regni mei. 24. Quæ cùm exiiſſet,
dixit matri ſuæ, quid petam? At illa dixit. Caput Ioannis Baptiſtæ. 25. Cúmque in-
troiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem, petivit dicens: Volo ut protinus des mihi
in



in diſco caput Joannis Baptiſtæ. 26 Et contriſtatus eſt Rex propter jusjurandum, &
propter ſimul diſcumbentes, noluit eam contriſtare. 27. Sed miſſo ſpiculatore, præ-
cepit afferri caput ejus in diſco, & decollavit eum in carcere. 28. Et attulit caput ejus
in diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. 29. Quo audito, diſcipuli
ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus: & poſuerunt illud in monumento. 30. Et
convenientes Apoſtoli ad Jeſum, renuntiaverunt ei omnia qui egerant, & docue-
rant. 31. Et ait illis: Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillùm:
Erant enim qui veniebant, & redibant multi, & nec ſpatium manducandi habebant.
32. Et aſcendentes in navim, abierunt in deſertum locum ſeorſum. 33 Et viderunt
eos abeuntes, & cognoverunt multi: & pedeſtres de omnibus civitatibus concur-
rerunt illuc, & prævenerunt eos. 34. Et exiens vidit turbam multam Jeſus: & mi-
ſertus eſt ſuper eos, quia erant ſicut oves non habentes paſtorem, & cœpit illos doce-
re multa. 35. Et cùm jam hora multa fieret, acceſſerunt diſcipuli ejus, dicentes: De-
ſertus eſt locus hic, & jam hora præteriit. 36. Dimitte illos, ut euntes in proximas vil-
las, & vicos, emant ſibi cibos, quos manducent. 37. Et reſpondens ait illis: date illis
vos manducare. Et dixerunt ei euntes, emamus ducentis denariis panes: & dabi-
mus illis manducare. 38. Et dicit eis: Quot panes habetis? ite, & videte. Et cùm
cognoviſſent, dicunt: Quinque, & duos piſces. 39. Et præcepit illis ut accumbere fa-
cerent omnes ſecundùm conturbernia ſuper viride fœnum. 40. Et diſcubuerunt in
partes per centenos, & quinquagenos. 41. Et acceptis quinque panibus, & duobus
piſcibus, intuens in cœlum benedixit, & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis, ut po-
nerent ante eos: & duos piſces diviſit omnibus. 42. Et manducaverunt omnes & ſatu-
rati ſunt 43. Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos &
de piſcibus. 44. Erant autem qui manducaverunt quinque millia virorum. 45. Et
ſtatim coëgit diſcipulos ſuos aſcendere navim, ut præcederent eum trans fretum ad
Bethſaidam, dum ipſe dimitteret populum. 46 Et cùm dimiſiſſet eos, abiit in
montem orare. 47. Et cùm ſerò eſſet, erat navis in medio mari & ipſe ſolus in ter-
ra. 48. Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) &
circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſupra mare: Et volebat præte-
rire eos. 49. At illi ut viderunt eum ambulantem ſupra mare putaverunt Phantaſma
eſſe, & exclamaverunt. 50. Omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt. Et ſtatim
locutus eſt cum eis, & dixit eis: Confidite, ego ſum: nolite timere. 51. Et aſcendit
ad illos in navim & ceſſavit ventus. Et plus magis intra ſe ſtupebant. 52. Non enim
intellexerunt de panibus, erat enim cor eorum obcæcatum. 53. Et cùm transfre-
taſſent, venerunt in terram Geneſareth: & applicuerunt. 54 Cumque egreſſi eſſent
de navi, continuò cognoverunt eum. Et percurrentes univerſam regionem illam
cœperunt in grabatis eos qui ſe malè habebant circumferre, ubi audiebant eum eſſe.
56. Et quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut civitates in plateis ponebant
infirmos, & deprecabantur eum, ut vel fimbriam veſtimenti ejus tangerent, & quot-
quot tangebant eum, ſalvi fiebant.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Venit Jeſus in patriam ſuam, Nazareni Jeſum prædicantem ſpernunt, quaſi civem ſuum, & fabri filium, Explicavi to. 3. cap 30.

*Secundò, Verſ.* 4. Docet non eſſe Prophetam ſine honore, niſi in patriâ ſuâ. Expendi t. 3. cap. 31.

*Tertiò, Verſ.* 7. Jeſus Apoſtolos mittit binos ad prædicandum, datâ eis poteſtate curandi morbos, dæmoneſque ejiciendi. Expendi to. 3 cap. 7.

*Quartò, Verſ.* 12. Deſcribit Evangeliſta quomodo Apoſtoli ejiciebant dæmonia, & oleo ungebant infirmos, qui ſanabantur; quod modò hîc eſt explicandum.

*Quintò, Verſ.* 17. Herodes incarceravit Joannem Baptiſtam, & libenter eum audiebat, licet Joannes graviter eũ reprehenderet: *Non licet tibi*, &c. Quod explicavi tom. 2. cap. 4.

*Sextò, Verſ.* 21. Herodes in die Natalis ſui occidit Baptiſtam; Quod explicavi to. 3. & de hoc aliquid hîc dicendum,

*Septimò*

*Septimò Verſ.* 30. Redeunt diſcipuli ad Chriſtum annunciantes, quæ fecerunt, de quo dixi tom. 3. cap. 19.

*Octavo Verſ.* 35. Quinque panibus ſatiat quinque millia hominum: Explicavi t. 3. c. 33.

*Nonò Verſ.* 47. Venit ad diſcipulos ambulans ſuper mare, & tempeſtatem tranquillat, multoſque ſanat tom. 3. cap. 34.

cina tom. 1. diſp. 3. q. unicâ puncto 1. num. 5. ſic &
Sacramentum matrimonii inſinuatum fuit cùm
Chriſtus in nuptiis Cana Galilææ adeſt, inſtitu- Bonacin.
rum Matth. 19. n. 6. cùm dixit, *Quos Deus conjun-* Sanch.
*xit homo non ſeparet.* Ita Sanchez lib. 2. de Ma-
trimonio, diſp. 4. Rebellus lib. 2. quæſt. 3. n. 10. & Rebellus.
ſic de aliis multis.

Cur verò ſacri Apoſtoli potius oleo, quam 4.
vino utebantur? Rationem aſſignat Victor An- Vict. Ant.
tioch. in præſenti, & ait: *Oleum inter alia, & la-*
*borum moleſtiam mitigat, lumen fovet, & hilari*
*tatem conciliat.* Ita ferè ſimiliter Theophylact. & Theophil. lact.
Euthymius. Oleum ergo in hac unctione, Dei Euthym.
miſericordiam, & corporis ſanitatem, ac cordis
illuminationem conferebat.

---

Unctio Olei Apoſtolorum.

## QUÆSTIO. I.

*An hæc unctio olei exhibita ab Apoſtolis, in hac miſſione, fuerit Sacramentum?*

7.
Euthym. AFFIRMATIVAM partem videtur te-
nere Euthymius, dum dicit, hane un-
Jacobus. ctionem eſſe illam de quâ Jacobus Apoſtolus
loquitur in ſuâ Canonicâ cap. 5. num. 14. Jaco-
bus autem ibi loquitur de Sacramento Extre-
mæ Unctionis: ergo hæc Unctio Sacramen-
Theophyl. tum erat, eodem modo loquuntur hîc Theo-
Beda. phylactus, Beda, Dyonyſius Carthuſian. in eâ-
Carthuſian. demque ſententiâ ſunt Caſtro de Hæreſi. Et
Caſtro Maldon. hîc Maldonatus.

2 Simpliciter dicendum eſt Sacramentum Ex.
*Vera ſententia* tremæ Unctionis hîc tantùm fuiſſe inſinuatum:
Trident. ſic expreſſè docet Concilium Tridentinum
ſeſſ. 14. cap. 2. de Extrema unctione. Ubi ait:
*Eſt Sacramentum novi teſtamenti, à Chriſto Do-*
*mino noſtro apud Marcum quidem inſinuatum,*
*per Jacobum autem Apoſtolum fidelibus com-*
*mendatum, ac promulgatum.* Erat ergo non Sa-
cramentum Unctio illa, ſed quædam ſacramen-
ti inſinuatio, ac typus, per quam donum mira-
culorum exercebatur ab Apoſtolis per virtu-
tem acceptam à Chriſto ad confirmandam
prædicationem Evangelicam. Sicut ita docet
Bellarm. Bellarminus, Toletus in Lucam, Janſen. hic
Tolet. & alii multi, quos citant; ac ſequuntur Sayrus
Janſen. de Sacramentis in genere lib. 2. cap 2. quæſt. 2.
Say. art. 2. Verſ. de Sacramento. Vaſquez in 3. part.
Vaſq. tom. 2. diſput. 13. num. 3. Reginaldus libr. 28.
Regin. n. 46.

3. Confirmatur: Quia Chriſtus D. paulatim
diſponebat res ad ſua magna, & alta Sacra-
menta, Joannis Baptiſmus non fuit ſacra-
mentum, ſed typus, præludium, ac inſinuatio
Baptiſmi mox inſtituendi à Chriſto: Sic & Sa-
cramentum Confirmationis fuit inſinuatum,
quando Chriſtus D. ſuper parvulos impoſuit
Matth 19. manus Matth. 19. n. 15. inſtitutum, ac com-
Joan. 20. pletum ſecundùm ſuam formam Joan. 20.
num. 21. cum Chriſtus D. dedit Apoſtolis ple-
Henriq. nariam poteſtatem ſacerdotalem, ac Epiſco-
Pitegan. palem. Ita Henriquez lib. 3 cap. 5. num. 5. Pite-
Carthol. ganus, Bartholomæus ab Angelo, Coninchus,
Boninch. Ledeſma & alii, quos citat, ac ſequitur Bona-
Ledeſm.

Baptiſtæ Mors.

## QUÆSTIO II.

*Quare in feſtivo die natalis Herodis tam impudicè mulier petit caput Ioannis Baptiſtæ in diſco.*

QUomodo Herodes incarceravit Joannem, 5.
quem libenter audiebat, quamvis ab eo Textus.
reprehenderetur: *Non licet tibi habere uxorem*
*fratris tui:* Explicavi jam tom. 2. c. 4. & quomo-
do etiam Herodes ad petitionem impudicæ
mulieris eum præcepit in carcere decollare;
dixi latè tom. 3. cap. 30. per multas quæſtiones.
Nunc uberioris doctrinæ gratiâ adde, ait Tex-
tus: *Cum dies opportunus accidiſſet, Herodes*
*in natali ſuo fecit cœnam, cúmque introiſſet filia*
*ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, ac placuiſſet He-*
*rodi, ſimulque diſcumbentibus, ait Rex puellæ,*
*pete a me, quid vis, & dabo tibi, & juravit illi,*
*licet dimidium regni petieris:* quæ ex inſinua-
tione matris ait: *Volo ut protinus des mihi in*
*diſco Caput Joannis Baptiſtæ.*

Illud imprimis obſervandum, quòd quan- 6.
tùm conſtat ex ſcriptura ſolùm invenimus Geneſ. 40.
Pharaonem. Gen. 40. n. 20. & Herodem in
præſenti, diem natalis ſui feſtivè celebraſſe;
uterque tamen ipſum diem natalitium morte,
ac ſanguine fœdaſſe; Pharao piſtorum magi-
ſtro ſuſpenſo; Herodes Joanne Baptiſta de-
collato. Pro quâ re audiendus eſt Origenes
Homil. 8. in Leviticum, & ait: *Soli peccatores* Origenes.
*ſuper hujuſmodi ſua nativitate lætantur. Inveni-*
*mus enim in veteri teſtamento Pharaonem re-*
*gem Ægypti diem natalis ſui cum feſtivitate ce-*
*lebraſſe. In novo vero teſtamento Herodem;*
*Uterque tamen eorum, ipſam feſtivitatem natalis*
*ſui perfuſo ſanguine cruentavit. Ille enim piſto-*
*rum præpoſitum: hic Sanctum Prophetam ob-*
*truncavit in carcere:* Peccatores celebrant diem
natalitium ſuum, tanquam ſi ſemper naſcantur;
tamen Divinâ Providentiâ, morte, ac ſangui-
ne fuſo cruentatur ut exiſtiment ſe naſci, ut *Feſtivus natalitius dies*
moriantur, ut ita ex mortuâ mortalitatis me- *cum memoria mortis*
moriantur, ut ita ex mortuâ mortalitatis me- *celebrandus.*
moria reſuſcitentur, uti hoc pacto ex futurâ
morte meditata in æternum vivant: ille, qui
totus deditus erat quaſi mortalitate exemptus
in principio vitæ ſuæ ad moris conſideratio-
nem revertatur.

Secundò



7. Secundò, ait Textus: *Cùm introiſſet filia ip-*
*Mulier mala ſemper viris lethalis.* *ſius Herodiadis:* Intrat ſaltans puella multâ
feſtivitate, multoque gaudio, quid inde eſt ſecu-
tura Baptiſtæ mors? ſi illa furibanda, ac mina-
rum ſpirans ingreſſa eſſet, quid aliud peſti-
ferum futurum; omne illud, quod à muliere ve-
nit ſive blandiente, ſive ſæviente ore veno-
ſum, ac mortiferum eſt viro. D. Fulgentius
D. Fulgenti in Decollation. Joan. ait: *Quocunque pacto per-*
*ſequitur mulier: ſi placeat jugulat: ſi diſpliceat*
*diſcruciat:* per omnia mulier ſemper eſt noci-
va viro, ſi placet, jugulat Baptiſtam; ſi diſpli-
ceat omni machinatione, ac molimine diſcur-
ſat, dilacerat, ac in fruſta cædit, ut impia Jeſa-
bel ſanctum virum Naboth, quia poſtulatum
de vinea ſua non placebat ei. 3. Reg. 21. n. 10.
Eccleſ. 25. Unde ait Eccleſiaſt. 25. n. 23. *Commorari leoni,*
*& draconi placebit, quam habitare cum mulie-*
*re nequam:* pro quo audiendus eſt D. Chryſo-
D Chryſoſt ſtomus Orat. in decollatione Baptiſtæ apud
Metaphraſtem. Fera eſt mulier nequam, quæ
Metaphra. non poteſt cicurari. Scio aſpides blanditiis
manſuefieri, leones & tigres, & pardos circuros
fieri, & mites. Mulier autem mala, ſi afficiatur
contumeliâ inſanit; adulatione autem, & blan-
ditiis inſoleſcit.

Tertiò ait nefanda, & execranda ſaltatrix:
8. *Volo, ut des mihi caput Joannis Baptiſtæ.* In
D. Baſil Sel. virum ſanctum, & juſtum armabatur feralis
mulier: pro quo accipe D. Baſilium Seleuc.
orat. 12. ait: *Herodiadis tripudium mihi hodie*
*intonat Evangeliorum vox, & atheam mulierum*
*Qui ſine Deo vivit juſtum, ac proximum perſequitur.* *illarum publicitùs pendit inſaniam.* Atheus ille
dicitur, qui non habet Deum; ut inde depre-
hendatur, quod optimè dicatur *athea* iſtarum
mulierum inſania, quæ in virum juſtum arma-
batur, quæ à ſolis illis provenire poterant, qui
ſine Deo, ſineque illius timore vivebant, ut in
Pſalm. 53 alios tot injurias, ac mala machinarentur. Dice-
bat Regius Vates Pſal. 53. n. 5. *Alieni inſurrexe-*
*runt adversùm me, & fortes quæſierunt animam*
*meam & non propoſuerunt Deum ante conſpe-*
*ctum ſuum.* Unde venit, quod fortes, & poten-
tes conſpirati armarentur contra Davidem, ju-
ſtum, ac proximum ſuum: *quia non propoſue-*
Theodoret. *runt Deum ante conſpectum ſuum:* Theodore-
tus ibi ait: *Hæc contra me audent, quia tuam*
*providentiam ignorant.*

9. Quartò ait Nefanda tripudiatrix: *Volo ut*
*protinus des mihi caput Joannis Baptiſtæ:* Hæc
eſt juris forma, hæc legum poteſtas: hæc tota
D Chryſoſt ferendæ ſententiæ ratio, *Volo:* Cur nullam pe-
titionis cauſam aſſignat? bene docet D. Chry-
ſoſtom. homil. 49. *Quippe nulla afferri poterat:*
Regum voluntas jus eſt, & ubi voluptas domi-
Gen. 40. natur, omnis juris vim obtinet. Geneſ. 40. n. 1.
refertur: *Accidit, ut peccarent duo Eunuchi:*
Quod autem hoc peccatum fuerit, non expri-
mitur: forſitan nullum aliud, niſi quòd volun-
tas Pharaonis fabricavit: diſplicentiaque illius
D. Ambroſ. erga eos. Ex quo aulicos de levitate ſuæ fortu-
*Aulici ſibi timeant, regum voluntas varia.* næ monet D. Ambroſius lib. de Joſeph. cap. 6.
dicens. *Exemplo cæteris eſſe debent, quòd in re-*
*gia voluntate ſpes omnis ſit, quibus levis offenſa*
Geneſ. 40 *ſummum ſit periculum.* Deinde conſidera: Rex
ipſe Pharao abſolvit Pincernam, & damnat
Piſtorem cap. 41. n. 21. *Reſtituitque alterum*
*Voluntas regum jus legum eſt.* *in locum ſuum, alterum ſuſpendit in patibulo:*
Ubinam eſt ſermo juris? Quænam acta pro-
feruntur? ubinam ſunt placita judicum; nam
uterque Reus erat, *Accedit, quòd peccaverint* Oleaſter.
*duo Eunuchi:* Unde ergo iſti aliam, & aliam
ſortem pertulerunt: Oleaſter ait: *& Varia & in-*
*juſta res eſt animus principis, ut pro re minima*
*hominem ſummè evehat, & pro nihilo deprimat:*
Regum enim voluntas, legum poteſtas eſt, ut
beneplacitum ejus totum dicendi jus. 10.

Ioas auguratus rex communi ritu: ut dicitur 2. Paral. 23.
2. Paralipomen. cap. 23. n. 11. *impoſuerunt ei*
*diadema, & teſtimonium, dederuntque in manu*
*ejus tenendam legem:* Ritus ſolemnis erat, ait Lyran.
Lyran. ibi, ut Hebræus princeps uno, eodem-
que die, & ſimul una manu ſceptrum caperet,
& altera legis breviarium: *Ut illius nonnunquam*
*obliviſceretur:* Hoc alto conſilio diſpoſitum *Rex ducatur*
eſt à Deo, ut ſciat Princeps ſibi ſceptrum dari, *lege non vo-*
non ut pro voluntatis ductu, ſed pro legis di- *luntate.*
ctamine regeret. Appoſitè Laudunenſis: *Lex*
*in manu, ne ad voluntatem ſuam faciat:* le- Laudun.
gem ergo Princeps manu teneat, ut frænum
voluntas excipiat, ne totus ordo invertatur, ut
malos, tanquam bonos, & bonos, tanquam
malos appendat. Seneca 1. de Ira, cap. 9. ait. Seneca.
*Affectus, tam malos rerum miniſtros quam duces*
*eſſe facit.*

---

## QUÆSTIO. III.

*Quare execrabilis mulier, non petit Joannis caput in ferrea cuſpide, vel lancea, ſed in aureo diſco?*

AIt ipſa ad Tyrannum Herodem: *Da mihi* 11.
*in diſco caput Joannis Baptiſtæ? non* ut
rapterur fune, vel ferrea lancea, ſed in diſco. D. Chryſol.
Hanc quæſtionem excitavi citato cap. 32. q. 8. *Joannes etiam*
& 9. & ibi. 1. 57. Dixi ex D. Chryſol. ſerm. 174. *à ſuis ini-*
ubi ait: *Cur in diſco, cur pretioſè geſtat, quem* *micis veneratur.*
*viliter occidis? Hoc ipſum, quod non vis, non agis;*
*quomodo ipſa, quia agit te ſuperna ratio, aliter*
*quam vis: rabies tunc fera pactum ſuum credi-*
*dit, cum caput martyris vidit, Joannes venit*
*in ſublimi poſitus, ut lucerna ſuper candelabrum,*
*tenebras fugaret:* rabidiſſima fœmina adhuc
honorificè multo decore tractat Joannem, & ſi
rabies fœminea voluit deprimere, ſed non
potuit, quem extollebat ſanctitas vitæ.

Hoc habet ſanctitas, quòd etiam à ſuis per- 12.
ſecutoribus extorquet reverentiam, ac venera-
tionem, Ait Michæas Propheta cap. 5. num. 7. Mich. 5.
*Erunt reliquiæ Jacob in gentibus, in medio popu-*
*lorum multorum, & quaſi leo in jumentis ſylva-*
*rum, & quaſi catulus leonis in gregibus pecorum.*
In præſenti dicuntur viri pii Iſraëlitæ inter cæ-
teras contrarias nationes excarnificantes, ſicut
leo inter cætera animantia camporum; At
Chriſtus D. de ſuis electis Apoſtolis Matth. 10.
ait n. 16. *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio*
*luporum:* Quomodo poteſt conferri ovis inter *Sanctitas etiam à ſuis*
lupos, cum leone inter cætera pecora? lupi *inimicis habet gratiam,*
invadunt oves ad deglutiendum? pecora verò *& venerationem.*
venerantur leonem ut principem, ac regem; &
optimè ſanè omnia cohærent; qui ovis eſt Dei
etiam inter lupos ſuos adverſarios, veluti ut
leo inter animantia etiam ab eis ſive velint, ſive
nolint

nolint extorquent gratiam, & venerationem Noſter D. Cyrillus Alexand. ad citatum locum Michææ, ſic ait: *Reliquiæ igitur Jacob per fidem in Chriſtum ſalvati Evangelii præcones, ſacerdoteſque conſtituit; erant etiam ut catuli leonis in grege, generoſi nimirum contra inſurgentes; Dominus Jeſus dicebat*: Ego mitto vos ſicut oves in medio luporum; *eorum autem fortitudo corda oppugnantium eos confregit, multamque ipſis venerationem conciliavit*: Ecce præclara excellentia militum Chriſti, pergunt ut oves inter rabidas feras, ſuos nempe, contrarios, qui eorum fortitudinem, ac patientiam admirati, eis etiam ſunt in reverentia, *Eorum autem fortitudo corda oppugnantium eos confregit, multamque ipſis venerationem conciliavit.*

*Joannes plus æſtimatur, quàm totum regnum.*

13. Tam publica, & nota erat ſanctitas Joannis, & in tanta veneratione habita, quod dum crudelis, ac nefanda mulier poſtulat ejus caput, non poſtulat illud fune raptatum; nec in lanceâ ferreâ, ſed in aureo diſco; & cùm ei data fuiſſet optio petendi quidquid *vellet, etiam dimidium regni*; nil poſtulat niſi caput Joannis; quod pluris æſtimandum erat, quàm totum regnum.

D. Chryſol.

14. Iterum redeant verba Chryſologi: *Joannes venit in ſublimi poſitus*: ſemper Joannes in ſublimi, & alto poſitus apparet; in feliciſſimo Reſurrectionis matutino ſanctæ mulieres obviam habentes Chriſtum Jeſum glorioſum *Illæ acceſſerunt, & tenuerunt pedes ejus*: Matth. 28. n. 9. Petrus cum naufragaret, ita ut cæpiſſet mergi, extendit illi Jeſus manum. Matth. 14. n. 3. Joannes Evangeliſta recubuit in cœna ſupra pectus Jeſu. Joan. 3. n. 23. At Baptiſta in Jordanis baptiſmo tangit *Dei* caput Matth. 3. n. 15. ſanctis mulieribus datur pedes tangere, Petro manum, Evangeliſtæ pectus, at Joanni Baptiſtæ ſupremum Dei verticem: mulieribus ſanctis conceduntur pedes procumbentibus, Petro manus dum ſubmergitur, Evangeliſtæ pectus cum inclinatur: At Baptiſtæ pedibus ſtanti, ac aquam effundenti, conceſſus eſt ſupremus Dei vertex, tam magnus coram Domino apparebat.

Matth. 28. Matth. 14. Joan. 13. Matth. 3. *Quæ Baptiſtæ ſunt valde ſublimia.*

15. Quæ Joannis Baptiſtæ ſunt, cæteris majora exiſtunt, ac reſplendent, facies Moyſis cornuta, reſplendens, apparebat. Exod. 34. n. 35. & ut multi volunt, inſtar Lunæ, ac ſtellarum facies verò Stephani veluti Angeli videbatur Actor. 6. num. 15. At Joannis Baptiſtæ vultus veluti quandam Divinitatis ſpeciem præ ſe ferebat. Canit Pater ejus Zacharias: *Tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini.* Luc. 1. n. 76. Circa quæ verba ſic ait Euſebius Cæſarienſ. de Demonſtratione Evang. lib 9. cap. 5. *Joannes Divinam quodammodo faciem præ ſe ferebat*: ſplendida pulchritudo Joannis cœleſtia quædam flagrat, in venuſtâ formâ, vel occultæ divinitatis notamenta, ac veſtigia relucent; in cæteris reſplendeant fulgores Lunæ, ac Stellarum, & Angelorum; at Joannes Baptiſta cæteris longè ſuperior *Divinam quodammodo faciem præ ſe ferebat.*

Exod. 34. Actor. 6. Luc. 1. Euſeb. Cæſ. *Baptiſta cæteros fulgore ſuperat.*

---

## QUÆSTIO IV.

### *Quare ob petitionem capitis Ioannis Baptiſtæ contriſtatur impius. Rex?*

16. *Textus.*

Udita petitione impiæ puellæ, ait Textus d. 26. *Contriſtatus eſt Rex propter jusjurandum, & propter diſcumbentes*: Quam difficultatem tractavi prædicto c. 32. quæſt. 10 & 11. Nunc verò majoris doctrinæ gratiâ adde.

17. D. Chryſoſt.

Primò. D. Chryſoſtom. homil. 14. ad Populum ſic ait: *Quod increpatio non fecit, hoc fecit juramentum: quod ira non potuit tyrannica: hoc perjurii neceſſitas effecit; & quando nempe omnibus publice audientibus arguebatur, increpationem generose tulit tyrannus: cum verò ſe in juramentorum neceſſitatem adegit, tunc illud beatum caput abſcidit*: Triſtatur Herodes propter jusjurandum, propter ſimul diſcumbentes, ne ut inconſtans notaretur, tamen prima triſtitiæ cauſa, extitit juramentum; quamvis enim Herodes eſſet nequiſſimus, Baptiſtam publicè eum arguentem tulit, nec irâ commotus contra eum aliquid auſus eſt: *Cùm verò ſe in juramentorum neceſſitatem adegit, tunc illud beatum caput abſcidit*: Falſo & iniquo animo tantam religionem erga juramentum oſtendit, ne illius violator haberetur, cum ad tale juramentum de re tam iniqua, & turpi nullo modo teneretur, ut dixi proximo citato loco.

*Falſa religione timet Herodes frãgere juramentum.*

18. Andr. Cæſ.

Secundò. *Contriſtatus eſt Rex, ſed noluit eam contriſtari*: *Herodes* nolebat Joannem morti tradere, tamen ne quid fieret contra impudicæ fœminæ voluntatem invitus concedit Rex. Optimè Andreas Cæſarienſ. orat. de Decollatione Baptiſtæ ſic ait ad Herodem. *Tu autem cum laſciviæ, tanquam cervi hinnulus, eſſes telis confoſſus, & tanquam volucris viſco implicatus, neque ut caprea ſervatus es ex retibus, neque ut avis liberatus es à laqueo ſed, tibi fuit laqueus mulieris ſaltatio, & fovea præceps furor ille, quo in eam fuiſti concitatus*: Comparat laſciviam cum viſco, vel laqueo animus affectus laſcivia *eſt tanquam volucris viſco implicatus*; vult ab ipsâ laſciviâ exire, ac ſe expedire, ſed tanquam volucris è viſco, ac laqueo retinetur; ita & ille à ſuâ turpitudine comprimitur, ut ab illâ valde difficiliter liberetur, ac exeat.

*A luxuria ſemel admiſſa difficiliter quilibet ſe expedit.*

19. Iſai. 13.

Ait Iſaias 13. n. 19. *Erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta in ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubvertit Dominus Sodomam.* Babylonia valde pulchra, & elegans plena divitiis, ac omnium rerum abundantia, quæ maxime ad laſciviam inſerviebant, confertur cum Sodomâ ſubversâ, cur non potiùs cum ipsâ florida, quæ valde perjucunda erat, & ideo ex omnibus terris eam elegit Lot. Geneſ. 13. num. 10: ſed cùm Sodoma ſubverſa? In loco in quo ipſa Sodoma extitit, ut teſtantur Joſephus, & alii Authores antiqui; eſt lacuna quædam proferens quoddam bitumen valde viſcoſum, ita ut qui illo implicatus fuerit, valde ægrè, ac difficulter ab eo ſe valeat expedire. Ecce quid pariunt monu-

Geneſ. 13. *A libidinoſa voluntate ægrè ſe expedit homo.* D. Aelred.



monumenta luxuriæ, viſcoſum voluptatum bitumen, ut ab illo valde difficile ſe valeat quiſquis emundare, ac expedire. D. Aelredus ſermon. . in Iſaïam, ait: *Meritò fœdum illud peccatum, fœdaque horrenda relinquit veſtigia ut advertant homines, quibus ſuppliciis ſubdantur, quos fumus excæcat, quos immunditiæ viſcus inſtar bituminis, æternis vinculis ligat, hic eſt finis deliciarum tuarum ô Babylon* . . . . A luxuriante Sodomâ bitumen prodit, quo homines polluti minimè ſe ab illo expediunt, ut inde diſcant homines, quo viſco in æternum ligantur.

D. Aelred.

20. *Similes cum ſimilibus.*

Tertiò: Tam impium, & crudele erat facinus, ut de ipſo Herodes triſtaretur, de eoque haberet horrorem, ſed mirum quòd cùm adeſſent invitati principes, tribuni, ac primi Galilææ, nullus eſſet, qui pro Joanne verba faceret, ac pro illo loqueretur, erant iſti invitati ab Herode cum eoque amicitiâ fœderati, indeque cum eo ſimiles in nequitia. Deinde quamvis Herodea triſtaretur, tamen totus erat propenſus ut impudicæ ſaltatricis petitioni ſatisfaceret, & cùm omnes eſſent ſub imperio iniqui Herodis, nullus auſus fuit ei reſiſtere, ſed omnes propenſiores ad tam turpiſſimum facinus, immò potiùs ut illud laudarent, ac approbarent, quamvis tota Reſpublica periret. Beda homiliâ de hac feſtivitate, ſic ait: *Indignum quidem Rex ſpectaculum præbuit, qui convocatis ad epulas principibus, tribunis, ac ducibus gentis, ſpectaculum, caput occiſi in diſco protulit, indigni æque convivæ, an potiùs invitatore ſuo condigni, è quibus nullus inventus eſt, qui ab adulteris juſtum, qui judicem à rei capite plecti vetaret, præſertim cum Rex coactum hoc ſe facere proteſtatur, ſi non ipſos quoque per ejuſdem ſceleris amor retineret*: Expende illud: *Invitatore ſuo condigni.*

*Aulici nu u Regis ad quodlibet facinus.* Beda.

21. Oſeas. 7. Septuagint.

Ait Oſeas cap. 7. num. 5. loquens de Rege Jeroboam: *Extendit manum ſuam cum illuſoribus*: Septuaginta legunt: *Extendit manum ſuam cum peſtilentibus.* Arabicus: *Extendit manum ſuam cum corruptione*: Chaldaïcus; *Attraxit ad manum ſuam turbam falſidicorum*; Ribeira, Mariana, & Cornelius. Sunt principes, aulici, ac Regis aſſeclæ, & hi tales ſunt ut turba falſidicorum, qui dum dicunt placentia Regi, ſunt regni ad corruptionem, illiuſque peſſimi peſtilentes, qui dum dicunt ea, quæ non conveniunt, ac decent, illudunt de bono communi; illudque dirâ peſte corrumpunt, ac depravant.

Arabicus. Chald. Ribeira. Cornel. Mariana *Audici peſtes regni dum regis voluntati ſerv unt.*

---

## QUÆSTIO V.

### *Quare ad petitionem impudicæ puellæ indilatè præcipit Herodes amputari Baptiſtæ caput?*

22. Andr. Cæſ.

Ut infamis puella poſtulat, *Da mihi in diſco caput Joannis*, ſtatim ſine ullâ cunctatione, ac abſque alioquo examine, vel conſideratione *miſſo ſpiculatore præcipit afferri caput in diſco*: quo facto Herodes ſe nec principem, nec regem oſtendit, ſed potiùs fatuum, & amentem. Andreas Cæſarienſ. de hoc feſto, ait; *adeo eras ineptus Herodes, adeo eras levis, & facilis, ut dimovereris à ſuſcepta cogitatione, neque eâ perſpiceres, id quod te non oportebat admittere circa examinationem; facilè enim abripi ad aſſentiendum, dico non eſſe regis judicium*; qui incautè, & ſine conſideratione judicium profert, in ſe regalem animum negat, qui maturè, & prudenter debet cuncta diſponere. Ait David Pſalm. 71. numer. 2. *Deus judicium tuum regi da*; Chaldaicus; *Deus ſententiam judiciorum tuorum regi da*; Eugubinus; *Deus dat judicium regi bono, iniquus verò ſibi arripit judicium*; Deus regi bono dat ſententiam judiciorum ſuorum, ut imitationem Dei cætera diſcutiat, & examinet, judicet, & ſententiam proferat; non verò ita iniqui judices ut Herodes, & Pilatus.



*Rex qui ſine conſideratione agit, indignus nomine Regis.* Pſalm. 71. Chald. Eugubin.

23. And. Cæſ.

Secundò, citatus Andræas Cæſarienſ. ſerm. de Decollatione loquens ad Herodem ſic ait: *Si quod ex tuis malis erat occultum, id adverſùm te manifeſtum reddidiſti, cœlo aperiens flagitium, cujus arguebaris; tu igitur dum cædem facis, argueris libidinis*; Etſi uſque modo in tam ferventi Herodis libidine, crudelitas erat occulta, dum Baptiſtam decollari præcipit, fit cunctis nota, & manifeſta, ſemper enim laſcivia ſecum crudelitatem, ac impietatem involvit. D. Fulgentius in eodem feſto, de Herodiade caput Baptiſtæ petente, ſic ait: *producitur laſciva carnifex fœmina, molli progreſſu puella procedit, homicidium petitura, & adultero placitura*: ſic inter turpiter laſcivos juſtorum cædes apparent, ac cernuntur.

*A laſciviâ crudelitas procedit.* D. Fulgent.

24. D. Baſil. Sel.

Tertiò, D. Baſilius Seleucus homil. 18. ait *Neque tum capite vocem perdidiſti. Etiam poſt jugulationem ſuperſtes eſt tibi accuſator, plena criminum tuorum terra, audacium maria ipſa mirantur, cœlum ſupernè cùm Joanne vociferatur*; Tacebat in terrâ; & tamen Joannis decollatus injuriâ ſibi factâ ſupernè clamabat in cœlo, Ait Jeremias 31. numero 15. *Vox in excelſo audita eſt, luctus, & fletus Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper his, quia non ſunt*; Rachel multis ante ſæculis erat mortua; quomodo auditur vox ejus flentis, & plorantis? Conſidera, quod ait: *Vox in excelſo audita eſt*, non in terrâ, ubi juſtitia nullum habet locum, ſed *in excelſo*; hoc eſt, in cælo, quia licèt Rachel eſſet mortua, tamen injuſtitia, & iniquitas quæ habebat in filios ejus tanquam ingenti voce clamabant ad cœlum D. Chryſoſt. imperfect. homil. 2. in Matthæum, ait, *ideo dixit*; *Vox in excelſis audita eſt, quoniam de morte Innocentium mittebatur ad cœlum.*

Jerem. 31. *Injuria injuſtè illata fortiſſimè clamat in cœlum.* D. Chryſoſt.

25. Eccleſ. 35.

Quod comprobat ipſe imperfectus citatus ex illo, quod dicitur Eccleſ. 35. num. 18. *Nonne lachrymæ viduæ in maxillam deſcendunt; & exclamatio ejus ſuper deducentem eas? a maxilla enim aſcendunt uſque ad cœlum, & Dominus exauditor delectabitur in illis*; Lachrymæ plorantis, & afflictæ viduæ, videntur in terram deſcendere, & tamen eorum vox ut validiſſima, & fortiſſima, cœlos penetrat; & Deus earum eſt exauditor, Citatus Imperf. *Sic & pauper quando violentiam patitur à potente, etiam non eſt auſus vociferari, ſed latenter lachrymatur, tacitus clamor ejus in excelſo auditur.* Nulla vox velocius, ac efficaciùs ac cœlum aſcendit, quàm injuria pauperis afflicti, ac anguſtiati, etiamſi lingua taceat, & obmuteſcat. Ad hunc ſenſum explicat D. Hieronymus in Pſalm. 5. illud Thren. 2. numer. 18. *Non taceat pupilla oculi mei*: Sic ait,

Imperfect. *Lachrymæ, & gemitus fortiùs clamant, quàm lingua.* Thren. 2.

Sanctus Doctor : *Videte quid dicat, non taceat pupilla oculi mei, & aliquando pupilla oculi clamat ad Deum, utique ſi clamat lingua, clamat non pupilla oculi; ſed quomodo clamamus in cordibus noſtris, quando cum g m tu Deum deprecamur, ſic & quando lachryma ad Deum funduntur* : Taceat lingua, tamen pupilla fundens lachrymas ob injuriam ſibi factam fortiùs, & validiùs clamat, quàm lingua vociferans.

# CAPUT VII.

1. ET conveniunt ad eum Phariſæi, & quidam de Scribis, venientes ab Jeroſolymis. 2. Et cùm vidiſſent quoſdam ex diſcipulis ejus communibus manibus, id eſt, non lotis manducare panes, vituperaverunt. 3. Phariſæi enim, & omnes Judæi, niſi crebro laverint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum. 4. Et à foro, niſi baptizentur, non comedunt, & alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſervare, baptiſmata calicum, & urceorum, & æramentorum & lectorum. 5. Et interrogabant eum Phariſæi, & Scribæ, quare diſcipuli tui non ambulant juxta traditionem ſeniorum, ſed communibus manibus manducant panem? 6. At ille reſpondens, dixit eis; Bene prophetavit Iſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt: Populus hic labiis me honorat, cor autem eo um longe eſt à me. 7. In vanum autem me colunt docentes doctrinas, & præcepta hominum. 8. Relinquentes enim mandatum Dei tenetis traditionem hominum, baptiſmata urceorum, & calicum, & alia ſimilia his facitis multa. 9 Et dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum Dei, ut traditionem veſtram ſervetis. 10. Moyſes enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem tuam: & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. 11. Vos autem dicitis, ſi dixerit homo Patri, & Matri, Corban, (quod eſt donum) quodcunque ex me tibi profuerit. 12. Et ultra non dimittitis eum quicquam facere patri ſuo, aut matri. 13. Reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram: quam tradidiſtis, & ſimilia hujuſmodi multa facitis. 14. Et advocans iterum turbam dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite. 15. Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eum coinquinare: ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ communicant hominem. 16. Si quis habet aures audiendi, audiat. 17. Et cùm introiſſet in domum à turba, interrogabant eum diſcipuli ejus parabolam. 18. Et ait illis: ſic & vos imprudentes eſtis? non intelligitis, quia omne extrinſecus introiens in hominem, non poteſt eum communicare? 19. Quia non intrat in cor ejus, ſed in ventrem vadit, & in ſeceſſum exiit, purgans omnes eſcas? Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem. 21. Ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia. 22. Furta, avaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia. 23. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & communicant hominem. 24. Et inde ſurgens abiit in fines Tyri, & Sydonis, & ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, & non potuit latere. 25. Mulier enim ſtatim ut audivit de eo, cujus filia habebat Spiritum immundum, intravit, & procidit ad pedes ejus. 26. Erat enim mulier gentilis; Syrophæniſſa genere. Et rogabat eum ut dæmonium ejiceret de filia ejus. 27. Qui dixit illi, ſine priùs ſaturari filios: non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. 28. At illa reſpondit, & dixit illi: utique Domine; nam & catelli comedunt ſub menſa de micis puerorum. 29, Et ait illi: Propter hunc ſermonem vade, exiit dæmonium à filia tua. 30. Et Et cùm abiiſſet domum ſuam, invenit puellam jacentem ſupra lectum, & dæmonium exiiſſe. 31. Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sydonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. 32. Et adducunt ei ſurdum & mutum: & deprecabantur eum ut imponat illi manum. 33. Et apprehendens eum de turbâ ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas ejus, & expuens, tetigit linguam ejus. 34. Et ſuſpiciens in cœlum ingemuit, & ait illi: Ephetha, quod eſt adaperire. 35. Et ſtatim apertæ ſunt aures ejus, & ſolutum eſt vinculum linguæ ejus & loquebatur rectè. 36. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant. 37. Et eò ampliùs admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

ARGV-



*ARGVMENTVM cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus phariſæorum criminationes, quòd Apoſtoli non lotis manibus manducent, in ipſos Phariſæos eorum criminibus objectis retorquet: Quod explicavi tom. 4. cap 3. & ſuprà Matt c. 15. q. 1. 2. & 3.

*Secundò, Verſ.* 24. Narrat Evangeliſta, quòd Chriſtus abiit in fines Tyri & Sydonis, & ingreſſus domum voluit latere, & non potuit, ſanat filiam Chananææ eamque à dæmonio liberat. Explicavi tom. 4. cap. 2. & ſupra Matth. 15. q. 14. 5. 6. ac 7.

*Tertiò, Verſ.* 31. Venit, ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos, ſurdo & muto auditum, & loquelam reſtituit. Explicavi tom. 4. cap, 3.

Quæ omnia explicavi citatis locis appoſitis, explicato Textu Marci.

# CAPUT VIII.

1. IN diebus illis iterùm cùm turba multa eſſet, nec haberent, quod manducarent: convocatis diſcipulis, ait illis. 2. Miſereor ſuper turbam. quia ecce jam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent 3. Et ſi dimiſero eos jejunos in domum ſuam, deficient in via: quidam enim ex eis de longè venerunt. 4. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui. Unde iſtos quis poterit hîc ſaturare panibus in ſolitudine? 5. Et interrogavit eos: quot panes habetis? qui dixerunt, ſeptem. 6. Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes, gratias agens, fregit, & dabat diſcipulis ſuis, ut apponerent, & appoſuerunt turbæ 7. Et habebant pi culos paucos. Et ipſos, benedixit, & juſſit apponi. 8. Et manducaverunt, & ſaturati ſunt: & ſuſtulerunt, quod ſuperaverat de fragmentis ſeptem ſportas. 9 Erant autem, qui manducaverant, quaſi quatuor millia: & dimiſit eos. 10. Et ſtatim aſcendens navim cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha. 11. Et exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum eo: quærentes ab illo ſignum de cœlo tentantes eum. 12. Et ingemiſcens Spiritu, ait: Quid generatio iſta ſignum quærit? Amen dico vobis ſi dabitur generationi iſti ſignum 13 Et dimittens eos, aſcendit iterum navim, & abiit transfretum. 14. Et obliti ſunt panes ſumere & niſi unum panem non habebant ſecum in navi. 15. Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & cavete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis. 16. Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: quia panes non habemus. 17. Quo cognito, ait illis Jeſus: Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoſcitis nec intelligitis: adhuc cæcatum habetis cor veſtrum? 18. Oculos habentes, non videtis? & aures habentes non auditis? nec recordamini. 19. Quando quinque panes fregit in quinque millia: quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? dicunt ei. Duodecim 20 Quando & ſeptem panes in quatuor millia, quod ſportas fragmentorum tuliſtis? & dicunt ei, ſeptem. 21. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis? 22. Et veniunt Bethſaidam: & adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret. 23. Et apprehenſâ manu cæci, eduxit eum extra vicum: Et expuens in oculos ejus impoſitis manibus ſuis interrogavit eum, ſi quid videret? 24. Et aſpiciens, ait: Video homines velut arbores, ambulantes. 25. Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos ejus & cœpit videre, & reſtitutus eſt: ita ut clarè videret omnia. 26. Et miſit illum in domum ſuam, dicens: Vade in domum tuam: etſi in vicum introieris. nemini dixeris. 27. Et egreſſus eſt Jeſus, & diſcipuli ejus in Caſtella Cæſaræ Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis: Quem me dicunt eſſe homines? 28. Qui reſponderunt illis, dicentes: Joannem Baptiſtam, alii Eliam, alii verò unum quaſi de prophetis. 29. Tunc dicit illis, vos verò, quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus ait ei: Tu es Chriſtus. 30. Et comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo. 31. Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, &

reprobari à ſenioribus, & à ſummis ſacerdotibus, & Scribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere. 32. Et palam verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. 33. Qui converſus, & videns diſcipulos ſuos comminatus eſt Petro, dicens: Vade retro me Satana, quoniam non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum. 34. Et convocatâ turbâ cum diſcipulis ſuis, dixit eis: Si quis vult me ſequi, deneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam & ſequatur me. 35. Qui enim voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, & Evangelium, ſalvam faciet eam. 36. Quid enim proderit homini, ſi lucretur mundum totum, & detrimentum animæ ſuæ faciat? 37. Aut quid dabit homo commutationis pro anima ſua? 38 Qui enim me confuſus fuerit, & verba mea in generatione iſtâ adulterâ, & peccatrice; & filius hominis confundetur cùm venerit in gloriâ Patris ſui cum Angelis ſanctis. Et dicebat illis; Amen dico vobis, quia ſunt quidam de hîc ſtantibus qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute.

*ARGUMENTUM cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus D. ſeptem panibus paſcit quatuor millia hominum Explicavi tomo 4. cap 4.

*Secundò, Verſ.* 15. Præcipit cavere à Phariſæorum fermento; de quo dixi ſup. Mat. 16. q. 1. & 2.

*Tertiò, Verſ.* 22. Curat cæcum; qui videbat homines ſicut arbores ambulantes, de quo in præſenti dicam.

*Quartò, Verſ.* 31. Prædicit ſuam paſſionem & mortem? Petrumque illi obſiſtentem, quaſi Satanam rejicit; quod explicavi tom 4. cap 6.

*Quintò, Verſ.* 34. Præcipit cuilibet tollere crucem ſuam, & animam ſalvam facere, & ſimul quod ſunt quidam de ſtantibus, quid non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis in gloria. Explicavi tom. 4. c. 7. & ſuprà. c. 16. Mat. q 6. & 7.

Quæ omnia explicavi citatis locis appoſito D. Marci.

***Cæcus videns homines ambulantes velut arbores.***

*Marc.* 8. *n.* 22. Et veniunt Bethſaïdam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum, ut tangeret illum.

*Num.* 23. Et apprehensâ manu cæci, eduxit eum extra vicum, & expuens in oculos ejus impoſitis manibus ſuis, interrogavit eum, ſi quid videret.

*VERSIONES.*

*Arabicus n.* 23. Obtulerunt ei cæcum.
*Syrus n.* 24. Eduxit eum extra pagum.
*Arabicus.* Interrogavit eum, quid vides?
*Perſicus.* Et ſalivæ ſuæ parum injecit.

*EXPOSITIO I.*

1\. Joan.

ET *venient Bethſaïdam*; quæ à Joanne 1. numero 44. dicitur civitas. Janſenius, Maldonatus aſſerunt vicum appellari, & verbo Græco, quod parvitatem ſignificat, quod parva eſſet civitas; vel dicendum appellari Bethſaïdam vicum hoc loco, quoniam vicus fuerat; civitatem verò a Joanne dici, quia ex vico in civitatem eſt mutata, ut teſtatur Joſephus libro 18. Antiquitatum caput 4. & ut ſcribunt D. Chryſoſtom. homil. 9 in Marcum. Et Brocardus 1. p. cap. 5. § 6. Patria fuit Petri, Andreæ, Philippi, Jacobi, & Joannis; & ideo ait Albertus Magnus; hîc ad honorem talis loci, qui tam illuſtres cives produxerat, voluit Dominus eum tam illuſtri miraculo decorare. *Adducunt ei cæcum*; quia cæcus non poterat venire, inde ab aliis adducitur; *& rogabant eum, ut illum tangeret*; Beda ait, *Scientes quia tactus Domini, ſicut leproſum mundare, ita etiam cæcos illuminare valeret.*

Græcus. Janſenius. Maldonat. Joſephus. D Chryſoſt. Brocard. Alb. Magn. *Locus ob ſuos cives honoratur.* Beda.

2\. *Et apprehensâ manu cæci eduxit eum extra vicum*; ſcilicet Bethſaidam; & licet Dominus voluerit illum locum honorare, ut pote patriam tantorum Apoſtolorum, ut modo eduxit cæcum extra oppidum? quia ut volunt Theophylactus, & Euthymius, habitatores illius erant indigni ob ſuam incredulitatem, ut tantum miraculum viderent, & aſpicerent; de quo quæſtione ſequenti; *& expuens in oculos ejus*; Non ſic intelligendum; quod ſalivam, ſeu ſputum miſerit in oculos ejus, ſed ſputum poſitum in digito admovit ad oculos ejus; Saliva non eſt naturalis medicina ad dandum viſum; at verò ſaliva Chriſti erat ſupernaturalis medicina, ut pote Divinitatis inſtrumentum, ut ait Albertus Magnus; moraliter Beda ait; Quòd Chriſti ſaliva ſignificat gratiam quæ per flatum Spiritus Sancti homines illuminat; Ita Comment. quod tribuitur Hieron. nam ſaliva cum flatu emittitur ex ore. *Interrogavit eum ſi quid videret*; Bene ſciebat Chriſtus

Theophil. Euthym. Albert. Beda. Comment. D. Hieron.



Chriſtus, quòd ipſe non bene videbat, ſed interrogat, ut fateatur imbecillitatem ſuam, ut cùm bene viderit magis agnoſcat magnitudinem miraculi.

QUÆSTIO I.

*Quare Chriſtus D. ad curandum hunc cæcum eduxit eum extra vicum?*

AIt Textus in præſenti: *apprehensâ manu cæci eduxit eum extra vicum.* Sicut etiam ſuprà cap. 7. n. 33. Mutum, & Surdum Dominus curaturus eduxit de turbâ, ſic & modo in præſenti. Reſpondeo primò: ut hominum plauſum vitaret, ſimulque ſuos doceret vanam gloriam eſſe fugiendam. Beda: *Exemplum ſuis tribuit, ne de his, quæ faciunt, mirandis; favorem vulgi requirant*: Secundò: quia cùm Chriſtus D. miracula operabatur, oculos in cœlum levabat Patrem exorans, ideo, à turbâ ſe ſeparabat, ut intentiùs remotis arbitris oraret.

3\. Text. *Vana gloria vitanda.* Beda. *Oratio in ſecreto.*

4\. Tertiò: etſi Dominus tanto miraculo voluerit locum illum honorare: ut patriam tantorum Apoſtolorum, ut dixi in Expoſitione. Tamen Bethſaïdæ, indigni erant hoc Chriſti miraculo, cum viſis tot ſignis in Chriſtum credere noluiſſent, ut ipſe Dominus eis exprobrat. Matth. 11. n. 21. *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaïda, quia ſi in Tiro, & Sidone* (gentilium civitates) *factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olìm in cilicio; & cinere pœnitentiam egiſſent*: Ita Euthym. & Theophyl. *Hæc quidem præcepit, quia infideles erant, ut dictum eſt, ne fortè ab eis in anima læderentur, & ipſi non credentes gravius crimen incurrerent.*

Matth 11. Euthym. Theophyl. *Beneficium non dare incredulis, ne peccatum aggravetur.*

5\. Quartò: Albert. Magnus. *Eduxit eum extra vicum, hoc eſt, remotio impedimenti curationis: quia in vico, in tumultu occaſionis peccatorum, hoc eſt in viis latis concupiſcentia ſponſa non invenit Deum*: Sed Paululum cum pertranſiſſem eos inveni, quem diligit anima mea. Cantic. 3. Bethſaïda omnium vitiorum turpitudine abundabat: ergo ut homo ſanetur ſeparandus eſt ab ipſâ occaſione, ac proclivitate peccatorum, quandiu enim homo in illâ eſt, veluti inſanabilis habetur. Sic ait Iſaias 43. n. 8. *Educ foras populum cæcum*: nempe à loco deliciarum ſuarum in quibus cæci ſunt.

Alb. Magn. *Occaſio peccat. fugienda* Cantic. 3. Iſaï. 4.

6\. Quintò: D. Petrus Chryſologus ſerm. 176. ait: *Hæc eſt Bethſaïda, cujùs perfidiam Dominus exprobrat dicens: Væ tibi Corozain, Væ tibi Bethſaïda*, &c. Verba proximè citata Matthæi: *ergo apprehensâ manu ejus, de domo infidelitatis eduxit, levat eum de perfidia ſeſſione, ut ante fidem, quam oculos daret, ante menti, quam corpori redderet ſanitatem*: Poterat Dominus in uno inſtanti dare homini oculorum viſum, tamen priùs intentus fuit, ut daret id, quod magis neceſſarium erat, animæ nempè ſanitatem, quàm corporis, *ut ante fidem, quàm oculos, daret; ante menti, quam corpori redderet ſanitatem*, Docent nos priùs agere de medicamine animæ, quàm corporis, qua inſtructus bene prodigus ille veniens ad Patrem clamat; *Pater peccavi in cœlum, & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut unum de mercenariis tuis.* Luc. 15. num. 18. Priùs agit de petendâ veniâ pro culpâ, *Pater peccavi; quæ eſt prima confeſſio* inquit D. Ambroſius; deinde de cibo, ac commoditate corporis fac me ſicut unum de mercenariis, D. Gregor. Nyſſen. apud Catenam D. Thomæ; *Hunc autem filium prodigum Spiritus ſanctus nobis deſcripſit, ut inſtruamur nos, qualiter debeamus cordis deplorare peccata.* Hinc Pater ante omnia præcipit dare *ſtolam primam*: ſtolam, nempe, interprete Ambroſio; Sapientiam Divinæ Gratiæ; *& annulum*, qui ut ait Auguſtinus in quæſtionibus Evangelicis; eſt pignus Spiritus ſancti, & reconciliationis; & ultimo loco *calceamenta* D. Chryſoſt. hom. de duobus filiis, quæ ſunt ad protegendum, & ambulandum.

D. Chryſol. *Priùs agendum de ſalute animæ quàm corporis.* Luc. 15. D. Ambroſ. Nyſſen. D. Auguſt. D Chryſoſt.

7\. Sextò: Redeat iterum citatus Chryſolog. *Apprehensâ manu de domo infidelitatis, eduxit, & levat eum de perfidiæ ſeſſione*, Docet, quod ſi quis vult habere ſalutem, & bona conſequi à Deo fugiat à domo perfidiæ, & à cœtu, ac converſatione hæreticorum; nam ut rectè ait D. Hieronym. Epiſtolâ 7. ad Lætam: *Proclivis eſt malorum æmulatio; & quorum virtutes aſſequi neſcis, citò imitaris vitia.* Scribitur Gen. 5. n. 24. *Ambulavit Henoch cum Deo, & non apparuit.* Ex Græco legitur; *placuit Henoch Deo, & non apparuit*: Totam ſuam vitam Henoch Deo conſecrabat, ut Deo piè viveret, ſequeſtratus ab hominum commercio, *& non apparuit*: Multa hominum malitia erat ſuper terram; *hominis quippe caro corruperat viam ſuam*: ut dicitur ſequenti c. 6. n. 5. Quomodo ergo non placeret Deo; qui tanta morum corruptione, ac depravitate, ita ſe ab hominibus ſequeſtrabat, ut non appareret. Philo. Hebræus lib. de Abramo ait; *Henochus latere ignotus cupiens non humanæ ſocietatis odio, verùm quia fugitat vitia, quibus vulgus delectatus*; Ac proinde illud; non apparuit, non ſolùm intelligit Philo, quod Dominus eum tulerit in cælum, ſed etiam quod inter homines degens ita ſe abſcondebat, & ſeparabat ab eis, ut non appareret.

D. Chryſol. D. Hieron. Gen. 5. Græcus. *Fugiendum à conſortio malorum.* Geneſ. 6. Philo.

8\. Cum David tot, ac tantis inſidiis, ac modis perſequeretur, volens agere de ſalute Patris, ac Matris ſuæ, & ſuorum militum tendit ad Regem Moab; *& dixit ad regem Moab, maneat, oro, Pater meus, & mater mea vobiſcum, donec ſciam, quid faciat mihi Deus, & reliquit eos ante faciem Regis Moab, & fuerunt ibi cunctis diebus quibus David fuit in præſidio.* 1. Reg. 22. n. 4. Et paucis poſt diebus ex Dei mandato. *Dixit Gad propheta ad David: noli manere in præſidio, proficiſcere, & vade in terram Juda.* ibid. n. 5. Cur mandatur Davidi tendere in terram Juda, ubi multis inſidiis, & perſecutionibus premebatur, machinante crudeli hoſte ſuo Saüle; cur ergo mandatur diſcedere ex Moabitis ubi erat in quiete, ac tranquilla pace? Erant Moabitæ idololatræ, & mandatur ab eis recedere, ne cum eis agat. David Lyranus. *Quorum aliqui non erant multum ſtabiles in fide, & declinarent ad idololatriam*: Apud Moabitas periclitabatur religione, apud Judæam corporali vitâ, & hæc potiùs in diſcrimen eſt adducenda, dummodo Divina fides in Deum ſit ſalva, & ſecura.

*Ab infidelium conſortio fugiendum.* Lyran.

9\. Cùm Rex Amaſias pararet bellum contra Idumæam conduxit ex Iſraëlitis id eſt, Samaritanis,

2. Paral. 25. ritanis magnam militum copiam. 2. Para. 25. n. 6. exiit Propheta obviam, & ait ei; *O Rex ne egrediatur tecum exercitus Iſraël, non eſt enim Dominus cum Iſraël, & cunctis filiis Ephraim:* num. 7. cur tam rigidè prohibet Deus ne Amaſias habeat milites ex Iſraël, erant illi infecti idololatria, & ideò potiùs erant ad ruinam, quàm adjuvamen, cum fide corrupta peccandi viam aperirent. Lyranus: *Quoniam erant idololatræ: ideo eorum ſocietas magis nocuiſſet, quàm juviſſet.*

*Qui vult vincere in bello non habeat ſecum infideles* Lyran.

## QUÆSTIO. II.

*Quare ſputo impoſito ſuper oculos, dat Chriſtus D. viſum homini cæco?*

10. AIt Textus, quòd ad ſanandum hominem, n. 23. *Expuens in oculos ejus:* Hanc quæſtionem de alio cæco Marc. 7. n. 33. jam tractavi tom. 4. cap. 3. q. 8. inde breviter ab hac me expediam. Et ſaliva, ut jam dixi in expoſitione, non eſt naturalis medicina ad oculos ſanandos; tamen ſaliva Chriſti D. habebat ſupernaturalem efficaciam, ut inſtrumentum Divinitatis ad mirabilia operanda.

11. Com. Hier. D. Chryſoſt. Moraliter Author commentariorum in D. Marcum apud D. Hieronimum, & tribuitur D. Chryſoſt. ait: *Saliva Domini perfecta doctrina eſt, quæ ut perfectè docet à Domino procedit,* Beda. Beda vero ait, *Sputum, quod de capite hominis procedit, gratiam Spiritus ſancti deſignat;* quæ homines illuminat, ut videant voluntatem Dei per flatum Spiritus ſancti.

12. D. Gregor. D. Gregorius homil. 10. in Ezechielem, ait *Saliva nobis ex ore Redemptoris, accepta ſapientia in divino eloquio, ſaliva quippe ex capite defluit in ore;* Saliva à capite deſcendit, & ſalis ſaporem habet, proindeque ſignificat ſapientiam, quæ à ſolo Deo venit, & inde in omnes derivatur. Ponuntur Cherubim adversùs oraculum: *Expandentes alas verſis vultibus in propitiatorium:* Exod. 25. num. 20. Alis expanſis aſtant Cherubim; Hebraïca Radix habet. *Magiſtri;* Stant, & volant magna, & altâ ſapientiâ, ſed quò oculos mittunt Cherubim, magiſtri, ac principes ſapientiæ? *verſis vultibus in propitiatorium:* ad id, nempe, reſpiciunt, à quo ſapientiam hauriunt, & participant; appoſitè D. Auguſtinus quæſt. 105. in Exod. ait: *Quia quibuſcumque profeſſionibus ad ſcientiam ſpes non eſt, niſi in Dei miſericordiâ.*

*A Dèo habet ſapiens quidquid ſapit.* Exod. 15. Hebr. D. Auguſt.

13. Miniſtri Pharaonis in carcere multum triſtes, & anxii erant, quia ſomniorum interpretationem non valebant deprehendere; cùm hæc dixiſſent, Joſeph dixit eis. *Nunquid non Dei eſt interpretatio? referte mihi quid videritis:* Geneſ. 40. n. 8. & quando ipſe fatetur unius Dei eſſe interpretationem dare, ad quid vult ut ſomnia ſua referant; nunquid ipſe Joſeph eſt Deus; abſit. Sed hæc dixit uni Deo cuncta tribuens, & referens, unoque Deo nititur, à quo ceperat ſibi interpretationem eventuram, à cujus flatu eſt omnis ſapientia, & intelligentia. D. Chryſoſt. ibi. *Non à me promitto vobis aliquid me dicturum, Deus eſt, qui relevat, narrate igitur mihi Vide intelligentiam; non dixit, ego vobis dijudico, ego dico vobis ſomniorum eventum; ſed Deus eſt ſolus, qui talia revelat.* D.Chryſoſt.

Geneſ. 40. *Omnis ſcientia & intelligentia à Deo uno eſt.*

*Marc.* 8. *n.* 24. Et aſpiciens ait: Video homines velut arbores ambulantes.

*Num.* 25. Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos ejus, & cœpit videre, & reſtitutus eſt, ita ut clarè videret omnia.

*Num.* 26. Et miſit illum in domum ſuam, dicens: Vade in domum tuam, & ſi vicum introieris nemini dixeris.

### *VERSIONES.*

| | |
|---|---|
| *Syrus n.* 24. | Inſtar arborum ambulantium. |
| *Arabicus n.* 25. | Et vidit bene, & ſanatus eſt, & perſpexit omnes res clarè. |
| *Syrus.* | Et videbat omnia lucidè. |
| *Vatabl.* | Diſcernebat omnia. |
| *Arias.* | Fecit eum videre. |
| *Caietan,* | Ut videret omnes homines. |
| *Arabicus n.* 26 | Ne ingrediaris civitatem, neque dicas ulli ex civibus tuis quidquam. |
| *Æthiopic.* | Ne ingrederetur in villas. |

### *EXPOSITIO II.*

VIDEO *homines velut arbores ambulantes* ac ſi diceret, video non clarè, ac diſtinctè, ſed obſcurè, ac confusè, ut explicant Theophylactus, Euthymius; ut nos videmus ea, quæ ſunt à longè, vel ita imperfectè videbat, ut homines ei apparerent tam proceræ ſtaturæ, ac arbores, & ut ait Beda, ex ſolo motu deprehendebat eſſe homines, & non arbores moventur. 14.

Theophyl. Euthym. Beda.

*Deinde iterum impoſuit manus:* Propter imperfectam fidem iſtius hominis, ac offerentium, non inſtanti, ſed ſenſim, ac paulatim ad ſanitatem Dominus eum adduxit. Beda. ait: *Ut magnitudinem humanæ cæcitatis oſtenderet, quæ quaſi pedetentim, & per quoſdam profectuum gradus ad lucem divinæ viſitationis, ideſt, cognitionis ſolet pervenire.* Ex his, quæ agebantur in externâ viſione conjecturandum eſt in interna cognitione fidei: quia homo ille erat in magna infidelitate, paulatim fuit diſponendus, ut ad perfectam ſupernaturalium cognitionem perveniret, ut fit in pueris balbutientibus, qui inſtruuntur per rudiora elementa. 15.

Beda. *Paulatim diſponendus eſt animus.*

*Etſi in vicum introieris, nemini dixeris:* per vicum intelligit Bethſaidam: & ait: *nemini dixeris:* ſæpè Dominus ſua magnalia abſcon- 16.



Euthym. abſcondebat ad evitandum populi applauſum; vel ne cives magis aggravarentur in ſua infidelitate tot viſis miraculis, ut ſupra dixi, vel ut ait Euthymius: *Præcipit ne cuiquam dicat in vico: Propter incredulitatem eorum, qui in illo,* ſcilicet vico, *erant, ne & fidem ejus perverterent?* tenendi in fide cautè, & prudenter alendi hominum animi ne corrumpantur, & ideo ne corrumperetur fides cæci illuminati ab illis incredulis hominibus.

## QUÆSTIO. III.

*Quare non ſubitò; ſed ſenſim Dominus hominem curat, ut primo videat homines, tanquam arbores ambulantes?*

17. INquit cœcus *Aſpiciens, video homines velut arbores ambulantes:* Poterat Dominus in inſtanti cæcum ſanare, ut in multis aliis miraculis fecit, tamen cur hîc ſenſim ſe voluit habere? inquirit quæſtio.

18. Primò: Voluit Chriſtus miracula omni genere, & omni modo agere. Secundò, ut cæci fidem, ſpem, ac deſiderium magis ac magis accenderet, ut fidei imperfectæ hominis paulatim creſcenti, ſe attemperaret, ac accommodaret Chriſtus. Victor Antiochenus ait: *Ipſum viſionis incrementum, & acceſſio fidei incrementum; & acceſſionem confirmat.* Tertiò: ut miraculum certiùs appareret. Quartò, etſi poſſet in inſtanti ſalutem dare, tamen noluit ut denotaret, quod ille, qui vult à Deo ſalutem accipere, debet perſeverare inſtando, ut multipliciter divinæ manus beneficæ ei admoveantur iterum, atque iterum, ut perfectam ſanitatem recipiat D. Petrus Chryſol. ſerm. 176. ait: *Iteranda eſt ergo cura Chriſti, ut perfecti oculi futura certa, manentia videant & æterna:* nemo uno virtutis actu ſibi placeat, & quieſcat.

Victor. Antioch. *Nemo uno virtutis actu quieſcat.* D. Chryſol.

19. Ad ſecundam partem Quæſtionis veniam, in qua eſt major difficultas; ait Cæcus: *video homines velut arbores ambulantes:* Per quod denotatur, quod confusè, & obſcurè videbat, nam homines ſunt mediocris ſtaturæ, arbores proceræ, & magnæ magnitudinis; qui adhuc in peccatis eſt, & non tenet perfectam fidem, ac agnitionem cœleſtium donorum, res hujus ſæculi ei videntur magnæ, ac proceræ magnitudinis, cum ex ſe ſint valde exiguæ, & parvæ, quæ citò decidunt, & areſcunt D. Petrus Chryſolog. citato ſerm. 176. ait: *Imperfectis oculis grandeſcunt formæ, turbantur ſpecies, res fallunt ipſa: quia non jam viſionem cupiunt; ſed adhuc umbram ſuſtinent viſionis,* ſi oculus prævis humoribus mundialium tenetur, totus caliginoſus obſcurè videt; & parva videntur magna; & amara dulcia, ac ſuavia. Execrans diem illum Job. 3. n. 5. dicebat: *Obſcurent eum tenebræ, & umbra mortis: Occupet eum caligo; & involvatur amaritudine.* Expoſtulat in illum diem amaritudinem; caliginem, & tenebras, ut ita ipſa totus in obſcuritate demerſus ſit: *involvatur amaritudine:* quia ubi ex ſuis deliciis ſperabat ſuavitatem, ac dulcedinem gaudiorum, reportaret amaritudinem pœnarum, ac ſuppliciorum. D. Gregorius lib. 4. Moral. cap. 18. ait: *Diem amaritudine involvimus, cum pravæ delectationis gaudium, quæ ſupplicia ſequantur, aſpicimus; & aſperis hoc fletibus circumdamus.*

D. Chryſol. *Qui in peccatis eſt res mundanas judicat aliter, ac ſunt.* Job. 3. D. Gregor.

Deinde perpende, quod non ait: *Video homines,* ut arbores, ſed addit, ut arbores ambulantes; arbores firma radice ſtant ſi videt ut arbores, quomodo non videt ſtantes, ſed ambulantes, & modo taliter videt, cùm ſeparatus eſt à tumultu hominum, & cùm manus Domini eum tetigit, quia ſi ſeparamus animum à mundialibus, & manus Domini tangit nos, ſtatim deprehendimus, & agnoſcimus omnium rerum mundialium fluxum, & quomodo certiſſimè ad interitum, ac ſepulchrum volant; Eleganter citatus D. Chryſologus ſerm. 176. ait. *Et quare vidit ſicut arbores non ut columnas, neque ſtantes, ſed ambulantes? quia poſt Chriſti curam viderat, quod homines, velut arbores tranſirent in hoc ſæculo, & non manerent.* 20.

*Divinus ſpiritus mundialium rerum finem nobis proponit.* D. Chryſol.

Hoc in primo rerum molimine nobis Sacra Scriptura denotat, narrans: Geneſ. 2. n. 8. *Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formaverat.*: Quæ verba ex Hebræo ſic leguntur apud D. Auguſtin. lib. 8. de Geneſ. ad literam ſic leguntur: *Plantavit Deus paradiſum in Edem ad Orientem:* Homo efformatus è manibus Dei, & exiens à manibus Dei, in quo loco ponitur, ac conſtituitur: *in Edem:* ut etiam legunt Septuaginta, id eſt, in terrâ inſtabili, & inde ad plagam Orientalem poſuit eum: cur non potius ad meridianum ut ſemper haberet ante oculos perpetuam rerum mutabilitatem, ac eorum fluxum, & ab ipſis celeſtibus aſtris diſcederet, quomodo omnia abſque quiete unius inſtantis tendunt ad interitum, & ſepulchrum. Ad hoc tendit Severianus in Catena Græca dicens: *Deus hominem ibi primum habitare voluit, unde principium lucis exhorietur, nam quemadmodum ſidera ab ortu tendentia ad occaſum rurſus apparent: ſic & oportebat à vitâ properare ad mortem:* Hominem è manibus divinis creatum, Divinæ manus in oriente conſtituunt; uti exinde valeat notare ſiderum curſus, quomodo omnes tendunt ad occaſum, & interitum; ut inde ſimilem ſibi eventum, ac finem agnoſcat, eumque ſemper ante oculos habeat. 21.

Geneſ. 2. D. Auguſt. Septuagint. *ſemper habeamus ante oculos noſtrũ interitum.* Sever.

# CAPUT IX.

1. ET poſt dies ſex aſſumit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Joannem: 2. & duxit illos in montem excelſum ſeorſum ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis. 3. Et veſtimenta ejus facta ſunt ſplendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere. 4. Et apparuit illis Elias cum Moyſe: Et erant loquentes cum Jeſu. 5. Et reſpondens Petrus, ait Jeſu Rabbi: bonum eſt nos hîc eſſe: Et faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Moyſi unum, & Eliæ unum. 6. Non enim ſciebat quid diceret: erant enim timore exterriti. 7. Et facta eſt nubes obumbrans eos. & venit vox de nube dicens: Hic eſt Filius meus chariſſimus, audite illum. 8. Et ſtatim circumſpicientes, neminem ampliùs viderunt, niſi Jeſum tantùm ſecum. 9. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam, quæ vidiſſent, narrarent. niſi cùm filius hominis à mortuis reſurrexerit. 10. Et verbum continuerunt apud ſe, conquirentes quid eſſet, cùm à mortuis reſurrexerit 11. Et interrogabant eum dicentes: Quid ergo dicunt Phariſæi, & Scribæ, quia Eliam oportet venire primùm? 12. Qui reſpondens, ait illis: Elias cùm venerit primò, reſtituet omnia, & quomodo ſcriptum eſt in filium hominis; ut multa patiatur & contemnatur. 13. Sed dico vobis quia, & Elias venit (& fecerunt illi quæcumque voluerunt) ſicut ſcriptum eſt de eo. 14 Et veniens ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnam ſuper eos, & Scribas conquirentes cum illis. 15. Et confeſtim omnis populus videns Ieſum, ſtupefactus eſt, & expaverunt, & accurrentes ſalutabant eum. 16: Et interrogavit eos, quid inter vos conquiritis? 17. Et reſpondens unus de turba, dixit, Magiſter, attuli filium meum ad te habentem ſpiritum mutum: 18. Qui ubique eum apprehendèrit allidit illum, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit: & dixi diſcipulis tuis ut ejicerent illum, & non potuerunt. 19 Qui reſpondens eis, dixit: O generatio incredula quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? afferre illum ad me. 20. Et attulerunt eum. Et cùm vidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturbavit illum: & eliſus in terram volutabatur ſpumans. 21. Et interrogavit Patrem ejus, quantùm temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait, ab infantia. 22. Et frequenter eum in ignem, & in aquas miſit, ut eum perderet: ſed ſi quid potes adjuva nos, miſertus noſtri. 23. Ieſus autem ait illi, ſi potes credere omnia, poſſibilia ſunt credenti. 24. Et continuò exclamans pater pueri, cum lacrymis aiebat: Credo Domine: adjuva incredulitatem meam. 25. Et cùm videret Ieſus concurrentem turbam, cominatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi, ſurde, & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, ex ab eo, & ampliùs ne introeas in eum. 26. Et exclamans, & multùm diſcerpens eum exiit ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, ita ut multi dicerent, Quia mortuus eſt. 27 Ieſus autem tenens manum ejus elevavit eum, & ſurrexit. 28. Et cùm introiſſet in domum, diſcipuli ejus ſecretò interrogabant eum: Quare nos non potuimus ejicere eum? 29. Et dixit illis. Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione, & jejunio. 30. Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quemquam ſcire. 31. Docebat autem diſcipulos ſuos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occiſus tertia die reſurget. 32. At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum. 33. Et venerunt Capharnaum. Qui cùm domi eſſent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis? 34. At illi tacebant, ſiquidem in via inter ſe diſputaverant, quis eorum major eſſet. 35. Et reſidens vocavit duodecim; & ait illis: Si quis vult primus eſſe erit omnium noviſſimus, & omnium miniſter. 36. Et accipiens puerum, ſtatuit eum in medio eorum, quem cùm complexus eſſet, ait illis: 37. Quiſquis unum ex hujuſmodi pueris receperit in nomine meo me recipit, & quicunque me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum, qui miſit me. 38. Reſpondit illi Joannes dicens: Magiſter, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non ſequitur nos, & prohibuimus eum. 39. Ieſus autem ait: Nolite prohibere eum. Nemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſſit citò male loqui de me. 40. Qui enim non eſt adversùm vos, pro vobis,



bis eſt. 41. Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. 42. Et quiſquis ſcandalizaverit unum ex his puſillis credentibus in me: bonum eſt ei magis ſi circumdaretur mola aſinaria collo ejus, & in mare mitteretur. 43. Et ſi ſcandalizaverit te manus tua, abſcinde illam: bonum eſt tibi debilem introire in vitam quam duas manus habentem, i.e in gehennam, in ignem inextinguibilem. 44. Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. 45. Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum; bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis. 46. Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. 47. Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te, ejice eum: bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quàm, duos oculos habentem, mitti in gehennam ig is. 48. Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. 49. Om is enim igne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur. 50. Bonum eſt ſal, quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud condietis? habete in vobis Sal, & pacem habete inter vos.

### *ARGUMENTUM cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Transfiguratur Jeſus apparentibu Elia, & Moyſe. Explicavi tom 4. c. 8. & ſuprà Matth 17 q. 12.

*Secundò, Verſ.* 8. Interrogatur à diſcipulis de adventu Eliæ ad omnia reſtituenda, quod explicavi tom. 4. c. 9. & ſuprà Matt. 17 q. 3. & 4.

*Tertiò, Verſ.* 16 Energumenum ſurdum, & mutum ſanat. Explicavi tom. 4. c 9.

*Quartò, Verſ.* 32. Contentionem diſcipulorum de primatu, ſtudio humilitatis curat, ut fiamus ſicut pueri, quod explicavi tom. 4. cap. 10. & ſuprà Matt 18. q. 1. & 2. & ibi citato cap. 10. de ſcandalo dixi.

*Quinto, Verſ.* 37. Non vult prohibere eum, qui ejiciebat dæmonia, licèt ejus aſſecla non viJeretur: quod hîc eſt explicandum.

*Sextò, Verſ.* 43. Docet melius eſſe manū, vel pedem abſcindere, quàm in vermes gehennæ incidere; quod hîc eſt explicandum.

*Septimò Verſ.* 48. Docet igne mortificationis, & ſale diſcretionis tollendum eſſe ſcandalum.

De ejicientibus Dæmonia.

## QUÆSTIO I.

*Quare Ioannes, cùm vidiſſet hominem quemdam facere miracula, eum voluit prohibere?*

1. AIt noſter Evangeliſta in præſenti n. 38. *Reſpondit illi Joannes, dicens: Magiſter vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non ſequitur nos, & prohibuimus eum*: Similia ſcribit D. Lucas, c. 9. n. 49. Syrus: *Quia non nobis adhæret*: Et illud: *Reſpondit Joannes*, juxta communem modum loquendi Scripturæ, id eſt, dixit, ſeu interrogavit Joannes, ut notat Menochius; & hujus interrogationis occaſio extitit, quia dixerat Dominus ſuprà, n. 36. quòd ille, qui unum parvulum ſuſcipit in nomine ejus, ipſummet Dominum ſuſcipit: Inde Joannes interrogat, quid dicendum de eo qui miracula facit in nomine tuo, licet non ſit tui nobiſcum aſſecla.

Textus. D. Luc. & Syrus. Menoch.

2. Et prima difficultas in hac materiâ: An iſte, quia talia miracula faciebat, eſſet fidelis, vel infidelis? fuiſſe infidelem tenent multi, quos tacito nomine referunt Lyra, & Albertus Magn. & communiter Authores rem ſub lite relinquunt; pro quibus ſtat Theophylactus apud Catenam D. Thom. & ait: *Vel etiam quidam increduli videntes nomen Jeſu virtuoſum, dicebant ipſi hoc nomen, & ſigna faciebant, licet Divinâ gratiâ eſſent indigni; volebat enim Dominus etiam per indignos nomen ſuum ampliare*: Nam conſtat multos malos in nomine Chriſti poſſe dæmonia ejicere: Matth. 7. num. 22. *Multi dicent mihi in die illa Domine, Domine nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus: & in nomine tuo multas virtutes fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos: diſcedite à me, qui operamini iniquitatem*: Et tales faciunt miracula non virtute nominis Chriſti.

Lyran. Alb. Magn. Theophyl. *Prima ſententia.*

3. Tamen multi alii exiſtimant fuiſſe fidelem, Ita D. Chryſoſtom. apud Catenam ait: *Multi credentium chariſmata receperunt, nec tamen*

D. Chryſoſt.

*cum*

*eum Chriſto erant; qualis erat hic, qui dæmones ejiciebat; non enim omnes ad omnia ordinatè ſe habebant*: Euthymius hîc inquit; *Quidam eorum, qui crediderant: gloriæ amore capti imitabantur Apoſtolos: per invocationem nominis Chriſti expellebant dæmones: non ſequebantur tamen propter continentiam, & aſperum vivendi modum ipſorum*: Similiter D. Ambroſ. in cap. 9. Lucæ hîc Alb. Mag. hîc, & probatur: quia, ut conſtat ex Joanne 8. n. 29. *Hæc eo loquente multi crediderunt in eum*: Et Joan. 10. num. 42. iterum dicitur. *Multi crediderunt in eum*: Ergo præter Apoſtolos, qui Chriſtum ſequebantur, alii multi erant credentes in Chriſtum: Secundò, & quæ magis me movet in hanc ſententiam; quia Chriſtus D. talia miracula facta ab illo homine approbavit, ut patet ex numero ſequenti: *Et ait ad illos Jeſus: nolite prohibere:* Ergo ſi ille homo illud miraculum eſſet operatus ex malo fine, vanitatis, vel lucri; nunquam totius veritatis magiſter approbaſſet; ſed potiùs rejeciſſet: & inde hæc ſententia mihi videtur probabilior; quia multi credebant in Chriſtum, licèt ei non adhærerent, nec ipſum ſequerentur; quia abhorrebant ſummam illam paupertatem, & abdicationem omnium rerum cum ſummo contemptu omnium temporalium: & etiam modò nec omnes volunt ſequi Chriſtum per religionis ſtatum, ait Lyra.

(Euthym. — D. Ambroſ. — Alb. Mag. — Joan. 8. — Joan. 10 — *Probabilior ſententia.*)

4. Cauſa interrogationis extitit, ut tradit noſter D. Cyrillus in Caten. Luc. 9. *Quia tradiderat Salvator poteſtatem Apoſtolis, ut ſpiritus immundos ejicerent; putarent illi alteri, quàm ſibi ſolis licere conceſſam gerere dignitatem*: Ita ibidem ad idem cap. 9. Luc. Titus Boſtrenſ. & hîc Victor Antioch. Theophylact. & alii. Tamen hæc poteſtas data Apoſtolis à Chriſto, fuit etiam data eorum cooperatoribus, ac ſucceſſoribus ut diſcipulis Chriſti, & aliis Sanctis.

(D. Cyrill s. — *Cauſa interrogationis.* — Tit. Boſtr. — Vict. Ant. — Theophyl.)

5. Joannes interrogat nomine omnium Apoſtolorum, ut patet ex reſponſione Chriſti: *Dixit ad illos*: ut habet D. Lucas: Cùm Apoſtoli agnoviſſent, quòd Chriſtus D. dediſſet illis poteſtatem ejiciendi dæmonia, eum prohibuerunt. Calvinus ait: ex invidia; ſed ex zelo nominis Chriſti, vera eſt ſententia: & interrogant prudentiſſimè, an rectè feciſſent, & quomodo ſe debeant habere; cùm viderint talia miracula, an forte ſint prohibenda ab eis, vel non.

(D. Lucas. — Calvinus.)

## QUÆSTIO II.

### *Quare Chriſtus D. vult ut non prohibeatur ille, qui faciebat miracula?*

6. Text. AUdita interrogatione Joannis, Jeſus ait: *Nolite prohibere eum: nemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſſit citò malè loqui de me*: Græcus: *Qui poſſit facilè malum dicere mihi.* Pergit Textus D. Marc. *Qui non eſt adverſùm vos, pro vobis eſt*: Æthiopicus; *Quia ſi non fuit contra vos, amicus veſter eſt*: Ferè ſimilia habet D. Lucas 9. n. 10.

(Græcus. — Æthiopic. — D. Luc. 9.)

7. Cum Joſuë vidiſſet Eldad, & Madad prophetizantes, & vellet eos prohibere, tanquam ſi gloriæ Moyſis officerent, eo quòd à Moyſe ſpiritum prophetiæ non accepiſſent, reſtitit Moyſes dicens: *Quid æmularis pro me? Quis tribuat ut omnis populus prophetet, & ei det Dominus ſpiritum ſuum*: Num 11. n. 29. Hæc enim eſt Charitas Spiritus ſancti, & Charitas Chriſti Domini, quæ in omnes omnia bona ſua diffundit, ac dilatat eoſque condecorat, ac nobilitat, nulli invidet, ac æmulatur, ſed omnibus congaudet. 1. Cor. 13.

(Num. 11. — *Charitas ad omnes ſe extendit.*)

Reſpondet Chriſtus ſuis Apoſtolis: *Nolite eos prohibere*; quia opus bonum operatur, & mihi maximè honorificum, ut inde agnoſcant omnes virtutem mei nominis: cum illius invocatione dæmones expellantur: Inde mandat; *Nolite prohibere*: Beda; *In quo docet neminem à bono, quod ex parte habet, eſſe arcendum, ſed ad hoc potiùs quod nondum habet, eſſe provocandum.* Et quòd per tales, qui ipſum publicè non ſequebantur in nomine Chriſti dæmonia ejicerent, maximè glorioſum erat ipſi Chriſto D. ad refutandam malignantium impietatem, qui dicebant, quòd ipſe dæmonium habebat; & in Belzebub ejiciebat dæmonia; quæ calumnia exinde apertè convincebatur eſſe falſa, cùm ſolum nomen ejus invocatum dæmones deſtrueret, & expelleret. 8.

(Beda. — *Valde honorificum Chriſto, quod illi Dæmonia ejicerent in nomine Chriſti.*)

Alteram rationem, etiam aſſignat Chriſtus, cur ille non ſit prohibendus? *Quia qui non eſt adverſùm vos, pro vobis eſt.* Ac ſi dicat Chriſtus, qui in nomine meo dæmonia ejicit, meum, ac veſtrum negotium facit; pro meâ, ac veſtrâ causâ ſtat: nam totum noſtrum negotium eſt publicare, ac manifeſtare virtutem nominis mei; hoc autem faciunt, qui in nomine meo dæmonia ejiciunt; Ergo non ſunt vobis contrarii in ipſo opere, ac proinde non ſunt prohibendi. 9.

Objicit in præſenti Luc. 9. D. Ambroſius, quod hæc verba, *Qui enim non eſt adverſùm vos, pro vobis eſt*, videantur contraria illis dictis à Chriſto D. Matth. 12. num. 25. Luc. 11. num. 17. *Qui non eſt mecum, contra me eſt*, quia illi, qui ejiciebant dæmonia non erant cum Chriſto, ac Apoſtolis: Ergo videtur, quòd erant adversùs eum. Reſpondeo, quod illa erant duo proverbia, quibus Dominus in diverſis locis uſus eſt, & inter ſe habent eundem ſenſum: *Qui non eſt adverſùm vos*: in opere, quod perpetratur, ut erant iſti, qui in nomine Chriſti ejiciebant, *Pro vobis eſt*, veſtræ intentioni, ac affectui operantur. *Qui non eſt mecum*: in opere, nempe, quod ego facio, *contra me eſt*, Hi autem ejicientes dæmonia erant cum Chriſto, cum ex tali opere nomen Chriſti exaltaretur, ac ſublimaretur: Ergo non erant contra Chriſtum, ac Apoſtolos, ſed *vobis*. 10

(*Satisfit cuidam objectioni.* — Matth. 12. — Luc. 11. — D. Ambroſ.)

In Inferno Vermes.

## QUÆSTIO III.

### *Quare dum Chriſtus D. agit de pœnis Inferni, non ſolùm de igne, ſed etiam de vermibus facit mentionem?*

TRipliciter in præſenti hîc dum de pœnis inferni agit, Chriſtus repetit; *Ubi vermis* 11.



Text. *eorum non moritur, & ignis non extinguitur*, n. 44. 46 & 48 Ex quo inquirendum eſt, an in Inferno præter ignem, ſint etiam vermes horribiles, ac horrendi, mordaces, & torquentes.

12. Calvinus lib. 3. Inſtitut. 22 §. 12. Sicut ignem inferni tropicè accipit, ut nihil ſit aliud, quàm ipſa Dei indignatio apprehenſa à damnatis: ita conſequenter accipit tropicè vermes: Multi, & graves Catholici, licèt concedant in inferno verum, & proprium ignem, vermes verò tropicè accipiunt, dicuntque eſſe illum intimum dolorem, qui tanquam vermis corrodit, proveniens ex putredine peccati dilacerans animum, ac vehementer torquens ex ſupremâ felicitate amiſsâ, quam facilè poterant conſequi, ut à tantâ miſeriâ effugerent. Videntur ſtare pro hac ſententiâ D. Hieronymus, & Procopius ad Iſaïam 66. n. 24. D. Ambroſius lib. 7. in cap. 14. Luc. citatur etiam D. Auguſt. lib. 20. de Civitate cap. 21. Janſenius in ſua Concordia cap. 71. D. Thomas in 4. d. 50. q. 2. art. 3. ad 1. & 2. Soto, & alii.

(Calvinus. — *Prima ſententia.* — D. Hieron. — Procopius. — D. Ambroſ. — D. Auguſt. — Janſenius. — D. Thom. — Soto.)

13. Simpliciter tamen dicendum, quòd in inferno vermes ſint terribiles, ac horrendi, & fœtidiſſimi, ſicut & naturaliter Salamandra, & pyrauſtæ vivunt igne, qui terribiliter, ac omni diro & ſævo modo torquent, ac corrodunt damnatos; quam ſententiam expreſsè tenent D. Auguſtinus lib. 21. de Civit. cap. 9. D. Baſilius in Pſalm. 33. ad illa verba: *Timorem Domini docebo vos*: Noſter D. Cyrillus Orat. de exitu animæ. Innocentius Pontifex III. de Contempt. Mundi cap. 21. D. Proſper. lib. 3. de Vitâ Contemplativa. D. Anſelmus in Lucidario. D. Greg. Magn. D. Chryſoſtom. Theophylact. Euthim. & alii multi quos citant, & ſequuntur Serarius in Judith. cap. 16. q. 2. Cornelius, Sanchez ad c. 66 Iſaïæ. num. 24.

(*Vera ſententia.* — D. Auguſt. — D. Baſil. — Cyril. — Innocét. III — D. Proſper. — D. Gregor. — D. Chryſoſt — D. Anſelm. — Theophyl. — Euthym. — Serarius. — Cornel. — Sanchez.)

14. Probatur, primò hæc ſententia ex citato loco Iſaiæ, ubi ait Propheta loquens de damnatis: *Vermis eorum non morietur*: & tripliciter hoc hîc repetit Chriſtus Dominus, *Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur*: ergo ſicut in inferno verus & proprius ignis intelligitur, ſic & vermis proprius, & verus intelligitur, juxta regulam S. Auguſtini, ac aliorum Patrum, & Theologorum; quòd verba Sacræ Scripturæ propriè ſint intelligenda, & non tropicè, niſi cogat aliqua abſurditas ſententiæ. Et confirmatur, quia Beati in cœleſti patriâ habent omnia, quæ pertinent ad ſuavem oblectationem, ac jucunditatem ſenſuum; ut dixi tom. 2. in Apocalypſ. c. 21. q. 16. ergo è contra in damnatis datur omnis pœna ſenſus, ignis, ſulphur, fœtor, horribiles viſiones, & crudeles vermium morſus.

(*Primum argumentum.* — D. Auguſt.)

15. Probatur ſecundò ex Sacrâ Scripturâ, ait Iſaïas citato loco cap. 66. n. 24. *Videbunt cadavera virorum, qui prævaricati ſunt in me; vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*: Eccleſiaſt. 7. num 19. ait: *Vindicta carnis impii ignis, & vermis.* Judith. 16. num. 21. ait: *Dabit ignem, & vermes in carnes eorum*: ergo vermes erunt in corpore, ſeu cadavere, ut ait Iſaias, in carnibus, ut inquiunt Eccleſiaſticus, & Judith: ergo non in phantaſia, vel conſideratione, ſeu imaginatione. Nec valet aliquorum reſponſio, quòd vermes dabuntur in cadavere, & carne in ſepulchro, ſed contrà. In citatis locis dicitur, quòd dabuntur ignis, & vermis in carne: ergo ſicut ignis eſt in inferno, ſic & vermis, & quod vermis ſit in ſepulchro, & cadavere, non eſt aliquid peculiare damnatis, nam etiam vermis eſt in cadavere, ac ſepulchro multorum juſtorum: ergo Scriptura loquitur de damnatis in inferno.

(Iſai. 66. — Eccleſ. 7. — Judith. 16. — *Confirmatur noſtra ſententia, & refellitur objectio.*)

Moraliter per Vermem intelligitur conſcientiæ morſus; qui ut crudeles vermes eam mordet, ac corrodit; pro quo pulchrè Innocentius Tertius citato loco. *Vermis*, ait, *conſcientiæ tripliciter, lacerabit, affliget memoria, ſera turbabit pœnitentia, torquebit anguſtia: venient in cogitationem peccatorum ſuorum timidi*, Sap. 5. *Cum ingente turbatione recogitabunt, quæ cum nimiâ delectatione geſſerunt, at ſtimulus memoriæ purgat ad nam, quos aculeus nequitiæ ſtimulavit ad culpam*; & hæc eſt anguſtia, quæ crudeliter torquet, & nunquam ceſſat, ut corrodat memoria eorum, quæ cum tantâ delectatione geſſit, & turbatur ſera pœnitentia eorum quæ geſſit, & torquetur aculeis eorum, quæ fuerunt fomenta ad culpam; ferè ſimiliter Victor. Antioch. hoc loco in Marcum. 16. Innocét. III

(*Vermis conſcientiæ maximè torquet.* — Vict. Ant.)

Scribit D. Lucas 16. n. 19. *Erat quidam dives, qui induebatur purpurâ, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè, & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus*, &c. Quiſnam horum duriorem vitam habebat? an ille qui ulceribus erat plenus, & vermibus exteriùs corporeis corroſus? an qui purpura, byſſo induebatur, & epulabatur ſplendidè? In illo multi vermes, & ulcera videbantur, in hoc verò nihil aliud apparebat, niſi purpurâ & byſſus, ac delicatæ epulæ. Tamen in hoc, divitiæ erant morſus malæ conſcientiæ, qui crudeliter mordent, & torquent, & miſerabiliorem, ac duriorem reddunt illius vitam, quàm qui vermes, ac ulcera in corpore patitur. D. Chryſoſtom. homil. 1. de Lazaro: *Ne mihi dixeris illum menſâ ſumptuosâ frui, veſtibus circumdari ſericis: ſed explica mihi iſtius conſcientiam, & videbis intus gravem peccatorum tumulum, ingentem metum, tempeſtatem, turbationem. Videbis velut in curia mentem ad thronum conſcientiæ conſediſſe regalem, & tanquam judicem ſedentem, cogitationes loco carnificum adhibentem, latera conſcientiæ radentem ſingulis.* 17. Luc. 16.

(*Crudelior vermis conſcientiæ quàm qui exteriùs corrodit corpus.* — D. Chryſoſt.)

## QUÆSTIO IV.

### *Quare Chriſtus D. ad habendam pacem ſal habere commendat ſuis Apoſtolis?*

IN ultimo verſu iſtius Capituli num 50. ait Chriſtus: *Habete inter vos ſal, & pacem habere inter vos*: Arabicus; *& concordet alter veſtrum cum altero*; Æthiopicus: *Quærite inter vos qui pacem habeatis*: Quam ſententiam peculiariter refert Marcus, peculiariter eſt inquirendum a nobis, quare Chriſtus hoc ſuis Apoſtolis dixiſſet. 18. Textus. Arabicus. Æthiopic.

Ad quod reſpondeo ſecundùm ſenſum literalem ſacri Apoſtoli, ut patet ex hoc capite num. 34. *Diſputaverant, quis eorum major eſſet* quam contentionem Chriſtus D. refutat ut inutilem, 19.

tilem, ac ſcandaloſam, & deinde Dominus facit ſermonem de ſcandalo vitando, quòd maximè à ſuis Apoſtolis debet ſemoveri, nam eos conſtituit Sal terræ, & alludens ad ipſum nomen Sal; ait Verſ. 50. *Quòd ſi ſal inſulſum fuerit: in quo illud condietis? habete in vobis Sal*: Lyran. ait, *Quia ſi ille, qui debet alios dirigere per eminentiam ſuæ diſcretionis, & ſapientiæ, fuerit inſulſus per defectum, iſte defectus redundat in alios*: & etiam in damnum ſui ipſius, proindeque commendat Chriſtus, ut ſui ſint alieni ab omni contentione, & habeant inter ſe, & cum omnibus pacem, & tunc ad ædificationem totius orbis, & de cum ſale: *habere in vobis Sal*: hoc eſt cum ſapientia, & diſcretione.

*Senſus literalis.*
Lyranus:

20.
*Sal ſignificat ſapientiam; in omni ſacrificio adhibeatur.*
Levitic.
Beda.

Sal cum ſit acris, vividi, & acuti ſaporis, ſapientiam, & diſcretionem indicat. Ideo mandavit Deus Levitic. 2. n. 13. quòd omne ſacrificium, quod offerebatur eſſet ſale conditum; & iterum ibi præcipit: *In oblatione offeres ſal*: Beda hic ait: *In omnibus ſacrificiis ſal debet offerri, quia nullum eſt opus bonum, quod non ſal ſapientiæ ab omni corruptione vanæ laudis, cæteriſque perverſis, ſive ſuperfluis cogitationibus expurget*: Pax habenda eſt cum ſale diſcretionis, & unuſquiſque ſe cognoſcens non exiſtimet ſe majorem alio, ut ſe velit ſuper alios erigere, quia tunc tota pax corrumpetur. D. Gregorius lib. 1. Epiſtol. 24. ait; *Per ſal ſapientia deſignatur. Qui igitur loqui ſapienter nititur, magnopere metuat, ne ejus eloquiis, audientium unitas confundatur.*

D. Gregor.

21.

Secundò. Chriſtus D. appellaverat ſuos Apoſtolos Sal: *Vos eſtis ſal terræ*; nunc commendans pacem, & unionem; *habete ſalem, habete pacem*; Sal præſtat ſuum effectum, dum maxime unitur, ac conviſceratur carnibus; ſignificat ergo Chriſtus, quod ſi Apoſtoli fuerint coarctati unionis vinculo, tunc veriſſimè erunt ſal, & multa vi, ac ſapientiâ pollebunt, ſi verò aliquis ex eis nodum ruperit, & à reliquis ſejunctus fuerit, erit infatuatum, quod ad nihilum valet, niſi ut mittatur foras, & conculcetur. Optimè Beda apud Gloſſam. *Sal ſine pace non virtutes eſt donum, ſed damnationis argumentum; quo enim quiſque meliùs ſapit, eo deterius delinquet.* Ac ſi dicat, cùm inter Jeſu ſocios datur unio, reperitur ſal: at cùm ſeparatus fuerit; *Non virtutis eſt donum, ſed damnationis argumentum.* Dum Loth cum ſuis exiit Sodomâ, mandatum fuit eis ne reſpicerent retrò, *Reſpiciens uxor poſt ſe verſa eſt in ſtatuam ſalis.* Geneſ. 19. numer. 26. Ipſa debebat habere mentem ad locum, quem Deus deſtinaverat, habere mentem, ac cogitatum ad ſuos, ad ſuum virum, ac ad filias ſuas, cùm ergo ab his mentem ſeparat, & regreditur ad ea, à quibus exierat, convertitur in ſtatuam ſalis infatuati; quod non eſt in documentum ſapientiæ, ſed in argumentum damnationis, pœnæ. Sedulius de hac muliere ſic loquitur: *Deum reſpicit, quæ evaſit, mutata ſalis remanſit in ſtatua, non pro ſapientia, ſed pro pœna.*

*Ubi unio, ibi pax, ſal ſapientia, ſi unio diſrumpitur ſal infatuatur.*
Geneſ. 19.
Sedulius.

22.
D. Baſil.

Tertiò. D. Baſilius in regulis brevioribus, tractans hæc verba ait: *Ex verbis Domini nihil aliud docemur, quàm ut nullam cauſam demus mutuæ disjunctionis, mutuive diſſidii, ſed ad unitatem ſpiritus nos ſemper conſervemus in vinculo pacis.* Oportuniùs tamen aliquid ſpeculatur in natura ſalis, quod maximè ad pacem, ac amicitiam conferat; Sal hoc habet, quod exſiccat, ac reſtringit, qui enim vult pacem, ac amicitiam cum aliis habere, debet ſe ipſum reſtringere, coarctare, ac diminuere, ſuaſque cupiditates reſecare, ut aliis inſerviat, & utilis ſit. Theophylactus ait: *Qui conſtringit ſe vinculo dilectionis ad proximum: hic ſalem habet, & ex hoc pacem cum fratre ſuo*: Qui non vult ad ſuum beneplacitum, ac commodum, ſed ad exemplum ſalis ſeipſum exſiccat, hic habet pacem cum proximo, ac unitatem cum illo.

*Qui vult habere pacem, non velit omnia ſibi.*
Theophyl.

23.
1. Cor. 11.
Clem. Alex.
D. Chryſol.
Theophyl.

Loquens Apoſtolus Paulus 1. Corinth. 13. n. 5. ait: *Charitas non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt.* Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædag. D. Chryſoſtomus, Theophylactus & alii, dicunt quòd poſteriora verba ſunt explicationes priorum, quia ex eo quòd charitas non eſt ambitioſa non omnia ſibi quærit, ſed etiam de ſuis aliquid dimittit, ut aliis proficiat, & cum eis habeat unionem, & pacem: *Charitas non eſt ambitioſa.* Quæ verba ſic legit Theophylactus: *Non turpiter agit*: Quia ille, qui omnia ſibi quærit, & non ſcit aliquid de ſuis dimittere, iniquè, & turpiter agit. Theophylactus, ait: *Ille nihil turpe agit, qui ſuam non quærit utilitatem, ſed proximi commodum.* Clemat Iſaias 5. num. 8. *Væ, qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis uſque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ?* Pagninus legit; *Væ iis qui compingunt domum domui; agrum agro appropinquare faciunt, adeo ut non ſit locus alii.* Extremum Væ denuntiat Propheta ſuper illos, qui tanta ambitione ſervant, ut omnia bona, & optima velint ſibi præoccupare, *in medio terræ*; interpretatur Origenes. In corde terræ, in meliorique loco, ita ut nullum vicinum ſibi habere patiantur, ſed pugnâ, ac contentione omnia ſibi volunt uſurpare. Ibi noſter D. Cyrillus Alexandrinus; *Semper enim cauſam ſtudent obtendere, cur ipſi plus poſſidere debeant; & cur aliis ſibi contiguos eſſe non oportet.*

Theophyl.
Iſaï. 5.
Pagnin.
Origenes.
D. Cyrillus.

23.
Theodoret.

Quartò, Theodorus in Epiſtol. Pauli ad Coloſſenſ. cap. 4. n. 6. explicat per ſalem pacem, quia hæc ſolùm datur ubi vera eſt ſapientia, qui ſapiens, quærit pacem, qui fatuus diſſidia, & bella; Sapientia enim, quæ eſt à Dèo quærit pacem. Jacobus in ſua canonica *cap. 3. 17.* ait, *Quæ enim deſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica.* Vidit Joannes in Apocalypſi cap. 10. numer. 1. Angelum Dei fortem, magna, & alta docentem; *Amictum nube, & Iris in capite ejus .... & habebat in manu ſua libellum apertum.* Habet Angelus in manu librum apertum, manifeſtum ſignum ſapientiæ, ac doctrinæ effundendæ in homines, & ſimul relucet in capite ejus Iris, quæ eſt ſignum pacis, & fœderis: ut patet ex Geneſ. 9 n. 13. *Arcum meum pœnam in nubibus, & erit ſignum fœderis*: Angelus veniens, ut hominum Magiſter, Iris circundat caput ejus, quia ſolum ubi ſapientia refulget, ibi pax reconciliatio habetur.

Jacob. 3.
*Solus ſapiens ſcit facere, & conſervare pacem.*
Apocal. 10.
Gen. 9.

25.

Cùm Abrahamus & Lóth magnas, & amplas poſſeſſiones haberent, & ſimul habitarent; & cùm ſimul habitare non poſſent, eſſentque rixæ, & contentiones inter Paſtores Abrahami: & Loth, dixit ei Abrahamus, *Ne quæſo, ſit jurgium inter me & te, & inter paſtores meos, & paſtores tuos, fratre, enim ſumus.... recede à me obſecro.* Geneſ. 13. num. 8. Cur in tam numeroſa

Geneſ. 13.



tota multitudine ſolus Abrahamus de pace, ac quiete agit, etiam cum aliquali ſuo incommodo, dum meliorem terram eligendam dat conſobrino ſuo Loth; Abrahamus erat vir ſapiens, & doctiſſimus, ut dixi ſupra Matth. 3. quæſt. 1. num o. & ſolùm ſapiens, & literatus, ac prudens ſcit agere de pace, ac quiete aliorum, & omnia ad communem pacem, & tranquillitatem reducit, rationem efficacem proponit: *Fratres enim ſumus*: D. Ambroſius, lib. 2. de Abraham, cap. 6. ait: *Cauſas concordiæ ſapiens adhibet: unde præmiſit, homines nos ſumus, nobis jure quodammodo germanitatis, veluti, ac fratres connectimur, ab uno patre conditi, ab una matre tanquam fratres uterini editi; & ideo cum ſumus rationalis naturæ ſoboles, tanquam uterni nos diligere debemus amore mutuo*: non impugnare; atque odio proſequi.

*Solus ſapiens intelligit agere de pace.*
D. Ambroſ.

# CAPUT X.

1. ET inde exurgens, venit in fines Judææ ultra Jordanem: Et conve-
niunt iterum turbæ ad eum. Et ſicut conſueverat, iterum docebat
illos. 2. Et accedentes Phariſæi interrogabant eum, ſi licet viro
uxorem dimittere? tentantes eum. 3. At ille reſpondens dixit eis,
quid vobis præcepit Moyſes? 4. Qui dixerunt, Moyſes permiſit li-
bellum repudii ſcribere, & dimittere. 5. Quibus reſpondens Jeſus, ait, ad duritiam
cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum illud. 6. Ab initio autem creaturæ, maſculum,
& fœminam fecit eos Deus. 7. Propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem,
& adhærebit ad uxorem ſuam 8 Et erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt
duo, ſed una caro 9. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. 10. Et in domo
iterum diſcipuli ejus de eodem interrogaverunt eum. 11. Et ait illis, Quicunque di-
miſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam 12. Et ſi uxor
dimiſerit virum ſuum, & alii nupſerit, mœchatur. 13. Et offerebant illi parvulos, ut
tangeret illos, Diſcipuli autem comminabantur offerentibus. 14. Quos cùm videret
Jeſus indignè tulit, & ait illis, ſinite parvulos venire ad me: Et ne prohibueritis
eos: talium enim eſt regnum Dei. 15. Amen dico vobis: quiſquis non receperit
regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. 16. Et complexans eos, & imponens
manus ſuper illos, benedicebat eos. 17. Et cùm egreſſus eſſet in viam, procurrens quæ-
dam genuflexo ante eum rogabat eum dicens: Magiſter bone, quid faciam ut vitam
æternam percipiam? 18 Jeſus autem dixit ei, Quid me dicis bonum? nemo bonus,
niſi unus Deus. 19. Præcepta noſti, ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falſum
teſtimonium dixeris, ne fraudem feceris, honora patrem tuum, & matrem 20. At ille
reſpondens, ait illi, Magiſter, hæc omnia obſervavi à juventute mea. 21. Jeſus autem
intuitus eum, dilexit illum, & dixit ei. Unum tibi deeſt: Vade, quæcunque habes
vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & veni ſequere me. 22. Qui
contriſtatus in verbo, abiit mœrens, erat enim habens multas poſſeſſiones. 23. Et cir-
cunſpiciens Jeſus, ait diſcipulis ſuis. Quam difficilè qui pecunias habent in regnum
Dei introibunt 24. Diſcipuli autem obſtupeſcebant in verbis ejus. At Jeſus rur-
ſus reſpondens, ait illis, filioli, quàm difficile eſt confidentes in pecuniis, in regnum
Dei introire. 25. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire quàm divitem intra-
re in regnum Dei. 26 Qui magis admirabantur dicentes ad ſemetipſos, & quis poteſt
ſalvus fieri? 27 Et intuens illos Jeſus, ait: Apud homines impoſſibile eſt, ſed non apud
Deum. Omnia enim poſſibilia ſunt apud Deum 28 Et cœpit ei Petrus dicere Ecce nos
dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. 29. Reſpondens Ieſus ait. Amen dico vobis, ne-
mo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, patrem aut matrem: aut filios,
aut agros propter me, & propter Evangelium. 30 Qui non accipiat centies tantum
nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cum
perſecutionibus, & in ſæculo futuro vitam æternam. 31. Multi autem erunt primi no-
viſſimi, & noviſſimi, primi. 32. Erant autem in via aſcendentes Ieroſol. & præcedebat
illos Ieſus, & ſtupebant, & ſequentes timebant. Et aſſumens iterum duodecim, cœpit
illis dicere quæ eſſent ei eventura. 33. Quia ecce aſcendimus Ieroſol. & filius hominis
tradetur Princip. Sacerd. & Scribis, & Senioribus, & damnabunt eum morte & tra-
dent eum gentibus. 34 Et illudent ei & conſpuent, eum, & flagellabunt eum, & inter-
ficient eum, & tertia die reſurget. 35. Et accedunt ad eum Jac & Joann. filii Zebedæi
dicentes: Magiſter volumus ut quodcunq; petierimus, facias nobis. 36 At ille dixit eis.
Quid vultis ut faciam vobis? 37. Et dixerunt, Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, &

alius ad ſiniſtram tuam ſedeamus in gloria tua. 38.Jeſus autem ait eis; neſcitis quid
petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibo, aut baptiſmo, quo ego baptizor,
baptizari? 39.At illi dixerunt ei,Poſſumus.Jeſus autem ait eis.Calicem quidem quem
ego bibo,bibetis,& baptiſmate,quo ego baptizor,baptizabimini.40.Sedere autem ad
dexteram meam,vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt.
41. Et audientes decem, cœperunt indignari de Jacobo & Joanne. 42. Jeſus autem
vocans eos, ait illis, ſcitis, quia hi qui videntur principari gentibus dominantur eis:
& Principes eorum poteſtatem habent ipſorum. 43. Non ita eſt autem in vobis, ſed
quicumque voluerit fieri major, erit veſter miniſter; 44. Et quicumque voluerit in
vobis primus eſſe, erit omnium ſervus. 45. Nam & filius hominis non venit, ut mi-
niſtraretur ei, ſed ut miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionem pro multis.
46. Et veniunt Jericho; & proficiſcente eo de Jericho, & diſcipulis ejus, & plurimâ
multitudine, filius Timæi Bartimæus cœcus,ſedebat juxta viam mendicans. 47.Qui
cùm audiſſet quia Jeſus Nazarenus eſt; cœpit clamare, & dicere, Jeſu fili David,
miſerere mei. 48. Et comminabantur ei multi, ut taceret. At ille multò magis clama-
bat,Fili David, miſerere mei. 49.Et ſtans Ieſus præcepit illum vocari Et vocant cœ-
cum dicentes ei.50.Animæquior eſto, ſurge, vocat te. Qui projecto veſtimento ſuo
exiliens, venit ad eum. 51. Et reſpondens Ieſus,dixit illi,quid tibi vis faciam? Cœcus
autem dixit ei, Rabboni ut videam. 52. Ieſus autem ait illi, Vade, fides tua, te ſal-
vum fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum in via.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Tollit Chriſtus libellum repudii, ſancitque primævam matrimonii inſolubilis firmitatem. Explicavi ſupra Matth. 19. per. 12. quæſtiones.

*Secundò, Verſ.* 13. Parvulos ad ſe vocat, & benedicit. Explicavi ſuprà Matth. 19. q. 13. 14. 15. & 16.

*Tertiò, Verſ.* 17. Adoleſcenti ſalutis avido ſuadet ſervare mandata, & ad majorem perfectionem dare omnia pauperibus, quod audiens abiit triſtis, inde ait Chriſtus ſuis diſcipulis, facilius eſſe camelum per foramen acus intrare, quàm divitem in regnum Dei. Explicavi tom. 4. cap. 32.

*Quartò, Verſ.* 28. Petrus ſe offert, quòd ipſe cum ſuis ſociis omnia abdicaverint, præmium poſtulans, accipit à Chriſto promiſſionem centupli, & vitæ æternæ; de quo egi tom. 4 c. 33. & ſupra Matt. 19. q. 17. & 18.

*Quintò, Verſ.* 32. Cùm Chriſtus aſcenderet Ieroſolymam, agit cum diſcipulis de morte, & paſſione ſua; Iacobo, & Ioanni primas ſedes petentibus in regno, offert ſuum calicem, ac baptiſmum ſibi paratum; docet ambitionem fugere: humilitatem ſectari. Explicavi tom. 4. cap. 37. & ſuprà Matth. 20. q. 4. 5. 6.

*Sextò, Verſ.* 46. Bartimæo cœco viſum reſtituit. Explicavi tom. 4.

Omnia ſupra dictis locis explicavi appoſito, & expenſo text. Marc.

# CAPUT XI.

1. ET cùm appropinquaret Ieroſolymæ, & Bethaniæ ad montem Olivarum
mittit duos ex diſcipulis ſuis. 2. Et ait illis, ite in Caſtellum, quod contra
vos eſt, & ſtatim introeuntes illuc, invenietis pullum ligatum, ſuper quem
nemo adhuc hominum ſedit: Solvite illum, & adducite. 3. Et ſi quis vobis
dixerit; Quid facitis? dicite, quia Domino neceſſarius eſt: & continuò illum di-
mittet hunc. 4. Et abeuntes invenerunt pullum ligatum ante januam foris in bivio,
& ſolvunt eum. 5. Et quidam de illis ſtantibus, dicebant illis, quid facitis ſolventes
pullum? 6. Qui dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus: & dimiſerunt eis. 7. Et
duxerunt pullum ad Ieſum; & imponunt illi veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eum.





8. Multi autem veſtimenta ſua ſtraverunt in via: alii autem frondes cædebant de
arboribus: & ſternebant in via. 9. Et qui præibant, & qui ſequebantur clamabant
dicentes Hoſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini. 10. Benedictum quod
venit regnum patris noſtri David, Hoſanna in excelſis. 11. Et introivit Jeroſoly-
mam in Templum: & circumſpectis omnibus, cùm jam veſpera eſſet hora, exiit in
Bethaniam cum duodecim. 12. Et alia die cùm exiret à Bethania eſuriit. 13. Cùmque
vidiſſet à longe ficum habentem folia, venit, ſi quid fortè inveniret in ea. Et cùm
veniſſet ad eam, nihil invenit præter folia. Non enim erat tempus ficorum. 14. Et
reſpondens dixit ei jam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam mandu-
cet. Et audiebant diſcipuli ejus. 15. Et veniunt Jereſolymam. Et cùm introiſſet in
Templum, cæpit ejicere vendentes, & ementes in Templo, & menſas nummula-
riorum, & cathedras vendentium columbas evertit. 16. Et non ſinebat ut quiſquam
transferret vas per Templum. 17. Docebat dicens eis: Nonne ſcriptum eſt; quia
domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem feciſtis
eam ſpeluncam latronum. 18. Quo audito, Principes Sacerdotum & Scribæ quæ-
rebant quomodo eum perderent, timebant enim eum, quoniam univerſa turba ad-
mirabatur ſuper doctrina ejus: 19. Et cùm veſpera facta eſſet, egrediebatur de
civitate. 20. Et cùm mane tranſirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus.
21. Et recordatus Petrus, dixit ei Rabbi ecce ficus, cui maledixiſti, aruit. 22. Et re-
ſpondens Jeſus, ait illis, habete fidem Dei. 23. Amen dico vobis, quia quicumque
dixerit huic monti, Tollere, & mittere in mare, & non hæſitaverit in corde ſuo, ſed
crediderit, quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei. 24. Propterea dico vobis, omnia
quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & evenient vobis. 25. Et cùm
ſtabitis adorandum, dimittite ſi quid habetis adverſùs aliquem: ut & pater veſter,
qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. 26. Quod ſi vos non dimiſeritis, nec
Pater veſter qui in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra. 27 Et veniunt rurſus
Jeroſolymam. Et cùm ambularet in Templo, accedunt ad eum ſummi Sacerdotes
& Scribæ, & Seniores. 28. Et dicunt ei, in qua poteſtate hæc facis? Et quis dedit
tibi hanc poteſtatem, ut iſta facias. 29. Jeſus autem reſpondens ait illis: interrogabo
vos & ego unum verbum, & reſpondete mihi: & dicam vobis in qua poteſtate
hæc faciam. 30. Baptiſmus Joannis de cœlo erat, an ex hominibus? Reſpondete
mihi? 31. At illi cogitabant ſecum, dicentes, ſi dixerimus de cœlo, dicet, Quare ergo
non credidiſtis ei. 32. Si dixerimus ex hominibus timemus populum Omnes enim
habebant Joannem, quia verè propheta eſſet. 33. Et reſpondentes dicunt Jeſu:
Neſcimus. Et reſpondens Jeſus, ait illis: Neque ego dico vobis in qua poteſtate
hæc faciam.

*ARGUMENTUM*
*Cum Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Chriſtus D. ſedens ſuper aſinam, cum ramis, ac palmis, ut verus Meſſias, Rex, ac Triumphator Jeruſalem ingreditur. Explicavi tom. 4. cap. 40.

*Secundò, Verſ.* 14. Ficulneæ fructibus carenti maledicit, inde ipſa aruit. Vide ſup. Matth. 21. per quinque quæſtiones.

*Tertiò Verſ.* 15. Ementes, & vendentes de Templo exturbat. De quo dixi tom. 2. cap. 2. & hic etiam eſt dicendum.

*Quartò Verſ.* 22. Hortatur ad magnam fidem in Deum, quia illa omnia ab eo impetrat, etiam ut montes transferat in mare. De quo dixi tom. 4. cap. 9. à n. 55 56. &c. & ſupra Matth. 17.

*Quintò, Verſ.* 27. Scribis rogantibus in qua poteſtate tanta opera faciat, eorum ora claudit Dominus viciſſim interrogando eos, in qua poteſtate Joan. Baptiſta baptizaverit, ac prædicaverit. Vid. ſup. Matth. 21, q. 6. & 7.

*Ejiciuntur vendentes, & ementes de Templo.*

*Marc. c.* 11. *n.* 15. Et veniunt Jeroſolymam & cùm introiſſet in templum, cœpit ejicere vendentes, & ementes in Templo, & menſas numulariorum, & cathedras vẽdentium colũbas evertit.

*Num.* 16. Et non ſinebat: ut quiſquam transferret vas per templum,

*VERSIONES.*

*Syrus, n.*19. Menſas trapezantium.
*Pagnin.* Argentorum.
*Æthyopicus.* Tabulas commutantium.
*Euthymius.* Stellas.
*Origenes.* Sedes.
*Vatabl.* Subvertit.
*Arabicus.* Et non permiſit cuiquam introire cum mercedibus in templum.
*Perſicus.* Neque ſinebat, ut quiſpiam rem aliam venalem deportaret.

*ALTER TEXTUS.*

*Matth.*12.*n.*12. Et Luc.19. n.45. Idem ferè habent.

*EXPOSITIO I.*

1. Matth.11. D. Auguſt.

*Veniunt Jeroſolymam:* An in eadem die palmarum, dubium eſt, quòd fuerit eodem die videtur denotare D. Matth.21. n.12. ut docet D. Auguſtinus lib.2. de Conſenſu Evangel. c.68. At D. Marcus, qui magis exactè ſcribit hanc hiſtoriam, ſignificat apertè, quòd fuerit ſequenti die, ſcilicet Feria ſecunda, ſeu die Lunæ; nam poſt narratum triumphum factum in Jeruſalem, & quòd Dominus ſe recepit in Bethaniam, tunc refert Verſ. 12. *& alieno die cum exirent de Bethania*, & tunc veniunt Jeruſalem. Ita Janſen. Cornel. & alii Caietan. verò ait, quod bis Dominus ejecerit vendentes, ſemel die palmarum, & iterum ſequenti die feriâ ſecundâ, cùm iterùm vidiſſet vendentes in templo; tamen pro ſuperiori ſententia oſtendam, ſcilicet quòd altera die, cùm Textus Marci ſit apertus, & clarus.

*In qua die ejiciuntur.* Janſen. Cornel. Caietan.

2. D. Chryſ.

*Cùm introiſſet in templum*; ut ſuo exemplo nos doceret ait D. Chryſoſtom. in Imperfecto, *Hoc erat proprium boni filii, ut veniens ad domum curreret Patris, & illi honorem redderet, qui genuit. Ut tu imitator Chriſti factus, cum in aliquam ingreſſus fueris civitatem, prius, ante omnem actum, ad Eccleſiam curras*, & tunc *cœpit ejicere de templo*: id eſt, de atrio templi, quòd etiam erat Deo dedicatum, & conſecratum; ut pote profanatores, agentes negotia ſæcularia in contemptum templi: *& menſas numulariorum*: Græcus: *Trepexiarum*: alii, *Doleybiſtarum*. Albert. Magn. ait, Quòd iſti erant ibi ſedentes, ut accommodarent pecunias his qui non habebant in promptu ad ſacrificia facienda. Janſenius, & alii ex Heſichio, & Poluce ex radice Græca, tenent hos Collybiſtas non mutuaſſe pecuniam, ſed pecunias commutaſſe de auro in argentum, & de una moneta majori, vel minori in aliam.

*In primo ingreſſu templum Dei viſitandum.*

Græcus. Alb. Magn.

3. Lyran. Alb. Magn. Menoch. *Vera ſententia.*

*Et non ſinebat, ut quiſquam transferret vas per templum*: Non permittebat Dominus, inquiunt Liran. & Albert. Magn. res, & vaſa quæ profanis uſibus inſerviebant, utpote, Cophinos, Lagenas, Sarcinas. Menochius ex radice Græca colligit denotari utenſilia, inſtrumenta, ut arma; ſimpliciter dicendum exiſtimo, quod non permittebat Dominus, ut etiam vaſa, quæ pertinebant ad uſum ſacrificii venderentur in templo, hanc meam cogitationem maximè juvat Arabicus legem: *Et non permiſit cuiquam introire cum mercedibus in templum*, & Perſicus: *Neque ſinebat ut quiſpiam rem aliam venalem deportaret.* Nempe, in templum.

Arabicus. Perſicus.

---

QUÆSTIO I.

*Quare Chriſtus D. omnes negotiatores tam vehementer ejicit de templo?*

4. Ait noſter Evangeliſta, quòd ingrediens Chriſtus D. in templum *cœpit ejicere omnes vendentes, & ementes*: ſimilem hiſtoriam refert Joan.2.n.14. Quam latè explicavi tom.2. c.2. Quæ videnda ſunt: aliquas circunſtantias hîc adnotabimus.

Joan. 2.

5. Et cur Chriſtus D. de templo ejecerit omnes vendentes, & ementes? duæ communiter aſſignantur rationes: & prima; quia valde indecens erat, quòd illa in templo venderentur, quæ ad ſæculare forum ſpectabant; neque enim debet confundi, quæ diverſi generis ſunt, ſed unumquodque perſiſtat in ſuo ordine, ac loco: Templum autem eſt domus orationis, ut ait Chriſtus D. & non publicum forum venalium. Secunda, quia illud introduxit avaritia, ac lucratio ſacerdotum, qui per ſuos ſervos, domeſticos, ac familiares vendebant columbas, oves, hædos, & alia ad ſacrificia; & forſitan non permittebant, ut alia offerrentur in templo, & ita populus, & pauperes maximè gravabantur. Ita D. Chryſoſt. D. Auguſt. Noſter Cyrill Alexand. Theophyl. Euthym. quos retul citato cap.2. q.5. & 6. Ubi novem rationes circa hanc rem appoſui.

*Quæ diverſi generis ſunt non confundenda.*

*Avaritia Sacerdotum multa mala introduxit.*

D. Chryſ. D. Auguſt. D. Cyril. Theophyl. Euthym.

6. Qui etiam notant, quòd Chriſtus bis ejicit vendentes & ementes à templo. Semel in exordio prædicationis. Joan 2.n.14. & iterum medio in fine prædicationis ſex diebus ante paſſionem ſuam; ut ita denotaret, quàm vehementer damnaret talem profanationem ac uſum, & quæſtum: & ita illum rejicit in principio, & fine, ut hoc altiſſimè remaneret impreſſum in hominum memoriâ.

*Templi profanatio maximè damnanda.*

7. Tertiò, & aliam rationem colligo ex D. Iren. lib.4. cap.5. qui ait: *Veritas erat ipſe, qui loquebatur; & vindicabat ſuam domum, projiciens ex eâ Numularios, qui & emebant, & vendebant.* Valde Chriſtus D. iraſcitur in negotiatores in templo, cùm in eo alii graviores peccatores graſſarentur, ut nequiſſimi Sacerdotes, hypocritæ, & multi alii magnis peccatis repleti; & tamen non tam rigidè ejiciuntur de templo, ut hi negotiatores: quid ergo in eis eſt inventum, ut ſic divina vindicta in eos provocaretur? *Veritas erat ipſe, qui loquebatur*: ait negotiationum mundialium menſa plena eſt mendaciis, ac fallaciis, at in una eadem domo non poterat eſſe ſumma, & ſolida veritas Chriſtus, & mendax, ac fallax mundialis negotiatio. Vel quarto die, quòd hæc vendentium, & ementium peccata erant publica, & cum magno ſcandalo; aliorum verò peccata, ut hypocritarum occulta, & ideo magis fuerit diſſimulanda, ac toleranda.

D. Iren.

*Negotiationes mundiales plenæ mendaciis.*

8. Quintò conſidera, quòd in quatuor hominum qualitates



qualitates Divina ira exercetur: in vendentes, Ementes, Numularios, & columbas vendentes. Hæc eſt divina Juſtitia, quæ in omnes delinquentes æqualiter fertur, & omnes in eodem delicto comprehenſi, ſimili, & eadem pœna multantur; ſed in hac re maximè audiendus eſt Origen. homil.15. in Matth. ubi ait: *Tunc quidem intravit Jeſus in templum Dei, & mundavit illud, ejiciens vendentes: & ementes in templo, & menſas Numulariorum, & cathedras vendentium columbas: Nunc autem quandiu non viſitantur, qui in nomine Jeſu Chriſti conveniunt in ipſum: ſunt vendentes & ementes in templo & alia facientes, & nunquam eis Chriſtus apparet: ut ejiciens eos*: Expende verbum: *Quandiu non viſitantur*: Multoties Chriſtus D. intravit in templum, & tamen non ſe habuit tam durè, ac aſperè contra negotiatores, vendentes: ementes, Numularios, & vendentes columbas, ac modo. Nunc autem, *Quandiu non viſitantur*: at verò modò ingreditur in templum, ut Dominus divinâ authoritate illud viſitans; & ideo in omnes æquanimiter pœnæ vindictam exercet, ut inde ſi ſunt alii ſacrilegi ſimilem pœnam ſibi metuant, nam in tempore vindictæ in unum peccatorem, alii ſimiles in culpâ eandem pœnam ſuſtinebunt

*Quia æqualiter delinquunt, æqualiter puniuntur.*

Origen.

*Tempore viſitationis omnia delicta punienda.*

9 Oſeæ. 6.

Ait Deus per Oſeam 6. num.11. *Pone ergo meſſem tibi Juda, cum convertero captivitatem populi mei*: Quid eſt quod cum Iſraël tenetur ſub captivitate, mandatur Judæ, ut ponat: ſeu præponat ſibi meſſem, ſeu ut alii legunt apud Bibliam Maximam: *Exciſionem*; Syrus: *Vindemiam*: Quæ meſſis, exciſio, vindemia tibi eſt præparata, cùm Iſraël ductus eſt captivus à Caldæo, qui civitates illius devaſtavit, quæ mala apprehenderunt Iſraël ob idololatriæ nefas: Ergo cùm Juda in eâdem idololatriâ ſit detentus, eadem captivitatis mala ipſi evenient, & contingent; ac proinde ex ſimili malo, ac peccato cum Iſraël; ſimilem meſſem ac vindemiam colliget. Ruffinus ad citatum locum; ait: *Nolo æſtimare, ô Juda, fore te damnationis immunem quia in tuis finibus ſubſtituiſti; ſed tu, quem comitaris flagitiis, & calamitatibus conſequere.*

Alia lectio. *Pœna, qua afficit unum peccatorem ſimiles expectas.*

Ruffinus.

10. Veniens Deus in primo Orbis molimine ad puniendos delinquentes, dixit ad ſerpentem: *Quia feciſti hanc rem, maledictus erat inter omnia animantia*: Gen.3. num.14. Deinde veniens ad Adamum, ait: *Maledicta terra in opere tuo*: Ibid. n.17. Non ille percutitur maledictione, ſed terra in opere ſuo. At verò dum Deus agit contra Caïn, ait: *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram*: Geneſ 4. n 11. ſerpentem maledictione percutit Dominus, ſicut & Caïn eadem maledictione afficitur, uterque enim ab ore Divino audit; *Maledictus eris*: Adamum tamen maledicitur, ſed terra; ſerpens tamen; & Cain in maledictionem veniunt, ſerpens deliquit fraudulenter decipiens hominem: *Eritis ſicut Dii*, Caïn deliquit interficiens fratrem; *Dixit Caïn ad Abelem fratrem ſuum, egrediamur foras*; & dum ſerpens, & Caïn in fraudulentiæ delicto pares inveniuntur, etiam ſimiles ſunt in ſuſtinendâ pœnâ D Chryſoſtom. homil. o in Geneſ. *Et nunc*, inquit ad Caïnum: *Tu maledictus de terra; nam qui ferme eadem egit, quæ ſerpens, & quaſi organum ſervivit diaboli ſententiæ; & ſicut ille fraude malitiam introduxit, ſic & hic deceptum fratrem in campum eductum armatâ in illum manu cædem complevit, & propterea, ſicut illi dixit, maledictus tu in omnes beſtias terræ? ſic & huic: quia eadem, quæ ille operatus fuit.* Qui pares fuerunt in depravatâ delicti operatione, pares etiam erunt in repetendâ juſtitiæ pœnâ.

Gen. 3.

Gen. 4.

*Similes in delicto ſimiles in pœna.*

D. Chriſoſt.

*Marc.*11.*n.*17. Et docebat, dicens eis: Nonne ſcriptum eſt: quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus: Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

*Num.* 18. Quo audito Principes Sacerdotum, & Scribæ quærebant quomodo eum perderent; timebant enim eum, quoniam univerſa turba admirabatur ſuper doctrina ejus.

*VERSIONES.*

*Origenes, & Vatal. n.*17. Domus deprecationis.
*Arabicus*, Feciſtis ſpeluncam latronibus.
*Perſicus.* Speluncam latronum, & emiſtis, & vendidiſtis.
*Syrus, n.*18. Mirantes erant in doctrina ejus.
*Euthymius.* Stupebant in doctrina ejus.
*Alius Syrus.* Propterea, quod univerſus populus percelleretur ob doctrinam ejus.

*ALTER TEXTUS.*

*Matt.*21.*n.*13. Et dixit eis: ſcriptum eſt, domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.
*Num.*14. Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo, & curavit eos.
*Luc.*19.*n.*64. Dicens illis: ſcriptum eſt, domus mea, domus orationis eſt; vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

*EXPOSITIO UNICA.*

11. *Docebat dicens; ſcriptum eſt*: Ad majorem vim, & corroborationem ſuæ doctrinæ adducit locum ex Scripturâ; *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Quæ deſumpta ſunt Iſayæ 56.n.7. Unde ait D. Auguſt. in regula: oratorio, nemo aliud agat, niſi ad quod factum eſt, unde nomen accepit Pſal.137. *Adorabo ad templum ſanctum.* Matthæus, & Marcus ſcribunt; *Domus orationis vocabitur*; D.Luc. *Domus orationis eſt* Quia illud quod verè, & realiter eſt, ſolùm poteſt dici, nominari, ac vocari.

Pſal. 137.

12. Jerem. 7. *Feciſtis eam ſpeluncam latronum*: Alludit Chriſtus D. ad aliud Jerem. 7. numer. 11. *Nunquid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus mea, in qua invocatum eſt nomen meum oculis veſtris? Ego ego ſum, ego vidi, ait Dominus*: Ac ſi dicat; Cogitatis quòd ſcelera veſtra ſunt abſcondita, ſicut latrones abdunt in ſpeluncis, ego ſum Dominus videns, & dum Chriſtus eos arguit, quòd templum *feciſſent ſpeluncam latronum* quæ verba denotant gravem reprehenſionem, non ſolùm quòd facerent negotiationes in templo, ſed etiam quòd venditores plus ab ementibus extorquebant, quàm res valebant, ut faciunt latrones, qui per vim, ac metum pecunias, & res auferunt; & fortè hoc proveniebat à Sacerdotibus, qui per ſuos ſervos, & familiares talia vendebant, & volebant, ut nulla alia offerrentur in templo, niſi quæ ab eis vendebantur? quòd totum Sacerdotum avaritia negotiabatur.

*Dura increpatio.*

13. D. Hieron. D. Paſchaſ. Mirum ſanè eſt Numularios, & alios nundinas in templo exercentes Chriſto non reſtitiſſe. Reſpondet D. Hieronymus, & D. Paſchaſius ad c. 21. Matth. *Igneum quiddam, ac ſydereum radiabat in oculis ejus, & Divinitatis Majeſtas lucebat in facie ejus*: Proinde mirum non eſt, ſi timore conſternati in fugam verterentur.

14. *Quo audito Principes Sacerdotum*: Facto, & verbis Chriſti extimulati, conſilium de ejus morte exagitabant. *Timebant enim eum*; Formidabant, ne ipſi à populo desererentur; ut authoritatem ſuam, quæ magni ponderis erat apud plebem amitterent, & ſic dicebant, Joann. 11. numer. 48. *Si dimittimus eum, ſic omnes credent in eum.* Joan. 11.

---

## QUÆSTIO II.

*Quare in hac ſecunda ejectione Dominus proponit teſtimonium ex Sacrâ Scripturâ, & non in prima?*

15. Joan. 2. DUpliciter Chriſtus D. negotiatores ejicit, primò in exordio prædicationis Joann. 2. numer. 14 & tunc ſolùm eis dixit: *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* Secundò ejicit modo ſex dies ante paſſionem, & tunc verba ex Sacrâ Scriptura eis objicit: *Scriptum eſt: domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Nunc proponit acriora verba, & duriùs pungit quam in prima ejectione, cum eos latrones dicat, vendentes rem ultra pretium, ut in Expoſitione adnotavi. Nam in prima ejectione ſolùm dixit; *Nolite facere domum negotiationis.* At verò nunc duriùs percurrit, cum ait, quod eam faciant *ſpeluncam latronum*; Cur cùm priùs uſus fuiſſet mitioribus verbis, nunc verò tam aſperis? In exordio vidit eos obſtinatè in eiſdem perſeverantes, & inde pœnam aſperrimis verbis accumulat. D. Chryſoſtom. apud Catenam D. Thomæ, ait; *Matthæus quidem dicit, quod ejiciens eos dicebat, Nolite facere domum meam ſpeluncam latronum. Illud enim fecit ad paſſionem veniens, ideo durioribus ſermonibus utebatur. Hoc autem in principio ſignorum fecit, unde non ita aſpera, ſed remiſſa quodammodo increpatione utitur.* Ne quis objiciat, quòd in prima ejectione; *Fecit flagellum de funiculis*: non verò in hac ſecunda, in ea proponit Divina verba, *feciſtis ſpeluncam latronum*; & verba Divina aſpera, & dura acriùs, & acerbius verberant, quam quodcumque flagellum externum. *Verbum Dei penetrabilius omni gladio ancipiti.*

*Relapſis in culpa augentur pœna.* D. Chryſoſt. *Verbum aſperum graviſſima pœna.*

16. Servus ille, qui debebat Domino ſua regi centum millia talenta, audit ab ore regis ut venundetur ipſe cum uxore, & filiis: *Juſſit eum Dominus venundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia, quæ habebat reddi.* Matth. 18. numer. 24. Tamen procidens cùm miſericordiam à Domino poſtulaſſet, eam impetravit, & ſimul omne magnum, & ingens debitum ei dimiſſum eſt; at poſt tantam condonationem ei factam, cùm vidiſſet fratrem ſuum debitorem eum ſuffocabat pro univerſo debito, res à conſervis deducta ad Regem, ait Textus numero 34. *Iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoad uſque redderet univerſum debitum.* Non tradidit eum Dominus cuilibet homini, vel cuſtodi, ſed tortoribus, ſeu carnificibus, qui eum die ac nocte crudeliter affligerent: Si primò tam benignè, ac ſuaviter ſe habuit cum eo, cur modò tam aſperè, & rigoroſè? Si antea tam amplam ſummam dimiſit; cur modò nec quadrantem, nec minimam partem vult remittere, ſed imperat, ut à tortoribus affligatur, quouſque reddat univerſum debitum? Primò etſi debitum erat magnum, & ingens, tame cùm eſſet primum debitum, pro ſua clemen[illegible]iter, & manſuetè ſe habuit Dominus erga illum. At verò cùm iterum relabitur in crimen, & primâ veniâ datâ non eſt melior factus, ſed iterum ad vomitum regreditur, inde contra ſe omnem iram, ac furorem provocat, ut omni pœnâ, tortoribus abſque ulla remiſſione torqueatur. Origen. homil 7 in Matth. ait; *Iratus tradidit eum tortoribus, & jam non juſſit eum venundari, & uxorem ejus, & filios ejus, quia pejus oportebat pati propter malitiam ſuam traditum tortoribus.* Expende illud: *Jam non juſſit eum venundari: quia pejus oportebat pati.* Primò pro clementiâ mandat venundari; at verò cum ſecundò culpam reperit; *pejùs oportebat pati.*

Matth. 18. *Reincidentia in peccata magnam iram provocat.* Origenes.

---

## QUÆSTIO III.

*Quare poſt ejectos vendentes, & ementes cæcos, & claudos curat Dominus?*

17. D. Matth. CItatus D. Matthæus c. 21. num. 14. ſcribit; quòd poſt ejectos illos negotiatores, *Acceſſerunt ad eum cæci, & claudi, & curat eos*: Cùm ingreditur Jeſus Jeruſalem univerſus populus eum proclamabat tanquam verum Deum, Meſſiam, ac Regem, ibidem citato cap. num. 9. *Hoſanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, Hoſanna in excelſis.* Ingreditur in templum ejicit vendentes, & ementes; & curat cæcos, & claudos: Lyranus ait; *Ponitur factum oſtenſivum ſuæ divinitatis in curatione infirmitatum incurabilium, quod non poteſt fieri niſi virtute divina.* Cui dantur honores dignitates, ac acclamationes magnæ excellentiæ, debet & operibus illius correſpondere. Applauditur Chriſtus

Lyranus. *Acclamationes & dignitates correſpondeant operibus.*



Chriſtus D. & reſonant ei voces ut filio Dei opera filii Dei exhibet, & manifeſtat.

18. Et priùs Chriſtus D. ejicit vendentes, & ementes, deinde curat cæcos, & claudos, ſæpe enim Divina beneficia ob aſtantium turbam retardantur, ac impediuntur; & curantur cæci per fidei illuminationem, ut cœleſtia myſteria videant, & claudi, ut rectè ambulent ad juſtitiæ & virtutis opera.

19. D. Paſch. Tertiò D. Paſchaſius ad cap. 21. Matth. lib... ait; *Quam piè tales ſubvertuntur, ut alii, qui cæci ſunt in templo, ex eorum correctione queant: recipere ſanitatem, alioquin niſi menſas Numulariorum, & cathedras vendentium columbas everriſſet Jeſus, cæci, & claudi lucem priſtinam, & greſſus concitos non meruiſſent recipere.* Maximè iratum in negotiatores, Chriſtus D. ſe oſtendit deinde cæcos, & claudos curat, & cur inter flagella, ac tantæ iræ rigores cæcis, & claudis benefecit? ut fieret evidens quòd flagella naſcebantur non à crudelitate, & odio, ſed à clementiâ, & pietate, ut templum Dei mundaretur exclusâ tantâ profanatione. *Quam piè tales ſubvertuntur, ut alii ſanentur*; ut ita domo Dei mundatâ in alios Dei manus benefica ſe expediat. ſic ſæpe contingit, quòd illa, quæ videntur ſpeciem crudelitatis habere, magnæ pietatis ſint argumenta. Deſcendentibus fratribus Joſeph in Ægyptum: *Tollens Simeon, & ligans illis præſentibus, juſſit miniſtris, ut implerent eorum ſaccos tritico.* Geneſ. 43. num. 5. Mandat ligari eum in carcere non crudelitate & odio, ſiquidem triticum liberaliter eis providit, ſed ex pietate ligat, ut cognoſcat veritatem, an eorum pater, & frater minimus ſuperſtites ſint in terra.

*Signa præferunt ſpeciem crudelitatis & ſunt ex pietate.* Gen. 24.

20. Rupert. Quartò Rupertus lib. 2. in Joſue. cap. 21. ait. *Non priùs cæcos, & claudos curavit, quàm illos latrocinantes de ſpeluncâ ejecit, quia videlicet, non vitia curari, nec virtutes poſſunt illuſtrari, niſi priùs Mammon de cordibus ſacerdotum, aut ipſi ſacerdotes cum illo Deo ſuo de templo Dei fuerint ejecti*: ut cæci, & claudi curentur, expelluntur de templo negotiatores avaritiæ ſacerdotum fomentum, quia talis avaritia non ſolùm polluit templum, ſed etiam impedit Divina beneficia, & magnum malum pœnæ ad ſe advocat, ac attrahit, ipſoſque Eccleſiaſticos infirmat, ne contra ſceleratos ſtent

*Avaritia in ſacerdote multa mala parturit.*

21. Cæſis Madianitis magnâque prædâ ex eorum ſpoliis reportatâ: *Suſceperunt Moyſes, & Eleazar ſacerdos omne aurum, & intulerunt illud in tabernaculum teſtimonii, in monimentum filiorum Iſraël coram Domino.* Num. 31 numer. 51. & 52. Suſcepit etiam Aaron à populo Iſraël aurum, & injectum in igne exiit aureus vitulus qui populum in ſui adorationem rapuit. *Fecitque populus quæ juſſerat, deferens inaures ad Aaron, quas cum ille accepiſſet, formavit opere furioſo, & fecit ex eis vitulum conflatilem.* Exod. 32. n. 4. Accipiunt à populo ſummi ſacerdotes Aaron, & Eleazar aurum. Ex auro, quod Eleazar accipit multa bona; ac benedictiones veniunt in populum: Ex auro verò dato Aaroni, non ſolùm multa mala veniunt in populum, vitulus, nempe, ad peſtiferam idololatriam & cœleſtium donorum abdicationes, ac prævaricationes. Ait Deus Exod. 33. numer. 3. *Non aſcendam tecum, quia populus duræ cervicis es*; Et unde tanta diſcriminis ratio? Aurum in manu Eleazari reponebatur in tabernaculo ad Dei obſequium: aurum oblatum Aaroni injicitur in ignem, hoc eſt, in concupiſcentiâ. Si aurum in manu ſacerdotis eſt ad Dei gloriam, inde omnia bona profluunt: ſi verò eſt in ſacerdote, avaro, ac igne concupiſcentiæ flagrante, parturit omne malum; prohibet, ac removet omne bonum. Galfridus Abbas in Allegoriis Tilmanni, ait: *Acceptum aurum in ignem mittere, eſt in ipſius concupiſcentiâ, corda hominum inflammare. Ignis enim avaritiæ ſignat ardorem. Et in hunc ignem ab eis aurum mittitur. Quæ enim eſt ſubverſio maxima populorum? Nonne avaritia ſacerdotum! inde ſtudium hoc vehementius terrena colendi: non in ſolis conſcientiis oritur, ſed foris etiam manifeſtâ operatione profertur*, Expende illa verba: *Quæ eſt enim ſubverſio maxima populorum? nonne avaritia ſacerdotum.*

Numer. 31. Exod. 32. Exod. 33. *Sacerdotum avaritia aliis pernicioſa* Galfridus.

---

## QUÆSTIO IV.

*Quare indignantur ſacerdotes videntes mirabilia Chriſti, & ſigna petunt?*

22. Matth. 21. SCribit D. Matthæus cap. 21. num. 15. Quòd poſt ejectos vendentes, & cæcos, ac claudos curatos. *Videntes autem Principes Sacerdotum, Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, dicentes Hoſanna filio David, indignati ſunt.* Communis vox Interpretum eſt, quia ægrè ferebant ſuas nundinationes, & lucra è templo ejecta. Et nota, quod non dicuntur indignati, quando negotiatores ejecit, ſed quando viderunt Chriſti miracula, & puerorum acclamationes. Ac ſi invidiâ ægrius ferrent tantam gloriam Chriſto deferri, quàm omne ſuum lucrum impediri, ac deperdi. Vide ſupra Matth. 2. q. 5 n. 24. 25. 26.

*Invidens plus dolet de' gloria alterius, quam de ſuo damno.*

23. D. Hieron. D. Paſch. D. Thom. D. Chryſ. Secundò, communiter Patres Hieronymus. Paſchaſ. D. Thomas, dicunt indignatos fuiſſe ob lucra, quæ manifeſtè perdebant, ſi tales negotiationes non fierent in templo, pro quo audiendus eſt D. Chryſoſtom. in Imperfect. homil. 40 & ait. *Poſtquam Jeſus intravit in templum & omnes vendentes animalia, quia ad ſacrificia vendebantur, foras ejecit, in quibus ſacerdotes avari delectabantur, tunc præcipuè cogitaverunt eum occidere, dicentes inter ſe, ſi populus iſtum habuerit Deum, neceſſe eſt, ut dimittas conſuetudinem beſtiarum, quæ ad noſtrum pertinent lucrum: & ſic jam non erit populus iſte poſſeſſio noſtra, ſed Dei videlicet non ad noſtrum quæſtum pertinens ſed Dei* Ecce impii Sacerdotes, dum vident Chriſtum tanta poteſtate vendentes, & ementes ejicere, tantiſque ſignis divinæ omnipotentiæ reſplendeſcere, tunc cogitabant eum perdere, & occidere, quia in eo talem videbant affectum, ut à ſuis aris, ac templis, omne Sacerdotium expelleret, & nullum admitteret: Ubi autem intervenit lucrum, & Deus, temporarii homines magis volunt perdere Deum, quàm lucrum, ac emolumenta; quia avariſſimi illum ſolum Deum colunt, ac venerantur, qui eorum lucris, ac temporalibus

D. Auguſt. *Temporales magis volunt lucrum quam Deum.*

commodis inſervit; & ideo cultores vineæ vi-
dentes Dei filium illum hæredem, eum inter-
ficere cogitant, ne illius proventus, ac commo-
Matth. 21. ditates deperdant. Matth. 21.
24. Secunda quæſtionis pars inquirit: Quare
nunc Judæi à Chriſto D. Quærunt ſigna de ſuâ
poteſtate? Dixerat Chriſtus: *Domus mea, do-
mus orationis vocabitur, vos autem jeciſtis illam
ſpeluncam latronum.* Graviter Chriſtus D. arguit,
punit, quòd in domo Patris ſui ſint latrones;
Joan. 2. ad quod videtur Joannes addere cap 2. numer.
18. Reſponderunt ergo Judæi, & dixerunt:
*Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis?* In
*Signum Divinitatis latrones, ac iniquos punire.* tantâ caſtigatione, ac reprehenſione, ſignum tan-
tum requirebant, per quod in eo manifeſta-
retur Divinus Spiritus, ex quo tantâ authori-
tate eos ſic increparet; ſed nullum aliud ma-
jus ſignum Divini Spiritus poterat eſſe in Jeſu,
quàm quòd tantâ efficaciâ latrones, impios, &
ſacrilegos caſtigaret. D. Chryſoſtom. homil. in
cap 2. Joan. ait: *Quod ſignum oſtendis nobis, quia
hæc facis: ò ſummam dementiam, quonam ſigno
opus erat, cum malefacta corriperet: & Dei do-
mum tanta purgaret ignominiâ: Zelus ille pro do-
mus Dei honore, maximum fuit virtutis ſignum,
quod boni advertunt.* Illud ſanè manifeſtiſſimum
Dei inhabitantis ſignum, quando impii latro-
nes, ac ſacrilegi puniuntur, ac pro Dei glo-
riâ pugnatur.
25. Bis Satanas Chriſtum D. tentat in deſerto,
ſemel ut de lapidibus faciat panes: Secundò ut
de pinnaculo templi projiciat; teſtimoniis Sa-
cræ Scripturæ, cum Chriſtus D. rejicit, ac
convincit. Tandem tertiò *aſſumpſit eum diabo-
lus, in montem excelſum valde, & oſtendit ei
omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit
ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me:
tnunc dixit ei Jeſus: Vade Satana*: Matth 4. nu- Matth. 4.
mer. 10. Valde mirum, quòd in aliis tentationi-
bus non cum multo rigore ſe habuit Chriſtus
cum diabolo; ſed tantùm locis Scripturæ de-
vincit: At verò modò in promiſſione regnorum
durè, ac acriter increpatum ab ire mandat, eum-
que probroſo Satanæ nomine caſtigat: cur mo-
dò in hac tentatione potiùs, quàm in aliis tam
aſperè ſe habet Chriſtus D. erga Diabolum? In
hac tentatione diabolus tanquam impudicum *Dei Spiritus reſplendet in plectendis iniquis.*
latronem ſe gerebat, ſibi uſurpans omnia regna
mundi, quæ Dei erant, & Deum Patrem à do-
minio ſuo intendebat ſpoliare: Inde Chriſtus
D. oſtendit in ſe Spiritum Dei, ac ſe eſſe filium
Dei patris manifeſtat, dum tam impudicum
regnorum ſpoliatorem non eſt paſſus impunè
abire, ſed durè, & acriter mandat eum rece-
dere, vindicans audaciam ob uſurpationem Pa-
tris regnorum D. Chryſoſtom. homil. 13. in D. Chryſoſt.
Matth ait: *Quia jam in Patrem ipſum nequiſ-
ſimus ille peccaverat, omnia quæ illius ſunt,
ſua eſſe dicendo, ſeque eorum dominum ſacri-
legè profitendo, quaſi cunctorum eſſet creator,
tunc eum jam utique corripit: Vade inquit, Sa-
tana.*

# CAPUT XII.

1. ET cœpit illis in parabolis loqui; Vineam paſtinavit homo, & circum-
dedit ſepem, & fodit lacum, & ædificavit turrim, & locavit eam
agricolis, & peregrè profectus eſt. 2. Et miſit ad agricolas in tempore
ſervum, ut ab agricolis acciperet de fructu vineæ. 3. Qui apprehen-
ſum eum ceciderunt; & dimiſerunt vacuum. 4. Et iterum miſit ad illos alium ſer-
vum, & illum in capite vulneraverunt, & contumeliis affecerunt. 5. Et rurſum alium
miſit, & illum occiderunt; & plures alios quoſdam cædentes, alios verò occidentes.
6. Adhuc ergo unum habens filium chariſſimum; & illum miſit ad eos noviſſimum
dicens, Quia reverebuntur filium meum. 7. Coloni autem dixerunt ad invicem,
hic eſt hæres, venite occidamus eum; & noſtra erit hæreditas. 8. Et apprehen-
dentes eum, occiderunt, & ejecerunt extra vineam. 9. Quid ergo faciet Dominus
vineæ? veniet & perdet colonos; & dabit vineam aliis. 10. Nec Scripturam hanc
legiſtis, lapidem quem reprobaverunt ædificantes hic factus eſt in caput anguli.
11. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris? 12. Et quærebant
eum tenere, & timuerunt turbam; cognoverunt enim quoniam ad eos parabolam
hanc dixerit. Et relicto eo, abierunt. 13. Et mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis
& Herodianis, ut eum caperent in verbo. 14. Qui venientes dicunt ei: Magiſter,
ſcimus; quia verax es, & non curas quemquam; nec enim vides in faciem homi-
num, ſed in veritate viam Dei doces, licet dari tributum Cæſari, an non dabimus?
15. Qui ſciens verſutiam illorum, ait illis: Quid me tentatis: afferte mihi dena-
rium ut videam. 16. At illi attulerunt ei. Et ait illis, cujus eſt imago hæc, & in-
ſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris. 17. Reſpondens autem Jeſus dixit illis, reddite igitur
quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Et mirabantur ſuper eo. 18. Et ve-
nerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurrectionem non eſſe, & interrogabant
eum dicentes, Magiſter. 19. Moyſes nobis ſcripſit, ut ſi cujus frater mortuus fuerit,
& dimiſerit uxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater ejus uxorem ipſius
&



& reſſuſcitet ſemen fratri ſuo. 20. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxo-
rem, & mortuus eſt non relicto ſemine. 21. Et ſecundus accepit eam, & mortuus eſt;
& nec iſte reliquit ſemen, & tertius ſimiliter. 22. Et acceperunt eam ſimiliter ſeptem
& non reliquerunt ſemen. Noviſſima omnium defuncta eſt mulier. 23. In reſurre-
ctione ergo cùm reſurrexerint, cujus de his erit uxor. Septem enim habuerunt
eam uxorem. 24. Et reſpondens Jeſus, ait illis, nonne ideo erratis, non ſcientes ſcri-
pturas, neque virtutem Dei. 25. Cùm enim à mortuis reſurrexerint neque nubent,
neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli in cœlis. 26. De mortuis autem quòd reſur-
gant, non legiſtis in libro Moyſi, ſuper rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens;
Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob. 27. Non eſt Deus mortuo-
rum, ſed vivorum. Vos ergo multum erratis. 28 Et acceſſit unus de Scribis, qui
audierat illos conquirentes, & videns quoniam bene illis reſponderit, interrogavit
eum, quod eſſet primum omnium mandatum. 29. Jeſus autem reſpondit ei: quia
primum omnium mandatum eſt. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt;
30. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt primum mandatum. 31. Secundum
autem ſimile eſt illi; Diliges proximum tuum tamquam teipſum. Majus horum
aliud mandatum non eſt. 32. Et ait illi Scriba; Bene Magiſter in veritate dixiſti,
quia unus eſt Deus; & non eſt alius præter eum. 33. Et ut diligatur ex toto corde, &
ex toto intellectu, & ex totâ animâ, & ex totâ fortitudine; & diligere proximum
tamquam ſeipſum; majus eſt omnibus holocautomatibus, & ſacrificiis. 34. Jeſus au-
tem videns quod ſapienter reſpondiſſet dixit illi; non es longè à regno Dei, & nemo
jam audebat eum interrogare. 35. Et reſpondens Jeſus, dicebat, docens in templo.
Quomodo dicunt Scribæ Chriſtum filium eſſe David? 36. Ipſe enim David dixit
in Spiritu ſancto. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam
inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. 37. Ipſe ergo David dicit eum Dominum;
unde eſt filius ejus? & multa turba libenter eum audivit. 38. Et dicebat eis in do-
ctrinâ ſuâ: Cavete à Scribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro 39.
Et in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcubitus in cœnis. 40 Qui
devorant domos viduarum ſub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius
judicium. 41. Et ſedens Jeſus contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba
jactaret æs in gazophylacium, & multi divites jactabant multa. 42. Cùm veniſſet
autem vidua una pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans. 43. Et convo-
cans diſcipulos ſuos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper, plus
omnibus miſit qui miſerunt in gazophylacium. 44. Omnes enim ex eo, quod abun-
dabat illis, miſerunt, hæc verò de penuriâ ſuâ omnia quæ habuit, miſit totum
victum ſuum.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus D. proponit Scribis parabolam vinitorum, filium Heri ſui qui erat Dominus vineæ, occidentium, vineámque ſibi uſurpantium. Explic. t. 4. c. 43.

*Secundò, Verſ.* 13. Interrogantibus Herodianis, an Judæis liceat tributum dare Cæſari, Reſpondet. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ Dei Deo.* De quo dixi t. 4. c. 45.

*Tertiò, Verſ.* 18. Apertè oſtendit Sadducæis, dari veram reſurrectionem, eorumque interrogationi ſatisfacit; de quo vide ſuprà Matth. 22. per quinque quæſtiones.

*Quartò, Verſ.* 28. Docet maximum mandatum eſſe de diligendo Deo ex toto corde Explicavi. tom. 4. c. 46.

*Quintò, Verſ.* 35. Interrogat quomodo David Chriſtum filium, ſuum vocat Dominum. Expendi tom. 4. eodem cap. 6. à n 48.

*Sextò, Verſ.* 38. Docet fugiendum à vitiis, ac moribus Scribarum; quod explicavi t. 4. c. 47. & ſupra Matth. 23. per multas quæſtiones.

*Septimò, Verſ.* 41. Docet viduam pauperculam, dantem templo duo minuta, plus cæteris attuliſſe; quod hîc eſt explicandum.

Quæ omnia ſuis locis explicavi appoſito Marci Textu.

Vidua

## Vidua paupercula.

### QUÆSTIO I.

*Quare Vidua paupercula offerens duo minuta plus omnibus obtulit?*

1. Quid Gazophylacium.

AIt in præſenti noſter Evangeliſta n.41. quòd cùm Chriſtus D. ſederet contra Gazophylacium, quod erat communis arca in quam conjiciebantur, & in qua cuſtodiebantur oblata, & donaria ad templi uſus, & ad alimentandos ſacerdotes, ac ad pauperum eleemoſynas: *gaza* enim Perſè ſignificat divitias; *Phulaci*, Græcè, idem eſt, ac cuſtodire, ſeu ſervare: eodemque nomine hanc communem arcam appellat Joannes 8 num.20. *Hæc verba locutus eſt Jeſus in Gazophylacio docens in templo.* Joan. 8.

2. Text. Ait inquam n.42.43. quòd tunc, *Cùm veniſſet vidua una paupercula, miſit duo minuta, quod eſt quadrans; & convocans (Jeſus) diſcipulos ſuos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper, plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazophylacium: Omnes enim ex eo, quod abundabat illis miſerunt; hæc verò de penuria ſua, omnia, quæ habuit miſit totum victum ſuum.* Idem ferè ſcribit D. Lucas, cap.21. num.1. 2. ac. 3. Luc. 21.

3. Beda. *Vidua paupercula, miſit duo minuta, quod eſt quadrans.* Beda, de quadrante Hebræo intelligit; qui quarta pars ſicli eſt Cùm ergo ſiclus denarios contineat quatuor, quarta pars ſicli unus eſt denarius. Veriſimilius tamen D. Marcus de quadrante Latino loquitur; ſiquidem ſcripſit Romæ, ac Romanis ſuum Evangelium quòd Latini eſſent, ac proinde ut explicaret duo minuta, quæ Vidua obtulit, addidit: *Quod eſt quadrans*: Latinum autem quadrans, eſt quarta pars aſſis parvi, ideſt, baioci: decem enim, aſſes puta decem baioci, faciebant denarium, ideſt, regalem Hiſpanicum ſeu Julium Italicum: Ac proinde cùm hæc bona vidua, *dedit duo minuta, id eſt, quadrans*: obtulit unum regalem Hiſpanicum.

*Quantitas oblationis.*

4. De hac vidua Chriſtus D. in præſenti ait: *Plus omnibus miſit*: Quamvis enim ordinariè loquendo ac cæteris paribus, oblatio, ac eleemoſina melior, & major ſit ex majori quantitate oblationis, ac eleemoſynæ, tamen ex circunſtantia, ac per accidens: cum cætera non ſint paria, minor oblatio, ac eleemoſyna ex majori affectu charitatis, religionis in Deum, ac pietatis, poterit eſſe gratior, ac magis meritoria coram Deo. Deinde etiam oblatio creſcit ex difficultate dantis; proindeque non illa eſt major oblatio, quæ in ſe eſt majoris valoris, ac pretii, ſed quæ majorem difficultatem importat reſpectu dantis, cum omnibus careat, proindeque vidua hæc dans quadrantem, plus omnibus dedit; quia totum quod habebat dedit, de cæteris ſibi neceſſariis confiſa in divina pietate: Deus autem non appendit donum ſed animum, ac affectum dantis, D. Chryſoſtom. homil, de miſericordia, ait: *Minimum vidua divitum opulentias vicit, & vota divitum, votum vidua ſuperavit. Divites ex multo modicum; vidua verò ex modico obtulit totum: Unde Dominus ſingulorum animos, & facultates oſtendit, & viduam in opere pro facto laudavit.* Et ſimiliter D. Ambroſius lib 2. de officiis cap.30.

*Oblatum donum coram Deo appenditur non ex quantitate, ſed ex animo.* D. Chryſ. D. Ambroſ.

5. Deus enim maximè ponderat animos, & non dona. Euthym. cap 41. in Marcum ait: *Et ſi vidua pauper erat poſſeſſionibus, dives tamen animo oſtenditur, ideo Salvator, qui non donum ponderat, ſed voluntatem, plus omnibus miſiſſe dicitur.* Beda ait: *Non ſubſtantiam offerentium, ſed conſcientiam penſat Deus, nec perpendit quantùm in ejus ſacrificio, ſed ex quanto proferatur*: Hildebertus Epiſtola 61. ad Virgil. ſacrat, ait: *Pariter accipitur, ſi par eſt affectus offerentium; Deo enim non quid, ſed qualiter offeras attendit.* Et D. Thomas 2 q.32. artic.4. ad 3. Ait: Quod vidua plus dedit ſecundùm proportionem, inde appenditur in ipſa major charitatis affectus, & ideo plus cæteris majus donavit.

*Deus ponderat animos, & non dona.* Euthym. Beda. Hildebert. D. Thom.

6. Maximè celebre eſt in ſcriptura odorem Deo eſſe gratiſſimum, qui ex mactata hoſtia ac exuſta aſcendit ad Deum. Geneſ 8. numer.21. cùm Noë Deo obſtulit hoſtias in ſacrificio: *Odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis*: Quod latiùs explicat Moyſes, num.15. num.3.& ait: *Adolentes odorem ſuavitatis Domino, ſive de bonus, ſive de ovibus*: Sed quiſnam poterat eſſe odor ex vitula, ſeu ove exuſta cum pellicula talis enim odor procul abigitur, & nares offendit. Unde ergo erat ibi ſuaviſſimus odor Deo? non ex victima cremata, ſed ex animo offerenti. Conſidera quanta ſit virtus voluntatis benè affectatæ, quandoquidem Deo miſcet odorem ex nidore ambuſtæ pecudis. Abulenſ. ad citatum cap.15. numer. quæſt 17 ait. *De illa exhalat odor ſuavis Deo ex devotione offerentium*: Voluntas eſt quam Deus ſpectat, & qua ſacram metitur hoſtiam; Hæc piè affecta voluntas hominum voluntatem Deo concinnat, quæ ſi deſit nullum magnis in muneribus munus eſt.

Gen. 8. Num.15. *An affectus odor Deo ſuaviſſimus.* Abulenſ.

7. Unguentum peccatrix ad Chriſti pedes effundit, ex quo tota domus impleta eſt ex odore, capilliſque expanſis ſacras plantas exterſit & lachrymis abluit. & oſculis impreſſis adorat, quæ Chriſtus D. in magno æſtimat; ut planum omnibus eſt, ſicque dixit ad Simonem Luc.7. numer.44. *Vides hanc mulierem. Intravi in domum tuam,* &c. Lachrymis rigavit pedes meos, capillis terſit, unguento unxit pedes meos, & tandem ait Chriſtus D. num.47. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*: Illius laudes Dominus celebrat, ejuſque plenam peccatorum condonationem datam dicit, non ex præclariſſimis obſequiis, ex nempe unguento effuſo, pedibus ablutis, & exterſis, & ex magna lachrymarum copia effuſa, ſed ex vehementi voluntatis, ac charitatis affectu; *dilexit multum*: illumque peculiariter Deus reſpicit, ac in multum appendit ſuper omnia alia opera; indeque mulier à Chriſto laudatur, ut docet D. Paulinus Epiſt.4. ad Severum, & ait: *Quæ non tam pretio munerum, quàm obſequii placuit affectu.*

Luc.7. *Magdalena magis placuit affectu, quam officio.*

8. Inde maximè laudatur noſtra vidua, quia, ut ait, Euthymius ſuprà datus: *Salvator, non donum ponderat, ſed voluntatem*: & D. Chryſoſt. Euthym. D. Chryſoſt.

Divites



*Divites ex multo modicum, vidua verò ex modico obtulit totum*: Ananias, & Saphira maximè damnantur, quia licèt ex agro vendito, *partem quandam ad pedes Apoſtolorum poſuiſſent*; Actor.5. num.2. & fortè hæc erat major, & principalis portio, tamen aliquid ſibi reſervarant, ac retinuerant; & in tam magno dato ſuo, ita fuit eorum animus curtus, & anguſtus, ut noluerint, omnia dare; ita eorum donum diſplicuit, ut in pœnam darentur. D. Hieronymus de ſcientia Divinæ legis: *Reminiſcamur non aliena appetita pecunia damnati, ſed de ſua timidè erogata damnatos*: Ecce in magnis anguſtiis animus damnatur, & minimis magnus animus laudatur, & approbatur.

Actor. 5. *In magnis anguſtiis animus, ac ſi nihil dediſſet.*

### QUÆSTIO II.

*Quare vidua dans omnia, quæ habebat rectè egerit?*

9. CUm vidua unum quadrantem miſiſſet in Gazophylacium: *Convocans Jeſus diſcipulos ſuos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit*: Quibus verbis Chriſtus D. mulieris virtutem maximè laudat. & extollit, ut planum eſt: notat D. Paulinus in Natal.6 S. Felici; ſed ſi Chriſtus hoc dixit ad laudem, & gloriam mulieris; cur non coram omnibus, ſed tantùm ad diſcipulos hæc loquitur? magis enim videtur ſpectare ad viduæ decorem, ſi tam glorioſa illius proclamatio, omnium conſpectu evulgaretur, ac publicaretur, tamen convocatis Apoſtolis, cum eis habet Chriſtus hunc ſermonem: *Vidua hæc pauper, plus omnibus miſit*: & meritò ſanè quia ſolùm benevoli, amici, ac bene affecti tua magnalia, earumque laudes præcipiunt, ac intelligunt, de quo alibi dixi.

*Solus amicus, & benevolus tuas intelligit laudes* D. Paulin.

10. Text. De hac vidua agens Chriſtus D. in præſenti ſubdit ſequenti n.44. *Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miſerunt: hæc verò de inopia ſua, omnia, quæ habuit, miſit totum victum ſuum,* Syrus: *Confecit omnem poſſeſſionem ſuam*: Arabicus: *Injecit cum inopia ſua, omne, quod habebat.* Æthiopicus: *Obtulit totam ſuſtentationem ſuam*: Et D. Luc. c 21.n.4 de ea ait Chriſtus D. *Nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei: hæc autem ex eo, quod deeſt illi, omnem victum ſuum, quem habuit, miſit*: Eraſmus tam in Marcum, quàm in Lucam vertit: *Omnem ſubſtantiam ſuam miſit.*

Syrus. Arabicus. Ethiopic. Luc. 21. Eraſmus.

11. *Difficultas quæſtionis.* Ex quo inſurgit difficultas: An hæc mulier rectè ſe geſſerit, mittens omnia, quæ habebat, itaut nil aliud ei ſupereſſet in Gazophylacio, ad uſum & obſequium templi, cùm templum aliàs eſſet locuples, & magnæ eleemoſinæ ei impenderentur, ut unuſquiſque teneatur ſibi providere in neceſſariis.

12. Reſpondeo primò: quòd mulier omnia ſua quantùm habebat, dedit: Obtulit ex ſua ingenti charitate, quâ volebat non ſolùm omnia ſua, ſed etiam propriam vitam effundere, pro Deo, Titus Boſtrenſis in Luc.21 & ait. *Ea magnanimitate, & devotione duos obolos, hoc eſt, omnia quæ habebat obtulit, ac ſi vitam propriam pro nihilo duceret*: Et maximè confiſa in Divina Providentia, plus ei datura: *jacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.* Pſalm.54. num. 23.

Tit. Boſtr. *Mulier confuſa in Deum.* Pſal. 54.

13. Secundò noſter D. Cyrillus apud Catenam D. Thomæ, ait: *Duos obolos offerebat, quos cum ſudoribus ad diurnum victum acquiſierat*: Ac proinde indicat, quòd vidua laborans manibus victum ſibi comparabat, ac inde dedit totam ſuam ſubſtantiam, quam in præſenti habebat, quia ſua induſtriâ, & arte operando lucrari poterat, quantum ſibi ad victum eſſet neceſſarium; Non enim tentat Dominum, qui dat totum quando in promptu eſt humanum medium, ut valeat ſibi comparare ad victum neceſſaria. D Auguſtin. homil. 8. inter Quinquaginta, ſic ait, loquens de hac vidua. *Quia enim præbebat ei Dominus victum: jam ei duo nummi ſuperflui reſtiterant ad victum ejus diei: ideo miſit illos in domum Dei, & emit ſibi regnum cœlorum.* Unde videtur ſentire, quòd illi nummi erant ei ſuperflui ad victum illius diei, etſi neceſſarii in diem proximum, illos poterat laborando comparare.

D. Cyril. *Manibus laborans ſibi promittebat neceſſaria.* D. Auguſt.

14. Tertiò: Eſtius; quod illa oblatio, non erat opus, miſericordiæ, ſed actus religionis; & licèt ſit inordinatum, quod pauper det eleemoſynam diviti; maxime tamen ordinatum eſt quod det Deo ad obſequium, & uſum templi ejus (licèt illud templum ſit locuples, & magnos habeat proventus, nam tale munus oblatum ab homine exiguæ fortunæ, offertur Deo in agnitionem, & recognitionem ſuæ ſupremæ majeſtatis, ſicut non eſt inordinatum, ut quis è vulgo Regi munus offerat, quo ei ſuam proteſtatur ſubjectionem.

Eſtius. *Dabat, vidua in recognitionem Dei.*

15. Quartò noſter D. Cyrillus apud Catenam in Lucam, ait: *Quæ ſcilicet, vidua quotidie per aliena paſcit ſuffragia Deo donat oſtendens ei ſuam paupertatem fructiferam*: Adeo pauperrima egeſtas fructifera eſt, ut ex illo, quod de ſua paupertate offert magnum fructum, magnumque cumulum comparet, ac acquirat: Mandavit Deus Deuter.24. num.19. *Quando meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris: non reverteris ut tollas illum: ſed advenam, & pupillum, & viduam auferre patieris*: ſed ſi Dominus ſegetis fuerit, & neceſſitate laborans, quomodo relinquet ſuos manipulos, & non colliget ſublevamen ſuarum neceſſitatum? Relinquat tamen pro miſeris, advenis, ac pupillis. Ecce quàm fructifera paupertas, quia etſi pauper, ſi tamen relinquat manipulos, pro miſeris alendis, recipiet plenas, & amplas ſegetes. Joſephus lib.4. cap.8. ait: *Metentes, & de meſſe colligentes ne ſpicilegium faciant; & de manipulis nonnihil egenis relinquant... Non enim tantùm ex negligentiori collectione decidit, quantùm accedit è pauperum gratia. Deus etiam ad nutriendos fructus terram, alacriorem faciet, ſi nos quiſquam tantùm ſuis commodis provideat, ſed inopum quoque rationem habeat.* Quamvis urgens & magna ſit paupertas quod miſeris datur, non minuitur, ſed in magnos proventus dilatatur.

D. Cyril. *Valde frugifera paupertas dum pro Deo dat.* Joſephus.

16. Cùm Abrahamus ſederet ad oſtium tabernaculi ſui, ac elevaſſet oculos: *Apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum, quos cùm vidiſſet*

cucurrit

Gen. 8.
*Modicum datum pro Deo innumerabilem theſaurum comparat.*

*occurrit in occurſum*, &c. Geneſ. 18. n 2. Ut tres peregrinos, vidit; ſtatim magno fervore, ac celeritate ad eos hoſpitandos currit; quid vidit, & invenit in eis? D. Chryſoſt. hom. ad illud dictum Pauli: *opportet hæreſes eſſe*: ſic loquitur, *Accurrebat enim, miniſtrabat, Dominos appellabat, theſaurum innumerabilium bonorum ſe inveniſſe putabat.* Expende verbum *theſaurum innumerabilium bonorum ſe inveniſſe putabat.* Tam frugifera eſt larga ob Deum beneficentia in pauperes, quod ex modico *ſit Theſaurus innumerabilium bonorum.* Chryſoſt.

# CAPUT XIII.

1. ET cùm egrederetur de Templo, ait illi unus ex diſcipulis ſuis Magiſter, aſpice quales lapides & quales ſtructuræ. 2 Et reſpondens Jeſus, ait illi vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. 3. Et cùm ſederet in Monte Olivarum contra templum, interrogabant eum ſeparatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas. 4 Dic nobis quando iſta fient, & quod ſignum erit quando hæc omnia incipient conſummari? 5. Et reſpondens Ieſus cœpit dicere illis: Videte, ne quis vos ſeducat. 6. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego ſum, & multos ſeducent. 7. Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne timueritis, oportet enim hæc fieri: ſed nondum finis. 8. Exurget enim gens contra gentem, & regnum ſuper regnum: & erunt terræ motus per loca, & fames. Initium dolorum hæc. 9. Videte autem vos metipſos. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis vapulabitis, & ante præſides, & reges ſtabitis propter me in teſtimonium illis. 10. Et in omnes gentes primum oportet prædicari Evangelium. 11. Et cùm duxerint vos, tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: ſed quod datum vobis fuerit in illa hora id loquimini: non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus. 12. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & conſurgent filii in parentes, & morte afficient eos. 13. Et eritis odio omnibus propter nomen meum, qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſalvus erit. 14. Cùm autem videritis abominationem deſolationis ſtantem, ubi non debet (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes. 15. Et qui ſuper tectum, ne deſcendat in domum, nec introeat ut tollat quid de domo ſua. 16. Et qui in agro erit, non revertatur retro tollere veſtimentum ſuum. 17. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. 18. Orate verò ut hyeme non fiant. 19. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus uſque nunc, neque fient. 20. Et niſi breviaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalva omnis caro, ſed propter electos, quos elegit, breviabit dies. 21. Et tunc ſi quis vobis dixerit. Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic: ne credideritis. 22. Exurgent enim pſeudochriſti, & pſeudo-prophetæ, & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt etiam electos. 23. Vos ergo videte, ecce prædixi vobis omnia. 24. Sed in illis diebus poſt tribulationem illam Sol contenebrabitur, & Luna non dabit ſplendorem ſuum. 25. Et Stellæ cœli erunt decidentes, & virtutes quæ in cœlis ſunt movebuntur. 26. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria. 27. Et tunc mittet Angelos ſuos, & congregabit electos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terræ, uſque ad ſummum cœli. 28. A ficu autem diſcite parabolam. Cùm jam ramus ejus tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoſcitis quia in proximo ſit æſtas. 29. Sic & vos cùm videritis hæc fieri, ſcitote quod in proximo ſit in oſtiis. 30. Amen dico vobis, quoniam non tranſibit generatio hæc donec omnia iſta fiant. 31. Cœlum & terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt. 32. De die autem illo, vel hora, nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neque filius niſi pater. 33. Videte, vigilate, & orate, neſcitis enim quando tempus ſit. 34. Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſervis ſuis poteſtatem cujuſque operis, & janitori præcepit ut vigilet. 35. Vigilate ergo, (neſcitis enim quando Dominus domus veniat: ſerò, an media nocte, an galli cantu, an mane.) 36. Ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. 37. Quod autem vobis dico, omnibus dico Vigilate.

*ARGU*



*ARGUMENTUM cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 5. Prædicit deſtructionem templi, ac civitatis, & bella audienda, de quo dixi tom. 4. cap. 48. & infra aliqua dicam Luc. 21.

*Secundò, Verſ.* 9. Prædicit perſecutiones, quas ſui paſſuri ſunt ob prædicationem Evangelicam, Explicavi. tom. 3. cap. 8. de quo vide ſupra Matth. 10.

*Tertiò, Verſ.* 14. Proponit Chriſtus Dominus abominationem Antichriſti, illiuſque magnas perſecutiones, de quo dixi tom. 4. cap. 49.

*Quartò, Verſ.* 24. Prædicit obſcurationem Solis, & Lunæ; ac Stellarum de Cœlo caſum, ut pote ſigna ultimi judicii, quod explicavi tom. 4. cap. 50.

*Quinto, Verſ.* 32. Docet diem illum eſſe omnibus incognitum, & ſolùm Patri notum, vel cui ipſe voluerit revelari, ideoque ſingulos vigilare, & ad illum aſſiduè ſe comparare debere. De quo vide ſuprà Matth. 24. per quinque quæſtiones.

Quæ omnia explicavi appoſito, & expenſo Textu D. Marci.

# CAPUT XIV.

1. ERat autem Paſcha & Azyma poſt biduum: & quærebant ſummi Sacerdotes, & Scribæ quomodo eum dolo tenerent; & occiderent. 2. Dicebant enim: Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo. 3. Et cùm eſſet Bethaniæ in domo Simonis Leproſi, & recumberet, venit mulier habens alabaſtrum unguenti nardi ſpicati pretioſi. Et fracto alabaſtro, effudit ſuper caput ejus. 6. Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicentes: ut quid perditio iſta unguenti facta eſt? 5. Poterat enim unguentum iſtud venundari pluſquam trecentis denariis, & dari pauperibus: Et fremebant in eam. 6. Jeſus autem dixit: Sinite eam, quid illi moleſti eſtis? bonum opus operata eſt in me. 7. Semper enim pauperes habetis. 8. Quod habuit hæc fecit, prævenit ungere corpus meum in ſepulturam, 9. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit Evangelium iſtud in univerſo mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam ejus. 10. Et Judas Iſcariotes unus de duodecim abiit ad ſummos ſacerdotes, ut proderet eum illis. 11. Qui audientes gaviſi ſunt, & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos, & quærebat quomodo illum opportunè traderet. 12. Et primo die azymorum quando Paſcha immolabant, dicunt ei Diſcipuli: Quò vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Paſcha? 13. Et dimittit duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis, te in civitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans, ſequimini eum. 14. Et quocumque introierit, dicite domino domus, quia magiſter dicit. Ubi eſt refectio mea, ubi Paſcha cum diſcipulis meis manducem? 15. Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande, ſtratum: & illic parate nobis. 16. Et abieruut diſcipuli ejus, & venerunt in civitatem: & invenerunt ſicut dixerat illis & paraverunt paſcha. 17. Veſpere autem facto, venit cum duodecim. 18. Et diſcumbentibus eis, & manducantibus, ait Jeſus: Amen dico vobis quia unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. 19. At illi cœperunt contriſtari, & dicere ei ſingulatim: nunquid ego? 20, Qui ait illis, unus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino. 21. Et filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de eo: væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei ſi non eſſet natus homo ille. 22, Et manducantibus illis, accepit Jeſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait, ſumite, hoc eſt corpus meũ. 23. Et accepto calice gratias agens, dedit eis, & biberunt ex illo omnes. 24. Et ait illis, hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur. 25. Amen dico vobis, quia jam non bibam de hoc

 genimine

genimine vitis uſque in diem illum cùm illud bibam novum in regno Dei. 26. E
hymno dicto exierunt in montem Olivarum. 27. Et ait eis Jeſus: omnes ſcan-
dalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt: Percutiam paſtorem & diſper-
gentur oves. 28. Sed poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. 29. Petrus
autem ait illi; Et omnes ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego. 30. Et ait illi Ieſus
Amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac priuſquam gallus vocem bis dede-
rit, ter me es negaturus. 31. At ille amplius loquebatur? Et ſi oportuerit me ſimul
commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. 32. Et ve-
niunt in prædium cui nomen Gethſemani, & ait diſcipulis ſuis: ſedete hîc
donec orem. 33. Et aſſumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem ſecum & cœpit
pavere, & tædere. 34. Et ait illis, Triſtis eſt anima mea, uſque ad mortem, ſuſtine-
te hîc, & vigilate. 35. Et cùm proceſſiſſet paululùm, procidit ſuper terram, & ora-
bat ut ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora. 36. Et dixit, Abba, Pater omnia tibi poſ-
ſibilia ſunt: transfer calicem hunc à me, ſed non quod ego volo, ſed quod tu.
37. Et venit, & invenit eos dormientes & ait Petro, Simon dormis? non potui-
ſti una hora vigilare? 38 Vigilate, & orate ut non intretis in tentationem. Spiri-
tus quidem promptus eſt, caro verò infirma. 39. Et iterum abiens, oravit eun-
dem ſermonem: dicens. 40. Et reverſus denuò invenit eos dormientes (erant enim
oculi eorum gravati) & ignorabant quid reſponderent ei. 41. Et veniet tertiò, &
ait illis: Dormite iam, & requieſcite. Sufficit, venit hora ecce filius hominis tra-
detur in manus peccatorum. 42 Surgite eamus, ecce qui me tradet prope eſt. 43 Et
adhuc eo loquente venit Judas Iſcariotes unus de duodecim & cum eo turba mul-
ta, cum gladiis, & lignis miſſi à ſummis ſacerdotibus & Scribis, & ſenioribus 44. De-
derat autem traditor ejus ſignum eis dicens; quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt,
tenete eum, & ducite cautè. 45. Et cùm veniſſet, ſtatim accedens ad eum ait: Ave
Rabbi: & oſculatus eſt eum 46. At illi manus injecerunt in eum: & tenuerunt
unum 47. Unus autem quidam de circunſtantibus educens gladium, percuſſit ſervum
ſummi ſacerdotis: & amputavit illi, auriculam. 48. Et reſpondens Jeſus ait illis.
Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis, & lignis comprehendere me? 49. Quo-
tidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis? ſed ut impleantur ſcri-
pturæ. 50. Tunc diſcipuli ejus relinquentes eum omnes fugerunt. 51. Adoleſcens
autem quidam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo, & tenuerunt eum.
52. At ille relictâ ſindone nudus profugit ab eis. 53. Et adduxerunt Jeſum ad
ſummum ſacerdotem, & convenerunt omnes ſacerdotes, & Scribæ, & ſeniores,
54. Petrus autem à longè ſecutus eſt eum uſque intrò in atrium ſummi ſacerdotis
& ſedebat cum miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe. 55. Summi verò ſacerdo-
tes, & omne concilium quærebant adversùs eum teſtimonium, ut eum morti
traderent, nec inveniebant. 56. Multi enim teſtimonium falſum dicebant ad-
versùs eum: & convenientia teſtimonia non erant. 57. Et quidam ſurgentes
falſum teſtimonium ferebant adverſùs eum, dicentes: 58. Quoniam nos au-
divimus eum dicentem: ego diſſolvam templum hoc manu factum, & per
triduum aliud non manufactum, ædificabo. 59. Et non erat conveniens te-
ſtimonium illorum. 60. Et exurgens ſummus ſacerdos in medium interroga-
vit Jeſum, dicens: non reſpondes quidquam ad ea quæ tibi objiciuntur ab
his? 61. Ille autem tacebat, & nihil reſpondit. Rurſum ſummus Sacerdos in-
terrogabat eum: & dixit ei. Tu es Chriſtus Filius Dei benedicti? Ieſus au-
tem dixit illi: Ego ſum, & videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis
Dei, & venientem cum nubibus cœli. 63. Summus autem Sacerdos ſcin-
dens veſtimenta ſua, ait: Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſ-
phemiam, quid vobis videtur? qui omnes condemnaverunt eum eſſe reum mor-
tis. 65. Et cœperunt quidam conſpuere in eum, & velare faciem ejus & colaphis
eum cædere, & dicere ei; Propheتiza. Et miniſtri alapis eum cædebant. 66. Et
cùm eſſet Petrus in atrio deorſum, venit una ex ancillis ſummi ſacerdotis. 67. Et
cùm vidiſſet Petrum calefacientem ſe, aſpiciens illum, ait; Et tu cum Ieſu Na-
zareno eras. 68. At ille negavit dicens neque ſcio, neque novi quid dicas, Et exiit
foras ante atrium, & gallus cantavit. 69. Rurſus autem cùm vidiſſet illum an-
cilla cœpit dicere circunſtantibus, quia hic ex illis eſt. 70. At ille iterum nega-
vit; & poſt puſillum rurſus qui aſtabant, dicebant Petro; Verè ex illis es, nam &
Galilæus es. 71. Ille autem cœpit anathematizare, & jurare, quia neſcio hominem
iſtum quem dicitis. 72. Et ſtatim gallus iterum cantavit. Et recordatus eſt
Petrus



Petrus verbi, quod dixerat ei Ieſus: Priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis.
Et cœpit flere.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

Omnia, quæ noſter Evangeliſta enarrat in hoc capite explicata ſunt apud D. Matthæum, capite 26. Vide ibi Remiſſiones cum ipſo Textu, D.Marci appoſito.

# CAPUT XV.

1. ET confeſtim manè conſilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſeniori-
bus, & ſcribis, & univerſo concilio, vincientes Jeſum, duxerunt, &
tradiderunt Pilato. 2. Et interrogavit eum Pilatus: Tu es Rex Judæo-
rum? at ille reſpondens, ait illi, tu dicis. 3. Et accuſabant eum ſum-
mi ſacerdotes in multis. 4. Pilatus autem rurſum interrogavit eum, dicens: Non
reſpondes quidquam? vide in quantis te accuſant. 5. Jeſus autem ampliùs nihil
reſpondit: itaut miraretur Pilatus. 6. Per diem autem feſtum ſolebat dimittere
illis unum ex vinctis quemcumque petiiſſent. 7. Erat autem qui dicebatur Barabbas.
qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidium. 8. Et cùm
aſcendiſſet, turba, cœpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis. 9. Pilatus autem reſ-
pondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis regem Judæorum? 10. Sciebat enim
quòd per invidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. 11. Pontifices autem conci-
taverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis. 12. Pilatus autem iterum
reſpondens ait illis: quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? 13. At illi iterum
clamaverunt, crucifige eum. 14. Pilatus verò dicebat illis: quid enim mali fe-
cit? At illi magis clamabant, crucifige eum. 15. Pilatus autem volens populo
ſatisfacere, dimiſit illis Barabbam, & tradidit Ieſum flagellis cæſum ut crucifi-
geretur. 16. Milites autem duxerunt eum in atrium Prætorii, & convocant totam
cohortem: 17. Et induunt eum purpura & imponunt ei plectentes ſpineam co-
ronam. 18. Et cœperunt ſalutare eum, Ave Rex Iudæorum. 19. Et percutiebant ca-
put ejus arundine, & conſpuebant eum & ponentes genua adorabant eum.
20. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum veſti-
mentis ſuis, & educunt illum, ut crucifigerent eum. 21. Et angariaverunt præte-
reuntem quempiam Simonem Cyreneum venientem de villa, patrem Alexandri,
& Rufi, ut tolleret crucem ejus. 22. Et perducunt illum in Golgotha locum quod
eſt interpretatum, Calvariæ locus. 23. Et dabant ei bibere myrrhatum vi-
num: Et non accepit: 24. Et crucifigentes eum, diviſerunt veſtimenta ejus,
mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret. 25. Erat autem hora tertia,
& crucifixerunt eum. 26. Et erat titulus cauſæ ejus inſcriptus, Rex Iudæo-
rum. 27. Et cum eo crucifigunt duos latrones unum à dextris, & alium à ſini-
ſtris ejus. 28. Et impleta eſt ſcriptura quæ dicit, Et cum iniquis reputatus eſt.
29. Et prætereuntes blaſphemabant eum moventes capita ſua, & dicentes: Vah qui
deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas, 30. Salvum fac temetipſum
deſcendens de cruce. 31. Similiter, & ſummi ſacerdotes illudentes ad alterutrum
cum Scribis, dicebant: Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere.
32. Chriſtus Rex Iſraël deſcendat nunc de cruce ut videamus, & credamus. Et
qui cum eo crucifixi erant, convitiabantur ei. 33. Et facta hora ſexta, tenebræ
factæ ſunt per totam terram, uſque in horam nonam. 34. Et hora nona exclama-
vit Ieſus voce magna dicens: Eloi, Eloi, lamma ſabbathani? quod eſt interpretatum,
Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me? 35. Et quidam de circumſtanti-
bus audientes dicebant, ecce Eliam vocat, 36. Currens autem unus, & implens
ſpongiam aceto, circumponenſque calamo potum dabat ei: dicens, ſinite videamus
ſi veniat Elias ad deponendum eum. 37. Ieſus autem emiſſa voce magna expiravit, 38.
Et velum tēpli ſciſſum eſt in duo, à ſummo uſq; deorſum. 39. Videns autem Centurio,

qui ex adverſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait Verè hic homo filius Dei erat. 40. Erant autem mulieres de longè aſpicientes, inter quas erat Maria Madalene, & Maria Jacobi minoris, & Joſeph mater & Salome. 41. Et cùm eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, & miniſtrabant ei, & aliæ multæ quæ ſimul cum eo aſcenderant Jeroſolymam. 42. Et cùm jam ſerò eſſet factum (quia erat Paraſceve, quod eſt ante ſabbatum.) 43. Venit Joſeph ab Arimathæa, nobilis decurio qui & ipſe erat expectans regnum Dei, & audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus Jeſu. 44. Pilatus autem mirabatur ſi jam objiſſet; & accerſito Centurione, interrogavit eum ſi jam mortuus eſſet. 45. Et cùm cognoviſſet à Centurione, donavit corpus Joſeph. 46. Joſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum involvit ſindone, & poſuit eum in monumento quod erat exciſum de petra, & advolvit lapidem ad oſtium monumenti. 47. Maria autem Magdalene, & Maria Joſeph aſpiciebant ubi poneretur.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

Omnia, quæ noſter Evangeliſta ſcribit in hoc capite, explicata habentur apud D. Matth. cap. 27. Vide ibi remiſſiones appoſito & expenſo Textu D. Marci.

# CAPUT XVI.

1. ET cùm tranſiiſſet ſabbatum, Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Ieſum. 2. Et valde mane una ſabbathorum, veniunt ad monumentum, orto jam ſole. 3. Et dicebant ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti? 4. Et reſpicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. 5. Et introeuntes in monumentum viderunt juvenem ſedentem in dextris coopertum ſtolâ candidâ, & obſtupuerunt 6. Qui dicit illis: nolite expaveſcere: Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum, ſurrexit, non eſt hîc, ecce locus, ubi poſuerunt eum. 7. Sed ite, dicite diſcipulis ejus, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis. 18. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento; invaſerat enim eas tremor, & pavor: & nemini quidquam dixerunt; timebant enim. 9. Surgens autem Ieſus mane primâ ſabbathi, apparuit primò Mariæ Magdalene, de qua ejecerat ſeptem dæmonia. 10. Illa vadens nuntiavit his, qui cum eo fuerunt lugentibus, & flentibus. 11. Et illi audientes, quia viveret, & viſus eſſet ab ea, non crediderunt. 12. Poſt hæc autem duobus ex his ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie euntibus in villam. 13. Et illi euntes nuntiaverunt cæteris: nec illis crediderunt. 14. Noviſſime recumbentibus illis undecim apparuit: & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. 15. Et dixit eis: euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus, erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. 17. Signa autem eos qui crediderint hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis. 18. Serpentes tollent: etſi mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. 19. Et Dominus quidem Ieſus poſtquam loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. 20. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.





*ARGUMENTUM*
*Cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Apparet Chriſtus Magdalenæ, cæteriſque piis fœminis; quod explicavi tom. 5. lib. 9. cap. 1. De quo etiam dixi ſupra Matthæi 28.

*Secundò, Verſ.* 12. Apparet Chriſtus D. duobus diſcipulis euntibus in Emaus. De quo dixi tom. 3. lib. 9. cap. 3.

*Tertiò, Verſ.* 14. Se oſtentat undecim Apoſtolis, quos mittit per totum orbem evangelizare, conceſſa poteſtate credentibus faciendi miracula, & ſigna, & tandem glorioſè in cœlum aſcendens, ſedet ad dexteram Dei; quod explicavi t. 5. lib. 9 cap. 10. & vide infrà.

## QUÆSTIO I.

*Quare recumbentibus undecim diſcipulis ad menſam, illis reſſuſcitatus apparet Chriſtus?*

1. AIt noſter Evangeliſta in præſenti num 14. *Noviſſimè recumbentibus undecim diſcipulis apparuit illis Jeſus*: Cùm ultimò Chriſtus D. vult diſcedere à ſuis Apoſtolis illis ad menſam reſſuſcitatus ſe oſtentat; ut denotaret, quòd cibus illis ad menſam tamquam typus Euchariſtiæ corporibus noſtris reſurrectionem efficiat. Ait Chriſtus Joan. 6. num. 55. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſſuſcitabo eum in noviſſimo die*: Ubi videtur, quod corporum noſtrorum reſurrectio in ultima judicii die ad gloriam aſcribatur Euchariſtico Sacramento, ut præclarè docet noſter D. Cyrill. ibi in perſona Chriſti dicens. *Ego igitur, inquit, qui homo factus ſum per meam carnem, in noviſſimo die comedentes reſſuſcitabo?* Ac ſi corpus Chriſti, ſit quoddam morale inſtrumentum ad hoc ut beatorum corpora ad immortalem vitam reſurgant, ut ad citatum Joannis locum, n. 5. cum communi Doctorum ſententia dixi: Unde meritò Concil. Nicænum appellat hoc divinum Sacramentum: *Symbolum reſurrectionis*: Et S. Ignatius Epiſtol. 14. ad Epheſ. ait: *Pharmacum immortalitatis*: & D. Nyſſen orat. Catech. c. 37. adjungit: *Corpus noſtrum non poſſe conſequi immortalitatem, niſi corpori huic immortali Chriſti fuerit conjunctum.* Magnum ſanè encomium Euchariſtici corporis Chriſti quòd noſtris corporibus glorioſæ noſtræ reſurrectionis prærogativam conferat.

Joan. 6.
D. Cyril.
*Euchariſtia corporibus noſtris prærogativam confert.*
Conc. Nic.
S. Ignatius.
D. Nyſſen.

Poſt ſumptum Euchariſticum Calicem, juxta 2.
communem Patrum ſententiam, ut ſuo loco retuli; dixit ſuis diſcipulis Chriſtus Matth. 26. num. 29. *Dico autem vobis, non bibam à modo* (ab hoc nempè tempore) *ex hoc genimine vitis, uſque in diem illum, cùm illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei.* Perantiqua difficultas, & ſatis grandis, quomodo in cœleſti curia calix Euchariſticus novus ſit bibendus à Chriſto D. cum ſuis electis? de quo multa dixi tom. 5. in Evang. lib. 7. c. 7. q. 42. 43 44. & aliis. Pro noſtro inſtituto audiendus D. Auguſt. lib. 1. quæſt. Evang. cap. 43. & ait: *Quid aliud novum vinum, niſi immortalitatem renovandorum corporum intelligere debemus? quod cùm dicit: vobiſcum bibam, etiam ipſis reſurrectionem corporum ad induendam immortalitatem promittit: vobiſcum enim non ad tempus, ſed ad eandem innovationem dictum, accipiendum eſt.* Et ſatis pulchrè, quod illud ſuaviſſimum Nectar hujus Euchariſtici Calicis, ac geniminis vitis, non ſit amplius cum ſuis electis bibiturus in hoc ſæculo: *Sed cùm illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei*: novum ait, ideſt, novo modo, novoque reſurrectionis effectu cum immortalitate in regno Patris mei: *Quid enim aliud novum vinum niſi immortalitatem renovandorum corporum intelligere debemus?* Et ait Chriſtus: *bibam vobiſcum novum*: Nam etſi glorioſa corporis reſurrectio eſſet multis titulis debita Chriſto, etiam ex hoc titulo ſanguinis ſui ſibi convenire oſtendit, & ut etiam diſcipulis ſuo tempore ad ſimilem glorioſè, ac beatè corporum reſurrectionem feliciter, propinaret. *Vobiſcum bibam, etiam ipſis reſurrectionem corporum ad induendam immortalitatem promittit*: ac proinde bibam illum novo effectu ſeu participabo illius novum effectum reſurrectionis, ac immortalitatis, quam producit, ac cauſat.

D. Auguſt.
*Titulo ex ſumpta Euchariſtia Chriſto glorioſa reſurrectio.*

## QUÆSTIO II.

*Quare Chriſtum reſurgentem nullus mortalium vidit, ipſum verò aſcendentem in cælum viderunt undecim Apoſtoli?*

HUic quæſtioni anſam nobis præbet D. 3.
Bernardus, in allegoriis novi teſtamenti, ubi ſic addubitans, ait: objicit Chriſtus ſuis Apoſtolis. *Quia ii, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Quid eſt inquit, quod dixit? Reſurgentem illum, nullus legitur vidiſſe mortalium. Hoc ergo de Angelis accipiendum, quibus reſurrectionis teſtimonium perhibentibus, Apoſtolorum puſillanimitas hæſitavit.* Valde mirum, quod reſurrectionis myſterium, in quo totius Chriſtianæ rei cardo conſiſtit; *nullus legitur vidiſſe mortalium*: Cùm ſtatim Chriſtus D. redivivus, ac glorioſus multoties ſuis diſcipulis ac multis aliis glorioſus apparuerit, ac cum eis

D. Bernard.

converſatus fuerit, in contrario verò accidit in magnifica illius aſcenſione in cœlos; cur ergo diſcipuli glorioſæ majeſtatis Chriſti in reſurrectione videre non potuerunt? illius verò terminum in hoc mundo, dum magnificè aſcendit ad cœlorum ſublimia, maximè viderunt: de qua
Oecum. Actor. 1. re audiendus eſt Oecumenius ad illa verba Actor. 1. *Videntibus illis elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Sic ait: *Addit autem videntibus illis quandoquidem hîc ſitum erat univerſum fidei negotium, ac neceſſitatis illorum principium quidem videri poterit, finis autem non ita. Præterea quoque aſtiterunt viſi dicentes, quòd in cœlo requieſcat, neque enim viſio ad finem pertingebat. In reſurrectione verò contrario modo; principium autem viſum non fuit.* Finem reſurrectionis, ideſt, non Chriſtus non aſcendit in cœlum ut viventem vident diſcipuli, non tamen illius initium, ac principium: *Reſurgentem illum nullus legitur mortalium vidiſſe*: E contra verò in Aſcenſione vident principium: *Videntibus illis elevatus eſt*: non tamen illius finem, & terminum: *Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum*: O altiſſima, & infinita Dei ſapientia! ſanè ſpectabat ad authoratiſſimum fidelium teſtimonium, ut in utroque myſterio Apoſtoli aliquid oculis cernerent, decebat etiam ad fidei negotium, ut aliquid eſſet oculis occultum; indeque Reſurrectionis principium, & Aſcenſionis finis, eſſet noſtro viſui abſconditum, & ſolùm ſuffragio commendatur Angelico, *quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum*: Et ad authoratiſſimum teſtimonium, ut Apoſtoli poſt reſurrectionem Chriſtum viderent converſantes; & manducantes cum eo; & in Aſcenſione dum *videntibus illis elevatus eſt.*

*Teſtimonio manifeſtiſſimo, & fidei negotio ſatisfit.*

4. Reſpondeo ſecundo. Tota Chriſti magnifica gloria manifeſtata eſt in hoc ſæculo in ejus reſplendenti Reſurrectione, & in ejus admirabili Aſcenſione: Inde nec illius principium, nec hujus finis agnoſcitur, nec viſitur à mortali homine: tam ſublimis, & alta eſt Chriſti gloria, tantúmque tranſcendit noſtrum intellectum, ut à nullo illius ſuperfluens majeſtas valeat intelligi, percipi, ac inveſtigari: & ideò illius initium, ac finis occultatur, ac abſconditur viſu humano.

*Tanta eſt gloria Chriſti, ut nullus intellectus valeat pertinge e ejus initium, ac terminum.*

5. In glorioſa Transfiguratione manifeſtavit Chriſtus D. ſuam gloriam diſcipulis ſuis, qui tamen illius principium, ac exordium non viderunt, ut exprimit D. Lucas 9. num. 32. *Petrus verò, & qui cum illo erant, gravati erant ſomno. Et evigilantes viderunt majeſtatem ejus, & duos viros qui ſtabant cum illo.* Nec etiam Apoſtoli viderunt finem, ac terminum ipſius Transfigurationis; cùm deſineret eſſe; ut notat D. Matth. 17. n. 6. Quod, ſcilicet, vocem Patris: *Audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde, & elevantes oculos, neminem viderunt niſi ſolum Jeſum.* Ecce Diſcipuli dum Chriſtus incipit transfigurati, erant ſomno gravati, ut advertit D. Lucas: Quando verò deponit Transfigurationem: *Ciciderunt in faciem ſuam*: ut ſcribit D. Matthæus, & ita nec viderunt incipere, nec deſinere Domini Transfigurationem: quam quæſtionem tractavi tom. 4. cap. 8. q. 30. & eam diſcutit, ac tractat Abulenſis ad cap. 17. D. Matth. q. 68. Et aſſignat hanc rationem, aitque: *Ut diſcipuli magis venerarentur, quod non videbant, voluit hoc incognitum, & ita depreſſit eos ſomno à principio ut non viderent incipere, & in fine exterruit eos ne viderent deſinere*: Ibi plura citavi mea quæſt. 30. ad noſtrum tamen ſcopum. Dum Chriſti gloria manifeſtatur in transfiguratione, ab oculis diſcipulorum abſconditur irradians majeſtas, quia tam alta, & ſublimis eſt ſuper humanum faſtigium, ut illius exordium, ac terminum minimè intellectus noſter valeat pertingere, ac tantillùm illius capere.

D. Luc. 9. — D. Matth. 17. — Abulenſ. — *Apoſtoli non viderunt nec principium transfigurationis nec finem.*

6. Ait Apoſtolus Paulus loquens de Chriſto D. 2. Corinth. 5. n. 16. *Etſi cognovimus ſecundùm carnem Chriſtum: ſed nunc jam non cognovimus.* Ac ſi dicat, etſi cognovimus Chriſtum in hoc mundo, in carne mortali, ac paſſibili; & addit Apoſtolus: *Sed nunc jam non cognovimus*: ac ſi dicat; jam nunc prout eſt modò, in cœlo ad dexteram Dei Patris tanta eſt ejus majeſtas, tantaque ejus ſublimitas, ut non poſſimus evorare, ac penetrare præ ſui magnitudine, quanta ſit. D. Leo. ſerm. 1. de reſurrectione, & ait: *Meritò dicitur Chriſti caro in eo ſtatu nota neſciri, quia nihil in ea infirmum remanſit*: ſed totum glorioſum ac magnificum.

2. Cor. 5. — *Nullus intellectus poteſt cognoſcere quanta ſit Chriſti gloria.* — D. Leo.

## QUÆSTIO III.

### *Quare in ſolemniſſimo Aſcenſionis die Chriſtus reprehendit, & exprobrat incredulitatem ſuorum Diſcipulorum?*

7. EXprobravit *incredulitatem eorum, quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt.* Ita noſter Evangeliſta in præſenti, n. 14. Et cùm nullus mortalium viderit Chriſtum reſurrexiſſe, ut ex communi ſententia Patrum dixi, tom. 5. lib. 9. cap. 1. quæſt. 2. num. 21. Ideo communiter Authores: *Qui viderant eum reſurrexiſſe*: id eſt, qui viderant eum reſſuſcitatum, ut dixi eodem lib 9. cap 10. exp. 1. n. 3. niſi velis dicere eum D. Bernardo citato ſuperiori quæſtione: qui non crediderant Angeli teſtificantibus ejus Reſurrectionem.

8. *Increpavit duritiam illorum*: neminem ſugillat in particulari, ſed reprehenſio ad omnes fertur, & quos ſtatim conſtituebat totius orbis Doctores ac prædicatores: *Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ*: De quo multa dixi citato cap. 10. q. 2. 3. & 4. quibus verbis, quos conſtituebat magiſtros arguit, ac reprehendit, ut diſcant blandè, ac leniter aliorum errores tolerare, ut eos reducant ad viam ſalutis.

*Patienter ſufferantur aliorum defectus.*

9. Secundò: Poſtquam eos de infidelitate increpat, ſtatim fidei ſatores conſtituit, maximè eos condecorans, ac honorans; ut ſciat Superior blandis dura miſcere. Cùm Phariſæus argueret illuſtre obſequium Magdalenæ erga Chriſtum D. debitorum parabolam proponit illi Jeſus; ad quod cum Simon reſpondiſſet: *Æſtimo quia is, cui plus donavit:* Cui reſpondens Jeſus ait illi. *Dixit ei Jeſus rectè judicaſti:* Luc. 7. num. 43. & poſtea eum increpat, quod ingrediens in domum ejus, nec pacis oſculum, nec aquam pedibus ejus dediſſet. Priùs Chriſtus laudat

Luc. 7.



laudat Simonis reſponſum, ut inde ipſe faciliùs admittat Chriſti reprehenſionem. Rupertus ad cap. 2. Apocalipſeos, ait: *Magnum hoc & dignè imitandum eſt magiſterium Spiritus Dei; corripite quidem ea, quæ emendatione indigent: ſed inter corripiendum, & priùs, & poſteriùs collaudare; ſi quæ benedicta ſunt, vel acta ab eo, qui in aliis corripitur: quatenus quod fieri poteſt, teneatur benevolus, & non refugiat confuſus, aut exterritus audire non ſuſtinens peccatoris animus.* Aſperis lenia miſcet reprehenſionis duritiem, laudationis encomio permulcet, ac mitigat. Pro quo multa vide in noſtris operibus. Verbo: *Benignitas.*

*Lenia duris permiſceantur.*

10. Tertio Hector Pintus ad cap. 2. Ezechiel ponderans hæc verba: *Exprobravit incredulitatem eorum, & duritiem cordis*: ſic ait: *Si Chriſtus reprehendit diſcipulos ſuos, & exprobravit duritiem cordis, cum reſpectu noſtri eſſent cerâ molliores, quid faciet noſtræ duritiei? quibus ſuppliciis noſtram obſtinationem caſtigabit?* Durities enim cordis omnem pœnam, ac caſtigationem, ad ſe advocat, ac trahit. Ait Deus per Jeremiam quod plaga crudeli, ac inimica percuſſerit populum ſuum, & cauſam apponit, ac explicat cap. 30. n. 15. *Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi*: dura peccata, id eſt, obdurationem tuam in peccatis, venerunt ſuper te tot mala.

Hect. Pint. — *Cor obduratum provocat divinam iram.* — Jerem. 30.

11. Magno furore repletus Nabuchodonoſor tres pueros miſit in fornacem ignis ardentis: *Et non tetigit eos ignis, neque contriſtavit; nec quicquam moleſtiæ intulit.* Daniel. 3. num 50. Aliter verò accidit ſeptem fratribus Machabæis, quos ſartaginibus ardentibus, aliiſque crudeliſſimis tormentis, lingua, manibus, & pedibus, præciſis, tradidit impius Antiochus, ut patet ex 2. Machabæor. cap 7. Cur Deus, qui omnia diſponit, & ordinat, altiſſimo conſilio, tantum miraculum eſt operatus coram Nabuchodonoſore, ut inter flammas viverent tres pueri; & coram Antiocho nullum miraculum edidit pro liberandis ſeptem conſtantiſſimis fratribus; ut meritò dubitat D. Auguſtinus Epiſtol. 122. loquens de Nabucho, ac Dario mittente Danielem in lacum. Et ait: *Hoc enim erat in occulto judicio, & miſericordia Dei, ut illis regibus eo modo conſuleret ad ſalutem. Antiocho autem regi, qui Machabæos pœnis crudelibus interemit, noluit ita conſulere, ſed eorum glorioſiſſimis paſſionibus cor duri regis acriori ſeveritate punivit.* Expende verbum: *Cor duri regis*: Nabuchodonoſor uno furoris impetu tres pueros in fornacem ignis miſit. At Antiochus in eos ſigillatim ſæviebat, & videns illorum valorem, conſtantiam, ac generoſitatem, magnaſque reſponſiones, ac ſermones, in quibus Divini Spiritus virtus elucebat. *Ita ut ipſe Rex, & qui cum eo erant admirarentur*: ut dicitur citato cap. 7. num. 12. nullo modo ejus durities emollita eſt, ſed magis obfirmata, ita ut in ſeptimum, ac ultimum majora tormenta pararet; Cùm ergo Nabuchodonoſor uno impetu tres pueros miſiſſet in fornacem, inde Deus conceſſit videre miraculum, ut ad ſalutem veniret; & verum Deum fateretur. Ibid n. 96. *Ut illis regibus eo modo conſuleret ad ſalutem*: At obſtinata Antiochi durities, quæ magis, & magis in ſingulos fratres ænea, ac ferrea obfirmabatur, indigna fuit videre miraculum, ut in ſua ſævitia ac rabie periret, & extremè damnaretur: *Cor duri regis acriori ſeveritate punivit.*

Daniel. 3. — 2. Mach. 7. — D. Auguſt. — *Deus puniens duritiam cordis ob illam negat auxilia efficacia.*

## QUÆSTIO IV.

### *Quare cùm Sacri Apoſtoli mittantur prædicare Evangelium in toto Orbe ad diverſas gentes nullus ſe excuſat; ſed omnes promptè obediunt?*

12. AIt Chriſtus D. in præſenti num. 15. *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ*: circa quæ verba aliquas difficultates expendi citato cap. 10. q. 9. 10. & 11. Quæ ſunt videnda, nunc verò ab uberiorem doctrinam adde.

13. Et eleganter de hac re audiendus eſt Galfridus in Allegoriis novi teſtamenti, qui ſic ſcribit: *Euntes in mundum univerſum, &c. Conſiderandum quos, & quò miſerit. Pauculos mittebat pauperculos, nec fuit, qui diceret, quòd linguæ eſſet impeditioris. In univerſum mundum mittit eos qui vix unam noverant regionem, nec tamen fuit illis dicere cum Habacuc: Babyloniam non vidi, & lacum neſcio.* Daniel. 14. n. 34. O admiranda, & Apoſtolica virtus audiunt ſe mitti ad remotiſſimas gentes diverſarum linguarum, per vias inſolitas, & non tritas, & tamen tanto muneri nullus ſe imparem judicat, Piſcatores erant in maritimis enutriti, idiotæ ſine literis, pauperes ſine pera, & calceamentis, imperiti, agreſtes, impoliti, & tamen quomodo tumentium Philoſophorum argutias extricabant, & Evangelii doctrinam perſuadebant? & Regum faſtum Evangelio ſubjicient? & efferas gentes vitiis petulantes edomabunt: Humanum id excellit faſtigium, & tamen tot, ac tantis difficultatibus, nullus ex Apoſtolis gravatur, ac ſe excuſat, ſed omnes ſtrenuè alacres & animo imperterrito, & obſequio exprompti munus ultra vires injunctum abundè præſtiterunt.

Galfridus. Exod. 4. n. 1. — Daniel. 4. — *Apoſtolorum obſequio ultra vires humanas commendatur.*

14. Ait Regius Vates Pſalm. 28. n. 19. *Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condenſa*: Caietanus legit; *& detexit ſaltus.* Alia lectio apud Bibliam Maxim. *& extirpat ſaltus.* Per Cervos bona pars interpretum intelligit Sacros Apoſtolos, quos Dominus mittebat in mundum ad calcandas contrarietates, ac adverſitates tyrannorum, & cur eis revelabit, aperiet, & extricabit *condenſa*? Vide quod ait; *Præparantis cervos*: ex eo quod Chriſtus ipſos præparat, ac mittit in ipſa loca condenſa, & obſtruſa, quæ videbantur humanis greſſibus clauſa fient eis aperta, & ſine ullo impedimento prævia, Gillibertus Abbas ſerm. 14. in Cantic. ait: *Vox Domini eſt utique, quæ cervos hujuſmodi præparat, quæ revelat condenſa. Nam ſi quæ condenſa ſunt, & crebris ſcandalorum quaſi ſpicarum aculeis obſita: illis condenſa non ſunt, quorum Dominus perfecit pedes quaſi cervorum qui in illo injuriarum obice tardari poſſunt.*

Pſalm. 28. — Caietan. — Bibl. Max. — *Si Deus imperat, omnia fiunt pecunia.* — Gillibert.

15. Loquitur D. Spiritus ad fideles, ut multi volunt, pro tempore aſcenſionis Chriſti uſque ad Pentecoſten, pro quo tempore Eccleſia ſtetit ſub ſilentio tamquam dormiens, & ait: *Adjuro vos filiæ Jeruſalem, per capreas, cervoſque*

*camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam*: Cantic.3 n.5. Preme verbum: *Cervos camporum*: & quomodo dicit, cervos camporum; Cervus non degit per planities camporum, ſed potiùs per montium prærupta, ac per rupium inaceſſa, quæ non videntur prævia humanis pedibus, cur ergo dicit *Cervos camporum*: & non potius montium, ac rupium. Per hos cervos intelligit ſacros Apoſtolos præparatos ad prædicationem Evangelicam in toto orbe, ut explicat Aponius, quibus prærupta montium, & rupium præcipitia: quæ apparebant magnis nodis implicata in latos, & parentes campos verſa ſunt, ſic proximè citatus Gillibertus ſerm.14. in Cantic. ait: *Cervos camporum dicit, quod illis, qualibet aſpera & ardua qualibet plana ſunt, & pervia, & inoffenſis expoſita curſibus quaſi planioris æquora campi.* Qui ad Dei nutum ſe componit, pedeſque ſuos dirigit, nil difficile invenit, ſed omne ei planum ſuave, & molle patefit.

Cantic. 3.

Aponius

*Qui Dei nutum ſequitur omne pervium & nil difficile habet*

Gilibert.

16. Perpende ſummam Apoſtolorum obedientiam: *Prædicate Evangelium omni creaturæ*: Nullus aliquid reſpondit, nec ſe excuſat, ſed omnes prompto animo colla ſubmittunt; promptè obedientes, & alacres ad viam. Dans præcepta Moyſes ad populum Iſrael ait: Deuteron.27. n.9. *Attende, & audi Iſraël.* Ex Græco habetur, *tace & audi Iſrael.* Qui perfectè obediens eſt, prius habet animum tacendi, & poſtea, audiendi; ut ita accipiat mandatum, ut audiat, & non reſpondeat; quo textu inſtruit D. Hieronymus Monachum in religioſa obediendi forma erga ſuum ſuperiorem, & ait: *Credas ſalutare, quidquid ille præceperit; nec de majorum ſententia judices, cujus officium eſt obedire, & implere ea; quæ juſſa ſunt, dicente Moyſe: Tace Iſraël & Audi*, &c. Hinc & David dicebat Pſalm.61. n.2. *Nonne Deo ſubjecta erit anima mea.* Ex Hebræo legitur: *Deo ſilentium anima mea*: Ubi vera eſt ſubjectio, eſt etiam ſilentium erga ſuperiorem, ut mandata ejus cum ſilentio exequantur. Vide tom.1 in Apocalypſ. 11.q.. & aliis in locis.

Deut. 27.
Græcus.

*Verè obediens non ob loquitur imperatis.*

D. Hieron.

Pſalm 91.
Heb.

17. Ad hanc ſummam obedientiam videntur ſancti Angeli exhortari Apoſtolos; qui cùm viderent Chriſtum aſcendentem in cœlum, ipſum oculis proſequebantur: Ecce duo Angeli aſtiterunt juxta illos in veſtibus albis, qui & eis dixerunt. *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Jeſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum: ſic veniet.* Actor.1. n.11. Pondera verba: *Quid hîc ſtatis?* quæ per modum cujuſdam increpationis videntur dicta, ac ſi dicant Angeli: Cur hîc ſtatis, ac moram facitis, cur hîc vos detinetis? Ipſi habebant oculos elevatos in cœlum, in ſuumque magiſtrum abeuntem ad ſupremum empyreum; & tamen tamquam arguuntur: Quid hîc ſtatis? Acceperunt ipſi à Divino Magiſtro mandatum: *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Inde ad Angelis reprehenduntur quodammodo, tamquam ſi dicant: Accepiſtis mandatum prædicandi Evangelium, obedientiæ munus non eſt dilatandum, nec immorandum etiam in aſpicienda gloria, cœleſtibuſque contemplandis. Oecumenius inquit: *Per hoc autem, quod aiunt, quid hîc ſtatis: admonens illos ut relicta cura de ea re Jeroſolymam redirent juxta Domini præceptum.* Obedientiam exigunt Angeli, & non patiuntur, ut in altiſſima cœleſtium contemplatione detineantur; ſed abeant in Jeruſalem, ut inde pergant ad prædicandum.

Actor. 1.

*Obedientia adimplendo etiam omiſſa cœleſtium contemplatione.*

Oecumen.





# ADDITAMENTUM IN DIVUM LUCAM.

## PRÆFATIUNCULA.

*LUCAS interpretatur* conſurgens: *ſeu* elevatus: *ut teſtatur Anaſtaſius Synait lib. 8. Hexer. id eſt, conſurgere faciens fratres, Vel ut contendit Gorr. Prolo. in Lucam, ſic dictus eſt à lucendo; fuit natione Syrus; Genere, patria, nativitate Antiochenus; arte, & profeſſione Medicus, diſcipulus Apoſtolorum, & præcipuè Pauli; De motivo autem, quod habuit in ſcribendo Evangelio dixi tom. 1. in Evangel. in procemio cap. 5. & ibi de eo alia dixi.*

Anaſtaſ.
Prolog. 5.

*Scripſit autem Evangelium, non prout ipſe vidit, ut ſtatim ait, cap. 2. num. 2.* Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis: *Unde multi dicunt, etiam probabiliter, quod non fuerit ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, nec viderit Dominum in carne, ut ex Origene tenet Euthymius: D. Gregor. Præfat. in Job. cap... Sed ſcripſit ea, quæ à Paulo, ac cæteris Apoſtolis audivit, ut docent D. Hieron. Præfat. in Matt. D. Iren. l... cap. 10. Tertulian. lib. 4. contra Marc. cap. 5. Theodoret. & maximè ſcripſit ea, quæ ad myſteria Sanctiſſimæ Virgin. Mariæ ſpectabant, quæ continentur cap. 1. & 2. Quæ audivit à Sanctiſſima Maria Virgine, ut illius intimus familiaris, ac maximè charus.*

Luc. 1.

Origenes.
Euthym.
D. Gregor.
D. Hieron.
D. Iren.
Tertul.
Theodor.

*Joannes de Labay ex Societate Jeſu in Apparatu Evangeliorum cap. 68. viginti quinque privilegia S. Lucæ refert: & inter alia ex D. Hieronymo, Beda, Abdana, tradit Sanctum Lucam nunquam peccatum mortale commiſiſſe, & valde auſteram in mortificatione continuam egiſſe vitam, & etiam Sanctum Lucam perpetuò virginitatem conſervaſſe, indeque maximè præ cæteris Beatiſſimæ Virgini fuiſſe dilectum, ſingulari ſapientia, ac eruditione præditum, multaque humilitate illuſtrem. Unde ſcribens Evangelium in ejus capite, ait:* Sicut tradiderunt qui viderunt, *Et ſcribens Acta Apoſtolorum, ait:* Primum quidem ſermonem feci: *non dicit librum, tractatum, hiſtoriam, ſed ſermonem, tanquam ſi dicat, quidquid à me ſcriptum eſt parum, ac breve eſt, ut pote ſermo quidam D. Chryſoſtom. homil. 1. in Acta, ait:* Vide quantum iſte Evangeliſtæ ſermo abſit ab omni faſtu. *De ejus Elogiis dixi tom. 1. in Apocalypſ cap. 4 q.27.*

Labay.
D. Hieron.
Beda.
Abdan.

D. Chryſoſt.

# CAPUT PRIMUM.

1. QUoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt, rerum: 2. Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis: 3. Viſum eſt & mihi aſſecuto omnia à principio diligenter

ligenter, ex ordine tibi ſcribere, optimè Theophile. 4. ut cognoſcas eorum verbo-
rum de quibus eruditus es veritatem. 5. Fuit in diebus Herodis regis Judææ, Sa-
cerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: & uxor illius de filiabus Aaron,&
nomen ejus Elizabeth. 6. Erant autem juſti ambo ante Deum, incedentes in om-
nibus mandatis, & juſtificationibus Domini ſine querela, 7. & non erat illis filius,eo
quòd eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. 8. Factum eſt
autem cùm Sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuæ ante Deum. 9 Se-
cundùm conſuetudinem Sacerdotii,ſorte exiit,ut incenſum poneret ingreſſus in tem-
plum Domini: 10. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi: 11. Ap-
paruit autem illi Angelus Domini ſtans à dextris altaris incenſi. 12. Et Zacharias
turbatus eſt, videns, & timor irruit ſuper eum: 13. Ait autem ad illum Angelus:
ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua: & uxor tua Elizabeth
pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Ioannem. 14. Et erit gaudium tibi, &
exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt: 15. Erit enim magnus coram Do-
mino, & vinum, & ſiceram non bibet & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero
matris ſuæ: 16. Et multos filiorum Iſraël convertet ad Dominum Deum ipſorum,
17. Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ:ut convertat corda patrum
in filios, & incredulos ad prudentiam juſtorum,parare Domino plebem perfectam.
18. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc ſciam? ego enim ſum ſenex, &
uxor mea proceſſit in diebus ſuis. 19. Et reſpondens Angelus dixit ei: Ego ſum Ga-
briel, qui aſto ante Deum,& miſſus ſum loqui ad te,& hæc tibi evangelizare. 20. Et
ecce eris tacens,& non poteris loqui uſque in diem quo hæc fiant,pro eo quòd non
credidiſti verbis meis,quæ implebuntur in tempore ſuo. 21. Et erat plebs expectans
Zachariam: & mirabantur quod tardaret ipſe in templo. 22. Egreſſus autem non po-
terat loqui ad illos, & cognoverunt quod viſionem vidiſſet in templo. Et ipſe erat
innuens illis; & permanſit mutus. 23. Et factum eſt: ut impleti ſunt dies officii ejus
abiit in domum ſuam. 24 Poſt hos autem dies concepit Elizabeth uxor ejus & oc-
cultabat ſe menſibus quinque dies. 25. Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus
quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines. 26. In menſe autem ſex-
to, miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth,
27. Ad Virginem deſponſatam viro cui nomen erat Ioſeph de domo David; & no-
men Virginis, Maria. 28. Et ingreſſus Angelus ad eam dixit; Ave gratia plena, Do-
minus tecum; benedicta tu in mulieribus. 29. Quæ cùm audiiſſet,turbata eſt in ſer-
mone ejus & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. 30. Et ait Angelus ei. Ne timeas
Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum. 31. Ecce concipies in utero, & paries fi-
lium: & vocabis nomen ejus Ieſum: 32. hic erat Magnus, & filius Altiſſimi voca-
bitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David patris ejus? 33. Et regnabit in
domo Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis. 34. Dixit autem Maria ad
Angelum, quomodo fiet iſtud; quoniam virum non cognoſco? 35. Et reſpondens
Angelus dixit ei: Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit
tibi: ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum vocabitur filius Dei. 36. Et ecce Eli-
zabeth,cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis ſextus
eſt illi, quæ vocatur ſterilis; 37. quia non erit impoſſibile apud Deum omne ver-
bum. 38. Dixit autem Maria? Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum
tuum. Et diſceſſit ab illa Angelus. 39. Surgens autem Maria in diebus illis, abiit
in montana cum feſtinatione in civitatem Iuda. 40. Et intravit in domum Zachariæ
& ſalutavit Elizabeth. 41. Et factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Elizabeth,
exultavit infans in utero ejus & repleta eſt Spiritu Sancto Elizabeth. 42. Et excla-
mavit voce magnâ: & dixit; Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ven-
tris tui. 43. Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me. 44. Ecce enim
ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis exultavit in gaudio infans in utero
meo. 45. Et beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à
Domino. 46. Et ait Maria. Magnificat anima mea Dominum. 47. Et exultavit
ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. 48. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ:
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. 49 Quia fecit mihi ma-
gna, qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus. 50. Et miſericordia ejus à progenie in
progenies timentibus eum. 15 Fecit potentiam in brachio ſuo; diſperſit ſuperbos
mente cordis ſui. 52. Depoſuit potentes de ſede; & exaltavit humiles. 53. Eſurien-
tes implevit bonis; & divites dimiſit inanes. 54. Suſcepit Iſraël puerum ſuum, re-
cordatus miſericordiæ ſuæ. 55. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham, & ſe-
mini



mini ejus in ſæcula. 56. Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus, & re-
verſa eſt in domum ſuam. 57. Elizabeth autem: impletum eſt tempus pariendi, &
peperit filium. 59, Et audierunt vicini & cognati ejus, quia magnificat Dominus
miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabantur ei. 59. Et factum eſt, in die octa-
vo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine Patris ſui Zachariam.
60. Et reſpondens mater ejus, dixit nequaquam ſed vocabitur Ioannes. 61. Et di-
xerunt ad illam; quia nemo eſt in cognatione tua,qui vocetur hoc nomine. 62. In-
nuebant autem Patri ejus, quem vellet vocari eum. 63. Et poſtulans pugillarem,
ſcripſit, dicens, Joannes eſt nomen ejus. Et mirati ſunt univerſi. 64. Apertum eſt au-
tem illicò os ejus & lingua ejus: & loquebatur benedicens Deum. 65. Et factus eſt
timor ſuper omnes vicinos eorum, ſuper omnia montana Judææ divulgabantur
omnia verba hæc. 66. Et poſuerunt omnes, qui audierant in corde ſuo, dicentes:
Quis putas puer iſte erit? etenim manus Domini erat cum illo. 67. Et Zacharias,
pater ejus repletus eſt Spiritu Sancto, & prophetavit dicens. 68 Benedictus Do-
minus Deus Iſraël: quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ. 69. Et ere-
xit cornu ſalutis nobis, in domo David pueri ſui. 70. Sicut locutus eſt per os San-
ctorum, qui à ſæculo ſunt prophetarum ejus. 71. Salutem ex inimicis noſtris, & de
manu omnium, qui oderunt nos. 72. Ad faciendam miſericordiam cum patribus
noſtris, & memorari teſtamenti ſui Sancti. 73. Juſjurandum quod juravit ad Abra-
ham patrem noſtrum. 74. daturum ſe nobis, ut ſine timore de manu inimicorum
noſtrorum liberati ſerviamus illi. 75 In ſanctitate, & juſtitia coram ipſo omnibus
diebus noſtris. 76. Et tu puer propheta Altiſſimi vocaberis: præibis enim ante fa-
ciem Domini parare vias ejus. 77. Ad dandam ſapientiam ſalutis plebi ejus, in re-
miſſionem peccatorum eorum. 77. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri in quibus
viſitavit nos Oriens ex alto. 79. Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mor-
tis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. 80. Puer autem creſcebat, &
confortabatur Spiritu, & erat in deſertis uſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſraël.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Deſcribit D. Lucas conceptum Joannis Baptiſtæ, nunciante Archangelo Gabriele. Explicavi tom. 1. lib. 1. cap. 4. per 34. quæſtiones.

*Secundò, Verſ.* 26. Enarrat Evangeliſta annunciationem ad Beatam Virginem Chriſtumque conceptum ex Spiritu Sancto. Explicavi tom. 1. lib. 1. cap. 5. per 58. quæſtiones.

*Tertiò, Verſ.* 29. Proponitur Beatiſſimæ Virginis Mariæ viſitatio ad Elizabeth, per quam Ioannes in utero matris gaudio exilii. Explicavi tom. 1. lib. 1. cap. 6. per 27. quæſtiones.

*Quartò Verſ.* 46. Refertur Canticum Virginis Mariæ: *Magnificat anima mea Dominum*: Explicavi tom. 1. lib. 1. cap. 7. per 14. quæſtiones.

*Quintò, Verſ.* 57. Nativitatis Ioannis Baptiſtæ, de quo univerſi admirabantur, de quo dixi tom. 1. lib. 1. cap. 8. per 18. quæſtiones.

*Sextò, Verſ.* 67 Habetur Canticum Zachariæ. *Benedictus Dominus*, de quo dixi tom. 1. lib. 1. cap. 9. per 10. quæſtiones.

Annuntiatio ad Virginem.

## QUÆSTIO I.

*Quare Gabriel miſſus ad Virginem in Nazareth, non dicitur Archangelus, ſed Angelus.*

DE hoc altiſſimo, & magno myſterio Incarnationis Divini Verbi, multa dixi citato jam cap. 5. per quiquaginta & octo quæſtiones, & omnia ibi ferè dicta ſunt, non tamen patitur noſtra devotio, ut altiſſima myſteria Sanctiſſimæ Virg. Mariæ ſtrictè, ac ſub ſilentio prætereamus. Mittitur Angelus in Nazareth, in qua civitate Sacratiſſima Virgo habitabat: nam Nazareth, idem eſt, ac flos; ut teſtatur D. Bernardus ſerm. ad milites de templo; ex quo rectè ait Andreas Jeroſolymit. ſerm. de Salutat. Ac ſi diceretur Angelo: *Vade inquit; in Nazareth, in quo gratioſiſſimum virginitatis decus,* (D. Bernard. Andr. Jeroſ.)

veluti

*In Virgine odoriferus, flos omnium donorum virtutum.*

*veluti roſam ſuaveolentem ex loco ſpinoſo omnipotens eligeret.* In Nazareth mittitur Angelus; Nazareth, idem eſt, ac flos, quia ex illo loco famoſo prodiit ille pretioſiſſimus virginitatis flos Mariæ; qui totum orbem replevit ſuo ſuaviſſimo omnium virtutum odore. Pſalmus iſte 44, *Eructavit cor meum*: qui totus majori ex parte compoſitus in laudem Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, *Aſtitit Regina à dextris tui*: Titulus illius eſt, at habet D. Hieronymus ex Hebræo. *Victoria pro lilii*: Symmachus reddit: *Triumphus pro floribus*: Quia in Sanctiſſima Virgine manifeſtatus eſt triumphus pro floribus omnium virtutum, donorum, ac gratiarum.

Pſal. 44. D. Hieron. Symmach.

2. Secundò; in quæſtionem voco: Cur veniens ad Sanctiſſimam Virginem, non explicat ei ſuum nomen, ſicut in annuntiatione Baptiſtæ aperuit Zachariæ: ut conſtat ex hoc c. 1. n. 19. dicens Zachariæ: *Ego ſum Gabriel qui aſto ante Deum*: Quod Angelus appareat Zachariæ extitit res nova, & inſolita, & ipſe nunquam eum viderat, proindeque conveniens fuit, ut Angelus ei explicaret ſuum nomen, & officii dignitatem: At Sacratiſſima Virgo frequenter valde conſueta erat viſioni, ac converſationi Angelorum, indeque ipſa optimè eos agnoſcebat ex perſona; nomine, ac dignitate, indeque ſupervacaneum erat, quod Gabriel ei diceret ſuum nomen. In cujus rei conſideratione preme loquendi modum noſtri Evangeliſtæ; Nam cùm ſcribit quod Angelus venit ad Zachariam ait hoc cap. 1. n. 11. *Apparuit illi Angelus Domini*; At verò ad Virginem Mariam ſcribit; *Ingreſſus Angelus ad eam*: Apparitio dicit rem inſolitam, & præter conſuetudinem; Judic. 6. n. 12 & aliis multis in locis, & ideo frequenter ex Viſione Angelorum timor & pavor cauſabatur. At ingredere, ad loquendum, phraſis communis, ac frequens uſu 2. Reg. 14. n. 33. 3. Reg. 1. n. 13. Quòd Angelus ſe exhiberet Zachariæ res inſolita, quòd ad loquendum cum Virgine accederet res frequens, & in communi uſu eveniens.

Luc. 1. *Virgo Maria valde conſueta viſioni, ac colloquio Angelorum.* Judic. 6. 2. Reg. 14. 3. Reg. 1.

3. Tertiò; Dicitur Gabriel Angelus, cùm ipſe ſit Archangelus ſuperioris, nempe, ordinis. Ut notat D. Gregorius hom. 34. *Hunc eſt enim quod ad Mariam Virginem non quilibet Angelus, ſed Gabriel Archangelus mittitur. Ad hoc quippe myſterium ſummum Angelum venire dignum fuerat, qui ſummum omnium nuntiabat.* Cùm ergo Gabriel ſit Archangelus, nomen ſuperioris ordinis; cur in ſummo omnium rerum negotio, tali nomine non inſignitur, ſed dicitur Angelus, inferioris, nempe, ordinis? Præclara Gabrielis ſublimitas, non maximè reſplendet, quod ipſe Archangelus dicatur cùm multi alii ſint in ipſo ordine, ſed quòd ipſe tantis meritis eſſet conſpicuus, ut ex omnibus ad tam ſublime, & ſummum myſterium eligi dignus eſſet, ſuprema & alta dignitas, non ex titulorum ſtigmatibus, ſed ex meritorum decore maximè conſideranda eſt.

D. Gregor. *Major nobilitas ex meritis, quàm ex titulis.*

4. Chriſtus D. de ſemetipſo loquens ait, quod ſuus Æternus Pater *dedit ei judicium facere, quia filius hominis eſt.* Joan. 5. num. 27. Nonne convenientius videri poterat, ſi diceretur. Dedit ei judicium facere, quia filius Altiſſimi vocatur, ut hîc ait Gabriel, vel quia filius Dei eſt coæternus Patri? ſed quia filius hominis eſt: Quod ſit filius Altiſſimi, ac omnipotentis ſupremam celſitudinem indicat. At dum filius hominis nuncupatus, ejus merita per mortem, & paſſionem involvuntur; per quas Chriſtus magis voluit cognoſci, ac publicari, quàm per quamcunque aliam ſublimitatem. Albertus Magnus à me datus tom. 3. cap. 2. q. 6. n. 42. ait; *Filius ex obedientia Patris carnem aſſumpſit, & judicatus eſt in carne & paſſus: juſtum fuit, ut à Patre in poteſtate judiciaria honoraretur.* Perpende ultima verba: *Juſtum fuit, ut à Patre in poteſtate judiciaria honoraretur.* Non quia filius Altiſſimi, ſed quia in carne judicatus, ac paſſus eſt.

Joan. 5. *Chriſtus magis vult cognoſci per merita quàm per altam celſitudinem.*

5. Ait Apoſtolus ad Philipenſ. 2. n. 9. loquens de Chriſto D. *Dabit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen*: Quod nomen eſſe Sanctiſſimum nomen Jesu, tenent Origenes homil. 1. in Joſue. D. Bernard. ſerm 1. & 2. de Circumciſione.

Philip. 2. Origenes. D. Bernard.

Sed quomodo nomen Jeſu dicitur ſuper omne nomen; cùm Sanctiſſimum nomen *Jehovah*, eſſet valde ſublime, & venerandum, itaut olim à ſolo ſummo Sacerdote pronuntiari poſſet; & ſi nomen *Jehovah*, ut nomen proprium Dei judicet arcanum Divinæ naturæ tamen in nomine Jesu ratio meritorum reſplendet ex ſalvandis hominibus per mortem, & paſſionem ſuam, inde Paulus extollit nomen Jesu, illique omnem ſupereminentiam adſcribit. D. Bernard ſerm. 2. de Circumciſione ad ſignification. nominis Jesu alludens, ait; *Salvator vocatur, quod videlicet, ex hac jam cœperit operari ſalutem noſtram, immaculatum illum pro nobis ſanguinem fundens.* In circumciſione vocatur Jesus, quia jam ibi cæpit effundere ſanguinem.

*Quæ ex meritis maximè glorioſa.* D. Bernard.

## QUÆSTIO II.

*Quare potius Gabriel mittitur, quàm alius Angelus?*

6. Hanc quæſtionem excitavi citato cap. 5. q. 9. Ubi de hac re ſex rationes dedi, & inter eas una ex Proculo deſumpta ex nomine Gabrielis, quam etiam tradit Aſterius tom. 1. Bibliot. Firanc. Combeſi. ſerm. in Daniel. & ait, *Quid Gabrielem interpretaris? Erige aures, & diſce; & Deus, & homo. Quia itaque illi quem annuntiabat, Deus erat, ac homo: quo faciliùs diſpenſationem perſuadeat, rei miraculum, nominis notatione anticipat.* Ex omnibus Angelis mittitur Gabriel ad Virginem Mariam annuntians Incarnationis myſterium, Gabriel interpretatur, *Deus homo*, præmittebatur in nomine ejus, rei futuræ index, ut ineffabile myſterium peragendum oſtenderetur, & quòd Deus erat incarnandus in ejus utero, decentia, ac majeſtate, Deo convenienti.

Aſterius. *Nomen index, ac prænuntius futurorum.*

7. Loquens Iſaias de Chriſto D. cap. 7. n. 12. *& vocabitur nomen ejus Emmanuel:* Quòd etiã aperte, ac diſertis verbis ſcribit D. Matthæus 1. n. 23. Iſaiæ Vaticinium in Chriſto fuiſſe adimpletum, & ſi inveſtigamus nomen, quo Chriſtus eſt appellatus: habemus apud Lucam hoc cap. 1. n. 13. Quod Angelus dixit Virgini Mariæ; *Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabit nomen ejus Jeſum*; & hoc nomen ei impoſitum eſt in Circumciſione. Luc. 2. n. 21. *& vocatum eſt nomen ejus, quod vocatum eſt ab Angelo,*

Iſai. 7. Luc. 1. Luc. 2.



*gelo, priuſquam in utero conciperetur*: & hoc nomen ei infixum eſt in titulo; dum penderet in cruce *Jeſus Nazarenus Rex Judæorum*: Hoc ſanctiſſimo nomine vocabatur Chriſtus, ante, quam in utero conciperetur, & in toto ſuæ vitæ decurſu, illo eſt appellatus, ac etiam in morte cùm eſt elevatus in cruce; & numquam vulgariter in novo teſtamento legimus Emmanuelem evocatum? & ſi hoc nomen invenitur apud Matthæum cap. 1. n. 22. Hoc eſt referens teſtimonium Iſayæ, quomodo ergo eſt ſumma veritas, ut Chriſtus nomine ab Iſaya prædicto non vocetur, ut oraculum à Propheta impletum videatur, ergo Emmanuelis nomine, debuit vocari Chriſtus, quod numquam factum legimus. Difficultati occurrerunt Juſtinus Martyr, Tertullianus, D. Chryſoſtom D. Thomas, & alii aſſerentes Prophetam prædixiſſe Chriſtum nomine Emmanuelis vocandum, non quod tali nomine eſſet appellandus, ſed ut denotaretur Chriſtum futurum eſſe, quod tali nomine ſignificatur, nempe, *Deum & hominem*: & ut homines diſponerentur, ut crederent quod ipſe erat verus Deus, & homo ex utero matris ſuæ ut ita teſtimonio prophetæ, homines faciles, ac prompti redderentur ad tantum myſterium credendum, adorantes eum, ut verum Deum ac hominem, nam cùm ipſe natus eſt in mundo verè eſt Emmanuel, nobiſcum, nempe, Deus eſt.

Luc. 2. Joan. 19. Juſtinus. Tertull. D. Chryſ. D. Thom. *Nonne magna denotantur, ut faciliùs prædantur.*

8. Quod autem nomen ſit futurorum index, non ſolùm in magnis ſed etiam in malis, ac damnatis invenitur. Recenſens D. Matth. cap. 10. n. 4. Apoſtolorum nomina, inter nominatos ait: *Et Judas Iſcariotes, qui tradidit eum*: Iſcariotes autem non nomen, ſed cognomen erat: ſed cur cùm de aliis plurimis ſola nomina nuda ponuntur ſine cognominibus, in Juda, Evangeliſta præter nomen, etiam cognomen Iſcariotes apponit Iſcariotes ex Hebræo idem valet, ac *ſuffocatus*: in quo nomine tota proditoris futura tragædia jam præmonſtratur. D. Paſchaſius ibi ait: *Legi Scariot, juxta Hebraicam interpretationem à quodam: exſuffocatum vocari debere. Quod ſi ita eſt; Magna convenientia ſui nominis, ac ſi ex prophetia invenitur habere cum exitu ſuæ mortis, quoniam laqueo ſe ſuſpendit, & ſuffocatus interiit*: Ex magna diſpoſitione impoſitum eſt nomini Judæ, Iſcariotes, ut illo nomine denotaretur miſerrimus ejus exitus, quo ſceleratus ille proditor poſt traditum Chriſtum, deſeſperatione ſe ſuſpendit.

Matth. 10. *Nomen ut prophetia indicat futurum eventum.* D. Paſchaſ.

## QUÆSTIO III.

*Quare Virgo eligitur ad hoc Incarnationis myſterium?*

9. Cur Virgo eligitur ad hoc tam ſublime myſterium, tractavi citato c. 5. q. 27. ubi octo rationes dedi, nunc verò addo. Quia talis Virgo mater conveniens erat tam Deo, quàm hominibus, & Deo, pereleganter D. Zeno Veronenſis ſerm 3. de Nativitate alludens ad illud, *In civitatem Nazareth*, ait, *requieſcit libens florentiſſimo domicilio, & in viſceribus Sacræ Virginis comparat ſibi corpus, ſuo judicio naſciturus.* Conſidera verbum *ſuo judicio naſciturus*: Deus ſuo conſultiſſimo, infinito, ac ſapientiſſimo judicio ſibi præelegit Mariæ Virginitatem ad divinam maternitatem? etſi omnes virtutes, ac ſanctitates mirificè ſanctiſſimam Deiparam exornabant, Deus tamen ſuo altiſſimo judicio matrem Virginem præelegit: *Miſſus eſt ad Virginem*: ut ex ejus puriſſimis viſceribus; ac virginali ſanguine corporaretur, ut decens erat ſummæ Dei puritati: *In viſceribus Sacræ Virginis comparat ſibi corpus, ſuo judicio naſciturus.*

D. Zeno. *Deus ſuo infinito judicio eligit ſibi matrem Virginem.*

10. Decens etiam erat humano generi, quòd Dei mater eſſet Virgo. Benè poterat Deus, ſimpliciter loquendo, eligere ſibi in matrem mulierem corruptam; ſed ſapientiſſimè eligitur Virgo, quæ efficaciter apud Deum oraret, & ſalutifera hominibus impetraret, ad quod munus maximè virginitas conducit, pro quo accipe pulchrè D. Bernard. ſerm. 3. in Adventu Domini qui ait: *Datum eſt Mariæ, ut per illam acciperes, quidquid haberes, quæ per hoc, quod mater eſt, genuit tibi Deum: per hoc quod virgo eſt, exaudita eſt pro reverentia ſua, in cauſa ſua, & totius generis humani*: Nota verbum, *Per hoc, quod virgo eſt, exaudita eſt*: ac ſi virginitas magnam habeat efficaciam in ſuis petitionibus ac precibus ut audiatur, & repulſam non patietur.

11. Ait Elias ad Achab. 3. Reg 17. n. 1. *Vivit Dominus in cujus conſpectu eſto, ſi erit annis his ros, vel pluvia, niſi juxta oris mei verba.* Unde tam Magnus Propheta tantum animum concipit, ad aperiendum, & claudendum, ut ſua oratione id valeat præſtare, ut explicat Jacobus Apoſtolus in ſua Canonica cap. 5. numer. 17. *Elias oratione oravit, ut non plueret ſuper terram, & non pluit: & rurſum oravit, & cœlum dedit pluviam.* Unde ejus oratio tam efficax, ut habeat claves cœli ad claudendum, & aperiendum? Elias erat Virgo, & virginitas magnam viam habet ut nullam repulſam patiatur, ſed ut poſtulata obtineat; Divus Aldhelmus Epiſtol. de Virgin. cap. 10. ait: *Elias vates virginitatis gratia decoratus, & Spiritu afflatus prophetico cœleſtia clauſtra, & nimborum obſtacula precibus patefecit.* Nota verbum: *Virginitatis gratiâ decoratus*: Virginitas multam vim habet ad impetrandum, quidquid intentat, & affectat, adeoque Divina Bonitas Virginitatis flore delectaretur, ut quidquid ab ipſa ore puro, & caſto corde petitur, facilè concedatur.

1. Reg. 17. Jacob. 5. *Oratio à Virginitate non patitur repulſam.* D. Aldhel.

12. Cùm Chriſtus in ultima Cœna ſuis Apoſtolis dixiſſet, quod unus ex eis erat eum traditurus, Petrus ſtimulatus deſiderio ſciendi rem, innuit Joanni, ut ſciret, & quæreret? *de quo dicit?* Joan. 13. numero 24. Sed cur Petrus, qui paſſim in toto Evangelio loquitur, & interrogat, modò de hac re non ſciſcitatur; Videbat Petrus rem eſſe clauſam ſub ſecreto, ac ſigillo Chriſti, & ideo non audet de illa loqui, ſed Joannem interponit ad ſciendum; *Joannes enim* ut ait ibi Chryſoſtom. homil. 71. *velut ſpecialiter dilectus recumbebat in ſinu Jeſu*: & ut de ipſo canit

Joan. 13. D. Chryſ.

Eccleſia.

canit Eccleſia: *Diligebat eum Jeſus, quoniam ſpecialis prærogativa, Caſtitatis, ampliori dilectione fecerat dignum.* Inde Petrus, quod perquirere non audet ad Joannem advocat; nam cum ipſe eſſet Virgo inde ſummè dilectus, etiam ſummum ſecretum, & maximè abditum, ei erat aperiendum, cùm poſtulanti Virgini nihil ſit denegandum, ſed omne operatum facile impetrat Virginitas.

*Virgo valde potens ad impetrandum.*

---

## QUÆSTIO IV.

### *Quare vigilanti Virgini Angelus apparet; Joſeph verò dormienti in ſomnis?*

13. Euthym.

HAnc quæſtionem excitavi citato c 5. q 12. Ubi tres dedi rationes; nunc verò ex Euthymio in Matthæum Adde, & ait: *Quam ob cauſam in ſomnis, ipſi Joſeph apparuit Angelus & non manifeſtè ſicut Virgini: quia virgini manifeſta opus erat viſione propter rei, quæ ſignificabatur, novitatem: Joſeph autem videns quidem uteri tumorem: cognitam tamen habens vitæ virginis puritatem, ac innocentiam, alio quoque modo faciliùs erat crediturus, tamquam qui ſomnia noverat dijudicare; & ideo in ſomnis Angelum videt.* Ad Virginem Mariam venit Angelus annuntians Incarnationem Verbi divini in ſuo utero. At verò ad Joſeph cùm eſſet anxius de Maria prægnante. Hæc autem eo cogitante, *Ecce Angelus Domini apparuit ei in ſomnis, dicens: Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Matth. 1. n 20. Venit Angelus ad Virginem, cum eaque habet ſermonem de filii Dei in utero ejus adventu cum eſſet in ſumma, & magna vigilia; At Joſeph cùm eſſet in ſomnis, cur non etiam in vigilia, cùm ipſe cum Maria Virgine eſſent ſimul in eadem domo. Agendum erat cum Maria Virgine Incarnationis myſterium ineffabile, valde novum, & abſtruſum in ſecretis Divinis, & inde ad ſui perfectum conſenſum in Virgine vigilantiſſimus animus requirebatur: *quia in Virgine manifeſta opus erat viſione, propter rei, quæ ſignificabatur, novitatem:* At ad perſuadendum Joſeph, quod conceptus in utero Virgineo erat filius Dei ſuperveniente virtute Spiritus ſancti, ſatis erat levis inſinuatio. Quia conſideratâ ſummâ ejus caſtitate, puritate, ac ſanctitate, cum omnium virtutum cumulo in ſupremo apice, ac præclara morum compoſitione, facile intelligi, ac cognoſci poterat, etiam à dormiente, quod nullus alius poterat à Maria concipi in utero niſi verbum Æternum. Unigenitus filius Dei & quod Deipara Maria nullum alium poterat habere filium niſi ipſum filium Dei: *Joſeph autem videns quidem uteri tumorem: cognitam tamen habens vitæ Virginis puritatem, ac innocentiam, alio modo faciliùs erat crediturus.*

*Evidens eſt, quod Maria Virgo ſolum Deum poterat generare.*

*Solus Deus à Deipara poterat concipi, & gigni.*

14. Apparet Mulier in Cœlo amicta Sole, Luna ſub pedibus ejus, & in capite habens coronam ſtellarum duodecim; & ſubinde viſus eſt, *Draco, & ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura: ut cùm peperiſſet, filium ejus devoraret* Apocalypſ. 12. n. 4. Cur Draco tanta ira, ac furore armatur contra filium mulieris ad devorandum, nihil dicitur in Textu, quod aliquid ſublime in puero appareat, cur ergo diabolus contra ipſum iraſcitur, & armatur. Suſpicabatur diabolus, ſeu Draco, an mulier habens in utero, eſſet paritura filium Dei incarnatum, ut tenent Epiſcopus Chriſtopolitan. in Pſalm 81. Catherin. in Opuſculo de gloria bonorum Angelorum, Rupertus, Joachimus Abbas ibi, qui ait: *Non illi,* ſcilicet Draconi: *ex integro revelatum erat myſterium Dominicæ Incarnationis, qui an eſſet filius Dei dubitans, ſtetit ante mulierem:* ſed unde Draco venit in hanc cogitationem, quod ille puer exiſtens in utero mulieris eſſet filius Dei, nihil in eo Divinum, & ſublime apparebat, ſed tantùm quòd eſſet filius illius mulieris? Mulier illa apparebat conculcans omnia, terrena, reſplendens omni ſolari fulgore omnium ſanctitatum, ac gratiarum, ac donorum, irradianſque omnium virtutum fulgentiſſimis ſtellis; inde diabolus pro certo habuit: quod filius Dei veniens in mundum ex nulla alia muliere carnem ſumpturus erat, quàm ex illa ſolùm quæ tantis donis, gratiis, ac virtutibus erat illuſtrata *qui an ille eſſet filius Dei dubitans, ſtetit ante mulierem.* Vide infra q. 6. n. 22 & 23.

Apoc. 12.

Chryſtop. Catherin. Rupert. Joachim.

*Ex muliere prægnante conjecturavit Draco partam, eſſe filium Dei.*

---

## QUÆSTIO V.

### *Quare Angelus ſalutans Virginem dixit:* Ave Maria gratia plena Dominus tecum?

DE hac re latè tractavi citato cap. 5. à quæſtione 20. uſque ad quæſtionem 28. 15.
& omnia, ſanè pene ibi dicta ſunt; Doctrinæ gratia addo. Ingreditur Angelus ad Virginem & ait: *Ave gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus:* ad quid ſapiens Angelus in exordio ſermonis, & laudem encomia accumulat, ut eo laudum cantico Virginem alliciat, ut liquidò dicat: *fiat mihi ſecundùm verbum tuum:* Sic Antiſtes Andreas Tractat. de ſalutatione Angelica; Angelum loquentem ſecum introducit, ut dicens: *Commodus mihi ſermonis ingreſſus fuerit, ſalutatio: Nam hæc vox ejus mentem prius demulcebit:* multam ergo vim tribuit Angelus laudum blandimentis, ſiquidem credidit Magnam Dei Matrem hac viâ duci poſſe, ad obediendi effectum. Ait Chriſtus ad ſuam dilectam ſponſam: *Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.* Cantic. 2. num. 10. Non unam laudem dicit, ſed multiplicem, ac ſi una laus ſimplex minus urgeret, inde multiplicat; eamque dixit amicam, columbam, & formoſam, addens præterea ſuavem vocem: *meam:* totuſque in laudum blanditiis eſt Chriſtus, ſponſamque vocabat, ut vellet inſtare agris colendis, viribus putandis, vulpibus capiendis; certus ſanè omnino Deus ea laudum vi trahi animos humanæ gentis, quod rectè invenit Phil. Abbas lib. 3. in Cant. cap. 11. *Ut poſſit magis voluntatem promovere, ſtudet eam blandiùs blandiſque nominibus demulcere.*

*Laudes alliciunt aſſenſum, & urgent ad bene agendum.*

Andr. Cæſ.

Cantic. 12.

Philip.

Sed



16. Sed jam expendamus verba; *Dominus tecum:* de quo multa dixi citatis quæſtionibus. Et valde admirabiliter dicit Angelus ad Virginem: *Dominus tecum:* maximè ſingulari, & peculiari modo eſt Deus cum Virgine ſuper omnes puras creaturas. Quod probat Petrus Damianus ſerm. 1. de Nativitate, ubi ait, quod Deus quatuor modis ineſt creaturis: Primo: per eſſentiam, quia eis dat eſſentiam, naturam, & conſervationem. Secundò: per præſentiam, qua cuncta videt, & ſcrutatur: Tertiò, per directionem actionum, eas dirigendo, & gubernando in bonum finem, & etiam illuminando in rebus ſuperioribus: & ſubdit tunc Damianus. *Quarto modo, ineſt uni creaturæ, videlicet Mariæ Virginis identitate, qua idem eſt cum illa.* Et poſt pauca ſubdit: *Habitat in Angelis Deus, ſed non cum Angelis, quia cum illis non ejuſdem eſt eſſentiæ. Habitat Deus in Virgine, habitat cum illa, cum qua unius naturæ habet identitatem:* Similiter & D. Bernard. ſerm. 3. ſuper *Miſſus eſt:* Poſtquam explicat variis modis, quibus Deus eſt in creaturis ſubdit: *Sed cum ita ſit cum omnibus Sanctis, ſpecialiter tamen cum Maria, cum qua tanta ei conſenſio fuit, ut illius non ſolùm voluntatem, ſed etiam carnem ſibi conjungeret, ac ſi de ſua, Virginiſque ſubſtantia unum Chriſtum efficeret, vel potius unus Chriſtus fieret; qui etſi ne totus de Deo, ne totus de Virgine totus tamen Dei, & totus Virginis eſſet non duo filii, ſed unus utriuſque filius:* valde ſpecialiter, ac particulariter eſt Deus cum Virgine Maria; cum aliis enim Sanctis eſt Deus per voluntatem, & affectum, ac cum Virgine, non ſolùm per voluntatem, ſed etiam per carnem, ut ita Chriſtus componeretur ex ſubſtantia Divina, ac humana, ita ut non ſit totus ex divina natura, nec totus ex humana natura, cum quo ſtat optimè, quod totus Chriſtus ſit Dei, & totus Virginis, cum utriuſque ſit unus, & idem filius.

Damian.

D. Bernard.

*Deus idem eſt cum Maria identitate carnis.*

17. Summam, & intimam identitatem habet Chriſtus cum Virgine Maria, caro enim Chriſti, caro eſt Virginis Mariæ. Dicitur Cantic. 3. num. 10. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani; columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum:* Per *ferculum*, Graves Doctores intelligunt Beatiſſimam Virginem Mariam, quæ in utero ſuo Chriſtum Dominum portavit: *Reclinatorium aureum*, eſt ejus ſanctiſſimum pectus, uterus, in quo ſacratiſſimus filius ejus reclinavit, quem ſuis brachiis, tamquam columnis argenteis retinuit, ac reſtrinxit; Ex quo ait Philippus Abbas in Cantic. lib. 4. *Reclinatorium aureum, valde congruè ſignificat Beatiſſ. Virginem, in quo reclinavit Chriſtus filius ejus, cujus caput eſt aurum optimum:* ut dicitur Cant. 5. n. 11. Sed inde meritò dubitabis: Cur Maria, & ejus filius Jeſus eidem auro comparantur, Virgo: *Reclinatorium aureum:* Chriſtus: *Caput aureum:* ſi Virgo eſt aurum, cur Chriſtus non dicitur gemma, ac lapis pretioſiſſimus? tanta eſt identitas inter matrem, & filium, ut eodem auro, eademque metaphora utriuſque excellentia, exprimatur, ac declaratur.

Cantic. 3.

Philip. Abb.

Cantic. 5.

*Sublimitas Chriſti & Virginis eodem auro declaratur.*

Pompoſo apparatu ſe manifeſtat Chriſtus in
18. Apocalipſi; veſtitus, nempè, erat podere, & zona aurea præcinctus ad mammillas, *& facies ejus ſicut Sol lucet in virtute ſua:* Apocalypſ. 1. n 16. & de B. Virgine loquens Pſalmiſta Pſ. 88. num. 38. & *Thronus ejus ſicut Sol:* per Thronum B. Mariam Virginem interpretantur Petrus Damianus ſerm. 1. de Nativ. Virg & ibi Cardin. Hugo; ſed ſicut filius dicitur *ſicut Sol:* ſic & mater ejus dicitur ſicut Sol: *Thronus ejus ſicut Sol:* ut inde veluti denotetur, quod eadem ſublimis majeſtas, quæ reſplendet in filio, reſplendet & in matre. At Guarricus Abbas ſerm. 2. de Aſſumpt. *Veni electa mea, &c. Communicaſti mihi, quod homo ſum, communicabo tibi, quod Deus ſum:* Virgo communicavit Chriſto naturam humanam, ipſe communicavit ei, quoddam Divinum, & infinitum Donum: *Communicabo tibi, quod Deus ſum:* Nam excellentia matris Dei, quamvis creata ſit, reſpicit tamen excellentiam increatam, à qua ſumit ſuum valorem, unde docet D Thomas 1. p. q. 25. art. 6. ad 4. quod talis dignitas dicitur in ſuo genere infinita, quia eſt ſuprema conjunctio cum perſona infinita, & Caietan. 2. 2. q. 103. art. 4. ad 2. docet B. Virginem habere conſanguinitatem cum Chriſto, etiam ut Deo, ipſa enim verè, & propriè eſt Dei Mater, ut definitum eſt à noſtro S. Cyrillo in Concilio Epheſino.

Apoc. 1. Pſalm. 88.

Damianus. Hugo.

*Chriſtus, & Maria eadem metaphora explicantur.*

Guarric.

D. Thomas.

Caietan.

D. Cyrill.

---

## QUÆSTIO VI.

### *Quare dum Maria audit Angelum, turbatur, & modum myſterii quærit;* Quomodo fiet iſtud?

CUm Virgo Maria audit ſalutationem An- 19.
gelicam, *Turbata eſt in ſermone ejus:* quod explicavi citato c. 5. q. 29. & 30. ſed nunc adde. Angelus loquebatur, & Maria turbata tacebat: Angelus ad Virginem verba proferebat, illa verò cogitabunda hærebat. Cur ergo ſanctiſſima Virgo Angelo non reſpondes, nec verba das? Eleganter Andreas Jeroſolymit. Orat. in ſalutationem Angelicam, ait: *Verbum nullum fecit Virgo Maria; ſola autem quadam diſpoſitione, aliquantulùm meditabunda, mentis commotionem quandam ſignificavit, morum decore pro ſermone uſa.* Ipſa Virginalis modeſtia, pudicitia, ac morum compoſitio loquebatur, ac pro verbis, & reſponſis erat, ipſaque morum compoſitio pro verbis inſerviebat. De Baptiſta dicitur: *Vox clamantis in deſerto:* Luc. 3. num. 4. ſi vox erat cur dicitur in deſerto? ſi in deſerto quibus clamabat, quibus loquebatur? ipſa morum compoſitio, ipſe auſterus vivendi modus altè reſonabat, & clamabat, ipſeque clamor non procedebat à voce, ſed potius à præclara vivendi honeſtate. Origenes homil. 11. in Lucam. *Qui in deſerto prædicabat, ſuperfluè facit ibi vociferari, ubi ſe loquentem nullus exaudiat.*

*Ipſa morum compoſitio pro lingua ac voce eſt.*

Andr. Jeroſ.

Luc. 3.

Origen.

Secundò: Audita ſalutatione pro eximia pu- 20.
dicitia Virginali: *turbata eſt, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio:* ſilet Virgo ſapiens, & veluti periculi metuens, cogitabunda contrahit vocem tacens. D. Hieron. Epiſtol. 20. ad Euſtoch. & ſimiliter Symmach. lib. 4. Epiſtol. 34. qui ait: *Tardiores habet proceſſus verecundia, quæ facit, ut inter merita ſui honoris hæreat.* Divinus Sponſus defectam Sponſam maximè audire loquentem deſiderat, unde ad illam ait dicens, c. 2 n. 14. *Sonet vox tua in auribus meis:* & Virgo valde

D. Hieron. Symmach.

*Pudica verecundia tacere facit.*

Cantic. 2.





pertinax

Cantic. 8. pertinax eſt in ſilendo, & inde iterum invitatur ad loquendum: *Amici auſcultant fac me audire vocem tuam*, cap. 8. n. 13. Quid Virgo ſapiens timet, ut tam profundè, & altè taceat? Verecundia, Virginitas, ac reverentia erga ſponſum vocem comprimebant. Origenes homil 4. in Cantic. *Quia præ multa verecondia tacet ſponſa, deſiderat ſponſus, aliquandò vocem ejus audire.* Alii Codices habent: *Quia præ multa reverentia tacet ſponſa.*

Orig nes.

21. Damianus. Tertiò: Cardinalis Petrus Damianus ſerm. de Nativitate. Virg. Mariæ. In taciturnitate ait? *Illa Virginitas perfecta eſt, quæ reliquis virtutibus tingitur, quæ vera mentis humilitate conditur: Quæ non ſolum ſe illibatam ſervat in carne, ſed etiam pudicam cuſtodit in ore. Unde & Beata Virgo Maria audito Angelicæ legationis myſterio, ſolitum modeſti ſilentii rigorem tenuit, & ſi ipſa enim intra ſe diſcutere non poſſet, qualis eſſet illa ſalutatio; verbis tamen inquirere, ſuperfluum deputavit; ſed mox tacendo audire meruit quod interrogando inquirere non præſumpſit: Ait enim Angelus: Ne timeas Maria*: Magna ſilentii laus, quod non interrogando obtinet totum, quod valet deſiderare: *Mox tacendo audire meruit, quod interrogando inquirere non præſumpſit.* In rem noſtram: Vera Virginitas non ſolum reſplendet in corpore, ſed etiam in pudico oris ſilentio; Imò & dico, quod in ſanctiſſima Maria, ejus perſona, ſitus, ac ſtatus, morumque compoſitio: oculorum modeſtia, oris taciturnitas, mentis cogitabunda meditatio, & totum, quod in Maria erat, ſupremam Virginitatem, pudicitiam, ſanctitatem cum ſumma omnium virtutum perfectione exhalabat; Ex quo rectè ait Richardus de Sanct. Laurent. lib. 11. de Maria. Explicans illud Cantic. 1. num. 11. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem: Cùm eſſet Deus in ſupremo ſolio ſuæ majeſtatis, Virginitas, puritas Deiparæ Mariæ tam ſuaviſſimum dedit odorem, ut Deum attraheret, ut de ſupremo ſolio deſcendens in uterum Mariæ Virginis fieret homo:* Ita ut ex ipſa Virginitate Maria luceat, & reſplendeat Chriſti Divinitas.

*Omnia quæ erant in Maria ſupremam exhalabant ſanctitatem.*

Richard. à S. Laur.

22. Ad Col. 2. Loquens Paulus ad Coloſſ. 2. n. 9. de Chriſto D. ait: *In ipſo habitat plenitudo Divinitatis corporaliter*: tamen cum omni humilitate liceat interrogare Gentium Doctorem, ac Eccleſiæ Magiſtrum, unde certò cognoſcere poſſimus, quòd omnis plenitudo Divinitatis in Chriſto habitat corporaliter, quod ſine dubio intelligitur à primo inſtanti ſuæ incarnationis: ad quod proteſtandum omnia oracula Prophetarum ſuadent, prodigia ac Chriſti miracula, totuſque contextus utriuſque paginæ tam novi, quam veteris Teſtamenti, univerſaque ſancta Eccleſia confitetur; ſed præter hæc eleganter aliam rationem invenit S. Gregor. Nyſſenus apud Catenam Græcam cap. 4. in Luc. deſumptam ex ſingulari Deiparæ puritate, Sic ait loquens de Chriſto: *Ut ex modo Incarnationis, magnum hoc myſterium pateſieret: quoniam Dei præſentiam, ingreſſumque ſola puritas excipere ſufficiens eſt, quam aliter omnino perfectè præſtare non poteſt, niſi qui ab omnibus ſe carnis affectibus aliena*: Nota verba, *Quid in inviolata Maria contigit, corporaliter plenitudine Divinitatis in Chriſto per Virginem elucente*: Magna & præclara ultima verba conſidera; quia ipſa plenitudo Divinitatis corporaliter in Chriſto eſt, *per Virginem elucente*, quia ipſa Virginalis puritas Mariæ, nullum alium concipere, ac parere poterat, niſi illum, in quo corporaliter eſt Divinitatis plenitudo; & licet Divinitas in Chriſto ex multis argumentis, & ſcripturis deprehendatur, tamen inſigniter ex Virginitate Mariæ: *Corporaliter plenitudine Divinitatis in Chriſto per Virginem elucente*: at licet dum Chriſtus D. degebat in mundo, in ipſo ejus humano corpore latenter Divinitas ejus occultaretur, tamen in illibata Virginali puritate Mariæ, *corporaliter plenitudo Divinitatis* elucebat.

D. Nyſſen.

*Virginitas Mariæ ſolum Deum concipere poterat.*

23. Iſai. 7. Ait Iſayas Regi Achaz, ac univerſo Orbi c 9. n. 14. *Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel*: & unde deprehenditur tantum myſterium, quod nobiſcum ſit Deus, degenſque in hoc mundo nobiſcum: *Ecce Virgo concipiet & pariet filium*: Ratus & admirabilis partus Virgineus Deum natum indicat, ipſa Virgo pariens evidentiſſimum ſignum eſt Dei naſcentis, ac nobiſcum degentis. D. Bernard. ſermon. 2. de Adventu, ſic ait: *Talis partus congruebat Virgini, ut non pareret niſi Deum, & talis nativitas decebat Deum, ut non niſi de Virgine naſceretur.* Vide ſupra quæſtion. 4.

D. Bernard.

---

## QUÆSTIO VII.

*Quare Angelus explanans Virginis Mariæ Conceptionem Chriſti, ait ei:* Spiritus ſanctus ſuperveniet in te?

24. HAnc rem latè explicavi citato cap. 5. quæſtionibus 46. 47. 48 49. 50. Virgo quærit. *Quomodo fiet iſtud*: ut ſcilicet ego concipiam, & pariam filium, & dum Angelus explanat myſterium ineffabile, magnas etiam excellentias ſanctiſſimæ Virginis ſuper omne humanum faſtigium, nobis exprimit, & declarat, de qua re argutè, & ingenioſè philoſophatur D. Bernardinus tom. 1. Concil. 61. art. 1. cap. 12. & ait: *Quòd Deus generet Deum, nulla requirebatur in Deo diſpoſitio, cum ei ex natura conveniret, ut per viam naturæ intellectus produceret Verbum per omnia ſibi æquale; ſed quod fœmina conciperet, & pareret Deum, eſt & fuit miraculum: Oportuit enim (ut ait) fœminam elevari ad quandam æqualitatem Divinam, per quamdam quaſi infinitatem perfectionum, & gratiarum, quam æqualitatem creatura numquam experta eſt: Unde ut credo ad illum abyſſum imperſcrutabilem chariſmatum Spiritus ſancti, quæ in B. Virgine deſcenderunt in hora divinæ conceptionis, intellectus humanus, vel Angelicus numquam poterunt attingere.* Nota ſequentia verba, quæ etiam à citatis locis dedi ex D. Bernardo ad exprimendam celſitudinem tandi myſterii. *Et enim Virgo diceret, quomodo fiet iſtud*, &c. *Angelus reſpondet, ſe tantum myſterium ignorare dicens*: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: *Quaſi dicat,* quod

D. Bernard.

*Solus Spiritus ſanctus tantum myſterium valet docere.*

D. Bernard. *Virgo elevata eſt ad quandam æqualitatem cum Deo, per infinitatem perfectionum.*



*quod à me quæris ignoro: ſed æternæ ſapientiæ Doctor, qui ſibi ſolum hoc myſterium altiſſimum reſervavit, te per illuminatiſſimam experientiam edocebit*: latè ſancti Patris ſententia retulit; quæ totum Evangelium explanat, & ſublimitatem myſterii nobis proponit, quam ſolus Spiritus ſanctus *per illuminatiſſimam experientiam edocebit*: ſimulque declarat ſupremam maternitatis dignitatem: *Oportuit enim ut ita dicam fœminam elevari ad quandam æqualitatem divinam, per quandam quaſi infinitatem perfectionum & gratiarum.*

25. Quot perfectiones, quot gratias, ac chariſmata donorum ſanctiſſima Virgo receperit, dum Spiritus ſanctus ſuper eam venit, quis valeat explicare, ac dicere; de hoc altiſſimo myſterio loquens Regius Vates Pſalm. 71 n. 6. ait: *Deſcende ſicut pluvia in vellus*: quæ verba D. Ambroſius ſerm. 13. D. Auguſt. noſter Incognitus, & communiter ſancti Patres, ac Doctores de Verbi Divini incarnatione in utero Virginis, interpretantur: pro quo audiendus eſt ſapientiſſimè D. Chryſol. ſerm 143. ex Sophronio ſerm. de Aſſumptione & ait: *Vellus cum ſit de corpore, neſcit corporis paſſiones: ſic Virginitas cùm ſit in carne, vitia carnis ignorat, Cœleſtis ergo imber Virgineum in vellus placido ſe fudit illapſu, & tota Divinitatis unda bibulo ſe noſtræ carnis celavit in vellere* Cœleſtis pluvia, vel ros ſalutiferè fœcundans, ac deſcendens in Virgineum uterum, per vellus denotatur, & aptè quidem, quia cùm ſit de carne, alienum eſt ab omni carnis vitio, deinde, & maximè ad rem; vellus totum roris eſt bibulum, ipſoque impinguatur, ac repletur: ſic ſanctiſſima Virgo fuit bibula Divinitatis, quæ tamquam ros in eam deſcendit: *In vellus placido ſe fudit illapſu, tota Divinitatis unda, bibulo ſe noſtræ carnis celavit in vellere*: Sic Deipara ut bibula Divinitatis, tamquam vellus in ſe recepit, ut illius donis, gratiis, ac chariſmatibus impinguaretur, ac repleretur: *eamque toto corpore hauſit*: ut ait D. Ambroſ. citato ſerm. 13. dicens: *Maria rectè velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum ut toto corpore hauriret, nec ejus diſciſſuram pateretur.* Expende: *toto corpore hauſit.*

Pſalm. 71. D Ambroſ. D Auguſt Incognit.

D Chryſ. Sophron.

*Dei para ut bibula Divinitatis toto corpore hauſit.*

D. Ambroſ.

26. Indeque omnes virtutes, ac perfectiones Deiparæ ex hauſtu, ac bibulo Divinitatis in utero ſuo magis creverunt, & adauctæ ſunt. Referens D. Matt. cap 1. n. 23. Verba Iſayæ 7. n. 24 *Ecce Virgo concipiet; & pariet filium*: Ingenioſè obſervat D. Chryſoſt homil. 5. in Matth. Deiparam ab ipſo Evangeliſta Matthæo, numquam appellari Virginem, niſi cum Dei Mater appellatur; ac dicitur, & cur non antea tanto nomine inſignitur, nec enim poterat eſſe Virgo poſt partum, niſi in conceptu, & partu eſſet Virgo. Cur ergo cùm de Divini Verbi in utero ejus conceptione eſt ſermo, tunc dicitur Virgo, & tanto nomine inſignitur, ac nuncupatur? *Ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam: ecce Virgo concipiet & pariet filium.* Opportunè D. Auguſtinus ſerm. de Nativitate, rationem inſinuat, dicens: *Crevit enim in ejus partu corporis integritas; potius quam decrevit, & Virginitas ampliata eſt.* Et ſi ante conceptum, & partum ſemper Deipara fuerit integerrima Virgo, ſecundùm humanam conditionem; tamen poſt conceptum Verbum Incarnatum, inſigniter à D. Matthæo dicitur Virgo, quia tunc maximè ejus Virginalis integritas adaucta eſt, & magno pudoris incremento excrevit ſupra omnem naturæ humanæ ſphæram, ut jam non naturalis, ſed ſupernaturalis Virgo Divina virtute impleta niteret, ac reſplendeſceret, magno puritatis actuario, ut ſupernaturale excedit naturale. *In ejus partu, corporis integritas, & virginitas ampliata eſt.*

Matth. 1. Iſai. 74.

D. Auguſt. *In partu Virginitas Mariæ crevit, & ampliata eſt.*

27. Iſai. 11. Perpende ſublimitatem iſtius Virginei partus, ac conceptus, ait Iſai. 11. num. 1. *Egreditur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet.* Quæ verba profundè, & altè exponit D. Hieronym. Epiſtol. 22. ad Euſtoch. Virgin. & ſcribit. *Virgo mater eſt Domini, ſimplex, pura, ſincera, nullo extrinſeco germine cohærente ad ſimilitudinem Dei unione fœcunda: Virga flos, Chriſtus eſt.* Sublimis allegoria divinam Virginis maternitatem explicat, ex Davidis ſtipite Maria velut *Virga*, ſeu ramulus pullulat; Iſte ramus Deo gratiſſimus, ac maximè perlucidus, Deique virtute fœcundus, ut ex illo prodeat Chriſtus Deus noſter: *Virgæ flos, Chriſtus eſt*: ſed quomodo Virga, flos naſcuntur ab ſtipite, & flos à Virga per intrinſecam virtutem ſtipitis, & ramuli: Hinc perpende quàm ſublimis & altus ſit hic conceptus Virgineus ſuper omnes humanas conditiones ad aliqualem ſimilitudinem illius generationis divinæ ab æterno. *Nullo extrinſeco germine cohærente, & ad ſimilitudinem Dei unione fœcundâ*? Generationes humanæ in utero matris fiunt mediatè ope viri ab extrinſeco proveniente. At generatio Chriſti in utero Virgineo fit: nullo extrinſeco germine cohærente: ſed virtute Spiritus ſancti intimè, ac intrinſecè fœcundante uterum, ac ſanguinem Virgineum. *Ad ſimilitudinem Dei unione fœcunda*: Sicque Deipara generat in tempore Verbum incarnatum adumbrans aliqualem ſimilitudinem illius generationis Divinæ ab æterno; Nam Pater ab æterno generat filium non ope externâ, fœcunditate intrinſecâ ipſius naturæ Divinæ, ſic quantum ad ſpeciem, & umbram aliqualiter dicam. Deipara generat ipſum filium Incarnatum, non aliqua ope externa, ſed intima virtute Spiritu ſancto fœcundante & operante: *Nullo extrinſeco germine cohærente, & ad ſimilitudinem Dei unione fœcunda: Virgæ flos Chriſtus eſt.* Flos à Virgæ virtute interna procedit, ut jam eſt explicatum: ſic Maria Chriſtum & generat per virtutem internam, quæ fœcundabatur à Spiritu ſancto.

*Deipara Virgo ad ſimilitudinem Dei unione fœcunda.*

---

## QUÆSTIO VIII.

*Quare Angelus ait de Chriſto D. quod erit Magnus, cùm ab æterno magnus ſit ut Deus?*

28. EXplicans Angelus filii naſcituri excellentias, ait hoc cap. 1. num. 32. *Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David Patris ejus: & regnabit in domo Jacob.* De quibus omnibus multa dixi citato c. 5. quæſtionibus 37. 38. 39. 40. & 41. & ab hoc ultimo incipio: *Regnabit in domo Jacob*: Cur regnum Chriſti potius publi

publicatur, ac dicitur *in domo Jacob*? quàm in domo Abrahæ, vel Iſaac, & præter rationes, quas dedi ibidem. p.40. Adde.

*Regnum Euchariſtia munitum in perpetuum durat:*

29. Maximè præ cæteris Chriſti Regnum: ejuſque regia dignitas peculiariter, ac inſigniter reſplendet in domo Jacob, quia ipſa conſtructa, ac munita eſt pane, & vino, quæ pro munere, ac benedictione habuit. Sic enim de illius benedictione dixit Pater Iſaac: *Pane, & vino ſtabilivi eum.* Geneſ.17. n.37. Quod de auguſtiſſimo Sacramento interpretantur ibi Procopius, & D. Paſchaſ. l. de Corpore, & ſanguine Chriſti c. 12. inquit: *Hoc eſt apertè dicere firmavi eum pane corporis Chriſti, & vino ſanguinis ejus*: & inde optimè Angelus dixit: *Regnabit in domo Jacob, & regni ejus non erit finis.* Quia Chriſti regnum Euchariſtico miſterio ſtabilitum, nulla unquam vi diſſolvi poterit, ſed in æternum perdurabit. Conſidera etiam, quòd cùm poſſeſſio domus Jacob declaratur, ibi Chriſti regnum decantatur, quia Chriſtus ſplendidiſſimè in hoc myſterio magnificus Rex apparet, & manifeſtatur, dum propria carne, & ſanguine ſuos paſcit, ac nutrit.

Gen. 17.
Procopius.
D. Paſchaſ.
*In domo Euchariſtica Chriſti regnum.*

30. Et primò ait Angelus de Chriſto; *Hic erat magnus*: De quo multa dixi citatis quæſtionibus, & præcipuè q.37. & valde mirum quòd Chriſtus D dicatur *Magnus*, non ſolùm ratione naturæ divinæ, ſed etiam humanæ. Cùm Paulus de Chriſto ſcribens dicat ad Philipp.2. n.6. *Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens.* Quomodo ergo Angelus vocat eum magnum etiam ex parte humanæ naturæ, cum Paulus eum non magnum, ſed exinanitum dicat, ac minoratum ut optimè dubitat M. Didacus de Baëza tom.6 de Chriſto figurato, lib.16. cap 3. § 28. Quòd Angelus de vera, & abſoluta magnitudine nunquam filio Dei deficere potuit: Paulus agit de Magnitudine mundiali, juxta hominum æſtimationem, quæ tota in furto & rapina conſiſtit; dicebat Michæas cap.7. num.3. *Et magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, & conturbaverunt eum*: Et quis magnus iſte? communi voce Interpretum, Achab creditur, qui dum de rapina cogitabat, aperuit ſuum deſiderium uxori ſuæ, cui aſſenſum præbuit, ut violenter vineam Naboth raperet, inſuper conturbaverunt eum, ipſum occidendo; & tunc Magnus appellatur, *& Magnus locutus eſt*: cum furto, & rapinæ incumbitur, ac omnia violenter extrahitur; hæc eſt mundialis magnitudo, juxta temporalium conditiones, Rupertus, ibid. *Magnus, qui locutus eſt, Achab licet intelligi, qui rogatus ab uxore. Locutus ſum, ait, Naboth, & dixit ei: Da mihi vineam tuam, & ille ait: Non dabo tibi vineam meam. Sic locutus eſt magnus ille, deſiderium animæ ſuæ, & nimietatem cupiditatis ſuæ, & conturbaverunt eum, nimirum ipſe Achab & uxor ejus: conturbaverunt Naboth*, &c.

A Philip.2.
Baæza.
Mich. 7.
*Magnitudo mundialis in rapina.*
Rupertus.

31. Ab his longè Chriſtus D. diſtat, qui magnus eſt non ex rapina: *non rapinam arbitratus eſt*: ſed ex ſua intrinſeca virtute, ac excellentiſſima perfectione; pro quo accipe egregiam ponderationem noſtri D. Cyril. Alexand. l.12. ad Leviticum: *Audi qui ſunt, qui magni appellantur. De Ezechiele dicitur. Qui proficiebat valde, quouſque factus eſt magnus valde. Moyſes dictus eſt Magnus, & Joannes Baptiſta: nunc autem Jeſus magnus dicitur & poſt hunc jam nullus appellatus eſt Magnus. Priuſquam enim adeſſet, qui magnus eſt, ad comparationem reliquorum hominum, magni appellati ſunt Sancti: quorum ſuperiùs fecimus mentionem. Ubi verò advenit ipſe, qui non ex comparatione cæterorum, ſed ſui magnitudine, verè magnus erat, ultra jam magnus, nullus apellatus eſt*: Ferè ſimilem ponderationem dedi ex Origene citata quæſtione. Antequam Chriſtus D. adeſſet, ac veniret, multi Sancti dicti ſunt magni, ut ex Ezechiel 37. n 10. Moyſes Exod. 11. n.5. Joannes Baptiſta. Luc 1. n,15. Omnes iſti etſi Magni dicebantur, antequam Chriſtus adveniret & appareret: at poſtquam Deus factus eſt homo in utero Virginis, jam nullus purus homo dicitur Magnus; in conſpectu enim illius omnes ſunt parvi, & minimi. *Ubi verò advenit ipſe, qui non ex comparatione cæterorum: ſed ſui magnitudine, verè Magnus erat, ultra jam nullus Magnus appellatus eſt.*

D. Cyril.
*Solus Chriſtus Magnus ex ſua intrinſeca virtute.*

32. Cùm Chriſtus prodit ex utero Virginis, tunc verè Magnus apparuit & dictus eſt: *Hic erit Magnus*, Videns Moyſes, quòd rubus arderet, & non combureretur, tunc ait Exod. 3. num.3. *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam*: Multoties apparuit Deus ſanctis Patriarchis in veteri Teſtamento, & numquam eorum viſiones dicuntur Magnæ. Abrahamo Geneſ.12. numero 7. *Apparuit Deus Abrahamo dicens ſemini tuo dabo terram hanc*: apparet dum manum ejus detinet à ſacrificio filii, quod agebatur in typum mortis Chriſti, Geneſ.22. n.15. Apparetque Jacob, qui dixit: *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea.* Geneſ 32. n 30. *Apparetque gloria Domini in nube Moyſi*: Exod,16. n.10. & multoties aliis in locis. & nunquam tales viſiones dicuntur Magnæ: Cur ergo ſolùm quando apparet Moyſi in rubo, viſio dicitur Magna; Figurabatur ibi, quomodo Deus noſter qui ignis eſſet, ſibi aſſumpſiſſet noſtram carnem in rubo deſignatam, ſine illius diminutione, abſque ulla naturarum confuſione, cùm ignis diſtinctus videretur à rubo, ut docent Ambroſius lib.1 de Spiritu ſancto, & in cap 6. Apocalypſ. D Nyſſen. Oration. de Chriſti nativitate. D Bernard. ſerm. de S. Maria. D. Hieronym. ſerm. de Aſſumptione. Et quamvis Deus eſſentialiter ex ſua natura ſemper ſit Magnus, tamen inſigniter nomen Magni ſibi appropriat: cùm factus homo apparet in Utero Virginis, & ex illo naſcitur in mundum. D. Damaſcen. oratione 2. de Aſſumptione, ait Moyſes videbo viſionem magnam, rubus ardet; & non comburitur: *Per ſimulachrum quoddam, & umbram Mariæ tantus legiſlator, & princeps creatus eſt.* Per umbram Mariæ in viſione tantus legiſlator apparet formatus, & inde viſio inſigniter Magna apparet, ac dicitur.

Exod.3. 3.
Gen. 12.
Gen. 22.
Geneſ 32,
Exod. 26.
D. Ambroſ.
D. Nyſſen.
D. Bernard.
D. Hieron.
*Chriſtus ex utero inſigniter magnus dicitur.*

33. Ait Regius Vates Pſal.47. n.2. *Magnus Dominus & laudabilis nimis, in civitate Dei noſtri in monte Sancto ejus*: Deus noſter ſemper ubique magnus, & omni laude digniſſimus, Quomodo Regius Vates hoc de illo decantat peculiariter: *In civitate Dei noſtri in monte Sancto ejus*: Deus noſter in omni loco, in omnique creatura Magnus eſt, omnique præconio digniſſimus, cum ex ſua natura ſit infinitus, & valde magnus, ac ſublimis

Pſalm.47.
*Chriſti magnitudo maximè reſplendet ex utero Virginis.*



mis; tamen *in civitate Dei, ac in monte ſancto ejus*: Cùm in uterum Mariæ deſcendit factus homo, tunc maximè ejus magnitudo, ac majeſtas reſplenduit, & magis, quam in quacumque alia creatura. Richardus de S. Laurentio, lib.2. de laudibus Virg. partic.1. ait: *Licèt magnus Dominus in omni creatura ſit, tamen nominatim dicitur magnus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, quæ eſt Maria.*

Richard.

## QUÆSTIO IX.

*Quare Virgo ſanctiſſima dum eligitur in matrem Dei, ſe ancillam nominat?*

34. AUditis verbis Angeli ait Deipara ad illum, num.39. *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum*: ſeu ut legunt Perſicus, & Æthiopicus. *Fiat mihi juxta verbum tuum*: Quod explicavi citato cap 5. q.56. 57. 58. Et licet hæc verba à multis explicentur, per modum cujuſdam deſiderii, quo Beata Deipara, Incarnationem Verbi in ſe fieri exoptabat juxta verbum Angeli, ut tenent: D. Ambroſ. Euthymius, Beda, & ex D. Auguſtino, D. Bernard ſerm.4. ſuper *Miſſus eſt*: & eleganter ſcribit: *Fiat: deſiderii eſt ſignum, non dubitationis indicium*: Magnum elogium deſiderii Mariani, quod tantum Myſterium, ut Deus fieret homo, dicitur fieri, ut adimpleatur ejus deſiderium Cantic 7 num.10. ſic loquitur Divina ſponſa *Ego dilecto meo, & ad me converſio ejus*: Vatablus legit, *Ego dilecti mei ſum, & ad me converſio ejus*: Quæ verba expendens Cornelius ibi, quidquid ego velim, vel optem, illud illico perficit, ut meis deſideriis, & votis obſecundet.

Perſicus.
Ethiopic.
D. Ambroſ.
Euthym.
Beda.
D. Auguſt.
D. Bernard.
*Mariæ vota Deus adimplet.*
Cantic 7.
Vatabl.
Cornel.

35. Tamen communis Patrum ſententia eſt, quod Virginis affatum ſint verba conſentientis, & aſſenſum præbentis Divinæ voluntati; hunc enim aſſenſum Angelus expectabat, & hoc ſolùm quærebatur. Maximè enim ſanctiſſima Virgo ſubjecta erat Divinæ voluntati eique in omnibus conformabatur, & nec in minimo ab ea diſcedebat. Guarricus. Abbas ſerm. 4 de aſſumptione ait: *Etenim ipſa Virgo voluntatem Patris in tantum faciebat, ut de ipſa prædiceret Pater* per Iſayam 62. num. 4. *Vocaberis voluntas mea in ea*: Ait Regius Vates Pſalm. 39. numer... *Sacrificium, & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi... ut facerem voluntatem tuam.* Quod Paulus Hebr.10 num.5. Chriſto accommodat, & multi Doctores ſanctiſſimæ Virgini adaptant, quibus conſentiunt Caniſius lib.1. cap 13. Spinell. cap.21. & pulchrè explanat Galatin, 17. de Arc. Cathol verit. cap.5. ſic ait: *Deiparam uſque adeo modeſtiam coluiſſe, ut ejus oculi nihil inhoneſti, nihil illiciti aſpexerint: imò ut oculos numquam elevaverit, ſicut cæteri homines facere ſolent? ſed ſemper niſi Deum oraret, humi defixos tenuerit; atque inter cæteras perfectiones, eo ſpiritu prophetiæ donata fuit, ut ſi fortè aliquid inconcuſſum, ſeu illicitum, vel auditura, vel viſura eſſet; illicò ejus aures, vel oculi clauderentur, ita ut non niſi voluntati divinæ deſervire viderentur.* Sic Deus ad tantam perfectionem, ac ſublimitatem ſanctiſſimam Virginem evexit, ut ipſa dicat: *Aures perfeciſti mihi*: Arabicus & Flaminius legunt: *Aures aperuiſti mihi*: Scholia Græca, *Aures apparaſti mihi*: Caldaicus: *Aures ad oſcultanda præcepta mihi formaſti.* Sic erat tota attenta in Deum, ut ſolùm aures haberet apertas, formatas, & apparatas ad audienda divina præcepta, eaque implenda.

Guarric.
*Voluntas Deiparæ velut una cum Divina voluntate.*
Iſai. 62.
Pſalm 39.
Ad Heb. 10.
Caniſſ
Spinel.
Galatin.
*Admirabilis modeſtia compoſitioque Deiparæ.*
Arabicus.
Flaman.
Græcus.
Chald.
*Virgo ad ſola mandata divina, intenta.*

36. Et ait ſanctiſſima Virgo: *Ecce ancilla Domini*: Quid dicis ſanctiſſima Virgo? ad ſupremum faſtigium omnium dignitatum eveheris, ſuper choros Angelorum exaltaris, ut omnium Regina dicaris, & tamen te ancillam dicis. D. Chryſolog. ſerm 142. Reſpondens, ait: *Quæ vocatur ab Angelo Domina, vocatur Domina, ipſa cognoſcit & confitetur ancillam: quia devotus animus infulis beneficiorum creſcit ad obſequium.* Super choros Angelorum, & ſuper omnem humanam conditionem exaltatur ſanctiſſima Virgo; imò maximè ſe animo dejicit uſque ad ſervitutem, nam animus gratus beneficio accepto maximè ſe obſtrictum agnoſcit, ut pro viribus viciſſim gratiam benefactori rependat. Irridet Davidem Michol cum ipſum vidiſſet ſaltantem coram arca Domini depoſitâ purpurâ regiâ; dixitque ei David: *Ante Dominum, qui elegit me potius quàm Patrem tuum, & quàm domum ejus, & præcepit mihi, ut eſſem dux ſuper populum Domini in Iſrael, & ludam. & vilior fiam, pluſquam factus ſum, & ero humilis*, &c. 2 Reg.6. n.22. Ex accepta regia dignitate, non faſtu ſuperbeſcit David ſed inde ebibit hanc mentem, ut magnam humilitatem ac vilitatem coram Deo exhibeat. De Jeſu ſcribit Joannes 13. n.3. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit, ſurgit à cœna .. cœpit lavare pedes diſcipulorum ſuorum*: Videbat Jeſus ſe præ omnibus aliis ditatum à Patre, à quo manus omnium bonorum plenas habebat, & deinde ad quid extendit manus ad alta, & ſublimia? minimè. Sed in obſequium ac reverentiam ſui Patris ad viliſſimum miniſterium ad lavandos ſuorum diſcipulorum pedes. D. Auguſtinus tract.55. in Joan ait. *Cùm ergo illi omnia Pater dediſſet in manus, ille diſcipulorum, non manus ſed pedes lavit.* Expende conſequentiam: Ex eo quod Pater dedit omnia in manus, ipſe lavat pedes.

D. Chryſ.
*Animus gratus beneficio impellitur ad obſequium.*
3. Reg. 6.
Joan. 13.
D. Auguſt.

37. Quartò: Dum Deipara Virgo ait: *Ecce Ancilla Domini*: ad ſupremum omnium dignitatum, ac honorum faſtigium ſublimatur ſuper omnem puram creaturam, ut Dei mater conſtituatur; & tamen vix ſimilem humilitatem in alia fœmina in regali dignitate conſtituta invenies, quæ à ſe abjecit omnem veſtitum, indumentum, & regiam purpuram, & pro his ſibi aſſumpſit cilicium, & cinerem, cum auſtero jejunio, fugiens regis & Aman menſam, ſe ſe abſtinens ab omni gaudio, & lætitia, & inſuper in humilitate ſe ancillam Domini profeſſa: *Et nunquam lætata ſit ancilla tua, ex quo huc tranſlata ſum uſque in hodiernum diem*: Eſt.14. n 18. ſi Deipara ex eo quod ſe humiliat, ut ſe profiteatur ancillam, ad ſummum apicem evehitur, cur non etiam Eſther cùm ſe ancillam dicat? Eſther ſe humiliavit in ſuprema perſecutione, ac deſtructione ſuo populo

Eſth.14.
*Humilitas in Celſitudine maximè placet.*

pulo eminente : At Deipara ſe humiliat in ſuprema Divinæ maternitatis dignitate ad quam aſſumebatur ; Eſther ſeſe humiliat quando profundè humiliabatur ; Maria verò ſeſe humiliat quando ſuper omnem modum ſublimatur ; & incomparabiliter illuſtrior , & glorioſior & humilitas in exaltatione ; quam in vilitate , & abjectione. Ad rem præſentem loquitur D. Bernardus ſerm 4. ſæpè citato ſuper *Miſſus eſt* : & ſic ait : *Non eſt magnum humilem eſſe in abjectione , ſed magna prorſus , & rara virtus eſt humilitas honorata.* Educitur Joſeph de carcere, ac compedibus , & ſecundus à Rege creatur , & ad nutum ejus totum regnum gubernatur , ac diſponitur ; interea naſcitur ſecundus filius, quem nominat Ephraim , dicens : *Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ* : Gen.41. num 32. Jam in regno erat, univerſaque Ægyptus ejus nutui ſubjecta , & omnium gubernacula tenebat : & tamen in tanto rerum faſtigio ſuam ſervitutem , ac pauperratem agnoſcit, ut inde in tanta ſublimitate humiliter ſe contineret ; & inde rectè de ſe ait , quòd Deus eum fecerit creſcere , & à Patre Jacobo dicitur *Filius accreſcens* : Gen.49. n.22. cum in tanta ſublimitate ſuam humilitatem agnoverit. D. Iſid. Peluſ. lib.4. Epiſt.78. dicens. *O incredibilem virtutis vim : qua & ſervum magnanimum exhibuit ; & regem humilem : atque demiſſum.*

D. Bernard. Gen. 41. Gen. 49. Peluſiota.

38\. Quintò : Virgo Deipara eligitur in matrem Dei , & ipſa ſe ancillam dicit . *Ecce ancilla Domini* : Et ut rectè ait D. Damaſ orat.de Dormit. Virg. *Dei matris , & ſervorum Dei infinitum eſt diſcrimen* : Nam ſervorum conditio eſt valde infirma ; Maternitas verò Divina quandam infinitatem dicit , ut ſuprà notavimus ex D. Thoma , ac aliis Patribus : & cùm ſemper Virgo eſſet humilis , nunc verò cùm mater Dei eligitur, maxime in humilitate proficit , & ſe valde humilem,ac minimam dicit, & oſtentat, ut notat D. Cyprian. tract. de Nativitate.

D.Damaſc. *Infinitum diſcrimen inter matrem Dei, & ſervos.* D.Cyprian

39\. Ait Regius Vates Pſalm. 72. n 22. *Ego ad nihilum redactus ſum , & neſcivi* : & ſi hæc verba D.Hieron. & alii Patres intelligant de Chriſto D. tamen de Deipara ſanctiſſima interpretatur D. Bernard. tom.2. ſerm.51. art 3. cap.2. & ait *Aſſuit ei aſpectus ſuæ propriæ nihilitatis , eo quòd continuò habebat actualem relationem ad Divinam majeſtatem proinde in perſona intellectus , Propheta dicebat ; Ad nihilum redactus ſum , & neſcivi.* Cùm enim puriſſima Virgo ſemper eſſet in contemplatione celſitudinis Divinæ majeſtatis deſcendens ad ſui cognitionem ſe ut nihilum reputabat , & dicebat : *Ego ad nihilum redactus ſum , & neſcivi* : & ait : *& neſcivi* : Quod cùm ego eſſem tamquam nihil per meam exiguitatem , neſcivi , quomodo ex me voluit Deus incorporari , ex meque carnem, & ſanguinem ſumere , ex meque homo fieri. Quia ut ait D. Paſchaſ. lib 5. in Matth. *Sola enim inter virtutes humilitas ſe ipſum ignorat.*

Pſalm. 72. D Hieron. D. Bernard. *Virgo ex ſumma humilitate eligitur in Dei matrem.* D, Paſch.

40\. Hac ſua præclara humilitate B. Deipara Deum ad ſe inclinavit , & traxit. D. Ildefonſus ſerm.2. de aſſumpt. ait : *Beata Virgo humiliat ſe in cunctis , ut totum ſuſcipiat in ſe gratiam conditoris* : Hanc humilitatem ſuam maximè Virgo celebrat in ſuo Cantico Luc. 1. n.48. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ , ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes* : Græcus legit, ut jam ſuo loco notavi, *annihilationem,* ſeu exiguitatem ancillæ ſuæ ; & cùm omnes virtutes eſſent in Virgine in ſummo gradu , cur potiùs Marianam humilitatem reſpexit , quàm alias, cùm aliæ virtutes ut fides,ſpes, charitas, ut Theologales, ſint ex ſuo genere nobiliores ; rationem dat D. Auguſt. ſuper *Magnificat* : ait, *Bene ergo Maria ſolam in humilitatem Dominum reſpexiſſe teſtatur , quia Divinitatis propitiationem , quam humana natura per ſuperbiam in primis parentibus perdit , in Maria per humilitatem recuperavit.* Tota humana natura in primis parentibus per ſuperbiam depravata eſt dum appetiverunt plus eſſe,quam id quod erant, ut ex hominibus fierent Dii. *Eritis ſicut Dii.* Gen 3. n.5. Totaque humana natura in Virgine Maria reformata & reſtaurata eſt per ſummam humilitatem dum ſe cogitat minus quod eſt, dum ſe perfectiſſimam creaturam in nihilum appendit : *reſpexit annihilationem ancillæ ſuæ* : Idcirco præ reliquis auguſtiſſimis virtutibus, in Maria *ſolam humilitatem* reſpexit quia Divinitatis propitiationem , quam humana natura perdidit in primis parentibus per ſuperbiam, Maria per humilitatem recuperavit. Præclarè Auguſtinus. *Divinitatis propitiationem , quam humana natura per ſuperbiam in primis parentibus perdidit , in Maria per humilitatem recuperavit.*

D. Ildefonſ. Luc.1. Græcus. D. Auguſt. *Inter omnes virtutes per humilitatem Maria Deo placuit.*

## QUÆSTIO X.

*Quare ex Divina ordinatione diſpoſitum eſt , ut myſterium Incarnationis non fieret ſine Virginis conſenſu ?*

41\. UT ſanctiſſima Virgo præſtitit conſenſum, ſtatim in ipſo inſtanti Verbum Divinum carnem ſumpſit in ejus utero. Unde aliquæ antiquæ, & antiquatæ ſententiæ non ſunt audiendæ Elias Creten. oratione de Annunciatione , cenſet Verbum Incarnatum tanquam Angelus deſcenderet de Cœlo Nicephorus lib.1. cap.8. quando Angelus ſalutando Virginem dixit: *Ave gratia plena* : Petrus Alexandr. lib. de Deitate, Quando Angelus dixit , *Dominus tecum* : Hæ ſententiæ nullam habent probabilitatem.

*Sententia rejecta.* Cretenſ. Niceph. Petr. Alex.

42\. Certa , & vera ſententia eſt , quod Verbum Divinum carnem ſumpſit in utero Virginis in eo inſtanti , in quo ipſa præſtitit conſenſum. Ita communiter ſancti Patres, & omnes Expoſitores. D.Athanaſ. oration. de Deipara. D. Ambroſ. hîc D.Greg.lib.9. Regiſt. Epiſt.61. D.Baſil. hom.27. de Humana Chriſti generatione. Beda, ſerm. 3. de Beata Virgin. D. Damaſc. lib 3, de Fide, cap.2. & omnes Scholaſtici cum D. Thoma 3. par.q.33. art.3. Probatur ex Verbis Angeli ; qui ait ad Virginem : *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te:* qui nempe , ex puriſſimo ſanguine Virginis , corpus Chriſti efformavit , organizavit , animavit , ac Verbo Divino hypoſtaticè univit ; Idemque conſtat ex verbis Virginis: *Fiat mihi*: Ergo dato conſenſu illius erat faciendum , ut ipſomet inſtanti hoc mirabile myſterium factum eſt. D. Bernard. Sermon.1. in Vigilia Nativitatis ait : *Angelus nuntiat, virtus obumbrat , ſupervenit Spiritus , Virgo credit , fide concipit , Virgo parturit , Virgo remanet .*

*In inſtanti in quo Virgo præſtitit conſenſum, facta eſt Incarnatio.* D.Athanaſ. D. Ambroſ. D. Gregor. D.Baſil. Beda D. Damaſc. D. Thom. D. Bernard.



43\. Quæſtio tamen principaliter inquirit. Cur infinita Dei Sapientia decreverit hoc magnum myſterium fieri interveniente conſenſu Virginis , nam ſine illo fieri poterat , ut ex dormiente Adamo Evam formavit ? Reſpondeo primò : quod convenientiſſimus fuit Virginis Mariæ conſenſus in hoc myſterio. Primò , ut denotaretur , quòd Deus creavit hominem ſine homine , non tamen ſalvat hominem ſine illius interventu , ac operatione. Secundò , ut ſicut per conſenſum Evæ introducta fuit perditio, ita per conſenſum Virginis introduceretur ſalus ; pro quo audiendus eſt D. Irenæus lib. 5. cap.19. *Eva per angelicum ſermonem ſeducta eſt , ut effugeret Deum & prævaricata verbum ejus : ita & Maria per angelicum ſermonem evangelizata eſt , ut portaret Deum, obediens ejus verbo , & ſicut ſeducta eſt , ut effugeret Deum, ſic ſuaſa eſt obedire Deo* : Attende verba. *Uti Virginis Evæ Virgo Maria fieret advocata* : Eva angelico ſermone ſuaſa per ſuperbiam , & inobedientiam delinquit : Deipara angelico ſermone ſuaſa per humilem obedientiam Déi ſubjicitur , ut ita humilis obedientia Mariæ patrocinetur ſuperbæ inobedientiæ Evæ.

*Deus hominem non ſalvat ſine homine.* *Deipara patrocinatur, ac eſt advocata pro Eva.*

44\. Tertiò : in hoc magno myſterio celebrantur ſponſalia Dei Patris cum B. Virgine , & filii Dei cum natura humana , ac Eccleſia , ut patet ex parabola illa Matth.22. num.1. *Simile eſt regnum cœlorum homini regi , qui fecit nuptias filio ſuo* : ut ibi explicant D. Auguſt. D.Gregor Beda, Hieronym. D. Paſchaſ. Albert. Magn. D. Thomas , quos citavi tom.4. c.44. Expoſ.1. n.2. & 3. Atqui ſponſalia requirunt conſenſum liberum utriuſque partis , & ſicut liber fuit conſenſus ex parte Dei , liberè carnem ſumpſit , ſic etiam requirebatur ex parte naturæ humanæ, & Eccleſiæ, quæ in Deipara repræſentabatur, liber conſenſus.

Matth. 22. D. Auguſt. D. Gregor. Beda. D Hieron. D Paſchaſ. Alb. Magn. D. Thom.

45\. Quartò : non ſolum conveniens fuit, ut ſanctiſſima Virgo fieret mater quocumque modo ; ſed etiam perfectiſſimo cum ingenti cumulo gratiarum , donorum , virtutum, ac meritorum nempe cum eximia fide , obedientia , humilitate , puritate , charitate Dei , & hominum , quæ omnia perfectiſſimè exercuit , dum liberum conſenſum præſtitit Angelo nuntianti, & dixit : *Ecce Ancilla Domini , fiat mihi ſecundùm verbum tuum* : de quo plura dixi citato cap.5. q.57. per totum.

*Reſplendent merita Virginis in conſenſu.*

46\. Quintò : Tantum myſterium intervento conſenſu Virginis Mariæ celebratur , ut inde ei nos omnes maximè adſtrictos ac obligatos agnoſcere debeamus , cum ejus arbitrio , ac voluntati tota noſtra ſalus commendata ſit , & ex ejus voluntate , ut à fonte habeamus omne noſtrum bonum Chriſtum Jeſum. D. Irenæus citatus à Cornelio Proverb.31. n.29. ait : *Quid eſt , quod ſine Mariæ conſenſu non perficitur Incarnationis myſterium , quæ , nempe , vult illam Deus omnium bonorum eſſe principium.* D. Damaſc. orat. 1. de Dormit. ait : *Fons perennis veri luminis , atque inexhauſtus ipſius vitæ theſaurus , & uberrima benedictionis ſcaturigo , quæ nobis bonorum omnium cauſa , & parens extitit.* D. Bernard ſerm. 4. in vigilia Nativitatis. *Datum eſt Mariæ , ut per illam acciperes, quidquid haberes,* &c. *Quia nihil Deus nos habere voluit , quod per manus Mariæ non tranſiret.* Cantic.1. n 2. dicitur : *Oleum effuſum nomen tuum* : Ipſum Divinitatis oleum ab æterno reconditum erat in Cœli palatio , unde modo habetur , quod ſit effuſum ? per manus , nempè, Mariæ , ac illius ope datum eſt : ut ſit effuſum, ſic in omnes dimanet. Petrus Damianus ſerm. de Nativit. *Pax inaudita à ſæculo regnat , univerſus orbis ad cenſum deſcribitur , rivus olei de terra perſudat. Quid eſt hoc ? niſi quia vera pax in terra apparuit , niſi quia ad ſupremum regnum ejus adſcribuntur , niſi quia fons miſericordiæ de Virgine emanat ? Oleum effuſum nomen tuum.*

*Maria arbitra incarnationis , ut omnium bonorum principium.* D. Iren. D. Damaſc. D. Bernard. Cantic 1. Petr. Dam.

47\. Invitat ſanctiſſima Virgo , ut omnes fideles ad eam accedant , & ait : *Ego mater pulchræ dilectionis , & timoris , & agnitionis , & ſanctæ ſpei , in me gratia omnis vitæ , & ſanctitatis.* Eccleſiaſt. 24 n.24. Quod ſanctiſſima Virgo ſit mater pulchræ dilectionis , ſeu charitatis , quæ eſt Chriſtus , *Deus Charitas eſt* : benè intelligitur , ſed unde quod dicatur mater timoris , & agnitionis, ſeu fidei Divinæ , ac ſanctæ Spei , & etiam totius vitæ, ac veritatis ? benè tamen deprehenditur , eò enim , quod ipſa nobis dedit, ac peperit Chriſtum Jeſum , mater eſt totius dilectionis, fidei, ſpei, gratiæ , vitæ , ac veritatis quia omnia bona , ac dona nobis cum Chriſto dedit. Werricus apud Godefr. ibi ſic ait : *Dilectus meus , ſi ipſe eſt filius meus , filiæ Jeruſalem : Dilectus eſt pulcha dilectio in ſe ipſo : Dilectus meus , & pulcher timor , ſpes, & agnitio in eo : ipſe enim non eſt ſolùm , quem diligimus timemus , & agnoſcimus , & in quem ſperamus : ſed etiam hæc omnia operatur in nobis , atque his virtutibus , veluti quibuſdam membris , & partibus, in nobis perficitur , ac formatur* : Quas omnes virtutes accipimus à Maria Virgine dum Chriſtum peperit , & nos in ipſo regenerat.

Eccl. 24. *A Virgine omnes virtutes in nos dimanant.*

## QUÆSTIO XI.

*Sanctiſſima Deipara in Sacratiſſima Conceptione Filii Dei vidit eſſentiam Divinam , & inde concluditur exemptam fuiſſe à communi lege , ac proinde ſecundùm ſenſum Scripturæ nullam maculam peccati Originalis contraxiſſe.*

48\. VAlde celebris eſt hodie ſententia ; quòd B. Virgo in Incarnatione filii ſui viderit eſſentiam Divinam : ita docent D. Bernard t.2. ſerm. de B. Virgo D. Thomas de Villa nova, ſerm. de Reſurrect. Albertus Magnus ſuper *Magnificat*: Et in Mariali. D. Anton. 4. p. tit. 15. cap.17. §. 1. Gerſon. in *Magnificat.* Rupertus ad illa verba Cantic. 4. *Oculi tui columbarum* : Carthuſian ſuper Dionyſium cap.4. Cœleſtis Hierarchiæ artic.18. tom.1. & opuſculo de laudibus. Virg. art 18. fol 202. Ecchius, de B. Virg. Caniſius in Mariali , cap. 13. & lib 4. cap.2. Medina 3. part. quæſt.27. art. 5. in

*Virgo Beata vidit in hac vita eſſentiam Divinam.* D. Bernard. D. Thomas de Villa-Nova Alb. Magn. D Anton. Gerſon. Rupert. Carthuſian. Ecchius. Medina.

Henriq. Suar. Salas.

in fine. Henriquez lib. 3. Summæ cap. 11. Suar. tom. 2. ad 3 p diſp. 19. ſect. 4. §. *Dico ergo primò :* Salas in primam ſecundæ, tr. 2. diſp. 10. ſect. 4. §. *Quidquid autem ſit de reliquis.*

49 D. Auguſt. D. Thom.

Probatur. Quia ut apertè docent D. Auguſt. 12. ſuper Geneſim ad Litteram. Et D. Thomas 2. 2. q. 74 art. 4. in corpore; quod Moyſes intellectualiter in hac vita vidit eſſentiam Divinam, ſicut & Paulus in raptu, ut docet expreſſis verbis D. Auguſtin citat. 12. ſuper Geneſin, & etiam lib. de vidèndo Deo, & D. Thomas citatus 2. 2. q. 45 art. 3. in corpore; ergo ſi juxta hos duos magnos proceres Theologiæ conceditur, quòd Moyſes, & Paulus viderint in hac vita intellectualiter eſſentiam Divinam, nulla congrua ratione hoc poterit B. Virg. denegari, ut dicunt Suar. citatus, & Vaſq. 1. part. diſt 55. cap. 2. cùm illis excellentior ſit B. Virgo dignitate, meritis, gratiis, ac donis. Secundò valdè decens erat, ut Deipara ob magnitudinem ſuæ excellentiæ, ac dignitatis, agnoſceret, & videret myſterium, quod in ſe ipſa, ac in utero ſuo agebatur.

Suar. Vaſq. *Talis viſio non eſt deneganda Virgini.*

50. *Objectio.* Joan. 1. Exod. 33.

Dices: Joan. 1. n. 18. habetur: *Deum nemo vidit unquam*: *Nemo*, propoſitio eſt univerſalis, & omnia excludit, & dixit etiam Deus Moyſi Exod. 33. n. 20. *Non videbit me homo & vivet*: Reſpondeo, quòd Deus in hac lege diſpenſavit cum ſanctiſſima Virgine ob ſingularem ejus ſanctitatem, ac dignitatem matris Dei, ſicut juxta mentem D. Auguſtini, ac D. Thomæ diſpenſavit cum Moyſe, & Paulo.

51. *Virgo exempta ab omni peccato originali.*

Ex quo infero ſanctiſſimam Virginem Mariam ob ſuam dignitatem excellentiſſimam matris Dei non contineri, ac claudi ſub communi, ac univerſali lege Scripturarum, ſed ſicut ipſa eſt ſingularis, ac unica in dignitate, gratiis, & donis, ac ſanctitate, ſic etiam ſingularis in privilegiis, ac immunitatibus, proindeque nullam maculam peccati originalis contraxiſſe, ſed omninò ab omni labe illius fuiſſe immunem, & liberam ex præveniente gratia Divina.

52. Reg. 3. Rom. 5. 1 Cor. 15. Galat. 3. Epheſ. 2.

Dices: Hæc doctrina videtur contra Apoſtolum Paulum; non ipſe ait Roman. 3. n. 13. *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei*: & Roman. 5. n. 19. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, ita & in omnes mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt*: & 1. Corinth 15. num 22. *& ſicut in Adam omnes moriuntur; & ita in Chriſto omnes vivificabuntur.* Ad Galatas 3. numero 22. *Concluſit omnia ſub peccato.* Epheſi. 2. num. 3. *Eramus natura filii iræ, ſicut & cæteri*: Hæc ſunt potiſſima adverſariorum fundamenta.

53. *Solutio ex D. Thoma.* D. Auguſt.

Ad quod reſpondeo, quod Deus, ut ſupremus diſpenſator, ac legiſlator, benè poteſt diſpenſare in ſua lege, quam doctrinam veluti in ſubjecta materia de B Virgine me docet Angelicus Doctor. 3. p. q. 27. art. 1. ad 2. Ubi tractans de ſanctificatione Virginis in utero opponit D. Auguſtin. Epiſt ad Dardan. dicentem, quod *ſanctificatio non eſt niſi renatorum*, ſcilicet per Baptiſmum Reſpondet S. Thom. *Quod D. Auguſtinus loquitur ſecundùm legem communem, ſecundùm quam per Sacramenta non generantur aliqui, niſi priùs nati, ſed Deus huic legi Sacramentorum potentiam ſuam non ligavit, quin aliquibus ex privilegio gratiam ſuam conferre poſſit, antequam naſcantur ex utero*; Ergo inhærendo doctrinæ ſancti Doctoris, ſimilem ſolutionem damus, in cauſa non diſſimili, præcipuè cum ad hoc affirmandum habeamus efficax, ac validum fundamentum in Scriptura, Sanctis Patribus, ac Summorum Pontificum decretis.

54. *In propoſitionibus univerſalibus non includitur ſanctiſſima Virgo.* Joan. 1. Marc. 16. Tuſchus. D. Ambroſ. D. Anſelm. D. Bonav. Rupert. 1. Cor. 15.

In communibus, ac univerſalibus propoſitionibus Scripturæ non includitur; ac clauditur ſanctiſſima Virgo ob ſuam excellentiſſimam dignitatem maternitatis Dei, & patet ex proximè dictis in hac quæſtione, quod juxta ſatis communem ſententiam vidit in hac vita eſſentiam Divinam intellectualiter, ac proinde exceptuata eſt ab illa communi regula: *Deum nemo vidit unquam*: Secundò: D. Marcus 16. num. 9. ait: Quod Chriſtus reſurgens Apparuit *primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat ſeptem dæmonia.* Illud *primum* eſt ſignum univerſale, denotans quod nullus alius antecedat, & præcedat ut ex multis juris locis probat Cardinalis Tuſchus tom. 6. concluſione 660. Et tamen Chriſtus reſurgens primò, & ante Magdalenam, apparuit ſanctiſſimæ Deiparæ, ut docent D. Ambroſius., D. Anſelmus, D Bonaventura, Rupertus, & revelatum fuit B. Brigittæ, & ita hodie communiter docent omnes Doctores, & communis ſenſus fidelium; nam quando D. Marcus ait, quod Chriſtus primo apparuit Magdalenæ, hoc eſt, inter alias fœminas, & Diſcipulos; Virgo autem Maria eſt in alio ſublimiori, ac excellentiori ordine, & non venit in communi numero cum aliis: de quo dixi ſupra 28. Matth. q. 1. n. 13.

55. *Confirmatur ſuperior doctrina.* Pſalm. 21.

Tertiò Paulus 1. Corinth. 15. n. 51. ait, quod ad Canticum noviſſimæ tubæ: *Ecce myſterium vobis dico, omnes reſurgemus*: à qua regula excipienda eſt Beatiſſima Virgo; nam ad vocem ultimæ tubæ non reſurget; jam enim tertia die poſt ejus feliciſſimum tranſitum reſurrexit, & corpore, & anima aſſumpta eſt in cœlum; ubi in æternum glorioſè regnat cum filio ſuo JESU. Quartò à communibus locutionibus Scripturæ, ut Pſalm. 21. n. 8 *Omnes videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labiis, & noverunt caput*: ut ſubſanantes, & deridentes, ſicut & illæ: *Omnes amici mei dereliquerunt me, ſpreverunt me*: à quibus omnibus juxta communem ſenſum ſanctorum Patrum, ac Doctorum excipienda eſt ſanctiſſima Virgo, quæ multo dolore, ac intimo amore comitata eſt Chriſtum in paſſione, ut revelatum fuit ſanctæ Brigittæ, & docent omnes Patres: de quo latè dixi tom. 5. in Evangel. lib. 8. cap 22. q. 1 2. & 3.

56. *Propoſitiones Univerſales Scripturæ non univerſaliter intelliguntur.* Ad Philip. D. Thom. Jerem. 6. D Chriſoſt. Theophyl.

Deinde ut communiter docent omnes Patres, ac Doctores, quòd propoſitiones univerſales, ſeu quæ univerſalitatem dicunt, non univerſaliter ſunt accipiendæ, ſed pro aliquibus. Paulus ad Philipp 1. n. 21. ait: *Omnes quærunt, quæ ſua ſunt, non ea quæ ſunt Jeſu-Chriſti.* Et ut ibi objicit D. Thomas lectione 4. Lucas, Titus, Timothæus, Epaphroditus, non quærebant ſua, ſed quæ Jeſu Chriſti; Reſpondet Angelicus Doctor? *Conſuetudo eſt, quod aliquando Scriptura loquitur de nonnullis, ſicut de omnibus*: Jerem. 6. num 13. *à minore, uſque ad maiorem, omnes avaritiæ ſtudent.* Ita Sanct. Doctor. Idem Doctor gentium. 2. ad Timoth 4 n. 16. ait: *Omnes me dereliquerunt*: & tamen conſtat, quod tempore, quo Paulus hæc ſcripſit cum eo erant Timothæus, & alii diſcipuli, ut ibi



ibi notant D. Chryſoſtom. Theophylact. & in cap. 19. Matthæi.

57. D. Hieron. Iſai. 13. D. Ambroſ.

Idem docet D. Hieronymus in illud Iſayæ 13. n. 4. *Vox multitudinis in montibus*, &c. *Ut diſperdat omnem terram*: Vox erat Medorum, ac Perſarum non ad devaſtandum univerſum orbem, ſed terram Babylonis, ac Chaldæorum: Idem habet D. Ambroſ. lib. de Vocat. Gent. & ait: Sermo Divinus hac utitur conſuetudine, ut ea, quæ de quadam parte dicuntur, ad omnes homines pertinere videntur, ſic interdum pro parte terræ, ſumitur tota terra, pro parte hominum, omnes homines intelliguntur; idque probatur ex his, quæ dicta ſunt ad Eliam 3. Reg. 18 n. 10. *Vivit Deus tuus, quia non eſt gens aut regnum, quo non miſerit Dominus meus te quærens.* Quod non intelligitur de omnibus gentibus, ſed de vicinis.

3. Reg. 18.

58. D. Auguſt. Origen. Abulenſ. Euthym. 2. Reg. 15. Pſalm. 13.

Idem multis in locis docet D. Auguſt lib. 2. de Mirabil. Sacræ Scripturæ cap. 5. de Natura & Gratia contra Pelag. cap 41 & lib. 2. de Nupt. & Concept. cap. 27. & lib. 6. contra Pelagium cap 12. Origenes tract. 20. in Matth. Abulenſ. in cap. 2. Geneſ. q. 9. & in Joſue c 11. Euthym. in 10. cap. Joan. Quod probant ex multis locis Scripturæ; ut ex illo 2. Reg 15. num 13 *Toto corde univerſus Iſraël ſequitur Abſalon*: Et tamen cum David erant Joab, Aibathar, & ſexcenti viri ibidem n. 18. ac proinde *Univerſus Iſraël*; hoc eſt ex majori parte; ex illo Pſalm. 13. n. 3. *Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum*: Ubi ponuntur omnes pro majori parte.

59. *B. Virgo privilegiata ab originali* D. Thom. Eſther. 15. Ariſtot. *Lex communis non comprehendit excellentem perſonam.* 1. Reg 14.

Ex his ergo habemus, quòd propoſitiones Univerſales Scripturæ aliquando non ponantur pro omnibus ſtrictè, ſed pro aliquibus & quòd ab his propoſitionibus generalibus privilegiata ſit Deipara, quia ipſa ob maternitatem Dei, eſt in alio ſuperiori ac excellentiori ordine ſuper omnes puras creaturas, cùm habeat dignitatem ex ſuo genere infinitam, quæ eſt ſuprema conjunctio cum perſona Divina. Ut jam dixi ſupra ex D. Thomas 3 p. q. 25. art. 6. ad 4. Ergo ſanctiſſima Virgo non clauditur, ac continetur ſub lege communi *Omnes in Adam peccaverunt*: ſed à tali lege fuit liberata, & privilegiata; ut Aſſuerus dixit ad Eſther. 15. n. 13. *Non morieris, non enim pro te, ſed pro omnibus lex hæc conſtituta eſt*: ut quod perſona ſuperexcellens dignitate, ac virtute non contineatur ſub lege communi, ſed ab illa ſit privilegiata. Docet Philoſophus Gentilis Ariſtoteles, 3. Politic. cap. 9. & ait; *Fieret & illi injuria, ſi pariter atque alii cenſeatur, cùm ſit uſque adeo ſuperior ſecundùm virtutem, & civilem potentiam. Putandum eſt enim talem virum tamquam Deum eſſe in hominibus. Ex quo manifeſtum eſt, poſitionem legum neceſſariam eſſe circa æquales genere, & potentia; ſed in illos tales non eſt lex: ipſi enim lex ſunt*: Sicque cùm lex eſſet promulgata à Saüle, quòd morte moriatur, qui guſtaverit aliquid uſque ad veſperam, & comprehenſus Jonathas quòd guſtaſſet parum mellis, clamat populus pro Jonatha tamquam ſi non eſſet lege comprehenſus ob ſuam ſingularem virtutem: *Qui fecit ſalutem magnam in Iſraël*: 1. Reg. 14. n. 15.

60. Cantic. 4. Sap. 7.

Probatur hæc veritas manifeſtis locis Scripturæ juxta communem ſenſum ſanctorum Patrum. De ea dicitur Cantic. 4. n. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*: non dicitur ſolum pulchra, *tota pulchra*, quia ſecundùm ſe totam, & ſecundùm omnem ſui ſtatum ac conſiderationem, ſemper extitit pulchra. & amica Divini Sponſi, ac ſine macula Sapien. 7. n. 26. *Speculum ſine macula.* Et præter Patres Eccleſia hoc canit de B Virgine, non dicitur ſolum ſpeculum, ſed ſine macula, quia ſpeculum ſi habet aliquam facturam, quamvis partes inter ſe componantur, ſemper tamen apparet ſignum, & macula; quæ in hac ſanctiſſima Virgine nulla eſt.

61. Eccleſ. 1. D. Bernard. Cornel. *Maria Virgo creata eſt à Deo in Spiritu ſancto.* Damian. *Solus Deus agnoſcit multitudinem gratiarum Mariæ.*

Eccleſiaſtic. 1. n. 9. dicitur: *Ipſe creavit eam in Spiritu ſancto & vidit, & numeravit, & menſus eſt*: Quem locum ſanctus Bernard Senenſ. tom. 2. ſerm. 51. art 3. cap. 1. Cornel. & multi alii interpretantur de Beata Virgine; & maximè ponderandum: *creavit illam in Spiritu ſancto*: non infectam Adami maſſa, ſed Spiritus ſancti gratiâ repletam; nam Spiritus ſancti gratia, & Adami macula maximè opponuntur & non ſimul compatiuntur: ergo ſi creavit in Spiritus ſancti gratia, non in Adam defectu, & ſic ait Petrus Damianus ſermon. de Annuntiat. *A Deo electam, & perelectam totam rapuit ſibi Spiritus ſanctus*: ut decens erat ei, quæ eligebatur in matrem Dei, & Sponſam Spiritus ſancti: Et nota, quod ſubditur: & *vidit, & numeravit, & menſus eſt*: Vidit in illa tantam multitudinem gratiarum ſuper omnes homines; & Angelos, quod ipſe ſolus, & nullus alius numeravit, & menſus eſt, juxta illud Proverb. Ultim. *Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas.*

62. Eccl. 24. *Maria naſcitur puritate Cherubica ſine maculæ miſtura.* D. Epiph. Dion. Ar.

Eccleſiaſtic. 24. num. 5. dicitur: *Ego ex ore altiſſimi prodivi primogenita ante omnem creaturam*: Quæ verba communiter intelliguntur à ſanctis Patribus de generatione Divini Verbi ab Æterno Patre, tamen Eccleſia ſancta accommodat ea ad Deiparam; ſed quæſo: in quonam eſt iſta accommodatio, & proportio? non in eo quod procedat ab æterno, nec in quod ſit in identitate ejuſdem naturæ, nec cum communicatione divinarum perfectionum, ut planum eſt, ſed in eo ſtat accommodatio imitationis, quòd ſicut illa eſt puriſſima, & ſanctiſſima, ſic etiam hæc pura, & ſancta, & ſine defectu originali; Alii generentur ex maternis viſceribus peccatorum; ut filii Adæ, ejus labe infecti; at ſanctiſſima Virgo ſic procedit pura, ſancta, immaculata ex maternis viſceribus, ac ſi procederet ex ore Altiſſimi Dei Unde rectè ait D Epiphanius Oration. in Aſſumpt. Mariæ, de ejus concepcione loquens: *Anna verò gravida effecta, cœlum, & thronum Cherubicum peperit ſanctam puellam Mariam*: Dum Anna parit ſanctam Mariam, parit cœlum, thronum Cherubicum, qui omni puritate, ſine ulla labe, ac macula fulget, ut ait D. Dionyſius Areopagita lib. de Cœleſti Hierarchia capite 7. *Puritate quoque ſingulari præditas, non quaſi maculis impuris colluvionibuſque liberatas; ſed ut omni ſummiſſione, atque admiſtione celſiores, ſacraque omni re per ſupremam, atque inviolabilem puritatem, diviniſque ipſis virtutibus omnibus eminentes.* Tam excelſa eſt illa puritas Cherubica, quæ non venit per aliquas deterſas maculas, aliàs non eſſet tam decora, ſed talis eſt, ut numquam agnoverit maculæ admiſtionem;

ſtionem, tam pura, & excellens ejus puritas eſt, taliqne puritate Anna ſanctiſſimam Virginem Mariam genuit, ac peperit. Nota verbum: *Ante omnia ſæcula*: cum de B. Virgine non poſſit verificari de prioritate dignitatis, excellentiæ, ac gratiarum; quibus ſacratiſſima Virgo excedit, ac ſuperexcedit omnes puras creaturas.

63. Et pro hac veritate confirmanda, & ſtabilienda de pura, & immaculata Conceptione Virginis Mariæ in noſtris libris ferè quinquaginta loca ex mente ſanctorum Patrum adduxi, & explicavi, ut videre eſt tom. 1. in Evangel. lib. 1. cap. 3. q. 1. & 2. & eodem lib. cap 2. q. 36. n. 98. tom. 3. in Evangel. cap. 16. q. 23. n. 151. & cap. 23. q. 13. n. 81. & tom. 5. lib. 8. cap. 21. q. 10. n. 60. & q. 12. n. 85. & tom. 1. in Apocalypſ. c. 2. q. 25. n. 193. & cap. 7. q. 19. num. 51. & ſpeciatim t. 2 in Apocalypſ. cap. 12. q. 14. n. 113. 114. 115. 116. & q. 15. n. 135. & q. 35. num. 266. & q. 44. n 347. 348. & q. 80. n. 670. 671. 672 673. Non mirum quòd tam ſublimiter B. Virgo Maria fuiſſet decorata, ac honorata filio ſuo Jeſu Chriſto cum ſic ab eo eſſet dilecta, ut anima ſua, & dignitate gratia, privilegiis inter omnes puras creaturas ſingulariter Unica, in quo ſenſu juxta D. Auguſtinum explicavi tom. 2. in Apocalypſ. cap. 12. q. 19. num 164. illud Pſalm. n. 2. *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam.* Vide dicta citato loco.

*Deipara unica, dignitate, gratiis, ac privilegiis.*

D. Auguſt. Pſalm. 21.

Chriſti, ut mirum in modum multis nominibus celebretur, ac extollatur, ut dicatur: *pulchra, amica, ſuavis, & decora*: cum Jeruſalem confertur: *Sicut Jeruſalem* quæ interpretatur: *Viſio pacis*: Ac ſi inter tot, & tantas atque innumerabiles virtutes, quæ in Virgine nitent, & reſplendent, inde inſigniter dicatur pulchra, ſuavis, ac decora, quòd ſit viſio pacis, ac pacifica, ſuiſque devotis, ac clientibus pacem infundat, Rupertus ibi ait: *Suavis, & decora es ſicut Jeruſalem, in eo, quod anima tua, ſemper ſupernam videt pacem, & ex viſitatione tui diſcunt animæ plurimæ cœleſtem ducere converſationem; unde dicuntur, vel ſunt filiæ Jeruſalem* (ſcilicet, viſio pacis) *Tu quoque terribilis eſt, ſicut Caſtrorum acies ordinata, in qua ſumma omnium eſt concordia, ac proinde nullus in ea per diſcordiam aditus datur hoſti*: Inde, maximè ô ſanctiſſima Virgo, tua pulchritudo ac decor tuus fulgent, quia es ſicut Jeruſalem *pulchra ac decora*: ſed quando Rupertus ait: *Anima tua ſemper videt pacem*: Nonne multa bella, & contentiones ſunt in mundo, has ergo Deipara non videt? ita enim ipſa eſt pacifica, ac amica pacis, ut ab his oculos avertat, ne videat, maximè in ſuis devotis, ac clientibus: *Unde diſcunt animæ plurimæ cæleſtem ducere converſationem*, Unde dicunt, *vel ſunt filiæ Jeruſalem*: quæ pacem adeo ſtudeant, ut dicantur pacificæ etiam in pugna, ac contentione cum à B. Virgine diſcant, ut ſint tamquam acies ordinata, in qua nulla eſt diſcordia.

*Deipara pacifica, & ſuis devotis ſemper infundit pacem.*

Rupertus.

De hac ſacratiſſima Virgine dicitur Cantic. 8. n. 10. *Ego murus, & ubera mea ſicut terris, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens*: Arabicus legit ultima verba: *Facta ſum unica pacis, unica ſalutis*: ex quo ipſa concepit in utero ſuo Æternum Verbum, facta eſt unica pacis, ac ſalutis mater, & non quocumque modo: ſed ut murus, ut eos intus cuſtodiat, conſervet, ac uniat, & ut turris, ut eos muniat, ac defendat ab omni incurſu, ac malo. Guillelmus ſic pie, ac devotè loquentem Virginem introducit: *Mox ut ex carne mea Verbum caro factum eſt, inveni, & ſenſi me habere in utero meo quaſi pacem, nondum quidem pacem, ſed quaſi jam pacem, id eſt, hoſtiam pacis, cujus immolatio hoſtiæ plena pax*, &c. & ſubdit: *& procul dubio tantæ excellentiæ, tantæ potentiæ, tantæ clementiæ facta ſum, ut omnibus ad me confugientibus, non tantum murus ſim ad muniendum ſed & mater ad nutriendum.* Nota verbum, quòd ait: *Quaſi pacem, nondum quidem pacem*, Nam inchoatio pacis facta eſt, quando Virgo concepit Verbum incorporatum in utero. Conſummatio verò pacis facta eſt Chriſti morte. & etiam à matre offertur, ut pacis hoſtia ſtante juxta crucem: *Cujus immolatio hoſtiæ plena pax.* 67.

Cantic. 8.

Arabicus.

Guillelm.

*Deipara unica pacis, quam invenit & ad illius conſummationem operatur.*

---

Viſitatio ad Elizabeth.

## QUÆSTIO XII.

### *Quare dum Virgo Maria ſalutat Eliſabeth, pacem denuntiat?*

64. Text.

AIt noſter Evangeliſta in præſenti, quòd Deipara audita ſalutatione Angeli, & concepto verbo æterno in utero abiit in montana, & ſalutavit Eliſabeth; *quæ cum audiſſet ſalutationem Mariæ exultavit infans in utero ejus.* Ita Evangeliſta num 41. de quo myſterio latè tractavi tom 1. lib. 1. cap. 6. per 27. quæſtiones.

65. D. Ildelph. *A Dei Spiritu venit omnes honorare.*

*Intravit in domum Zachariæ, & ſalutavit Eliſabeth*: D. Ildephonſus hoc myſterium tractans, ait: *De conceptu honorem deferre didicit cognatis*: de Spiritu Dei venit omnes honorare, Virgo ſanctiſſima à filio edocta honorat domum Zachariæ ſua præſentia, honorat Eliſabeth ſalutatione, & Joannem in utero per gratiam ſanctificantem communicatam à Verbo Incarnato in utero ejus: Dei Dona non in uno coarctantur, ſed in omnes diffunduntur.

66. Græcus. Hebraic.

*Salutavit Eliſabeth*: Græcus & Hebraicus: *Precata eſt pacem.* Prima hæc vox pacis in novo teſtamento auditur, & precatur, ubi felix vox Mariæ auditur, pax advolat, & ſermo illius impetratorius pacis eſt. Ad Virgin. Mariam
Cantic. 6. ait Divinus Sponſus Cantic. 6. num. 3. *Pulchra es amica mea, ſuavis, & decora ſicut Jeruſalem, terribilis, ut caſtrorum acies ordinata.* Quid habet Jeruſalem, quod cum ſummè dilecta

---

## QUÆSTIO XIII.

### *Quare ad Chriſti præſentiam, non ſolum Joannes ſanctificatur, ſed ſaltibus exultat?*

67. PRimò: Ad vocem Deiparæ: *factum eſt autem, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth*



*beth, exultavit infans in utero ejus*: meritò addubitat apud Catenam D. Thomæ, Græcus. Cur Joannes pedibus ſaltat in utero, nam ejus munus non erat pedibus exilire, ſed voce clamare. Cur ergo munus præcurſoris non clamore vocis, ſed pedum tripudio exhibet? Joannes nondum voce donatus erat, illa enim infantia caret, quod ergo voce non poterat ſaltibus exhibet, officium officio compenſavit, & illud quo infantilis ætas non potiebatur ſaltibus ſupplevit. Græcus Author ait: *Propheta parente acutiùs videt, & audit, ſalutatque prophetatum, ſed quoniam verbis non poterat; ſaltat in utero*: Quia lingua Dominum præconis celebrare non poterat, prædicat tripudio, ingens amoris affectus numquam impeditur, ut in manifeſtum prodeat, nam ſi in uno invenit obſtacula, ad aliud declinat, ut perrumpat in patulum.

Græc. Aut.

*Amoris affectus omnia impedimenta rumpit.*

69. Secundò: ex pueri exultatione cognovit Elizabeth Deiparam Mariam eſſe Dei Matrem ut patres, & Expoſitores fatentur, ſed unde hoc cognoſcere potuit; per exultationem pueri in utero D. Chryſolog ſerm. 87. ait: *Joannes meritò in utero exultat, quia originis ſuæ libertatem ante noſſe, quàm eſſe meruit: ante meruit ſentire, quàm vivere. Ante nutu Dei loquitur, quàm perveniat ad vocis officium*: Antequam Joannes incipiat eſſe & vivere, exultat de ſua libertate, quia ipſa pluſquam vita æſtimatur perpende ultima verba; *Ante nutu Dei loquitur, quam perveniat ad vocis officium*: mirificè Deus adeſt ſuis bonis, ac rectis miniſtris, quia ſi ipſi habent impedimentum, ne loquantur, ac clament, ut Joannes ab infantia; Deus pro eis loquetur, & dabit voces: ait Deus Jeremiæ 15. numer. 19, *Quaſi os meum eris, & bellabunt adverſùm te, & non prævalebunt*: Quamvis ex populo inſurgant adverſùm te ne loquaris juſta, & ſancta, non prævalebunt, quia eris os meum, & ego per te loquar. D. Gregor. lib. 18. Moral. cap. 23. *Qui pretioſum à vili ſeparat, quaſi os Domini vocatur quia per eum Deus verba ſua exciet.*

D. Chryſol. *Miniſter Dei ſi impeditur, Deus pro eo loquitur.*

Jerem. 15.

D. Gregor.

70. Tertiò: ſanctificatur Jeremias in utero materno, & tamen non legitur, quod exultaverit in gaudio, ut de Joanne Baptiſta nobis narrat Evangeliſta; Joannes ita ſanctificatur, ut eſſet maximè propinquatus Chriſto, ac Virginis Mariæ, & ex tali appropinquatione, totus videbatur transformatus in Chriſtum; & in ſe Chriſtum habere. Guarricus ſerm. 1. de Nativit. Joann. *Proxima erat fonti Cedrus iſta nobilis, Joannem loquor conſobrinum, & amicum ſponſi: ideoque nimirum uberiùs irrigata, in tantum excrevit, ut inter natos mulierum; nihil illa ſublimius poſſet inveniri, Omnino ſalvatori proximus erat*: Ex eo quod proximus erat, proximus ipſum bibit Joannes, & in eo totus videtur ineſſe, ac transformari. 3. Reg 8. numero 9. *In arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat Moyſes*: At Paulus Hebræor. 19. numero 4. ait: *In qua*: (ſcilicet, arca, *una, habens manna & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti.* Quomodo hæc poſſunt cohærere? Apoſtolus affirmat, quod arca continebat urnam cum manna, & virgam Aaronis, ac tabulas teſtamenti, cùm tamen Author libri Regum cum excluſiva dicat, *non erat aliud niſi duæ tabulæ lapideæ*: Numquid ſibi contrariantur hi duo Scriptores Canonici, minimè, Paulus tamen locum propinquum, & approximatum, arcæ, vocat arcam, ac proinde, quæ erant in loco propinquo tamquam ſi in arca fuiſſent, reputantur, ac ſcribuntur, ſanctorum vicina eorum qualitates hauriunt. D. Anſelmus ad citatum locum Pauli ſic ſcribit: *Quia juxta arcam in ſanctuario poſitæ erant virga, & urna, idcirco dicit eos Apoſtolus in arca fuiſſe, &c. Et ſic in arca poteſt dici fuiſſe propter loci vicinitatem, quod erat juxta arcam. Et apoſtolus locum arcæ proximum, pro arca nunc poſuiſſe non inconvenienter accipitur: quia ad ſpiritualem ſenſum magis aſpiciebat, intelligens per arcam Chriſtum, in quo ſunt tabulæ, virga, & urna.* Chriſtus ob ſingularem amorem in Joannem ſtatim ut conceptus, maximè eum ſibi approximat: *In arca poteſt dici fuiſſe, quod erat juxta arcam*: & cùm Chriſtus D. vera arca teſtamenti ab utero, ac à primis diebus ſuæ conceptionis ſibi maximè approximat Joannem, jam videtur quòd Chriſtus totus ſit ſpiritualiter in Joannem, & Joannes transformatus in Chriſtum.

Jerem. 1.

Guarricus.

3. Reg. 8.

Hebr. 9.

*Chriſtus ſpiritualiter ineſt in Joanne transformatur in Chriſtum.*

D. Anſelm.



71. Quartò: Joannes clauſus in utero geſtu, ac ſaltu ſalutat Dominum. D. Bernardus homil. 4. de laudibus Virginis ait: *Ut minori adhuc* (nempè, ætate) *Domina ſui officii valeat* (*exhibere primitias*: Joannes conſtitutus à Deo Chriſti præcurſor, ut ipſum oſtendat, prædicet. ac annuntiet, ut fiat manifeſtum quam excellens, ac eminens futurus ſit in hoc munere omnium anteſignanus, ab utero incipit Chriſtum oſtendere, ac manifeſtare, ſi non voce, ob ætatis impedimenta, ſaltem geſtu, & ſaltu primitias ſui muneris oſtentat, nam virtus ab utero valde inſignis & præclara inter cætera.

D. Bernard.

*Virtus magna ab incunabilis dat ſui ſpeciem.*

72. Cùm Jacob tenderet in Meſopotamiam luctamen habuit cum Angelo: *Ecce vir luctatur cum eo*: In quo negotio tam valde, ac generosè ſe habuit Jacob, ut glorioſè victor ſit effectus, & à victoria nomen ei inditum eſt, ut diceret ei Angelus: *Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël, quia fortis fuiſti contra Deum*: Geneſ. 32. n. 28. & unde fieri potuit, quòd homo natura ſua debilis, ac fragilis ſuperare potuerit Angelum in lucta, qui ex ſua creatione eſt validus, & fortis: de hac concertatione agens Propheta Oſeas 12. num. 3. ait de Jacob. *In utero ſupplantavit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo*: In utero Jacob inivit certamen cum fratre ſeniore Eſau, & ipſum ſupplantavit. Gen. 25 & qui ab utero luctator eſt, factus vir, ſic erit robuſtus, ac viribus pollens, ut Angelos ſuperet, magnificuſque vir de eo decantetur. Theodoretus. *Plantam fratris tenens in lucem prodit, qualis futurus eſſet præſignificans*: quia, nempe, ab infantia luctator erat, & ſubdit: *Proceſſu temporis vir factus adeo virtutis exercitatione excelluit, ut cum ſemel fratris timuiſſet adventum, Deumque rogaſſet, non modo auxilium obtinuerit, verùm etiam viſus ſit ipſe luctari cum Deo, & victoriam reportare*: Infantulus luctamine exercitatus, grandior audet adverſùs Angelum.

Geneſ. 32.

Oſeas 12.

Gen. 25. *Miles à teneris exercitus poſtea fit validiſſimus.*

Theodor.

73. Loquens Æternus Pater de filio ſuo Jeſu Chriſto ait per Iſaiam 8. numero 3. *Voca nomen ejus: Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari.*

Iſai. 8.

Ubi Propheta loquitur de Chriſto D. qui habitu inventus ut homo, cum principatibus, ac principibus tenebrarum harum; ut explicant D.Hieronym. Origenes, noſter D. Cyrillus Spoliiſque multarum rerum detractis, de illis glorioſè triumphavit, ut ſcribit Apoſtolus ad Coloſſenſ.2 n.15. *Expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo*: & unde Deus tantam virtutem indigitat, ac pronuntiat in Chriſto; Vide quod ſubdit Propheta ſequenti n.4. *Quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuam auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ*: Moraliter dico: Qui enim adhuc infantulus & noſtro dicendi modo ſecundùm ætatem non dicit, ac pronuntiat patrem, & matrem, tamen tanta fortitudine, ac valentiâ eſt prædītus, ut devincat civitates Samariæ ac Damaſci; planum & evidens eſt, quod Vir factus ſuperabit, ac deſtruet principes tenebrarum, ac rectores, & poteſtates temporalium, ut hoc morali documento oſtendatur, quàm robuſta, ac potens ſit virtus à teneris annis. Mandavit Deus Moyſi Numer.3. n.15. *Numera filios Levi: omnem maſculum ab uno menſe.* Ad quid è tam parva ætate, ut à teneris virtutem colant, & ſimul cum lacte matris bibant doctrinam Magiſtri, ut inde in præclaros creſcant viros. Brixian. *Qui enim Dei cultu conſecrandi ſunt, ab ipſis incunabulis inſtituendi ſunt.*

*D. Hieron. Origenes. D. Cyril.* — *A teneris virtus magna intuenda.* — *Num. 3. Brixian.*

## QUÆSTIO XIV.

### *Quare Elizabeth tota lætabunda Virginem ſalutans, illius conceptum non dicit filium, ſed fructum?*

74. Audiens Elizabeth ſalutationem Virginis Mariæ, exclamavit voce magna, & dixit: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*: Quæ verba latè explicavi citato cap.6. quæſtion.16. 17. 18. & 19. Ingenti lætitia perfuſa Elizabeth, & præ ingenti gaudio exclamat; & quæ major ratio gaudendi, quàm ſpiritu prophetico Verbum Divinum Incarnatum jam præſentem videre, & Deiparam ejus ſanctiſſimam Matrem in amplexu, & brachiis habere? ipſa enim Deipara totius gaudii eſt fons, & origo Sic etiam appellat Jacobus Monachus, inter Græcos Author illuſtris, & antiquus Oration. in Nativitat Virginis. *O ſempiterni gaudii exordium!* Andreas Cretenſis Orat. de Annuntiatione ait: *Decuit lætis ut præconiis Gabriel ſalutaret, quæ & lætitiæ organum, & immenſi gaudii eſt genitrix.* D. Damaſcen. Orat. 2. de Aſſumpt. ait: *inexhauſtum pelagus gaudii, unica mæroris obliteratio, pharmacum ex omni pectore dolorem propulſans.*

*Deipara totius gaudii exordium, & triſtitiæ obliteratio.* — Jac.Monac. — Andr. Cret. — Damaſcen.

75. Ait Text. *Et repleta Spiritu ſancto Elizabeth exclamavit voce magna, dixit, benedicta tu inter mulieres*: Notanter Sacer Evangeliſta advertit, quòd antequam Elizabeth erumpat in laudes Virginis, priùs de illa ſcribit quod *erat repleta Spiritu ſancto*: & cur in Elizabeth priùs permittitur aſſiſtentia, ac præſentia Spiritus ſancti, quia ſine illa laudes Deiparæ, ob earum altitudinem, nullus valet dicere, inveſtigare, ac decantare? vide quod dixi ſupra in hoc cap. q.7. n.24. ad finem.

*Virginis laudes decantari non poſſunt, niſi Spiritus ſancti gratia.*

76. Et maximè notandus eſt modus loquendi Elizabeth ad Virginem: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Cur Elizabeth, hac inſolitâ, & inuſitatâ voce utitur, ut genitum in utero Mariæ dicat fructum, & non potiùs communi loquendi modo, filium, vel natum, forſitan ita dicitur, quia Maria appellatur Virga Jeſſe, & flos à Virga germinatur, non incongruè hoc aſtruitur, ut citato loco cap. 6. ſed altius quid dicendum. Ex arbore cognoſcitur fructus ac bonitas, ac excellentia fructus, index manifeſtus bonitatis, ac excellentiæ arboris, ex nobilitate fructus; nobilitas arboris agnoſcitur, & deprehenditur; Elizabeth ergo conceptum, Mariæ, non dicit filium, ſed fructum, quia ex ipſo fructu Chriſto Jesu ex Maria genito, agnoſcitur admirabilis puritas, ſanctitas, ac virtus matris generantis; & nota, quod Elizabeth ait: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*: Priùs dicit Deiparam benedictam, deinde fructum ventris ejus, quia Chriſtus ut homo naſcitur ex matre benedicta. Richard. de S. Laurent. lib. 1. cap.7. ait: *Congruè appellatur Chriſtus fructus: quia ſicut fructus bonus arborem, vel terram, de qua naſcitur commendabilem reddit: ſic & Chriſtus Virginem glorioſam; de qua tota benedicta, totus eſt benedictus.*

Richard. de S. Laur.

77. De ſanctiſſima Deipara decantat Eccleſiaſtic. 24. numer.23. *Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris*: Græcus: *Germinavi ſuavitatem odoris*: Tigurina *Ego quaſi vitis emiſi odorem*: ſicut per vitem Virginem Mariam interpretantur, ſic per odorem Chriſtum. D. Damaſcen Orat. 1. de Nativitat. D. Idelphonſus ſerm.1. de Aſſumptione. Rabbanus, ac magna pars Interpretum ibi. Nam ſacratiſſima Virgo germinavit Chriſtum D. qui eſt odor omnium bonorum, ac virtutum, ac ſanctitatum & ſicut odor etiam ſuaviſſimus ex vite emiſſus indicat excellentiam, ac bonitatem vitis, ſic iſte fragrantiſſimus odor omnium bonorum Chriſtus indicat, ac declarat excellentiam, ac bonitatem vitis à qua procedit, ſolemnis eſt hominum conſuetudo ex odore vitis vitem indagari.

Eccleſ. 24. Græcus. Tigurin. — D. Damaſc. D.Ildefonſ. Rabban. — *Per odorem Chriſti agnoſcitur Deipara imago.*

78. *Signum magnum apparuit in Cœlo, mulier amicta Sole*: Apocalypſ 12 num 1. hæc mulier juxta communem Patrum ſententiam ſignificabat Deiparam Virginem; ut ibi dixi quæſt.12. ſuppoſito quod apparet Sole veſtita ſignificat Chriſtum Deum noſtrum, qui verus Sol juſtitiæ, ut docet D. Bernard. ſerm. *In ſignum magnum.* Modo Virgo Maria Sole amicta apparet, olim decantatur à Pſalmiſta in veſtitu deaurato Pſalm.40. n.10. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato*: & iterum ibidem defluens, *Myrra, & gutta, & caſia à veſtimentis*: n.9. Modo excellentiùs, & illuſtriùs apparet veſtita Sole Chriſto Jeſu filio ejus, ait D. Chryſoſt. homil.24. in Epiſt ad Rom. *Homo enim indutus id eſſe videtur, quod indutus eſt*: per veſtimentum, quod exteriùs apparet, cùm ſit à cœlo datum, agnoſcitur qualis ſit illo indutus, Deipara apparet Divino Sole induta, inde deprehenditur, quod ipſum divinum Solem totum

Apoc. 12. — D. Bernard — Pſalm.64. — *Ex Chriſto Virginem veſtiente indicatur ejus excellentia.* — D.Chryſol.





habeat imbibitum in ſe, in illumque tota transformata ſit, ut ex ipſo agnoſcatur, & illa qualis ſit.

## Canticum Virginis Mariæ.

## QUÆSTIO XV.

### *Quare Deipara ait, quòd exultavit Spiritus ejus, non in Deo tantùm, ſed in Deo ſalutari meo?*

79. Hoc cantatiſſimum Virginis canticum explicavi tom.1. in Evangelia lib. 1. capite 7. per 4. quæſtiones; Nunc adde. Ait Virgo Sacratiſſima numero 46. *Exultavit Spiritus meus in Deo ſalutari meo*: Non ait in Deo tantùm, ſed in Deo ſalutari, ſeu ut habet Græcus: *in Deo ſalvatore*: nam Deus ut Deus eſt ſummum gaudium, omnipotens creator; at ſalutaris, & redemptor conſulit omnium ſaluti, quem vehementiſſimè Deipara exoptabat, & ideo ipſa lætatur, & tota gratulabunda, exultat in Deo omnium ſalute; Deus quà Deus à ſe exiſtit, quam omnipotens omnia poteſt; quà proviſor omnia regit, & gubernat; at verò quà ſalvator omnium ſaluti conſulit, & providet. Caietanus ait: *Quamvis Deus ex quo mundum condidit, ſemper fuerit ſalvator; officium tamen ſalvandi perſonaliter. tunc aſſumpſit, cùm caro factus eſt, propterea hoc ſpeciali modo ſalvator ſignificatur. Et verè in Deo ſalvatore Spiritus B. Virginis exultavit, quia exultavit in Deo incarnato, ſalvatore non hujus, vel illius, ſed mundi.* Quamvis in Deo ſit immenſum pelagus omnium perfectionum, ac bonorum, in quo poſſit ſpiritus gaudere tamen inſigniter ſpiritus Deiparæ gaudet in Jeſu Salvatore, quia vehementiſſimè exoptabat omnium ſalutem; & ait: *meo*: Numquid Deus ſolùm Mariam ſalvavit? minimè, eſt enim omnium ſalvator: ait *Salvatore meo*: quia ſpeciali jure ipſum poſſidet. Pergit Caietanus: *Meo poſſeſſionem ſignificat Salvatoris, tamquam propriam* & ſubdit: *verè enim meus*: *inquit, Maria*: *quoniam totum corpus ejus, mediante quo, ſalvat mundum, meum eſt*: & cum ipſe ſit totus Mariæ, totum noſtrum eſt.

Græcus. — *Deipara vehementiſſimè exoptabat ſalutem generis humani.* — Caietan. — *Quod Mariæ eſt, noſtrum eſt.*

80. Et ait Deipara: *Beatam me dicent omnes generationes*: pro quo vide, quæ dixi ſuperiori quæſtione, & quomodo Beatiſſima Virgo dicit de ſe: *Beatam me dicent omnes generationes*: Cum Eccleſiaſtic. 11. num.30. dicatur: *Ante mortem non laudaveris hominem quemquam*: legit tamen D. Damaſc. oration. de Dormitione Mariæ ad finem: *Ante mortem neminem beatum dicas*: Cur ſanctiſſima Virgo ante mortem ſe beatam appellandam ab omnibus generationibus dicit? Illum enim ſummum virtutis, ſanctitatis, gratiarum apicem cum omni perſeverantia, ac ſecuritate, quem omnes ſancti poſt mortem obtinent, ac aſſequuntur, totum cum perfectiſſimo, ac eminentiſſimo gradu obtinuit ſanctiſſima Virgo ab inſtanti ſuæ conceptionis. D. Damaſcen. citatus ait: *Verè de te non à morte; ſed ab ipſa conceptione dictum eſt, fore, ut generationes beatam dicerent, quo circa non te mors beatam reddidit, ſed ipſam mortem exornaſti.* Ad mortem acceſſit Maria, non ut exinde gratiâ, ac ſanctitate beata diceretur, ſed ut morti ornamentum præſtaret.

Eccleſ. 11. — *Virgo à ſua conceptione habuit omnem perfectionem Sanctorum poſt mortem.* — D.Damaſc.



## QUÆSTIO XVI.

### *Quare Virgo dum cantat, quod Deus eam fecerit magnam, tunc ipſum Deum dicit potentem, quia potens eſt?*

81. Apocalypſ. 12. num. 1. dicitur: *ſignum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole.* Græcus: *Miraculum magnum apparuit in cœlo.* Quod de Beatiſſima Deipara: ipſa enim eſt miraculum magnum, imò omnium miraculorum miraculum, ut loquitur D Damaſcen. orat. 1. de Nativit. loquens ad Beatam Virginem dum ait: *O miraculum omnium miraculorum maximè novum mulier ſublimior Seraphinis effecta eſt.* Non ſolùm evecta eſt ſuper Seraphim, ſed ita ſublimata, ut Deum haberet ſubditum D. Ildephonſus lib. de Virg. Maria cap.8. ait. *Ille utique magnam fecit, ut per hanc Virginem, Deus fieret homo, Verbum fieret caro, & filius Dei factor hominum, fieret filius matris, quam ipſe formaverat; eſſetque Dominator naſcendo, ſubditus ancillæ, quam ipſe condiderat, ſicque haberet ancilla in ſubdito Dominum, ancilla dominum in prælato* ideſt, Deo omnium Rectore, *& erat ſubditus illis*, Luc.2. num 51.

Apoc. 12. Græcus. — D. Damaſc. — D. Ildelph. — *Virgo miraculum magnum ut Deum haberet ſubaitum.* — Luc. 2.

82. Hæc verba: *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt*: Cardinalis Hugo non ſolum refert ad maternitatis dignitatem, ſed etiam ad virtutem, ſanctitatem, & omnem gratiam, & inde addit: *Qui potens eſt*: Hebræus: *Quia omnipotens*: Unde Titus Boſtrenſ. exponit: *Qui id operatus eſt. Deus omnipotens eſt*: Ac ſi Virginis magnitudo per Dei potentiam conſideranda eſt pro qua re audiendus eſt D. Mectildes lib. 1. ubi Virginem. In hunc modum ſibi loquentem introducit: ac ei dicentem: *Sic enim artifex, qui mirificum opus facere decrevit, magno ſtudio præmeditatur, & in delectatione cordis ſui præimaginatur: ſic Beata Trinitas in me delectabatur, & gaudebat, quia me talem imaginem facere volebat, in qua totius potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis ſuæ artificium elegantiſſimè appareret.* Meritò Deipara Virgo exclamat: *fecit mihi magna, qui potens eſt*, quia Deus omnipotens altiſſima conſultatione ſuæ divinæ Sapientiæ, ad modum artificis ad magnum opus fabricandum talem imaginem, in ea eſt operatus: *In qua totius potentiæ, ſapientiæ, & bonitatis ſuæ artificium elegantiſſimè appareret.*

Hugo. — Hebr. Boſtrenſ. — D. Mectild. — *Deus talem imaginem fecit in Virgine, ut tota ſua potentia, ac ſapientia in ea delectaretur.*

83. Tertiò: Ex ore Spiritus ſancti Deipara ſe Magnam dicit; non ſolum ratione dignitatis, virtutis, ac ſanctitatis, ſed etiam miraculis, quia omnia, quæ fiunt, Mariæ interventu fiunt. Andreas Cretenſ. homil 2. de Aſſumpt. ait: *Quid enim ex iis, quæ ſunt longè maxima, ea non proceſſit cum maxima virtutis abundantia. Quid verò ex eis, quæ ſpectant ad oſtendenda miracula, productum eſt admirabile ſine*

Andr. Cret. — *Miracula omnia per Virginem.*

*illa ; ideo ut omnium miraculorum , quæ quomodocunque facta ſunt, aut fiunt , eam eſſe effectricem, in omnium reſonet auribus.*

84. Joan. 2. Adſunt in nuptiis Cana Galilææ Jeſus & Maria , *& deficiente vino*, ait Deipara ad filium : *Vinum non habent* , & tunc Jeſus non multùm affabiliter reſpondit ad matrem ; Tunc *dicit mater ejus , miniſtris : quodcumque dixerit vobis , facite :* Joan.2. num.5. Ad quod quæro : Cur ipſa Deipara exponit filio, quòd vinum non habent, cùm ipſa optimè ſciret , quòd filius ſuus Jeſus omnia optimè ſciret , ac penetraret ? deinde ad quid ait Virgo miniſtris , ut faciant imperata à Chriſto , cùm miniſtri , ut eſt valde veriſimile hoc facerent ſine tali inſinuatione, hoc miraculum erat faciendum , ut *initium miraculorum Chriſti* ; ideo non fuit perpetrandum ſine Virginis interventu , quo omnia miracula fiunt. Simon Caſſian. lib.5. cap.1. *Ad filium dixit mater : vinum non habent , ut faceret miraculum* , quòd omnia miracula , ac mirabilia fiant ope Virginis Mariæ. Vide quæ dixi tomo 4. cap.35. quæſtion.12.num.110.111. 112.

*Ut fiat miraculum intervenit Deipara.*

Caſſian.

## QUÆSTIO XVII.

*Quare dum Virgo ſanctiſſima ait , quod Deus eam fecit magnam , nobis non explicat in quo ſit magna ?*

85. *Quam magna ſit ſanctiſſima Virgo non poteſt explicari.*

AIt ſanctiſſima Virgo : *Fecit mihi magna, qui potens eſt* , Sed ô Sacratiſſima Deipara nobis non explicas , in quo tibi fecit magna ? Magna ſine dubio , in omni genere , in omni celſitudine , ac in omni mirabili , & ſi hoc ſcire deſideret quis ab ipſo interroget , ait Theophylactus , qui ei *fecit magna, qui omnipotens eſt* , ut habet Hebraicus, quia ſolùm Divina omnipotentia tam ingens omnium miraculum poterat operari. Rectè ait D. Thomas à Villa-nova ſerm. 3. de Nativitate Virginis : *Excedit intellectum , & loquelam Virginis magnitudo , non modo noſtram , imo fortè & ſuam. Fecit , inquit , mihi magna, qui potens eſt ; ſed quam magna ? neſcio, an ipſa valeat comprehendere ſuam magnitudinem.*

Theophyl.

S. Thomas de Villa-nova.

86. Cantic. 4. Sic cœleſtis Sponſus Chriſtus Deiparæ Virgini alloquitur. Cantic. 4. num 1. *Quam pulchra es amica mea , quàm pulchra es.... abſque eo quod intrinſecus latet.* Septuaginta , *Præter ſilentium , vel taciturnitatem* ; Laudat ejus pulchritudinem , non tamen nobis proponit , ac explicat combinationem quanta ſit : *præter id, quod intrinſecùs latet* : id eſt , quod nobis eſt tectius , abditum , inveſtigabile , ac ineffabile. Richardus de S. Laurent. lib. 12. de Laudibus Virgin. Mariæ, expendens hunc locum, ſic ait : *Quàm pulchra es amica mea , &c. abſque eo , ideſt , præter illud, quod intrinſecus latet, ſoli Deo cognitum , nemini manifeſtum : vel abſque eo , quod intrinſecus latet , ideſt , abſque interna virtutum pulchritudine , quæ omnes homines latuit , etiam ſeipſum :* Præter Marianas prærogativas , ac excellentias nobis notas , adhuc aliæ ſuperant , quæ omnem noſtrum intellectum creatum excedunt , & ſuperant. *Intrinſecus latent , nemini manifeſta , & ſoli Deo cognita ;* Illius præconia tam alta ſunt ſuper omne noſtrum faſtigium , ut profunda taciturnitate , & vocali ſilentio veneranda ſint : *abſque eo quod intrinſecus latet , ideſt , abſque interna virtutum pulchritudine , quæ omnes homines latuit, etiam ſeipſam.*

Septuag.

*Virginis magnitudo ſoli Deo nota, nemini manifeſta.*

Richard. de S. Laur.

87. Eccleſ. 43. Dicitur Eccleſiaſtic.43. num.33. Convocat omnes gentes dicens : *Benedicite Dominum & exaltate illum , quantum poteſtis exaltate , major eſt omni laude.* Quæ verba ad laudem Virginis Mariæ eleganter , pariter , ac piè accommodat Richardus de S. Laurent. lib.2. de laudibus Deiparæ & ait : *Benedicentes Dominum, Benedicamus Dominam , & exaltate illam , quantum poteſtis exaltate , id eſt extra omnia , & ſuper omnia altam prædicate , major eſt enim omni laude.* Invitantur omnes ad laudibus Virginem decantandam ? quæ major *eſt omni laude* , ut dicatur : *Exaltate , ideſt , extrema omnia , & ſuper omnia altam prædicate illam* : Videntur hæc verba contradictionem involvere : *Extra omnia, & ſuper omnia.* Optimè tamen cohærent. Exaltate illam extra omne , quod Deus ; nam licèt ſit mater Dei , Deus tamen non eſt , *& ſuper omnia* creata , nempe : nam ſicut dignitas matris Dei excedit omnem creaturam , ſic virtutes, gratiæ , ac dona , & merita , quæ ſunt proportionata , ac convenientia Divinæ maternitati, excedunt omnia merita , dona , ac virtutes cæterarum creaturarum , ac digniſſimè proclamatur , *major eſt omni laude.*

Richard. de S. Laur.

*Deipara omni laude major extra Deum.*

88. Cantic. 2. Richard de S. Laur. Idem Richardus de S. Laurentio lib.5. ad initium , expendens illud Cantic.2. numero 16. *Dilectus meus mihi , & ego illi* , ſic ait : *Ipſa Beata Virgo quiddam Divinum nobis ineffabile ex Dei omnipotentia mutuavit : Unde dicit Canticor.2.* Dilectus meus mihi & ego illi : *Quid autem ſit illi dilectus , quid illa dilecto , non dicit , quia id tantum quod ad ipſum explicandum verba deficiunt , & iſtud inſcrutabile eſt viatori , quia credere præcipimur, diſcutere prohibemur.* Ecce quàm magna , & quàm ſublimis ſit ipſa Deipara, quid ipſa ſit filio , & quid filius ipſi , hoc noſtrum non eſt quærere , & inveſtigare, *quia credere præcipimur , diſcutere prohibemur* , & tantùm noſtram mentem tranſcendit , quod rectè ait Richardus Pater antiquus, & magnæ æſtimationis , ut dicat : *Ipſa Beata Virgo quiddam Divinum nobis ineffabile , ex Dei omnipotentia mutuavit* ; Dei magnalia ob ſui celſitudinem , ac altitudinem ſunt ineffabilia, Dei mater hoc à filio mutuavit , ac participavit : ut etiam illius magnalia ſint ineffabilia. Undè rectè ait D.Bonaventura in Speculo Virg. cap.7. *Præter aſſumptam à Verbo naturam , nullum eſt opus , nulla eſt creatura , in qua tanta Divina gloriæ materia reluceat ſicut in Maria.*

*Deipara quid divinum dicitur, & ineffabile.*

D. Bonav.





Naſcitur Præcurſor.

## QUÆSTIO XVIII.

*Quare Eliſabeth tam conſtanter affirmat, quod puer non ſit vocandus Zacharias , Sed Joannes ?*

89. Text. NAto Præcurſore Joanne Baptiſta , quærebatur inter cognatos , quonam nomine eſſet appellandus , & dicebant , quòd nomine Patris ſui Zachariæ ; at Elizabeth dicebat : *Nequaquam, ſed Joannes vocabitur.* Defertur res ad Patrem , & ipſe per nutus : *poſtulans pugillarem , ſcripſit , Joannes eſt nomen ejus* : hoc cap. n.63. De hac Joannis nativitate multa dixi tom. 1. in Evangel. lib.1. cap.8. per 20. quæſt. Nunc breviter adde.

90. D. Ambroſ. Ait Eliſabeth; quòd nequaquam vocabitur Zacharias ; *ſed Joannes eſt nomen ejus* : Quòd ut ait hic D. Ambroſius. *Id ei ſancto infuſum Spiritu* : Totum , quod in Joanne relucet ab Spiritu ſancto eſt. Ipſe , ut ait Gabriel *replebitur Spiritu ſancto adhuc ex utero matris ſuæ* : hoc cap. num. 15. Et mater illuminata ab Spiritu ſancto nomen Joannis pronuntiat , & pater ejus Zacharias repletus Spiritu ſancto infrà num 67. ejus magnalia decantat : *Et tu puer propheta altiſſimi* : cùm regrederetur Abrahamus Victor quinque Regum , exiit obviam ei : *Melchiſedech Rex Salem proferens panem , & vinum , erat enim ſacerdos Dei Altiſſimi.* Gen.14. n.18. & ut notat D. Auguſtinus lib.1. de Civitate Dei, cap 22. *Ibi primum apparuit ſacrificium, quod nunc à Chriſtianis offertur* : Scilicet Sacramentum Altaris , & tunc dicitur ſacerdos Dei Altiſſimi , id eſt , potentiſſimi ; quia Deus in inſtitutione tanti myſterii maximè oſtentavit ac declaravit ſuam omnipotentiam , majeſtatem, ac celſitudinem. Cùm Joannes apparet in mundo dicitur *Propheta Altiſſimi* : quia Deus creando, ac producendo talem virum , tam magnum virtute , juſtitia , ac ſanctitate , magnam oſtentationem fecit ſuæ majeſtatis , ac celſitudinis. Nam ut ait D. Ambroſ. ſerm.94. *Præcellit cunctis Joannes , antecellit prophetas, ſupergreditur patriarchas : & quiſquis ex muliere* ( ſcilicet, non virgine ) *inferior eſt Joanne* : & D. Auguſt. ſerm. 4. de Baptiſta : *Quiſquis Joanne plus eſt, non tantùm homo , ſed Deus eſt.*

Luc. 1. Gen. 14.

D August. *Maximè Deus oſtentavit altitudinem ſuæ potentiæ in creando Baptiſta.*

D. Ambroſ.

D. Auguſt.

91. Theophyl. Theophylactus ait in præſenti : *Eliſabeth, ut propheteſſa indicavit nomen : Joannes ſit nomen ejus : fortaſſis autem , Joannem ipſe ſibi nomen indidit , matrique ſuæ communicavit donum propheticum.* Joannes in utero ſummopere repletus Spiritus ſancti gratia , ut in matrem prophetiæ donum redundat , cùm Mariam Dei matrem appellat , & puer nomen dicit, quòd Joannes vocabitur ; Imperfectus homil. 27. in Matth. ait : *Exultatione ſpirituali matrem ſuam fecit prophetam* : ex Chriſti præſentia in utero , ac ſanctiſſimæ ejus matris Mariæ , ut docent D Gregor. Beda , Bonaventura, derivata fuit gratia in Joannem Baptiſtam ; hoc quod erat proprium Chriſti , & conceſſum eſt ejus matri , honorans ſuum Baptiſtam , ei communicavit , ut ejus gratia redundaret in matrem cum prophetiæ dono. Beda : *Cum filius repletus eſſet Spiritu ſancto , replevit & matrem.*

Imperfect.

D. Gregor. Beda C. Bonav. *Gratia Joannis in alios derivatur.*



92. Joannes venit ut communis Doctor , ac univerſalis Magiſter ; ſic canit Pater ejus Zacharias : *Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis : præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus , ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus : in remiſſionem peccatorum eorum* : Lucæ 1. numer. 76. Hoc autem quod erat dare ſcientiam , & doctrinam ad ſalutem , prophetarum erat de Chriſto D. ut interpretantur communiter D. Hieronym. Beda , Origenes, Rupertus, ad illud Iſayæ 2. numer.3. *Docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus.* Docere vias , ac ſemitas ſalutis reſervatum erat Chriſto , ac quandiu ipſe non manifeſtatur , ac publicatur, præcedit Joannes, ut ejus legatus , ac vices tenens ad dandam ſalutem plebi ejus , & ut lucerna lucens , & ardens in obſcuriſſima errorum nocte , Solem Chriſtum oſtendens D. Auguſtinus tractat. 35. in Joan. ait. *Venit Chriſtus contemnendus , & honorandus , venit negandus , & confitendus ; Talis ergo venit , ut oporteret ei lucernam teſtimonium perhibere. Nunquid opus erat , ut Joannes tamquam lucerna, perhiberet teſtimonium diei ut dies ipſe ab infirmitate noſtra poſſet videre* : Chriſtus verus Sol, tamen *opus erat , ut Joannes , teſtimonium perhiberet diei* : Ex quo conſidera quam magnus, & excelſus ſit Joannes : *Erat lucerna lucens , & ardens.* Joan.5. n.35.

Luc. 1.

D Hierom. Beda. Origenes. Rupertus. Iſai. 2.

*Joannes vices Chriſti agit.*

*Chriſtus Sol ut videretur , opus fuit lucerna Joannis.*

Joan. 5.

## QUÆSTIO XIX.

*Quare cùm controverſia de nomine pueri nati refertur ad Zachariam , ipſe poſtulat tabellas ad ſcribendum nomen Joannis?*

93. COntroverſia agitabatur inter cognatos, quo nomine dicendus eſſet Puer, & inſtabant, quòd vocaretur nomine Patris ſui Zachariæ, Mater è contra conſtanter affirmabat, quòd Joannes nuncupandus eſſet , & Pater poſtulans pugillarem ſcripſit : *Joannes eſt nomen ejus , & mirati ſunt univerſi.* De quonam extitit hæc admiratio ? fortè non provenit ex nomine, quia jam mater illud pronuntiaverat ; & quòd mutus loqueretur , res magna , & admiratione digna , & etiam valde dignum erat admiratione quòd tanta eſſet concordia inter maritum ac uxorem , ut ſimul convenirent nomine imponendo , nam ſæpè in multis conjugibus magna eſt diſcordia. Theophylactus : *Admirati ſunt* , ait : *Quia cum muliere circa hoc nomen pueri concordavit pater mutus* : Fortè non tam admirantur de miraculo, ſed potius de conſenſu , quaſi rarius , ac majus miraculum fuerit conjuges inter ſe convenire , quàm mutum loqui ; ex quo egregiè dixit Tertullianus lib de Corona Militis : *Cæterum Suſannam in ſtadio mariti non putarem*

*Domus maritata ſtudium luctatoris.*

Theophyl.

Tertull.

*velatam deambulaſſe* : Ubi ingenioſè à Tertulliano domus maritata appellatur ſtadium, quod erat circulus, in quo curſu, ac lucta athletæ exercitabantur.

94. Ad quæſtionem : Dum Zacharias non credit verbis Angeli annuntiantis nativitatem Joannis, perdit loquelam, & manet mutus, & poſtea credidit, tunc ex ſigno amiſſæ loquelæ, tunc etiam, quia videbat uterum uxoris tumeſcentem, & Joannem natum, & tamen tunc linguæ impedimentum non ſolvitur, ſed ſolummodo cùm *poſtulans pugillarem ſcribit* : *Joannes eſt nomen ejus*. Ad quæ pulchrè canit D. Paulinus carmine de Joanne Baptiſta.

D. Paulin.

—— *Quia dextra notavit*
*Quod mens crediderat, peccati pœna remiſſa eſt.*

*Fides opere manifeſtata mirabilia operatur.*

Jam Zacharias mente crediderat dictis Angeli, & tamen pœna incredulitatis non ſolvitur, niſi modò cum poſtulatâ tabellâ manu ſcribit, quod mente fide tenebat : Tunc enim fides mirabilia operatur, quando id quod intellectu concipitur, operibus manifeſtatur, & manus oſtendit, quòd fide retinetur.

95. Secundò Zacharias, nutu poſtulat pugillarem, & ſcripſit, dicens : *Joannes eſt nomen ejus. Et mirati ſunt univerſi, apertum eſt autem illicò os ejus, & lingua ejus, & loquebatur, benedicens Deum* : Ad quæ verba Luculenter ait D. Ambroſ. ſerm.64. *Videtur igitur ſancti Baptiſtæ meritum, vocem patri reddidit, ſacerdoti eloquentiam reparavit. Videte, inquam, meritum : os quod Angelus alligaverat, Joannes abſolvit ; quod Gabriel obſtruxerat, parvulus reſeravit. Reſpicite igitur Joannem, quanta vis ſit ejus vocabuli, cujus nuncupatio reddidit muto vocem, patri pietatem, populo ſacerdotem. Prius enim erat tacens lingua, ſterilis filio, privatus officio : at ut Joannes naſcitur fit repente pater Propheta, vel Pontifex, loquela uſum recipit, prolem affectio ſuſcipit, ſacerdotem functio recognoſcit* : Quæ omnia magnam Joannis laudem nobis exprimunt : *Os, quod Angelus alligaverat, Joannes abſolvit* : Os quod unus Angelus obſtruxerat, alter Angelus, nempe, Joannes aperit ; eadem facultas ligandi, atque ſolvendi. *Quod Gabriel obſtruxerat, parvulus reſeravit* : Poteſtas Gabrieli Archangelo ex magnis principibus cœleſtibus datur ad pœnam infligendam, datur Joanni recenter nato ad gratiam, & miſericordiam largiendam, & eum illuſtrior habeatur gratia, & beneficentia, quàm pœna, & caſtigatio, jam Joannes in ſua prima nativitate illuſtrior Angelis, & Archangelis apparet. Veniunt ad Abraham tres Angeli, è quibus unus loquitur, & promittit filium Abrahæ, cum illuſtriſſima generatione, unus tantum in ſingulari loquebatur, ut notant omnes Interpretes Geneſ.18.n.10. *Cui dixit ; revertens veniam ad te, tempore iſto* : & iterum num.13. *Dixit Dominus ad Abraham* ; tamen duo Angeli veniunt Sodomam ad rigidum ſupplicium Gen.19. num.1. Valde mirum : Tres veniunt ad Abraham, & unus promittit filium in ſenectute, & tamen duo conveniunt in Sodomam ad duram ignis caſtigationem : Ille Angelus, qui Abrahamo promittit filium, Dei filius erat, ut tenet Concilium Sirmienſe cap.14. ſeu aptiùs dicam ; repræſentabat filium, ut docent D. Ambr. Noſter D Cyrill Euſebius, & alii. At qui venerunt in Sodomam ad ſupplicium, in realitate Angeli erant. Angelis pœnæ caſtigatio committitur ; at facere gratiam, & miſericordiam, ad filium Dei pro ſuo munere pertinet. Angelus Gabriel Zachariæ imponit pœnam ; at Joannes tamquam peculiaris Dei legatus gratiam, & miſericordiam impertiatur, & impedimenta linguæ ſolvat.

D. Ambroſ. *Impoſitam pœnam ab uno Angelo, Joannes illuſtriſſimè ſolvit.* Gen. 18. Geneſ. 19. Cant Sirm. D. Ambroſ. D. Cyril. Euſeb. *Angeli puniunt, Joannes velut ; vices Dei agens benefacit.*

96. Ait citatus Ambroſius : *Recognoſce Joannem quanta vis ſit ejus vocabuli, cujus nuncupatio reddidit muto vocem, patri pietatem, populo ſacerdotem* : Ecce quàm uberum, ac fœcundum eſt Joannis nomen. Recte Ammonius : *Joannes interpretatur gratia, & praceſſit ad dandam ſalutem plebi ejus* : Ac ſi gratiam, quam nomen ejus importabat, in alios transfundere vellet. D. Bernardinus Senenſis ſerm in Natali S Joannis explicans illa verba ipſius Baptiſtæ, Joan.3. num. *Illum oportet creſcere, me autem minui* : ſic ait : *Illum oportet creſcere, qui exhauriri non poteſt ; de cujus plenitudine omnes accipiunt. Me autem minuì, cui datus eſt ſpiritus ad menſuram, & danda magis opera, ut ardere ſemper valeam, quàm lucere.* Perpende ultima verba. De Baptiſta dicitur Joan.5. numer.35. *Erat lucerna ardens, & lucens* : Inde ipſe de ſe ait ; *danda magis opera, ut ardere ſemper valeam quàm lucere* : Magis intendebat ardere charitate ad alios docendos, & illuminandos, quamvis enim multùm luceret fulgore ſuæ ſanctitatis, ac auſteritate vitæ, & voce ſuæ prædicationis ; tamen major erat charitas, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus, quàm ipſe ſplendor operum. *Danda magis opera, ut ardere ſemper valeam, quàm lucere.*

D. Ambroſ. Ammon. *Joannes totus in aliorum ſalutem impenſus* Joan. 3. Joan. 5.

## QUÆSTIO XX.

*Quare omnes communi conſenſu dicebant, Quòd manus Domini erat cum puero nato ?*

97. Videntes habitatores montium Judææ tot, & tanta mirabilia, quæ fiebant in puero nato : *Poſuerunt omnes, qui audierant, in corde ſuo dicentes : quis putas puer iſte erit ? Etenim manus Domini erat cum illo* : ſic noſter Evangeliſta hoc cap. num.66. de quo plura dixi citato cap.8. quæſt.18.19.20. Et nota verba Textus : *Poſuerunt omnes, qui audierant in corde ſuo* : Non loquebantur verbis, ſed tantum corde dicebant, Joannis Magnalia non poſſunt verbis explicari, ſed tantum corda meditari.

Text. *Joannis magnalia non poſſunt verbis explicari*

98. Refertur 2.Reg c.18.n.18. *Porrò Abſalom erexerat ſibi cum adhuc viveret titulum, &c. vocavit titulum nomine ſuo & appellatus, Manus Abſalon.* Habet Abſalon pro titulo *Manus Abſalon* : Habet & noſter puer titulum : *Manus Domini* : Titulus illi, manus hominis ; titulus huic *Manus Dei* : quid inde? Ubi manus hominis apparet, ibi extrema ruina, & ſuprema deſolatio

2 Reg.18. *Gloria, & triumphus perſeverans ſolùm à Deo veniunt.*

irruit



irruit. Ubi autem, non manus hominis, ſed Divina intervenit, ibi totum glorioſum, & triumphale, tam apud Deum, quam homines viſitur : Guarricus Abbas ſermon 3. de Joanne : *Perſuaſum ſibi habebat Joannes, illud fidele ſapientis conſilium, qui gloriatur, in Domino glorietur. Maluit itaque in Domino ſanè, quàm in ſe ipſo vanè gloriari... Ideo probatus eſt Deo & hominibus, & gloria ejus veritas apud homines, felicitas apud Deum eſt : quia ſi ſe ipſum glorificaſſet, gloria ſua nihil eſſet* : Abſalon qui ſe ipſum glorificaverat : *Gloria ſua nihil eſt* : At Joannes, qui totus in Domino gloriatur : *Probatus eſt Deo, & hominibus* : Deo cum ſumma felicitate gratiæ & ſanctitatis, *& hominibus* : quia in veritate ſtetit, Confeſſus eſt Chriſtum verum Deum, & non negavit, id quod ipſe erat : *Ego Vox clamantis.*

Guarric.

99. Secundò : Unde tanta admiratio in illis hominibus, tantumque concipiunt de puero, ut aſſeveranter dicant : *Manus Domini erat cum illo* : Ex his, nempe, quæ viderant in nomine accidiſſe : nam multi antea dicti ſunt Joannes ; ut Joannes Machabæus, 1.Machabæor.13. n.54. 16. n.. & 2. Simon Joan 21.n.16.& 17. Unde ergo tanta admiratio in nativitate hujus pueri? In primis mihi perſuadeo, quòd in vultu hujus pueri quædam pulchritudo, ac elegantia reſplendebat, dans quandam odorem, veluti divinum ſuper humanam conditionem, ut communiter dicitur ex Philone Hebræo. Exod.2. n.2. de Moyſe.

Mach. 13. Exod. 2.

100. Maximè admirantur cognati, & vicini ex his quæ acciderant in imponendo nomine pueri, ejuſque nativitate, naſcitur namque ex parentibus ſenibus ſterilitate confectis ; Unde Eliſabeth *occultabat ſe menſibus quinque* : Luc.1. n.24. Deinde contra omnium ſententiam mater conſtanter affirmat : *Joannes vocabitur* : & Pater Zacharias mutus pronuntiato Joannis nomine, aperitur os ejus, & rectè loquitur : *Benedicens Deum* ; & ſpiritu prophetiæ plenus, mirabilia eructat : *Benedictus Dominus Deus Iſraël* : Ecce ex quibus tota eorum erat admiratio, ut pleno ore dicerent : *Manus Domini erat cum illo.*

Luc 1 *Multa mirabilia in nativitate Joannis.*

101. Præclarè D. Chryſologus ſerm.87. de Joanne ait : *Ante nutu Dei loquitur, quam perveniat ad vocis officium* : Carens vocis miniſterio, nutu Dei, ſeu manu Dei loquitur, annuntians mundo Dei mirabilia, ſalutem, ac redemptionem illius in Chriſto Pergit D. Auguſtin. ſerm.22. de Sanct & ait. *Ante cœpit vivere Deo, quam ſibi, imò ante vixit ille Deo ; quam Deus viveret illi, juxta illud Apoſtoli ad Galat.2. Jam non ego vivo, ſed vivit in me Chriſtus : Fervens nuntius, qui ante geſtivit nuntiare, quam vivere. Ipſe enim ſine viſceribus, viſcera matris exſuſcitat, & quia tardabat corpus, ſolo ſpiritu implet evangelizantis officium* : ferè ſimilia habet D. Chryſolog. ſerm.91. Expende verba ſatis difficilia : *ante cœpit vivere Deo quam ſibi : imò ante vixit ille Deo, quam Deus viveret illi* : Deus totius vitæ author, & omnibus dat vitam, prius ergo Deus vivit homini, quàm homo Deo, vel ſaltem non priùs homo Deo, quàm Deus homini : quomodo ergo contrarium videntur affirmare Auguſtinus, & Chryſolog. Tam antelucanus, ac matutinus, etiam in utero matris exitit Joannes ad Deum, ut antequam Deus illi vitales lucis auras præſtitiſſet, jam ille in utero matris clauſus, Deo vivebat, ſeque totum Deo conſecrabat : proindeque antequam Deus illi, per nativitatis ; & vitæ extra uterum largitionem vixiſſet ; Infans in utero, non aliam vitam, quam matris vivere putatur, veluti pars viſcerum, Joannes tamen ipſum ſui antevolans ortum, etiam inter viſcera Deo vivebat ; antequam Deus dediſſet illi vitam diſtinctam à matre, ille jam Deo vivebat : vita enim hominis computatur à tempore nativitatis extra uterum. Ac proinde Joannes carens vita. Spiritu Chriſtum evangelizat, ac ſi ipſe eſſet vox Dei. *Nutu Dei loquitur.*

D Chryſol. D. Auguſt. D. Chriſol. *Explicatur, Joannes ante vivit Deo, quam Deus illi.* *Joannes ut [illegible] Dei nutu Dei loquitur.*

102. Ait Gabriel Zachariæ Luc.1.n 20. *Eris tacens, & non poteris loqui uſque in diem nativitatis ejus* : Tam alta, & ſublimia ſunt Joannis mirabilia quæ etiam Angelo aſſerente, ita noſtrum captum excedant, ut quodammodo non videantur credibilia noſtris oculis, ac manibus tractentur. D. Chryſoſtom. apud Catenam D. Thomæ : *ait Angelus : non poteris loqui uſque in diem, quo hæc fient, cùm per eventus rerum, quod dico : oſtendam.* Per eventus rerum ſublimia Joannis oſtenduntur, Addit Theodorus Monachus apud Surium : *Permanſit mutus, ut non interrogaretur, utpote, quod ſuſtinendum non eſſet* : Nam ſi interrogatus : diceret magnalia revelata de puero naſcituro, nullus crederet.

Luc. 1. *Sic excelſa Joannis magnalia, ut non credantur, niſi videantur.* Theodor.

103. Ad præfata verba Lucæ : *Eris tacens* : Sic ait D. Iſidorus Peluſiota lib.1.Epiſtol.131. *Quid autem, quòd à ſilentio, ex ſterilitate, ac ſenectute vox procreata ſit?* In idem D. Chryſol. ſerm.42. *Pater tacet ex pœna : & verecundia Mater celat ; ô quanto ſilentio Vox naſcitur ! ô quanta taciturnitate tuba ſæculis inclamatura generatur.* Præclara Joannis vox generoſos ſermonis natales agnoſcit. *Ex ſilentio vox procreatur*, quia magnum, & altum debet tenere, verba in publicum daturus ad meditandum, ac conſiderandum, quæ dicenda ſunt : *Ex ſterilitate vox procreatur* ; quia debet fugere Doctor luxuriantium verborum copiam, & ſterili, ac brevi ſermone uti, ut meliùs percipiantur, quæ dicuntur : *Ex ſenectute vox procreatur*, ut maturè, ac ſententioſè, & non juvenili fervore dicatur ; pro quo facit Lycurgus apud Plutarchum libro de Offic. auditor. Lacedæmonii breviloquium uſurpent cum prudentiâ, quoniam ſilentio finitimum.

Peluſiota. D. Chryſol. *Breviter loquendum maturè, ac conſideratè.* Plutarch.

104. *Quis putas puer iſte erit ?* non dicunt erit hoc ; vel illud, ſed mirari malunt homines, quàm de Joanne parum dicere : & quanquam ſatis dicunt, dum mirantur, puerum pluſquam hominem agnoſcentes. Præclarè dicit Romanus Claudianus 3. Panegyr. ad Stilic. *Nec laudem vox ulla capit* : Solùm ab ore Dei laudes Joannis veniunt. Nam dum Gabriel ejus magnalia pronuntiat : *Erit magnus coram Domino, & replebitur Spiritu ſancto, adhuc ex utero matris ſuæ* : Luc.1. n.15. ſtatim ſubdit. n 19 *Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare* : illud : *Miſſus ſum* ſcilicet, à Deo, ut exprimunt Perſicus, & alii, & Chriſtus filius Dei, qui optimè ipſum agnoſcebat, & magnus, ac ſpecioſus illius prædicator erat, quoties occaſio ſe offerebat, ut patet ex Joan 5. n 35. *Erat ille lucerna lucens, & ardens* : Matth 11. n.10. *Hic eſt de quo*

Claudian. *Tam magnus Joannes ut ejus laudes ſolùm ab ore divino prodeant.* Joan. 1. Matth. 11.

*ſcriptum eſt: Ecce ego mittam Angelum meum.... Nullus major inter natos mulierum Joanne Baptiſta*: Marc 11. num.30 de Baptiſmo Joannis facit Chriſtus magnum argumentum pro ſua doctrina contra Phariſæos: Luc.7.n.24. Maximè laudat Joannis conſtantiam, & quod *ſit pluſquam Propheta*: Ubi ſeſe offerebat occaſio, Joannem mirificè Chriſtus laudabat. Guarricus ſerm.3.de S. Joanne, ait: *Joannis laudibus Chriſtus delectabatur immorari.* Solus enim Divinæ Sapientiæ Magiſter Joannem laudare poterat.

Marc. 11.
Luc. .
Guarricus.

105.
And. Cret.

Magna Joannis Elogia celebrat Andræas Cretenſis Oratione in Præcurſoris decollationem apud Bibliothec. Combeſ. expendens ejus excellentias, Virginitatis, puritatis, abſtinentiæ, ac martyrii; ſic, ait, *Fauſta Gabrielis annuntiatio, germen defecta ætate, genitalis flos ſterilis, aliptes orbis terrarum, Solis ſtella, vox Verbi; per ſe auditor Patris, Baptiſta filii, ac ſpectator Spiritus ſancti, ſequeſter gratiæ, corona prophetiæ, præcurſor veritatis, Virginitatis ornator, caſtitatis legiſlator, improborum frænum, dux eorum, qui probè vitam agunt.* Pulchrè quidem qui tot, tantiſque mirabilibus ſublimatus eſt, de quibus multa dixi tom 1 in Evangelia l.1. cap 4. & cap.8 per totum.& lib.3 cap.1. q.16. 17.& deinceps.Et cap 2.quæſt.2. & quæſtion 6. 7.8 9.10.& deinceps. tom 2.cap 4. quæſtion.7. & 8. & tom 3. cap.2 quæſt. 11. 12 & 13 & cap.13. à quæſt.18. & deinceps, & cap.32. per totum.& in Apocalypſ. Vide Verb. *Joannes Baptiſta.*

*Præclara Joannis elegia.*

# CAPUT II.

1. FActum eſt autem in diebus illis, exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſ-
criberetur univerſus orbis. 2. Hæc deſcriptio prima facta eſt à præſide Sy-
riæ Cyrino. 3. Et ibant omnes, ut profiterentur ſinguli, in ſuam civitatem. 4. Aſ-
cendit autem, & Joſeph à Galilæa de Civitate Nazareth in Judæam, civitatem
David, quæ vocatur Bethleem: eo quòd eſſet de domo & familia David. 5. Ut
profiteretur cum Maria deſponſata ſibi uxore, prægnante. 6. Factum eſt autem
cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies ut pareret. 7. Et peperit filium ſuum primogeni-
tum, & pannis eum involvit & reclinavit eum in præſepio: quia non erat ei locus
in diverſorio. 8. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes & cuſtodientes vi-
gilias noctis ſuper gregem ſuum. 9. Et ecce Angelus Domini apparuit juxta illos, &
claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. 10. Et dixit illis Ange-
lus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit om-
ni populo. 11. Quia natus eſt vobis hodie ſalvator, qui eſt Chriſtus Dominus in
civitate David. 12. Et hoc vobis ſignum, invenietis infantem pannis involutum,
& poſitum in præſepio. 13. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœ-
leſtis laudantium Deum, & dicentium. 14. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax
hominibus bonæ voluntatis. 15. Et factum eſt: ut diſceſſerunt ab eis Angeli in cœ-
lum, paſtores loquebantur ad invicem: Tranſeamus uſque Bethlehem, & videamus
hoc verbum quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis. 16. Et venerunt feſti-
nantes: & invenerunt Mariam & Joſeph, & infantem poſitum in præſepio. 17. Viden-
tes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. 18. Et omnes
qui audierunt, mirati ſunt, & de his, quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos. 19. Maria
autem conſervabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo. 20 Et reverſi ſunt pa-
ſtores, glorificantes, & laudantes Deum in omnibus quæ audierant, & viderant; ſicut
dictum eſt ad illos. 21. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur
puer, vocatum eſt nomen ejus Jeſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in ute-
ro conciperetur. 22. Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis ejus ſecundùm legem
Moyſi, tulerunt illum in Jeruſalem, ut ſiſterent eum Domino, (ſicut ſcriptum eſt in
lege Domini. 23. Quia omne maſculinum adaperiens vulvam S. Domino vocabitur.) 24.
Et ut darent hoſtiam, ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini, par turturum aut
duos pullos columbarum. 25 Et ecce homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, &
homo iſte juſtus, & timoratus, expectans conſolationem Iſraël; & Spiritus ſanctus erat
in eo. 26. Et reſponſum acceperat à Spiritu ſancto non viſurum ſe mortem, niſi prius
videret Chriſtum Domini. 27. Et venit in ſpiritu in templum. Et cùm inducerent
puerum Jeſum parentes ejus, ut facerent ſecundùm conſuetudinem legis pro eo.
28. Et ipſe accepit eum in ulnas ſuas, & benedixit Deum & dixit; 29. Nunc dimit-
tis ſervum tuum Domine ſecundùm verbum tuum in pace. 30. Quia viderunt oculi
mei ſalutare tuum. 31. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. 32. Lumen
ad



ad revelationem gentium & gloriam plebis tuæ Iſraël. 33. Et erat pater ejus, &
mater mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo. 34. Et benedixit illis Simeon: &
dixit ad Mariam matrem ejus. Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem
multorum in Iſraël, & in ſignum cui conrradicetur: 35. Et tuam ipſius animam
pertranſibit gladius ut revelentur ex multis cordibus cogitationes: 36. Et erat An-
na propheriſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer; hæc proceſſerat in diebus multis,
& vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. 37. Et hæc vidua erat uſque
ad annos octoginta quatuor: quæ non diſcedebat de templo, jejuniis, & obſecra-
tionibus ſerviens nocte ac die. 38. Et hæc ipſa hora ſuperveniens confitebatur
Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Iſraël:
39. Et ut perfecerunt omnia ſecundùm legem Domini, reverſi ſunt in Galilæam,
in civitatem ſuam Nazareth: 40. Puer autem creſcebat, & confortabatur plenus
ſapientiâ, & gratia Dei erat in illo. 41. Et ibant parentes ejus per omnes annos in
Jeruſalem in die ſolemni Paſchæ. 42. Et cùm factus eſſet annorum duodecim aſ-
cendentibus illis in Jeroſolymam ſecundùm conſuetudinem diei feſti. 43. Conſum-
matiſque diebus cùm redirent remanſit puer Jeſus in Jeruſalem, & non cognove-
runt parentes ejus. 44. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter
diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos. 45. Et non invenientes regreſſi
ſunt in Jeruſalem requirentes eum. 46. Et factum eſt, poſt triduum invenerunt
illum in templo ſedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem
eos. 47. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, ſuper prudentia, & reſpon-
ſis ejus. 48 Et videntes admirati ſunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili quid feci-
ſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. 49. Et ait ad illos: quid
eſt quod me quærebatis? neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt; oportet me
eſſe? 50. Et ipſi non intellexerunt verbum quod loquutus eſt ad eos. 51. Et deſcen-
dit cum eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis, & mater ejus conſervabat
omnia verba hæc in corde ſuo. 52. Et Jeſus proficiebat ſapientiâ, & ætate, & gra-
tia apud Deum & homines.

## *ARGUMENTUM*
*Cum Remiſſionibus.*

*Primò à Verſ.* 1. Deſcribit Evangeliſta Chriſti nativitatem: quam explicavi, tom.1. in Evangel. lib.2. cap.2.

*Secundò, Verſ.* 8. Proponit Angelum annuntiantem Chriſti ortum paſtoribus; & Verſ.15. eorum ad Chriſtum adventum; ac adorationem; quod explicavi partim citato cap.1. & 2.

*Tertiò, Verſ.* 21. Narrat Evangeliſta Chriſti circumciſionem; de qua dixi citato tom.1. lib. 2. cap.3.

*Quartò, Verſ.* 22. Præponitur Chriſti præſentatio in templo, & Virginis purificatio è partu. Explicavi citat. lib.2. c.5.

*Quintò, Verſ.* 28. Referuntur Simeonis, & Annæ encomia, & oracula de Chriſto, de quo dixi citato lib.2. cap. 6.

*Sextò, Verſ.* 41. Narratur Chriſti duodennis inventio in templo. Explicavi citat. l.2. c.10.

Naſcitur Chriſtus.

## QUÆSTIO I.

*Quare cùm per edictum Cæſaris deſcribitur Orbis, naſcitur Chriſtus?*

DE hoc magno myſterio Nativitatis Chriſti multa dixi cit tom.1 lib.2. c.1. per quæſtiones 28. Et maximè hanc difficultatem: cur Chriſtus naſcitur, dum totus orbis ſub Auguſto deſcribitur? tractavi cit. lib.2. c.1. q.2. ubi circa hanc rem tredecim rationes dedi: Nunc verò pro majori doctrina adde. 1.

2.
Textus.

Dum *Exiit edictum a Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus Orbis*: Naſci voluit Chriſtus hominibus obtemperans, quaſi hominum ſervus, unde filius hominis appellatur teſte Caietan. *Quaſi ſervus hominis, & totius hominis* de Chriſto D. ait Paulus ad Philippenſ. 2. num.7. *Formam ſervi accipiens*: non ait formam hominis accipiens; ſed formam ſervi; homo creatus eſt à Deo, ut *præſit piſcibus maris; & volatilibus Cœli*: Geneſ.1. num.26. Filius autem hominis Chriſtus Jeſus non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, non imperare, ſed ſervire. Higinus ait: *Filius non ſecundùm Deitatem ſolam à Patre miſſus eſt, ſed ſecundùm carnem, quam clementer, & piè pro nobis aſſumere dignatus eſt in formam ſervi*: Non ſolum carnem aſſumpſit, ſed etiam in forma ſervi.

*Chriſtus naſcitur ut ſervus hominibus optemperans.*
Caietan.
Philip.2.
Gen. 1.
Higinus.

Secundò notat Evangeliſta: quòd *hæc deſcriptio primo facta eſt a Præſide Syriæ Cyrino*: Cùm
naſcitur

naſcitur Chriſtus, exiit à Cæſare in toto orbe edictum, ut totus orbis deſcriberetur cum cenſu perſoluto duorum realium, ut communior eſt opinio: Valde myſterioſum eſt, quod naſcitur Chriſtus ſub nova deſcriptione: nam hæc prima legitur ab impetratoribus facta, ſed quare ſub uno edicto, novaque, deſcriptione naſcitur omnium ſalvator? Ut oſtendatur, quòd omnia nova ſunt in Chriſto, cui omnia nova, & recentiora adſcribuntur.

D. Ambroſ. D. Ambroſ. hic: *Deum profeſſio ſæcularis oſtenditur, ſpiritualis impletur, non terrarum Regi dicanda, ſed Cœli: Profeſſio iſta fidei cenſui animorum eſt. Abolito enim à ſynagoga cenſu vetuſto, novus cenſus Eccleſiæ parabatur.*

*Chriſto adveniente omnia innovanda ſunt.*

Apparet Chriſtus in mundo, recedant vetera, nova ſint omnia, abolita jam eſt ſynagoga, nova Eccleſia conſurgit, cum nova lege, novis Sacramentis, novo fætu cum novitate vitæ, & morum: *Abolite ſynagoga cenſu vetuſto, novus cenſus Eccleſiæ parabatur*: Unde dicitur

Apoc 31: Apocalypſ.21. n.1. *Vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam deſcendentem de cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.*

4. Tertiò ſubdit Evangeliſta: *Et ibant omnes, ut profiterentur ſinguli in civitatem ſuam*: cum Chriſtus noſtra carne indutus apparet, publicatur Cæſaris edictum, & univerſi mandantur ut regrediantur in civitatem ſuam avitam, ibique & nomina dent, & ſuam cognationem proferentur, quæ omnia alto conſilio diſpoſita ſunt, dum filius Dei in noſtra carne indutus ad nos venit; quia ideo Deus mortalis homo naſcebatur in terra, ut unuſquiſque noſtrum ad ſuam antiquam paradiſi patriam regredi, ac feſtinare contenderet;

*A Chriſto nato inſtruimur, ut ad paradiſi patriam contendamus.*

Geometra. ad hoc ſpectat Geometra in Catena Græca apud Lucam: *Cæterum ſi oportet hinc aliquid elicere, imperium quidem imperii: deſcriptio verò deſcriptionis figura erat: Illud ſiquidem, unius omnium Dei, ac regis monarchiam ſignificavit.... & ſicut edictum, ſic & prædicatio totum orbem*; ſcilicet implevit, *quin & omnes ad propriam patriam accurrere, atque ad antiquam, ac primam noſtram patriam; inſtitutumque reverti.* Expendi illud: *Quin & omnes ad propriam patriam*: Cæſaris edictum totam naſcentis Dei in carne noſtra œconomiam ſignificabat, ut inde nobis ſit hoc documentum, ut ad primam paradiſi patriam, à qua expulſi ſumus, redeamus, à Chriſto nato inſtruimur.

5.
D. Nazian. Quartò: Acutè & ingenioſè D. Nazianzen. Oration.9. ait: *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis. Quid ſibi vult hæc oratio? Sane niſi mea ſententia fallit, eos quibus hujuſmodi munera commiſſa ſunt, admonet Deum ſemper ſupremis rerum adminiſtrationibus intereſſe; & quidem ut deſcriptores pudore quodam afficiat.* Valde myſterioſè cùm Chriſtus naſcitur, non ſolùm novum vectigal Orbi imponitur, ſed etiam ille locus eligitur ad nativitatem in quo primò ab exactoribus quæritur tributum valde avarè, ac inſidioſè, & multis thecnis, ac ſub colorato pallio à Curialibus exiguntur tributa, tunc naſcitur Chriſtus, ut ſciant, quòd Chriſtus adeſt inſpector:

*Chriſtus adeſt ut tributorum exactores à ſua avaritia reprimantur.*

*Ut deſcriptores pudore quodam afficiat*: tam rapax eſt Magiſtrorum, & exactorum avaritia, tam fraudibus, ac fraudulentiis abundans, quod ut reprimatur, veluti exigitur ut filius Dei incarnatus adſit inſpectans, *ut deſcriptores pudore quodam efficiat* ut ſaltem ex verecundia clancularia, & ſubdoloſa eorum avaritia refrenetur.

Maximè Propheta Habacuc arguit, & damnat Nabuchodonoſorem, ejuſque miniſtrorum petulantiam, qui maximè opprimebant provincias prædis, & populos tributis: ſic ait Propheta cap.2. n.5. & 6. *Qui dilatavit, quaſi infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors, & non adimpletur, & congregavit ad ſe omnes gentes, & coacervavit ad ſe omnes populos. Numquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & loquelam ænigmatum ejus, & dicetur: Væ ei, qui multiplicat non ſua.* Extremam, & maximè deploratam ruinam ingeminat Propheta ſuper eum, quia ex alienis bona *multiplicat non ſua* quorum voracitas, veluti *Infernus, ad omnia* dilatatur, & extenditur, & veluti mors, quæ non adimpletur, ſed quotidie in omne genus humanum ſerpit, congregans ad ſe *omnes gentes*, ſeu populos, ut omnes diripiat, eorumque bonis adimpleatur: ut habet ibi Interlinealis: Interlin.
6
Habacuc.2.

*Quibus omnia bona non ſufficiunt*: & ad hoc tot, & tantis palliatis, ac variis modis, ac fraudulentiis utuntur: ut *ſuper eum parabolam ſument, & loquelam ænigmatum ejus*: Hæc eorum avaritia dicitur *parabola*: quæ eſt ſermo obſcurus, & ænigma nuncupatur quod eſt valde obſcura allegoria, multis ambagibus, & obliquis modis contexta, quæ niſi multa ingenii ſagacitate, ac dexteritate aperiatur intelligi non poteſt; ſic fraudulenta Exactorum, ac Magiſtrorum rapacitas tantis mendaciis, & clanculariis ſubdolis, ac ambagibus eſt contexta, ut vix ulla ſit ingenii acutiſſima perſpicacitas, quæ valeat inveſtigare, ea ac penetrare.

*Exactorum avaritia in rapiendo, ſit conteſta veluti agnima.*

D. Remig. D. Remigius ait: *Contra omnes Avaros dirigitur ſermo Divinus: Omnis autem avarus non ſua multiplicat, quia divitiæ, quas, per fas, vel nefas coadunavit, cum eo perſeverare non poſſunt.*

---

## QUÆSTIO II.

### *Quare Jeſu nato ſanctiſſima Virgo Mater pannis involvit, & reclinavit in præſepio?*

7.
Textus. CUm Sacratiſſima Maria Virgo & Joſeph perveniſſent Betheleem; ait noſter Evangeliſta n.6. *Impleti ſunt dies ut pareret, & peperit filium ſuum primogenitum: & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diverſorio*: Quod magnum myſterium latè explicavi tom 1. in Evangel. lib.2. cap.1. per 28. quæſtiones: Et nota, quòd ſuprà de Joanne Baptiſta n 57. dicitur: *Elizabeth, impletum eſt tempus pariendi.* Tempus noctem, & diem involvit; at de Chriſto ſcribitur: *Impleti ſunt dies ut pareret*: Deus autem tantum dénotat lucem, & ſplendorem, in Chriſto Jeſu totum eſt lux, & ſplendor. Ad quæſtionem.

*In Chriſto totum lux, & ſplendor.*

8. Primò: Si meus Jeſus ad ſui nativitatem determinat abjectiſſimum locum; cur potius elegit belluinum præſepe, & irrationalium pecorum paſtum? quid habet Sapientia Divina cum jumentorum ſtabulo, eorumque pecuino pabulo?

Heſiodus. Aptè ad quæſtionem Heſiodus lib. 2. de laudibus



bus Virgin. ait: *Libens reconditur in præſepio, ut qui ſunt pecuini accurrant, & reperiant verum ſermonem in præſepio conſtitutum, ut ex eo retineant dignitatem rationalem: & qui currunt ad paleas frumentum naniſcantur.* In præſepio ponitur hoc Divinum frumentum electorum in Euchariſtia; quia homo per peccatum factus

Pſalm.48. eſt tanquam jumentum inſipiens Pſal.48. n 3. currant ad hoc præſepium, ut brutali conditione depoſita, *ex eo retineant rationalem dignitatem*: & qui olim ad mundanas delicias accurrebant, dum promptè, & bene veniunt, ſalutiferum frumentum inveniant: *& qui currunt ad paleas, frumentum naniſcantur.*

*Frumentum Chriſti in Præſepio rationalem dignitatem præbet.*

9.
Theodor. Secundò, Theodorus homil. habita in Concilio Epheſino, Appendice 5. cap 2. ait: *Non jam in præſepio ponitur Jeſus; ſed in ſalutari menſa conſtituitur: illud namque præſepe mater factus eſt hujus menſæ. Propterea in illo eſt poſitus, ut in iſta comedatur, & fidelibus fiat ſalutis cibus, ſed præſepe quidem claram hanc ſalutis menſam deſignavit.* Satis pulchrè, & eleganter: cur tam feſtinè venit Deus ad pecudum præſepe ut illud eligat pro cunis? elegit ſibi Deus abjectiſſimam, & viliſſimam conditionem præſepis, deſignatus locus ad pabulum animalium, ut nobis pararet menſam regalem omnium bonorum? *illud namque præſepe mater factus eſt hujus menſæ*: illa viliſſima conditio præſepis à Chriſto ſibi aſſumpta nobis peperit hanc divinam menſam. O utinam nos omnes, quod pecuinum eſt, & ad præſepe pertinet, offeramus Deo, mactemus Deo, ut divina hac menſa fruamur.

*Præſepe Chriſti mater cæleſtis menſæ.*

10.
Heſichius. Tertiò: Heſychius Presbyter Jeroſolimit. ſeu Chryſippus, ut alii dicunt Tom.7 Antiquorum Patrum, ſic ad Virginem Mariam alloquitur: *Ne ſis anxia, ſi parias in ſtabulo univerſæ creaturæ opificem, ne hæſites ſi ſedere facias in præſepio eum, qui ſedet in dorſo Cherubim, ſi non habeas locum in diverſorio, cùm ſis mater regis eorum, qui ſurſum ſunt, & deorſum* Nota ſequentia. *Libens enim, qui ex te natus eſt, pauper efficitur, ut divites refrænet, & egenis patientiæ ſit argumentum, & gratiarum actionis Magiſter*: Multa, & magna docet Magnus Pater: Naſcitur Chriſtus in tanta paupertate ad refrænandam petulantem ſuperbiam divitum, & ut etiam pauperibus ſit patientiæ documentum in ſuis miſeris incommoditatibus: expende tamen *& gratiarum actionis magiſter*: nam Deus ob ſui abundantiam oblata munera depretiat; at pauper ob ſuam indigentiam, ac mendicitatem quodlibet minutulum donarium magni æſtimat, & in magnas gratiarum actiones prorumpit. O Virgo ſanctiſſima: *qui ex te natus eſt, pauper efficitur, & eſt gratiarum actionis Magiſter*: Cùm ergo meus Jeſus ſit in tam extrema paupertate in præſepio, ut gratiarum actionis Magiſter, offeramus ei noſtra donaria, noſtrum cor, noſtram animam, noſtraſque potentias, & ipſe maxima, & multò majora dona cœleſtis patriæ nobis donabit.

*Chriſtus in præſepio gratitudinis magiſter noſtra donaria rependet.*

11.
D. Maxim. Quarto: S. Maximus homil. 1. in Epiphania, valde profundè ait: *Unigenitus autem Altiſſimi, ſic humiliter ingreſſus eſt mundum, ut indubitata Divinitatis ſuæ deferret indicia.* In extrema paupertate naſcitur Jeſus Chriſtus, ignotus peregrinatur in terra, qui totum mundum ſub pugillo continet. In beſtiali ſtabulat præſepio, recumbens in Æterni Patris ſinu: & pauperculis faſciis ſtringitur, qui nullo loco per immenſitatem circunſcribitur? ô quantum ſe dimiſit incorporatus, ut planè de eo dicatur, Verè tu es Deus abſconditus. Sed quantò Divinitas occultior, tantò magis ſui dat ſplendorem ac lucem: *Indubitata Divinitatis ſuæ defert indicia*: In ipſa extrema humilitate Virgo peperit: Angeli annuntiant; paſtores venerantur, Magi ſtella duce, muneribus adorant; Simeon ſenex inclamat gloriam Iſraëlis, & lumen gentium, & Anna prophetiſſa, eum ut verum Deum, ac mundi redemptorem profitetur. *Indubitata Divinitatis ſuæ defert indicia.*

*Chriſti humilitas indubitata divinitatis ſuæ dat indicia.*

Philip. 2. Paulus de Chriſto D. Agens ad Philip. 2. numero 6. *Qui cùm in forma Dei eſſet: non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus*: Valde mirum, quòd Doctor gentium in nullo alio loco ni fallor tali modo de Chriſti divinitate loquatur ut dicat, quòd eam non ut rem alienam, ac furto ſublatam habeat, ſed ut rem ſibi propriam ac connaturalem poſſideat acceptam à Patre: cur hoc loco tam apertè aſſeritur, quòd Divinitas ſit Chriſto maximè congenita, & non aliunde furto comparata: *Exinanivit ſemetipſum*: Ad ſummam humilitatem, abjectionem, ac demiſſionem deſcendit; inde ipſi maximè ſuam divinitatem eſſe ſibi congenitam, ac naturalem oſtendit: *Indubitata Divinitatis ſuæ defert indicia.*

12.
Theodor. Quintò: Veniat iterum Theodorus ſuprà citatus c.2. homil. 5. de Chriſti Nativitate, qui ait: *Omnia paupera, ac vilia elegit, omnia mediocria, & plurimum obſcura, ut Divinitas ſola cognoſceretur, Orbem transformaſſe terrarum, propterea pauperculam elegit Matrem, pauperiorem patriam, & hoc exponat tibi præſepe .... Vide ergo, quomodo paupertas eum, qui propter nos homo factus eſt, acceſſibilem univerſis oſtendit*: Expende illud: *Ut divinitas ſola cognoſceretur, orbem transformaſſe terrarum*: In nullo enim magis cognoſcitur divina potentia, quàm in triumpho per extremam omnium rerum nuditatem, & abjectionem: ergo ut divinitas clarè agnoſceretur, ſummam omnium elegit nuditatem.

*Divina potentia oſtenditur, dum rerum nuditate triumphat.*

Joan. 3. Ait Chriſtus D. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei*: Joan.3. n.5. Et cur in merſione aquarum ponit Deus vires; ad triumphum agendum de mundo. & ad comparandam cœleſtem coronam; Quiſquis immergitur, priùs omnibus ſuis veſtimentis denudatur; & inde ut oſtendatur Divina potentia, Deus quærit nuditatem rerum ad hominis reformationem, ut ex rerum nuditate triumphus comparetur, & ut cœleſtis gloriæ laureola magnificè obtineatur.

Tertull. Tertull l. de Baptiſmo, agens de Divina virtute illius, ait: *Ut hic quoque tanta ſimplicitate, ſine pompa, ſine apparatu novo aliquo; denique ſine ſumptu, homo in aqua demiſſus, inter pauca verba tinctus* ſcilicet ſurgit in gloriam.

13:
Theodor. Sextò: conſiderate ultima verba. *Vide ergo, quomodo paupertas eum, qui propter nos homo factus eſt, acceſſibilem univerſis oſtendit.* Oſtenditur Jeſus in præſepio; cùm omnia terrena commoda ei deficiant: In defectu creaturarum ac earum poteſtatem, maximè claret, ac reſplendet Divina poteſtas; Et ſic magis amat lucem dare, cùm omnia creata deſunt; Tunc enim magis

*Dum deeſt auxilium humanum, certo adeſt Divinum.*

gis nobis acceſſibilis eſt Deus, cùm terrena auxilia abſcedunt, & deſerunt nos. Ad extremum diſcrimen honoris, ac vitæ jam pervenerat Suſanna, tunc ipſa ſuſpexit in cœlum: *Exclamavit voce magna*;
Daniel 13. Daniel. 13. n. 42. Omnis cætus Iſraëlis ſtabat adversùs eam, ſed tunc adfuit
Lyran. Dei auxilium, ut liberaret. Lyran. *Suſpexit ad cœlum, quia aliunde non poterat habere auxilium & proprium eſt Divinitatis ſucurrere in caſibus deſperatis.*

14. Pſalm. 101. Clamat David ad Dominum Pſalm. 101. n. 14. *Tu exurgens Domine miſereberis Sion, quia tempus miſerendi ejus*; Poſtulat Propheta: ut Dominus tamquam à ſomno exurgat, ut miſericordiam ſuam diffundat: *quia tempus miſerendi ejus*: & qualenam eſt hoc tempus expoſtulans Dei miſericordiam, quando totus mundus veluti agmine facto conſurgebat in Domini diſcipulos, qui erant odio omnibus hominibus, & habebantur tamquam oves inter lupos, ita ut frater fratrem traderet in mortem, & pater filium, & filii inſurgerent in parentes, & ita eos perſequebantur, ut quicumque interficeret eos exiſtimaret ſe obſequium præſtare Deo, ita ut nullum eſſet ſubterfugium, nec levamen, ſed undique inſurgere oppreſſiones & mala; Nunc
D. Ambroſ. ergo ait D. Ambroſius: *Tempus miſerendi; & non nubendi.* Semper enim conſuevit Divina miſericordia, & omnipotentia occurrere, cùm omnia ſunt contraria, & homines ab hominibus, nullum penitus remedium expectant, ut inde totum prorſus divinum, & nihil humanum appareat.

*Deſtitutio humani advocat Divinum.*

## QUÆSTIO III.

*Quare non alius miniſter, ſed Angelus aſtat annuntians paſtoribus Chriſti nativitatem, dicens, Gaudium magnum eſſe?*

AIt noſter Evangeliſta in præſenti, num. 9.
15. *Et ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos*: Scilicet paſtores, *& claritas Dei circumfulſit eos*: Et ait Angelus eis: *Evangelizo vobis gaudium magnum: Natus eſt vobis Salvator*: De
Text. quibus omnibus latè dixi citato cap. 1. quæſt. 15. 16. 17. 18. 19.

Primò: Paſtores cùm eſſent in medio noctis
16. vocantur per Angelum, & non per ſtellam, ſicut Magi? ſtellæ ſunt communes bonis, ac malis, fidelibus, & infidelibus? In Paſtoribus autem denotabatur dilectiſſimus populus Chriſtianus, & ideo peculiari ſigno, ac honore erant ad Chriſtum adducendi, nempe, Angelo fulgentiſſimo. Ad hoc tendit D. Gregorius Magn.
D. Gregor. homil. 10. in Evangel. *Judæis tamquam ratione utentibus Angelus prædicare debuit, gentibus verò: quia ratione uti neſciebant, non per vocem, ſed per ſigna producuntur*: Egreſſus populus de Ægypto tendens in terram promiſſionis Exod. 13. numero 21. *Dominus præcedebat nos ad*
Exod. 13. *oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis*: Ad oſtendendum quod per diem lumen ſolis & per noctem lux Lunæ, ac Stellarum, ad quid talia luminaria Solis, Lunæ, ac ſtellarum radii communes omnibus, populo ſingulariter dilectiſſimo, non commune, ſed ſingulare, ac peculiare lumen tui præbendum; ſub quo valde honorabiliter iter ageret. Ad hoc reſpicit
Juſt. Martyr. Juſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone, ubi ait: *Columna fulgida prælucebat orbi, ut ſingulari privilegio poteritis habere lumen proprium, ac perpetuum*: Conſideratione expende: *Ut ſingulari privilegio poteritis habere lumen proprium.*

*Singulari perſonæ, ſingularis honos habendus.*

17. D. Baſil. Sel. Secundò. D. Baſilius Seleuc. Oration. 25. ait: *A principio miracula cum partu concurrebant, ſtella peregrino curſu manifeſtabat inopinato natum infantem. Magi relicta à tergo Babylone faſciatum perquirebant: Simeon vociferabatur: Nunc dimittis ſervum tuum Domine. Præter hos Joannes omnibus oſtendebat clamitans: Ecce Agnus Dei: Tanti ſunt teſtes: Ipſe de ſe conticeſcit*: Nato Chriſto Angelus eum denuntiat: Cœlum ſtella radiante ipſum manifeſtat: terra feſtinantibus paſtoribus ipſum oſtendit: Magi adorant: Simeon Sacerdos ipſum clamat: Joannes digito demonſtrat: Jeſus tamen ſolus tacet: *Tanti ſunt teſtes: ipſe de ſe conticeſcit*: Hoc apertum eſt indicium, ac ſignum Chriſtiani ortus; hæc eſt enim præclara virtus Jeſus, ut ipſe ſolus taceat, & mutus ſit de rebus ſuis: Agnovit Jeſus ſui veſtimenti tactu ſanatam mulierem à ſanguinis fluxu, & tunc dicebat: *quis*
Marc 7. *tetigit veſtimenta mea*? Marc... numero 31 non ait: Quis veſtimenti mei tactu, ſanatus eſt, ac ab infirmitate liberatus? ſed tantum: *Quis me tetigit*? Ne magnitudinem ſui miraculi publicare videretur; ſed hoc mulieri, ac aliis remit-
D. Epiphan. tebat. D. Epiphanius in Ancorato, ſic ait: *Eſt quis me tetigit, dicit, non quod non noſſet, quis ipſum tetigiſſet, ſed ut ne per ſe ipſum diceret miraculum, quod edebat.*

*Præclara virtutis eſt, ſui magnalia non dicere, ſed tacere.*

18. Tertiò, ait Angelus: *Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo*: Ad quæ
D. Bonav. verba ſic ait D. Bonaventura: *Quod erit omni populo: Et hoc ad differentiam gaudii mundano-*
Joan. 16. *rum, quid non eſt univerſale*, Joan. 16. n. 20. *Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini*: denuntiatur gaudium paſtoribus, non tamen ipſis ſolis, ſed etiam omni mundo. Salus, vita, & gaudium, quod à Jeſu venit, non in uno coarctatur, ſed in omnes redundat, in quo habet magnam differentiam à mundi gaudio, quod in paucis reſtringitur. Ingreſſus Angelus ad
Luc. 1. Mariam Virginem, ait illi: *Ave gratia plena*, Luc. 1. n. 28. Aliter Chriſtus D. abeuntibus mulieri-
Matth. 28. bus occurrens ait illis: *Avete*, Matth. 28. n. 9. Angelus ut creatura uni ſalutem dicit, & dat: *Ave*; At Jeſus, ut Deus, non uni, ſed pluribus, ac uni-
D. Epiphan. verſis: *Avete*, Quod notat D. Epiphanius Oration. in Sabbath. ſanct. dicens: *Ibi Angelus, Ave, Maria dixit: hic magni conſilii Angelus Chriſtus mulieribus clara voce, Avete, intonat.* Pax, & ſalus quæ ab Angelo, ac una creatura venit, uni tantum datur? Pax & ſalus à Chriſto veniens, univerſis dicitur, ac annuntiatur.

*Solus Jeſus univerſis dat ſalutem.*

19. Quartò, ait Angelus: *Evangelizo vobis gaudium magnum*: & quæ major ratio gaudendi, quàm ſalutiferus Dei adventus ad nos? ait
Iſai. 62. Iſaias 62. n. 11. *Dicite filiæ Sion, ecce Salvator*
D. Chryſ. *tuus venit*: D. Chryſoſtom. homil. ad prædicta verba legit: *Gaude Sion ecce Rex tuus venit*: non poteſt animus cohiberi lætitia, quin Dei adventu maximè exultet; & gaudeat. Sic ait D. Chryſoſtom. citatus: *Cantabamus ergo, gaude Sion, ecce Rex tuus venit. Hoc gaudium*
D. Chryſol. *non eſt riſus oris vocis atque buccarum, ſed gaudium cordis: de quo gaudio clamabat Evangeliſta, dicens: Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Salvator.* Hoc autem gaudium veniens à Salvatore, gaudium eſt ſalutis non in ſtrepitu buccarum, non in clamore vocis, nec in pedum tri-
Jerem. 23. pudio. Tractans Jeremias de Adventu Domini ad ſalvandas gentes cap 23. num. 6. ait: *In diebus illis ſalvabitur Juda, & Iſraël: & habitabit confidenter*: & ſtatim adjungit Propheta: *& hoc eſt nomen, quod vocabunt Deum, Dominus ju-*
Arabicus. *ſtus noſter.* Quæ verba ſic legit Arabicus Alexandr. *hoc eſt nomen, quod vocabunt eum: Dominus gaudium noſtrum, abſcondite*: & meritò noſter Jeſus adveniens, gaudium noſtrum eſt in abſcondito cordis, non in oſtentatione ac ſtrepitu externo, ſed in timore animi, ad jubilandum in Jeſu & ad ei tantum beneficium intimo
D. Athanaſ. corde gratificandum. D. Athanaſius in vita ſancti Antonii proponens Divini Spiritus adventum in nos, ſic ait: *Sanctorum Angelorum amabilis, & tranquillus aſpectus eſt, quia non contendunt, neque clamant, neque audiet aliquis vocem eorum verum tacitè leviterque properantes gaudium, exultationem, fiduciam pectoribus infundunt, ſiquidem cum illis eſt Dominus, quia eſt fons & origo lætitiæ*: Expande illud: *Tacitè, leviterque properantes gaudium, exultationem, fiduciam*, nulla major poteſt eſſe ratio gaudendi, quàm præſens, quam cùm nobiſcum eſt Deus: *Qui eſt fons & origo lætitiæ*?

*Ex Chriſti adventu magna gaudendi ratio.*

20. Ad Tit. 3. Quintò, ait Angelus: *natus eſt vobis Salvator*; ſic & Paulus ait ad Titum. 3. n. 4. *Apparuit nobis benignitas, & humanitas Salvatoris noſtri Dei*: Ubi nomen Salvatoris reſonat, totum eſt pietas, & clementia, rigoris pœna, & damna-
D. Bernard. tionis fulminatio non auditur D. Bernardus ſerm. 1. ad citata Pauli verba, ſic ait: *Unum eſt in quo conveniunt Apoſtolus, & Angeli in nomine Salvatoris..... Bene dulce nomen, nullus ex illis tacuit, quia hoc mihi maximè neceſſarium fuit. Alioquin, quid agerem, audiens Dominum venientem; Numquid non fugerem ſicut Adam, qui à facie ejus fugit, ſed non effugit? nonne deſperarem; audiens, quia venit ille, cujus legem prævaricatus ſum? Quæ verò major conſolatio, quàm in dulci vocabulo; in nomine conſolatorio: Jam confidenter accedo; jam ſupplico fiducialiter. Quid enim timeam quando Salvator venit in domum meam.* Expende illa verba: *Jam confidenter accedo*: Excluſo nempe, omni tempore, quia venit ad ſalutem dandam. Veniat iterum citatus proximè
Jerem 23 locus Jeremiæ 23. n. 6. *Iſraël habitabit confidenter, & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Do-*
Symmach. Hebr. *minus Juſtus noſter*: Symmachus legit: *Domine juſtifica nos*: Hebræus clariùs; *Dominus juſtitia noſtra*, maximè ergo habitabit confidenter Iſraël, cum Deus juſtificans, ac ſanctificans nos, adveniat; Inde ſanctiſſima Virgo decantabat: *Exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*: non ait creatore. Vide quæ ſupra dixi cap. 1. in Lucam q. 15. num. 78.

*Salvatoris nomen magnam fiduciam ingerit.*





## QUÆSTIO IV.

*Quare paſtoribus pro ſigno nati Salvatoris datur infans poſitus in præſepio?*

APparet Angelus paſtoribus præ cæteris 21.
aliis hominibus, ut latè explicavi citato cap. 1. q 13. & 14. & præter rationes ibi datas, Titus Boſtrenſis hanc aſſignat; *Ob id præ cæte-* Tit. Boſtr.
*ris hoc beneficium paſtoribus obtigit, quia ſectabantur adhuc veterum conſuetudinem, ut enim Patriarchæ, & ipſe Moyſes ovibus paſcendis erant intenti.* Ut inde diſcamus, quod maximopere venerandi ſunt illi, qui primi poſuerunt religionis, virtutis, ac juſtitiæ fundamenta, & quia iſti ſecuti ſunt vivendi modum Antiquorum Patriarcharum, ideo tanto dono, ac beneficio fruuntur.

*Primi in virtute maximè venerandi.*

Ait Angelus ad paſtores hoc cap. n. 12. *Et hoc* 22.
*vobis ſignum, invenietis infantem pannis involutum, poſitum in præſepio*: De quo multa dixi citato cap. 1. q. 20. 21. 22. Nunc verò adde. Angelus dixit eis: *invenietis infantem*: Ipſi verò ad invicem infrà dicunt: *Videamus hoc Verbum, quod factum eſt, quod fecit Dominus*: excitabantur ad invicem ad videndum Verbum; cùm illis denuntiatum fuiſſet eſſe infantem: Quid infans cum Verbo? Multum per omnem modum, ex quo Dei ampla majeſtas ad infantilem minoritatem ſe dejecit inde à tanta charitate, humilitate, ac virtute ſublimes voces, & verba prodibant, quæ tantum adimplerent orbem, & ad omnium aures reſonarent. D. Leo ſerm. 7. de Epiph. ſic ait: *Ipſa itaque ſpecies ſacra infantia, cui Deus, Dei filius aptarat prædicationem auri-* D. Leo.
*bus intimandam, oculiſque gerebat*? Nota illud elegantiſſimum: *Ipſa itaque ſpecies ſacræ infantiæ prædicationem gerebat.* Non vox; nec lingua infantis, ſed ſpecies, ac præſentia, quæ tota ſpecies, ac præſentia Dei reclinati in præſepio, clariorem omni voce prædicationem, ac oſtentationem illius Divinitatis per ſe præferebat, quæ totum orbem ſuis radiis adimplet. Vide ſupra Luc. 1. q. 6. n. 19.

*Præſentia pueri Jeſu lingua eloquentiſſima, ejus divinitatis*

Secundò: Angelus ait ad Paſtores: *invenie-* 23.
*tis infantem*: & ſtatim ſubditur; *Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc*: Unde paſtores videntes puerum reclinatum in ſtabulo colligere potuerunt, ipſum eſſe mundi Salvatorem, & Meſſiam promiſſum, ac filium Dei? Undè in eo relucebat Divinitas? Deus infans tacet: Virgo mater tacet, nec ullum ad paſtores, verbulum feciſſe legitur, & tamen ipſi indubitanter Deum agnoſcunt, & adorant. Pulchrè D. German. de nati- D. German.
vit. Virg. ſic loquitur. *In Maria ſine voce, & ſcriptura, ipſe Inſcriptus Deus, & verbum per diem legitur.* Et ſi verbum incorporatum ex Virgine Maria natum in humili præſepio ſtabulet, tamen ipſa Deiparæ præſentia, cœleſtem ſplendorem reverberabat, & Dei matris dignitatem repræſentabat, divinum quid afflabat, quæ nullum alium gignere poterat, niſi ipſum Deum carne indutum. *In Maria ſine voce & ſcriptura, ipſe inſcriptus Deus, Verbum per diem legitur.* Ex quo eleganter D. Chryſol. ſer. 140. ait: *Quantus ſit* D. Chryſol.
*Deus ſatis ignorat ille, qui hujus Virginis mentem*

*In Deipara ſine voce, & ſcriptura Deus inſcriptus legitur.*

*non ſtupet, animum non miratur.* Ac ſi admiratio, & ſtupor de puritate, excellentia, ac ſanctitate Virginis Mariæ ſit manifeſtiſſima, ac valde ſublimis Dei notio. Vide ſupra. Luc.1. q.4 n.13. & 14. & q.6. n.22. 23.

14. Tertiò: Angelus ait: *Invenietis infantem pannis involutum*: reclinatum in præſepio; Multa mirabilia in puero Jeſu radiabant, & tamen Angelus ſolùm ejus humilitatem eloquenter paſtoribus proponit, & explicat: cur potiùs de hac, quàm de aliis habet ſermonem? Appoſitè, D.Bernard. ſerm.4. in Natali Domini. *Quid eſt*, ait, *quod Sola ab Angelo commendari videtur humilitas, nec tamen ſola à paſtoribus inveniri? fortè ſpecialiùs commendat angelus humilitatem, quia ruentibus cæteris per ſuperbiam; ipſe in humilitate ſtetiſſet*: Digniſſima Bernardi ratio. Supra faſtigium creatum eſt, perſuadere hominibus Chriſti humilitatem, qui ſumma ſummi Dei majeſtas in vili ſtabulo? quia tamen Angelus, cæteris ruentibus per ſuperbiam, ipſe per humilitatem in cœlo perſiſtit, ſic ergo humilitatem eſt affectus, *ut ſpecialiùs Angelus commendet humilitatem*: ut eam hominibus perſuadeat, ſic profundè humilitas impreſſa eſt, ut in ſumma Dei majeſtate humilitatem maximè prædicet, & ſuadeat; ſicut è contra vanitatem, quam Satanas eximiè diligebat, eam ſuadere Chriſto intendebat, oſtendens ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. *Dixit ei: Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoravaris me*, Matth 4 n 9. Rabban. ait: *Oſtendit autem hæc diabolus Domino, non quod ipſe viſum ejus amplificare potuit; ſed ut vanitatem pompæ mundanæ, quam ipſe diligebat, quaſi ſpecioſam, ac deſirabilem verbis oſtendens, in amore Chriſto ſuggerens venire volebat.* Illud in quod quilibet propendit, habet in ore, & illud intentat perſuadere.

D·Bernard.
*Angelus quia profecit per humilitatem ipſam prædicat, & ſuadet.*
Matth. 4.
*Diabolus ſuadet vanitatem quam diligebat.*
Rabban.

25. Quartò: ait Angelus, *Invenietis infantem pannis involutum poſitum in præſepio*: Valdè diverſimodè eum videt Joannes in Apoc. cap.1. num.13. inter aurea candelabra: *Veſtitum podere, præcinctum ad mamillas zona aurea*: & cur qui tanta majeſtate fulget in cœlo, modo tam vilibus pannis involvitur? Ubi ſe in cœlo exhibet omnia cum majeſtate fulgida, & lucida ſplendent, ubi autem ad præſepis locum ſe dimittit ibi parvitatem, & pannorum vilitatem eligit, valde enim abſurdum eſt in ſordido habitu, pompæ fulgorem, ac ſplendidas, & pretioſas veſtes affectare. D. Fulgentius ſerm. de Epiphania, ait: *Parvulus in præſepio, immenſus in cœlo, vilis in pannis, pretioſus in ſtellis.*

Apoc. 1.
*Accommodandum ſtatui.*
D Fulgent.

26. Apparet Deus in medio ſpinoſi rubi in flamma ignis, & rubus ardens non comburebatur; Moyſes ſtupore viſionis admiratus cucurrit, ut propinquiùs mirabilia videret; Tunc ſubdit Textus Exod.3 n.4. *Videns autem Dominus, quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio, tui*: Quæ verba perbellè ponderans D.Hilarius lib 4. de Trinit. ait: *Qui apparuit in rubo, de rubo loquitur, & viſionis locus unus, & vocis eſt, neque alius, quàm qui viſus eſt auditur.* Viſio, & Vox proportionabatur loco in quo erat, & qui ſpinas, & punctiones demonſtrabat, Vox etiam doloris: & gemitus plena erat: *Vide afflictionem populi mei quæ opprimuntur ab Ægyptiis*: & in igne apparebat, qui dolores, ac pœnas, illiuſque ardores denotat; & ita viſio & vox loco proportionabantur.

Exod. 3.
D. Hilar.
*Viſio & vox correſpondens ſibi.*

## QUÆSTIO V.

*Quare multitudo cœleſtis militiæ canit: Gloria in Altiſſimis Deo, & in terra Pax hominibus?*

27. SUbdit noſter Evangeliſta in præſenti. n.13. *Subito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum, ac dicentium Gloria in Altiſſimis Deo*: De quibus latè tractavi citato c.1. q.25.26.27.28. Nunc adde id quod ait Arnoldus tract. de ſeptem verbis. *Tota cœleſtis multitudo admirans, quod ſic integram in terris inveniſſet, circumfuſa undique cognato cœlibatui, reverentiam exhibebat.* Tota multitudo Angelorum exultat, & lætatur, quod in terris inveniſſent tantam puritatem, ac integritatem, qualis in Sanctiſſ. Virgine relucebat, vel etiam dic, ut habet Magnus Leo ſerm.10. de Nativitat. *Ut excellentius fieret teſtimonium Angeli, cui militiæ cœleſtis multitudo concineret*: denuntiatio paſtoribus facta eſt ab uno Angelo ut teſtimonium firmius redderetur, adeſt multitudo Cœleſtis. In Jordane advolat paterna Vox: *Hic filius meus dilectus.* Matth.3. n.17. & ſimul. *Vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam ſuper ipſum*: n.16. Patris teſtimonium abundantiſſimum, quia tamen ſcriptum eſt, *in ore duorum ſtat omne verbum*: Cum pater teſtatur adeſt Spiritus ſanctus manum manui addens. D.Nazianzen. Orat.40. ait: *Spiritus Divinitatis teſtimonium affert, nimirum ad Patrem accurrens.*

Arnoldus.
*Admirantur Angeli ſummam Virginis puritatem.*
D. Leo.
*Plurimi teſtes firmant teſtimonium.*
Matth. 3.
D. Naziann.

28. Dicunt Angeli: *Gloria in Altiſſimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: ut explicat D. Ambroſius hîc referendo ad homines; id eſt, hominibus ſit omnium bonorum ac felicitatum cumulus; vel ut dicunt D. Leo ſerm. de Nativit. Euſebius Emiſſen. homil.11. de Paſchate; referendo ad pacem, id eſt, fiat pax in hominibus, ut ſcilicet eos faciat bonæ voluntatis, ut bona voluntate ſe ſubjiciant Deo, ejuſque mandata adimpleant; ſed quomodo nato Chriſto pax decantatur in terra? cum ipſe dicat Matth.10. n.34. *Non veni pacem mittere, ſed gladium*: Qui belli, ac diſſidii eſt inſtrumentum. Quia frequenter, ut fiat pax, exigitur ut ſit gladius ad feriendum, ac puniendum: fulminatur illa ſententia in Adamum, ad poſteros ejus: *Pulvis es, & in pulverem reverteris*, Geneſ.3. n.19. ad quæ verba ſic ait D. Bernard. apud Godofridum ad cap.3. Geneſ. *Gravis quidem ſententia ſed non ſine gravi miſericordiæ temperamento.* Si homo eſſet ſine jugo mortis valde inhumanus, ac intolerabilis eſſet, ut reprimatur, apponitur pœna mortis.

D. Ambroſ.
D. Leo.
Euſeb.
Matth. 10.
Gen.3.
D Bernard.
*Ut fiat pax exigitur gladius.*

29. Decantant Angeli: *Gloria in Altiſſimis Deo*: connectunt ſimul Angeli, ut *Deo ſit gloria in excelſis, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: tali bona voluntate ſint homines præditi, ut per ſuperbiam nolint ſibi, furari ac uſurpare Dei gloriam, pro qua te audiendus eſt D. Bernard. Epiſtol. 126. contra Gerardum Engoliſmenſem Epiſcopum, qui ait: *Diſplicet mortalibus Angelica illa partitio, qua gloria Deo pax hominibus nuntiatur: & dum gloriam uſurpant, turbant pacem, ſolus gloriam meretur, qui facit mirabilia ſolus; ſoli Deo*

D. Bernard.



*Deo honor, & Gloria... Quonam modo ſtabit pax hominum coram Deo, vel cum Deo, ſi Deo non poteſt apud homines eſſe tuta ſua gloria? O ſtulti filii Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes; & pacem perdiderunt, & gloriam.* O magna ſtultitia filiorum Adam! quia gloriam, quæ ſoli Deo eſt debita: *ſoli Deo gloria & honor*: ſibi volunt uſurpare, *Quomodo ſtabit pax hominum coram Deo, vel cum Deo ſi Deo non poteſt apud homines eſſe tuta ſua gloria?* tam indomita, & effrenis eſt hominum ambitio, ſuam ſphæram tranſiliens, quod eſt Dei, ſibi vellet arripere, & gloriam Deo debitam ſibi intentat uſurpare.

*Gloria Deo debita non eſt apud ambitioſos tota.*

30. Poſtulant Iſraëlitæ à Samuele regem, rem defert ipſe ad Deum. Prophetæ reſpondit Dominus: *Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi, non te, abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos*: 1. Reg.8. n.7. Ex quanam ratione ſe Deus reputat abjectum, ex eo quod populus ſibi poſtulaverit regem? ſub Rege enim poterant fideliſſimè Deo ſervire, ac debitum cultum exhibere. Quænam repugnantia datur in repetitione cum Dei reverentia? Infinita Dei ſapientia optimè noverat quanta mala parturit regnandi, ac dominandi cupiditas, & cum talis dominatus ſolicitudo intrat, ſtatim quidquid divinum eſt abjicitur, & in contemptum projicitur, N. D. Cyrillus in cap.12. Oſeæ ait: *Non ſolum ex Ægypto eduxit, ſed etiam cuſtodivit in vero enim, & naturali Deo colendo præſtiterunt. Poſtquam autem ſub regno fuerunt, dilectioni erga Deum vale dixerunt*: Ubi ardor regnandi ingreditur, Dei cultus reverentia exploditur.

1. Reg. 8.
*Ubi ardor regnandi ingreditur Dei cultus ac reverentia exploditur.*
D. Cyril.

31. Audiens autem Herodes advenientes Magos, ac perquirentes regem natum Judæorum ducente ſtella: *Diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ quæ apparuit eis*: Matth.2. n.7. & totum ejus ſtudium, non erat, ut puerum adoraret, ſed ut perderet, & unde nefarius homo potuit talem habere cogitationem, cum cœleſte ſignum evidens eſſet teſtimonium de pueri Divinitate; Sic eam Idololatræ, Magi ex judicio ſtellæ agnoſcunt, & revertentur: Cur Herodes inter ſcripturæ Doctores ſic cæcus perſiſtit, ut ejus Divinitatem non agnoſcens eum perdere cogitet. D. Chryſolog. ſerm. 158. ſatis eleganter ait: *Diligenter Herodes requirit tempus ſtellæ; ſed cum timet regno, ſignum cœli non timet, & temporis non pertimeſcit authorem*, Stellæ fulgur fulgorem pueri nati divinitatis manifeſtabat, ſed herodes de regno ſollicitus, ſic cæcus erat, ut nil divinum videret, ſed totum contemnit, ac ambitione ſua nil veretur.

Matth. 2.
D. Chriſol.
*Humana ambitio nil divinum veneratur.*

Cirumciditur Puer Jeſus.

## QUÆSTIO VI.

*Quare Jeſus cùm lege non teneretur, circumciditur tamen?*

32. AIt noſter Evangeliſta in præſenti num.21. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo ut circumcideretur puer*: De quo magno myſterio multa dixi tom.1. in Evang. lib.2. c.3. per quindecim quæſtiones. Nunc adde: Suprema Dei Majeſtas, quæ nulla lege tenetur, ſubjicitur legi; & hodie magnitudine, ac Majeſtate reputatur, legem peſſundare, ac violare. Ait Regius Vates Pſal.44. num.10. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam.* Valde pompatica magnificentia, quæ Regina dicitur in veſtitu deaurato, omni gemmarum varietate compoſito, cum inſigni, ac pretioſo apparatu, eximiaque Regis benevolentia præpoſita, ut pote aſtans à dextris illius; & tamen ſtatum dicitur: *Audi filia, & vide & inclina aurem tuam*: & quamvis Regina, cum tam magnifice cultu, ac tam grata Regi introducatur, tamen obtemperans eſt legi, ac illius mandatis, ac ſi maximè pertineat ad regalem magnificentiam legi obedire, ac illi ſe ſubjicere D. Baſilius in Catena Patrum Græcorum, ait: *Aſtitit à dextris in veſtitu deaurato: hoc eſt, & doctrinis ſpiritualibus intertextis, ac variegatis ſeſe graviter componens*: Seſe componit, & adornat legis doctrinâ, cui ſe ſubmittit.



*Vera majeſtas legibus obtemperat.*
D. Baſil.

33. E contra verò Rex Ozias cùm eſſet multis victoriis adauctus, maximéque regnum Iſraël turribus, muris, ac bellicis inſtrumentis muniret, ait de eo Sacer Textus. 2.Paralipom. cap.26. num.16. *Cùm roboratus eſſet elevatum eſt cor ejus in interitum ſuum, neglexit Dominum Deum ſuum, ingreſſuſque templum Domini adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis*: Reſtitit ei Azarias ſummus Sacerdos: *Non eſt tui Officii, Ozia, ut adoleas incenſum*: Cùm hoc ex Dei lege pertineret ad Sacerdotes; ille tamen contempſit, & à ſua prava intentione non deſtitit; unde graviter percuſſus eſt: Et cur Ozias non timet Dei legem violare; & ad Sacerdotum munus extendere; cùm ſatis notum eſſet, multa ſupplicia inde à Deo inflicta fuiſſe? Vide quod ait Textus: *Cum roboratus eſſet*: ſeu ut legit D. Chryſoſtom. de Verbis Iſaiæ: *Cùm potens eſſet elevatum eſt cor ejus*: Ex ſua potentia ſic elevatum eſt cor ejus, ut ſibi perſuaderet nemini ſe eſſe ſubjectum, nec Deo debere ſervire, ſed pro ſua voluntate, quæcumque vellet agere. D.Chryſoſtom. homil.4. de verbis Iſaiæ, ait: *Vide libertatem: vide mentem ſervire neſciam: vide linguam Cælos attingentem: vide libertatem incoercibilem.*

2. Paral.
*Mundana facultas ex poteſtate leges contemnit.*
D. Chryſ.

34. *Ut circumcideretur puer*: Evangeliſta non explicat, ſed inſinuat circumciſum eſſe puerum: de quo plura dixi citato cap.2. q. ſed nunc dicam, quòd non explicat ſed ſupponit circumciſionem. An tactus dolore, quod infantulus Jeſus filius Dei in tam tenera ætate octo dierum ſanguinem funderet, & acutiſſimos Circumciſionis dolores pateretur? Acerbus dolor linguam coërcet, vocem comprimit. Tres Reges videntes Jobum pertinaciter exulceratum per ſeptem dierum ſpatium: *Nemo loquebatur ei verbum, videbant dolorem eſſe vehementem.* D. Chryſoſt. homil.4. in Jobum, ait: *Magna enim calamitas ſilentio honoratur*: Scribit Joan.19. n.25. *Stabant juxta crucem Mater Jeſu, & ſoror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene: cum vidiſſet ergo Jeſus matrem & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit matri ſuæ; Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit diſcipulo: Ecce mater tua*: Valde mirum ſanè Deipara, & diſcipulus intimè Jeſum diligebant, ejuſque nutum ſequebantur; & tamen

*Vehemens dolor vocem intercludit.*
Job. 2.
D Chryſoſt.
Joan. 19.

men loquitur eis Chriſtus : *Ecce filius tuus, ecce mater tua* : & tamen eis nihil reſpondit, nec dicit. Simon Caſſian. lib. 2. *Vehemens animi dolor, ac anguſtia vocem intercludebat.* Caſſian.

35\. Tertiò : Cur Jeſus, adhuc puer tenera ætate duram, ac ignominioſam Circumciſionis legem adimplere vult ? Venerat meus Jeſus legem adimpleturus ; & inde maximè cavit apicem, vel iota unum præterire, ne larva, vel phantaſma putaretur ſi non adimpleret munus ſuum D. Zeno ſerm. de Circumciſ. ait : *Igitur qui venerat hominem vivificare per hominem, neceſſe habuit, ne phantaſma putaretur, edicta legis univerſæ complere.* Sanè larva, & phantaſma inane videtur ; ille qui ſuas leges contemnit, & non adimplet. Scribit Marc. 15. n 4. Quod ſtans Jeſus coram Judice Pilato, cùm taceret, & nihil ei reſponderet ; Præſes præ admiratione ei diceret : *Non reſpondes quidquam ? Vide in quantis te accuſant Jeſus autem nihil ei ampliùs reſpondit* : Cur Jeſus ad tribunal, ac judicium adductus pro ſua evidenti juſtitia, ac manifeſta veritate, verba non facit, illud enim non verum tribunal, in quo non de juſtitia, ac veritate legum agebatur, ſed de illarum contemptu ; & ideo non tamquam verum phantaſticum tribunal deſpiciebatur à Jeſu. Victor Antioch. ibi ait : *Supervacaneum prorſus videbatur quidpiam reſponſi dare : erat enim judicium illud, quædam veriùs tribunalis larva, quàm legitimum concilium* : Tribunal quod tantùm habebat apparentiam, & nomen tribunalis, illud tanquam phantaſma, & larva rejicitur ab eo, qui verax eſt, & ſolùm veritatem quærit, & attendit.

D. Zeno.
*Qui ſui muneris obligationes, ac leges non adimplet phantaſma reputatur.*
Marc. 15.
Victor Antioch.

## QUÆSTIO VII.

*Quare in Circumciſione Diviniſſimo puero imponitur nomen* JESUS.

36\. Textus. AIt noſter Evangeliſta in præſenti n. 21. *Vocatum eſt nomen Jeſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in utero conciperetur* : in Circumciſione imponitur puero nomen Jeſus, quo modo hoc cohæret cum eo quod Paulus ſcribit ad Philipp 2. n. 8. & 9. loquens de Chriſto Jeſu : *Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis : Propter quod Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen : ut in nomine* JESU *omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Omnes Expoſitores Catholici communi conſenſu tenent, quòd illud, *propter quod*, ſignificat meritum & mercedem, nomen ergo illud, pro merito mortis, ac paſſionis datur. *Mortem autem crucis propter quod Deus exaltavit illum : & donavit illi nomen* : Valde mirum, quòd ſanctiſſimum nomen Jeſu, imponitur Chriſto infanti in circumciſione, cum tamen ſub vitæ finem per meritum mortis, cruci, illi donatum, Paulus affirmat : *Propter quod donavit illi Deus nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu*, &c. propter mortem donatur illi nomen, & tamen in circumciſione illi imponitur : & ſi ob ſanguinem effuſum in circumciſione, ac præclariſſimas vitæ Chriſti actiones, nomen illud valde indignè potuiſſet dari, tamen altâ, & ſupremâ Dei diſpoſitione non eſt illi tantum nomen datum, niſi conſummata, & abſoluta redemptione ; ante verò in circumciſione, & in tota vita conceſſum eſt nomen tanquam anticipatus honor reſpective ad meritum crucis ; at verò meritum illius extitit per meritum mortis & crucis, tam excellens, & magnificum eſt hoc nomen, ut non eſſet ordinatum à Patre illud filio ſuo dare, niſi pro conſummata & abſoluta redemptione. Caſſiod. lib. 8. Epiſtol 10 loquens ad ſacratiſſimum puerum Jeſum ; ait : *Sumpſiſti nomen ex meritis, cuſtodi* (ſeu cuſtodiſti) *ut ſemper lateris veritate vocabuli.* Hoc ſublime, ac altiſſimum nomen, Jeſus, datum eſt Chriſto ex ejus merito infinito, quod ex Divino pacto conſtitutum eſt in Chriſti morte : præmium quod datur à Deo correſpondet meritis. Vide quantum ſit nomen Jeſus datum à Deo Patre pro infinitis meritis filii ſui.

Philip. 2.
*Jeſu nomen infinitæ dignitatis meritorium præmium.*
Caſſiod.

37\. Maximè conſidera citatá Apoſtoli verba : *Factus eſt obediens uſque ad mortem ; mortem autem crucis, propter quod Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen* : Non ait Apoſtolus ; propter quod dedit ei poteſtatem judiciariam, Joan. 5. n. 27. Vel quia devicta morte glorioſè triumphavit. Coloſſ 5. n 2. Vel quia ad glorioſam eleva. ſedet à dextris Dei. Marc. 16. n. 19. Nihil horum ait Apoſtolus : ſed *propter quod Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genu flectatur.* Ac ſi ipſum nomen Jeſus, ſit quid ſublimius, & excelſius ipſa poteſtate judiciali, glorioſo mortis triumpho, ac ipſa cœleſti gloria beatitudinis. Huc advoco id quod ait Orig. homil. 1. in Joſue *Jeſu nomen ſalutis, & totius gloriæ compendium.*

Philip 2.
Joan. 5.
Coloſſ. 2.
Marc. 16.
*Inter Chriſti magnalia valde ſublime Jeſus nomen.*
Origen. 1.

38\. Loquens Iſaias de Chriſto D. c. 62. n. 2. & 3. ait : *Vocabitur tibi nomen novum : quod os Domini nominavit. Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui* : Hoc nomen novum, ut docent D Cyrillus lib. de Fide ap Theodoſ. & D. Thom. ibi : eſt nomen Jeſus impoſitum Chriſto in circumciſione ; ſed quo modo ſubditur. *Erit corona gloriæ in manu Domini, & Diadema regni in manu Dei ?* Novus ſanè, & inauditus eſt hic coronæ locus in manu, nempe corona non in manu, ſed in capite ponitur. O ſublimis, & alta doctrina ! ita corona debet caput adornare, ut priùs ſit manu comparata ; ſi enim corona non eſt in manu actuoſa, non reſplendet in capite. Tertul. lib. 3 advesſ. Marc. c. 15. ait : *Chriſti nomen non ex natura veniens, ſed ex diſpoſitione proprium ejus efficitur, à quo diſpoſitum invenitur.* Priùs Iſaias præmittit glorioſum nomen Jeſu, deinde proponit coronam non caput, ſed manum adornans, tamquam diſpoſitionem, & meritum ad ipſam gloriam aſſequendam.

D. Cyril.
D. Thom.
*Nomen Jeſus non tantum capite, ſed manu habetur.*
Tertul.

39\. Ait Eccleſ 45. n. 14. *Corona aurea ſuper mitram ejus expreſſa ſigno ſanctitatis ; & gloria honoris : opus virtutis : & deſideria oculorum ornata.* Hæc corona, ſeu lamina aurea dicitur : *Expreſſa ſigno ſanctitatis* : quia in ea erat ſcriptum illud ſanctiſſimum nomen *Jehova* ; quod ut tenent ibi Rabban. Maurus, ac Galatinus lib. 2. c. 10. ac M. Didac. Celada § 341 num. 8 idem valebat, ac Salvator, quæ eſt nominis Jeſus ſignificatio Græca Complutenſis citata verba ſic tranſcribit : *Coronam auream ſuper mitram ſignaculi Sancti glorificationem honoris, opera virtutis, concupiſcentias oculorum, ornamenta pulchra* : Ubi nomen Jeſus, ſeu Salvatoris ſonat ; eſt hoc ſanctiſſimum

Eccleſ. 45.
Rabban.
Celada.



ſimum nomen : *Opera virtutis* : id eſt, ſummam Dei potentiam, authoritatem demonſtrans concupiſcentias, & deſideria oculorum, in quem deſiderant Angeli proſpicere ; & ideè per magnam exagerationem dicitur : *Concupiſcentia oculorum* : ac ſi in ipſa cœleſti beatitudine magno affectu, ac concupiſcentia deſiderent videre inſcriptum in frontibus eorum Sanctiſſimum nomen, Jeſum : *Ornamenta pulchra* : Sic ait Rabbanus in citata Eccleſ. verba : *Corona aurea ſuper mitram, in qua expreſſum erat ſignum caſtitatis* (ſeu ſanctitatis) *hoc eſt nomen omnipotentis Dei, honorificentiam ſignificat divinæ majeſtatis, quam in arce ſtatus noſtri, & ſuper omnia ſtatuere debemus. Itaque in omnibus actibus noſtris honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui eſt caput Eccleſiæ, & ſalvator omnium.* Ipſum nomen Dei, ſeu Jeſus, *honorificentiam ſignificat divinæ majeſtatis* : Cùm Deo omnis ſupremus honor ſit debitus ; nihil nobis magis exprimit, ac ſignificat ſupremam majeſtatem Deo debitam, quàm ipſum Sacro ſanctum nomen, JESUS.

*Nomen Jeſus honorificentiam Divinæ majeſtatis declarat.*
Rabban.

## QUÆSTIO VIII.

*Quare dum ſanctiſſimo puero imponitur nomen* JESUS, *dicitur* : Sicut vocatum eſt ab Angelo priuſquam in utero conciperetur.

40\. Textus. AIt noſter Evangeliſta in præſenti num. 21. *Vocatum eſt nomen ejus Jeſus, priuſquam in utero conciperetur.* Alluditur ad id quod ipſe Angelus dixerat Mariæ Virgini, Luc 1 n. 31. *Vocabis nomen ejus Jeſus* : Sed ad quid hæc dati præcepti rememoratio ? An de Maria Virgine poterat dubitare, quod eſſet impletura præceptum ? Abſit : ſed ut manifeſtaretur, quod tale, ac tantum nomen, nec à Virgine Maria, nec ab aliqua creatura fuiſſet impoſitum : ſed ſolùm ab Angelo ex miſſione Dei : *Miſſus à Deo* : fuiſſe dictum, ac declaratum, quod ab æternitate à Patre erat excogitatum pro glorificando, ac honorando dilectiſſimo, ac unico filio ſuo. D. Bernard. ſerm. 2. de Circumciſione ait. *A natura propria habet, ut ſit Salvator : innatum eſt ei hoc nomen, non inditum ab humana, vel angelica creatura* : Et quid indè ? Certò in aliis, ut in Jeſu Nave, & Jeſu Sidrach, ac ſimilibus, vacuum, & ſine re fuiſſe titulum inferemus ; quod bene vidit D Bernard. ſerm. 1. de Circumciſione cap. 1. *Neque enim adinſtar priorum meus iſte Jeſus nomen vacuum, aut inane portat : non eſt in eo magni nominis umbra, ſed veritas : cælitus ſiquidem inditum nomen Evangeliſta teſtatur* : At in Jeſu plenum, ac cum effectu ſalutis.

Luc. 1.
*Nomen Ieſus ſolum à Deo Patre datum & omni plenitudine plenum.*
D. Bernard.

41\. Miſit igitur Joſue filius Non. de Setim duos viros exploratores in abſcondito, & dixit eis : *Ite, conſiderate terram, urbemque Iericho ; Qui pereuntes ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieverunt apud eam* : Joſue 2. n. 1. Ecce iſti exploratores ingrediuntur domũ meretricis, mulieris malæ noræ, & ex ſua conditione parum fidæ ; tamen apud eam multam pietatem inveniunt ; eos non ſolùm recipit, & cibat, ſed etiam cuſtodit, & abſcondit contra Regis Jericho, mandatum. Undè hominibus alienigenis, ac ignotis tanta benevolentia inventa eſt, apud extraneam mulierem malæ & turpis vitæ ? Ibant illi ſub tutela, ac umbra nominis Jeſu : *Miſit Joſue filius Nun* : & ubi tanti nominis radii effulgebant, lux ſalutis in abſcondito cuſtodivit, & tuta, ac ſalutifera omnia ſunt inventa, non ſolùm ipſis exploratoribus, ſed etiam tali mulieri ut in totali ſubverſione Jericho, ipſa cum tota familia ſua tuta, ac integra maneret. D. Chryſoſtom. ſerm. in peccatricem, qui habetur inter D. Ephrem opera tom. 3. ait. *Nihil mihi deſperandum eſt. Novi Rahab meretricem in porta civitatis miſericordiam ſui peccati obtinuiſſe, qui enim ſervavit illam Jeſus filius Nave, figuram veri Jeſus referebat, bona meretrici pro opere bono donans, & retribuens ; ſicut tunc nomen Jeſus, ſalutem & remiſſionem retribuens.*

Joſue 2.
*Sub nomine Ieſu omnia ſunt auſpicata, ac felicia.*
Chriſ. D.

42\. Ait Apoſtolus Paulus 1. Corinth. 15. n. 10. *Gratia Dei ſum, id quod ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit, ſed abundantiùs illis omnibus laboravi*, Sed unde Paulo tanta gratiæ plenitudo data eſt, ut dicat Chryſoſtomus : ſi omnia membra verterentur in linguas illum laudare non ſufficerent ; & in tantum evectus, ut raptus ad tertium cœlum audiret arcana Dei, quæ non licet homini loqui. Unde ergo tantis mirabilibus ſublimatus ? De eo ait Deus Actor, 9. n. 15. *Vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum*, &c. Si Deus eum vocat vas cur non explicat, an vacuum vel plenum ſit ? cùm eum dicit vas, ut portet nomen JESUS, ibi eum dicit plenum omni gratia, juſtitia, ſanctitate, ac omni bono. Jeſus nomen omnia replet ; vacuitatem neſcit. D. Thomas ad citatum Corinth. locum : *Hoc autem vas*, ait, *plenum fuit pretioſo liquore, ſcilicet, nomine Chriſti, de quo dicit cantic.* 1. Oleum effuſum nomen tuum. *Unde dicitur ut portet nomen meum, Totus enim videtur hoc nomine plenus.*

1 Cor 15.
Actor 9.
*Ubi nomen Jeſus fulget, univerſa replentur omni bono.*
D. Thomas

43\. Redeat iterum ille canticorum locus 1. n. 2. *Oleum effuſum nomen tuum* : quod de ſanctiſſimo Jeſus nomine frequenter interpretantur Authores ; ſed quænam combinatio inter nomen Jeſus, & oleum effuſum ? præclarè D. Ambroſ. lib. 1. Haxamer. c. 9. ait. *Si quis inter aquas merſus oleum ex ore emiſerit ; clariora facit ea, quæ profundi tegebantur occultis.* Qui ſub aquis emerſus oleum ex ore emittet, faciet ut videantur, quæ ſub alto palago in profundo tegebantur. Ita ſi quis merſus ſub aquis tribulationum, ac laborum, ſanctum nomen Jeſu ex ore proferat, omnia facit clara, & viſibilia, ab omni oppreſſione, ac malo ingruenti ſit expeditus, liber, ac ſecurus.

Cantic. 1.
D. Ambroſ
*Nomen Ieſu illuminat ad evitandum omne periculum.*

44\. Dicitur Proverbior 18. n. 10. *Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit juſtus, & exaltabitur.* Aquila Theod. *Turris potentiæ* : Syrus : *Turris eſt munita, nomen Domini* : Septuaginta : *Ex magnificentia fortitudinis, nomen Domini.* Alii apud Bibliam Magn. *Turris ob fortiſſima nomen Domini* : Tigurina ; *Turris extra telorum jactum nomen Domini.* Et quænam eſt hæc Turris fortiſſima, munita, ac tantæ potentiæ ut ſit extra telorum jactũ ? Eſt nomen Domini, ſcil. Jeſus, ut explicant Cornel. & alii Interpretes, hoc eſt de quo dicitur Act. 10. n. 15. Nec

Prov 17.
Aquila
Theodoret
Syrus.
Septuaginta.
Tigurina.
Actor. 10.

*Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo, in quo nos oporteat ſalvos fieri*: Hoc ſanctiſſimum nomen, eſt turris fortiſſima, ac valde munita potentiâ, ac magnificentiâ, ac omni fortitudine Divinâ, quæ ad ſe confugientes defendit ab omni incurſu, ac telis inimicorum, ac eorum inſidiis. Beda, ibi: *Factus ubique mihi Deus turris fortitudinis; ideo ego non perfugabilis ero, ſed ſtatorius miles ero*: Statorius miles dicitur à Beda luculentus, & fortis miles qui nullum periculum timet, ſed fortiter ac conſtanter in ſtatione ſua perſeverat; qui ſub protectione nominis Jeſu degit *ſtatorius miles eſt*; nullum periculum timet, & extra omnem telorum jactum ſecurus conſiſtit; *Ad ipſam turrim juſtus, & exaltabitur*: Ad hanc turrim nominis Ieſu currit, non quilibet ſed juſtus, qui auxilium, & protectionem nominis Ieſu promeretur. Et exaltabitur victorioſus ab omni hominum, ac dæmonum hoſtilitate.

Beda. *Nomen Ieſu turris fortiſſima ad ſuos t..endos.*

---

Purificatio Virginis Mariæ.

## QUÆSTIO X.

*Quare in circumciſione Chriſti nulla fit mentio legis; maximè verò nun- in ejus præſentatione, ac Purificac tione Mariæ Virginis.*

45 IN hoc ſecundo capite noſter ſacer Evangeliſta ſcribit Chriſti D. circumciſionem, ac ejus præſentationem in tempore, cum purificatione Sanctiſſimæ ejus Matris etiam in templo, de quibus latè dixi, tom. . lib .cap. 50 per 24. quæſtiones. Et in his præclariſſimis actionibus id maximè conſiderandum, quòd dum de circumciſione agitur, nulla fit mentio legis; ſic habet Sacer Textus: *Poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur puer*: At dum de purificatione Virginis Mariæ, ac præſentatione Sanctiſſimi Pueri agitur, per tres vices de lege fit mentio: *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi*: Iterum, quòd Maria, & Ioſeph *tulerunt puerum Ieſum in Ieruſalem, ut ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini*: Tertiò dum de oblatione agitur: *Par turturum, aut duos pullos columbarum: ut dictum eſt in lege Domini*. Circumciſio, ac præſentatio præſcripta erat in lege; quare ergo in Circumciſione de lege nulla fit commemoratio; maximè verò in præſentatione pueri, ac purificatione matris, & hîc tot repetitis vicibus nominabitur lex?

Luc. 2.

*Difficultas quæſtionis.*

46. Reſpondeo, quòd ſi rem bene conſideres, invenies diverſa eſſe motiva in præcipienda circumciſione, ac præſentatione: Nam circumciſio fuit inſtituta à Deo in ſatisfactionem delectationis, ac concupiſcentiæ carnalis, ad delendum ipſum peccatum, ut cum D Thoma 3. p. q. 62. a. t. 6. ad 3 & q 70. art. 4. docent. Caietan. Soto Ledeſma, Suar. tom 3. ad 3. p. diſput. 10. ſect 1 §. *Dico* 2. At verò præſentatio præordinata eſt à Deo, in ſignum magnæ gratitudinis, ac gratiarum actionem, quia Deus filios Iſraël eduxit de captivitate Ægyptiaca, ac liberavit à Pharaonis jugo, interficiens omne Ægyptiorum primogenitum, ſic dicitur Exod. 13. n 15. *Cùm nollet Pharao nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti: idcircò immolo Domino omne, quod aperit vulvam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo*: Cùm ergo circumciſio eſſet inſtituta in remedium peccati, & Chriſtus circumcidatur, nulla de tali lege fit commemoratio; quia ſumma puritas Chriſti aliena erat ab omni umbra peccati; at verò pueri præſentatio, ejuſque redemptio ordinata eſt in gratificationem, ac gratiarum actionem ob libertatem quam Deus piiſſimè ſuo populo conceſſit: Inde in præſentatione pueri Ieſu multipliciter repetitur talis legis, quia ille ut ſupremum caput totius generis humani referebat gratias ſuo æterno Parenti, pro ingenti beneficio hominum ſalutis, ac libertatis à captivite dæmonum, dum ipſum miſit in mundum, ut eorum Salvatorem, ac Redemptorem; lex, quæ involvit peccatum Chriſto deſtituitur, quæ verò gratificationem dicit ab eo admittitur, qui ut noſtrum caput ſemper pro nobis gratias patri perſolvebat.

D. Thom. Caietan. Soto. Ledeſma. Exod 13. E

Exod 13.

*Chriſtus ut caput generis humani pro nobis gratias referebat Patri.*

47. Tranſacto diluvio, egrediens Noë de Arca *ædificavit altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare*: Geneſ. 8. n. 20 In quo holocauſto magna, & ampla erat animalium, multitudo; cur ergo ſolus Noë tantam victimarum copiam obtulit, nonne etiam ipſe habebat filios Sem, & Iaphet, & juxta ſententiam D. Hyeronimi & Rabbani Sem erat Melchiſedech; ſi ergo habebat unum filium qui ſummo Sacerdotio fungebatur, in ſacrificio tam amplo, in quo tot, & tantæ, ac tam variæ animalium ſpecies includebantur, cur non aſſumitur ipſe in ſocium, ac coadjutorem Rupertus lib. 4. cap. 27. ait: *Holocauſta; quæ obtulit Noë Domino gratiarum actiones fuerunt, ſua præſentia beneficiorum memoriam confitentes, ut dignum erat, & quia non ſolum hominem, ſed propter hominem, jumentorum quoque & cunctorum animalium reliquias ſervaverat*, &c. Sem qui Melchiſedech habetur, ſummus Sacerdos offerat ſacrificia in templo pro peccatis, ac in recognitionem Divinæ, ac ſupremæ majeſtatis, at in gratificationem pro beneficiis factis humano generi quod Deus ipſum ſervaverit, ac cuſtodierit à diluvio, hoc videtur pertinere ad caput, ac principem totius generis humani, ut erat Noë, ipſe præ omnibus ſacrificium Deo conſecrat.

Gen. 8.

D. Hieron. Rabban.

Rupert.

*Princeps, ac caput pro ſuis debet dare gratias Deo.*

---

## QUÆSTIO X.

*Quare exereſsè dicitur, quod ſecundùm legem Moyſi, tulerunt puerum Ieſum in Ieruſalem?*

48. AIt Sacer Text. *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi, tulerunt puerum Ieſum in Ieſum, ut ſiſterent eum Domino*, Ecce Sanctiſſima Dei Mater expiatur communi more, & ſancte redimitur puer



Deus præſenti munuſculo: quamvis immunis à legum nexu, id tamen adimplent, ne legem violaſſe videantur; bonæ mentis laus eſt, ut caveant viri magni, ac piè religioſi levem peccati famam. Sic D. Hieronymus admonet Epiſtola 2. ad Nepotianum. *Cave quidquid probabiliter de te fingi poteſt.* Hoc maximè cavet Chriſtus, in unguenti profuſione, quod à Magdalena piè factum calumniatur Judas; *Vt quid perditio hæc?* Matth. 16. n. 9. Joan. 12. n. 4. Suſpicabatur malignus proditor Magiſtrum deliciarum amantem eſſe, inde cavillandi occaſio deſumpta eſt: ſed ſtatim occurrit Chriſtus *ad ſepeliendum me fecit* ibidem n. 22. falſam calumniam refutans cogitans, ac diſſerens de morte ſua, ad quam totum illud opus dirigebatur Rupertus lib. 10. in Matth. *Falſum locutus eſt, fruſtra calumniatus eſt: quoniam illi, qui unguentum admiſit, non erat ibi delectatio profuſionis, ſed meditatio vicinæ mortis quod notum eſſe voluit: dicens ad ſepeliendum me fecit.*

*Vir magnus de bona fama & opinione agit.* D. Hieron.

Matth. 26. Ioan.

49. *Secundùm legem Moyſi*: Lex erat lata pro quolibet puro homine, veluti puro peccato originali, ut Deo offerretur, ac redimeretur oblationibus turturum, aut columbarum, ſed princeps legum Deus tali lege non tenebatur, cùm non eſſet purus homo, ſed verus Deus, ac homo ſuper omnem legem, at omnino puriſſimus, at immunis ab omni macula, ac defectu, proindeque lege erat Superior, minimeque ad illam tenebatur; & tamen ſcribitur: *Secundùm legem Moyſi tulerunt puerum Ieſum in Ieruſalem*: Moraliter dico: Lex jam in proximo ruitura erat, cum ipſa extra ſuos limites, ac ſphæram voluit tranſilire, & ad filium Dei, qui erat ſuper omnem legem, manum extendere; jam exinde ejus interitus inaugurabatur maxime res perdurat, dum inter ſuos ambitus coarctatur; at verò ſi extra illos evagatur, in ruinam, & mortem incidit: ait Deus per Oſeam 14. num. 14. *Ero mors tua, ô mors, morſus tuus ero, inferne.* Introducitur Chriſtus D. loquens ad mortem, ut exponunt D. Hieronym. Haymo, Hugo, Rupertus, Lyranus. Vatabl. Arias, cum D. Auguſtin. ſermon. 157. & cur Chriſtus loquens ad mortem, ait, illi, quod erit *illius mors*? Vide, mors introducta eſt ad delendos, ac perdendos homines puros, & cum ipſa extra ſuas metas tranſivit, ut in filium Dei manum mitteret, inde ipſi morti mors, & interitus obvenit. Ad hoc reſpicit D. Bernardus ſerm. 26. in Cant. & ſic ait: *Mortua es ô mors, & perforata hamo, quem incaute glutiſti, cujus illa vox eſt in propheta: ô mors ero mors tua; morſus tuus ero inferne.* Expende illa verba: *perforata hamo, quem incautè glutiſti*: cum in cautè deglutire voluit, quem ad ſe non pertinebat, inde mors mortua eſt, ac interitu perempta, ac abolita. Vide multa in noſtris libris verb. *Officium.*

*Si res tranſierit ſuos terminos, ac fines, deperditur, & moritur.*

Oſeas 13. D Hieron. Haymo. Hugo. Rupert. Lyran. Vatabl. Arias. D. Auguſt.

D. Bernard

---

## QUÆSTIO XI.

*Quare pro puero Ieſu offertur pauperum oblatio, par turturum, aut duo pulli columbarum?*

50 SUpremus Dominus dives in omni bonitate, ac majeſtate, dum fertur in Templum pro eo fit pauperum oblatio, quæ erat par turturum, aut duo pulli columbarum. Vt habetur Levitic. 12. n. 8. *Quod ſi manus mulieris non potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocauſtum, alterum pro peccato.* Et de hoc latè egi, citato cap. 5. q. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. Et ibi q. 15. citata explicavi verba quod munera, aurum, thus, & myrrha à Magis oblata, non fuerint ſalvata à Sanctiſſima Virgine, ſed in pauperes diſtributa. Pauperum dona pro Chriſto offeruntur in Templum, venit Chriſtus in mundum, in ſumma humilitate, paupertate, & ideo naſci voluit in præſepio, proindeque pauperum ſtatui, ac conditioni accommodatur oblata egenorum ſecum afferens.

Levit. 12.

51. Deinde conveniens fuit talis oblatio pro evitanda aliqua ſuſpicione, ac rumore populi, nam Chriſtus D. & ejus Mater Sanctiſſima pauperrimam vitam agebant, ſi magnifica divitum oblata offerrent apud imperitos, & rudes homines myſteria neſcientes, aliquid mali ſuſpicarentur: ergo ſapientiſſimè talis ſuſpicio, etſi fortè eſſet levis, fuit omnino evitanda, Vxor Sancti viri Tobiæ ſenis accipiens hœdum tulit in domum ſuam: *Cujus cum vocem balantis vir ejus audiſſet, dixit: ne fortè furtivus ſit, reddite eum dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut contingere.* Tobiæ 2. n. 21. Ex quo non levis quæſtiuncula ſuboritur; an Tobias aliquid ſiniſtrè de uxore ſuſpicatus eſſet, & pro Tobia excuſando maximè pugnant Lyran. Salian. anno 3332. n. 5. Serarius q. 8. Nec enim poteſt præſumi, ſanctum Senem leviter in talem ſuſpicionem incidiſſe; unde ergo talis cogitatio ei in mentem ſubdit; ex magno ſane fundamento, ipſe optimè ſciebat ſe non habere nec greges, nec oves, nec capreas, & ſciebat in domo ſua hædum, cujus vocem audiebat, inde optimè conjecturabat, ne fortè furtivus eſſet; nam ut vulgari proverbio dicitur: Qui non habet capreas, & hædos vendit; unde illi obveniunt.

Tob. 2.

Lyran. Salian. Serar.

*Furti dat ſuſpicionem, cui retinet hœdos ſine grege caprarum.*

52 Introducit Zacharias Propheta cap. 4. n. 2. & 3. Angelum ſibi loquentem, qui dixit ad eum. *Quid tu vides? & dixi; vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ejus ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernæ ejus ſuper illud: & ſeptem infuſoria lucernis, quæ erant ſuper caput ejus. Et duæ olivæ ſuper illud: una à dextris lampadis, & una à ſiniſtris ejus*: Quæ cùm vidiſſet Propheta & illius intelligentiam non calleret, nec perciperet, ait ad Angelum, qui loquebatur cum eo: *Quid ſunt hæc, Domine mi?* Reſpondit Angelus: *Nunquid neſcis, quod hæc ſunt?* Quod Angelus fatur, ut notant Ribeira, Cornelius, & alii interpretes ibi, quòd rem claram & ſatis perſpicuam non capiat, & intel-

Zachar. 4.

Ribeira. Cornel.

intelligunt ; & rectè ſane Angelus admiratur hominis tarditatem, quòd in ſtuporem, rapiatur, cùm videat in candelabro ſatis elaborato

*Mali dat ſuſpicionem qui fulget ſine oleo & oliveto.*

ſeptem lucernas ardentes, ac præfulgentes, cùm adſint ſeptem infuſiora plena oleo, ex quo foveantur, ac nutriantur, & inſuper cum in proximo ſint duæ olivæ ad providendum ſi quid deerit ; quis fulgeat, ſi habet oleum, & oliveta non mirum ſane. At verò ille, qui caret oleo, & olivetis, & tamen veſtitu, & apparatu ſplendidos ſui fulgores emittit, unde illos valeat alere ac nutrire, valdè mirabile ; & inde valdè agnatum & familiare eſt hominibus, curioſè ſciſcitari, & perquirere, unde huic tantus ſplendor, honor, gloria, opulentia, ac rerum abundantia ? Unde optimè, & appoſitè dixit Seneca Epiſt. 20. *Huc ergo cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc apta, ut contentus ſis temetipſo, & ex te naſcentibus bonis.* Quiſquis fulgeat, & niteat juxta ſuam fortunam, ne ſui malum det odorem.

## QUÆSTIO XII.

*Quare ſanctus Simeon dicitur Spiritu ſancto plenus expectans conſolationem Iſraël, cum accepiſſet puerum Jeſum in ulnas ?*

53.
Text.

AD ſanctum Simeonem convertit ſermonem Evangeliſta ; & ait de ipſo num. 25. Quod erat *juſtus, & timoratus expectans conſolationem Iſraël, & Spiritus ſanctus erat in eo* &c. *Cùm inducerent puerum Jeſum parentes ejus ; ipſe accepit eum in ulnas ſuas, & benedixit eum, & dixit*, &c. De quibus multa tractavi citato cap. 5. q. 17. 18. 19. & 20. Nunc verò ex abundantiâ adde.

54.

*Expectans conſolationem Iſraël* : Ut verus Pontifex, non ſuam propriam conſolationem, ſed Iſraëlis expectabat, non pro ſe, ſed pro communi bono erat ſolicitus, pro quo audien-

Eligius.

dus eſt Eligius Noviomenſ. homil. 2. loquens de S. Simeone, ubi ait : *Qui excreverat in tantum juſtitiæ culmen, ut non jam ſolummodo ſuam ſed etiam totius populi Iſraëlis, quæreret ſalutem; & adventu Chriſti expectaret conſolationem*, Expende illud : *Qui excreverat in tantum juſtitiæ culmen* : nullum ſanè majus quàm de bono

Cantic. 2.

populi agere. Ait divina Sponſa Cantic. 2. n. 1. *Flores apparuerunt in terra noſtra*, n. 15. & iterum : *Vox turturis audita eſt in terra noſtra*: Non ait, in terra mea, ſed in terra noſtra flores, odores, ac felicitates non ſibi ſoli, ſed

D. Bernard.

omnibus quærebat, ut ponderat D. Bernard.

Jonas 2.

ſerm. 58. in Cantica. Clamat Jonas 3. num. 4.

*Viri boni de ſe, ſed de communi bono agunt.*

*Adhuc & poſt quadraginta dies Ninive ſubvertetur* : Quid tunc cives ? Urbem ne fugiunt, ſalutem aliqui ex eis, ut fuga ſalutem redimant ? non id patitur amor regni, ac civitatis ſeu patriæ, ſed jejunio, ac cilicio ſe macerant, ut civitatem, ac communem utilitatem ſervent.

D. Ambroſ.

D. Ambroſ. ſerm. 85. & ait : *Sapienter, ut quæ civium peccatis vexabatur, civium orationibus ſalvaretur : juſtum enim erat, ut quos fuerat paſſa peccatores, eoſdem haberet defenſores :* Boni viri ſalvo regno, ſalvaque civitate, ſalvos ſe eſſe putant ; & ideò dùm de bono civitatis agunt de proprio bono agere ſe exiſtimant.

55.
*Ab Spiritu Dei venit, quod homo agat pro bono communi.*

*Et Spiritus ſanctus erat in eo* : Verè homo agitur à Divino Spiritu, qui bonum univerſale curat, & qua poteſt manu de illo agit ; Habes judices à Deo electos, patriæ ſervatores homines à Divino Spiritu excitatos. De Othoniele vindicante populum à poteſtate Regis

Iudic. 3.

Meſopotamiæ, ait Text. Judic. 3. n. 10. *Fuit in eo Spiritus Domini* : De Gedeone devaſtante

Iudic. 6.

Madianitas pro libertate Iſraëlis 6. num. 34. *Spiritus Domini induit Gedeonem* : Similiter de

Iudic. 11.

Jephte pugnante contra Ammonitas cap. 11. n. 29. *Factus eſt ſuper Jephte Spiritus Domini.*

Iudic. 13.

Hoc eodem Spiritu motus Samſon Judic. 13. n. 25. *Cæpitque Spiritus Domini eſſe cum eo* : contra Philiſthæos. Quid Reges ? Saulem bonus obarmat ſpiritus adversùs Ammonitam.

1. Reg. 11.

1. Reg. cap. 11. n. 5. *Inſiluit Spiritus Domini in Saül.* Sicque Spiritus Divinus Davidem Regem dirigit, per cumque verba loquitur.

2. Reg. 23.

2. Reg. 23. n. 2. *Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo ejus per linguam meam* : benè pro patria, ac regno ſudat bonus miles, quem magnus urget Spiritus Dei ad rem agendam.

56.

*Accepit eum in ulnas ſuas* : & ſi Simeon multùm ſenex puerum in manibus acceptaret, non gravabatur, ſed potiùs alleviabatur, & magno decore, ac honore ſublimabatur. Huc

D. Bernard.
*Divina portare non eſt onus, ſed levamen.*

advoco id quod dixit D. Bernardus, ſerm. 7. in Pſalm. 90. *Cui*, ſcilicet Chriſto, *ſervire, regnare eſt ; geſtare hunc, non onerari, ſed ornari eſt*: Video ſacerdotes arcam humeris impoſitam

Joſue 6.

Jordanem tranſire. Joſue 6. numer. 12. *Igitur Joſue de nocte conſurgente, tulerunt Sacerdotes arcam Domini*, &c. Idque ex Dei juſſu, non verò ex Levitico ritu ; nam arcam portare Levitis erat onus præſcriptum ex lege, ut

Num. 4.
Abulenſ.

patet ex num. cap. 4. num. 15. & probat ibi Abulenſis quæſt. 2. Cur non quæruntur Sacerdotes ſe ſub onere alieno preſſos eſſe, nam arcam portare, non ſui muneris erat, ſed ad

D. Auguſt.

Levitas ſpectabat. Optimè D. Auguſtinus lib. 2. de Mirabil. cap. Tacent ; nec muſſitant Sacerdotes. *Cum arcæ oneri decorati plebem reliquam præcedentes Sacerdotes ingrediuntur*: maximè ſe honoratos credebant ſacerdotes, ſi re ſacra onerati pergerent, viam populo demonſtrantes.

57.

Res enim quæ ad Dei cultum pertinet, etſi oneroſa, ac vilis videatur, non deprimit, nec onerat, ſed honorat, ſublevat, ac extollit. Hebræo Pontifici mandatur circà accenſam lucernam : *Collocabunt eam Aaron, & filij ejus, uſquè mane luceat coram Domino* : Exod. 27.

Exod. 27.
*Sacris ſervire nunquam vile, ſed valdè magnificum.*

n. 20. Signate dicit concinnandam lucernam eſſe à Pontifice, ac Sacerdotibus in oculis Domini. Caïetan. inquit. *Ne vile officium Sacerdotibus & Pontificibus, imponi videatur. Facies enim Jehovah dignitatem maximam confert, officio componendi lucernam ad ardendum.* Servire Deo nunquam vile, ſed valdè magnificum.

QUÆSTIO



## QUÆSTIO XIII.

*Quare ſanctus Simeon poſtulat mortem cum maximè timenda ſit ab omni homine ?*

58.

DE verbis ſancti Simeonis : *Nunc dimittis* : & ſequentibus, dixi tom 1. in Evang. c. 6. q. 17. In præſenti expendo verba illa : *Nunc dimittis, Domine, ſervum tuum in pace* : Laudo ſenem pietatis celebratæ, qui ſuſcepto in ſinum

Guarric.
*Cum pueri Jeſu amore liquefactus eſt Simeon.*

Dei infantulo, ardens amat, & amans cantat : *Prorſus liqueſcebat ad amplectentis amorem quaſi ad ignem* : Ait Guarricus Abbas ſerm. 2. de Purificatione.

59.

Ait. *Nunc dimittis ſervum tuum Domine*: Mortem poſtulat, cur non potiùs longam vitam, ut Chriſti præſentia fruatur, ſed diſcedere, & in-

Guarric.

ferni cavernas non timet ? Guarricus Abbas ſerm. 5. de Purificat. Mariæ, ait : *In brachia eum portans dixit : Nunc dimittis ſervum tuum Domine ſecundùm verbum tuum in pace, cupio diſſolvi, & ejus adventum expectare* : Ex quo tantum donum accepit in manibus, nullum verbum Domini fugit, ſed pro illo libentiſſimè ſtat etiam ſi aſperum ſit ? eſto demorte ſubeunda ſit, ac de tenebris inferni ſuſtinendis, cùm carentia præſentiæ dilectiſſimi pueri Jeſus, dummodo præceptum ſui exilii benefactoris Jeſu adimpleatur, ſic eximiè voluntati, ac diſpoſitioni illius adaptabatur, ac componebatur. Vide ſupra Matth. 8. quæſt. 1. n. 1. & Matth. 20. q. 2. n. 7.

60.
D. Cyr Jer.

Secundò : *Nunc dimittis ſervum tuum Domine.* Quæ verba differens D. Cyrillus Jeroſolymit. orat. de Simeone ; exiſtimat ſimilia verba fuiſſe dicta ab Adamo, cum in Limbi obſcuritate detentus redemptorem Jeſum advenientem agnovit : Et ſic ait: *Exultat Adamus Chriſtum per Simeonem ejuſmodi oratione alloquens* : Nunc dimittis ſervum tuum Domine:

*Chriſtò adveniente lætatur Adamus ex tali redemptore.*

*Nunc ab æternis illis vinculis me abſolvis : nunc à corruptione, & interitu me erigis : nunc ab omni mærore me expedis* : Adamus ex pœna mortis, ac illis pœnis contractis ſibi ac ſuis propter peccatum ſuum multas triſtitias, ac mœrores comparavit : cùm verò nunc videat ſe talem redemptorem obtinere, inde maximè gaudet, & exultat, dicens cum Simeone : *Nunc dimittis ſervum tuum Domine*: omni dolore, ac afflictione, *Nunc me abſolvis ab æternis illis vinculis, nunc à corruptione, & interitu me erigis : nunc ab omni mœrore me expedis.*

61.

Tertiò : Conſidera, quod Simeon appellat Chriſtum *Salutare Dei, & lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraë* : & ſta-

*E manibus Virginis gratia, & gloria.*

tim infrà n. 34. ait : *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum* : Videtur in his ſub latere quædam contradictio, ſi ipſe eſt ſalutare, lumen, & gloria ; quomodo datus eſt in ruinam multorum ? Cùm Simeon puerum accepit ex brachiis virgineis, ipſum ſalutare, lumen, & gloriam appellat ; At verò cùm Simeon puerum conſiderat in ulnis ſuis, ad eumque loquitur :

D. Bernard.

*Ecce poſitus eſt hic* : Tunc, in ruinam, dicit, & agnoſcit, ad hoc tendit D. Bernard. ſerm. 2. de Purificat. ſic loquens ad Chriſtum : *Hodie placabilis & Deo placens hoſtia* : Ecce cùm manibus Virginis offertur, ſalutare omnium lumen, & gloria eſt : ruina verò dicitur, cùm in manibus Simeonis habetur è manibus Virginis gloria, & gratia, ac lumen manat, è manu verò hominis multorum ruina, ac perditio infertur.

62.

Quartò : Valde mirum ſanè, quod habens Simeon in manibus expectatiſſimum Jeſum ; relicto ipſo omnium ſalutari affectet diſcedere ab hac vita, ut in tenebroſam regionem deſcendat, ô bone ſenex cur non magis anhelas cum præſente Jeſu aſſiſtere, quàm ad cavernas infer-

S. Amad.
*De Spiritu Dei venit, quod de aliorum ſalute agatur.*

ni deſcendere. Sanct. Amadæus hom. 1. de laudibus Virgin. Mariæ, ait : *Simeon accipiens in ulnis ſuis expectatum Jeſum precabatur ſui corporis diſſolutionem : quo liberiùs effracto mortali domicilio, prægustata dulcedine frueretur, & natum Salvatorem, quem apud Superos prædicabat, habitaotibus in regione umbræ mortis nuntiaret.* Ubi Jeſum accepit in manibus, ab ipſo hauſit, & accepit, ut non ſolùm inter viventes ipſum prædicaret ſed etiam anxiè curat ab hac vita diſcedere, ut ipſum valeat nuntiare habitantibus in regione umbræ mortis, eoſque tam feliciſſimo nuntio recreare & mirificè lætificare.

63.
Matth. 1.

Angelus apparens Joſeph ait Matth. 1. n. 20. *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet enim filium, & vocabis Jeſum : ipſe ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Et unde

*Jeſus oſtenditur Dei filius in procuranda ſalute aliorum.*

probat Angelus, quod conceptus in utero Vrginis Mariæ ſit ex Spiritu ſancto, ac filius Æterni Patris; ex his, nempe, quæ adjungit, quia totus operam ſuam impendet in aliorum ſalutem, ut eos ſalvos faciat, ac cœleſti gratia recreet.

Orig nes.

Origenes hom. 7. in Lucam ait : *Si tantummodo fuiſſet in Mariæ utero, & non Dei filius, quomodo poterat fieri, ut & illo tempore, & nunc, non ſolùm corporum ſed etiam animarum morbi multiplices curarentur ? quis noſtrum non incredulus, qui nunc propter Chriſtum juſtitiam habemus, ſequimurque juſtitiam.* Inde Jeſus Filius Dei demonſtratur, quia totus datus eſt in aliorum ſalutem, ac eorum bonum ſalutiferum procurandum.

CAPUT

# CAPUT III.

1. ANno autem quintodecimo imperii Tiberii Cæſaris, procurante Pontio
Pilato Judæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre
ejus Tetrarchâ Ituræ, & Traconitidis regionis, & Lyſania Abylinæ Tetrarcha.
2 Sub principibus ſacerdotum Anna & Caïpha: factum eſt verbum Domini ſuper
Joannem Zachariæ filium, in deſerto. 3. Et venit in omnem regionem Jordanis,
prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. 4. Sicut ſcriptum eſt
in Libro ſermonum Iſayæ prophetæ. Vox clamantis in deſerto: Parate viam Do-
mini: rectas facite ſemitas ejus. 5. Omnis vallis implebitur: & omnis mons, &
collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas. 6. Et vide-
bit omnis caro ſalutare Dei. 7. Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut baptizaren-
tur ab ipſo: Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? 8 Fa-
cite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cæperitis dicere: Patrem habemus
Abraham. Dico enim vobis, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios
Abrahæ. 9. Jam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt, omnis ergo arbor
non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. 10. Et interrogabant
eum turbæ, dicentes quid ergo faciemus? 11. Reſpondens autem, dicebat illis: qui
habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. 12. Ve-
nerunt autem, & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum. Magiſter,
quid faciemus? 13. At ille dixit ad eos: Nihil ampliùs quàm quod conſtitutum
eſt vobis, faciatis. 14. Interrogabant autem eum & milites dicentes: quid faciemus
& nos? & ait illis: Neminem concutiatis, neque calumnias faciatis: & contenti
eſtote ſtipendiis veſtris. 15. Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in
cordibus ſuis de Joanne, ne fortè ipſe eſſet Chriſtus. 16. Reſpondit Joannes dicens
omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me, cujus non ſum
dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus, ipſe vos baptizabit in Spiritu ſan-
cto, & igni. 17. Cujus ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream ſuam, &
congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibi-
li. 18. Multa quidem, & alia exhortans evangelizabat populo. 19. Herodes autem
tetrarcha cùm corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris ſui, & de omnibus
malis quæ fecit Herodes 20. Adjecit, & hoc ſuper omnia, & incluſit Joannem
in carcerem. 21. Factum eſt autem cùm baptizaretur omnis populus, & Jeſu bapti-
zato, & orante, apertum eſt cœlum. 22. Et deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpe-
cie ſicut columba in ipſum: & vox de cœlo facta eſt: Tu es filius meus dilectus,
in te complacui mihi. 23. Et ipſe Jeſus erat incipiens quaſi annorum triginta, ut
putabatur, filius Joſeph, qui fuit Heli. 24. Qui fuit Mathat, qui fuit Levi, qui
fuit Melchi, qui fuit Joanne, qui fuit Joſeph. 25. Qui fuit Mathathiæ, qui fuit
Amos, qui fuit Naum, qui fuit Heli, qui fuit Nagge. 26. Qui fuit Mahath, qui
fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Joſeph, qui fuit Juda. 27. Qui fuit Joan-
na, qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri. 28. Qui fuit
Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſan, qui fuit Elmadan, qui fuit Her. 29. Qui
fuit Jeſu, qui fuit Eliezer, qui fuit Jorim, qui fuit Matath, qui fuit Levi. 30. Qui
fuit Simeon, qui fuit Juda, qui fuit Joſeph, qui fuit Jona, qui fuit Eliakim. 31. Qui
fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathata, qui fuit Nathan, qui fuit Da-
vid. 32. Qui fuit Jeſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit
Naaſſon. 33. Qui fuit Aminadab, qui fuit Aran, qui fuit Eſron, qui fuit Phares, qui
fuit Judæ. 34. Qui fuit Jacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui
fuit Nachor. 35. Qui fuit Saruh, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleh, qui fuit Heber,
qui fuit Sale. 36. Qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë,
qui fuit Lamech. 37. Qui fuit Mathuſale, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui
fuit Malaleel, qui fuit Cainam. 38. Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit
Adam, qui fuit Dei.

*ARGV*



*ARGUMENTUM*
*Cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Deſcribit Evangeliſta prædicationem, & baptiſmum Joannis Baptiſtæ, quo homines diſpoſuit ad gratiam Chriſti, illamque eis indicavit. De quo egi tom. 1. in Evangel. lib. 3. cap. 1. & ſupra Matth. 3.

*Secundò, Verſ.* 21. Narrat Chriſtum à Joanne baptizatum, ac Spiritum ſanctum ſub columbæ ſpecie ſuper eum deſcendentem, ſimulque Patris vocem auditam. De quo egi tom. 1. in Evang. lib. 3. cap. 2. & ſupra Matth. 3.

*Tertiò, Verſ.* 14. Genealogiam Jeſu à Joſeph uſque ad Adamum perrexit, quam explicavi tom. 1. in Evang. lib. 1. c. 2. & hîc Matth. 1.

# CAPUT IV.

1. IEſus autem plenus Spiritu ſancto, regreſſus eſt à Jordane, & agebatur à Spi-
ritu in deſertum. 2. Diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil man-
ducavit in diebus illis: & conſummatis illis eſuriit. 3. Dixit autem illi diabolus,
ſi filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat. 4. Et reſpondit ad illum Jeſus, ſcriptum
eſt, quia non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo Dei. 5. Et duxit illum dia-
bolus in montem excelſum, & oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento
temporis: 6. Et ait illi, tibi dabo poteſtatem hanc univerſam & gloriam illorum:
quia mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa. 7. Tu ergo ſi adoraveris coram me, erunt
tua omnia. 8. Et reſpondens Jeſus dixit illi: Scriptum eſt. Dominum Deum tuum
adorabis, & illi ſoli ſervies. 9. Et duxit illum in Jeruſalem, & ſtatuit eum ſuper pin-
nam templi, & dixit illi: ſi filius Dei es mitte te hinc deorſum. 10. Scriptum eſt enim
quòd Angelis ſuis mandavit de te, ut conſervent te. 11. Et quia in manibus tollent
te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. 12. Et reſpondens Jeſus ait illi, di-
ctum eſt, non tentabis Dominum Deum tuum. 13. Et conſummatâ omni tentatio-
ne diabolus receſſit ab illo uſque ad tempus. 14. Et regreſſus eſt Jeſus in virtute Spi-
ritus in Galilæam, & fama exiit per univerſam regionem de illo. 15 Et ipſe docebat
in ſynagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. 16. Et venit Nazareth ubi erat
nutritus: & intravit ſecundùm conſuetudinem ſuam die ſabbathi in ſynagogam:
& ſurrexit legere. 17. Et traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ. Et ut revolvit librum,
invenit locum ubi ſcriptum erat. 18. Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit
me evangelizare pauperibus, miſit me, ſanare contritos corde. 19. Prædicare captivis
remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum
Domini acceptum, & diem retributionis. 20. Et cum plicuiſſet librum, reddidit mini-
ſtro, & ſedit: Et omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum. 21. Cœpit au-
tem dicere ad illos, quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. 22. Et om-
nes teſtimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebaut de ore
ipſius, & dicebant. Nonne hic eſt filius Joſeph? 23. Et ait illis, utique dicetis mihi
hanc ſimilitudinem, Medice, cura te ipſum quanta audivimus facta in Capharnaum,
fac & hîc in patria tua. 24. Ait autem, Amen dico vobis, quia nemo propheta accep-
tus eſt in patria ſua. 25. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in
Iſraël, quando clauſum eſt cœlum annis tribus, & menſibus ſex, cùm facta eſſet fames
magna in omni terra. 26. Et ad nullam illarum miſſus eſt Elias niſi in Sarepta Sidoniæ
ad mulierem viduam. 27. Et multi leproſi erant in Iſraël ſub Eliſæo propheta: & ne-
mo eorum mundatus eſt niſi Naaman Syrus. 28. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga
ira, hæc audientes. 29. Et ſurrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem & duxerunt
illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem civitas illorum erat ædificata, ut præ-
cipitarent eum. 30. Ipſe autem tranſiens per medium illorum, ibat. 31. Et deſcendit in
Capharnaum civitatem Galilææ: ibique docebat illos Sabbathis. 32. Et ſtupebant

in

in doctrina ejus: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. 33. Et in ſynagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamavit voce magna. 34. Dicens, ſine quid nobis, & tibi Jeſu Nazaræne? veniſti perdere nos? ſcio te quis ſis ſanctus Dei 35. Et increpavit illum Jeſus, dicens, obmuteſce, & exi ab eo. Et cum projeciſſet illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. 36. Et factus eſt pavor in omnibus, & colloquebantur ad invicem, dicentes, quod eſt hoc verbum, quia in poteſtate, & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt? 37. Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. 38. Surgens autem Jeſus de ſynagoga introivit in domum Simonis: Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogaverunt illum pro ea. 39. Et ſtans ſuper illam imperavit febri, & dimiſit illam. Et continuò ſurgens, miniſtrabat illis. 40. Cùm autem Sol occidiſſet, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum: at ille ſingulis manus imponens curabat eos. 41. Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu es Filius Dei: & increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. 42. Facta autem die egreſſus ibat in deſertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt uſque ad ipſum, & detinebant illum ne diſcederet ab eis. 43. Quibus ille ait, quia & aliis civitatibus oportet me Evangelizare regnum Dei; quia ideo miſſus ſum. 44. Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Deſcribitur quadragenarium Chriſti jejunium, & poſt illud tentatio trina Diaboli. De quo egi to. 1. in Evangel. lib. 3. cap. 3.

*Secundò Verſ.* 16. Veniens in Nazareth, ingrediens ſynagogam, ex Iſaia demonſtrat ſe eſſe Meſſiam, quod hìc eſt explicandum.

*Tertiò Verſ.* 24. Oſtendit, quòd nullus propheta acceptus ſit in patria ſua, quod comprobat exemplo Magnorum Parentum Eliæ & Eliſæi, & inde Nazaræi ex montis ſupercilio eum voluerunt lapidare, quod explicavi tom. 3. c. 31. Ubi egi de elogiis magni Parentis Eliæ, ſicut tom. 1. in Apocalypſ. cap. 7. q. 5. & cap. 11. q. 11. 12. 13. 14. & deinceps. Et t. 1. cap. 12. q. 18. & 19. & plura dicam. Deo dante, in tractatu de Principatu Eliæ.

*Quartò, Verſ.* 31. Prædicat Jeſus in Capharnaum, ibique curat dæmoniacum clamantem *Jeſu Nazarene.* De quo dixi ſupra Marc. 1.

*Quinto, Verſ.* 38. Curat Socrum Petri à febribus, alioſque infirmos mirabiliter ſanat à quocumque morbo, quod explicavi tom. 2. in Evangel. cap. 22.

*JESUS EX ISAIA*
*Demonſtrat ſe verum eſſe Meſſiam.*

*Luc.* 4. *n.* 16. Et venit Nazareth, ubi fuerat nutritus, & intravit ſecundùm conſuetudinem ſuam die Sabbati in Synagogam, & ſurrexit legere.

*Num.* 17. Et traditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ: & revolvit librum, & invenit locum, ubi ſcriptum eſt.

*Num.* 18. Spiritus Domini ſuper me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde.

*Num.* 19. Prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.

*VERSIONES.*

*Perſicus,* *n.* 17. Jeſus librum aperuit & vidit locum.

*Caïetan.* Explicavit locum.

*Alii ex Græco.* Aperuit librum, & vidit locum.

*Arabicus,* Spiritus quidem Dei, ob hoc me unxit, ut pauperibus Evangelium annuntiem; & me miſit, ut corde contritos ſanem.

*Perſicus.* Ut ſanarem contritos cordibus

*Syrus*



*Syrus* 19. Et conſolidem confractos per veniam.

*Perſicus.* Et liberationem captivis prædicens, &c. & confractos per remiſſionem confirmem.

*Arabicus.* Prædicarem captivis reditum. &c. Et diem acceptionis Domini Dei noſtri.

*Æthiopicus.* Ut videant cæci, & ut dimittam oppreſſos, & prædicem annum Domini electum.

*Alij.* Annum beneplaciti.

*EXPOSITIO I.*

1. *Venit Nazareth ubi fuerat nutritus*: Patria Chriſti appellatur Bethleem, quia in ea natus eſt; Nazareth, quia in ea nutritus, in Capharnaum, frequenter commorabatur, quia erat civitas valde ampla ad doctrinam evangelicam ſeminandam, Nazareth, & Capharnaum ſub provincia Galilææ erant: *& intravit ſecundùm conſuetudinem ſuam in ſynagogam*: quia ut notat Lyran. Synagoga erat locus orationis, & doctrinæ legis, quibus Judæi ſecundùm legis mandatum vacare debebant die ſabbathi; Chriſtus autem legem obſervare voluit, ut patet Matth. 5. (Lyran.) (Matth. 5.)

2. (Ianſen. Maldon. Menoch. Barrad. Cornel.) *Surrexit legere*: Janſenius, Maldonatus, Menochius, exiſtimant liberum eſſe apud judæos in ſynagoga, quod non unus tantum faceret verba ad populum, ſed plures ſucceſſivè: ſed potiùs dicendum eſt cum Barrada, Cornelio, hoc non eſſe omnibus licitum, ſed tantùm Doctoribus, ac Rabbinis; inde Chriſtus D. dixit Matth. 23. num. 2. *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi; quæcumque dixerint ſervate, & facite*: Chriſtus D. autem ingreſſus in ſynagogam pro ſua magna authoritate, ac nominis ſplendore, quia tanquam magnus propheta habetur. Luc. 7. n. 16. hoc erat licitum, & datum Chriſto. (Matth. 23.)

3. *Traditus eſt liber*: nempe, à miniſtro aſſiſtente, de quo fit mentio infra num. 20. *locus Iſaiæ Prophetæ*: nutu Dei, ac alto ejus conſilio *revolvit librum*: hoc eſt, aperuit librum non folium per folium reſolvendo, ſed ſtatim in hunc locum incidit. Cornelius contendit, quòd libri Hebræorum, non erant ſicut noſtri per folia diviſi, ac colligati, ſed liber unus, una erat membrana valde oblonga, & continua, quæ ſicut cylindrus ab initio uſque ad limen convolvebatur (uti modo apud nos convolvuntur noſtræ mappæ geographicæ) quam revolvere oportebat, ut legi, ac explicari poſſet, unde infra dicitur: *cùm plicuiſſet librum*: moris erat, perlecto textu Scripturæ, de eo Verba facere. (*Qualis erat Hebræorum liber.*)

4. (Iſal. 61.) *Spiritus Domini ſuper me propter quod unxit me*: locus eſt ex Iſaiæ 61. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me*: eo quod Spiritus ſanctus ab exordio ſemper fuit in Chriſto à primo inſtanti ſuæ Incarnationis, non viſibili oleo, ut fiebant Pontifex, vel Rex, ut notat D. Auguſtinus lib. 3. contra Maxim. c. 16. ſed inviſibili oleo per Spiritum ſanctum unione, nempè, hypoſtatica, quæ eum fecit ſubſtantialiter ſanctum, ac Divinum, & verum Deum, ex hac unione manavit in Chriſto plenitudo omnium gratiarum, quæ ab ipſo ut capite, ac fonte diffunditur in omnes Sanctos. Ita D. Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap. 26. D. Athanaſius oratio. 1. contra Arian. Hæc autem unctio viſibiliter, ac publicè, ut ait D. Auguſtin. lib. 15. de Trinit. cap. 26. demonſtrata eſt in Baptiſmo cùm ſuper eum Spiritus Sanctus corporali ſpecie columbæ deſcendit. (De Auguſt.) (D. Baſil.) (D. Athana.)

5. (D. Hieron.) (Beda.) *Evangelizare pauperibus*: D. Hieronimus Beda legunt: *Manſuetis*: ſimpliciter intelliguntur pauperes; Quod Principes Judæorum contemnebant. *Sanare contritos corde*: ſcilicet, ut ſanem, ac conſoler eos, qui ob ſua peccata, ac durum onus legis Moſaicæ, & ignorantiam divinarum rerum, preſſi, ac afflicti ſunt animo.

6. *Captivis redemptionem*: peccatoribus, nempe, qui à peccato, ac dæmone captivi detinentur; *Cæcis viſum*: tam corporaliter viſum reddendo, quàm etiam & præcipuè ſpiritualiter mentem interiùs illuminando, propulſatis errorum, ac ignorantiæ tenebris, oſtensâ ſalutis viâ, *& dimittere confractos in remiſſionem*: hoc eſt maximè vulneratis, & obſtrictis peccatorum onere, interveniente auxilio divinæ gratiæ dare remiſſionem. *Annum placabilem*: ſeu beneplaciti: ut alij legunt fit alluſio ad annum Jubilei, per quod ſignificatur totum tempus prædicationis, ac legis Evangelicæ, quod eſt tempus gratiæ, miſericordiæ, pacis, ac reconciliationis, de quo ait Apoſtolus: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* 2. Cor. 6. num. 2. (*Altera lectio.*) (2. Cor. 6.)

7. Rogabis tamen: Cur tam dilatum tempus: quo Evangelium perdurat, annus vocatur? Reſpondeo cum communi ſententia, quod fit alluſio ad annum Jubilæi, qui in quinquageſimo anno recurrebat, interque Judæos erat valde celebris, & annus remiſſionis, vel libertatis dicebatur, ut habetur Levitic. 25. num. 10. *Sanctificabis annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem*, id eſt, libertatem; *cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipſe enim eſt Jubileus*: dicebatur autem annus remiſſionis, ſeu libertatis, quia eo adveniente, ſervi ſuam libertatem recuperabant, & venditores ad ſuas perantiquas poſſeſſiones redibant. Nam ſolebant Judæi agros, ac ſimilia bona immobilia, uſque ad annum tantummodo jubilei vendere, ne ſortes & hæreditates permiſcerentur, ac proinde jubilei anno, onus poſſeſſionis venditæ reddebant primo domino; Iubileus autem idem eſt ac remiſſio, ſeu libertas, & ideo pro Iubileo, vertunt Septuaginta: *Remiſſionem & libertatem*: & conſentit D. Hieron. lib. 2. in Iſaiam ad initium cum Ioſeph. Antiquitat. lib. 3. cap. 10. (Levit. 25.) (Septuaginta.) (De Gregor.) (Ioſephus.)

8. (Hebr.) (D. Hilar.) (Origines.) *In diem retributionis*: Aliqui ex Hebræo legunt: *diem ultionis*: quod D. Hilarius in Pſal. 52. & 62. Origenes Levit. 9. referunt ad ultimum diem judicij, quia eo die retribuet Chriſtus unicuique prout promeretur, ulciſcetur peccata omnia; Tamen cùm Iſaias de primo Chriſti adventu loquatur; ſic explicandum, quòd hic primus ſacratiſſimus adventus fuit dies retributionis, & ultionis, qua Deus ultus eſt homines de inimicis ſuis tyrannis, ſcilicet, dæmonibus, quos perdidit, & principatu

ſuo expoliavit. De hoc primo Chriſti adventu loquens Iſaias 35. num. 4. (Iſai 35.) *Dicite puſillanimes, confortamini, nolite timere: ecce Deus veſter ultionem adducet retributionis, & ſalvabit vos:* (Coloſſenſ. 1.) Paulus ad Coloſſenſ. 1. num. 15. ſcribit, & ait: *Expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo:* & Chriſtus D. ait: *Nunc judicium eſt mundi:* (Ioan. 12.) *nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Joan. 12. num. 31.

---

## QUÆSTIO I.

### *Quare tam inſigniter dicitur, quòd Chriſtus D. in Nazareth docuerit, ac prædicaverit?*

9. LIcèt Chriſtus D. per varia loca in Synagogis docuerit, ac prædicaverit; tamen inſigniter hîc dicitur, quod in Nazareth civitate ſua, verba habuerit, prælecto Iſaiæ loco, ut moris erat, prius legebatur Scripturæ locus, & deinde ex illo tanquam ex themate concio texebatur: Hunc modum, Chriſtum ſervaſſe nobis exprimit Evangeliſta: *Traditus eſt ei liber Iſaiæ*, &c. n. 17. & non alibi hoc nobis proponitur. (*Patria honoranda eſt.* Nazianz.) Voluit enim ſingulari modo Nazareth, quæ patria ſua dicebatur; unde Nazaræus eſt dictus, honorare, ac nobilitare. Ait Nazianz. Epiſt. 108. ad Sophron. *Matrem honore afficere pium, ac ſanctum eſt; communis omnium mater patria eſt.*

10. Cùm Joab cum toto ſuo exercitu obſideret civitatem Abelam valde antiquam in Iſraël è muro clamat ſapiens mulier ad Joab. 2. Reg. (2. Reg. 20.) 20. n. 19. *Tu quæris ſubvertere civitatem, & evertere matrem in Iſraël? Quare præcipitas hæreditem Domini?* (Lyran.) Lyranus. *Quia qualibet civitas eſt mater populi.* In tanto honore habetur illa civitas ob ſuam antiquitatem, quæ ut communis omnium patria, ac mater habebatur, quæ inde tanta veneratione erat habenda, ac Dei hæreditas, ut qui illam læderet, Dei hæreditatem læderet. (*Communis patria maximè veneranda.*) Ex pompeio tradit Plinius: *Decet enim cunctos homines Patriæ ſuæ augmenta cogitare, maximè eos; quos ſibi Reſpublica ſummis honoribus obligavit*, Ita Plinius lib. 2. cap. 5.

11. A noſtro Textu non recedam. Ait D. Lucas in præſenti: *Jeſus venit in Nazareth ubi fuerat nutritus*: & Marc. 6. num. 1. dicitur: (Marc. 6.) *Abiit in patriam ſuam:* Chriſtus Jeſus ut teſtatur Ioan. (Joan. 3.) 3. num. 31. *De cœlo eſt, & de cœlo venit*: ergo patria ejus cœlum eſt, quomodo ergo terrenam urbem Nazareth dicit patriam ſuam? ut ſibi affectum terrenæ patriæ ineſſe Deus Optimus Maximus declararet, ac demonſtraret, ut ita ex quadam civili, ac humana conditione, maximè amaret, ac bearet terrenos homines, & in illos ut concives ſuos maximè propenderet. (D. Chryſol.) D. Chryſolog. ſerm. 49. ait: *Ut quos poteſtate faceret, pietate ſalvaret.* Sic & Matth. 9. num. 1. dicitur: *Aſcendit Jeſus in naviculam, & transfretavit, & venit in civitatem ſuam:* Quam, D. Hieronym. ibi Nazareth dicit, erga quam ut patriam ſuam, ſuum eximium affectum declararet, non ſolum ad illam itinere terreno ſe conferebat, ſed etiam mari tranſmiſſo, ut illius amore omnia contemneret, & ſuos concives lucrifaceret. (Ioan. Epiſc.) Joannes Epiſcopus apud Catenam D. Thomæ ait: *Creator orbis terræ Dominus poſtea quam ſe propter nos noſtra anguſtiavit in carne, cœpit habere humanam patriam, cœpit civitatis Judaicæ eſſe, partes habere cœpit partium omnium ipſe parens.*

12. A ſuo cœleſti ſponſo vocatur anima ſancta (Cantic. 4.) Cantic. 4. num. 8. *Veni de Libano: veni de Libano veni coronaberis*: & adhuc cunctatur, nec viam cedit, & moratur magis. Vocatur adoleſcentula à monte vaſto, ad urbem regiam, à vili caſa ad aulam nobilem, à ligone, ac conto ad ſceptrum, & purpuram: *Veni coronaberis*: &c. (*Vir bonus, patria non recedit niſi invictus.*) & moras adhuc nectit; ita ut neceſſe ſit tripliciter vocari. A patria propria: & à ſolo paterno, etſi ruſticano, exire jubetur; quod eſt valde durum, & inde cunctatur, quod notavit (Bruno.) Bruno Carthuſian, & ait: *Neque enim facilè illi erat patriam, parenteſque relinquere*: Vim ſibi factam dolet Virgo, ut dulces fugiat lares patriæ, & ſi illi veniat menſa rudis, & curta ſupellex inibi habeatur.

*Luc.* 4. *n.* 20. Et cùm plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit, & omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum.

*Num.* 21. Cœpit autem dicere ad illos: quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris.

*Num.* 22. Et omnes teſtimonium dabant illi, & mirabantur in verbis gratiæ ejus, quæ procedebant de ore ipſius, & dicebant, nonne hic eſt filius Joſeph?

#### *VERSIONES.*

*Perſicus, n.* 20. Librum complicuit, & in manum miniſtri dedit eum, & abiens ſedit, & omnes, qui in ſynagoga erant intuebantur.

*Æthiopic.* Et operuit librum, & tradidit eum miniſtro, &c. & elevaverunt oculos ſuos omnes exiſtentes in ſynagoga: & reſpiciebat eum.

*Theophylact.* Erant defixi oculi in eum.

*Æthiopic. n.* 21. Impleta eſt vox hujus Scripturæ, & perfecta eſt in auribus veſtris.

*Perſicus.* Hodie impletus eſt hic liber, quem audiviſtis.

*Vatablus.* Audientibus vobis.

*Syrus* 22. Perhibebant teſtimonium, &c. ſuper ſermones gratiæ ejus.

*Alter Syrus.* Mirantes erant ob ſermones gratiæ illius.

*Perſicus*



*Perſicus.* Verbis gratioſis, quæ ex ore illius exibant percellebantur.

*Æthiopicus.* Et audierunt eum omnes illi, & mirati ſunt gratiam ſermonis, & procedentia ex ore ejus.

#### *EXPOSITIO I.*

ET *cùm plicuiſſet librum*, convolvendo eum, ut aliqui dicunt, ut jam dixi: *dedit miniſtro*, ſcilicet ſynagogæ, à quo acceperat. (13. Lyran Alb. Magn.) Nam ſynagogæ præfecti extabant, qui Archiſynagogi dicebantur, ita etiam dabant ejuſdem miniſtri. *Et ſedit*: nam ut advertunt Lyran. Albert. Magn. locus Scripturæ ob reverentiam ſtando legebatur; de quo ſtatim dicam: *ſedit ergo* Chriſtus, ut maturè, ac placato animo explanaret locum, quem ſtando legerat: *& omnium oculi erant intenti in eum*: ait Euthymius, (Euthym.) *ut audirent quomodo interpretaretur ea, quæ legerat.* Nam ex factis in Capharnaum, maximè ejus fama creverat, ex quibus, ac multis aliis, multi, ſuſpicabantur ipſum eſſe verum Meſſiam, & hoc maximè à Chriſto audire cupiebat, quia intelligebant citata Iſaiæ verba de Meſſia tractare, & ideo ejus explanationem à Chriſto exaudire deſiderabant: *Omnium oculi erant intendentes in eum*: Utinam, ut ait Origenes in præſenti, ſemper in (Origenes.) Chriſtum docentem oculos noſtros intendamus corde pleno, & fide ejus dicta & facta ſequamur.

14. *Qui hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris*; Particula: *Quia*, Phraſis eſt hebraica, & idem valet, ac, *Uſque*: & ſubdit: *hodie*: id eſt, hoc tempore, ac ſi dicat: Hic Scripturæ locus, quem me legentem audiſtis, & in auribus veſtris inſonuit, olim ab Iſaia prædictus, hoc jam tempore impleretur, & perficitur; in me vero promiſſo Meſſia in lege, Evangelizante, ſeu prædicante pauperibus, & dante cæcis viſum, ac annuntiante annum acceptum, divinæ benevolentiæ erga homines; nam tempus legis, gratiæ & plenæ remiſſionis eſt; alluſio fit ad annum Iubilei, ut ſuperiori quæſtione dixi.

15. *Et omnes teſtimonium illi dabant*: quod eſſet, (Beda.) ait Beda; Verus Meſſias, ſed hoc repugnat cum his, quæ ſtatim ſubjiciuntur: *Nonne eſt filius Ioſeph.* Et ſtatim ex invidia deſpiciebant eum, & volebant eum præcipitare, ac proinde ſimpliciter dicendum, omnes dabant illi teſtimonium de ejus mirabili ſapientia, eruditione, ac eloquentia: *& mirabantur in verbis, quæ procedebant de ore ejus*: (Matth.) non ſolùm de rebus divinis eruditè, ac ſapienter diſſerebat, ſed etiam propriè, ac perſpicuè, & delectabiliter in auribus audientium, ait D. Matthæus de eo c. 7. num. 29. *Erat enim docens eos, ſicut poteſtatem habens: & non ſicut Scribæ.* Ad trahenda, demulcenda, illicienda humana corda; (Matth. 13.) *filius Ioſeph*, Fabri, ſcilicet, civis noſtri pauperis, quod per contemptum dicebant, quòd, nempe, ipſe eſſet filius Ioſeph, & fabri. Matth. 13. (Marc. 6.) num. 55. Marc. 6. n. 3.

---

## QUÆSTIO II.

### *Quare Chriſtus D. dum legit locum Iſaiæ ſtat, ſedet verò ad concionandum, dum illum expedit?*

AIt noſter Evangeliſta in præſenti. num. 16. 16. (Text.) Quod Chriſtus D. *Intravit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbathi in ſynagogam, & ſurrexit legere.* Nempè, locum Iſaiæ 61. (Iſai. 61.) num. 1. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me*, &c. Et poſtquam legit locum ſcripſit. Evangeliſta num. 20. *& cùm plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit*: Ecce dum Textum Iſaiæ prælegit, ſtat, at verò complicato libro, dum ad explicandum pergit: ſedet: Communiter dicunt Expoſitores, quod arbitrio docentis erat ſtare, vel ſedere; & Paulus ſtetiſſe dicitur Actor. 13. n. 16. (Actor 13.)

17. (Lyran) Lyranus in præſenti rem aliter explicat, quod Chriſtus D. ſtat, ut proponit Text. Iſaiæ: *Hoc enim, ait, fecit, ad oſtendendum, quod libri ſacræ Scripturæ ſunt reverenter tractandi, unde & judæi ſic faciebant libris veteris teſtamenti, quod nullo modo ſederent juxta illos*: (*Sacra Scriptura multa reverentia eſt habenda.*) ſed in altum erant poſiti: Ex quo monetur quantâ reverentiâ tractandi, ac habendi ſunt Sacri Codices Unde Moyſes præcepit Deuteron. 31. num. 26. (Deut. 31.) *Tollite librum iſtum, & ponite illum in latere arcæ fœderis Domini Dei noſtri*: Ut ex approximatione, ac coexiſtentia cum arca, libri, ſive Deuteronomij, ſive Pentateuchi reverentia, ac cultus denuntiaretur, ac manifeſtum fieret.

18. Hoc maximè nobis declaratur dum Scriptura ſacra dicitur anima, ac cor Dei, ut quid præſtantiſſimum ipſius Dei veneranda eſt. (1. Reg 2. Chald.) Ait Deus 1 Reg 2. numero 33 *Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, & qui juxta cor meum, & animam meam faciat.* Chaldæus transfert: *Qui juxta dictum meum faciat*: (*Scriptura quandam ſingularem Divinitatem indicat & demonſtrat.*) Quodnam eſt dictum Dei, niſi ſacra Scriptura, quæ dictum Dei, ac verbum Dei eſt, & hæc Scriptura, quoniam nomine dicitur ac appellatur? non alio; niſi anima Dei, ac cor Dei, ut ad citatum locum interpretatur D. Gregorius & ait: *Quid, cor, & animam Dei, niſi ſacram ejus ſcripturam accipimus?* (D Gregor.) *nam corde cogitamus ad deliberationem: anima verò afficimur ad amorem: quia ergo in ſacro eloquio conſilia omnipotentis Dei agnoſcimus, ibique amorem, quo humanum genus dilexit, invenimus: ipſum eloquium, cor, & anima ejus rationabiliter deſignant.* Ipſa enim veritas; dictorum ac verborum maximè excellentem divinitatem Scriptura nobis aperit, manifeſtat, quod dixit Tertullian. libr. de (Tertull.) Anima cap. 28 dum nobis proponit Moyſem conſcribentem ſacrum Textum, de ipſo ait: *ſatis probans divinitatem operis, ex divinitate vocis.*

19. Inde præ cæteris ſacra ſcriptura æſtimanda eſt & veneranda, Chriſtus Jeſus filius Dei veniens in mundum, hoc maximè nobis inculcavit, ac docuit. (Apoc. 5.) Nam dicitur Apocalypſ. 5.



num.

num. 7. *& venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum* : & tamen ut dicitur Proverbior. 3 num. 16. *In ſiniſtra ejus divitiæ, & gloria* : & tamen bonus noſter Magiſter Chriſtus contemptâ omni gloriâ, omnique divitiarum affluentiâ, ſolum ad librum ſacræ Scripturæ, ac verborum Dei intendit quærere, & accipere, ac ſi comparatio illius nihil de aliis ſit faciendum, in illo enim habemus Dei voluntatem declaratam, ac manifeſtatam, quam ſequi debemus. Rupertus ad citatum locum Apocalypſ. ait : *Valde notandum, quia veniens Chriſtus in hunc mundum nihil divitiarum, aut gloriæ de ſiniſtra, ſed tantummodo librum, ſive igneam legem accepit de dextera. Bonum exemplum cunctis præbens diſcipulis. Tantummodo meditari in lege Domini die, ac nocte.*

Proverb. 3. — *Sacra ſcriptura omnibus præferenda.* — Rupertus.

20. Ait Regius Vates Pſalm. 140. num. 6. *Abſorpti ſunt juncti petræ judices eorum* : Petra eſt Chriſtus. Ipſe eſt petra angularis, qui facit utraque unum : & quinam ſunt *judices eorum* : nempe, hominum ? ſapientes, doctores, ac eruditiſſimi viri, eorumque ſapientia, ac eruditio juxta petram, ſcilicet Chriſtum, illiuſque doctrina, ac verba, quæ continentur in ſacra Scriptura, abſorpta, & conſumpta, & nihil eſt, & non apparet : Noſter Doctiſſimus Incognitus, ſic ait : *Judices eorumque magnipotentes, & docti juncti petræ, ideſt, comparati Chriſto Petræ abſorpti ſunt. Accipe judices eorum Ariſtotelem, Platonem, Pythagoram, &c. Abſorpti ſunt juxta petram judices eorum, quia Chriſto comparati, ſapientia eorum ſtultitia facta eſt, in cujus figura ſerpens Moyſis dracones Magorum devoravit. Quia Sapientia Chriſti ſtultam oſtendit ſapientiam hujus mundi.*

Pſalm. 140. — *Omnis ſapientia humana comparata cum Scriptura nihil eſt.* — Incogn.

21. Unde ſancti Patres ſacram Scripturam, uſque ad minimum apicem ſummè venerati ſunt. Ait D. Nazianz. orat. 1. *ij ſumus, qui Spiritus ſinceritatem, vel uſque ad levem apicem, & lineam trahimus.* Hinc ſæpè invenies, quod D. Hieronym. & Græci Interpretes, multis in locis verba hebraïca repoſuerunt, & tamen nec latinè, nec græcè expoſuerunt. Perſepè lego, Alleluia, ut in titulo Pſalm. 111. Apocalyp. 19. num. 1. ſemel, Hoſanna ; Matth. 21. num. 9. Non ſemel, Sabaoth ; Ierem. 11. n. 20. & ad Roman. 9. num. 29. Tandem lego, Anathema, Maranatha, 1. Corinth. 16. n. 13. non vertuntur latinè dictiones hujuſmodi, ſed hebræo efferuntur ſono, ut ait D. Baſilius lib. 2. adverſ. Eunom. *Ne verbis incongruis, ſententiam diſſolverent.* Inde de ſacris literis tantus metus erat, ne dum verterent, textum perverterent, & obſervat Theodoretus, eos Pſalmos ſine titulo eſſe apud Græcos Interpretes, quos Hebraïci codices ediderunt ſine titulo, quales ſunt, primus, ſecundus, & trigeſimus ſecundus, ac alij, & hoc religioſo metu fecerunt Seniores Interpretes, ait ipſe ; *Non audentes à ſe ipſis aliquid addere verbis Spiritus ſancti.*

D. Nazian. — Pſal. 111. — Apoc. 19. — Ierem. 11. — Rom. 9. — 1. Cor. 16. — De Baſil. — Theodoret. — *Sacra Scriptura religioſè tractanda.*

## QUÆSTIO III.

*Quare Chriſtus D ad docendum incipit à lectione ſacræ Scripturæ ex Iſaia ?*

22. Ait noſter Evangeliſta præſenti num. 17. *Traditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ.* ut principium dicendi faciat Magiſter, è ſcriptura ſumi exordium, ut à principio totius veritatis, ac viæ ſalutis. Unde optimè ait D. Chryſoſtomus homil. 2. de verbis Iſaiæ : *Scripturarum lectio, cælorum eſt reſeratio* : & concione 3. de Lazaro ait : *Neque enim, nunc fieri poteſt, non poteſt, inquam, fieri, ut quiſquam ſalutem aſſequatur, ni perpetuo verſetur in lectione ſpirituali.* Hinc Chriſtus : D. damnans, ac arguens cæcitatem : ac errores Iudæorum, ait : *Erratis neſcientes ſcripturas* : Matth. 22. num. 29 & iterum capite 21. numero 42. & hac de cauſa ſæpè Divinus Magiſter diſputat, ac ſermonem inſtituit de ſacra Scriptura, ut patet ex Luc. 10. num. 26. & cap. 19. num. 46. Joan. 3. n. 14. & cap. 10. n. 34.

*Scripturæ lectio cælorum reſeratio.* — D. Chryſoſt. — Matth. 22. — Matth. 21.

23. Judaicos judices urget Magiſter Deus Joan. 5. num. 39. *Scrutamini ſcripturas. . . . & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me* : ſtudium commendat aſſiduum in libro verſando ; nec monet ut legant ſimpliciter, ſed lectitent alto, & profundo ſcrutinio. D. Chryſoſtom. homil. 40. in Joan. ait. *Non dicit legite, ſed ſcrutamini ; divina enim ſumma indigent diligentia* ; Et hoc exactum ſtudium in ſacra pagina, Deus exquirens à nobis diſpoſuit, ut ſacer textus eſſet modis parabolicis, ac difficultatibus ænigmaticis plenus, Hinc *liber ſignatus* dicitur ab Iſaia. 29. n. 11. Cujus rei rationem reddit D. Baſilius ad cap. 1. Iſaiæ, & ait ; In Scripturis ſtudio voluit eſſe obſcuritatem, ad utilitatem mentis humanæ. . . Primùm quidem, ut his mens occupata, à deterioribus avocetur.

Joan. 5. — D. Chryſ. — *Studium magnum Deus requirit ad Scripturam.* — Iſai 29. — D. Baſil.

24. Vis ſcire quid ſit ſacra Scriptura, accipe ex D. Gregorio Magno lib. 4. cap. 84. ubi ait : *Quid eſt enim Scriptura ſancta, niſi quædam Epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam.* Et D. Chryſoſtom. homil. 2. in Geneſ. *Sacras Scripturas*, ait, *quaſi longè abſentibus Deus literas mittit conciliaturus ſibi naturam univerſam hominum* : Hinc frequenter Apoſtoli in ſuis concionibus teſtimoniis Scripturæ utebantur. Petrus ex Ioele Actor. 2. numer. 16. Ibidem ex Pſalm. num. 30. & cap. 3. num. 21. & ſæpè. Sicut & Paulus Actor. 17. numer. 2. & Actor. 18. numer. 28. Sciebant ſcientiam ſcripturarum Iſagogicam eſſe ad fidem ſervandam, ad charitatem urgendam, ac ad mores piè colendos, ac componendos ; hoc enim à Chryſto D. didicerant, ut teſtatur D. Chryſoſtomus homil. 37. in acta, ſic ait. *Et benè quando vocabant : hoc & Chriſtus faciebant, multum de Scripturis differens.* Quando Chriſtus D. à munere prædicandi vacabat, cum ſuis diſcipulis de ſacra Scriptura tractabant, inde & ipſi hanc conſuetudinem hauſerant, ut ſemper de ſacro Textu diſſererent.

D. Gregor. — D. Chryſ. — Actor. 2. — Actor. 3. — Actor. 17. — *Chriſtus & Apoſtoli ſemper de Scriptura diſſerebant.* — D. Chryſ.



25. Perpende quanta ſit utilitas ex lectione Sacræ Scripturæ ; Ibat vir Æthiops Eunuchus potens Reginæ Candacis, curru ſuo vectus, ſacro totus intentus in libro : *Legenſque Iſaïam Prophetam* : Actor. 8. n. 28. Textus erat de impia Chriſti nece, & homo ita erat deditus textui, ut nec via longa, nec loca vaſta à legendo avocarent : Tunc vox delapſa ad Philippum num. 29. *Accede & adjunge te ad currum iſtum* : Approximat Philipus ; & quæ de textu, Princeps non intelligit, bonus Magiſter explicat rectè monet D. Chriſoſt. homil. 34. in Geneſ. *Vides, ait, quantum ſit commodi attentè, & ſtudiosè divinas Scripturas legere.* Nam præfectus ille Sacris deditus litteris Philippum loci prophetici Magiſtrum ſibi paravit : Deinde Textu explicato, Philippus hominem ad Chriſti fidem, & ad aquam ſalutarem adducit. *Juſſit ſtare currum, & deſcenderunt uterque in aquam Philippus & Eunuchus, & baptiſavit eum.* num 38. Undè homini idolo'atræ, ac gentili tanta felicitas, ut ex infideli fieret fidelis, Et ut ex tenebris ad lucem veniret, ex peccato ad gratiam, ex triſtitiæ profunditate ad ſummum gaudium : *Ibat per viam ſuam gaudens.* ibidem num. 40. ad liter. Tertullian. lib. de Baptiſm. cap. 18. ſic ait : *Spado non inventus eſt otioſus, nec qui ſubitò tingi concupiſceret, ſed Scripturæ divinæ impreſſus* : Ex lectione divinæ Scripturæ tam bonam fortunam invenit, viamque ſibi fecit ad Chriſti fidem. Tertull. citatus : *Sic oportebat deprehendi, cui ultro Deus Apoſtolum miſerat.* Scilicet Magiſtrum, ita oportebat deprehendi in ſtudio divinæ Lectionis. Unde rectè D. Auguſtinus ſerm. 38. ad fratres in Eremo de Divina Scriptura explicat illud Salomon. *Qui me invenerit, inveniet vitam, hauriet ſalutem in Domino* Prov. 8 n. 35.

Actor 8. — D Chriſoſt. — Tertull. — *Ex lectione Scripturæ, Magiſtrum paret Deus.* — D. Auguſt.

26. Divinus Agnus accepit de dextera ſedentis in Throno librum : *Et cùm aperuiſſet librum, quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno* ; Apocal. 5. num 8. Libro per Agnum aperto, magnus in cælo motus fit, quatuor animalia, profunda reverentia Deum adorant, *ceciderunt coram Agno* ; Inſtrumenta Muſica reſonant, *Habentes ſinguli Cytharas* : Sacris odoramentis odores exhalantur, *Phialas aureas plenas odoramentorum* : Deinde dulces gratiarum actiones intonantur : *Cantabant canticum novum.* Unde tam feſtivus applauſus in cœlo, unde tanta exultatio in divinis Spiritibus, quæ omnia pertinent ad ingentem gaudendi rationem ex Sacro Codice aperto, ipſoque altiſſimè explanato, ex quo ingens voluptas emanabat, & fervida charitas in Deum, ac proximum concipiebatur. D. Ambroſ. ibi ait : *Cadunt coram Agno cùm per meditationem divinarum Scripturarum, conſiderantes immenſam Dei clementiam humiliant ſe in conſpectu creatoris ſui, quantò ſeſe per humilitatem dejiciunt, tantò magis in ejus amore exardeſcunt.* Ecce quanta charitas, quanta ſalus, quantaque voluptas ex ſtudio, ac intelligentia divinarum ſcripturarum. Unde illud Pſalm. 35. num. 9. *De torrente voluptatis tuæ potabit eos* : De gaudio, ac exultatione percepta ex lectione Sacræ Scripturæ ; interpretatur Pierius lib. 38.

Prov. 8. — Apoc 5. — *Lectio ſacris literis Dei amorem accendit, & voluptatem concinnat.* — D Ambroſ. — Pſal. 35. — Pierius.

# CAPUT V.

FACTUM eſt autem cum turbæ irruerent in eum ut audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezaret. 2. Et vidit duas naves ſtantes ſecus ſtagnum ; piſcatores autem deſcenderant, & lavabant retia. 3. Aſcendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere puſillùm. Et ſedens, docebat de navicula turbas. 4. Ut ceſſavit autem loqui, dixit ad Simonem : Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. 5. Et reſpondens Simon, dixit illi : Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus : in verbo autem tuo laxabo rete. 6. Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum. 7. Et annuerunt ſociis ; qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Et venerunt, & impleverunt ambas naviculas : ita ut pene mergerentur. 8. Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Jeſu dicens : exi à me, quia homo peccator ſum, Domine. 9. Stupor enim circumdederat eum & omnes, qui cùm illo erant, in captura piſcium quam ceperant. 10. Similiter autem & Jacobum, & Joannem filios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis. Et ait ad Simonem Jeſus : noli timere : ex hoc jam homines eris capiens. 11. Et ſubductis ad terram navibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum. 12. Et factum eſt : cùm eſſet in una civitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Jeſum, & procidens in faciem, rogavit eum dicens : Domine : ſi vis, potes me mundare. 13. Et extendens manum tetigit eum dicens, Volo, Mundare : & confeſtim lepra diſceſſit ab illo. 14. Et ipſe præcepit illi ut nemini diceret : ſed, Vade oſtende te ſacerdoti & offer pro emundatione tua, ſicut præcipit Moyſes,

in teſtimonium illis. 15. Perambulabat autem magis ſermo de illo, & conveniebant turbæ multæ ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus ſuis. 16. Ipſe autem ſecedebat in deſertum, & orabat. 17. Et factum eſt in una dierum, & ipſe ſedebat docens, & erant Phariſæi ſedentes & legis doctores qui venerant ex omni Caſtello Galilææ & Judææ Jeruſalem: & virtus Domini erat ad ſanandum eos. 18. Et ecce viri potentes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. 19. Et non invenientes qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas ſummiſerunt eum cum lecto in medium, ante Jeſum. 20. Quorum fidem, ut vidit, dixit, homo, remittuntur tibi peccata tua. 21. Et cœperunt cogitare Scribæ, & Phariſæi dicentes, quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? 22. Ut cognovit autem Jeſus cogitationes eorum, reſpondens, dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? 23. quid eſt facilius dicere, dimittuntur tibi peccata: an dicere, ſurge, & ambula? 24. ut autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) tibi dico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. 25. Et confeſtim conſurgens coram illis, tulit lectum in quo jacebat, & abiit in domum ſuam magnificans Deum. 26. Et ſtupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum. Et repleti ſunt timore, dicentes, quia vidimus mirabilia hodie. 27. Et poſt hæc exiit, & vidit publicanum nomine Levi ſedentem ad Telonium, & ait illi, ſequere me. 28 Et relictis omnibus, ſurgens ſecutus eſt eum. 29. Et fecit ei convivium magnum Levi in domo ſua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant diſcumbentes. 30. Et murmurabant Phariſæi, & Scribæ eorum, dicentes ad diſcipulos ejus. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? 31. Et reſpondens Jeſus, dixit ad illos, non egent, qui ſani ſunt, medico: ſed qui mala habent. 32. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. 33. At illi dixerunt ad eum, quare diſcipuli Joannis jejunant frequenter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter, & Phariſæorum: tui autem edunt, & bibunt? 34. Quibus ipſe ait, nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere jejunare? 35. Venient autem dies: & cum ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc jejunabunt, in illis diebus. 36. Dicebat autem, & ſimilitudinem ad illos, quia nemo commiſſuram à novo veſtimento immittit in veſtimentum vetus, alioquin & novum rumpit, & veteri non convenit commiſſura à novo. 37. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioquin rumpet vinum novum utres, & ipſum effundetur & utres peribunt. 38. Sed vinum novum in utres novos mittendum eſt: & utraque conſervantur. 39. Et nemo bibens vetus, ſtatim vult novum, dicit enim, Vetus, melius eſt.

### *ARGUMENTUM cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Jeſus ad ſui ſequelam vocat Petrum, Jacobum, & Joannem per ingentem piſcium capturam in ſtagno Genezareth. Explicavi tom. 2. cap. 7.

*Secundò, Verſ.* 12. Sanat leproſum; de quo tractavi tom. 2. c. 20. & ſupra Matth. 8. quæſt. 1. & 2.

*Tertiò, Verſ.* 18. Curat paralyticum oblatum à portantibus; de quo dixi tom. 2. cap. 16. de quo dixi ſupra Matth. 9. q. 1. & 2.

*Quartò, Verſ.* 27. E Telonio vocat Matthæum publicanum: obmurmurantibus Scribis reſpondet, ſe veniſſe ad vocandum, non juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam; quod explicavi tom. 2. capite 27. de quo etiam ſupra Matth. 9. q. 3. & 4.

*Quintò, Verſ.* 33. Eiſdem interrogantibus aſſignat rationem, cur diſcipuli Joannis crebrò jejunant, ſui verò non; de quo dixi tom. 2. cap. 28. & ſupra Matth. 9





# CAPUT VI.

1. FACTUM eſt autem in Sabbatho ſecundo, primò, cùm tranſiret per ſata, vellebant diſcipuli ejus ſpicas, & manducabant confricantes manibus. 2. Quidam autem Phariſæorum, dicebant illis, quid facitis quod non licet in Sabbathis? 3. Et reſpondens Jeſus ad eos dixit, Nec hoc legiſtis quod fecit David cùm eſuriſſet ipſe, & qui cum illo erant. 4 Quomodo intravit in domum Dei, & panes propoſitionis ſumpſit, & manducavit, & dedit his qui cum in ipſo erant, quos non licet manducare, niſi tantum Sacerdotibus? 5. Et dicebat illis, quia Dominus eſt filius hominis, etiam Sabbathi. 6 Factum eſt autem, & in alio Sabbatho ut intraret in Synagogam & doceret. Et erat ibi homo, & manus ejus dextera erat arida. 7. Obſervabant autem Scribæ & Phariſæi ſi in Sabbatho curaret: ut invenirent unde accuſarent eum. 8. Ipſe verò ſciebat cogitationes eorum: & ait homini, qui habebat manum aridam, ſurge, & ſta in medium, & ſurgens ſtetit. 9. Ait autem ad illos Jeſus, interrogo vos, ſi licet Sabbathis benefacere, an malè: animam ſalvam facere an perdere? 10. Et circumſpectis omnibus, dixit homini, extende manum tuam: Et extendit: & reſtituta eſt manus ejus. 11. Ipſi autem repleti ſunt inſipientia, & colloquebantur ad invicem quidnam facerent de Jeſu. 12. Factum eſt autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. 13. Et cùm dies factus eſſet vocavit diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit. 14. Simonemque cognominavit Petrum & Andream fratrem ejus, Jacobum, & Joannem, Philippum, & Bartholomæum. 15. Matthæum, & Thomam, & Jacobum, Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes, 16. Et Judam Iacobi, & Judam Iſcariotem, qui fuit proditor. 17. Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorum ejus, & multitudo copioſa plebis ab omni Judæa, Ieruſalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis. 18. Qui venerant ut audirent eum, & ſanarentur à languoribus ſuis. Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. 19. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia, virtus de illo exibat & ſanabat omnes. 20. Et ipſe elevatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat, Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei. 21. Beati, qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis. 22. Beati eritis cùm vos oderint homines, & cùm ſeparaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen veſtrum tanquam malum, propter filium hominis. 23. Gaudete in illa die, & exultate, ecce enim merces veſtra, multa eſt in cœlo. Secundùm hæc enim faciebant prophetis patres eorum. 24. Veruntamen væ vobis divitibus, quia habetis conſolationem veſtram. 25 Væ vobis, qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis. 26 Væ cùm benedixerint vobis homines, ſecundùm hæc enim faciebant pſeudoprophetis patres eorum. 27. Sed vobis dico qui auditis, diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. 28. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. 29. Et qui te percutit in maxillam, præbe ei & alteram. Et ab eo qui aufert tibi veſtimentum, etiam tunicam noli prohibere. 30. Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. 31. Et prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. 32. Et ſi diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia? nam & peccatores, diligentes ſe diligunt. 33. Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciunt: quæ vobis eſt gratia? ſiquidem & peccatores hoc faciunt. 34. Et ſi mutuum dederitis his à quibus ſperatis recipere: quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia. 35. Verùmtamen diligite inimicos veſtros: benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes & erit merces veſtra multa, & eritis filij Altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos, & malos, 36. Eſtote ergo miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt. 37. Nolite judicare, & non judicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini: dimittite, & dimittemini, 38. date, & dabitur vobis Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. 39. Dicebam autem illis, & ſimilitudinem: Nunquid poteſt cœcus cœcum ducere?

nonne ambo in foveam cadunt? 40. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut Magiſter ejus 41. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras? 42. aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater, ſine ejiciam feſtucam de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo: & tunc perſpicies ut educas feſtucam de oculo fratris tui. 43. Non enim eſt arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum. 44 Unaquæque enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur. Neque enim de ſpinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant uvam. 45. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo de malo theſauro profert malum. Ex abundantia enim cordis, os loquitur. 46. Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis, quæ dico? 47. Omnis qui venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos oſtendam vobis cui ſimilis ſit. 48. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, poſuit fundamentum ſuper petram. Inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam movere: fundata enim erat ſuper petram. 49 Qui autem audit, & non facit: ſimilis eſt homini ædificanti domum ſuam ſuper terram ſine fundamento: in qua illiſus eſt fluvius, & continuò cecidit & facta eſt ruina domus illius magna.

### *ARGUMENTUM cum Remiſſionibus.*

*Primò. Verſ.* 1. Chriſtus D. defendit ſuos diſcipulos, qui in Sabbatho, eſurientes vellebant ſpicas: de quo dixi to. 3. & ſupra Matth. 12.

*Secundò Verſ.* 8. Sabbatho curat manum aridam, & Phariſæorum obmurmurationes refutat Chriſtus. Explicavi tom. 3. cap. 4.

*Tertiò. Verſ.* 12. Pernoctat Chriſtus in oratione Dei; dies factus eligit duodecim, quos Apoſtolos nominavit. Quod tractavi t. 3. cap. 5. & hîc infrà aliqua dicam.

*Quartò Verſ.* 17. Proponitur ſermo in loco campeſtri: de quo dixi tom. 3. c. 6 deinde proponit Beatitudines Evangelicas de quibus latè dixi tom. 2. cap. 10.

*Quintò Verſ.* 33. Docet miſericordiam habendam, ſimulque dilectionem inimicorum retinendam. De quo dixi tom. 2. c. 14. & ſupra Matth. 5.

*Sextò, Verſ.* 40. Quod quilibet ex ſe ipſo, judicet de aliis. De quo dixi tom. 2. cap. 8.

*Septimò.* Strictim Noſter Evangeliſta multa ſcribit, quæ in locis apud Bibliam notatis in Matthæum invenies.

Eliguntur Apoſtoli.

## QUÆSTIO I.

### *Quare tam efficax Chriſti oratio, dum pro zelo honoris Dei orat?*

1. SCRIBIT Noſter Evangeliſta in præſenti n. 12. Quòd Chriſtus D. *in illis diebus exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* Et patet ex ſequenti n. 13. de quo latè egi to. 3. c. 5. per 22. quæſtiones Hanc tam profundam, & altam orationem per totam noctem permiſit Chriſtus D. quia electurus erat Apoſtolos tanquam fundamenta, ac Principes totius Eccleſiæ, & inde tam fervida charitate oravit, quia hoc maximè ſpectabat ad gloriam, & honorem, ut ad tantum munus digniores, ac meliores eligerentur; & ſi oratio Chriſti ex multis principiis eſſet efficaciſſima, inde etiam & graviter, quia non ex propria indigentia, ſed ex zelo gloriæ honoris Dei proveniebat, & ſanè oratio illa efficaciſſima invenitur, quæ gloriam, & honorem Dei per ſe primò reſpicit.

*Status quæſtionis.*

Cùm Iſraëlitæ egrederentur de Ægypto eos magno furore cum ingenti manu perſecutus eſt
2. Pharaò, & cùm oculos ad regnum verterent, viderunt armatum Pharaonis exercitum, eos inſequentem, & tamen fugere non valebant, nam mare ante conſpectum obſiſtebat; quid tunc ait textus Exod. 14. n. 10. *Elevantes filij Iſraël oculos viderunt Ægyptios poſt ſe, & timuerunt valdè clamaveruntque ad Dominum. Dominus ad Moyſem: Quid clamas ad me:* Res ſanè mitanda? Clamabant Iſraëlitæ ad Dominum, ut exprimitur in Textu, & Moyſes nullo modo clamaſſe dicitur; & tamen ad voces clamantis populi Dominus non attendit, ſed ad internum Moyſis tantum affectum reſpicit, de illoque agit ipſumque percipit, ac æſtimat. Iſraëlitæ timore correpti pro præſenti periculo evivando clamabant; At Moyſes non de temporali periculo inſtante curabat, ſed de vehementi zelo gloriæ, honoris, ac exaltationis divini

Exod. 14.

*Ille efficaciter orat, qui non pro ſe ſed pro Dei gloria orat.*



vini nominis movebatur, ac totus in illum ferebatur. Sic enim pro ingenti populi diſcrimine orabat Moyſes ad Dominum, Exod. 32. n. 11. *Cur, Domine, iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Ægypti fortitudine magna, & in manu robuſta? Ne quæſo dicant Ægyptij callidè eduxit eos ut interficeret eos,* Dominus non de clamore populi agit, ſed tantum de Moyſis effectu ſollicitus erat, ille non de diſcrimine vitæ præſentis, ſed de zelo divini nominis, ut magis ſpleneſceret, ac exaltaretur ne malignus contra ejus majeſtatem auderet mutire. D. Ambroſ. in Pſal. 118. itane ait: *Clamabat populus, & non audiebatur: tacebat Moyſes, & audiebatur; Non populo dictum eſt: Quid clamas ad me? Non enim ad Deum clamabat populus, qui injuſta, & viris indigna clamabat; ſed Moyſi dictum eſt: Quid clamas ad me? hoc eſt, tu ſolus ad me clamas, qui virtutem meam excitas. Tu ſolus ad me clamas, qui per univerſam terram annuntiari meum nomen expectas:* profundè expende, *Tu ſolus ad me clamas, qui virtutem meam excitas, qui per univerſam terram annuntiari nomen meum expectas.*

Exod. 32.

D. Ambroſ.

Maximè addubitat D. Auguſtin. Epiſtol.
3. 122. Cur Deus permiſerit cruciari ſeptem fratres tam crudeliter ab impio Antiocho 2. Machabæor. cap. 7. cùm tamen clementer ſe habuerit cum tribus pueris in fornace Babylonis itaut *non tetigit eos ignis, neque contriſtavit, nec quicquam moleſtiæ intulit:* Daniel. 3. num. 50. Unde illis tam auſpicata felicitas, ut in medio ignis ambularent, & Angelus deſcendens de cœlo excuteret flammam ignis de medio fornacis, & faceret quaſi ventum roris flantem: Orabant non pro ſuæ vitæ ſalute, ſed propter gloriam nominis Dei, dicebant enim: *Ne quæſumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum.* Daniel. 3. num. 34. & iterum ibid. num. 43. *Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo:* Ecce unde illis tam prompta, & accelerata beniguitas, ac clementia, non enim de ſe agebant, ſed tantum de gloria, ac celebritate nominis Dei, & talis intentio, ac ſolicitudo citiſſimè abſque dilatione omnia bona ſecum importat; Theodoretus ſic ait: *Vides, quo pacto pueri pluris faciunt gloriam nominis Dei, quàm propriam ſalutem.*

D. Auguſt

2. Mach. 7.

Daniel. 3.

*Maximè divinam clementiam promeretur, qui non de ſe, ſed de Dei gloria agit.*

Theodor.

## QUÆSTIO III.

### *Quare ante electionem Apoſtolorum Chriſtus ſolus orat in monte, & Apoſtoli ad radices montis?*

4. QUamvis Chriſtus D. ſolus aſcendit in montem ad orandum, relictis diſcipulis ad radices montes, ibi tamen per illam noctem non fuerunt Apoſtoli deſides, ac otioſi, ſed etiam orationibus inſtantes, Deo Patri preces offerebant, ut docet D. Ambroſ. apud Laurinum in act. cap. 1. verſ. 24. & ſic ait: *Erat pernoctans in oratione Dei: & cum dies factus eſſet, vocavit diſcipulos ſuos, &c. Cum Apoſtolis oravit, quod aliàs ſolus ſemper feciſſe legitur, quaſi tanta res, tam communis, communem, & unanimem poſtularet orationem.* Non exprimit Evangeliſta, an diſcipuli etiam in oratione pernoctaverint cum Magiſtro; tamen docet D. Ambroſ. quòd Magiſtro in oratione pernoctante ad electionem, ipſi eligendi non per noctem ignavè dormiebant; ſed etiam Deo diſponente ipſi in fervida oratione erant, ſed quid Divinus Magiſter ad electionem prævium aliorum orationem advocat? *quia tanta res communem poſtulat orationem:* Chriſtus Dei filius dum orat, ejus preces abundantiſſimæ ſunt, tamen nunc *communem poſtulat orationem.* Sed quid adjiciet Chriſti Dei precibus, diſcipulorum oratio? Non revocat Chriſtus Deus auxiliares, ſed exemplares, diſcipulorum preces, unde dum ipſe Divinus Magiſter orat, etiam ſimul *communem poſtulat orationem:* ut univerſam ſuam Eccleſiam doceat, quàm ad impetrationem potens ſit multorum oratio, ut ipſe Dei filius orationi ſuæ aſſociet aliorum commercium unanimi rogandi fœdere ad noſtram ſanè magnam informationem.

D. Ambroſ.

*Chriſtus Deus ſuæ orationi aliorum aſſociari diſponit.*

5. Pro ſalute pueri ſui infirmi rogat Centurio dicens: *Puer meus jacet in domo paralyticus:* Cui Chriſtus multa benignitate reſpondet. *Ego veniam, & curabo eum:* Matth. 8. n. 7. At Regulus dum pro ſalute filij ſui deprecatur: *rogabat eum, ut ſanaret filium ejus:* Gravi & aſpera voce eum à ſe Chriſtus erudit: *Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.* Joan. 4. num. 48. Uterque pro puero rogat, Centurio pro ſervo, Regulus pro filio. Dux benignè excipitur, & Domini adventus ei pollicetur, à quo Regulus pro ſe ſolo deprecabatur, & nemo alius pro eo rogabat; At Centurio multos deprecatores pro ſe habebat: *Miſit ad eum Seniores Judæorum, rogans eum, ut veniret, & ſalvaret ſervum ejus.* Luc. 7. num. 1. & cum Dux tot, & tantos interceſſores obtineret, non mirum, quod tam amplam gratiam, & miſericordiam inveniret. Nam ait Tertullian. Apologet. cap. 39. *Multorum hæc vis grata eſt Deo:* & quàm magna hæc vis Deo, audi iterum Tertullian. *Coimus in cœtum & congregationem, ut ad Deum, quaſi facta manu precationibus ambiamus.*

Matth. 8.

Joan. 4.

*Turba petentium magnam vim Deo facit.*

Luc 7.

Tertull.

6. Ait Chriſtus D. Matth. 18. num. 19. *Dico vobis quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint fiet illis à Patre meo.* Unde tanta virtus in precibus, ut nulla in obtinenda mora inſit, quia duo rogantes ſunt, id liquido docet meus Jeſus. *Si duo ex vobis conſenſerint:* D. Chryſologus ſerm. 132. ait: *Qui nihil hominibus tam paucis negat, qui & conciliis poſcentibus denegabit.*

Matth. 18.

*Supplicatio aliquorum Deum urget.*

D. Chryſol.

7. Rex Balac volens ad ſe adducere Balaam prophetam, inde hoc affectu, *Miſit nuntios ad Balaam,* Numer. 22. num. 5. Deo tamen conſulto, legatos à ſe remittit Ariolus, & ſuo ſe tecto continet, illud legatis dicens *Ite in terram veſtram, prohibuit me Dominus ire vobiſcum,* numero 13. Qui reverſi, cum hoc renuntiaſſet Regi Balaac, ille à ſuo primo intento non deſtitit: *Rurſum ille multo plures, & nobiliores, quàm antea miſerat, miſit.* Ibidem num. 15. Tunc Ariolus eo mandat ſubſiſtere uſque mane ad expectandum Divinum reſponſum. *Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei: ſi vocare te venerunt*

Numer. 22.

Abulenſ.

*venerint homines iſti, ſurge, & vade cum eis:* Ibid. num. 2. 20. Si Regi Balac declaratum fuit à ſuis legatis, quod Deus prohibebat vim Balaam, ne iter arriperet cum hominibus illis, quo conſilio, & affectu, alios internuntios deſtinat? Nunquid Deus poterat mutari, ut facultatem eundi Ariolo denegatam cum primis legatis: modo advenientibus ſecundis concedat Abulenſ ibid. q. 6. ait. *Ut Dominus ex importunitate precantium ſal em effectus eum mitteret.* Intellexit Rex Moabites inſtantiam multùm prævalere apud Deum: ac proinde ſi primi rejecti ſunt ſecundi poſtulata obtinebunt; quaſi nefas eſſet non abnuere precibus multiplicatis: quod negatur paucis, plurimis hominibus conceditur.

[*Multiplicata multorum preces obtinent à Deo.*]

## QUÆSTIO III.

### *Quare poſt tam largam orationem ſuos eligit Apoſtolos Chriſtus Dominus?*

8. AIt Noſter Evangeliſta in præſenti, quod *cùm dies factus eſſet, elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit:* & deſcendit cum illis ad turbas: poſt tam largam orationem deſcendit ad docendas, ac illuminandas turbas, miſcenda eſt enim contemplatio, & actio ad ſalutem humani generis quod probat Chorus Angelicus. Videt Jacob ſcalam cælo miſſam: *& Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes.* Gen. 28 n. 12. Formam boæ vitæ magiſtris præſcribit Schola Angelica; Prius Angeli per meditationem, ac contemplationem aſcendunt ad Deum: Deinde quæ per meditationem, ac contemplationem intelligunt, ac percipiunt, per bonam actionem exercent ac exequuntur in ſalutem proximorum. Hildebertus Epiſt. 37. ait: *Quod in contemplatione aſpiciunt prout opus eſt, ad ſubditos reportant.*

[Gen 28. *Bonus vir, quod per contemplationem aſſequitur, exercet in ſalutem aliorum.* Hildebert.]

9. Poſt tam largam orationem ad electionem Apoſtolorum venit Chriſtus D. de quo tractavi citato cap. 4 quæſt. 3. Quia ut benè notat Toletus hoc cap. annot. 16. etſi intimè Chriſtus agnoſceret, illos tunc omnium diſcipulorum eſſe præſtantiores, ac probiores, & eis poſſet ſola ſua voluntate omnem ſufficientiam conferre, quod à primo ſuæ Incarnationis inſtanti jam meruerat; tamen orare voluit, & in oratione pernoctare, ut omnibus modis tanto muneri pares redderentur, & ut digni extarent ad tantum dignitatis apicem, ad quem aſſumebantur, non enim dignitas dat honorem, ſed probitas; nam ut ait D. Bernard. lib. 2. de Conſiderat. ad Eugenium. *Monſtruoſa res eſt gradus ſummus, & animus infimus: ſedes prima, & vita ima.* Vide diſparitatem inter vitam & ſedem. D. Chryſoſtom. homil. de principatu, habitu tom. 6. ait: *Nihil adeo Deum irritat, quàm quod quidam præter merita honoribus orbit.*

[Toletus.]

[*Digni eligendi.*]

[D. Bernard. *Res monſtruoſa, indignus in ſede.* De Chryſ.]

10. Conſtituunt Sacri Apoſtoli, ut in locum proditoris Judæ alter eligantur; & ſtatuerunt duos, Joſeph, qui juſtus cognominabatur, & *Mathiam.* Et orantes dixerunt: Tu, Domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus, *Accipere locum miniſterij hujus, & Apoſtolatus, de quo prævaricatus eſt Judas, ut abiret in locum ſuum.* Actor. 1. num. 25. Quiſnam eſt iſte locus, quam Judas tanquam non ſuum, ſed ut alienum reliquit; & quis eſt iſte locus, in quem tanquam proprium tranſivit cùm ejus proprius locus videatur Apoſtolatus, nam ipſe inter Apoſtolos electus eſt à Chriſto; ut patet ex hoc cap. 6. num. 14 Caietanus advertit, quod dicitur abire in locum ſuum: *Quia hactenus occupaverat alienum, & ex propriis demeritis damnationis locum ſuum effecit.* Judas cùm electus fuit in Apoſtolum bonus & probus erat: ut ex Sanctis Patribus probavi tom. 3. in Evangelica cap. 5. q. 20. Et quando bonus, & probus locus ſuum erat juſtorum, ac Apoſtolatus; Cùm verò ex ſuis demeritis iniquus, & malignus factus eſt, jam locum illam amiſit, & alium, nempe, iniquorum, ac reproborum acquiſivit: *Hactenus occupaverat alienum, & ex propriis demeritis, damnationis locum ſuum efficit:* Condignum dignitati meritum, fulcimentum illius eſt; nam indigni promotio caduca eſt, & ſi in altum effertur, inde gravior, & major ruina imminet.

[Auctor. 2.]

[Caietan.]

[*Propoſitio, loci à merito, vel demerito ſumitur.*]

Ait Chriſtus D. Luc. 10. num. 18. *Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem:* & Pſal. 112. dicitur de Deo: *De ſtercore erigens pauperum:* Vide quanta diſtantia interſit inter Cœlum & ſtercus, De Cœlo ſupremo loco nitens, & reſplendens Lucifer cadit; pauper ut Jobus ſedens in ſtercore omni miſeria, ac ſqualore circundatus erigitur, & extollitur. Nunquid ſterquilinium glorioſius, ac illuſtrius cœlo? Abſit. Sed quia in cœlo Lucifer, vitio, ac ſuperbiæ ſe dedit? in ſtercore Job à parte virtutis ſtetit; Hinc illo ſuo fulgore deturbatur in imum; Hic verò ſua miſeria, ac depreſſione in altum evehitur, & ſublimatur; Non enim locus, ſed glorioſi mores faciunt ne homo à Dæmone peſſundetur, ſed maximè à Deo condecoretur. D. Chryſoſt. homil. de Cæco nato tom. 6. ait: *Profunda eſt terra, & cœlum in ſublime tollitur, at de cœlo cadit diabolus, poſtquam tranſgreſſus eſt & exaltantur de terra inopes. Vides non locorum diſcrimen efficere, ut ſuperiores ...amus, ſed ubique fidem & patientiam, & ſpem promerentibus coronas acquirere:* Non enim à ſedium gloria, ſed à moribus metiendus eſt homo: ſedeat quilibet in ſublime, ſi vitiis ſcateat, crede illum viliſſimum dæmonum mancipium, & projiciendum de ſuo loco ad ima inferni. 11.

[Luc. 10. Pſalm. 112.]

[*Non coronatur homo ab excellentia loci, ſed à morum præſtantia.*]

Oſtenditur Nabuchodonoſori. *Magna arbor, & fortis, & proceritas ejus contingens cœlum.... ſuper eam habitabant animalia, & beſtia, & in ramis ejus conſervabantur volucres cœli.* Daniel. 4. num. 8. Ecce arbor à Deo oſtenſa, quæ typum gerebat regni benè compoſiti, & adminiſtrati, in quo volucres cœli, in quo viri præſtantes probitate morum, vitæ integritate, ac ingenij dexteritate, in ſublimi, & alto reſidebant; At beſtialibus moribus dediti, ferinam vitam degentes, ſylveſtri, ac ruſtico ingenio, ac doctrinâ, inertes in imo, ac infimo dejecti paſcuntur. Sic meditatur Richardus Victorin. lib. 2. de Eruditio, hominum part. 1. c. 17. Divina, nempe, diſpoſitio. *Beſtiales*, ait, *imis coërcebat, ſpirituales verò in alta ſublevabat; Quid quæſo hoc genus monſtri eſt, quod noſtri temporis arbores, & Leones, vel alias beſtiales mentes portant in ramis, Volucres verò* 12.

[Daniel. 4.]

[*Honor delatus immerenti lethalis eſt.* Rich. Vict.]



*cœli contra conditiones jura creatoriſque inſtituta premunt in ramis. Quid quæſo eſt, quod facitis, qui ejuſmodi bruta, & beſtialia corda in ſublime attollitis? Si verò eos diligitis, cur eis non parcitis? Quid quæſo eſt, aliud, quàm ruinam paratis? dum eos ad alta ſuſpenditis, & quaſi in ramis portatis.* Qui indignos & immeritos honoribus afficiunt, eos ad ruinam, & præcipitium ducunt.

# CAPUT VII.

1. CUm autem impleſſet omnia verba ſua in aures plebis, intravit Capharnaum,
2. Centurionis autem cujuſdam ſervus male habens, erat moriturus: qui illi
erat pretioſus. 3. Et cùm audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum,
rogans eum, ut veniret & ſalvaret ſervum ejus. 4. At illi cùm veniſſet ad Ieſum
rogabant eum ſollicitè, dicentes ei, Quia dignus eſt ut hoc illi præſtes: 5. Diligit
enim gentem noſtram, & Synagogam ipſe ædificavit nobis 6. Ieſus autem ibat cum
illis. Et cùm jam non longè eſſet à domo miſit ad eum Centurio amicos dicens,
Domine, Noli vexari. Non enim ſum dignus, ut ſub tectum meum intres. 7. Pro-
pter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus ut venirem ad te: ſed dic
verbo, & ſanabitur puer meus. 8. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitu-
tus, habens ſub me milites: & dico huic, vade, & vadit: alij, veni, & venit: &
ſervo meo, fac hoc, & facit. 9. Quo audito, Ieſus miratus eſt: & converſus, ſe-
quentibus ſe turbis, dixit, Amen dico vobis, nec in Iſraël tantam fidem inveni.
10. Et reverſi qui miſſi fuerant domum, invenerunt ſervum qui languerat, ſanum.
11. Et factum eſt deinceps, ibat in civitatem, quæ vocatur Naim & ibant cum
eo diſcipuli ejus & turba copioſa. 12. Cùm autem appropinquaret portæ civi-
tatis. Ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris ſuæ: & hæc vidua erat:
& turba civitatis multa cum illa. 13. Quam cùm vidiſſet Dominus, miſericor-
diâ motus ſuper eam, dixit illi, Noli flere. 14. Et acceſſit, & tetigit loculum
Hi autem qui portabant, ſteterunt: 15. Et ait, Adoleſcens tibi dico, ſurge
Et reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri ſuæ. 16.
Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes, Quia pro-
pheta magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitavit plebem ſuam. 17. Et
exiit hic ſermo in univerſam. Iudæam de eo, & in omnem circa regionem. 18.
Et nuntiaverunt Ioanni diſcipuli ejus de omnibus his. 19. Et convocavit duos de
diſcipulis ſuis Ioannes, & miſit ad Ieſum dicens. Tu es, qui venturus es, an
alium expectamus? 20. Cùm autem veniſſent ad eum viri dixerunt, Ioannes
Baptiſta miſit nos ad te dicens, Tu es, qui venturus es: an alium expectamus? 21.
In ipſa autem hora multos curavit à languoribus, & plagis, & ſpiritibus malis: &
cæcis multis donavit viſum. 22. Et reſpondens dixit illis. Euntes renuntiate Ioan-
ni, quæ audiſtis, & vidiſtis: Quæ cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundan-
tur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt. Pauperes Evangelizantur: 23. & beatus eſt
quicumque non fuerit ſcandalizatus in me. 24. Et cùm diſceſſiſſent nuntij Ioan-
nis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas. Quid exiſtis in deſertum videre? arundi-
nem vento moveri. 25. Sed quid exiſtis videre hominem mollibus veſtimentis
indutum? Ecce qui in veſte pretioſa ſunt, & deliciis, in domibus regum ſunt. 26.
Sed quid exiſtis videre Prophetam? Utique dico vobis, & pluſquam prophetam.
27. Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam,
qui præparabit viam ante te. 28. Dico enim vobis, major inter natos mulierum
propheta Ioanne Baptiſta nemo eſt, Qui autem minor eſt in regno Dei major
eſt illo. 29. Et omnis populus audiens, & Publicani juſtificaverunt Deum, bapti-
zati baptiſmo Ioannis. 30. Phariſæi autem, & legis periti conſilium Dei ſpreve-
runt in ſemetipſos, non baptizati ab eo 31. Ait autem Dominus. Cui ergo ſimiles
dicam homines generationis hujus & cui ſimiles ſunt? 32. Similes ſunt pueris
ſedentibus in foro, & loquentibus ad invicem, & dicentibus. Cantavimus vobis
tibiis, & non ſaltaſtis, lamentavimus, & non ploraſtis. 33. Venit autem Ioannes
Baptiſta neque manducans panem neque bibens vinum, & dicitis, Dæmonium
habet. 34. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis, ecce homo de-
vorator, & bibens vinum, amicus pubicanorum, & peccatorum. 35. Et juſtificata
eſt

eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis. 36. Rogabat autem illum quidam de Phariſæis ut manducaret cum illo. Et ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit. 37. Et ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod occubuit in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti: 38. Et ſtans retro ſecus pedes ejus, lachrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. 39. Videns autem Phariſæus qui vocaverat eum, ait intra ſe dicens, hic ſi eſſet Propheta, ſciret utique quæ, & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. 40. Et reſpondens Jeſus, dixit ad illum Simon, habeo, tibi aliquid dicere. At ille ait, Magiſter, dic. 41. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta 42. Non habentibus illis unde redderent, donavit utriſque. Quis ergo eum plus diligit? 43. Reſpondens Simon dixit: Æſtimo quia is cui plus donavit. 44. Et converſus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lachrymis rigavit pedes meos, & capillis ſuis terſit. 45. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intravit, non ceſſavit oſculari pedes meos 46. Oleo caput meum non unxiſti: hæc autem unxit pedes meos. 47. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Cui autem minùs dimittitur minùs diligit. 48. Dixit autem ad illam, remittuntur tibi peccata. 49 Et cœperunt qui ſimul accumbebant dicere intra ſe. Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? 50. Dixit autem ad mulierem, Fides tua te ſalvam fecit. Vade in pace.

### *ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Sanat ſervum Centurionis. De quo tractavi tomo 3. in Evangelia, & ſupra Matth. 8.

*Secundò, Verſ.* 11. Filium Viduæ Naim à morte ſuſcitat. De quo egi tom. 3. cap. 12.

*Tertiò, Verſ.* 19 Diſcipulis Joannis Baptiſtæ rogantibus. *Tu quis es:* Non verbis, ſed factis, ac miraculis reſpondet, ſe eſſe verum Meſſiam, ſive Chriſtum, quod explicavi tom. 3. cap. 13. & ſupra Matth. 11. & ibi de Joannis laudibus agit.

*Quartò, Verſ.* 36. Magdalenæ pœnitenti, peccata remittit; quod explicavi tom. 3. cap. 15. & hîc modo dicam.

---

## Convertitur Magdalena.

### QUÆSTIO I.

*Quare hæc mulier in primo Evangelij fronte, dicitur peccatrix?*

1. SCribit Noſter Evangeliſta in præſenti numero 37. *Mulier, quæ erat in civitate peccatrix:* De hoc Evangelio latè tractavi tom. 3. cap. 15. per 31. quæſtiones. Pro majori doctrina adde. Cur ejus proprium nomen taceatur? De quo dixi citato cap. 3. Cùm verò peccatricem dicit mulierem, ejus nomen ſubticet. Ut placet Cajetano, & ait: *Hujus mulieris nomen tacetur, propter honorem mulieris, quia peccatrix deſcribitur.* Tamen de fama aliena curat Sacer Hiſtoricus. Scribit D. Marcus 14. n. 52. Quod cùm comprehenſus eſt Jeſus in horto; Adoleſcens quidam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo; *& tenuerunt eum: At ille relicta ſindone, nudus profugit ab eis:* Accuſati juvenis de fuga turpi piè, ac anicè nomen tacet ſic bonus quiſque agit, Deo duce. Præclarè D. Nazianzen. oration. 25. ait: *Si quis rejecta ſindone profugerit, eum conteget,* &c. Si quis nudus aufugerit, Bonus vir eum cooperiat, ejus nomen occultans, ut ejus famæ conſular.

Caietan. *Nomen tacetur ne peccatricis fama lædatur.* Marc. 14. D. Nazianz.

2. Dicitur mulier peccatrix, quia ita publicè habetur, ac reputabatur in Civitate, & quodnam crimen erat in muliere, quæ ita famâ proſtituebatur; luxuria, nempe, quæ ſummè mulieris nomen infamat, ac turpe reddit. Ex quo canit Prudentius in Pſychomachia.

*Venerat occiduis mundi de finibus hoſtis*
*Luxuria, extincta jamdudum prodiga famæ.*

Prudentius 1.

Ubi luxuria regnat, illum primum parturit, ut bonam famam corrodat, ac bonam notam in muliere extinguat. Hinc fit, quòd præclaram elegantiam, ac morum præſtantiam fœminarum, nil illuſtrius demonſtret, quàm bona earum fama. Cantic. 6. dicitur num. 3. *Pulchra es amica mea, ſuavis, & decora, ſicut Jeruſalem:* Septuaginta: *Formoſa es proxima mea, ut bona opinio, pulchra ut Jeruſalem:* ita ut Divinæ Sponſæ tota pulchritudo, morum ſuavitas, ac ſplendida decoritas deſumatur, ac proveniat à bona fama, opinione, ac Ieruſalem; ſicut, qui eſt videns Deum; ut dicit D. Ambroſius lib. 1. de Virginib. *Non caduci, etiamque corporis pulchritudo, vel morbo peritura, vel ſenio, ſed nullis obnoxia caſibus opinio bonorum nunquam moritura*

*Elegantia fœminarum deſumitur à bona opinione.* Cantic. 6. Septuagint. D. Ambroſ.



*ritura meritorum virginibus eſt decori.* Tota elegantia, ac pulchritudo fœminarum deſumitur à bona fama ac opinione.

---

### QUÆSTIO II.

*Quare hæc mulier ingrediens domum ſtat retrò, & lachrymis cœpit lavare pedes Chriſti?*

2. DE his latè egi citato cap. 15. à quæſt. 9. uſque 16. Nunc verò conſidera, quod Petrus *egreſſus foras flevit amarè.* Matth. 26. num. 75. At hæc Sancta Fœmina ingreditur domum, & lachrymas profundit. Expreſſit quiſquis ſuo actu Sanctiſſimum virtutis affectum. Ille ingreditur foras videri verecundans tanto facinore commiſſo; Hæc ingreditur domum coram convivis publicam faciens ſuam pœnitentiam ex publicis criminibus. Sæpe præclara virtus diverſis, ac contrariis actionibus manifeſtatur. Docet Chriſtus ad evitandam jactantiam, & clauſo oſtio, ad Patrem orandum. Matth. 6. n. 6. At Daniel. cap. 6. n. 10. Apertis januis in cœnaculo ſuo. Ut viri Dei ſervi agnoſceretur: De quo vide ſupra Matth. 8. quæſt. 4. n. 19.

Matth 26. *Præclara virtus ſæpe contrariis actionibus oſtenditur.* Matth. 7. Daniel 6.

4. Secundò conſidera (de quo dixi tom. 5. in Evangelia lib. 7. cap. 1. q. 3.) Quòd Sancta Magdalena, nunc apud Phariſæum lachrymis rigabat pedes Chriſti, & unguento ungebat. At juxta paſſionem Chriſti aliter ſe habuit apud Simonem leproſum; ut ſcribit. D. Matth. 26. n. 7. *Cùm autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi; acceſſit ad eum Mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.* Similiter habet D. Marcus 14. n. 3. Sanè ſagaciſſima hæc ſancta fæmina, prudentior videretur ſi à capite, ut pote à principaliori parte ſuam unctionem inciperet; Cur ergo à pedibus; deinde ad Caput: Drogo Hoſtienſis de Sacramento Dominicæ paſſionis, ait de Magdelena agens: *Quid memorem de ſepulturæ officio quod provenit? de pedibus ad unctionem capitis.* Mulier apud Phariſæum ex profunda humilitate ad Chriſti plantas ſe devolvit, ac dimiſit; Inde Chriſtus D. Manus mulieris, quæ ſe ipſas indignas reputabant tangere pedes ejus ſic honorat, ac nobilitat, ut ſuper caput ſuum elevet, ac extollat ut Sanctum Dei verticem attingat. Quòd uni tantum Joanni Baptiſtæ in Jordane poſt longum ſanctiſſimæ vitæ decurſum ex magna amoris indulgentia conceſſum eſt.

Matth. 16. Marc. 14. Drogo. *Magdalena ex ſua humilitate ſuper caput Chriſti extollitur.*

5. Tertiò: D. Laurentius Navarienſ. homil. de Pœniten. ait: *Ecce* mulier, quæ erat in civitate peccatrix, &c. *Subito quaſi meretrix audax intravit in domum, & attritam publicis aſpectibus frontem obtulit ſalvatori, audenter intravit... non reſpexit ad Phariſæum, ſed recto limite tendit ad fontem, pudore privata, & pœnitudine armata, & facta eſt de meretrice virgo.* Ecce in univerſa Chriſti eccleſia hæc mulier ponitur ut perfecta pœnitentiæ Idea, generoſa audacia intrat mulier in domum ſuæ ſalutis remedium quærens, *pudore privata:* quia præ ingenti dolore de nulla illius oſtentatione, ac vili miniſterio verecundabatur, *ſed attritam publicis aſpectibus frontem obtulit Salvatori;* pœnitudinem, quam in animo conceperat, facie, ac vultu manifeſtabat: *Non reſpexit ad Phariſæum, ſed recto limite tendit ad fontem:* Non attendit ad Phariſæum, nec ad aliquem alium, ſed ſolùm ad ſuæ ſalutis fontem, à quo ſalutis remedium poterat haurire; & inde quid conſequens fuit: *facta eſt de meretrice Virgo:* tam ingens, ac magnifica fuit hujus mulieris pœnitentia, quæ erat proſtituta meretrix; omni laſciviæ turpitudini dedita, facta eſt caſtiſſima, ac pudiciſſima Virgo. Poſtquam Prodigus ille cum meretricibus diſſipaverat ſubſtantiam ſuam, lachrymis, ac pœnitentia tabeſcens, venit ad Patrem ſuum proſtratus humi clamat. *Pater peccavi in cœlum & coram te:* Quo promotus bonus ſenex ad ſervos ſuos ait: *Citò proferte ſtolam primam, & date illi.* Luc. 15. n. 22. Per ſtolam primam intelligit D. Auguſtinus in Quæſtionibus Evangelicis: primam *dignitatem, ſeu gratiam, quam perdidit Adamus:* hæc autem gratia propria eſt illorum, qui ſunt in ſtatu innocentiæ; ſic enim ille prodigus per ſuam intimam pœnitentiam, ac contritionem reformatus, ac reſtauratus eſt, ut veluti illum candorem primæ innocentiæ recuperaverit. Vide ſupra Matth. 1. p. 6. n. 28. 29. 30.

Novarienſ. *Magdalena pœnitentiæ idea.* *Magdalena per pœnitentiam ex meretrice fit Virgo.* Luc. 15. D. Auguſt.

Quartò: D. Cyprianus Tractatu de ablutione pedum, & ſi alibi datus, nunc altiùs, expendendus, & ait: *Uſa ex capillis pro linteo, oculis pro catino, lachrymis pro baptiſmo: Cor contritum erupit in lachrymas, fides lavit, charitas unxit: caput pro ſuppedanea ſtravit: crinibus circumfuſis, pedes ſacros involvit, & terſit, nil ſibi de ſe retinens, totam ſe tibi devovit.* Hæc ſancta fœmina ſecundùm omnes ſuas potentias ſe Chriſto conſecrat, intellectum fide, voluntatem charitate, memoriam ſpe, quem ex ſua conditione conceperat. Ad hoc Ablutionis miniſterium præ amoris fervore, non aliquid quærit extrinſecum, ſed ipſa ex ſemet totum exhibet: *Capite pro ſuppedanea,* ſeu pelvi utitur: *oculis pro catino,* ſeu vaſe defluente: *lachrymis pro baptiſmo:* ſeu aqua: *crinibus circumfuſis:* pro linteo. In extrema cœna Chriſtus lavat pedes diſcipulorum ſuorum; Ipſa ponit veſtimenta ſua, linteo ſe præcingit: *Mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum ſuorum, & extergebat linteo quo erat præcinctus.* Joan. 13. n. 5. in tam ſublimi miniſterio, vi ac impulſu amoris, non ſocium, ac adjuvamen aliquod quærit, ſed totum ipſe perſolvit, ac adimplet. Ut rectè notavit Theophilact. ibi & ait: *Linteo præcingit ſe, ipſe omnia faciens, lavans, & extergens; mittit item aquam, & hoc ipſe faciens, non aliis committens.* Ut latè expendi tom. 5. in Evangelia cap. 5. q. 25. n. 50. 51. Amor ingens non admittebat ſocium, ſed totum ipſe perſolvebat.

D. Cyprian. *Magdalena ex ferventi amore omnia ex ſe adminiſtrat.* Joan. 13. Theophyl.

Quintò: D. Ambroſius in præſenti ait: *Bonæ lachrymæ, quæ non ſolùm noſtrum poſſunt lavare delictum, ſed etiam Verbi cæleſtis rigare veſtigium, ut regreſſus in nobis ejus exuberent:* & immediatè antea præmiſit S. Doctor. *Ideo non lavit pedes ſuos Chriſtus, ut eos lachrymis nos lavemus:* Poſtquam Chriſtus D. lavit pedes diſcipulorum ſuorum: *Si ego lavi pedes* 7.

D. Ambroſ.

*veſtros Dominus Magiſter veſter : vos debetis alter alterius lavare pedes* : Joan. 13. n 14. Si ergo Dominus hoc præcepit, & mandavit ſuis Apoſtolis, cur non permiſit, ut aliquis diſcipulorum ſuorum ejus lavaret pedes; Tam altum, & ſublime miniſterium uni ſoli Magdalenæ datum, ac conceſſum eſt Miniſterium quod Chriſtus D. ex ſingulari amore, ac fervore exhibuit Apoſtolis, hoc Magdelena præſtitit Chriſto. Cùm Apoſtoli maximè eſſent timidi, ac perturbati ex conſideratione eorum, quæ paſſuri erant, ad depellendum talem timorem ab eorum cordibus, largum, & amplum ſermonem habuit Chriſtus. Luc. 12. n. 4. *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & amplius non habeant quid faciant*. Item quòd eos confitebitur, & agnoſcet, *coram Patre ſuo in cœlis* ad amplam remunerationem n. 9. & tandem ait: *Nolite timere puſillus grex; quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum*. n 32. At imminente Chriſti morte ex horrore illius ut ſe verum hominem, veramque naturam humanam habere oſtenderet, ut docent D. Aug. tr. 49. in Joan. D. Athanaſius de Incarnatione Chriſti, Noſter D. Cyrillus Alexandr lib. 12. ait Chriſtus D. *Nunc anima mea turbata eſt* : Joan 12. n 27. nullus ex Apoſtolis aliquid ad Chriſtum loquitur, nec verbum aliquod dicit; ſed tantum ab Æterno Patre vox de cœlo reſonat : *Clarificavi & iterum clarificabo* : Quæ vox audita eſt ab omni turba circunſtante; ut cum D. Chryſoſtomo homil. 66. in Joan. tenent omnes Interpretes : ait : *Clarificavi* : ut exponit D. Auguſtin tractat 52. in Joan. *Quando natus eſt de Virgine, & cum virtutes operatus eſt* : & iterum clarificabo : *Cùm reſurget à mortuis, tunc exaltabitur ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria ejus* : Hoc poſito in quæſtionem voco, cur quando Apoſtoli triſtantur, Chriſtus ad mitigandum dolorem occurrit lenibus verbis, ac magnificis promiſſionibus. At cùm Chriſtus turbatur, nullus ex Apoſtolis verbum profert, ſed omnes tacent. Illum ſingularem favorem, ac eximiam benignitatem, quam Chriſtus ſuis Apoſtolis exhibebat, erga ipſum Chriſtum nullus præſtare poterat, niſi ipſe Æternus Parens mirabiliter intonans, ac reſonans : *Clarificavi, & iterum clarificabo.*

*Marginal notes:* Joan. 13. — *Quod Chriſtus præſtat Apoſtolis, Magdalena exhibet.* — Luc. 12. — D. Auguſt. — D. Athanaſ. — D. Cyrill. — Ioan. 12. — D. Chryſo. — D. Auguſt.

## QUÆSTIO III.

### *Quare hæc mulier ſancta non linteo, ſed crinibus Chriſti pedes abſtergebat?*

8. DE hac Sancta Fœmina ſcribit Evangeliſta in præſenti. *Lachrymis cœpit rigare pedes ejus & capillis capitis ſui tergebat* : Quod fecit pro magno dolore, quo premebatur. Aliter fecit Eſther. 14. n. 2. in magna afflictione conſtituta : *Omnia loca, in quibus antea lætari conſueverat crinium laceratione complevit* : Omnes crines ſuos tanquam rumpens dilaceravit, quod in ſignum extremi, ac ſummi doloris fiebat, ut ibi multis exemplis probat Lyranus, Magdalena autem in tam ingenti cordis dolore, non lacerat crines ſuos, ſed eos veluti colligatos, integros ad pedes Chriſti ponit. Quænam hujus rei ratio?

*Marginal notes:* Eſther. 14. — *Quædam incidens difficultas.*

9. Eſther agebat pro temporali ſuorum ſalute, & inde crinibus, qui cogitationes ſignificant, diviſionem patiuntur; quæ enim ad temporalia tendunt, in multa dividuntur, ac ſcinduntur. At Magdalena, non de temporali, ſed de ſpirituali ſalute agebat, indeque nullam ſciſſionem, ac diviſionem admittit, ſed omnes ſuos crines, ac cogitationes pro peccatis tollendis coram Domino reponit, ac ſiſtit. Duæ Sanctæ ſorores Chriſtum recipiunt hoſpitio: Martha maximè occupabatur in componendis cibis temporalibus; Magdalena ſedens ad pedes Domini tantùm contemplationi erat dedita, Martha de ſorore conqueritur; ait illi Chriſtus D. *Martha, Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima, porrò unum eſt neceſſarium* : Luc. 10. num. 41. Cùm enim Martha de temporalibus agebat in multa diſtrahitur: At verò Maria, quæ de ſpirituali contemplatione, ac meditatione Chriſti agebat, tota in unum erat collecta. Caſſianus Collatione 1. cap 8. *Porro unum eſt neceſſarium, unius Dei intuitus, & contemplatio, ſolius Dei pulchritudine, ſcientiaque paſcitur.*

*Marginal notes:* *Temporalia diſtrahunt in multa, ſpiritualia colligunt in unum.* — Luc. 10. — Caſſian.

10. Secundò : D. Chryſologus ſerm. 39. *Et capillis capitis ſui tergebat*, ait : *in peccatricis caput purgandis criminibus refluebat unda ut ſua fronte* (ſeu potiùs fonte) *mulier in novum baptiſma ſuorum dilueret illuviem peccatorum.* Valdè myſteriosè dum mulier lachrymis ſuis rigat pedes Chriſti, ſuis capillis lachrymas ipſas abſtergit, quia earum totum pretioſum valorem, ac fructum, in ſemetipſa reſumebat ſibique in ſuum meritum, ac fructum comparabat, ac proinde ex effuſis lachrymis totam æſtimationem in ſuum bonum colligebat : *Capillis capitis ſui tergebat. In peccatricis caput purgandis criminibus refluebat.* Hoc ſenſu dicebat David *Et oratio mea in ſinu meo convertetur* : Pſalm. 34. n 13. Tota ejus oratio ad Deum, in ejus utilitatem refundebatur.

*Marginal notes:* D. Chryſol. — *Magdalena piè lachrymas effundens in ſe reſumit eas.* — Pſal 34. — Pſalm.

11. Ait Iſaias 61. n. 3. *Ut ponerem lugentibus in Sion; & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris* : Lugentes ponit Deus in Sion tanquam in loco maximè publico, ac notorio, & ſacro, ut pote in quo erat templum D. Hieronym. & aliqui Codices legunt : *Ut ponerem lugentibus fortitudinem in ea* : ex lacrymis eximia comparatur fortitudo erga Deum ad impetrandum, ac ſi veluti in arbitrio lugentium relinquatur quidquid à Deo velint impetrare lachrymarum obſequio : *Coronam pro cinere* : pro cinere, id eſt, abjectione, ut interpretatur Lyranus; ſeu habitu, & veſte lugubri, *Coronam* : nempe, gloriæ, ac majeſtatis : *Oleum gaudii pro luctu* : Quod rectiſſimè dicitur; nam oleum non ſolùm interiùs replet, ſed etiam exteriùs profunditur, quod dicitur ob exuberentiam cœleſtis gaudii; ſicut dicitur : *Serve bone, intra in gaudium Domini tui* : Matth. 25. n. 21. non ait ille; veniat gaudium in te, ſed tu intra in illud; ac ſi pro ejus magnitudine tantum gaudium non capiat in homine; ut exponit Caiet. *Pallium laudis pro ſpiritu mœroris* : Chald. legit: *Spiritum ovantem, pro ſpiritu eorum, qui erat mœrens* : ut darem ſpiritum ovantem, ſeu triumphantem, ſeu triumphum agentem plauſu magnifico, ac feſtivo, ac ſic lugens tantum ex ſuis lachrymis ſibi comparat, & acquirit ut non tantùm poſtmodum, ſed etiam jam in præſenti habeat multam fortitudinem, & vim ad impetrandum à Deo quidquid optat, & coronam, ac magnificum gaudium Domini & ſuis, & ſpiritum ovantem magnificè, ac pompaticè triumphantem de cunctis mundialibus rebus.

*Marginal notes:* Iſai. 61. — D. Hieron. — Lyran. — Matth. 25. *Spiritus lugens, eſt ſpiritus ovans ac triumphans.* — Caietan. — Chald.



12. Pro hac magnifica lachrymarum excellentia, accipe conglomerata elogia ex D. Chryſologo ſerm 93. *Lachrymis cœpit rigare pedes ejus*. Et ait : *En mutatur ordo rerum, pluviam terræ Cœlum dat ſemper. Ecce nunc rigat terra Cœlum : imò ſuper cœlos, & uſque ad ipſum Dominum imber humanarum proſilit lachrymarum : Ut juxta Pſalmiſtam, & de aquis fletum cantetur illud* : Et aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini. *O quanta vis lachrymis peccatorum : rigant cœlum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam divina promulgatione ſententiam* : Quid gravius?

*Marginal notes:* D. Chryſol. — *Conglomerata lachrymarum elogia.*

13. Quid mirum? quòd lachrymæ dicantur eſſe ſuper cœlos, & ad ipſum Dominum penetrare, cùm intra Deum videantur commorari; ait Pſalmographus. Pſalm. 55. num. 9. *Vitam meam annuntiavi tibi, poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo*, Primam partem : *Vitam meam annuntiavi tibi* : Patres Græci Paraphraſticè exponunt. *Ecce omnem vitam meam tibi conſecravi*, Theodoretus apud Catenam : *Omnem vitam meam tibi dedicavi* : Nam etſi Davidis vita fuerit fœdata adulterio, ac homicidio Uriæ; tamen exinde in rigida pœnitentia largo lachrymarum imbre fuit : *Et panem meum cum fletu miſcebam* : Pſaſm. 101. num. 10. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte*. num. 41. num. 4. Ex quo ipſe dicebat : *Omnem vitam meam dedicavi tibi* : & quid inde ſequitur? *Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo* : Symmachus argutè legit : *Poſuiſti lachrymas meas intra te* : Sic enim amanter, ac delectabiliter lugentium lachrymas Deus excipit, ut in ſinu ſuo illas recipiat, & foveat, ut intra ſe, ponere dicatur. Hoc magno hyperbolico ſermone, quam gratæ, & acceptæ illi ſint lugentium lachrymæ, optimè declaratur.

*Marginal notes:* Pſal. 53. — Græci Patres — Theodoret. *Deus præ amore dicitur lugentiũ lachrymas intra ſe ponere.* — Pſalm. 101. — Pſalm. 41. — Symmach.

## QUÆSTIO IV.

### *Quare tam impudenter Phariſæus obmurmurat de Chriſto, ac Magdalena?*

14. VIdens Phariſæus obſequium, quòd Sancta Mulier Chriſto exolvebat, peſtiferum linguæ ſuæ venenum contra Chriſtum evomit, obmurmurans, dicendo : *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret, quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt* : hoc cap. n. 39. quod latè explicavi citato c 15. q. 17. 18. 19. & 20 Nunc verò adde, quod ut iſte inflatus Phariſæus obmurmuret de Chriſto, etiam obmurmurat de Magdalena; tanto nexu uniuntur Chriſtus, & Magdalena, quòd hujus mulieris honor non poſſit jacturam pati, quin etiam aliquantulùm Chriſti fama apud iniquos in diſcrimen veniat.

*Marginal note:* *Obmurmurat de Magdalena, obmurmurat de Chriſto.*

15. Sed quid mirum, quòd Phariſæus calumnietur Magdalenam cùm etiam diſcipuli Chriſti, imò, & ipſa ſoror ejus Martha de illa obmurmuravit : Matth 26. num 8 ſugillantes eam ut prodigam. *Ut quid perditio hæc?* Luc. 10. n. 40. Martha eam notans ut deſidem, ac parùm ſolicitam. *Relinquit me ſolam miniſtrare* : Omnia hæc patienter ſuſtinuit Magdalena, ex quo cauſam ejus ſuſcipit Chriſtus, & mulieri amorem maximè commendavit; Diſcipulis dixit : *bonum opus operata eſt* : Marthæ : *optimam partem* elegiſſe Mariam. Phariſæo largè refert Chriſtus mulieris obſequia, concludens : *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm* : Sed cur Dominus in tot, ac tantis pro ea reſpondet : quia ſic in amore Chriſti mulier totis ſuis viribus erat defixa, ut minime illis attenderet, ne tantiſper à ſuo eximio affectu, erga Chriſtum retardaretur, ac diſtraheretur, ſic tota rapiebatur ad Chriſti amorem, ac contemplationem, ut omnia alia contemneret, nec de illis minimè ageret; & inde pars ejus, ſeu portio ejus, optima, & excellentiſſima à Chriſto dicitur, & publicatur. D. Bernard. ſerm. 3. de Aſſumpt. ait : *Vide Prærogativam Mariæ, quæ in omni cauſa Chriſtum habet advocatum. Indignatur ſiquidem Phariſæus, conqueritur ſoror, & diſcipuli murmurant, ubique Maria tacet, pro ea loquitur Chriſtus : Optimam partem elegit Maria.*

*Marginal notes:* Matth. 26. — Luc. 10. — *Magdalena nullo modo potuit diſtrahi, ac divelli à Chriſti amore.* — D. Bernard.

16. Et propiùs ad Quæſtionem propoſitam : Dicebat Phariſæus intra ſe : *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret, quæ, & qualis eſt mulier*, &c. Quæ verba ponderans. D. Auguſtin. ſerm. 11. ad Fratres, cautela libidinis, ſic ſcribit : *Quia ergo Phariſæus repulſurus eſſet, cum hoc Dominus non fecit, exiſtimavit eum neſcire, quæ illa eſſet, & dixit apud ſemetipſum : Hic ſi eſſet Propheta, ſciret quæ mulier illi acceſſit ad pedes : non dixit repuliſſet eam, ſed ſciret, quæ eſſet : tanquam eſſet conſequens, ut ſi ſciret, repelleret. Ex illo ergo quòd non eam repulit, etiam neſcire eum pro certo ſuſpicatus eſt.* Poterat Phariſæus ſic Dominum calumniari : hic ſi eſſet propheta vir juſtus, ac ſanctus non ſineret, ut mulier peccatrix, ac libidinoſa pedes ejus tangeret, ac manibus contrectaret, ſed tantum dixit. *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret, quæ, & qualis*, &c Maluit puriſſimus Jeſus permittere ſe de inſcientia argui, quàm notari de aliquo levi libidinoſo veſtigio; quod nempe ſciens, & volens ſe à fœmina peccatrice tangi permiſerit, ſemper enim D. Jeſus à ſe ablegavit quidquid, vel etiam leviter libidinem redoleret.

*Marginal notes:* D. Auguſt. — *Chriſtus permiſit ſe potius de inſcientia quã de aliquo odore libidinis argui.*

17. Impletis diebus purgationis Mariæ, tulerunt puerum Jeſum in Jeruſalem, ut ſiſterent eum coram Domino, ut darent hoſtiam ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini : *Par turturum, aut duos pullos columbarum*. Luc. 2. n. 24. Sicut turtures, cur non etiam columbæ pro Sanctiſſimo puero, ac Virgine Matre oſteruntur; ſed tantùm pulli columbarum: Columba, quamvis ſit animal præjucundum ob ſui candorem, & valdè ſimplex, felle, morſibus, ac unguibus carens, ſymbolumque Spiritus Sancti; tamen eſt avis valde libidinoſa; & inde minore

*Marginal note:* Luc. 2.

*Pro puero Jeſu & matre oblata non habent odorem libidinis.*

ætate aſſumitur, quæ libidinem neſciat, ut ſunt turtures, quæ valde caſtæ aves habentur: Non debuit ergo pro virginali filio, virgineque Matre offerri hoſtia, quæ vel leviter libidinem ſuboleat; ſed quæ undique continentiam ſpiret, puritatem exhalet, & pudicitiam redoleat: Et ideo non columbas, ſed pullos columbarum. Præclarè D. Bernard. ſem 59. in Cantic. ait: *Non ſolum commendant turturem gemitus, commendat & caſtitas. Hujus meritò digna fuit dari hoſtia pro Virgineo partu, &c. Et licèt aliàs quidem per columbam Spiritus Sanctus ſoleat deſignari; tamen quia libidinoſa avis eſt, non decuit offerri eam in ſacrificium Domini, niſi eâ ſanè ætate, quâ neſciat libidem. Ac turturis non deſignatur ætas, quoniam agnoſcitur caſtitas in quacunque ætate.*

D. Bernard.

18\. Secundò: Phariſæus omni nequitia plenus, Chriſtum, & mulierem arguit; Mulierem, quia peccatrix; Chriſtum, quia ab ea ſe tangi permittit: *Si eſſet Propheta ſciret quæ, & qualis eſt mulier*, &c. Hæc eſt peſſimorum conſuetudo, qui cùm omni ſpurcitia abundent, aliorum juſta, & ſancta opera, rabido, ac canino dente diſcerpunt, ita ut inde ſuas turpitudines exiſtiment defendere, ac tueri, & ut in ſuis prævaricationibus conſolationem habeant. Scribens Apoſtolus Paulus 2. ad Timoth. cap. 3. à n. 2. deſcribit, quòd in noviſſimis temporibus erunt homines ſe ipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi; *parentibus non obedientes, ingrati, ſcelesti, ſine affectione, ſine pace criminatores*: Ecce proponit Apoſtolus homines in quibus nulla eſt rectè vivendi cura, ſed ſeſe in omni ſcelere, ac vitio ingurgitantes; & tamen ab Apoſtolo dicuntur; *Sine affectione, ſine pace criminatoris*: id eſt, abſque ullo reſpectu, ſed omni modo alios arguentes, ac verbis detrahentes, tantùm abeſt, quòd ex ſua nequitia eorum os comprimatur, quòd inde impudentiores fiunt, & in alios omni obmurmuratione debacchantur. Theophylactus ait: *Qui nullius boni ſibi conſcius eſt, alios criminatur; hoc pacto ut conſolationem ſibi acquirant, & excogitent.*

2\. Tim. 3.

*Iniquus vult tegere ſua delicta arguens alios.*

Theophyl.

19\. Cùm audiſſet Saül magnum tumultum Philiſtinorum in prælium, adjuravit Saül populum: dicens *Maledictus vir, qui comederit panem, uſque ad veſperam, donec ulciſcar de inimicis meis*, 1. Reg 14. n. Jonathas gravi fame oppreſſus, neſciens Patris mandatum, comedit favum? Occurrit miles, exponit, quod Pater ſtatuiſſet; Opponit Jonathas juvenili genio, ac furore: *Turbavit Pater meus terram*: ibidem n. 29. Nam ut rectè cum Abulenſi ait Caietanus, Jonathas non peccavit comedendo, quia neſciebat mandatum Patris: *Peccavit tamen, arguens Patrem, qui præceperat*, ait Caietan. Exiſtimavit Princeps detractione in Patrem, ſuum crimen abſcondi & tegi.

*Detrahens Jonatas patrem ſuum crimen excuſare vult.*

Abulenſ.
Caietan.

## QUÆSTIO V.

*Quare dum Chriſtus commemorat remitti multa peccata, non opponit illius obſequia, ſed tantum ejus dilectionem?*

Ait Chriſtus D. in præſenti num. 47. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm*: de quò late tractavi citato cap. 15. quæſt. 26. 27. 28 Nunc verò adde, quòd dum mulieris laudatur eximia charitas: *Dilexit multùm*: ſimulque illius errores, ac defectus referuntur. *Remittuntur ei peccata multa*: Ad quid ſimul in muliere illius ingentis amoris ardores, ac etiam illius antiqua peccata, & crimina connectuntur? Alto divino ſpiramine factum eſt, ut cùm Magdalena ſe videri in tanto dilectionis culmine, *dilexit multùm*, etiam de ſe agnoſcat, quòd peccavit multùm, ut felicitas præſens deprimatur memoria antiquæ infelicitatis, & ut etiam inde majorem gratiarum actionem prorumperet; cùm ex tanta multitudine peccatorum, Deus ad tantam gratiam, ac remiſſionem peccatorum eam elevaverit. *Vidi*, Iſai. *Dominum ſuper ſolium excelſum, & elevatum* (inter Seraphim alas) *clamantes alter ad alterum Sanctus, Sanctus Sanctus*, c. n. 1. & 2. Quæ viſio valde excelſa, & præclara eſt inter cæteras, quæ habentur in Veteri Teſtamento, ut probat ibi Leo à Caſtro: Et ſtatim ſubditur num. 7. quòd unus de Seraphim cum calculo ignito volavit tangens labia Prophetæ dicens ei: *Auferetur iniquitas tua & peccatum tuum mundabitur*: Ibidem num. 7. in tanta felicitate adjungitur memoria ſuorum peccatorum, ne ab ipſa felicitate vinceretur felicitas, ſed cùm humilitatem recognoſceret magnitudinem tanti doni, ac beneficij. 20.

*In ſumma felicitate infelicitatis antiquæ memoria habeatur.*

Iſai. 6.
Leo à Caſt.

*Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Præclarè D. Auguſtinus in Pſalm. 140. ait: *Dilexit multùm: quare? quia confeſſa eſt, quia flevit, qui non declinatum eſt cor ejus in verba maligna ad excuſandas excuſationes in peccatis, non combinata eſt cum electis eorum, id eſt, defendentibus ſe.* Satis altè & profundè D. Auguſtinus, animoſam peccatorum confeſſionem in muliere agnoſcit, quæ delicta ambiguitate non celat, non ſubtiliter excuſat, ex fragili conditione, ex flore juvenilis ætatis, vel ex ſeductione aliorum, vel ex malâ aliquorum ſocietate, ſed tantum dolore componitur, dolore atteritur; fletu diluit, ardenter amat hinc inde Chriſtus meritò hanc appellat multum dilectionem. 21.

D. Auguſt.

*Magdalena multùm diligit, non ſe excuſans, ſed flens.*

Secundò, Chriſtus D. hic ait: *Remittuntur ei peccata multa*: peccata remiſſa ſunt Magdalenæ, quando fide plena, dilectione ardenti, contritione, ac pœnitentia vehementi ſuper peccata ſua flevit, ut ex D. Cypriano, D. Gregorio, ac aliis dixi citato c. 15. q. 26. n. 210. Nunc verò cùm hæc Chriſtus, ipſa peccata remiſſa declarantur, qui indulgentia 22.



promulgata mulier multum in modum conſolatur, recreatur, ac Deus, Deique filius lachrymas ejus abſtergit, & exſiccat. Simili ſtudio in cœleſti Jeruſalem Deus occupatus inducitur Apocalypſ. 21. num. 4. *Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*: Tertullian. lib. 1. de Reſurrect. cap 58. *Delebit Deus omnem lachrymam*: & paulò poſt: *Siccabit*: Tamen legendum eſt cum Vulgata: *Abſterget*: Undè pulchrè ait D. Bernardus in Decretalibus. *Felices lachrymæ, quas benigna conditoris manus abſterget, & beati oculi, qui in talibus liqueſieri fletibus elegerunt.* O felices Magdalenæ lachrymæ, quas benignè conditoris manus ſua clementia, ac benignitate abſtergit; feliceſque oculi, qui amoris igne, ac ardore toti liqueſiunt in obſequium ſui Domini: *Dilexit multum.*

Apoc. 21.
Tertull.

D. Bernard.

*Felices Magdalenæ lachrymæ.*

23\. *Dilexit multum*: Magna, & præclara obſequia præſtitit Magdalena Chriſto; lacrymis rigavit pedes ejus, capillis terſit, oſculis famulata eſt, & eandem pretioſo oleo unxit & tamen Chriſtus D. nihil eorum commemorat, ſed tantum ejus dilectionem apponit: *Dilexit multùm*: quia non tantùm opera externa; ſed etiam internum affectum ponderat Dominus. Ait Apoſtolus Hebræor. 11. num. 4. *Fide plurimam hoſtiam Abel, quam Cain obtulit*: Quomodo Apoſtolus dicit, quod plura Abelus, quàm frater immolaverit? nam *Obtulit Cain de fructibus terræ munera Domino.* Gen. 4. num 3. & cùm agrum coleret, quod ager tulerat Deo obtulit Paſtor Abelus erat: *obtulit de primogenitis gregis ſui*: ibid. num 4. Unde ergo plura obtulit Abel, quàm Caïn? Ex anima, fide, nempe, interiori quia Deus non reſpicit quantùm, ſed ex quanto. Paulo occurrit, Rupertus lib. 4. in Gen. cap. 2. A fide, ac mente hoſtiæ pretium colligit, & ait: *Ille cor ſuum retinuit ſibi, & terræ fructus Deo obtulit; porro Abel primo ſuum cor deinde rem ſuam offerendo plurimam hoſtiam per fidem obtulit.*

*Deus non externa obſequia, ſed internum hominum appendit.*

Hebr. 11.

Gen. 4.

Rupert.

A Dæmone invenies decantatas Chriſto laudes? Marc. 1. num. 24. *Scio qui ſis Sanctus Dei*, &c. Minatur Chriſtus num. 25. *Obmuteſce, & exi ab homine*: Cur ſilentium Diabolo Chriſtus imperat ſi laudes nec vulgares cantat? Laudes erant non ex animo ſed ex metu; ſic Diabolus *Quid nobis eſt tibi?* Obſequia enim, quæ ab effectu non pio fluunt, Chriſto non placent, ſed rejiciuntur ab eo Repertus lib. 7. in Matth. cap. 9. Diabolum à Chriſto refutatum oſtendit, *Quia non eſt ſpecioſa fides, vel confeſſio in ore, ſi dilectio non eſt in corde.* 24.

Marc.

*Non placent Deo laudes quæ non ſunt ex corde.*

Rupertus.

# CAPUT VIII.

1\. ET factum deinceps, & ipſe iter faciebat per civitates & Caſtella
prædicans, & Evangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo,
2\. Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & in-
firmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmo-
nia exierant. 3. Et Joanna uxor Chuſæ procuratoris Herodis, &
Suſanna, & aliæ multæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. 4 Cùm autem turba
plurima conveniret, & de Civitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem.
5\. Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum, & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus
viam & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud 6. Et aliud cecidit ſu-
pra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. 7. & Aliud cecidit inter
ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocaverunt illud. 8. Et aliud cecidit in terram bo-
nam: & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures
audiendi audiat. 9. Interrogabant autem eum diſcipuli ejus, quæ eſſet hæc parabola.
10\. Quibus ipſe dixit. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem
in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant 11. Eſt autem
hæc parabola: Semen, eſt verbum Dei. 12. Qui autem ſecus viam, hi ſunt qui au-
diunt deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalvi
fiant. 13. Nam qui ſupra petram: hi ſunt, qui cùm audierint, cum gaudio ſuſci-
piunt verbum: & hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore
tentationis recedunt. 14. Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt, & à
ſolicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur & non, referunt
fructum. 15. quod autem in bonam terram: hi ſunt qui in corde bono, & opti-
mo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. 16. Nemo au-
tem lucernam accendens, operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra
candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. 17. Non eſt enim occultum
quod non manifeſtetur nec abſconditum quod non cognoſcatur, Et in palam
veniat. 18. Videte ergo quomodo audiatis: Qui enim habet, dabitur illi: &
quicunque non habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo. 19. Venerunt
autem ad illum mater, & fratres ejus: & non poterant adire eum præ turba. 20. Et
nuntiatum eſt illi, Mater tua, & fratres tui ſtant foris volentes te videre. 21. Qui
reſpondens dixit ad eos, Mater mea, & fratres mei, hi ſunt, qui verbum Dei

audiunt & faciunt. 22. Factum eſt autem in una dierum : & ipſe aſcendit in naviculam, & diſcipuli ejus, & ait ad illos. Transfretemus trans ſtagnum. Et aſcenderunt. 23. Et navigantibus illis obdormivit, & deſcendit procella venti in ſtagnum, & compellebantur, & periclitabantur. 24. Accedentes autem ſuſcitaverunt eum, dicentes, Præceptor perimus. At ille ſurgens, increpavit ventum, & tempeſtatem aquæ: & ceſſavit, & facta eſt tranquillitas. 25. Dixit autem illis, Ubi eſt fides veſtra? Qui timentes mirati ſunt adinvicem, dicentes. Quis putas, hic eſt, quia, & ventis, & mari imperat, & obediunt ei? 26 Et navigaverunt ad regionem Geraſenorum, quæ eſt contra Galilæam 27. Et cùm egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium jam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in domo manebat, ſed in monumentis. 28. Is ut vidit Jeſum, procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi eſt Jeſu fili Dei Altiſſimi? Obſecro te ne me torqueas. 29. Præcipiebat enim ſpiritui immundo, ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus cuſtoditus. & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerta. 30. Interrogavit autem illum Jeſus, dicens, quod tibi nomen eſt? at ille dixit: Legio, quia intraverant dæmonia multa in eum. 31. Et rogabant illum ne imperaret illis ut in abyſſum irent 32. Erat autem ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte, & rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi. Et permiſit illis. 33. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intraverunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in ſtagnum & ſuffocatus eſt. 34. Quod ut viderunt factum qui paſcebant, fugerunt: & nunciaverunt in civitatem, & in villas. 35. Exierunt autem videre quod factum eſt; & venerunt ad Jeſum & invenerunt hominem ſedentem à quo dæmonia exierant, veſtitum, ac ſana mente ad pedes ejus, & timuerunt. 36. Nuntiaverunt autem illis, & qui viderant, quomodo ſanus factus eſſet à Legione. 37 Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Geraſenorum ut diſcederet ab ipſis, quia magno timore tenebantur: Ipſe autem aſcendens navim, reverſus eſt. 38. Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, ut cum eo eſſet. Dimiſit autem eum Jeſus, dicens. 39. Redi in domum tuam, & narra quanta fecit tibi Deus. Et abiit per univerſam Civitatem, prædicans, quanta illi feciſſet Jeſus. 40 Factum eſt autem: cùm rediiſſet Jeſus, excepit illum turba. Erant enim omnes expectantes eum. 41. Et ecce venit vir, cui nomen Jairus, & ipſe Princeps Synagogæ erat: & cecidit ad pedes Jeſu, rogans eum ut intraret in domum ejus 42. quia unica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur, & contigit dum iret, à turbis comprimebatur. 43. Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogaverat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab ullo potuit curari. 44. acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis ejus. 45. Et ait Jeſus. Quis eſt qui me tetigit? negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt 46 Et dicis, Quis me tetigit? Et dixit Jeſus, tetigit me aliquis, nam & ego novi virtutem de me exiiſſe. 47. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes ejus, & ob quam cauſam tetigerit eum, indicavit coram omni populo: Et quemadmodum confeſtim ſanata ſit. 48. At ipſe dixit ei Filia, fides tua ſalvam te fecit: vade in pace. 49. Adhuc illo loquente, venit quidam ad Principem Synagogæ dicens ei, Quia mortua eſt filia tua, noli vexare illum. 50. Jeſus autem audito hoc verbo, reſpondit patri puellæ, noli timere, crede tantum, & ſalva erit. 51. Et cùm veniſſet domum, non permiſit intrare ſecum quemquam, niſi Petrum & Jacobum, & Joannem, & Patrem, & matrem puellæ. 52. Flebant autem omnes & plangebant illam: At ille dixit, Nolite flere, non eſt mortua puella, ſed dormit. 53. Et irridebant eum, ſcientes, quod mortua eſſet. 54 Ipſe autem tenens manum ejus clamavit, dicens, Puella, ſurge. 55. Et reverſus eſt ſpiritus ejus, & ſurrexit continuo, & juſſit illi dari manducare. 56. Et ſtupuerunt parentes ejus quibus præcipit ne alicui dicerent, quod factum fuerat.

### ARGUMENTUM
*cum Remiſſionibus.*

*Primò. Verſ.* 1. Chriſtum prædicantem per civitates, & caſtella ſequuntur Apoſtoli duodecim, ac piæ mulieres, & quæ, & quales, hîc eſt explicandum.

*Secundò Verſ.* 5. Proponit parabolam de eo, qui exiit ad ſeminandum ſemen ſuum de quo dixi tom. 3. cap. 27. & hîc aliqua dicam.

*Tertiò. Verſ.* 23. Sedat maris tempeſtatem. Quod tractavi tom. 2. in Evangelia cap. 24. & ſupra. Matth 8.

*Quartò Verſ.* 26. Dæmonem, cui nomen erat *Legio*, ab homine ejicit, ſinitque abire in porcos. Quod explicavi tom. 2. cap. 25.

*Quintò Verſ.* 41. Mulierem à fluxu ſanguinis liberat, & filiam Jairi à morte ſuſcitat. De quod dixi tom. 2. cap. 29. & ſupra Matth. 9.



## Piæ mulieres Chriſtum ſequuntur.

## QUÆSTIO I.

*Quare Chriſtus D. non permiſit viros ſanatos eum ſequi, maximè verò mulieres, & quæ hæ eſſent?*

1. Text. AIt noſter Evangeliſta in præſenti num. 1. quòd Chriſtus D. *iter faciebat per civitates, & caſtella prædicans, & Evangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo. Et mulieres aliquæ erant curatæ à ſpiritibus malignis & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalena, de qua ſeptem dæmonia exierant. 3. Et Joanna uxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.*

2. Theophyl. Hic ut ait Theophylactus, magnum in præſenti exemplum dat Chriſtus D prædicatoribus, ut prædicent, & ſalutem animarum quærant non ſolùm in magnis civitatibus, ſed etiam in parvis oppidis, ac pagis De tempore, quo hoc acciderit dubitatur. Aliqui exiſtimant, quòd poſtquam Apoſtoli à ſua prædicatione, ad quam miſſi fuerunt, redierunt, ut ſcribunt D. Lucas 9. n 1. Matth. 10. n. 5. & dicunt, quod Lucas hæc ſcribit per anticipationem. Veriſimiliùs Beda, quod hoc tempore, nondum Apoſtoli erant miſſi ad prædicandum: & ideo Chriſtus eos ſecum circumferebat, ut ab eo diſcerent, & exercitarentur in modo prædicandi in hoc etiam convenit Theophylactus, diſcedit tamen à Beda; quia Beda exiſtimat; quòd Apoſtoli ſimul prædicabant cum Chriſto. Theophylactus, quod aptiùs videtur; tunc non prædicabant Apoſtoli, ſed modum prædicandi diſcebant à Divino Magiſtro

*Prædicator tam in magnis, quam in parvis locis quærat ſalutem animarum.* — Beda. — Theophyl.

3. Euthym. Boſtrenſ. Mulieres Chriſtum ſequebantur in ſignum gratitudinis, ut notant Euthymius, Titus Boſtrenſ. quia multis curationibus, ab beneficiis ab eo fuerunt nobilitatæ; ſed exinde exoritur quæſtio: quare Chriſtus voluit, ut mulieres talibus receptis ſanitatibus, ipſum ſequerentur, quod non conceſſit viris, ut patet Marc. 5. n. 19. Nam qui vexatus fuerat à dæmone, & ſanatus eſt à Chriſto, ipſum voluit ſequi, & Dominus *non admiſit, ſed ait illi vade in domum tuam.* Cur ergo his mulieribus conceſſit, ut ipſum ſequerentur per civitates & caſtella. Rationem indicat Evangeliſta, cùm ait, *quæ miniſtrabant de facultatibus ſuis.* Et frequens conſuetudo Judæorum tollebat omnem offenſionem: nam ut ſcribit D. Hieronymus in cap. 17. Matthæi, *Conſuetudinis Judaicæ fuit (nec ducebantur in culpam more gentis antiquo) ut mulieres de ſubſtantia ſua victum, atque veſtitum præceptoribus miniſtrarent. Hoc quia ſcandalum facere poterat in nationibus; Paulus adjeciſſe ſe memorat; dicit enim ipſe 1. Corinth. 9. n. 5. Nunquid non habemus poteſtatem ſorores, mulieres circunducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli faciunt.* Cum D Hieronimo idem docent Strabus, Beda, Lyran. & alij Petrus & alij Apoſtoli cùm prædicarent in Judæa juxta Judaicam conſuetudinem mulieres ad miniſtrandum circunferebant; quòd Paulus Doctor Gentium cum Gentibus prædicaret; non faciebat, quia apud eos hoc poterat eſſe in ſcandalum Ita ad citatum locum Corinth docent D. Ambroſius, D Chryſoſtomus, Oecumen. Theodoretus, D. Anſelmus. D. Thomas, & alij.

*Difficultas quæſtionis.* — Marc. 5. — D. Hieron. — 1. Cor. 9. — Strabus. — Beda. — Lyran — D. Ambroſ. — D. Chryſo. — Oecumen — Theodoret. — D Anſelm. — D Thomas.

4. Prudentiſſimè patiebatur Chriſtus, hoc mulierum miniſterium, ut ipſe, & Apoſtoli expeditiores eſſent in Evangelij prædicatione, quæ eleemoſynarum conquiſita erogatione, multum retardata fuiſſet. Præterea noluit Chriſtus pauperibus, in quorum villas & vicos divertebat, gravis eſſe; quod accidiſſet, ſi ad victum neceſſaria fuiſſent ab illis ſuppeditanda; & aptiùs hoc fiebat per mulieres, quàm per viros qui cum multis ſæculi negotiis occupati, minus vacabant: ut Chriſto adhærerent. Adde etiam, quia miniſterium cibos præparandi. potius mulierum eſt, quàm virorum. Tertullianus lib. 4. contra Marci, id myſterio factum eſſe exiſtimat, ut adimpleretur prophetia Iſaiæ; cap. 32 num. 9. *Mulieres opulentæ ſurgite, & audite vocem meam: filiæ confidentes, percipite auribus eloquium meum.* Ex his monemur, quòd prædicatoribus, ac miniſtrantibus in ſpiritualibus, providendum eſt in neceſſariis. De quo multa dixi aliis in locis.

*Prudentiſſimè Chriſtus mulieres ſecum circumferebat.* — Tertull. — Iſai. 32.

*Maria, quæ vocatur Magdalena.* Non tres ſunt, ut aliqui exiſtimarunt, ſed una, & eadem, Soror Lazari, & Marthæ quæ ſuperiori capite dicitur *Peccatrix*: & prope paſſionem in domo Simonis Leproſi caput, & pedes Chriſti unxit, ac juxta Crucem, Chriſto moriente, ſtetit, ut latè probavi tom. 3. cap. 15. quæſt. 2. Dicitur Magdalena, ut placet Lyrano, ac aliis multis, eo quòd *Magdalum* caſtrum ceſſit ei in partem ſuam ex paterna hereditate. Fuit Pater ejus vir magnus, & Nobilis, magnum habens dominium multis in locis. Alij verò ſic dictam eſſe, quia Magdali Domino nupſerat Eam fuiſſe nuptam inſinuat Auguſtinus homil 23. inter 50. Ubi eam non tantum meretricem, ſed etiam adulteram dicit, adulterium autem non datur niſi inter conjugatos: & Author Commentar. in Marcum apud D. Hieronym. eam dixit Viduam ergo ſupponit 5.

*A quo nomine dimanavit?* — Lyran. — *An Nupta.* — D. Auguſt. — D. Hieron.

 eam

Janſen. Fr Lucas. Cornel.

eam uxoratam fuiſſe. Ita Janſenius, Franciſcus Lucas, Cornelius, & ad hoc non aliud video fundamentum, niſi authoritatem D. Auguſt. quæ ſummopere veneranda eſt.

6. *Præclara ſignificationes Magdalenæ.*

Et alto Divino ſpiramine hæc ſancta fœmina, Magdalena, dicta eſt. Primò, quia ut ait D. Hieronim. Epiſtol 17. Magdalena, id eſt, *Turrita*: fuit procera ſtatura, ut oſtendit ſepulchrum apud Maſſilienſes, fuitque procera in omni virtute: Cantic. 4. num. 4. *Sicut turris David cum mille propugnaculis*: omnium virtutum, ac ſanctitatum. Secundò: ut ait Origenes tract 35. in Matt. Magdalena, idem eſt ac *Magnifica*: quia *Secuta fuerat Jeſum, & miniſtraverat ei, & ſpectaverat myſterium paſſionis ipſius*: Radix enim Hebraica, *Gadal*, ſignificat *Magnum*, & *Magnificum*. Tertiò. Idem Pagninus, Magdalena, idem eſt, quod Vexillo inſignita, ſeu Vexillum ducens, ſeu elevans, à radice Hebraïca, *Degbel*, idem vexillum, quia Magdalena erexit vexillum ſummæ pœnitentiæ, eximij fervoris, ac dilectionis Chriſti, ſimulque vitæ contemplativæ: ſecundùm illud Cantic. 2. num. 4. *Ordinavit in me charitatem*: Radix Hebraica, *Digto* id èſt: *Vexillum ejus ſuper me charitas*: id eſt, vexillum charitatis ſuper me erexit. Quartò Magdalena, ait idem Pagninus, idem eſt, quòd *educata, nutrita*: à Radice Hebraïca, *Gadal*, quod eſt nutrire, ac educare: Magdalena enim maximè educata, ac nutrita fuit verbis Chriſti.

Cantic. 4. D. Hieron. Origenes. Pagnin. Pagnin. Cantic. 2. Hebraic.

7. *Quomodo intelligendum ſeptem dæmonia.*

*De qua ſeptem dæmonia exierant*: Sic & D. Marcus 16. num. 9 *Primò apparuit Mariæ Magdalenæ, de quo ejecerat ſeptem dæmonia*: An hæc ſeptem dæmonia metaphoricè, ac propriè intelligenda, dubitatio eſt Myſticè, & metaphoricè interpretantur hic Beda, Theophyl. Albert. Magn. D Gregor. homil. 33. in Evang. hoc eſt, ſeptem vitia capitalia ſcilicet, Superbiam, Avaritiam, Gulam, Luxuriam, Iram, Invidiam, & Acediam: E contra verò D. Ambr. Euthym Janſen. Roffen. in libro de Vita Magdalenæ, & alij ad literam propriè interpretantur & intelligunt dæmones; quod videtur colligi ex genuina ſignificatione verborum Evangeliſtarum. De Dæmonibus dicitur: *Exierant, ejecerat*: Nam vitia, & peccata propriè dicuntur remitti, mundari, ac purificari: Et hoc maximè ſpectat ad celſitudinem Divinæ gratiæ quod Magdalena ob ſua ſcelera, à ſeptem dæmonibus poſſeſſa, Chriſti virtute ab illis omnibus liberata eſt & ad tantum ſanctitatis apicem evecta. Sunt Authores, qui dicunt, quod hîc *Septem*, non ſumendum ſit præciſe pro numero ſeptenario; nam apud Scripturam ſæpè pro magna multitudine ponitur; & ita in præſenti, accipiendum eſſe. Maldonatus contendit, quòd cùm uterque Evangeliſta Marcus, & Lucas *ſeptem* poſuerit, pro determinato numero interpretandum ſit.

Beda. Theophyl. Alb. Magn. D. Gregor. D. Ambroſ. Euthym. Janſen. Roffen. Maldonat.

8. Syrus Arabicus: Perſicus. Baron.

*Et Joanna uxor Chuſæ Procuratoris*. Syrus *Oeconom.* Arabicus: *Theſaurarij Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis*, Perſicus: *de Poſſeſſione ſua*: De his duabus mulieribus Joanna, Suſanna non potuit quidquam invenire apud aliquem Authorem? Tamen ex noſtro Evangeliſta colligo, quòd erant bonæ & piæ mulieres, grataeque, quia Chriſto ſuo benefactori, à quo liberatæ fuerant à dæmonibus, vel aliis infirmitatibus, adhærebant, ipſúmque ſequebantur. Et, has tres Magdalenam, Joannam, ac Suſannam inter alias mulieres, quæ Chriſtum comitabantur, peculiariter nominat Evangeliſta, tanquam valde inſignes, & notâ dignas, pietate, nobilitate, ac opulentiâ, quod de Magdalena patet, quæ etiam erat valde dives facultatibus ſuis, ut teſtatur Baronius apud Spondan. ann. Chriſti 32. num. 5. & 6. Similiter de Joanna, quæ erat uxor Procuratoris, ſeu Theſaurarij Herodis: An verò tunc ejus maritus eſſet vivus dubitatur, quia Evangeliſta tanquam de præſenti, ait: *Uxor Chuſæ*: aliàs de præterito diceret, quæ fuerat uxor, proindeque ex facultate viri ſui Chriſtum ſequebatur.

Baron.

9. Suſanna. Hebr. Gloſſ. Interl. Beda.

Suſanna illuſtris fuit hæc matrona, Chriſti diſcipula, in ejus Schola enutrita, quod bene ejus nomen indicat: nam *Suſanna*: Hebraïcè ſonat *lilium*: & ita habet Gloſſa Interlinearis in præſenti. *Propter odores, & cœleſtis vitæ candorem*: vel propter aurum, ut ait Beda, internæ dilectionis candorem.

---

Exit Seminator.

## QUÆSTIO II.

### *Quare non volucres terræ, ſed cœli comederunt granum conculcatum?*

10. Text.

AIt in præſenti noſter ſacer Evangeliſta. num. 5. *qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud, & cecidit ſupra petram.* De hoc Evangelio tractavi tom. 2. c. 26. quæſt. 18 Adde nunc: Et rectè notavit Theophylact atque; *Vide: quia non dixit, quod projecit illud in via, ſed quia cecidit.* Nam projicere contemptum involvit, dicit; at cadere, denotat; quòd ipſum rationale granum ſeipſum demiſit, & ad ima deſcendit, ut per humilitatem valeat multùm creſcere, & magnos fructus facere.

Theophyl. *Granum rationale per humilitatem perficit.*

11. *Mali magiſtris malis expoſitionibus corrumpunt ſanctam doctrinam.*

*Cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt*: non ab ambulantibus per communem viam & regiam, ſed per viæ proxima, loca & ſata iter agebant, intendentes viam latiorem, ac ſpatiorem facere. Ecce hîc depingitur iniquorum hominum ingenium, qui viam mandatorum Dei, ac conſiliorum ejus, intendunt pravis interpretationibus, ac expoſitionibus novis, ex ſuo cerebro magis amplam, & latam reddere? qui rejicientes ſtrictas Evangelii, ac proprii inſtituti ſemitas, novas, ac laxiores quærunt, & cœleſtis doctrinæ granum conculcant Hoc maximè deplorat Jeremias cap. 8. n. 8. ubi ait. *Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarum*: Pro quo audiendus eſt D. Nazianz oration. 38. *Literam deprædantes, ac Scripturæ ſenſum ſuffurantes imperitum vulgus ad ſuas trahunt partes*: ut corrumpant bonos mores, & quæ non decent, doceant. Hoc jam maxime deplorabat David, & ideo deprecatur in Titulo 56. ubi habetur *ne diſperdas David, in tituli inſcriptione*; Quod etiam iterum habetur in

Jerem. 8. D Nazianz. Pſal 56. Pſal. 57.



in Pſalm. 57. exorabat, ne iniqui ejus verba diſperderent à vero, & legitimo ſenſu.

12. Hugo. Euſeb. D. Thomas

Secundò: *Volucres cœli comederunt illud*: Non volucres terræ, ſed cœli dicuntur: Cardinalis Hugo ex Gloſſa ait: *Volucres cœli, id eſt dæmones qui dicuntur volucres cœli, quia ſunt cœleſtis naturæ, vel quia per aëra diſcurrunt.* Euſebius apud Catenam D. Thomæ addit: *Vel viros fallaces & callidos, quæ volatilia nuncupantur.* Ecce modo apertas, ac expoſitas turpioris malitiæ technas, & palliatas malitioſæ hoſtilitatis fraudes, nempe, homines fallaces, & callidi, qui re ipſa ſunt dæmones, ac dæmonum membra, qui ut crudeliter, ac atrociter ſæviat videntur; ac *nuncupantur volucres cœli*; Et ſub nomine, ac tegumento cœli, tanquam dæmones cœleſtia peſtifero veneno impugnant, ac electa gravia devorant: *Et volucres cœli comederunt illud.* Tùm cauſas, rationeſque obtendunt, ac proponunt, quæ cœlum ſapere videntur, cœleſtia frangunt, conculcant, ac devorant; quod eſt periculoſiſſimum bellum, ut nos monet Apoſtolus ad Epheſ. 6. num. 12. *Contra ſpiritualia nequitia in cœleſtibus.*

*Durum bellum dum dæmones tanquam volucres cœli nos impugnant.* Epheſ 6.

13. Apoc. 13. *Agnum ſe fingit hypocrita, ut agnos invadat, ac devoret.*

Ait Joannes Apocalypſ. 13 num. 1. *Vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra; & habebat cornua duo, ſimilia Agni, & loquebatur ſicut Draco*: Hæc beſtia, ut ſuo loco dixi, juxta communem ſententiam, ſignificat inſignem Pſeudoprophetam principalem, ac præcipuum anteſignanum, ac ducem Antichriſti, Tamen ejus præſentia, valde diſcrepat ab ejus voce? præſentia refert Agnum, *cornua ſimilia Agni.* At vox draconem oſtendit: *Loquebatur ſicut Draco*: Ecce idea iniqui, ac depravati Magiſtri, præſentia Agnum repræſentat, ut facilè ſe valeat aliis inſinuare, prompteque omnes ſe illi credant: ut eos voce, ac ore valeat diſcerpere, deglutire, ac devorare. Ansbertus ait: *Aſſumit Agni ſpeciem ut Draconis exerceat operationem*: *Agnum fingit, ut Agnum invadat*: Vide ſupra Matth. 23. Expoſit. 1. num. 6. & Matth. 24. Expoſit. ultima n. 60.

Ansbert.

14. D Cyr Alex Anſel Laud. *Prædicator, criticus devorat plebem Chriſti.* Galfridus.

Tertiò: *Volucres cœli comederunt illud.* Poterat hoc videri ex ſumma, & magna felicitate evenire, quod illud granum à volucribus cœli comederetur: ſed ſanè nil infelicius accidit; nam ſemen *eſt Verbum Dei*: ut ipſemet Chriſtus explicat; Volucres cœli *ſunt ſpiritus immundi*: ut exponunt noſter D. Cyrilius Alexandr. in Catena ad cap. 13. Matth. & in eodem loco Anſelm. Laud. apud Gloſſam Qui ſunt prædicatores, qui celeri volatu annuntiant, ac portant documenta, & modulata ac garrula voce propagationi, ac promulgationi doctrinæ Evangelicæ, multum detrahunt, non intendunt animarum fructum, ut in fletibus compungantur, ſed ipſum ſemen, quod *eſt verbum Dei* depravant, ut nempe critico ſtylo, & voce acuta, ſubtilitate ingenii delectatione ingerant; & inde quid naſcitur, ut ipſum ſemen, quod *eſt Verbum Dei* contemptim habeatur, & à volucribus, ac ſpiritibus immundis devoretur. Pro qua re maximè memoria retinendus Galfridus in Allegoriis apud Tilman *Utinam iſtud intendant, qui facturi in conventu fratrum ſermonem magis alta, quam apta dicere ſolent? facientes apud infirmas intelligentias miraculum ſui, non ipſorum ſalutem operantes*: Et poſt pauca ſubdit: *Aſcendiſti cathedram, ut alios ædifices, non ut te ipſum infles: ut impleas, non ut exinanias teipſum, niſi eo modo, quo ſe Salvator exinavit formam ſervi accipiens, ut nos carnis ſuæ lacte nutriret in ſalutem. Bonus imitator Magiſtri Paulus, ubera non occultat, ſed habere ſe jactat: tanquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi.* 1. Corinth. 3. num. 2.

*Præclarum documentum.* 1 Cor. 3.

15. Gen. 49. Lyran. Oleaſter. Exod 19.

Benedicens Jacob filios ſuos Geneſ. 49. n. 41. ait: *Nephtali cervus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis*: Per Nephtali, Liran. & alij intelligunt bonum prædicatorem, in ſorte enim Nephtali erat civitas *Sephet*, quæ erat civitas literarum; & ubi noſtra Vulgata habet: *Eloquia pulchritudinis*: Oleaſter Hebraicè legit, *ut turbæ*: & non, ut lyræ; ſicut in aliis locis ex Hebræo ita legitur, ut Exod 19. n. 6. & magnum diſcrimen eſt inter vocem turbæ, ac lyræ, tuba terrificat, & convocat ad bellum: Lyra verò eſt ad oblectamentum, & voluptatem. Tota pulchritudo eloquiorum prædicatoris, in eo conſiſtit, ut tanquam tuba terrificet; & provocet auditores ad bellum contra vitia, & diabolum; & non ſit tanquam Lyra, quæ ſolum inſervit ad jucunditatem, & oblectationem.

*Prædicator non eſt ad delectationem ſed ad ædificationem.*

16. Exod. 28. *In prædicatore requiritur ſermo clarus apertus.* Arnoldus.

In tunica & ornamento Sacerdotali mandavit Deus. Exod. 28. n. 33. *Deorſum verò ad pedes ejuſdem tunicæ per circuitum, quaſi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis.* Tintinnabula, juxta myſticum Sanctorum Patrum ſenſum, ſignificant Divini Verbi prædicationem, ac Pontificis doctrinam; Prædicatio ab ore Sacerdotis manat, cur ergo illius typus, tintinnabulum ad pedes ponitur; quia ita debet eſſe clarus, & manifeſtus, ut etiam fortè ad pedeſtres, & vulgares dirigatur; & magis ad rem. Ut hoc documento diſcat prædicator ſuis verbis humilia ſapere, & non ardua, & inacceſſa præſumere in ſuis verbis; & maximè animadvertendum, quòd tintinnabula habebant admixta mala punica, quæ ex ſua propria natura ſeſe aperiunt, & oſtendunt, quod intus habent, ut inde diſcat tintinnabulum prædicatoris, quod ſit clarum, apertum, & manifeſtum, ut ab omnibus percipiatur, & intelligatur, Arnoldus tract. de ſeptem verbis Domini, ad illud Verbum: *Conſummatum eſt* ait; *Ideo ingrediens in Sancta Sanctorum, totum vocalem ſe debet Summus Pontifex exhibere; Ut prædicatio, quaſi tintinnabulum ex auro puriſſimo, puritatem, perfectionemque ſingularis intelligentiæ indicet, & ex omni parte ſermo ejus lucis divinæ intonet claritatem.* Tintinnabulum prædicatoris requirit perfectionem ex auro, & ex malis punicis claritatem, ac manifeſtationem.

---

## QUÆSTIO III.

### *Quare ſemen cadens in petram areſcit?*

AIt noſter Evangeliſta in præſenti. num. 6. *Aliud cecidit ſupra petram, & natum aruit quia non habebat humorem*: Semen, Chriſto exponente, *eſt Verbum Dei*: & natum aruit in petra, ſeu in anima, quia non habebat humorem, doloris, ac contritionis, ſeu debitæ diſpoſitionis 17.

Secundò

Secundò : ecce idea mundanæ felicitatis prodit, creſcit, pullulat ac vireſcit, & ſtatim areſcit, ac mareſcit. In parabola ait Chriſtus D. de Arbore fici. Matth.24. num.32. *Cùm jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas* : O dura conditio ; ramus prodit, folia viridia naſcuntur ad magnum ornamentum, ac decorem arboris, & jam vorax æſtatis calor adventat, & dilatatos flores ſua eleganti viriditate ſtatim tabida lue merceſcit ; & ubi primùm floreſcit, pro appendice habet afflatum unde pereat. Vide ſupra Matth.14. q. 1. n.9. & q.4. n.26. & cap.20. q.3. n 13.

*Matth. 24.* — *Felicitas pro appendice habet infelicitatem.*

18\. Secundò : *Aliud cecidit ſupra petram, & natum aruit.* Quod ſupra petram cadit, naſcitur quidem, & in culmos pullulat ; ſed non creſcit, nec adoleſcit ; ſtatim areſcit. Tale eſt multorum hominum ingenium, taliſque erat Judæorum genuitas, erumpebat in aliquas probas virtutum actiones, ſed ſtatim declinabat ad vitia, ut eos ſigillat D. Epiphanius adductus in Biblioth. homil. ad hæc præſentia verba noſtri Evangelij, & ait : *Neque contumaciæ fervor, iniquitatis fœtum ſtatim profundit. Ejuſmodi enim Iudæorum eſt ingenium, vitæque inſtitutum. Cùm enim legem in deſerto accepiſſent ad Moyſen converſi aiebant* : Omnia quæcumque dixerit Dominus faciemus : *Et qui hoc ſanctè promittebant inanimi vitulo, paulo poſt divinum cultum deferebant.* Exod.32.

*Non ſufficit bona incipere, niſi in illis perſiſtas* — Exod. 32.

19\. Tertiò : apud D.Matth.13 num.5.& 6.ſic habentur hæc verba : *Alia autem ceciderunt in petroſa, ubi non habebant terram multam, & continuò exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ ; ſole autem orto æſtuaverunt.* Semen ut exponit Chriſtus D. *eſt verbum Dei* : ſed quid cum verbo Dei habet multa terra, quæ generat, ac parturit peccata, ac vitia : explicat Rabanus apud Catenam : *Non habebant altitudinem terræ : ſole autem orto æſtuaverunt*, ſic ait, *Sol dicit fervorem perſecutionis ſævientis ; Altitudo terræ eſt probitas animæ diſciplinis cæleſtibus inſtituta* : Etſi terra inſerviat ad vitia generanda ; tamen ſi ipſa terra eſt exculta, diſpoſita, ac præparata ad divinum nutum ſequendum ſuſcepto divini Verbi ſemine, multùm proficit, & uberrimè fructificat : At vero ſi eſt petroſa non habens altitudinem terræ perfectæ, ac bonæ præparationis, ſemen verbum Dei ſterileſcit. Clamant cæleſtes Spiritus apud Iſaiam. 6.num 3. *Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria ejus* : Et unde fieri poteſt ut terra infima, & abjecta, dicatur plena gloria Dei, ſi hoc decantaretur de cœlo res erat in promptu, ſed de terra, quomodo ? D. Hieronymus ait, *Plena eſt omnis terra gloria ejus ; & implebitur cum hoc impletum fuerit. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra.* Terra, quæ ob ſui obdurationem obſtrepit divinis mandatis, tunc gloria Dei adimplebitur, quando ſe præparabit, ac ſubmittet divinæ diſpoſitioni, ut in ea fiat Dei voluntas ſicut in cœlo.

Matth. 13. — Rabban. — *Si homo terrenus præparatur multum fructum facit cum divino verbo.* — Iſai. 6. — D. Hieron.

20\. Quartò : *Aliud cecidit ſupra petram* ; & ut ipſum nomen per ſe fert dicit petrinum, ac ſaxeum cor, ut ibi notant Beda ; *Petram dixit durum, & indomitum cor* : At verò altius D.Chryſoſtom. apud Catenam locum commentatur. *Qui ſecus viam ſunt tanquam negligentes audire. Qui ſupra petram, tanquam delicati : & debiles* : Qui enim voluptatibus, deliciis, ac divitiis indulgent, ſi ad divina mandata implenda ſunt ſpiritu obdurati, tanquam ſaxum, vel petra, ita ad quodlibet leve mandatum gravantur, ut ad ejus excuſationem, mille confingant fabulationes, infirmitatis, debilitatis ut veluti quolibet præcepto Eccleſiaſtico eorum valetudo, ac naturæ complexio deficiat, ac rumpatur, cùm aliàs ad ſuas voluptates, ac ludos, temporalia, ac ſæcularia : ſint duriſſimæ petræ, ac obdurata ſaxa.

Beda. — D. Chryſ. — *Aliqui ad temporalia duri ut petra, ad Dei mandatum delicati, & debiles.*

21\. Petrus cum ſociis per totam noctem laboravit jactato rete in mari, & nil ceperat : tamen Chriſti verbo retia laxavit ad capturam : *Et cum hoc feciſſent, concluſerunt piſcium copioſam multitudinem ; rumpebatur autem eorum rete* : Luc.5.num.6. modò rete integra, & intacta ſuſtinet ſævientis maris fluctus ? & modò dum ad verbum Chriſti capit piſces, rumpitur. Anſelmus Laudunenſis exponens prædicta verba, ait ibidem. *Rumpitur rete, quia paupertates non ſubſtinet.* O moraliſſimum documentum, ſunt, & multi, qui bona, & integra valetudine ſæculi tempeſtates, ac ferocis maris commotas undas bonas, & integra valetudine ſubſtinent, at verbo Chriſti dato ad ejus legem, præcepta, ac temporalium contemptum ſuſtinendum ; ac capiendum, ſtatim deplorant, & clamant quòd eorum rete, natura, nempe, rumpitur, conſumitur, ac omnino deficit, & perit. *Rumpitur rete : qui paupertates non ſuſtinet.*

Luc. 7. — *Rete ſuſtinet fluctus ſævientis maris, Chriſti verbo capiens rumpitur.* — Laudunenſ.

---

QUÆSTIO IV.

## *Quare ſemen divini verbi ab ſpinis ſuffocatur ?*

22\. IN præſenti ait Chriſtus D. n.15. *Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt, qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitæ euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum.* De hoc egi citato cap 26. q 16. & 17. Nunc verò accipe D. Baſilius in Pſalm 45. & ait *Nonne vides, quod in ſpina delapſum verbum à ſpinis ſuffocatur ? Spinæ namque carnis omnis voluptates & divitiæ, & curæ hujus ſæculi. . . . quomodo enim animam, tot adeo, quæ ipſam præoccuparint, diſtractionibus cogitationum oppreſſam Dei cognitio, cogitatioque penetrabit ? novit hoc, & Pharao proprium eſſe hoc liberiori otio fruentium, ut Deum inquirant ; atque ideo exprobrat Iſraëli dicens : Vacatis, otioſi eſtis, ac ideo dicitis : Dominum Deum noſtrum adorabimus.* Exod.5. num.8. ut homo ſe valeat Deo conſecrare, debet vacare à negotioſis occupationibus ; Deo diviniſque rebus minimè vacare poteſt animus terrenis implicatus. Inde peſſimus ille Pharao populum Iſraëliticum terrenis operibus opprimere mandabat, ut ita abſtraheretur à Dei cultu ; otium à mundi timultu animum ad Deum elevat, intenta hujus ſæculi occupatio animum à Deo avocat, illiuſque oblivionem generat.

D. Baſil. — *Vacatio à temporalibus inducit ad curam cœleſtium.* — Exod. 5.

23\. Monet Chriſtus D. ſuos diſcipulos. Matth. 6. num.25. *Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, neque corpori veſtro, quid induamini : Nonne anima plus eſt, quàm eſca, & corpus pluſquam veſtimentum ?* Totus eſt ſermo Chriſti, ut animus ſit expeditus ab anxia terrenorum

Matth. 6.





rum ſollicitudine, ut illum valeat homo totum Deo relinquere. Quod præclarè explicat D. Auguſtin. lib. 2. de ſermone Domini in monte c.2. ait. *Dominus admonet, ut meminerimus multo ampliùs nobis Deum dediſſe, quando nos fecit, & compoſuit ex anima, & corpore, quam eſt alimentum atque tegumentum, quorum curam nos duplicare cor non vult, nonne anima plus eſt, quàm eſca ?* Præclarè D. Auguſtinus : non prohibet Chriſtus, ut abſolutè de temporalibus non agamus, ſed quòd cor noſtrum non dupliceтur, tanquam in duas partes circa eſcam, & veſtimentum ; quia tunc nullius pars relinquitur Deo, nec etiam homo, *cor duplice* : tanquam veluti in duas partes inter Deum, & mundum, ſed totum cor, & tota anima noſtra danda eſt Deo, confidens in ipſo, quòd tibi providebit de neceſſariis : *anima enim plus eſt, quàm eſca* : ipſe ſine tui interventu dedit animam & corpus ; etiam ſine te dabit eſcam. *Jacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.* Pſalm.54. n 23.

D. Auguſt. — *Tota noſtra cura ſit in Deum, & ipſe providebit de temporalibus.* — Pſal. 54.

24\. Secundò : *Divitiis, & voluptatibus euntes ſuffocantur* : Quomodo hæc poſſunt ſtare, ut divitiæ hominem perdant ? cum dicatur Proverb. 13. n. *Redemptio animæ viri, divitiæ ejus* : & Eccleſiaſtes 7. n 14. *ſicut protegit ſapientia, ſic protegit & pecunia.* A Divino Spiritu dicitur, homo protegi divitiis, à Jeſu verò dicitur ſuffocari ab illis. Videntur hæc inter ſe eſſe contraria ? nullo modo ſanè. His exprimitur mundialium bonorum conditio, quæ valent inſervire morti, & vitæ, perditioni, ac ſaluti, juxta uſum, ſed abuſum hominum circa illas : nam illis per bonum uſum poteſt cœlum acquiri ; per malum vero perdi. Hæc enim conditio invenitur in omnibus rebus mundialibus, quæ proſunt, & obſunt, in mortem trahunt, & etiam ad vitam perducunt juxta diſponentis affectum

Proverb. 13. — Eccleſ. 7. — *Mundialia inſerviunt ad vitam & mortem.*

25\. Vidit Joſeph ſomnium, quòd retulit fratribus, & ſubdit Textus : *Hæc ergo cauſa ſomniorum, atque ſermonum invidiæ, & odij fomitem miniſtravit.* Gen 37. n.8. ex hoc ſomnio multa pullularunt mala, ac pericula, quibus Joſeph miſerabiliter vexatus eſt, ut deſcenderet in Ægyptum, ubi ad carcerem ductus eſt. Tunc accidit, quod *vidit Pharao ſomnium* : Gen.41. n. 1. Ex quo multa gloria ſublimatus eſt Joſeph, & totius Ægypti princeps conſtitutus ad illius clavum, & regimen : Ecce ex uno ſomnio Joſeph multis ærumnis opprimitur, & ex alio ſomnio magno decore ſublimatur. Hoc denotat D. Chryſoſt homilia ac Joſeph habita tom.6. & ait : *Vide, quæſo, myſterium. propter ſomnium venditus eſt Joſeph, propter ſomnium eſt libertate donatus* : Sic res mundanæ alternas vices habent.

Gen. 37. — Gen. 41. — *Mundialia alternas vices habent* — D. Chr.

# CAPUT IX.

1\. COnvocatis autem duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem, & poteſta-
tem ſuper omnia dæmonia, & ut languores curarent. 2 Et miſit illos præ-
dicare regnum Dei, & ſanare infirmos. 3. Et ait ad illos nihil tuleritis in via ne-
que virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tu-
nicas habeatis. 4 Et in quamcumque domum intraveritis, ibi manete, & inde ne
exeatis. 5. Et quicunque non receperint vos : exeuntes de civitate illa etiam
pulverem pedum veſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos. 6. Egreſſi autem
circuibant per caſtella Evangelizantes, & curantes ubique. 7. Audivit autem
Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo : & hæſitabat eò quod diceretur à
quibuſdam, quia Joannes ſurrexit à mortuis. 8. A quibuſdam verò, quia Elias ap-
paruit. ab aliis autem, quia propheta unus de antiquis ſurrexit. 9. Et ait Herodes,
Joannem ego decollavi : quis eſt autem iſte de quo ego talia audio ? Et quæ-
rebat videre eum. 10. Et reverſi Apoſtoli, narraverunt illi quæcunque fece-
runt : & aſſumptis illis ſucceſſit ſeorſum in locum deſertum, qui eſt Bethſaïdæ.
11. Quod cùm cognoviſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum : & excepit eos &
loquebatur illis de regno Dei, & eos qui curâ indigebant, ſanabat. 12. Dies
autem cœperat declinare : & accedentes duodecim, dixerunt illi, dimitte
turbas, ut euntes in caſtella, villaſque, quæ circa ſunt, divertant, & inveniant
eſcas : quia hîc in loco deſerto ſumus. 13. Ait autem ad illos. Vos date illis man-
ducare. At illi dixerunt, non ſunt nobis pluſquam quinque panes, & duo piſces :
niſi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam eſcas. 14 Erant autem fe-
rè viri quinque millia. Ait autem ad diſcipulos ſuos, facite illos diſcumbere per
convivia quinquagenos. 15. Et ita fecerunt & diſcumbere fecerunt omnes. 16 Ac-
ceptis autem quinque panibus, & duobus piſcibus, reſpexit in cœlum, benedixit
illis, & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, ut ponerent ante turbas. 17. Et manduca-
verunt omnes : & ſaturati ſunt & ſublatum eſt, quod ſuperfuit illis, fragmentorum
cophini duodecim. 18. Et factum eſt, cum ſolus eſſet orans, erant cum illo & diſci-
puli : & interrogavit illos dicens. Quem me dicunt eſſe turbæ. 19. At illi reſpon-

derunt & dixerunt, Joannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò quia unus pro-
pheta de prioribus ſurrexit. 20. Dixit autem illis. Vos autem, quem me eſſe dicitis?
Reſpondens Simon Petrus dixit, Chriſtum Dei. 21. At ille increpans illos præce-
pit ne cui dicerent hoc. 22. dicens. Quia oportet filium hominis multa pati, & re-
probari à Senioribus, & principibus Sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertiâ die
reſurgere. 23. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult poſt me venire, abneget ſe-
metipſum & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. 24. Qui enim volue-
rit animam ſuam ſalvam facere, perdet illam; nam qui perdiderit animam ſuam,
propter me ſalvam faciet illam. 25. Quid enim proficit homo, ſi lucretur univer-
ſum mundum, ſe autem ipſum perdat, & detrimentum ſui faciat. 26. Nam qui me
erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet cùm venerit in majeſta-
te ſua & patris, & Sanctorum Angelorum. 27. Dico autem vobis, verè ſunt aliqui
hîc ſtantes, qui non guſtabunt mortem donec videant regnum Dei. 28. Factum eſt
autem poſt hæc verba ferè dies octo & aſſumpſit Petrum, & Jacobum, & Joannem,
& aſcendit in montem ut oraret. 29. Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus ejus, al-
tera: & veſtitus ejus albus & refulgens. 30. Et ecce duo vivi loquebantur cum illo.
Erant autem Moyſes, & Elias. 31. Viſi in majeſtare, & dicebant exceſſum ejus;
quem complecturus erat in Jeruſalem. 32. Petrus verò, & qui cum illo erant, gra-
vati erant ſomno. Et evigilantes, viderunt majeſtatem ejus, & duos viros, qui ſtabant
cum illo. 33. Et factum eſt cùm deſcenderent ab illo, ait Petrus ad Jeſum, Præceptor,
bonum eſt nos hîc eſſe: & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Moyſi,
& unum Eliæ: neſciens quid diceret. 35. Hæc autem illo loquente, facta eſt nu-
bes, & obumbravit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem. 35. & vox facta
eſt de nube, dicens. Hic eſt filius meus dilectus: ipſum audite. 36. Et dum fieret
vox inventus eſt Jeſus ſolus: & ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus
quidquam ex his quæ viderant. 37. Factum eſt autem: in ſequenti die, deſcenden-
tibus illis de monte, occurrit illis turba multa. 38. Et ecce vir de turba exclama-
vit, dicens. Magiſter, obſecro te, reſpice in filium meum: quia unicus eſt mihi. 39. Et
ecce ſpiritus apprehendit eum & ſubitò clamat, & elidit, & diſſipat eum cum ſpu-
ma, & vix diſcedit dilanians eum. 40. Et rogavi diſcipulos tuos ut ejicerent illum:
& non potuerunt. 41. Reſpondens autem Jeſus dixit: O generatio infidelis, & per-
verſa uſquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum. 42. Et cùm
accederet, eliſit illum dæmonium, & diſſipavit. 43 Et increpavit Jeſus ſpiritũ immun-
dum, & ſanavit puerum: & reddidit illum patri ejus. 44. Stupebant autem omnes
in magnitudine Dei: omnibuſque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad diſ-
cipulos ſuos: Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos, filius enim hominis fu-
turum eſt ut tradatur in manus hominum. 45. At illi ignorabant verbum iſtud,
& erat velatum ante eos, ut non ſentirent illud: & timebant eum interrogare de
hoc verbo. 46. Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum major eſſet. 47. At
Jeſus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum & ſtatuit illum ſecus
ſe. 48. & ait illis. Quicunque ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit:
& quicumque me receperit, recipit eum qui me miſit. Nam qui minor eſt inter
vos omnes, hic major eſt. 49. Reſpondens autem Joannes dixit: Præceptor, vidimus
quendam in nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia non ſequi-
tur nobiſcum. 50. Et ait ad illum Jeſus: nolite prohibere. Qui enim non eſt ad-
versùm vos, pro vobis eſt. 51. Factum eſt autem dum complerentur dies Aſſump-
tionis ejus, & ipſe faciem ſuam firmavit ut iret in Jeruſalem. 52. Et miſit nuntios
ante conſpectum ſuum, & euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum, ut pa-
rarent illi. 53. Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jeruſalem.
54. Cùm vidiſſent autem diſcipuli ejus, Jacobus, & Ioannes dixerunt: Domine, vis
dicamus ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos. 55. Et converſus increpa-
vit illos, dicens: Neſcitis cujus Spiritus eſtis. 56. Filius hominis non venit animas
perdere, ſed ſalvare. Et abierunt in aliud caſtellum. 57. Factum eſt autem: ambu-
lantibus illis in via, dixit quidam ad illum: ſequar te quocunque ieris. 58. dixit illi
Ieſus: vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non ha-
bet ubi caput reclinet. 59. Ait autem ad alterum: ſequere me: ille autem dixit: Do-
mine, permitte mihi primùm ire & ſepelire patrem meum. 60. Dixitque ei Ieſus:
Sine, ut mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei
61. Et ait alter: ſequar te Domine: ſed permitte mihi primùm renuntiare his quæ
domi



domi ſunt 62. Ait ad illum Jeſus, nemo mittens manum ſuam ad aratrum, &
reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.

*A R G V M E N T V M*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus mittit Apoſtolos ad prædicandum regnum Dei, & ſanandos infirmos, de quo egi to. 3. c. 7. dixi etiam, ſuprà Matth. 10.

*Secundò, Verſ.* 10. Seceſſit in deſertum Bethſaïdæ, ibique quinque panibus paſcit quinque millia virorum: de quo tractavi to. 3. c. 33. & inf. Joan. 6. aliqua dicam.

*Tertiò, Verſ.* 18. Interrogat Apoſtolos, quid de ſe dicant homines? Reſpondet Petrus, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi:* Quod expendi to. 4. c. 5. n. 16 & dixi ſup. Math. 16.

*Quartò, Verſ.* 22. Prædicit Chriſtus ſuã paſſionem, omneſque ad crucem tollendam exhortatur; de quo tractavi to. 4. c. 7. & ſupr. Matth. 16.

*Quintò, Verſ.* 27. In monte transfiguratur, & cum Elia, ac Moyſe colloquitur; quod explicavi tom. 4 cap. 8. & ſupra etiam Matth. 17.

*Sextò, Verſ.* 38. Sanat dæmoniacum ſpumantem, & quòd tale genus dæmoniorum non ejicitur niſi in jejunio, & oratione; de quo dixi tom. 4. cap. 9.

*Septimò, Verſ.* 47. Diſcipulis inter ſe contendentibus, quis eorum eſſet major? Reſpondet eſſe majorem: qui ſe facit minorem. Hoc expendi to. 4. c. 10. & ſup. Math. 18.

*Octavò, Verſ.* 52. In Jocobo, & Joanne ſpiritum vindictæ in Samaritanos Chriſtum non recipientes, reprehendit Chriſtus, quod hîc eſt explicandum.

*Nonò, Verſ.* 57. quoſdam, Chriſtum ſequi volentes, non admittit, ſed rejicit: de quo egi tom. 2. cap. 23. Ubi etiam explicavi, illud, quod Chriſtus cuidam eorum dixit: *Qui reſpicit retro mittens manum ſuam ad aratrum,* &c. Ibid. q. 11. & 12.



*Iacobus, & Joannes reprehenduntur.*

*Luc. 9. n.* 52. Et miſit nuntios ante conſpectum ſuum: & euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum, ut pararent illi.

*Num.* 53. Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jeruſalem.

*V E R S I O N E S.*

*Perſicus n* 51. Et Apoſtolos ante faciem ſuam miſit, qui profecti ſunt in civitatem, &c. Cúmque intra civitatem veniſſent voluerunt pro eo locum parare.

*Syrus.* Ingreſſi ſunt in pagum.

*Arabic.* In caſtellum Samariæ.

*Euthym.* In oppidulum.

*Perſicus n.* 25. Sed incolæ civitatis eum non exceperunt, eò quòd facies ejus Jeroſolymam versùs poſita eſſet, ut illuc iret.

*Syrus.* Quia per ſe ferret ſpeciem proficiſcentis in Jeruſalem.

*Æthiopic.* Et non receperunt illos, quia progreſſa eſt facies illorum verſùs Jeruſalem.

*E X P O S I T I O I.*

SCribit Sacer Evangeliſta n. 51. *Cùm complerentur dies Aſſumpt.* Cùm jam quaſi ex- 1. *Quid eſt, faciem ſuam firmavit.*
pleto ſuæ prædicationis tempore per crucem
& paſſionem jam appropinquantem, inſtabat
articulus definitus à Patre, aſſumeretur in cœ-
lum, ut notat D. Chryſ. in præſenti. *Ipſe faciem*
*ſuam firmavit ut iret in Jeruſalem?* ut ait Tit. D. Chryſ.
Boſtrenſ. non huc, & illuc ibat, nec ambulabat Tit. Boſtr.
jam per vicos, ut faciunt pavidi, ac timidi, quòd
declinant ad vicina, & diverſa loca; ſed via re-
cta ibat in Jeruſalem, quod maximè exprimit
Evangeliſta: *Ipſe faciem ſuam firmavit:* id eſt,
ut explicat D. Hier. Epiſt. ad Algaſiam 151. q. D. Hieron.
5. *Magno, & erecto animo*, Beda: *Obſtinata, ac* Beda.
*imperterrita mente:* Cujus rei tanquam ratio-
nem reddunt Titus, Theophyl. *Obfirmatione* Theophyl.
*enim, & fortitudine opus eſt ad paſſionem ſponte*
*præparato.* Ut etiam ſuo exemplo probant Mar-
tyres Chriſti veſtigia ſequentes, ac viri magni
cum ad opera heroica, & præclera procedunt.
*Miſit nuntios.* Chriſtum D. non ſolum ſeque-
bantur diſcipuli, ſed etiam multæ mulieres à
Galilæa, ut patet ex ſuperiori c. verſ. 2. & alio-
rum magna multitudo, ne ergo tanta homi-
num multitudo in hoſpitio, aliis neceſſa-
riis, ſi repente adveniſſet, aliquod detrimen-
tum pateretur, & ne habitatoribus illius loci
 eſſet

eſſet gravis ; Chriſtus miſit nuntios ad præparanda neceſſaria ad victum ; & cùm optimè ſciret, quòd Samaritani nuntios non erant recepturi ; tamen miſit ad eos , ut docet noſter D. Cyrillus, ut diſcipuli , ac ejus prædicatores patientia informarentur , ſi ab aliquibus non reciperentur , Deinde etiam ut fieret manifeſtum, quòd Chriſtus D. quantum ex ſe erat ; omnes vocabat ad ſalutem , ac proinde quòd eorum malitia erat cauſa, ut non venirent ad ſalutem, Theophilact. Titus , Albertus exiſtimant hos nuntios fuiſſe Jacobum , & Joannem quia hi poſtea indignati ſunt.

D. Cyrill. 2.

Theophyl. Titus. Albert.

3. *Intraverunt civitatem* : Multi Authores exiſtimant hìc non eſſe intelligendam principalem civitatem , à quo tota illa provincia denominata eſt Samaria , ſed aliquod illius oppidulum , cui ſententiæ faverunt Syrus , Arabicus , Euthymius. Tamen cùm Evangeliſta dicat civitatem ita tenendum eſſe exiſtimo , nec exiguus pagus auderet reſiſtere Chriſto , ac tantæ multitudini, quæ eum ſequebatur.

Syrus. Arabicus. Euthym.

4. *Et non receperunt eum , quia facies ejus erat euntis in Jeruſalem* ? Quamvis Judæi , & Samaritani eſſent maximè inter ſe contrarij : *Non enim coütuntur Judæi Samaritanis* : etiam in cauſa neceſſitatis ad dandum unum potum aquæ, ut patet in muliere Samaritana : Joan. 4. n. 9. & Judæi maximè erant diſtincti à Samaritanis in veſtimentis , ut patet ex 11. Numer. & notat Lyranus , tamen cauſam ob quam noluerunt Chriſtum recipere , apertè indicat Evangeliſta. *Quia facies ejus erat euntis in Jeruſalem* : ſeu ut habet Syrus : *Quod præſeferret ſpeciem proſiſciſcentis Jeruſalem.* Erat tunc prope Paſcha , vel feſtum Scenopegiæ , in quibus feſtivitatibus omnes Judæi conſueverant confluere in Jeruſalem ad adorandum Deum in templo ? quod maximè Samaritani damnabant, dicebant enim non in Jeruſalem , ſed in monte Garizim , Deum eſſe adorandum ; ut patet ex Ioan. 4. n. 20. & Ioſepho lib. 11. Antiquitat. cap. 7. & 8. & hæc eſt ratio literalis, quam aſſignant communiter Expoſitores. Ianſenius, Toletus , & alij.

Joan. 4. Lyran. Syrus. Joan. 4. Ioſephus. Janſen. Toletus.

*Luc. 9. n.* 54. Cùm vidiſſent autem diſcipuli ejus Iacobus , & Ioannes , dixerunt : Domine , vis dicamus , ut ignis deſcendat de cœlo , & conſumat illos ?

*Num.* 55. Et converſus increpavit , dicens : Neſcitis cujus ſpiritus eſtis.

*Num.* 56. Filius hominis , non venit animas perdere , ſed ſalvare , & abierunt in alium caſtellum.

*VERSIONES.*

*Syrus. n.* 54. Vis dicamus , ut ignis de cœlo deſcendat ſicut fecit Elias ?

*Euthymius.* Ut perdat illos.

*Perſicus.* Vis è cœlo ignis in hanc civitatem cadat , & eos comburat , quemadmodum Elias fecit ?

*Syrus* 55. Objurgavit eos , neſcitis, qualis ſpiritus vos eſtis.

*Perſicus.* Ieſus in eos intuitum fecit , & increpavit , & dixit : Vos neſcitis , quomodo res habeat.

*Syrus.* 56. Non venit , ut perdat , ſed ad vivificandum , & exierunt in pagum.

*Perſicus.* Non venit ut perdat , ſed ut ſervet.

*EXPOSITIO* II.

*Dixerunt diſcipuli Jacobus & Joannes , Domine , vis ut dicamus , deſcendat ignis de cœlo?* Ecce hi filij Boanerges , id eſt , filij tonitrui qui ex fervido zelo voluerunt fulgurare in Samaritanos; tamen adhuc cum debita obedientia ad Dominum loquuntur : *Vis ut dicamus* adhuc in ſuo fervore debitam obedientiam erga Chriſtum oſtendunt , & nil ſine ejus nutu audent intentare. Quidam Codices habent ; *Quemadmodum Elias* : Recordabantur , quod Elias, duos quinquagenarios cum ſuis militibus ob parvam reverentiam erga eum igne miſſo de cœlo conſumpſit. 4 Reg. 1. n. 10. & 11. Et maximè quia hìc occiſi ab Elia , erant Samaritani, quorum exemplo hi moderni Samaritani condemnabantur ; & ideo eorum crimen gravius erat ; Ideo Apoſtoli amore Magiſtri , ac zelo illius honoris , ac reverentiæ , ait Titus , dicunt ; *Vis dicamus , ut ignis de cœlo deſcendat* : Hoc autem dixerunt Iacobus , & Ioannes, quia fortè ut ejus conſanguinei maximè erant ſoliciti de ejus honore ? vel ut jam dixi ex Euthymio , hi duo fuerunt miſſi. 5. *Jacobus , & Joannes tonitrus.* 4. Reg. 1. Titus.

*Et converſus* : Intuens in eos , ut altiùs animadverterent ad ea , quæ dicebat ; *Neſcitis cujus ſpiritus eſtis* : ſeu non agnoſcitis cujus ſpiritus eſſe debetis , ſpiritu, nempe , valde diſtincto ab Elia ? Elias enim agebatur Spiritu ſeveritatis, & juſtitiæ ; ſic enim conveniens erat hominibus illius temporis , ſtatu , & conditione ſervis. Vos autem qui ſub Evangelio eſtis tanquam in lege filiorum , ac leniori ſpiritu uti expediens eſt , ut pote mei diſcipuli : *Diſcite à me , quia mitis , ac humilis corde ſum*: Matth. 11. n. 29. Beda hic : *& vos ergo , cujus ſpiritu ſignati eſtis : & acta ſectemini.* Euthym. 6. *Spiritus Evangelij filiorum.* Matth. 11. Beda.

*Filius hominis* : ſuam doctrinam , ac ſententiam firmat Chriſtus ratione : *Non venit animas perdere* : ſtatim inferendo pœnam mortis, ut explicat Lyranus, *ſed ſalvare* : Aditum aperiendo ad æternam ſalutem ; *Et abierunt in aliud caſtellum* : nempe , ut eſt probabile , Samaritanorum , à quo non tam obdurato animo recepti ſunt ; hoc facto docuit Chriſtus ſuos Apoſtolos , ut in peregrinatione Evangelij juxta ſuam doctrinam ſuperiùs datam Matth. 10. n. 23. *Cùm perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam* : ita diſcant Diſcipuli à ſuo Divino Magiſtro patienter repulſam ſuſtinere, & locum iræ , ac furori dandum , ut in alium locum declinent. 7. Lyran. Matth.

QUÆSTIO



QUÆSTIO I.

*Quare cùm Apoſtoli zelo honoris Chriſti poſtularent vindictam , Chriſtus admonet de manſuetudine , ac clementia.*

8. Cum Samaritani Apoſtolos non recepiſſent , dicunt ipſi : *Vis dicamus , ut ignis deſcendat* : & ſi hoc dixerunt zelo honoris Chriſti ; adhuc tamen ſpiritu humano , & vindictæ : & quia fortè Apoſtoli erant enutriti in lege veteri , quæ talionis vindictam præcipiebat , vel permittebat : Exod. 21. n. 24. *Oculum pro oculo , dentem pro dente* : hoc ( ait Chriſtus D. ) maximè diſtat à lege nova à me promulgata , à meoque ſpiritu, qui eſt charitatis , beneficentiæ, ac tolerantiæ ; ſic enim docui vos : *Diligite inimicos veſtros , benefacite his , qui oderunt vos* : Matth 5. n. 44. Et iterum ibid. n. 39. *Dico vobis non reſiſtere malo : ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi alteram.* Inde Chriſtus eos increpat, quia tam citò obliti eſſent ſuæ doctrinæ. D. Hieronymus citata Epiſtola ad Algaſiam , ait : *Dominus , qui non in poteſtate, ſed in humilitate ; non in Patris gloria , ſed in hominis vilitate ; increpat illos , quod non meminerint doctrinæ ſuæ , & bonitatis Evangelicæ.*

Exod. 21. Matth. 5. *Multum diſtat Spiritus legis gratiæ ab antiquo.* D. Hieron.

9. Tamen cùm Apoſtoli eſſent enutriti in lege veteri, & non Divini Spiritus gratia illuminati , ideò dicebant : *Vis , ut dicamus deſcendat ignis* : D. Ambroſius hìc rectè pro Apoſtolis agens , ait: *Sciebant enim , & Phinees reputatum ad juſtitiam , quia ſacrilegos interemerat , & ad preces Eliæ , ignem deſcendiſſe de cœlo , ut prophetæ vindicaretur injuria ; ideo Dominus increpavit eos , neſcitis cujus ſpiritus eſtis* : Diſcipuli cùm cognoſcerent Chriſtum ſuperiorem eſſe Elia , & Phinee , ideo de vindicta cogitabant ; ſed Chriſtus docet quàm alienum illud ſit à ſuo ſpiritu , de quo latè diſſerit in præſenti Iſidor. Clarus Orat. 53. in Luc. *Neque enim , ego veni in mundum , ut perdam homines , ſed ut ſervem. Hoc nomen meum , Jeſus , ſonat ; quod idcirco imponi mihi volui , quia hoc eram præſtiturus.* D. Ambroſius citatus in præſenti , aliam dat rationem dicens : *Vindicetur , qui timet, vindictam non quærit , qui non timet* : Qui non multùm ſecurus eſt de ſuo honore , ſed aliqua re etiam levi timet illius jacturam ; vindicetur, ut tali vindictâ recuperetur honor offenſus ; & qui non timet ſemper placato animo eſt certus de ſua ſecuritate , ac ſi nulla re offendatur : *Vindictam non quærit , qui non timet.*

D. Ambroſ. Iſidor. Clar. D. Ambroſ. *Securus de honore non quærit vindictam.*

10. Tertiò : Titus Boſtrenſ. in Catena Græca in Lucam ait : *Bis quinquaginta eorum qui miſſi fuerant ad Eliam ſervum dumtaxat , repulerant. Samaritani autem nunc Dominum non admittunt. Verum Dominus cum manſuetudine , ac benignitate in nos ſit incomparabili ; eos increpat , quod videntes eum , potentiâ ad puniendum , ſed clementiâ , manſuetudineque utentem conarentur ipſi ignem è cœlo deducere.* Ecce duo quinquagenarij ob injuriam factam in Eliam ad ejus vocem , igne de cœlo cadente , perreunt. At Samaritani inhumaniter , ac cum injuria Chriſtum cum ſuis diſcipulis repellentes incolumes perſiſtunt. Ex quo tanta diverſitas ? Elias ſervus : *Miſſi fuerunt ad Eliam ſervum dumtaxat* : At Chriſtus D. *Dominus cum manſuetudine* : Pereunt milites , qui cum ſervo agebant , à quo ſeveritas ; & rigor evenire ſolet : At Samaritani rem habent cum Domino , à quo adeo pietas , & benignitas emanabit , ut etiam increparet eos , qui in miſeros vindictam cogitabant : ad quod tendit D. Nazianz. Epiſt. 81. & ait : *Sodomiticum ignem adversùs eum , qui Jeſum abducit Diſcipuli poſtulant ; at Dominus ultionem recuſat. Malcho uni ex petulantibus illis , & contumelioſis aurem Petrus amputat ; Jeſus autem reſtituit ; benignitatis ſeriem vides.* Benignitatis ſeries ſemper in Domino ; & valde inſigniter , ſemper in Domino ; & valde inſigniter , ſemper relucet in Domino Jeſu.

Titus. *A ſervili animo ſeveritas , & rigor à nobili humanitas.* D. Nazianz.

11. Magnifico regi oblatus eſt unus ex ſervis , qui debebat decem millia talenta , quæ efficiunt multos milliones auri , qui cum non haberet unde redderet, procidens ad genua Domini miſericordiam poſtulabat *Miſertus autem Dominus ſervi illius , dimiſit eum , & debitum dimiſit ei* : Matth. 18 n. 27. Egreſſus autem ſervus ille à facie Domini miſerentis , obviam habuit alium ſervum , qui debitor erat ei centum denariorum : *Et ſuffocabat eum dicens , redde , quod debes.* Debitor , temporis ſpatium poſtulabat , ut debitum ſolveret , tamen apud illum , nullum miſericordiæ auditum potuit invenire. Unde tanta diſparitas , quod ille tam citò , ac magnificè ampliſſimam auri pecuniam , nempe ; decem millia talentorum dimiſit ; hic verò de parva pecuniæ quantitate , centum denariis , nempe , nil voluit remittere ? Ille Rex , hic ſervus. A Regio autem corde magnificentia , ac benignitas dimanat ; à ſervili autem animo , ſeveritas , ac durities proſilit. Ad hoc tendit D. Nazianz. Orat. 16. & ait *Vides quemadmodum , qui multorum talentorum debitor adducitur , à debito liberetur ; ad bonum , ac facilem Dominum acceſſerat. At non ut ei remiſſum fuerat , ita & ipſe quoque remittit ; nam adhuc etiam inductione ſervus erat , nec miſericordiam , quam in majori pecunia ſumma conſecutus fuerat , in minori conſervo ſuo impertit* : Expende illud : *Nam adhuc etiam inductione ſervus erat.*

Matth 18. *Nobilis miſeretur , ignobilis durus , & auſterus.*

QUÆSTIO II.

*Quare Chriſtus D. tam benignè cum Samaritanis egit , ut etiam increparet diſcipulos , cum ipſe & diſcipuli ejus aliquando uſi fuerint ſeveritate?*

12. Poſtulant diſcipuli à Divino Magiſtro. *Vis ut dicamus, ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos* : Increpat Chriſtus , dicens : *Neſcitis cujus ſpiritus eſtis* : Quomodo Chriſtus hoc docet ? Nam ipſe etiam facto flagello ejecit vendentes , & ementes de templo : Joan. 2. n. 15. & Matth. 21. n. 12. *Et menſas eorum ſubvertit* : à Petro facto ſuo verbo Ananias , & Saphira occiſi

Joan. 2. Matth. 21. Actor. 4.

occiſi ſunt: Act. 4. n. 5. Paulus ait tradens Cor. illum *Satanæ in interitũ carnis, ut ſpiritus ſalvus fieret*: 1. Corinth. 5. n. 5. ſic Elymam Magnum excæcavit; quia non deſiſtebat vias Domini pervertere: Actor. 13. n. 11. Hæc omnia facta ſunt non ſpiritu vindictæ, ſed pro zelo gloriæ, & honoris Dei; ſic Chriſtus dixit loco citato apud Joannem: *Zelus domus tuæ comedit me*: & apud Matthæum: *Domus mea, domus orationis eſt; vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Petrus occidit illos, quia exiſtimabant ſe poſſe mentiri Spiritui Sancto; Paulus illos & caſtigavit, quia intendebant pervertere Eccleſiam fidelium, nullus autem Spiritus vindictæ erat in eis, ſed ſumma Charitas, benignitas, ac manſuetudo in omnes, ut docti fuerant à ſuo Sanctiſſimo Magiſtro Chriſto Jeſu, ut patet ex locis citatis, ac ex toto Evangelio, in quo Chriſtus frequentiſſime commendabat Charitatem, manſuetudinem, patientiam quo ſpiritu imbuti Apoſtoli; dicebat Paulus: *Si eſurierit inimicus tuus ciba illum*: Rom. 12. n. 20. & Joan. 2. c. 1. n. 5. *Diligamus alterutrum*: Cùm hoc tamen ſtat, quod ſi expedit ad gloriam & honorem Dei lux Evangelica habet gladium, ſic de bono, ac ſancto miniſtro ait Paulus: Rom. 13. n. 4. *Non ſine cauſa gladium portat.*

[1. Cor. 5. — Actor. 13. — *Benignitas cum ſeveritate.* — Rom. 12. Joan. 2. c. 1. — Rom. 13.]

13\. Semper tamen Dominus clementiâ, ac pietate utebatur, ut patet in præſenti; nam commotus à diſcipulis ad vindictam in Samaritanos, graviter eos increpavit, dicens: *Neſcitis cujus ſpiritus eſtis*: D. Ambroſ. hic ait: *Oſtenditur nobis, non ſemper in eos, qui peccaverint, vindicandum: quia nonnunquam ampliùs prodeſt clementia tibi ad patientiam; lapſo ad correctionem.* Et non à longè petendum exemplum, ad manum eſt in ipſis Samaritanis, ſic ait citatus Ambroſius: *Denique Samaritani citiùs crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur.* Ut patet Acto. 8. n. 5. & 14. imò eum, qui nunc hoſpitio non receperunt: *Rogabant eum, ut ibi maneret, & multò plures crediderunt*: Joan. 4. n. 40. Ecce quantò magis profuit moderata patientia, quàm dura, & aſpera vindicta effuſa.

[D. Ambroſ. — *Plus devincitur patientia, quam rigore, ac auſteritate,* — Actor. 8. — Joan. 4.]

14\. Populus Iſraëliticus in deſerto bis aquarum penuriâ gravatur. Primò apud Cades Num. 20. n. 2. Et iterum in Arnon, num. 21. n. 16. In primo miraculo nullum populus carmen Deo cecinit ad gratificandum aquarum donum acceptum, ut legenti patebit; maximè verò in ſecundo, ut exprimit Textus, dicens: *Tunc cecinit Iſraël carmen iſtud, aſcendat puteus: Concinebant: puteus quem foderunt*: Ibid. n. 17. & cur magis populus in ſecundo prodigio quàm in primo prorumpit in gratiarum actionem? In ſecundo, carmina, & cantica intonat, non in primo; cùm illud primum aquarum affluentia in tanta penuria maximè eſſet celebrandum: nam omnia nova magis placent, & gratiora ſunt; tamen non in primo, ſed in ſecundo gratulatorias dant voces. Abulenſ. ad c. 21. Numer. q. 23. ad finem ſic ait: *Quia (nempe, in primo miraculo) Moyſes, & Aaron increpaverunt valde populum vocantes eos incredulos, & rebelles; ideò populus non potuit eſſe attentus, ut laudaret Dominum pro ſuſcepto beneficio*: Populus revera incredulus, & rebellis fuit, tamen illa auſtera, & dura objurgatio non inſervivit ad profectum populi, ſed ad magnum nocumentum: nam ſic illâ populus eſt perturbatus, ac animo proſtratus, ut minimè attenderet ad gratiarum debitum perſolvendum. Vide de hoc multa, tam in hoc tomo, quàm in aliis, Verb. *Benignitas.*

[Num. 20. Num. 21. — *Durities perturbat animum, benignitas allicit* — Abulenſ.]

---

## QUÆSTIO III.

*Quare non recipientibus Samaritanis Chriſtum D. ipſe ſtatim declinat in alium locum.*

POſtquam Chriſtus D. dedit Apoſtolis ſuæ patientiæ, ac clementiæ magnum & præclarum exemplum, quod ipſi imitarentur, ac ſequerentur. *Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſalvare*; ſubdit Text. quod *abierunt in alium locum*: proximum nempe, ac Samaritanorum, in quo benignè Dominus cum ſuis receptus fuit, non inſtitit Dominus in Samariam, nec potentia uſus eſt, nec multiplicavit preces, ſed ſtatim cum ſumma manſuetudine ad alium locum divertit. 15.

[*Difficultas quæſtionis;*]

Ad hanc quæſtionem rectè reſpondet Petrus Damianus lib. 4. Epiſtol. 9. ad Olderic. Epiſcop. *Ac ſi non lingua, ſed opere loqueretur Dominus, date locum iræ.* Roman. 12. n. 19. Quæ verba legit Vatablus: *Ne iram apud vos retineatis*: Ad quod multùm conducit, mutare locum, ab iracundis diſcedere, ac divertere, nec verba illis dare, ac reſpondere: Lego, Chriſtum perſæpe abiiſſe ab oculis hominum, cùm maximè furore inſanirent, ac debaccharentur. Magiſtrum de alta rupi. Cives ejus Nazareth præcipitare voluerunt: Luc. 4. n. 29. & ait; *Ipſe tranſiens per medium illorum ibat*: Herodes Joannem interficit, mari tranſacto terram fugit Chriſtus: *Quod cùm audiſſet Jeſus, receſſit inde*: Matth. 14. n. 10. Quæſitus ad necem Chriſtus, *Abiit trans Jordanem*: Joan. 10. n. 39. Mitto plura alia loca, quod D. Magiſter abiit, hominum furorem longè fugiens, ut abſens declinaret: Neque enim vir apprimè ſciens opponit ſe furentibus, ſed quâ poteſt viâ, ſe ſubtrahit: Nam ut ait Seneca lib. de Ira, cap. 14. *Monebat Pyrrhus, quos gymnico exercebat ludo, ne iraſcerentur: ira enim perturbat artem.* 16.

[Damian. — Rom. 12. Vatabl. — *Locus dandus iræ, quæ abſentia ſedatur.* — Luc. 4. — Matth. 14. Ioan. 10. — Seneca.]

Mandabat lex, ut homicida perfugeret ad urbes gentis Leviticæ: Ait Text. *in Urbem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donec Sacerdos Magnus, qui oleo ſancto unctus eſt, moriatur.* Numer. 35. n. 25. Et cur ille criminator, ut revertatur in locum priſtinum, debet expectare magni Sacerdotis mortem? Deus alto & ſupremo dictamine omnia diſponebat ad pacem & concordiam in populo ſuo conſervandam, ac retinendam; inde non patitur, ut qui fortuitò hominem occiderit, ideò ad ſuos cives redeat ſed poſt obitum magni Sacerdotis; tempore enim decoquitur ira, ac vindicta meditata, & æviendi furor annis ſeneſcit, & placatur. Ibi Abulenſ. q. 14. *Interitum tepeſcebat furor, & odium adverſarii.* Quo ſane documento multum Deus inſinuat, quantum fugiendum ſit à furore, ac ira. 17.

[Num. 35. — *Mora temporum iram abſolvit, & conſumit.* — Abulenſ.]

Cùm Iſaac apud Abimelech moraretur, ſuiſque bonis, Deo benedicente, multum creſceret, ac augeretur, tunc Abimelech multo furore, ac irâ conceptâ contra eum, dixit, *Recede à nobis, quia potentior nobis eſt.* Tunc Iſaac, nullo verbo dato, abſque ulla reſponſione, *ille diſcedens, ut veniret ad torrentem Geraræ, habitaretque ibi.* Geneſ. 26. num. 17. Valde mirum, quòd tam citò, & indilatè recedat Iſaac, ſi ipſe ut rex fatetur potentior eo factus eſt, cur non tenuit, ac reſtitit Iſaac, dicens, da mihi receſſus mei cauſas; Nullas molitus ſum inſidias cum hoſtibus tuis, nulla mihi cum eis communicatio; modeſtè cum tuis ſemper me geſſi, cur ergo ab hac civitate diſcedam, cùm in ea habeam; conſtitutam meam familiam, cum ergo me cum tam ampla domo peregrinari vis? Nil tale reſpondit, ſed invido, ac irato regi obtemperat. Ira æſtuanti non eſt reſpondendum; ſed ab eo citò recedendum. D. Chryſoſt. ubi ait: *Id quod diſcipulis ſuis omnibus Chriſtus adveniens præcepit dicens*: Matth. 10. Quando vos perſequentur, fugite in alium locum: *Hoc ille jam operibus declarabat; ſic & David Saülis magnam invidiam reprimat, ſecedens, & ſubducens ſe; & illius refrigerabat calorem, eodem ſanè modo, & juſtus ille Apoſtolicum illud implebat; date locum iræ.* 18.

[Gen. 26. — *Irato non contradicendum, ſed recedendum ab eo.* — De Chryſoſt. — Matth. 10.]



# CAPUT X.

1\. POst hæc autem deſignavit Dominus, & alios ſuptuaginta duos: & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem civitatem, & locum quò erat ipſe venturus. 2. Et dicebat illi: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci: Rogate ergo Dominum Meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. 3. Ite, ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. 4. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per viam ſalutaveritis. 5. In quamcunque domum intraveritis primum dicite. Pax huic domui. 6. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos revertetur. 7. In eadem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. 8. Et in quacumque civitatem intraveritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis; 9. Et curate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis: Appropinquavit in eos Regnum Dei. 10. In quamcumque autem civitatem intraveritis, & non ſuſceperint vos exeuntes in plateas ejus dicite, 11. Etiam pulverem, qui adhæſit nobis de civitate veſtra extergimus in vos. Tamen hoc ſcitote, quia appropinquavit regnum Dei. 12. Dico vobis quia Sodomis in die illa remiſſiùs erit, quàm illi civitati. 13. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaïda: quia ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere ſedentes pœniterent. 14. Verumtamen Tyro, & Sydoni remiſſis erit in judicio, quàm vobis. 15. Et tu Capharnaum uſque ad cœlum exaltata, uſque ad infernum demergeris. 16. Qui vos audit, me audit & qui vos ſpernit me ſpernit. Qui autem me ſpernit ſpernit eum, qui miſit me. 17. Reverſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo. 18. Et ait illis: Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. 19. ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici & nihil vobis nocebit. 20. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur, gaudete autem quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. 21. In ipſa hora exultavit in Spiritu S. & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ, quod abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Etiam Pater, quoniam ſic placuit ante te. 22. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et nemo ſcit quis ſit filius, niſi Pater: & quis ſit Pater, niſi filius, & cui voluerit filius revelare. 23. Et converſus ad diſcipulos ſuos, dixit Beati oculi qui vident quæ vos videtis. 24. Dico enim vobis, quòd multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire, quæ auditis, & non audierunt. 25. Et ecce quidam legis peritus ſurrexit, tentans illum, & dicens Magiſter quid faciendo vitam æternam poſſidebo; 26. At ille dixit ad eum: in lege quid ſcriptum eſt; quomodò legis; 27. Ille reſpondens dixit; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente, & proximum tuum ſicut te ipſum. 28. Dixit illi: rectè reſpondiſti. Hoc eſt meus proximus? 30. Suſpiciens autem Ieſus dixit: Homo quidam deſcendebat Ieruſalem in Ierichò, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliaverunt eum: & plagis impoſitis abierunt ſemivivo relicto. 31. Accidit autem, ut Sacerdos quidam

dam deſcenderet eadem via : & viſo illo præterivit. 32. Similiter , & Levitica , cùm eſſet ſecus locum,& videret eum, pertranſiit 33. Samaritanus autem quidam , iter faciens, venit ſecus eum , & videns eum , miſericordia motus eſt. 34. Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum , & vinum : & imponens illum in jumentum ſuum duxit in ſtabulum, & curam ejus egit. 35. Et altera die protulit duos denarios & dedit ſtabulario , & ait : Curam illius habe , & quodcumque ſupererogaveris , ego cùm rediero reddam tibi. 36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones ? 37. At ille dixit : Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Jeſus : Vade , & tu fac ſimiliter. 38. Factum eſt autem dum irent : & ipſe intravit in quoddam caſtellum : & mulier quædam Martha nomine , excepit illum in domum ſuam. 39. Et huic erat ſoror nomine Maria , quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius. 40. Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium, quæ ſtetit , & ait : Domine non eſt tibi curæ , quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare ? Dic ergo illi , ut me adjuvet. 41. Et reſpondens dixit illi Dominus : Martha, Martha , ſolicita es , & turbaris erga plurima 41. Porrò unum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit , quæ non auferetur ab ea.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò* , *Verſ.* 1. Chriſtus D. præter duodecim Apoſtolos eligit ſeptuaginta duos diſcipulos, quibus dat mandata, & evangelizandi aſſignat modum. De eo de quo tractavi tom. 3. cap. 18. & hic etiam dicam aliqua.

*Secundò* , *Verſ.* 17. Illis revertentibus, mira quæ geſſerunt narrantibus cum gaudio objicit Chriſtus Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem ; quod explicavi tom. 3 cap. 19.

*Tertiò* , *Verſ.* 25. Doctori legis, viam ad ſalutem aſſignat legem dilectionis Dei , & proximi, & propoſita parabola de incidente in latrones , docet quis ſit proximus : quod expendi tom. 3. c. 21.

*Quartò* , *Verſ.* 38. Sortem Mariæ præfert ſorori Marthæ, indeque de Aſſumptione Virginis Mariæ agitur ? de quo diſſerui , tom. 3. c. 16. & hìc etiam dicam.

## Deſignantur ſeptuaginta duo.

*Quare Dominus diſcipulos ſuos miſit binos ?*

1. Text. Ait Noſter Evangeliſta in præſenti , num. 1. Quod *deſignavit Dominus ſeptuaginta alios , & miſit eos binos* : Nullus ſe offert ad officium , vel diſcipulatum , ſed omnes Chriſtus D. alto ſuo conſilio eligit , ac deſignat , quod eſt admirabilius ; ac raræ virtutis , deſumpto exemplo à ſupremo capite , ac principe noſtro Chriſto Jesu , qui ſupremam ſeſſionis cathedram non ſibi aſſumit niſi Pater jubeat. Pſalm. 109. num. 1. *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.* Pater dicit filio , ut ſedeat ad dexteram ejus , imò , & Chriſtus ſupremum pontificatus apicem non obit , priuſquam Pater interpoſito juramento adigat, num. 4 *Juravit Dominus & non pœnitebit eum : Tu es Sacerdos in æternum* ; Quod præclarè , notavit Juſtinian. ſerm. de Euchariſtia , ubi ait : *Si Chriſtus Dominus , cùm eſſet Sanctus , innocens, ſegregatus à peccatoribus , minimè Pontificem ſemetipſum inſtituit , quid nolentes , in hac cauſa agere debent.* Pal. 109. *Dignus officio ac honore qui illum non ambit.* Juſtinian.

Ad quæſtionem *Miſit binos* : Caietanus ait : *Mutuum teſtimonium , mutuam morum cuſtodiam , mutuam conſolationem conſtituit Jeſus in diſcipulis peregrinantibus* : Non unum ſolum mittit ; ſed binos , ut alter alterius teſtis eſſet de vita rectè , ac ſanctè acta : *Mutuum teſtimonium , mutuam morum cuſtodiam* : Malam ſuſpicionem dat homo de ſe , ſi ſolus ambulare vult , & ſecum non admittit ſocium , ut ſuæ vitæ , ac actionum teſtem habeat : *Venerunt duo Angeli Sodomam Veſpere* : Gen. 19. num. 1. Nonne unus ad perdendam civitatem , ſententiamque mortis ferendam adversùs impios ſufficiebat ? Nemo ignorare poteſt : rectè tamen duo veniunt. Dabat Deus in exordio mundi formam optimæ , ac bonæ adminiſtrationis, quod miniſter nunquam ſolus , ſed ſemper aſſociatus mittatur , ut ſuæ adminiſtrationis habeat teſtes , & inſpectores , inde mittuntur duo Angeli Sodomam , ut ſibi invicem eſſent teſtes in officio peragendo , ut notat Joannes Climacus. 2. Caietan. *Miniſter ſemper ſit aſſociatus , ut ſuæ adminiſtrationis habeat teſtes.* Gen. 19. Climacus.

3. Secundò : *Miſit illos binos* D. Magiſter oſtendit quantùm prodeſt ſocietas hominum laudata , & quantum à bono laborum ſocio venerit ſolatium , quod notat Chryſologus : Nam cùm Noëmus ingrederetur in arcam cum familia ſua : *incluſit eum de foris Deus* : Geneſ. 7. n. 17 quo ſe ſocium oſtendit in illa tempeſtate , ſiquidem deferebat claves , ut aperiret , quando occaſionis opportunitas exigeret , Sic ait Chryſologus ſerm. 147. *Ut ſocietatis amor timorem ſervitutis auferret , & ſervaretur amore communi , quod fuerat communi* Gen. 7. D.Chryſol



Ioſue . *muni labore ſalvatum* : In hujus rei typum Joſue cum perveniſſet ad terram promiſſionis : *Miſit duos viros exploratores in Abſcondito* : Joſue 2. n. 5. ſi mittebat in abſcondito , cur non unum virum tantum induſtrium , & ſagacem miſit ? faciliùs unus vir incedit , ac ingreditur in abſcondito , quàm duo , qui ſui majorem ſuſpicionem faciunt ac majorem tumorem excitant. In hoc Joſue imaginem geſſit Jesu Christi Filij Dei , qui ut in præſenti , *miſit binos diſcipulos ſuos ante faciem ſuam in omnem civitatem , & locum quo ipſe erat venturus.* Abulenſis ibid. quæſt. 7. *Unus non perfecte judicat neque deliberat , quia conſilia ejus timida , & incompleta ſunt ; cum vero duo ſunt meliùs deliberant , & de agendis judicant* : Eccleſiaſtes 4. num. 9. *meliùs eſt eſſe ſimul duos , quàm unum ; habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ.* *Duo mutuo ſe fovent adjuvant , ac deliberant.* Abulenſ. Eccleſ. 4.

4. Chryſol. A bono comitatu multa morum præſidia ; Inde D. Magiſter , mittit binos , teſte Chryſologo , ſerm. 17. & ait : *Ne deſtituta ſingularitas , aut negaret , ut Petrus , aut fugeret ut Joannes* : Petrus negat , quia in comitatu militum ſolus erat , ille adoleſcens in horto , quiſquis eſſet , fugit , quia ſolus. Hinc populum Iſraëliticum bello captum , non deſerunt Jeremias , Zacharias , & alij Vates , quamvis fortè libertate donarentur , & ſponte ſua peregrinari eligunt boni viri : & cur id ? Docet D. Ambroſius l. 2. de Caimo cap. 10. *Ne plebs reliqua ſanctorum virorum deſtituta præſidio ; conſilioque viduata , graviorem ſubiret ruinam* : ſcilicet mores perderet , fidem læderet , quæ nulla major hominum calamitas dari poteſt. *Ex defectu bonæ ſocietatis multa mala.* D. Ambroſ. Matth. 26. Marc. 14.

## QUÆSTIO II.

*Quare Dominus non ſolùm mittit ſuos ad civitatem , & locum , ſed inſuper declarat ad quam ipſe venturus eſt ?*

Ait noſter Evangeliſta , quod miſit Chriſtus ſuos diſcipulos , *In omnem civitatem & locum , quo erat ipſe venturus* : Bonus , & præclarus princeps , qui ſi laborem aliis imperat , ne ſuam à labore manum ſubtrahat :

5. Gen. 2. num. 8. dicitur : *Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis* ; Plantare, operationem denotat , & innuit : Omnia alia verbo uno creavit Deus : *Dixit Deus , fiat lux, fiant luminaria magna.* At verò cùm ad creandum paradiſum accedit , manus tanquam ad opus admovens , ut illum plantet , ac conſtituat ; Paradiſus deſtinabatur à Deo , ut in illo homo collocaretur. *In quo poſuit hominem , ut operaretur , & cuſtodiret illum* : Ibidem num. 15. Inde dicitur , quod Deus plantaverat paradiſum , ſi homini præcipiebat operationem , priùs ipſe manibus exequebatur. Philo lib. 1. Allegor. ait : *Nunquam Deus operari deſinit , illudque multò magis , quod ipſe aliis etiam rebus operandi author eſt.* Sapientiæ 7. num. 26. dicitur de Deo : *ſpeculum majeſtatis* : Græcus habet : *ſpeculum operationis* : Cùm ipſe ſit ſpeculum , ſplendor , lux , ac idea totius majeſtatis , principatus , ac dominationis , eſt etiam & operationis , quia majeſtati , ac principatui annexa eſt operatio , in his quæ ordinat ac diſponit. *A labore quem princeps aliis imperat , non ſubtrahat manum.* Gen. 2. Sapient. 7. Græcus.

6. Secundò : *In omnem civitatem , & locum , quo erat ipſe venturus.* Monet Chriſtus D. ſe poſt diſcipulos ſuos è veſtigio abiturum eſſe, ut inde cautè ſe habeant , ne obdormiſcant in ejus mandatis adimplendis , ac exequendis Caietan. *Scientes enim diſcipuli , quod ſubſequeretur magiſter , cogebantur omni cura injuncta exequi* : Suum bene officium faciunt miniſtri , ſi ſuper eos oculi principis invigilant cui reddituri ſunt rationem. Conſtituit Deus ſuam ſedem ac ædem in medio populi , quam *tabernaculum teſtimonij* appellavit. Exod. 27. num. 21. & cur non alio nomine inſignitur ? Cur non dicitur tabernaculum Divinum , ſeu Divinæ majeſtatis , ſeu reſponſionis divinæ ? nam in eo Deus dabat reſponſa ; ſed dicitur *tabernaculum teſtimonij* ? ut inde ſciret Iſraëliticus populus , quod in medio ſui ſuarum rerum teſtem habebat Deum , ut inde viam inſtueret , rectè & piè agendi. Philo ad lib. Tertul. ait. *Solet Moyſes vocare tabernaculum teſtimonij , ſive quod Deus virtutis teſtis eſt , ſive quod virtus confirmat animos , & in veritatem quaſi pro tribunali revelans.* Caietan. *Cogitet homo Deum habere teſtem ne peccet.* Exod. 27. Philo.

7. Ait Jobus , quod perſæpè à ſomno , ac lecto excuſſus fuit cauſa Urbis obeundæ , ac vigilandæ : *Quando procedebam ad portam civitatis* : cap. 29 num. 7. Quo vero tempore , quâve horâ Jobus id faceret , Textus Græcus exprimit : *Quando antelucanus procedebam* : Et ad quem locum antelucanus princeps procedebat ? Ad portas , nempe , civitatis , in quibus jura dicebantur , ut declarat Moyſes , Deuter. 16. num 18. *Judices & magiſtros conſtituet in omnibus portis ejus* : Scilicet civitatis : Quamvis Jobus , vir juſtus , ac ſanctus , ita ut non eſſet ei ſimilis in univerſa terra , judices bonos , ac rectos conſtitueret in portis civitatis , ut cauſas deciderent , lites ſolverent ; tamen ex loci vigilia antelucana contendebat , ut ipſe ait : *Quando procedebam antelucanus* : Prætoribus ſubitus aderat , ne quilibet reus , vel gratia elaberetur vel innocens odio premeretur ; Ut ait Seneca Epiſt. 11. *magna peccatorum pars tollitur , ſi teſtis adſit.* Job. 29. Græcus. *Princeps invigilet ſuos ne quid incautè fiat.* Deuter. 16. Seneca.

8. Scribit Paulus ad ſuum diſcipulum Timotheum , ut rectè ſe habeat in ſuo munere Epiſtol. 1. cap. 6. num. 13. *Præcipio tibi , coram Domino , ut ſerves mandatum ſine macula , irreprehenſible uſque ad adventum Domini noſtri* : Timotheus vir probus , & juſtus erat , ſatis erat proponére ei legem Domini , ac illius præceptum , ut in ſuo munere , rectè ſe haberet ; ſicut Joannes de charitate dicebat ſuis diſcipulis , & inde ſatis eſt ut fiat , probo viro , ſat eſt voluntas Dei propoſita , ut probat exemplum Heli ; lib. Reg. 3. num. 18. etiam in re valde adverſa. Ad quid ergo Apoſtolus proponit Timotheo adventum Domini ? D. Athanaſius ait : *ad Domini uſque adventum dixit , ut magis eum excitet* : Maximè debet movere , ac excitare Pontificem , ac principem , quod de ovibus ſibi commiſſis , ac de rebus à ſe peractis ſit rationem redditurus ; non enim qui clavum tenet , ita regat , ac ſi omnia manibus 1. Tim. 6. *Sciat Pontifex , quod ſit rationem redditurus.*

 ſuis

ſuis terminentur ? ſciant, ſciant, quod omnia ad Dei judicium devolvuntur, ubi omnia ſunt exactè diſcutienda, ac examinanda.

---

## QUÆSTIO III.

*Quare dum Chriſtus mittit ſuos diſcipulos ad prædicandum, eis proponit quod meſſis multa quidem eſt, operarij autem pauci.*

9. AIt Chriſtus D. in præſenti num. 2. *Meſſis quidem multa, operarij autem pauci: rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam*: Valde mirum ſane, quod cum Deus ſit valde ſolicitus de noſtra ſalute, ad quam neceſſarij ſunt operarij ac miniſtri; ipſe tamen vult rogari ad mittendos operarios cum meſſis ſit multa: non negligit Dominus meſſem ſuam, vult rogari à nobis, ut alibi dixi ex D. Auguſtino: *Ut concedat, & concedat cum merito noſtro*: quod per orationem comparamus; vel ut ait hic Hugo: *Quare ſe vult rogari Dominus, ut mittat operarios in meſſem ſuam: imò rogat, ut rogetur, & rogat operarios, ut rogent eum?* Reſpondet: *Per hoc oſtendit deſiderium prædicatorum, circa ſalutem animarum.* Non negligit Dominus meſſem ſuam, ex qua ampliſſimos fructus colligit in vitam æternam, ſed vult declarare ardentem ſuorum operariorum zelum de amplificanda gloria Divina, qui inceſſanter rogant, ut plures operarij mittantur ad plures fructus metendos in vitam æternam.

*Zelus operariorum Dei pro meſſe amplificanda.*
D. Auguſt.
Hugo.

10. Ad Quæſtionem: Cum Chriſtus D. ait: *Meſſis quidem multa*: & ſatis ampla, utpote totus orbis ad peregrinandum datur in meſſem; & ad quod tanta rerum difficultas, ac tam periculoſa operatio proponitur; *mitto vos, ſicut agnos inter lupos*: adjungitur diſcipulis veluti in primo limine, ac ſuo tirocinio; ut oſtenderetur generoſitas diſcipulorum ex Divina gratia, nam ut ait Seneca l. 1. de Provid. cap. 3. *Labor optimos citat*: & non alius à ſe Epiſtol. 31. *Generoſos animos labor nutrit*: Deinde ut oſtendatur: quod Chriſtus D. hos ſeptuaginta ex ſua benignitate elegit, ipſi tamen ex ſuis laboribus, ac meritis talem dignitatem optimè promerentur.

Seneca.
*Labor generoſos animos nutrit, & inde glorioſè coronat.*

11. Princeps mulierum erat Jacobus, cum David regnum auſpicaretur in Hebrone, ut patet ex 2. Reg. cap. 2. num. 13. & cap. 3. num. 22. cùm ergo David venit in Hieruſalem, & intentaret excludere Jebuſæum, & comparare arcem Sion, proponit edictum ad milites excitandos, qui prius invaſerit arcem, & eam aſcenderit, princeps militum erit conſtitutus: *Aſcendit igitur primus Joab, & factus eſt princeps*: 1. Paralip. cap. 11. n. 6. Sed Joabus jam antea princeps militiæ erat: quomodo modò creatus eſt princeps? Joabus antea ex gratia, ac amicitia militibus præfectus erat; modò ex labore, ac merito principatum aſſequitur. Abulenſ. ibi quæſt. 10. ait. *Dicebatur nunc factus princeps jure ſuo, cum priùs eſſet princeps ex conceſſione.* Ex difficili pugna, ac merito virtutis bellicæ, non affectu gratiæ Regiæ maximè ſublimatur, ac condecoratur Joabus.

2. Reg. 3.
1. Paral. 11.
*Glorioſus honor, qui ex merito, ac labore aſſequitur.*

Secundò: *Meſſis quidem multa*: Ad ſufferendos multos labores, ac tyrannorum perſecutiones in prædicatione Evangelica maximè ſtimulabatur, ac provocabatur charitas diſcipulorum ex meſſe, ac ampla multitudine gentium quæ venire poterat ad converſionem ac ſalutem animarum ſuarum. Cùm Paulus Apoſtolus multum eſſet vexatus à quodam Judæo, multos contra ipſum opponente contradictionem: Tunc Apoſtolus rebus deploratis decreverat deſerere Corinthum: Tunc Chriſtus D. ut Paulum revocaret in urbem, nocte apparet, & ait illi. *Noli timere, ſed loquere, & ne taceas propter quod ego tecum ſum, & nemo opponetur tibi ut noceat tibi; quoniam multus eſt mihi populus in hac civitate.* Act. 18. num. 9. & 10. Duas proponit Chriſtus rationes ut Paulus civitatem deſerat, primam, quia nullum in ea patietur nocumentum; ſecundam: *Quoniam multus eſt mihi populus in hac civitate*: D. Chryſoſt. ibi homilia 31. ait: *Vide quos rationibus perſuadet, & quomodo id, quod Paulò maximè placebat, ultimo loco ponit*: Juxta Rhetoricas leges id quod eſt leviùs primo loco ponitur, quod eſt fortiùs, tanquam aſcendendo ad ultimum locum reſervatur; prius proponitur Paulo, quod nullum ibi reportabit damnum, ultimò verò, multorum converſio ac ſi magis movebatur, ac excitabatur charitas Pauli ex converſione multorum: *Multus eſt mihi populus*: quam ex quocunque ſuos remoto periculo; *Id quod Paulo maximè placebat ultimo loco ponit.* 12.

*Paulus contemnebat proprium periculum ob multitudinem meſſis.*
Actor 18.
D. Chryſoſ.

Tertiò: *Meſſis quidem multa*: Meſſis ad panem, ac ad cibos condendos colligitur. Meſſis nomine præſenti, peccatores intelligit Chriſtus, quia ſcilicet illorum fame æſtuabat, eos ipſos meſſem ſuam, quia victus ad famem ſuam ſatiendum erat colligendus, cenſebat, Operatur Aaron primum prodigium: in Ægypto: *Tulitque Aaron virgam coram Pharaone, ſervis ejus, quæ verſa eſt in colubrum*: Convocantur à Pharaone Magi, & ſimile operantur ſignum *Projeceruntque ſinguli, virgas ſuas quæ verſæ ſunt in dracones*: ſed inde quid mirabilius ſupervenit: *Devoravit virga Aaron virgas eorum.* Exod. 7. num. 10. & 11. cur virga Aaron effectus coluber non homines, ſed ſerpentes adoritur; ac devorat; quare potiùs illos, quam hos expetit. Cur ipſos homines Magos mortuos coram Pharaone non oſtendit? nec dicitur, quod eos comediſſet, ac ſi dentibus compreſſerit, ſed *devoraſſet*, quod eſt integros in ſuo ſinu deponere? Magnum myſterium ſub his deliteſcere agnoſcit D. Ambroſius lib. 3. officiorum cap. 14. & ait. *Virga eſt verbum directum regale, plenum poteſtatis, qui erat Filius Dei, ex Deo Patre natus Filius hominis factus eſt*: Et ad hoc tendit illud Pſalmi 109. num. 2. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion*, Ergo Filius Dei in hoc mundo, ſub ſerpentis hoc eſt, peccatoris ſpecie latitans, non veros homines quærit, hoc eſt, non ſicut virgas rectas, & juſtos, ſed eos qui ſuorum ſcelerum veneno ſunt tanquam ſerpentes, hoc circuit, & ambit Chriſtus, non ut veluti eos dentibus idest, ſupplicio terat, & dilaceret; ſed ut veniâ datâ eorum crimina diluat, eos in pectus ſuum 13.

Exod. 7.
D. Ambroſ.
Pſalm. 104.
*Chriſtus habet famem peccatorum quibus ut eſca ſatiatur.*



recondat eorumque cibo: tanquam dulciſſima eſca paſcatur. Sic pergit citatus Ambroſius, dicens: *Virga ſerpens facta, devoravit virgas Ægyptiorum, quia Verbum caro factum ſerpentis diri venena evacuavit per remiſſionem, & indulgentiam peccatorum.*

D. Ambr.

---

## QUÆSTIO IV.

*Quare dum Chriſtus D. deſtinat ſuos diſcipulos ad prædicandum in orbem, ait, quòd eos mittit tanquam agnos inter lupos?*

14. AIt Chriſtus D. in præſenti n. 3. *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.* Dum in converſione gentium ad quam deſtinabantur; cum agnis confert Dominus, manſuetudinem maximè commendat. Docentis enim manſuetudo vigor ſuadelæ eſt. Ait Chriſtus D. ſuis Apoſtolis, Matth. 11. n. 29. *Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Si eos conſtituit totius orbis Doctores, ac prædicatores, cur non ait: Diſcite à me doctrinam, & ſapientiam, qui ſum Verbum Patris, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, ſcientiæ Dei, ſed ait: *quia mitis ſum, & humilis corde?* Quia hæc maximè allicit auditores, & diſcentibus perſuadet doctrinam. Perbellè Hugo ait: *Diſcite à me quia mitis ſum, quia nullum deſpicio. Nihil arduum hominibus præcipio; nihil aſperum; Et facile præcepta veniunt in affectum; quoniam & gratiam præcedit auxilium.* Nam ut ait Clemens Alexand. *Qui quieta dogmata tradunt, facile præcepta veniunt in effectum.* Expende ultima Hugonis verba *Et gratia præcedit auxilium*: Ipſa pia quædam gratia, ac lenitas, & manſuetudo docenti tanquam prævia præcedit in auxilium, ut alliciat affectum, ac conſenſum ad ea quæ traduntur ac dicuntur.

Matth. 11.
*Lenitas docentis auxilium ad doctrinam recipiendam.*
Hugo.
Clem. Alex.

15. Secundò: Quos principes, ac prælatos totius Eccleſiæ conſtituebat, Agnos appellat, tanquam fundamentum eorum principatus, manſuetudinem apponit. Ait Pſalmograph. Pſalm 47. n. 15. *Ipſe reget nos in ſæcula*: Lyra pro, *in ſæcula*, legit: *Suaviter*: Regnum perpetuatur in ſæcula, cùm ſuaviter regitur. Ait Chriſtus D. Matth. 5. n. 4. *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*: Quæ verba D. Chryſoſtom. & Teophylactus interpretantur de temporalibus principatibus, quorum principatus, maximè manſuetudine, firmatur, ac ſtabilitur; ſine qua ſtatim corruit, ac deperditur. Ad ſubditos ſuos dicebat Roboam. *Pater meus cæcidit vos flagellis, ego cædam vos ſcorpionibus.* 3. Reg. 12. n. 14. Inde ab amplo ſuo imperio deturbatus eſt, ut dicit D. Hieronym. Epiſt. ad Theoph. *Qui ſcorpionibus cæcidit, citò regnum manſueti Davidis diſſipat*, Regnum Davidis radicabatur manſuetudine: *Memento Domine, David, & omnis manſuetudinis ejus*: Pſal. 131. n. 1. Regnum autem Roboami ſcorpionibus nitebatur; quid inde ſecutum? illud perduravit, hoc verò ab ſcorpionibus corroditur, ac devoratur.

Pſal. 47.
Lyra.
Matth. 5.
D. Chryſ.
Theophyl.
3. Reg. 12.
*Principatus manſuetudine firmantur duritie deperduntur*
D. Hieron.
Pſal. 131.

16. Tertiò: *Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos*, Et cur optimus princeps Chriſtus, ſuos chariſſimos diſcipulos tanquam filios deſtinat inter lupos, à quibus multum erat timendum? Mittebantur à Chriſto, ac proinde ſub ejus tutela erant proindeque nullum nocumentum à lupis timendum. D. Ambroſius lib. 7. in Lucam ait: *Bonus Paſtor lupos gregi ſuo timere non novit: ideoque iſti diſcipuli, non in prædam, ſed ad gratiam diriguntur. Solicitudo enim boni paſtoris efficit, ut lupi in agnos audere nihil poſſint*, Mittebantur à ſupremo paſtore Chriſto *non in prædam*, ac perditionem ſed *in gratiam*, ac ſalutem, & cùm ſub cura ac ſolicitudine Chriſti erant, & ſub tutela tam ſancti operis, omnia erant ſecura, & nil timendum ab eis.

D. Ambroſ.
*Ubi manſuetudo, de innocentia viget, adeſt Chriſti cuſtodia.*

17. Ait Iſaias. 11. num. 8. *Delectabitur infans ab ubere, ſuper foramine aſpidis & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet, non nocebunt, & non occident, in univerſo monte meo*: Per infantem ſacros Apoſtolos, & diſcipulos Domini ob ſuam innocentiam, ac puritatem intelligunt D. Hieronym. Noſter D. Cyrillus, ſicut per aſpides, & regulos, hæreticos, & gentes feras, & indomitas, Et unde fieri poteſt, ut Agni inter lupos, ac ſanguinolentas beſtias nil timeant, ſed ſecuri, ac placidè degant? Vide quod antea quaſi immediatè præmiſit propheta num. 6. *Puer parvulus minabit eos*: qui eſt Chriſtus D. juxta communem ſenſum ſanctorum Patrum; & ubi Chriſtus adeſt ſuos agnos, ac innocentes infantes regens, ac dirigens, magnum tutamen habent ab omni periculo, ac diſcrimine, ut nil timeant. Ibi D. Cyrillus Alexand. lib. 2. in Iſaiam. *Foramina autem, & cubilia aſpidum credo: dicit, malas dæmonum turmas in quas ſæpe numero manus immittentes, qui in Chriſto infantes ſunt, facile ſuperant; nullo prorſus incommodo affecti; Chriſtus ſiquidem eos vendicat, & ſiniſtra eorum perverſitatis morſus reprimit, vireſque inefficaces efficit.*

Iſai. 11.
Hieron.
D. Cyrill.
*Ubi eſt Chriſti cuſtodia nil timendum à lupis.*
D. Cyrill. Alex.

---

Martha excipit Dominum ad hoſpitium.

## CHRISTUS JESUS Excipit virginem Mariam ad gloriam.

## QUÆSTIO V.

*Quare Chriſtus hìc venit in domum Marthæ tanquam ipſam quærens, cùm aliquando Martha ocurrerit Chriſto ad ipſum accipiendum?*

SCribit noſter Evengeliſta in præſenti n. 38. quod *Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam*: de quo Evangelio, ac myſterio Virg. Aſſumptionis latè tractavi tom. 3. cap. 16. per viginti tres quæſtiones. Tamen ubi ſe offert tractatio de ſanctiſſima Virg. Maria, noſtra devotio non patitur cum ſilentio illam præterire. 18.

Text.

In quæſtionem tamen voco; quomodo hìc dicatur, 19.

dicatur, quod Chriſtus intraverit in quoddam caſtellum tanquam quærens Martham, & Mariam; cum aliquando ipſa Martha, audiens

Joan. 11.

quod adveniret Jeſus exiens extra domum *venit, occurrit illi*; Joan. 11. num. 20. At verò modò Chriſtus D. exiens de civitatibus; in quibus prædicabat regnum Dei, venit quærens Martham, præfigurabatur hîc myſterium glorioſiſſimæ Aſſumptionis Virginis Mariæ in cœlum, ut docent communiter ſancti Patres. D. Auguſtin. ſerm. 26. de Verbis Domini, D. Ildephonſus ſerm. 1. & 2. de Aſſumpt. D. Bernard. ſerm. 1. de Aſſumpt. & alij Patres. In hac ergo die Chriſtus exiens de regali civitate cœli venit occurrens, & quærens ſuam ſanctiſſimam Matrem ad glorioſos magnificæ beatitudinis thronos, Aſcendente Jeſu in cœlum aſtiterunt duo Angeli, qui Apoſtolis dixerunt. *Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Jeſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum; ſic veniet*: Actor. 1. num. 11. Valde mirum ſane, quòd Angeli totum ſuum ſermonem habent cum Apoſtolis, ut eis dent levamen, & conſolationem de Chriſti abſentia; Cur etiam, & non præcipuè cum Maria matre Jeſu loquuntur, quæ maximè ſui filij deſiderio tenebatur, ſed totus eorum ſermo eſt cum Apoſtolis, & nullus cum Virgine? Quia Chriſtus D. antequam diſcederet, peculiariter, ac intimè verba habuit cum ſanctiſſima Deipara, promittens ei, quod non per Angelos, ſed per ſeipſum transferenda erat è terra in cœlum, quod docet D. Chryſoſtom. ſerm. 6. de Aſcenſione habito in 6. tomo, ubi ait, quod in hoc ultimo diſceſſu, *Converſus ad matrem Dominus dixit... Non te relinquam, mater mea Virgo: quin quando migratura es de corpore, non Angelum, neque Archangelum miſſurus ſum: ſed ego ipſe veniam, tuamque animam ſole ſplendidiorem excipiam*: Tam altum & ſublime negotium pro tanta rei majeſtate, ut dum Virgo aſſumitur in cœlum nulli ſpiritui Angelico creditur; ſed ipſe ſupremus rex occurrit, ac propriis manibus excipit, ac recepit. D. Damaſcen. orat. de Aſſumpt. apud Metaph. ait. *Advenit Rex, ut mihi quidem videtur, ad ſuam parentem diviniſque, & ab interitu alienis manibus ſuſcepit ejus puram, & nulli culpæ affinem animam.*

D. Auguſt. D. Ildeph D. Bernard.

Actor. 1.

*Virgo excipitur in gloriam non ab Angelo, ſed ab ipſomet Filio Dei.*

D. Chryſoſt.

D. Damaſc.

20. Refertur. 3. Reg. 8. num. 3. *Tulerunt arcam ſacerdotes, & portaverunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & deferebant eam ſacerdotes, & Levitæ. Rex autem Salomon; & omnis multitudo Iſraël, quæ convenerant ad eum, gradiebantur ante arcam.* Dum Arca transfertur in Hieruſalem, totam rem diſponit nec Levitæ, ſed ipſemet Rex Salomon. Quid præcedebat? Figurabantur ibi, quòd dum vera arca Teſtamenti ſanctiſſima Deipara Maria transferebatur in ſancta Sanctorum cæleſtis Hieruſalem, quod ipſe verus Rex Salomon CHRISTUS JESUS Filius ejus per ſeipſum aderat, eam excipiens, ac Angelorum, & ſanctorum omnium choros ordinans in tam feſtivo applauſu, ac adventu. D. Damaſcenus citatus. *Tulerunt Sacerdotes Arcam, & tabernaculum teſtimonij ipſi verò, & Levitæ, & Rex, & univerſus populus ante arcam; & tulerunt eam in locum ejus, ſed tunc propter requiem arcæ intelligentis, non teſtamenti Domini, ſed ipſius hypoſtaſis Dei verbi. Ipſe novus Salomon, qui eſt princeps pacis & univerſi optimus architectus.*

3. Reg. 8.

*Chriſtus Princeps pacis per ſeipſum transfert veram arcam in cœlum.*

D Damaſc.

Exiens Chriſtus ad excipiendam ſuam ſanctiſſimam Matrem in cælum concomitantur omnes cæleſtes ſpiritus magno fervore ac gaudio, ut conſiderat S. Amadeus homil. 7. de tranſitu Virg. agens, & ait: *Et abituræ pluſquam obituræ occurrunt caſtra Dei & ruunt obviam ei exercitus militiæ cœleſtis.* Ita ut tota cæleſtis curia nullo ſpiritu remanente, Virgini ſanctiſſimæ aſcendenti occurrerit. Ait Joan. Apocalypſ. 21. num. 1. *Ego Joannes vidi civitatem ſanctam Hieruſalem novam deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Et quando tota cœleſtis curia tam ſplendido ornatu, ac decore, deſcendit de cœlo, & ad quid introducitur in ea talis deſcenſus, ut tota ſimul veniret? Mihi pro certo eſt in Auguſtiſſimo Aſſumptionis die, ut Dominam, & Reginam ſuam veneratur, ac concomitatur ad thronum gloriæ ſuæ. Ita rem explicavit. D. Ildephonſ. ſerm. de Aſſumpt. & ait: *Vidi Hieruſalem deſcendentem de cælo, à Deo ornatam, & lapidibus pretioſis intextam, quo profectò hodie decorata, ideo deſcendit ut Reginam mundi Beatam, ſcilicet, Mariam eveheret ad ſublimia, & collocaret in throno regni.* 21.

S. Amad.

Apoc 21.

*Maria aſcendenti in cœlum tota cæleſtis curia occurrit.*

D. Ildeph.

Et cæleſtes ſpiritus veniunt cum Chriſto omni feſtivo, ac perjucundo apparatu, cum omni genere muſicorum. Sic explicat Sanct. Archiepiſcopus illud Apocalyp. 14. num. 1. *Ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia:.. Et audivi vocem ſicut citharœdarum citharizantium in citharis ſuis*; Et ad quid ſpectabat tantus lætantium concurſus? Ad Divinum Agnum conveniebat, ut omni jubilo, ac exultatione occurreret Beatæ Virgini aſcendenti in cœlum. Sic ait citatus. Ildephonſus ubi ſupra. *Quid putas, hodie ante Beatam Virginem, quando illa in cæleſtem Hieruſalem evehitur, quantus exercitus ſanctorum præcurrit cum hymnis, & canticis: nec dubium; quin illa centum quadraginta millia, qui in conſpectu throni ſunt, tenentes citharas ſuas, cecinere cum omni fragore cœli canticum novum, quod nemo poteſt dicere, niſi ipſi, qui hodie feſtivi veniunt obviam cum citharis ſuis, ac læti in ſuo Beatam choro excipiunt Virginem.* 22.

Apoc. 14.

*Cum omni jubilo veniunt cæleſtes ſpiritus.*

D. Ildeph.

## QUÆSTIO VI.

### *Quare Chriſtus D. qui omnibus præbet alimenta, ingredi voluit in domum Marthæ ad hoſpitandum.*

CHriſtus ſupremus Dominus, qui aperit manum ſuam, & implet omne animal benedictione, valde mirum, quòd hodie ingreditur domum Marthæ, & Mariæ ad hoſpitandum, rem tractat, & optimè reſolvit D. Auguſtinus ſermo. 26. de verbis Domini, & ait: *Voluit enim Dominus formam ſervi accipere, & acceptâ formâ ſervi, in illa paſci à ſervis, dignatione, non conditione. Nam & iſta dignatio fuit ſe præbere paſcendum. Habebat carnem, in qua eſuriret quidem, & ſitiret, ſed neſcitis quia in eremo, Angeli miniſtrabant: ergo quod paſci voluit, paſcenti præſtitit.* Ac ſi dicat Auguſtinus, Chriſtus verus homo voluntariè fami cedens non voluit convivio Angelorum refici, ſed pium Hoſpitalitatis obſequium ab his duabus ſororibus accipere, ut ex ſua liberalitate theſauros ſuæ potentiæ illis aperiret; plus donans, quàm recepturus erat, *quod paſci voluit, paſcenti præſtitit.* 23.



D. Auguſt.

*Chriſtus plus donat quàm accipit.*

24. Si Chriſtus D. tot, & tanta cæleſtium donorum, gratiæ, & gloriæ dedit his ſororibus, pro quodam temporali, & externo hoſpitio, ex his licet conjecturare, quanta affluentia omnium cæleſtium donorum Deus ſacratiſſimam Virginem ditaverit, quæ à ſuo primo conceptionis inſtanti ipſum hoſpitio recepit in ſua ſanctiſſima Anima, & ipſum recepit hoſpitio non in externa, & temporali domo, ſed in ſuo virginali utero, ac puriſſimis viſceribus & pro alimento illi miniſtravit ſuam carnem & ſanguinem, & pro aqua ejus candidum, & ſacratiſſimum lactem. Vide quantùm diſtat unum ab altero; inde infert, quanta diſtantia ſit inter magnitudinem, excellentiam donorum gratiæ, & gloriæ Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ac aliorum ſanctorum, ita ut dicat D. Damaſcenus orat. de dormitione Virgin. *Infinitum Dei ſervorum, ac Matris diſcrimen eſt.*

*In cœlo infinitum diſcrimen inter ſervos Dei, ac ejus matrem,*

D. Damaſc.

25. Dona gratiæ, ac gloriæ aliorum ſanctorum metiri, ac menſurari poſſunt juxta illud, quòd dictum eſt Joan. Apocalypſ. 11. num. 1. *Datus eſt mihi calamus ſimilis Virgæ, & dictum eſt mihi: ſurge, metire templum Dei; & adoratores in eo*; At magnitudo gratiæ, & Gloriæ Virginis Mariæ omnem menſuram, & modum excedit, ita ut in illa nec principium, nec finis poſſit conſiderari. Refert ſacer Textus 3. Reg. 10. num. 18. & 19. *Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem: & veſtivit eum auro fulvo nimis, qui habebat ſex gradus: & ſummitas throni rotunda erat à parte poſteriori*: Totum locum Cardinalis Petri Damiani ſerm. 1. de Nativit. Virg. qui eſt 44. explicat de Virg Maria aſcendente ad thronos gloriæ, ſuâ eximiâ puritate, ac auro Charitatis, & omnium virtutum, & ſummitas throni dicitur rotunda. Ingenio è citatus Damianus ait: *Et nota, cum quanto ſacramento tranſitum Virginis Scriptura comparat rotunditati. In rotundo, nec principium, nec finem poteris invenire: ita & gloria, quæ eam de hoc mundo tranſeuntem excepit, principium ignorat, neſcit finem, de qua nihil aliud poſſumus dicere, niſi quia glorioſa dicta ſunt de te, Gloria Dei.* Rectè ſummitas throni gloriæ ad quam Maria excipitur, dicitur rotunda, quia in rotundo nec principium, nec finis; *Ita gloria quæ eam de hoc mundo tranſeuntem excepit, principium ignorat, finem neſcit.* Pondera, quòd profundo arcano dicitur: *Et ſummitas throni rotunda erat à parte poſteriori*: Cur totum corpus perfectè non erat rotundum tam à parte priori, quàm poſteriori? quia ejus rotunditas principium, ac finis apertè manifeſtus, & evidens erat à parte priori coram Deo; at verò à parte poſteriori, maximè rotunda, quia intellectus creatus *ejus principium ignorat, finem neſcit*: tantam magnitudinem non valet penetrare, ac capere Unde rectè Leo Imperator oration. 3. ſic B. Virg. Mariam alloquitur: *Et quis conetur magnitudinem gloriæ tuæ metiri?* Fruſtraneus eſt labor, ſi id quod immetatum eſt, metiri conatur.

Apoc. 11.

3. Reg. 10.

Damian.

*Gloria Virginis nec habet principium nec finem, ut dicatur.*

Leo. Imp.

In typo ſanctiſſimæ Virg Mariæ dicitur Proverb 8. n. 18. *Mecum ſunt divitiæ, & gloria; opes ſuperbæ*: Symmachus legit: *A me ſunt divitiæ, & gloriæ*: Complutenſis. *Opes ſuperbæ*: ideſt, amplæ, magnificæ. Abenezra *Opes ſublimes, & validæ*: Et ſtatim ſubdit num. 21. *Ut ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam.* Tigurina pro *repleam*, legit *accumulem*; nempe, ut ampliſſime eorum, ſcilicet ſuorum, theſauros repleam, & accumulem donis gratiæ, & gloriæ, nunquid hoc erit cum aliqua ſui diminutione? Minimè ſanè, & accipe D. Anſelmum lib. de Excellentia Virg cap. 8. qui ait: *Quid ampliùs dicere poſſum Domina? Immenſitatem quippe gratiæ, & gloriæ, & felicitatis tuæ conſiderare incipienti, & ſenſus deficit, & lingua faticeſcit*: Perpende verba: *Immenſitatem gratiæ, & gloriæ, ac felicitatis tuæ.* Deus à ſuo attributo immenſitatis habet, ut totus ſit ubique, ac in omnibus, abſque aliqua mutatione, vel diminutione; ſimili modo quantum fas eſt, Beatiſſima Deipara habet quandam *immenſitatem gratiæ, & gloriæ*: ut omnes theſauros eorum qui illam diligunt impleat, accumulet gratia, & gloria, quin aliquid exhauriatur, vel minuatur in ipſa quamvis penè innumeris, ac quaſi infinitus adſit, quòd quædam immenſitatis umbra eſt, & tam ampla, & læta, ut nullus intellectus creatus valeat conſiderare, ac inveſtigare: *Et conſiderari incipienti, & ſenſus deficit & lingua faticeſcit.* 26.

Prov. 8.

Symmach. Complut. Abenezra.

Tigurina.

*Virgo habet quandam immenſitatem gratiæ & gloriæ.*

## QUÆSTIO VII.

### *Quare de Zachæo, & non de Martha dicitur quod exceperit Chriſtum in domo ſua cum gaudio?*

HOſpitio excipiunt Chriſtum Zachæus, & Martha, de Zachæo dicitur Luc. 19. n. 6. *Excepit illum gaudens*, non quid ſimile dicitur de Maria, & Martha, cùm ſine dubio multo majori gaudio perfuſæ ipſum receperint: Cur ergo tam alto ſilentio ſupprimitur? Præfigurabatur ibi ingreſſus Sanctiſſimæ Virginis Mariæ in cœlum, quando in ipſum aſſumpta eſt; & ſi gaudium Zachæi, dum Chriſtus in domum ejus venit, verbis exprimitur, nulla tamen eſt dicendi copia, ut valeat breviter innuere tantillum tanti gaudij in tanta, & tam celebri die; quod ſatis eleganter deſcribit D. Bernardus ſerm. 1. de Aſſumpt. *Quis cogitare ſufficiat, quàm glorioſa hodie mundi Regina proceſſerit* 27.

Luc 19.

*Nulla dicendi copia valet explicare Cœli gaudia in hac die.*

*ceſſerit, & quanto devotionis affectu tota in ejus occurſum cæleſtium legionum prodierit multitudo, quibus ad thronum gloriæ canticis ſit deducta, &c.*

28. Ecclcſ. 24. Alio lectio. D. Bernard.

De ſanctiſſima Deipara loquens Eccleſiaſticus 24. n. 16. ſic ait. *Sic in Sion firmata ſum, & in civitate ſanctificata ſimiliter requievi, & in Hieruſalem poteſtas mea . . . & in plenitudine ſanctorum detentio mea.* Ex Græco legunt Viri docti. *Et in repletudine ſanctorum detentio mea*: Quæ verba adimpleta fuiſſe in die Aſſumptionis tenet D. Bernardin. tom. 3. ſerm. 11. art. 2. Cùm cœleſtes cives ſacratiſſimam Virginem viderunt; & apud ſe tenuerunt, etſi magna gloria eſſent impleti; tamen ex ejus aſpectu tantam jubilationem hauſerunt, quòd quodammodo videantur novo gaudio repleti; quod ac identaliter intelligo. D. Anſelm. lib. de excellentia Virg. c. 8. ſic ait: *O dies tanti occurſus glorioſa, & felix. Dies illa non ſolùm te Domina ineffabiliter ſublimavit, ſed cœlum ipſum quod penetraſti; nec non cuncta, quæ in eo ſunt nova, & ineffabili gloria decoravit; quia priorem gloriam ejus ex præſentia tui, ultra quam dici poteſt, aut cogitari, magnificavit*: Sic ex præſentia Mariæ, omnium cœlorum, cælitumque gaudia augentur, ultra quam dici poteſt, ac cogitari. Leo Imperator oration. 6. de aſſumptione *O quæ, & quanta ibi aguntur! ô honorem, qui matri ſemper Virgini habetur in cœlis, cœlum quoque videtur jucundius.* Nam ut rectè ait D. Bonaventura in ſpeculo B. Virgin. cap. 6. *Quidquid poſt Deum pulchrius, quidquid dulcius, quidquid jucundius eſt in gloria, hoc Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam eſt.*

*Ex virginis præſentia cœlitum gloria amplitudo.* D. Anſelm. Leo Imp. D. Bonaven.

29. Pſal. 47.

Quanta in hac die fuerit gloria totius Trinitatis nobis exprimit, ac declarat Regius Vates Pſal. 47. n. 2. Decantans: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus*: Maximè ponderandum, quòd in præſenti, non ſolùm dixit Dominum Magnum, ſed addidit *nimis*: hoc eſt maximè magnus: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis*: cum in aliis locis, tantùm Deum magnum dicit: pſ. 94. n. 3 *Quoniam Deus magnus, Dominus & Rex magnus ſuper omnes Deos*: Pſ. 98. n. 2. *Dominus in Sion Magnus*: Pſ. 146. n. 5. *Magnus Dominus noſter*: At vero in Pſ. 47. non ſolum dicitur Magnus, ſed nimis: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis*: Conſidera quod adjungitur: *In civitate Dei noſtri in monte ſancto ejus*: Civitas Dei eſt ſanctiſſima Virgo Maria; etſi Deus noſter ſemper ſit in ſe magnus, ejuſque gloria, ut pote infinita ſemper immetata; tamen ejus gloria in Maria, ac per Mariam, inſigniter magna, ac laudabilis prædicatur. Quod apertè notavit Richard. de S. Laurent. lib. 2. de laudibus B. Virg. ubi ait: *Per ipſam, & in ipſa, & ex ipſa Maria augetur gloria Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Unde in Pſalmo*: Magnus Dominus & laudabilis in civitate Dei noſtri in monte ſancto ejus: *licèt enim in omni creatura ſit Deus magnus, & laudabilis nimis; tamen nominatim dicitur magnus, & laudabilis nimis, in civitate Dei noſtri, quæ eſt Maria, de qua dicitur in Pſalmo: Glorioſa dicta ſunt de te*: Tam ſublimis & excelſa eſt Mariæ gloria, tamque auguſta, ſicque exundat in cœlos, terramque implet; *ut per ipſam, & in ipſa, & ex ipſa augeatur gloria Patris & Filij & Spiritus ſancti.* O magna, & præclara celſitudo Mariæ, ut ipſa gloria Dei, quæ eſt infinita, & immetata per Mariam: & ex quodammodo quoad ſpeciem videatur amplificari, & quodam magnifico auctuario decantari; *Ut nominatim dicatur, magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, quæ eſt Maria.*

Pſalm. 94. Pſalm. 98. Pſ.lm. 146 Richa d S. Laurent. *Amplificatio gloriæ Trinitatis per Mariam.*

## Quæstio VIII.

### *Quare tam aſſeveranter dicitur à Chriſto D. quod Maria optimam partem elegit?*

30. *Inter laborem & mercedem ſtricta connexio.*

LOquens noſter Evangeliſta de Martha Chriſtum excipiente, ſubdit: *Et huic erat ſoror nomine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius*: Expende illam particulam *etiam*: quæ eſt conjunctio, ſive quæ duas res, vel actiones ſimiles, aut aliquâ ratione æquales connectit; Et quæ ſimilitudo, ſeu convenientia inter ſtare, & ſedere, donare & accipere? Martha ſtabat, ut hoſpitij munera largiretur; Maria ſedebat verba vitæ recipiens; quomodo dicitur de Maria; *quæ etiam ſedens*, &c. Cùm inter illas actiones, videatur quædam implicatio; Magno tamen Sacramento, Evangeliſta uno vinculo copulat illas duas ſorores, quamvis ſtudiis contrariis deditas; quia in Marthæ ſedulitate ad negotia hoſpitij meritum demonſtrabatur; in Maria autem merces, quæ eſt in fruitione Gloriæ, præmonſtrabatur; & inter meritum deſignatum, ac præmium inſinuatum, tam ſtrictus, & fortis amplexus intervenit, ut ſimul annectenda propoſuit Evangeliſta, niſi velis dicere, quòd in Maria adumbrabatur merces, quæ Martha pro ſuo hoſpitio erat receptura, vel quia Martha priùs ſedit ad pedes Domini, & poſtea ſurrexit ad miniſteria.

31. D Bernard.

D. Bernardus ſerm. 3. de Aſſumpt. ait: *Quid eſt, fratres, quod duobus ſororibus, altera tantum Dominum legitur excepiſſe, & ea ipſa, quæ videtur inferior? Optimam enim partem elegit Maria*: Et ſubdit rationem: *Martha igitur in domum ſuam excepit ſalvatorem in terris: Maria potiùs cogitat, quomodo ſuſcipiatur ab eo in domo non manufacta æterna in cœlis*: De qua re ſatis pie, ac devotè audiendus eſt iterum Bernard. ſerm. 1. de Aſſumptione; & ait: *Quis cogitare ſufficiat, quàm placido vultu, quam ſerena facie, quàm divinis amplexibus ſuſcepta à filio, & ſuper omnem exaltata creaturam; cum eo honore quo tanta mater digna fuit; cum ea gloria, quæ tantum decuit filium.* Ipſe ſic eſt filius Virginis, ut etiam ſit verus, Deus, cum ea gloria, quæ conveniens erat tali filio vero Deo, cum ipſa gloria veluti divina, ac valde ſimili filij ſui excipitur Deipara in gloria.

*Jeſus in gloriam ſuam excipit Deiparam.*

32. Pſalm. 44.

Juxta magnos Patres, ac Eccleſiæ proceres, loquens regius Vates, ait Pſalm. 44. verſ. 10. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate*: Ideſt, omni juſtitia, ſanctitate ac puritate excellentiſſimè adornata; ut pote ſuprema regina cœlorum; tamen de ea decantatur, quod ſtat à dextris Dei: *Aſtitit regina à dextris*



*dextris tuis.* Locus autem à dextris proprius eſt Filij Dei. Pſalm. 109. num. 1. *Dixit Dominus Domino meo ſede, à dextris meis*: Et D. Marcus agens de admirabili Chriſti Aſcenſione, c. 16. num. 19. *Et Dominus quidem Jeſus aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei*: Quomodo ergo tam ſupremus locus aſſignatur etiam Deiparæ Virginis; D. Bernard. tom. 3. ſerm. 11. art. 3. ait: *Sicut Benedictus Jeſus ſedet à dextris Patris ideſt, in potioribus bonis Paternis: ſic iſta virgo glorioſa in potioribus bonis Jeſu Filij juxta ipſum in throno ſublimata conſedit.* In ſupremo cœli palatio Chriſtus Jeſus ſedet à dextris; ſic & Virgo ſanctiſſima à dextris Filij ſui: Chriſtus Jeſus dicitur ſedere à dextris Dei Patris tanquam in eminentiſſimo loco, *ac in potioribus bonis paternis*: jure filiationis naturalis: ſic & ſanctiſſima Virgo ſedet à dextris filij ſui, ut in loco eminentiſſimo, *ut in potioribus bonis filij ſui*: Jure maternitatis; & ſicut nullus intellectus creatus, quantumvis in altum erigatur, poteſt nec leviter attingere, nec inveſtigare hæc potiora bona, quæ Pater filio ſuo communicat per hanc ſeſſionem à dextris; ſic nec à filio communicata potiora bona matri ſuæ, dum à dextris ejus ſedet.

Pſal. 109. Marc. 16. Bernard. *Virgo in cœlo ſedet à dextris filij ſui, ut pote in potioribus bonis ſuis.*

33. Luc. 1.

Ait Angelus ad Mariam Virginem: *ut Dominus tecum*: Luci. n. 28. denuntiat, quòd non ſolùm Dominus ſit cum illa per altiſſimam quandam ſpiritualem cohabitationem in anima, etiam, quod ſtatim adveniet, ut corporaliter cohabitet in utero ejus, ex ejus carne, & ſanguine efformando ſibi corpus: quod ſatis eleganter expendit Arnoldus Carnotenſis Tract. de laudibus Virg. & ait: *Una eſt Mariæ & Chriſti caro, unus ſpiritus, una charitas; ex quo dictum eſt ei: Dominus tecum, inſeparabiliter perſeveravit promiſſum, & donum: Et alij gloriam cum Matre, non tam communem judicio, quam eandem.* Sicut eadem caro eſt caro Chriſti, & caro Deiparæ; ſic & gloria Jeſu filij Dei, & gloria Virginis Mariæ: *Non tam communem judico, quàm eandem*: Et ſicut illa communicavit filio carnem ſuam, & ſanguinem ſuum, communicavit ſic filius ſuam gloriam, laudem & honorem: *Non tam communem judico, quàm eandem.*

*Filij & matris gloria non tantum communis, ſed eandem.* Arnoldus.

34. Iſai. 42.

Dices, Iſaias 42. num. 8. ait: *Ego Dominus hoc nomen meum: gloriam meam alteri non dabo.* Et quæ eſt hæc Dei gloria, tam alta, & ſublimis, quæ nulli alteri ſit communicanda. Hanc gloriam tamen communiter Expoſitores interpretantur laudem, honorem, de quibus ſtatim Propheta loquitur. Richardus tamen de Sanct. Victore ſia appoſitè rem explicat lib. 4. de Laudibus D. Mariæ, ubi ait: *Dicit, Deus pater, Gloriam meam, ideſt, filium meum quia gloria Patris filius ſapiens, alteri non dabo; quàm Maria, quia ſoli Mariæ hoc privilegium debetur.* Proinde Deus Pater, gloriam ſuam, laudem ſuam, quæ eſt filius ſuus, alteri non dabit præter Virginem Mariam: Et ſicut Æternus Pater ei dedit filium ſuum: ſic & ei dedit quandam gloriam valde ſimilem, ac proportionatam cum gloria filij ſui.

Richard. S. Victor. *Quomodo Deus Pater gloriam ſuã det Mariæ.*



## QUÆSTIO IX.

### *Quare dicitur de Maria, quod elegit partem, & non potius totum?*

35. D Auguſt. D. Bernard. D. Ildeph.

DUm Chriſtus D. ait Magdalenæ. *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*: Communiter ſancti Patres, D. Auguſtin. D. Bern. D. Ildefonſus, intelligunt illam optimam, præclariſſimam partem, quam in donis gratiis, & gloriæ ſibi elegit ſanctiſſima Virgo Maria; ſed ut eſt certum ipſa gratia, & gloria Virginis Mariæ largiter excedit omnem gratiam & gloriam omnium aliorum juſtorum ac ſanctorum, etiam ſi conglomerati ſumantur, ſi ipſa habet unam partem, quis eſt alius illius compars; ſi ipſa habet unam partem quis habet aliam partem? Verum eſt quod ipſa ſacratiſſima Virgo totum habet, totumque videt Deum, ſed ſic videt Deum, ut in ipſo videat homines, ut pro eis loquatur intercedat, ac interpellat, ac proinde cùm totum habeat, habet tamen ex ſua pietate homines, ut eos adjuvet, ac iis patrocinetur.

*Virgo de ſuis donis alios facit participes.*

36. Cantic. 8. Pſal. 125.

De ſanctiſſima Virg. dicitur Cant. 8. n. 5. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum.* Expendo illud: *Deliciis affluens*: de aliis dicitur: *euntes, ibant, & flebant*: Pſ. 125. num. 6. Et ſi homines de hoc mundo ad cæleſtia gaudia tranſeant; tamen in hac via non cum deliciis, ſed cum lachrymis, ac fletibus tendunt; hoc tamen peculiare habuit ſanctiſſima Virgo; quod de hoc tranſlata eſt mundo cum ſummo gaudio, ac exultatione deliciis effluens omnium cæleſtium donorum in ſuos devotos, ac homines. Pulchrè hoc conſiderat Guill. Abb. apud Delrium: & ait: *Multi electione gratiæ aſcendunt de deſerto humani generis: ſed nullus eorum aſcendit deliciis affluens: aſcendunt ad delicias: non autem, in deliciis. Euntes autem, eunt cum fletu, & quidem cum aliquantula delectatione, id eſt, quadam modicâ cæleſtis gaudij prægustatione aſcendunt: non tamen aſcendentes deliciis affluunt: ſed poſtquam aſcenderunt. Quod ergo Dei genitrix aſcendit de deſerto, commune ei cum multis eſt: quod autem in deliciis aſcenderit, ſingulare illi eſt. Tunc ergo deliciis affluere cœpta, cùm Deum ſuavitatis de Spiritu ſancto fœta concepit.*

*Maria cæleſtes delicias effundit in ſuos.* Guillelm.

37. Iſai. 33. Richard. S. Laur.

De ſupernis civibus loquens Iſaias 33. n. 17. ait: *Regem in decore ſuo videbunt oculi ejus, & cernent terram de longe*: Quæ verba etſi communiter exponantur de Beatis in gloria; ea tamen de ſacratiſſima Virgine interpretatur Richardus à ſanct. Laurent. *Aſcendit*, inquit, *Maria in cæleſtem Regiam, & Regem in decore ſuo viderunt oculi ejus*: Cur non potiùs dixit, & Deum viderunt oculi ejus, cum in viſione Dei expreſſa tota Beatorum gloria conſiſtat, cur maluit dicere Regem? cur ergo magis amavit dicere regem, quàm Deum? *Deus* ut ait Paulus 1. Tim. 6. n. 16. *Lucem inhabitat inacceſſibilem*: At verò de Rege dicitur 1. Reg. 12. num. 2. *Nunc rex gradiatur ante vos*: Et ibidem num. 13. *Nunc ergo præſto eſt Rex veſter*:

1. Tim. 6. 1 Reg 12. *Deus maxime præſens & affabilis precibus Virginis.*

veſter: quia rex ex ſua conditione debet eſſe communicabilis, affabilis, ac tractabilis; & inde Propheta potius dixit Regem, quam Deum, quia erga Deiparam Divina Maieſtas non eſt inacceſſibilis, ſed maximè præſens, communicabilis, ac affabilis: & ideo in Canticis cum introducatur Virgo loquens cum Deo ſemper dicitur Rex; & non Deus c. 1. num. 3. *introduxit me Rex in cellaria ſua*: Et ibid. num. 11. & c. 3. num. 9. c. 7. num. 5 Tamen in rem noſtram expendo illud: *Oculi ejus cernent terram de longè*: quamvis reſideat in ipſo cœlo Empyreo, à longe diſtantes in terra non deſpicit, ſed nos reſpicit ut tueatur ac nobis patrocinetur. Ad quod tendit D. Amadeus homil. 8. de Landibus Mariæ: *Aſtat ergo Beatiſſima Maria ſingulari merito vultui conditoris, prece potentiſſima, ſemper interpellans pro nobis... Sancta animalia Ezechielis; licet ante, & retro, intus, & foris, atque in circuitu plena ſunt oculis, labores hominum, & dolores, extremaque pericula, incertos exitus vitæ, & mala quæcumque humani generis non æque, ut Dei Genitrix valent examinare, examinando cæleſti auxilio diluere, & propulſare. Quo enim ſublimius immenſi cor Regis aſpicit, eò profundiùs divinæ gratiæ pietatis aſflictorum miſereri, & miſeriis ſuccurrere novit.* Expende illa verba: *Quo enim ſublimius immenſi cor Regis aſpicit.*

Cant. 1.

*Maria Virgo ex cœlo empyreo maximè nos fovet & patrocinatur.*

D. Amad.

Ait Regius Vates. Pſal. 44. num. 10. *Aſtitit. Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato*: ſemper Regina cæli aſtat, cur non ſedet? nam Beati in cæleſti curia ſede, ſic dicitur de ſenioribus. *Et ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes*: Apocalypſ. 4. num. 4. At ipſa ſemper ſtat, ut pro nobis loquatur ac intercedat. D. Auguſtin. lib. *Cur Deus homo?* citatus ab Authore Multiloquiorum verb. *advocatus*, ait: *Et quoddam ſingulare refugium poſt Deum, quod in illo regno habemus Reginam ſororem noſtram, ac Dei genitricem Virg. Mariam, quæ non ceſſat pro hominibus apud Deum intervenire... Hoc quod alij ſancti minimè auderent, hæc quadam congruenti authoritate à filio poſtulans obtinet.*

18. Pſalm. 44.

*Deipara non ceſſat pro nobis intercedere.*

D. Auguſt.

# CAPUT XI.

1. ET factum eſt cùm eſſet in quodam loco orans, ut ceſſavit, dixit
unus ex diſcipulis ejus ad eum: Domine, doce nos orare, ſicut do-
cuit & Joannes diſcipulos ſuos. 2. Et ait illis: Cùm oratis dicite: Pa-
ter ſanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum: 3. Panem
noſtrum quotidianum da nobis hodie, 4. & dimitte nobis peccata
noſtra quidem, & ipſi dimittimus omni debenti nobis: & ne nos inducas in tenta-
tionem 5. & ait ad illos: Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media no-
cte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes. 6. quoniam amicus meus venit
de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: 7. & ille deintus reſpondens,
dicat: noli mihi moleſtus eſſe, jam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt
in cubili, non poſſum ſurgere & dare tibi, 8. ſi ille perſeveraverit pulſans: dico vo-
bis, etſi non dabit illi ſurgens eò, quòd amicus ejus ſit, propter improbitatem ta-
men ejus ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios: 9. ego dico vobis: Petite
& dabitur vobis, quærite, & invenietis: pulſate, & aperietur vobis: 10. omnis
enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit & pulſanti aperietur, 11. Quis au-
tem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piſcem, nun-
quid pro piſce ſerpentem dabit illi? 12. aut ſi petierit ovum, nunquid illi ſcorpio-
nem? 13. ſi ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quantò
magis Pater veſter cæleſtis de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? 14. & erat
ejiciens dæmonium, & illud erat mutum: & cùm ejeciſſet dæmonium, locutus eſt
mutus: & admiratæ ſunt turbæ. 15. Quidam autem ex eis dixerunt: in Beelzebub
principe dæmoniorum ejicit dæmonia: 16. & alij tentantes ſignum de cœlo quæ-
rebant ab eo. 17. Ipſe autem ut vidit cogitationes eorum: dixit eis: Omne regnum
in ſeipſum deſolabitur, & domus, ſupra domum cadet: 18. ſi autem & ſatanas in
ſeipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus? quia dicitis in Beelzebub me
ejicere dæmonia: 19. ſi autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia: filij veſtri in
quo ejiciunt, ideo ipſi judices veſtri erunt. 20 Porro ſi in Digito Dei ejicio dæ-
monia: profectò pervenit in vos regnum Dei. 21 Cùm fortis armatus cuſtodit
atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet: 22. ſi autem fortior eo ſuperveniens
vicerit eum univerſa arma ejus auferet in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtri-
buet. 23 Qui non eſt mecum contra me eſt: & qui non colligit mecum diſpergit.
24. Cùm immundus ſpiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquoſa,
quærens requiem: & non inveniens dicit: Revertar in domum meam unde exivi:



25. & cùm venerit invenit eam ſcopis mundatam, & ornatam; 26. tunc vadit, &
aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe: & ingreſſi habitant ibi: & fiun
noviſſima hominis illius pejora prioribus. 27. Factum eſt autem, cùm hæc diceret
extollens vocem, quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te porta-
vit, & ubera, quæ ſuxiſti. 28. At ille dixit: Quinimo Beati qui audiunt verbum
Dei, & cuſtodiunt illud. 29. Turbis autem concurrentibus cæpit dicere: Genera-
tio hæc, generatio nequam eſt: ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſi-
gnum Ionæ Prophetæ. 30. nam ſicut fuit Jonas ſignum Ninivitis, ita erit, & filius
hominis generationi iſti. 31. Regina Auſtri ſurget in judicio cum viris generationis
hujus, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomo-
nis: & ecce pluſquam Salomon hic. 32 Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum ge-
neratione hac, & condemnabunt illam quia pœnitentiam egerunt ad prædicatio-
nem Jonæ, & ecce pluſquam Jonas hîc 33. Nemo lucernam accendit, & in abſ-
condito ponit, neque ſub modio: ſed ſupra candelabrum, ut qui ingrediuntur lu-
men videant: 34. lucerna corporis tui eſt oculus tuus: ſi oculus tuus fuerit ſimplex,
totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem fuerit nequam, etiam corpus tuum te-
nebroſum erit. 35. Vide ergo ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint, 36. Si ergo
corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum erit
lucidum totum; & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te: 37. & cùm loqueretur ro-
gavit illum quidam Phariſæus, ut pranderet apud ſe: & ingreſſus recubuit, 38.
Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet ante
prandium: 39. & ait Dominus ad illum, nunc vos Phariſæi, quod deforis eſt ca-
licis, & catini mundatis: quod autem intus eſt veſtrum plenum eſt rapina, &
iniquitate: 40. ſtulti nonne, qui fecit quod deforis eſt etiam id quod deintus eſt,
fecit? 41. Verumtamen quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda
ſunt vobis: 42. Sed væ vobis Phariſæis, quia decimatis mentham, & rutam, & om-
ne olus: & præteritis judicium, & charitatem Dei, hæc autem oportuit facere,
& illa non omittere. 43. Væ vobis Phariſæis, quia diligitis primas cathedras in ſy-
nagogis, & ſalutationes in foro. 44. Væ vobis, quia eſtis ut monumenta, quæ
non apparent & homines ambulantes ſuprà neſciunt. 45. Reſpondens autem qui-
dam ex legiſperitis, ait illi: Magiſter, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis.
46. At ille ait; & vobis legiſperitis: væ, quia oneratis homines oneribus, quæ porta-
re non poſſunt, & ipſi uno digito veſtro non tangitis ſarcinas. 47. Væ vobis, qui
ædificatis monumenta Prophetarum, patres autem veſtri occiderunt illos. 48. Pro-
fecto teſtificamini quod conſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi qui-
dem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra: 49. Propterea & ſapien-
tia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apoſtolos, & ex illis occident, & per-
ſequentur: 50. Ut inquiratur ſanguis omnium Prophetarum, qui effuſus eſt à con-
ſtitutione mundi à generatione iſta. 51. A ſanguine Abel, uſque ad ſanguinem Za-
chariæ, qui periit inter altare & ædem: ita dico vobis requiretur ab hac generatio-
ne. 52. Væ vobis legiſperitis, quia tuliſtis clavem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, &
eos, & qui introibant prohibuiſtis. 53. cùm autem hæc ad illos diceret, cœperunt
Phariſæi, & legiſperiti graviter inſiſtere, & os ejus opprimere de multis. 54. inſi-
diantes ei, & quærentes aliquid capere de ore ejus, ut accuſarent eum.

*ARGUMENTUM cum Remiſſionibus.*

*Primò, à Verſ.* 1. Docet orationem Dominicam, ac modum orandi; quod jam explicavi tomo 2. in Evangelia cap. 15.

*Secundò. Verſ.* 5. Introducitur petens panes ab amico mediâ nocte, pulſans oſtium, de quo vide quæ dixi tomo 4. cap. 20.

*Tertiò. Verſ.* 14. Ejicit dæmonium mu-



tum, probatque ſe id facere non in Belzebub, ut calumniabantur Scribæ, ſed in digito Dei. Quod expendi. tom. 3. c. 22. & hîc aliqua dicam.

*Quartò. Verſ.* 27. Mulier à turba acclamat ei: *Beatus venter, qui te portavit*: Ait ille: *quinimò, Beati qui audiunt verbum Dei*: de quo egi. tom. c. 23. & hîc etiam aliqua dicam.

*Quintò. Verſ.* 29. Iudæis ſignum petentibus dat ſignum Ionæ, additque à Regina Saba, &

Ninivitis condemnandos in die judicij; dè quo diſſerui tom. 3. c. 24. & ſupra Matth. 12.

*Sextò Verſ.* 33. Docet quòd lucerna accenſa non ponitur ſub modio, nec abſcondito, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus: Quod hic profundè eſt expendendum.

*Septimò Verſ.* 38. *Ac deinceps.* Invitatis à Phariſæo notatur, quòd illotus ad menſam accederet, acriter vitia Phariſæorum reprehendit, multipliciter ſuper ea *Væ* ingeminat; quæ expenſa ſunt ſupra Matthæum 23. Et præmiſit Dominus eleemoſynam eſſe dandam; de quo hîc aliqua dicam.

## Ejicitur dæmonium mutum.

### Quæstio I.

*Quare Chriſtus D. tam grandi vehementia, ac inſtantia ad erat ejiciens hunc dæmonem?*

1\. *Text.* Ait noſter Evangeliſta in præſenti, num. 14. *Erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum*: Hoc dæmonium creditur fuiſſe mutum, & cæcum, nam ſcribit D. Matth. cap. 12. num. 22. *Tunc oblatus eſt illi dæmonium habens, cæcus, & mutus*: Imo aſtruitur, quòd fuerit ſurdus: Et quodnam dæmon erat iſtud, quod hominem tribus ſenſibus privaverat: fecceratque eum ſurdum, mutum, & cæcum? Sedulius exiſtimat fuiſſe dæmonium libidinis, ac ſenſualitatis: Sic ait lib. 3. Paſch. c. 17. *Cui mentem rapuit dæmon: vocem clauſit, lumen extinxit, tripliceſque ſimul clades innectens mutum, cæcumque compulit inſanire, huic miſericors totius mundi ſalvator, obſcœno ſpiritu turbato viſum reddidit.* Cùm ergo dæmonium illud eſſet obſcænum, & totius obſcænitatis pater, ſtatim oculos adimit homini, ut infidelitatis, ac voluptatum barathro demerſus, non valeat videre, nec aſpicere, quæ recta ſunt ad ſuam ſalutem.

Matth. 12.

*Homo excæcatur à ſuis appetitibus,* Sedulius.

2\. *Iſai. 56, Septuag.* Ait Iſaias 16, num. 10. *Speculatores ejus cæci omnes, neſcierunt univerſi... Omnes in viam ſuam declinarunt*: Legunt Septuaginta; *Omnes in vias ſecuti ſunt*; Multa contradictio ſub his latet: ſi erant ſpeculatores, quomodo cæci; & ſi cæci quomodo vias ſuas ſecuti ſunt? Nam, ut quis valeat per ſemitam ambulare, & viam ſuam ſequi, debet apertos, & videntes oculos habere. Seniores, ac principes Iſraël erant iſti de quibus Propheta loquitur, & quamvis eſſent in ſpecula, ac ſpeculatores nomine dicti, tamen erant cæci, quia vias ſuas iniquitatum, voluptatum ac libidinum ſecuti ſunt, quæ maximè excæcant homines, ne videant juſta, ſancta, & recta, quæ ad ſalutem expediunt. Noſter D. Cyrill. Alex. ibi ſic ait; *Omnes vias ſuas ſecuti ſunt, ſuæ voluntati totas habenas laxarunt, & fecerunt pro animi ſui libidine. &. Voluptatum enim amantiores erant, quam Dei.* Senes, & majores Iſraël tenebant vias ſuas; ſed ut pote cæci, ac errati à vera juſtitia, tanquam cæci voluptatibus ſuis, terebant vias ut præcipitarentur in æternam damnationem.

*Qui à ſuis appetitibus ducitur, cæcus ad juſtitiam.* D. Cyr. Alex.

3\. Secundò: *Erat Jeſus ejiciens dæmonium:* tanquam moram, & conatum interponens, ut ejiceret dæmonium: nam hoc dæmonium à multo tempore erat inveteratum in homine in eoque jam radices ſuas emiſerat. Vidit Nabuch. ſtatuam Magnam, & altam, quæ ex omni metallorum genere comprobatur; tunc lapis unus de monte, ſine manibus exiens, *percuſſit ſtatuam in pedibus ejus ferreis, & fictilibus, & comminuit eos, tunc contrita ſunt pariter teſta, æs argentum*, &c. Dan. 2. n. 34. In alio ſomnio ipſi Nabuch. repræſentatur arbor magna, & fortis cujus proceritas cœlos tangebat, & rami ejus per totam terram diffundebantur: *Et ecce vigil, & ſanctus de cœlo deſcendit: Clamavit fortiter, & ait: Succidite arborem, & præcidite ramos ejus: Excutite folia ejus*: Dan. 4. n. 10. Ex his magna quæſtio mihi exoritur, cur ut ſtatua corruat, ſufficit levis jactus unius lapidis, ut verò arbor præſcindatur, ac cadat, tot, & tanta requirantur? *Ut ſanctus vigil*; ſeu ut legunt Septuaginta, *Angelus ſanctus*, clamavit fortiter, ſeu ut alij legunt *clamavit validè, ac robuſtè*: Quid magis habet arbor, quàm ſtatua, ut plura, validiora, ad illius, quàm hujus deſtructionem exigantur? ſtatua ſuperficialiter tantùm inhærebat terræ; at arbor magnas, & altas radices, ac maximè dilatatas jecerat in terra, ut ipſemet Angelus dixit, *Veruntamen germen radicum ejus in terra ſinite*: Ibid. num. 12. Si peccata ſint ſuperficialiter tanquam nova, & non emittant radices, corde facilè exſufflantur, ac expelluntur: at verò ſi ſeneſcunt, & radices mittunt; valdè difficilè negotium, ut foras mittantur, ita ut requiratur, quòd unus Angelus de cœlo deſcendat, & fortiter, & validè manum adhibeat, ut amputetur, & expellatur. Rectè ait D. Bernardus ſerm. 3. in die Apoſtolorum Petri & Pauli. *Nec tamen ſi quis peccator eſt, deſperemus de eo, tantum ut reſurgere velit citò. Quantò enim diutius permanebit, tantò evadet difficiliùs.* Vide ſuprà. Matth. 9. quæſt. 8. num. 40. 41. & in omnibus aliis libris. verb. *Peccatum.*

Daniel. 2.

Daniel. 4.

Septuaginta Alia lectio.

*Peccatum inveteratum difficilimè expellitur.*

### Quæstio II.

*Quare multi de turba tam male ſentiunt de Chriſto, cùm ſæpe ipſum maximè laudaverint?*

4\. *Difficultas quæſtionis.* Valde mirum, quod turbæ tam impudicè de Chriſto loquantur, ut ſcribit Evang. n. 15. Quidam ex ipſis dixerunt: In Beelzebut principe dæmoniorum ejicit dæmonia: *Alij tentantes ſignum*



*ſignum de cœlo quærebant ab eo.* Et quomodo nunc turbæ tam malignè, ac perverſè de Chriſto loquuntur, cum ſæpe mirabiliter ipſum laudaverint, ac ejus præconia cecinerint, ut ſuprà cap. 7. num. 16. *Propheta magnus ſurrexit in nobis, quia Deus viſitavit plebem ſuam.* Marc. 7. num. 37. Bene omnia *fecit, & ſurdos fecit audire & mutos loqui*: ita ut etiam alibi voluerunt eum rapere, & facere regem; Ioan. 6. num. 15. Unde ergo modo tanta diverſitas.

Luc. 7. Marc. 7. Ioan. 6.

5\. Reſpondeo, quòd modò aderant turbæ, & ſimul cum eis Phariſæi, ut exprimit D. Matthæus 9. n. 34. *Miratæ ſunt turbæ, Phariſæi autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Quando turba aderat per ſe ſolum videns Chriſti mirabilia ipſum mirificè laudabat, tamen modò cùm eſſet ſimul cum Phariſæis, & eſto quidem de turba mirificè extollant, tamen multi de ipſa turba, fortè major pars illorum cum Phariſæis blaſphemabat: *Quidam ex ipſis dixerunt: in Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Sunt enim homines, qui nullam habent perſiſtentiam, ſed modo huc, & illuc flectuntur, ut iſti cum bonis, ac diſcipulis dicunt bene; prout verò ſunt cum Phariſæis, ex ore venenum evomunt; quod eſt valde execrabile, & peſtiferum hominum genus.

Matth. 9.

*Homo inconſtans qui ad hoc & illud flectitur valde abominabilis.*

6\. Varia ſunt genera animantium tam de Reptilibus, quàm de volatilibus, quæ Deus prohibet, ne de illis populus ſuus comedat, ne ei in ſacrificium offerantur, ut patet ex Levitico 11. num. 17. & inter cætera numerat Deus *Bubonem, & Mergulum & Ibim.* Quare tam exactè, & aperte removet Deus à ſuo populo, ac ſacrificio Mergulum, cùm aliàs ſit avis, ſuis pennis, ac aſpectu valde jucunda; Hæc avis hoc habet peculiare, quod verſatur in terris, & ſimul degit in mari, ut notant Lyran. Abulenſ. & alij, & ſimul paſcitur in terris, & comedit de mari, & ideo mergulus nominatur, & à mergendo non accepit, quod ſe in aquas ad piſciculos capiendos immergat; & qui nullam habet perſiſtentiam, ſed modo verſatur in terra, modo in mari, & modo de terra, modò de mari cibum capit, & qui ita inconſtans, & varius eſt, ut ſui nullam habeat firmitatem, ſed facilè cuilibet loco, in quo eſt, ſe accommodat, illiuſque conditiones induit, valdè abominabilis Deo, & inde à ſuo populo, ac ſacrificio excluditur, ac rejicitur.

Levit. 11. Abulenſ.

*Peſtiferus homo, qui omnibus cum quibus eſt ſe accommodat.*

7\. Rectè ponderat Rabbi Salomon ad citatum locum Levit. quòd omnia ferè animalia referuntur in ſacro Textu; Leones, Urſi, Pardi, Tigres, Boves, ex avibus aquila, gryphus, accipiter & etiam ex immundis, vultur, milvus, noctua & tamen Chamelæon nunquam nominatur, nec refertur in tota Scriptura; hoc animal, ut tradit Plinius lib. 28. c. 8. ad colores quod videt converſione facillima variatur: Alto Divino judicio, qui nullum habet proprium colorem ſed facilè ad eos, quos videt ſe accommodat ac in ſe ſuſcipit, meritò excluditur, nec nominetur, nec referatur, nec ſcribatur cum aliis, ſed extra omnium numerum maneat.

Rabbi Salomon.

Plinius. *Qui omnium colores ſuſcipit indignus nomine.*

8\. De Achab. ſcribitur 3. Reg. 21. n. 25. *Non fuit alter talis ſicut Achab qui venundatus eſt, ut faceret malum in conſpectu Domini; concitavit enim eum Jezabel uxor ſua, & abominabilis factus eſt.* Peſſimi Reges fuerunt in Iſraël idololatriæ tyrannidi, ac omnibus pravis moribus deditì, ut Roboam, Ieroboam, Ioas, Sedec. Cum ergo de uno Achab dicitur quod non fuit in toto Iſraële, *Alter talis ſicut Achab*? Tam pravus, ac iniquus, ipſe, qui totus deditus vitiis ac immerſus eſt, faceret malum, in quo tentabatur, & ejus iniquitas declaratur: *venundatus eſt, ut faceret malum, concitavit enim eum uxor ejus.* Achab poſtulavit vineam à Naboth, qui eam ei denegavit, ut pote hæreditatem paternam, quo Audito Achab, quamvis magnâ triſtitiâ conceptâ quievit, & præ mœrore projecit ſe in lectulo; tamen voce, ac perſuaſione Iezabel, vineam vi, & dolo rapuit; qui tam varius, & inconſtans eſt veluti arundo, ut cum Naboth negante dimittat vineam; & cum Iezabel ſurripiente rapiat; peſſimus & abominabilis factus eſt ſuper omnes: *& non fuit alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt, ut faceret malum*: Theodoret. ibi. q. 60. ait: *Levis erat infelix Achab, & facile huc, & illuc transferebatur. Quo factum eſt, ut ſcelerata muliercula eum in impietatis barathrum injecit*: Habet hoc levis homo, qui facilè huc, & illuc trahitur, ut iniquitatis profundum demergatur.

3\. Reg. 21.

*Levis homo facile huc, & illuc trahitur.*

Theodoret.

### Quæstio III.

*Quare diabolus exiens ab homine ambulabat per loca arida, & inaquoſa, & regreditur in domum ſuam priorem, aſſumens ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe?*

9\. De materia hujus quæſtionis multa dixi citato tom. 3. c. 21. q. 17. 22. 23. Nunc verò adde: Ambulabat diabolus per loca inaquoſa, & arida in quibus non inveniebat requiem. Quænam ſunt loca iſta ipſi diabolo inaquoſa, & arida in quibus nulla eſt ei requies, ſed ſummus cruciatus, ſummaque vexatio? Eſt anima juſtorum timentium Deum, & per dilectionem ei adhærentium, in quibus diabolus non poteſt habere aditum, nec ſitibundus aliquid guſtare. Noſter D. Cyrill. Alexandr. ad cap. 2. Oſeæ, ait. *Ut hominibus locus aquis carens non eſt habitabilis, ita & immundis ſpiritibus mala, & moleſta, velut invia, & inaquoſa terra, non injuria intelligitur Dei amans.* Amanti Deum nulla inimici tela nocent, ſed in ipſum retorquentur: Cantic. 8. n. 10. ait Eccleſia ſancta; *Ubera mea ſicut turris*; Guilelmus Abbas apud Delrium, *Ubera mea non tantùm ſunt ubera, ſed etiam turris; nutriunt, ut grandeſcunt, qui veniunt à facie inimici.*

*Adhærens Deo inexpugnabilis à diabolo.* D. Cyr. Alex.

Cantic. 8. Guillelmus.

10\. Diabolus ejectus ab homine ambulans per loca inaquoſa abſque requie inventa, *dixit revertar in domum meam unde exivi; & cùm venerit invenit eam ſcopis mundatam, & ornatam*: hoc eſt valdè ſibi perjucundum, & placens; quænam eſt hæc domus tam grata, & plauſibilis diabolo eſt, nempe anima, a qua per pœnitentiam exierat, dum novis tentationibus oppugnat, & ſuccumbere facit; pejor eſt homini relapſus in peccatum, quàm primus caſus D. Greg. 3. p. Paſtoralis admonit. 31. ſic inquit: *Admonendi ſunt, qui admiſſa plangunt, nec tamen deſerunt, ut conſiderare ſolicitè ſciant*

D. Greg.

*Relabens in peccatum diaboli domum adornat, & Deo mentitur.*

*quia flendo inaniter ſe mundant, qui vivendo nequiter iniquant, cùm idcirco ſe lachrymis lavant, ut mundi ad ſordes redeant.* Et poſt pauca ſubdit: *Et qui admiſſum plangit, ipſam, quam flendo potuit impetrare veniam, contemnit, & quaſi in lutoſa aqua ſeipſum volvit, quia dum fletibus ſuis vitæ munditiam ſubtrahit, ante Dei oculos, ſordidas ipſas etiam lachrymas facit:* Ecce dum diabolus expulſus ab homine per pœnitentiam dum tamen per nova peccata, diabolus in ipſum ingreditur, *ſordidas ipſas lachrymas facit.* Et inde illud habent *ut mundi ad ſordes redeant*, ut inde diabolus ſuam antiquam domum inveniat mundam, ut in ea valde feſtivè lætetur, & exultet. *Fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus*, Pſal. 80. num. 16. *Inimici Domini mentiti ſunt ei*, D. Auguſt. Mentitur homo Deo: *Cum reddit ad id, quod renunciatur,* & ſubdit Pſalmographus, *& erit tempus eorum in ſæcula.* Explicant Patres, Græci, *Ad damnationem æternam.*

Pſal. 80. D. Auguſt. Patr. Græc.

11. Et ſubdit Evangeliſta ex verbis Chriſti. *Tunc diabolus vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi*, & qui ſpiritus nequiores poſſunt eſſe ipſo diabolo explicat D. Proſper. de Promiſſion. & Prædict. p. art. 2. c. 39. ait: *ſpiritus malus, eſt ſpiritus ſuperbiæ, nequior illo ſimulatio humilitatis, ſpiritus malus ſpiritus invidiæ, nequior illo ſimulatio charitatis; ſpiritus malus, ſpiritus mendacij, nequior illo ſimulatio veritatis; ſpiritus malus, ſpiritus luxuriæ; nequior illo ſimulatio caſtitatis; Spiritus malus, ſpiritus avaritiæ; nequior illo, ſimulatio miſericordiæ; &c.* Etſi homo dicatur ſuperbus, luxurioſus, mendax, avarus, non inde peſſimus, ac nequiſſimus eſt; datur namque aliud nequius ac deterius ipſa ſuperbia, luxuria ac mendacio. Ipſa nempe, virtutis ſimulatio, cum quis ſit valde ſuperbus, ſe humilem oſtentat cum ſit valde luxurioſus, ſpeciem caſtitatis induit, hoc enim eſt ſuper omne malum execrabile, cum homo nil virtutis habeat, larvam, ac figuram illius oſtentat.

D. Proſper.

*Nil pejus quàm vitia exercere tegumento virtutis.*

12. De ultimis temporibus loquens Chriſtus D. ait: Matth. 2. num. 21. *Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi, uſquemodo neque fiet;* ſed in quo hæc tribulatio tam vehemens erit ſuper omnes, quæ fuerunt & futuræ ſunt? explicat Javerius in ſuo opere Evang. ſerm. 1. & poſt multas repetitiones ait: *erit major preſſura, quàm unquam fuerit in mundo; major, quam tyrannorum, & hæreticorum fides perſequentium, filius perditionis dicit ſe eſſe Deum:* Ecce in quo eſt tribulatio magna qualis nunquam fuit, aliò verò perſecutione commota à Nerone, Domitiano, Diocletiano, ac Juliano Apoſtata apertâ tyrannide, ac nequitia variis, & exquiſitis tormentis; hæc verò ſub Antichriſti colorato vultu, & ſub colore, ac pallio juſtitiæ, cum ipſe ſe Deum fingat, ita ut in templo Dei ſedeat, ad Theſſal. 2. n. 4. *Inter omnes perſecutiones nulla crudelior in omnia mala, nullum nequius, quàm illud, quod ſub Religionis prætexiu machinatur in perditionem.* De quo multa tam in hoc tomo, quàm in aliis meis. Verb. *Hypocriſis.*

Matth. 24. Javerius.

*Perſecutio ſub colorata virtute, omnium crudelior.*

2. Theſſ. 2.

# Beatus Venter.

## QUÆSTIO IV.

### *Quare hæc mulier in præſenti nec laudat Chriſti beneficentiam, nec ſapientiam, ſed tantùm Matrem ejus?*

13. CUm Chriſtus D. poſt ſanatum dæmoniacum impudicas Phariſæorum blaſphemias refutaret, extollit Marcella vocem: *Beatus venter, qui te portavit:* Quod Evangelium latè expendi. tom. 3. c. 3. per triginta quæſtiones, ubi omnia ſunt dicta. Tamen pro majori doctrina, valde notandum, quòd videns hæc mulier Chriſti potentiam ac beneficentiam in ſanando dæmoniaco; ejuſque ſimul videns admirabilem ſapientiam ac efficaciam in refutandis Phariſæorum blaſphemiis, ſimulque ejus divinam patientiam, ac modeſtiam in ſufferendis tot injuriis, neutrum eorum laudat, ſed tantum ſanctiſſimam Virg. Matrem ejus.

*Difficultas quæſtionis.*

14. Videns mulier Chriſti beneficentiam in hominem, laudat eum in matre ſua, *Beatus venter, qui te portavit:* Per Virg. Mariam enim omnia nobis ſalutaria, ac benefica; nam ut ait. D. Bern. ſæpe citatus ſerm. in Vigilia Nativitatis; *Nihil Deus non habere voluit, quod per Mariæ manus non tranſiret:* Scribens Chriſti Genealogiam D. Matth. c. 1. n. 2. ait: *Abraham genuit Iſaac*, &c. & tandem devenit, ac concludit: *Jacob genuit Joſeph virum Mariæ, de qua natus eſt* Jesus. Cur genealogiam ſcribens non incepit à Deo qui produxit & creavit Adamum? ſeu cur non incepit à Seth à quo cognominati ſunt Filij Dei, ſed magis elegit exordium ſumere ab Abrahamo? Ut ita manifeſtaretur, quòd omnis ſalutis beneficentia ad nos per Mariam transfertur; ſicut enim Iſraël egrediens ab Ægypto per quadraginta duas manſiones pervenit ad Jordanem, & inde glorioſè totam promiſſionis terram occupavit, ſic per quadraginta duas generationes ab Abrahamo ad Mariam Virginem pervenitur tanquam ad Jordanem, per quam nobis fit tranſitus ad cæleſtem terram promiſſam gratiæ, & beatitudinis, omni dulcedine mellis, ac lactis cæleſtium donorum repleantur, ſic ait: D. Hieron. Epiſt. ad Fab. in principio; *Per has generationes currit verus Hebræus, qui de terra feſtinat ad cœlum tranſire; & Ægypto ſæculi derelicta terram promiſſionis ingreditur. Nec mirandum, ſi in illo numeri ſacramento perveniamus ad regna cælorum, ſub quo Dominus, atque ſalvator à primo Patriarcha pervenit ad virginem, quaſi ad Jordanem, quæ pleno gurgite fluens, ſpiritus ſancti gratiis redundabat.* Ubi enim ad Mariam devenitur, non tot aquarum fluctibus exundat Jordanis; ut favores gratiæ, ac ſalutifera dona exundant ex Maria.

D. Bernard. Matth. 1. D. Hieron.

*Omnia ſalutifera dona per Mariam.*

15. Ait Iſaias 11. num. 1. *Egredietur Virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet:* Ecce à virginea virga Maria egreditur flos Chriſtus

Iſai. 11.



Chriſtus Jeſus. Et cur Chriſtus exiens à Maria dicitur flos, quam quid aliud? Pulcherrimè Hugo Victor. in Miſcella. 2. lib. 4. tit. 26. ait: *Virgo Dei genitrix virga eſt flos filius ejus. Quam benè, quam rectè dicitur flos, quia ex virga virginea producitur... In flore itaque eſt mellificatio, ex flore fructificatio, ex flore favus, & fructus, ſi parva ſunt iſta, addo, quod ex flore medicamenta: ex hac medicina ſanitas Sempiternæ incorruptibilitatis:* Quam pulchrè Chriſtus erumpens ex Maria, dicitur flos, ex quo fiunt fructus, mel, & medicamentum; in flore Chriſto Jesu ex Maria producente invenitur medela, ac medicamen ad omnes noſtros languores cum ſuaviſſimo fructu, ac melle omnium cœleſtium donorum: *ex hac medicina ſanitas; ſempiternæ incorruptibilitatis.*

Hugo Vict.

*A Maria omnium medela.*

16. Secundò: Viderat Marcella Chriſti efficaciam, ac energiam in confutandis, deſtruendis ac confundendis ſuis inimicis, inde laudat eum in Virg. Matre, quia omnis noſtra victoria cum confuſione, ac deſtructione inimicorum per Mariam voluit Deus fieri, ait Paulus ad Galat. 4. num. 5. *Cùm autem venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere.* Sed ſicut Deus ſine alicujus interventu creavit Adamum, cur etiam non creavit corpus, ut ſibi illud adoptaret? ſuppoſito quod voluit fieri homo, ad quid magis voluit obſcurum mulieris carcerem? Rectè reſpondit D. Iren. lib. 4. adverſ. Hæreſes, & ait: *Nec enim juſte victus fuiſſet inimicus, niſi ex muliere homo eſſet, qui vicit eum. Per mulierem enim homini dominatus eſt* ( Scilicet diabolus ) *ab initio ſemetipſum ſtatuens contrarium homini, propter hoc, & Dominus ſemetipſum filium hominis confitetur*, Diabolus non per ſemetipſum hominem eſt aggreſſus, & devicit; ſed per mulierem per quam omnis hominis caſus, & ruina introducta eſt; ſic ut æqua lance res fieret, diſpoſuit Deus, ut omnis victoria, & triumphus per alteram mulierem, nempe Virginem Mariam fieret. *Propter hoc, & ſemetipſum filium hominis confitetur.*

Galat. 4.

*A Jeſu cum Maria omni victoria.*

D. Iren.

17. Tertiò: Videns Marcella Chriſti manſuetudinem, ac lenitatem, ad furentium Phariſæorum blaſphemias jactantium, ipſum mirificè laudet in Matres, *Beatus venter, qui te portavit:* Sciebat enim, quod Deus ex Maria habet, quod ſit valde manſuetus, lenis ac pius? Deus olim daturus legem cum deſcendiſſet in montem Sinaï. Exod. 1. 9. n. 18. *Totus mons Sinaï fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo, quaſi de fornace, eratque omnis mons terribilis.* Compone hæc cum deſcenſu Spiritus Sancti in Sion. *Factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant ſedentes & apparuerunt illi diſpertitæ linguæ tanquam ignis:* Actor. 2. n. 2. In utroque loco Deus deſcendit in igne: in Sinaï totus Deus erat terribilis, & formidabilis; *Eratque omnis mons terribilis:* In Sion verò pietas & clementia diffundebatur abſque ullo timore; Illic ob mortis terribilitatem omnes homines à ſe arcebat, ac excludebat, ignis tanquam à fornace egrediens, hic verò mira ſuavitate, ac blanditia omnes ad ſalutiferas linguas ignis convocavit. Unde tanta diverſitas, in Sion dicitur de Apoſtolis Act. 1. num. 14. *Erant omnes perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre* Jesus. Non ergo mirum; quod Sinaï tam terribilis appareret; in Sion verò tanta benignitas panderetur, Dei deſcenſus ſine Maria terribilis, & formidoloſus, cum ipſa apparente maximè lenis, affabilis: ac benignus. Hoc advoco id, quod dixit. D. Epiphanius ſerm. de Laudibus Mariæ, dicens: *O Beata Virgo ſponſa cœleſtis Maria, cœlum, templum, & thronus Divinitatis... Nubes cœleſtis, quæ tonitruum Spiritus Sancti, in ſe ipſam reconditum deduxit in mundum, & imbrem Sancti Spiritus in univerſam terram ad producendum fidei fructum cum impetu dimiſit*, Mariæ debetur: quod Spiritus Sancti tonitruum non ſit terrificum, ſed placidum, & benignum in nos, quod maximè confirmabitur ex Quæſtione ſequenti.

Exod. 19. Actor. 2. Actor. 1.

*Dei benignitas maximè in nos fulget ac reſplendet per Deiparam.*

D. Epiphan.

## QUÆSTIO V.

### *Quare hæc mulier encomiis Virginem proclamans ejus uterum, & ubera tantum laudat?*

18. HÆc ſancta mulier videns Chriſti magnalia, ſuis vocibus matrem ejus celebrat, ſed cur ejus laudes non ex aliunde innotat, ſed tantum ex utero, ac uberibus? generoſo, ac gratulatorio animo agnoverat, lucem, quam acceperat ex Chriſti divinitate ab utero, ac uberibus Marianis originari, ac proveniri, inde mens ejus ad ventrem, ac ubera Virginis celebranda rapitur. Eccleſia ad virginem loquens ait. Cantic. 7. n. 4. *Venter tuus ſicut acervus tritici.* Alibi verò Ioan. 12. num. 24. *Granum frumenti.* Si unum tantum granum erat, unde ſi creſcit, ut fieret acervus magnus cadens, nempe, in terram Virgineam Mariæ; ſic inde amplificatus eſt, inde omnes nationes ad ſe adjungeret, ac traheret. Richard. de S. Laurent. lib. 4. de Laudibus Mariæ, ait: *Niſi granum iſtud in uterum virginalem; velut in terram fertilem, & bene excultam exercitio Spiritus Sancti prius cecidiſſet per incarnationem; & poſt hoc in cruce mortuum fuiſſet, ipſum manſiſſet, ſed per hoc granum unicum factus eſt acervus magnus;* Ac proinde ex terra fertili uteri virginalis exculta exercitio Spiritus Sancti habuit Dei filius, ut ſibi adjungeret omnes orbis nationes, ut augeretur in acervum magnum Eccleſia, proindeque ex utero matris congregavit ad ſe omnes gentes.

Cantic. 7. Ioan. 12. Richard. de S. Laur.

*Lux, & pietas ingentes ab utero Mariano.*

19. Dicebat Iſaias cap. 49. num. 5. *Et nunc dicit Dominus formans me ex utero ſervum ſibi:* Deus Chriſtus in utero Virgineo formabatur, tunc ſimul Pater loquitur ad filium, ut ſubdit Propheta, *& dixit, parum eſt, ut ſis mihi ſervus ad ſuſtentandas tribus Jacob, & fæces Iſraël convertendas. Dedi te in Lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ.* Maximè ponderandum eſt, quando Pater conſtituit filium, ut non ſolum ſit *ad convertendas fæces Iſraël*; ſed etiam uſque ad extremas orbis nationes; *formans me ex utero ſervum ſibi;* ab Utero Mariano habet, ut non jam coarctetur in uno populo, ut olim dicebatur: *Notus* in

Iſai. 49.

*Lux non ſolum in Iſraël, ſed in omnes gentes ab utero Virgineo.*

*in Judæa Deus*: modo in omnes nationes, etiam remotiſſimas diffundatur.

20. Eodem etiam generoſo, ac gratulatorio, animo laudat etiam Mulier Virginis ubera. Clamabat Divina Sponſa, Cantic. 8. num. 1. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deoſculer te.* Non in domo, ſed foris vult eum habere, nonne ſciebat illa, quod inventus foris Abel à fratre ſuo Caïn, eum occidit. Dicitur Geneſ. 4. n. 8. *Dixitque Caïn ad fratrem ſuum Abel, egrediamur foras*, &c. Si ergo inventus foris Abel occiditur à fratre, cur deſiderat ipſa fratrem ſuum foris invenire? cur foris non ſimilem caſum timet? Rationem indicant illa verba: *Sugentem ubera Matris meæ.* Nempe, Mariæ; ille ab utero, & uberibus veniens fratrem occidit: Hic verò ab utero, & uberibus veniens fratribus eſt amabilis, ac multum propitius; & ideo ejus ſponſa Eccleſia non vult eum concludi in una domo peculiari, ſed foris, ut ejus lux & cognitio ad omnes pertranſeat, omneſque illius participes ſint. Tertullian. lib. de carne Chriſti, ait: *Eva enixa eſt Diabolum parricidam. Contra Maria eum edidit, qui carnalem fratrem Iſraëlem interemptorem ſuum, ſalvam quandoque fecerat. In vulvam ergo Deus Verbum ſuum detulit, bonum fratrem, ut memoriam mali crederet.* Ecce quanta noſtra utilitas ab utero Mariano, ab illo extinguitur memoria mali fratris; ab hoc vero habemus fratrem noſtrum JESUM, qui omnes nos ſalvos faciat.

Cantic. 1.
Gen. 4.
*Ab uberibus Marianis Chriſtus omnibus propitius.*
Tertull.

## QUÆSTIO VI.

### *Quare hæc mulier in hoc præconio Virginis, non dixit: Beata quæ te genuit, vel peperit, ſed tantum dixit: Beatum ventrem & ubera?*

21. SI hæc mulier volebat Chriſtum in Matre ſua laudare, convenientiùs videbatur dicere ſecundùm communem, & uſitatum dicendi modum: Beata, quæ te genuit, & peperit: Ad quid his omiſſis tantum ad ventrem, & ubera convertit ſermonem, & hæc tantum laudat, ac extollit, cæteris omnibus prætermiſſis?

*Diffi ultas quæſtionis.*

22. Reſpondeo: quod generatio fit in inſtanti, & genitus in partu exiit à Matre, ab eaque ſeparatus; At dum eſt in utero cùm ipſa conviſceratur, ac demoratur per novem menſes ad uberaque illius per largum tempus duorum annorum commoratur, in illiſque habetur, Chriſtus autem Dominus maximè delectabatur, ac deliciabatur intimè, & unicè eſſe cum Matre ſua, in ipſa, & cum ipſa, inde mulier extollit ventrem, & ubera tanquam pro eximia oblectatione, ac jucunditate Chriſti.

*Chriſtus maximè jucundabatur eſſe cum Virgine.*

23. Ad hoc reſpiciens ipſa Dei Mater, volens declarare quantam ejus deliciæ amænarent Dei filium exiſtentem in utero ejus. Ait Cantic. 1. n. 11. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum*: Cornelius: *Rex gloriæ fuit in accubitu ſuo*, id eſt, cubavit in utero Virginis, cùm ex ea carnem aſſumpſit. Et non ait cùm eſſet Rex in accubitu meo, ſed *ſuo*: ob peculiarem amorem erga illum, ſuum appellat. *Nardus mea dedit odorem ſuum.* Nardus eſt fructus maximè, ac excellentiſſimè odoriferus, & inde ſignificat complexionem omnium virtutum, ac donorum cœleſtium, ut docent D. Bernard. ſerm. 71. Caſſiodorus, Origenes, D. Gregorius, Beda, & alij. Et eſt ſenſus, cùm ſupremus Rex eſſet in utero meo, tunc omnes meæ virtutes magno augmento magnam exhalarunt fragrantiam odoris ad voluptatem, & jucunditatem ipſius Regis. Guilelmus Abbas apud Delrium, ait: *Toto tempore quo Rex erat in accubitu ſuo, in meo utero in magnis degebat deliciis devotionis meæ*, & Cardinalis Alanus apud eundem Delrium, ait: *Poſtquam glorioſa Virgo, non ſolum mente, ſed etiam ventre concepit, factus eſt in ea ſpiritualitatis Chriſti recubitus, Ubi ſpiritualiter cœnavit cum Patre, & SpirituSancto, ubi ſpecialem fecit manſionem, ubi ſpecialiter, & plenè recubuit; ergo dum eſſet Rex in accubitu ſuo, id eſt, in Maria: Nardus mea dedit odorem ſuum.* Nullibi habet Rex accubitum, quem vocet ſuum, quem experiatur omni dulcedine, ac jubileo, quàm uterum Mariæ.

Cantic. 1.
Cornel.
D. Bernard.
Caſſiod.
Origenes.
D. Gregor.
Beda
*Chriſtus deliciabatur in utero Virginis.*
Guilelm.
Alanus.

24. Ait Chriſtus D. Cantic. 4. num. 4. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris*: Septuaginta legunt: *Ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Quiſnam eſt mons ad quem Chriſtus D. dicit, ſibi ire; nam olim ipſe viſus eſt Cantic. 2. num. 8. *Saliens in montibus tranſiliens colles*: hominibus ad ſalutem. Ad montem Calvariæ venit hominibus ad redemptionem, imo ad cœlum ivit hominibus, ut ipſe dicebat Joan. 14. num. 2. *Vado parare vobis locum*: Quis ergo mons eſt iſte ad quem Chriſtus ſibi vadit nullus alius quam Marianus uterus in quo ad voluptatem, ac delicias, venit, ut ibi jucundaretur, ac delectaretur, ibique à ſuis deſideriis requieſceret. *Qui creavit me requievit in tabernaculo meo*: Eccleſiaſt. 24. num. 12. ad hoc reſpicit D. Zeno lib. 3. ſerm. 6. & ait: *Ab æterna ſede profectus Dei filius in prædeſtinatæ Virginis templo ſibimet caſtrametavit*: In aliis myſteriis hominum negotia agebat Chriſtus D. inde naſcitur in Bethleem, manifeſtatur Paſtoribus, adoratur à Magis, docet in templo, prædicat per varia loca, mortuos ſuſcitat, infirmos ſanat: *At in prædeſtinatæ Virginis templo ſibimet caſtrametavit*; ibi ſibi proſpicit, quaſi rem ſuam tractat, tanquam ſibi peculiare ad ſuum beneplacitum, ac voluptatem.

Cantic. 4.
Septuagint.
Cantic. 2.
Ioan. 14.
Eccleſ. 24.
*Chriſtus ſibi venit in uterum Virginis*
D. Zenon.

25. Dicitur Geneſ. 2. num. 10. *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum*: Omnia cum magno myſterio fiebant; ſi quæras: quid fluvius ille ſignificet, quidve locus voluptatis? Audi Petrum Damianum ſerm. de Annuntiat. *Locum voluptatis uterum Mariæ intelligo, in quo cumulavit omnes delicias deliciarum Dominus, de cujus deliciis Sanctus admiratorio ſermone ſic eructat. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens.* Fluvius ille egrediens eſt Chriſtus ad irrigandam univerſam hominum terram cum gratiis, & donis ſuis, & egreditur ex loco voluptatis utero, nempe, Mariano, qui eſt ei maximè amœnus, & gratus.

Gen. 2.
Damian.
*Uterus Virgineus paradiſus voluptatis Chriſti.*

26. Ipſa Sanctiſſima virgo eſt jucundiſſimus, ac amæniſſimus paradiſus deliciarum Dei. Sic ait Proculus oratione in Concilio Epheſino habita tom. 6. cap. 7. dicens: *Tu, ô Virgo, illibatæ Virginitatis theſaurus, decus, & ornamentum, & ſpiritualis ſecundi Adami paradiſus*: Similiter D. Damaſcenus oratione de Dormitione Virgin. ait: *Tu ſpiritualis Edem extitiſti, antiqua illa ſanctior, & divinior, ſiquidem in illa terrenus Adamus commorabatur, at in te Dominus cœleſtis*: Amœniorem Paradiſum habet in matre Maria Chriſtus, quàm habuit Adamus in Edem Cantic. 4. num. 13. dicitur: *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum*: ac ſi dicat Jeſus ad Matrem ſuam Mariam, emiſſiones tuæ, actiones tuæ, actus tui Fidei, Spei, Charitatis, ac aliarum virtutum ſunt mihi paradiſus; cùm omni ſuavitate fructuum, ac pomorum, S. Amadeus homil. 7. de Laudibus Mariæ, ait: *Mariæ præſentia, gratam veris temperiem exhibet, & quo favens ſe verteret, paradiſus erat, emiſſiones tuæ, ait ſponſus, paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus cypri cum nardo, nardus, & crocus. Habet quippe Mariæ paradiſus mala punica in veritate virtutum, fructus pomorum in perfectione operum. Habet cyprum cum nardo, illam fertilem uvarum, hanc miri odoris herbam aromaticam ſobriam ebrietatem ſenſuum, & ſuavem fragrantem opinionem virtutum.*

Proculus.
D. Damaſc.
Cantic. 4.
Amadeus.



## QUÆSTIO VII.

### *Quare dum mulier laudat ventrem, & ubera Matris, Chriſtus reſpondet laudans audientes, & cuſtodientes verba Dei?*

27. MUlier alta voce clamat: *Beatus venter, qui te portavit*: Chriſtus reſpondet ibidem num. 28. *Quinimo Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Notat Caietanus. *In hac commendatione, adverte, quod non dicit, qui audierunt, ſed qui audiunt, & cuſtodiunt ut intelligamus ſolos perſeverantes audiendo, & cuſtodiendo eſſe beatos*: Non ſat eſt, quod verbum Dei fuiſſet auditum, & cuſtoditum, ſed inſuper requiritur, ut in hoc perſiſtamus, audiendo, & cuſtodiendo.

*Perſeverandum in virtute.*

28. Cùm Chriſtus D. duxit. *Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt*: Maximè inde extollit ſuam Sanctiſſimam Matrem, quæ illud audivit, & cuſtodivit; ad cujus rei ſenſum dixit Matth. 12. num. 50. *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui eſt in cœlis, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt*: D. Auguſt. lib. de Virgin. cap. 3. in tractat. 16. Joan. ait. *Materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet: niſi felicius Chriſtum corde, quam carne geſtaſſet. Beatior ergo Maria percipiendo fidem Chriſti, quam concipiendo carnem Chriſti.* Ecce in Maria geminata reſplendet Maternitas geminata, puritaſque una mentis, altera ventris. Ex quo perbellè Richardus Victorinus exclamat in Pſalm 51. *O puritas mentis, ô fœcunditas ventris, ô ſumma puritas, ô ſingularis fœcunditas! quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas mentis.* O præclarum Marianæ puritatis elogium! ex ſumma puritate, ac ſanctitate Chriſti Dei, colligenda, & intelligenda puritas, ac ſanctitas Mariæ Matris concipientis, *Quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas mentis*: Altiſſima puritas Chriſti immutata eſt; ut ſublimior omni menſura; ſenſus eſt tamen Marianæ puritatis, non quod filij puritatem adæquare poſſit, ſed quod illi ſit maximè, connexa, ac adjuncta. Proindeque à ventris Maternitate ad Maternitatem mentis, conſultiſſimè Chriſtum ſermonem deflexit, ut auguſtiſſimæ Matris puritatem commendaret.

Matth. 12.
D. Auguſt.
Rich. Vict.
*Quam bonus fructus ventris Mariæ tam glorioſa puritas mentis illius.*

29. Ait Iſaias 11. num. 1. *Egreditur Virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet.* D. Bernard. ſerm. 2. ſuper *Miſſus eſt*: ſic ait: *In hoc tamen Iſaiæ teſtimonio florem filium, virgam intellige Matrem*: Hoc poſito obiter inquiro: cur potius Maria dicitur egreſſura de radice Jeſſe, quàm de radice Abrahami, Iſaac, Jacobi, Davidis, aut aliorum? Jeſſe juxta ſignificatum Hebræum dicit donum, ſeu gratiam, Cùm ergò Propheta ageret de generatione Mariæ, ait egreſſam eſſe à Ieſſe potiùs, quàm ab illis Patriarchis, ut oſtendat ejus originem, ac exordium eſſe à Dei dono, ac ejus gratia; in rem noſtram: Virga eſt Sanctiſſima Deipara; flos, Chriſtus Jeſus? ut ait D. Bernard. & Richard. à S. Laurent. lib 3. de Laudibus Mariæ: ubi ſic ait: *Flos jucundus, odoriferus, & medicinalis, ex virga naſcitur Chriſtus, qui eſt flos noſter, & inde dicitur Nazaræus, id eſt, floridus.* Flos ex virga pullulans oſtendit ejus virtutem, bonitatem, ac qualitatem: qualis flos, & talis virga: Virga Maria, flos Chriſtus IESUS: hinc ex puritate, ſanctitate, ac excellentia floris Chriſti IESU? bene colligitur, quanta ſit ſanctitas, puritas, ac excellentia Virgæ, ac matris parientis.

Iſai. 11.
D. Bernard.
Richard. à S. Laur.
*Ex Chriſto nato colligitur virtus matris parientis.*

30. VIs ſcire quanta ſit connexio inter hunc florem, hanc virgam, inter Matrem, & Filium, accipe præclaram ponderationem ipſius Richardi à S. Laurent. l. 22. de Laudibus Mariæ ubi ait: *Virga florida, vel fructifera, ſi deorſum flectitur ſeorſum inclinat florē ſuum, vel fructum. Studeas igitur ad terram, id eſt, ad te qui terra es amore, & ſervitio flectere virgam iſtam, & ſecurus es amore, & ſervitio, flecte virgam iſtam, & ſecurus eſto: quia ſecum florem ſuum procul dubiò inclinabit.* Maria eſt virga in cujus ſummitate, nempe, in materna fœcunditate nitet flos, ſeu fructus ejus Chriſtus D. & ad quam inclinatur virga, inclinatur & flos, ſeu fructus ejus: Si facias ad te hanc virgam Mariam inclinare, illamque tibi affectam habeas, abſque dubio illius floridum fructum inclinatum habebis.

Richard. à S. Laur.
*Cui Maria inclinatur; & filius ejus.*

31. Dicitur in rem noſtram; Cantic. 3. num. 6. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarij*: Symmachus: *tanquam incenſi evaporantis*, Et cur hæc virgula dabat vaporem, & odorem *myrrhæ, thuris, & univerſi pulveris pigmentarij*: Ex talibus enim aromatibus proveniebat, & paſcebatur juſtus. Philo, & Aponius, Beda, D. Gregor. inquiunt: *Fumus de incenſo naſcitur: fumus ex aromatibus venit*: Virga hæc Chriſtus D. *Virgam virtutis ſuæ emittet Dominus ex Sion*: Pſalm. 109. Virga hæc dat odorem omnium virtutum, ac ſanctitatum, & donorum: ſed unde hæc virgula

Cant. 3.
Symmach.
Juſtus.
Philo.
Aponius.
Beda.
D. Gregor.
Pſalm. 109.
*Ex ſuavi odore Chriſti penſitatus odor matris parientis.*

gula nata eſt? Ex puriſſimis ſcilicet Mariæ viſceribus? Ex odore ergo quo Chriſtus D. perfudit totum orbem; inde cogita, & penſita odoramenta viſcerum Mariæ, quæ talem pigmentarium omnium aromatum genuerunt, protulerunt, & dederunt.

## Sanctiſſima Virgo de monte Carmelo.

### QUÆSTIO VIII.

*De Magno titulo filiorum Virginis, quo nobilitatur Carmeliticus Ordo.*

32. LAudat Marcella Chriſtum D. in B. Virgine: *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti*: Laudat ventrem Virginis, qui fructum vitæ, ac ſalutis Chriſtum D. nobis genuit, ac protulit, ipſumque ſuis uberibus nutrivit. Ad hujus rei ſimilitudinem proportione ſervatâ, quantum fas eſt ventrem Virginis Mariæ, ejuſque ubera debemus nos omnes Carmelitæ humiliter venerari, ac celebrare; quia hunc Ordinem Carmelitanum ipſa Sanctiſſima Virgo ſpiritualiter genuit, ac tanquam ſuis uberibus, gratiis, favoribus ſpiritualibus nutrivit, alimentavit, & auxit: Sic ait ſummus Pontifex Gregorius XIII. in Bulla: *Ut laudans*, & ſubdit: *Beatiſſima Virgo Maria viſceribus ſuis Carmeliticum Ordinem ſpiritualiter genuit, & ad ubera lactavit*: Quod etiam teſtantur Summi Pontifices Sixtus IV. Julius II. & alij.

*Maria Virgo Carmeliticum Ordinem ſpiritualiter genuit.*

Gregor. XIII.

Sixtus IV. Julius II.

33. *Genuit*, quia Parens Elias hunc Ordinem Propheticum ex divino inſtinctu ſtatim ſuo exordio ad honorem Virginis Deiparæ in nubecula ipſi typicè præoſtenſa inſtituit, dedicavit, ac conſecravit, ut tradunt D. Methodius, Joannes Bichon: Thomas Vualdenſis, & alij multi apud vineam Carmeli, parte 2. cap. 51. fol. 119.

D Method. Joan. Bach. Vvaldenſ. Vineacarm.

34. Spiritualiter genuit, & ad ubera lactavit, ut tanquam vera Mater erga Carmelitas officium ſuum perſolveret, ac exhiberet, eos tanquam filios habens, dicens, & nuncupans, De hoc magnifico titulo multi multa dicunt, inſigniter, ac illuſtriſſimè duo præclariſſima lumina è Sacra Societatis JESU, inſignis Doctor Theophylus Raynaud. de Scapulario Carmel. & Magnus Doctor Joſephus Andræas in libro dicto, *Decor Carmeli*, qui multo decore ſuæ eximæ ſapientiæ decorem Carmeli condecorat: Nos etiam hîc aliqua dicamus.

Raynaud. Ioſeph. Andr.

35. Sanctiſſima Virgo Maria Carmelitas ſpiritualiter, ut filios ſuos habet, dicit, & nuncupat: quo nihil illuſtrius nihil majus, ac amantius dici poteſt. Chriſtus D. ſuos electos magnis nominibus inſignivit, Diſcipulos, Apoſtolos, amicos, fratres poſt Reſurrectionem; Ioan. 20. n. 17. Sic & dixit lucem mundi ſalem terræ, civitatem ſuper montem: Nunquam tamen filios nuncupavit niſi in cœnaculo dum exceſſus ſui amoris ponderat, ut manifeſtaret, abluens diſcipulorum pedes, Sacram Euchariſtiam inſtituens; alta ſuæ infinitæ ſapientiæ ac diffunderet documenta; ac tanquam vitam ſuam daret pro hominum ſalute. Tunc inter tot, ac tantos exceſſus, oſtenſiones ſui eximij amoris diſcipulos, nec Apoſtolos dicit; ſed filios: *Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum*: Joan. 13. n. 33. Summus amoris exceſſus eſt aliquem filiali amore proſequi, eumque tanquam filium reputare, habere, ac dicere. Leontius ibi ait: *Tenero amori: affectu eos de ſua abſentiæ conſolatur*: Volens Chriſtus oſtendere ſuum mirificum amorem erga Apoſtolos, eos filios dicit, modò inter exceſſus ſui amoris, & non alibi, nec alio loco.

Ioan. 20.

Ioan. 13. *Nomen filij ex magno amoris exceſſu naſcitur.*

30. Magno & alio ingenij acumine notat D. Auguſtinus tract. 2. in Joan. quod Evangeliſta narrans adoptionem filiorum Dei, quam Deus dedit hominibus, connectit eam, ac conjungit cum Incarnatione Æterni Verbi. Ait enim Joan. 1. num. 12. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri iis, qui credunt in nomine ejus, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt.* Et quare adoptio quam Deus ex ſua infinita miſericordia dedit hominibus ſimul conjungitur cum Incarnatione Æterni Verbi, qua Deus factus eſt homo? D. Auguſtinus citatus cum repetitione ait: *Magnâ benevolentiâ, magnâ benevolentiâ: unicus natus eſt & noluit manere unicus*: Conjungitur adoptio Divina conceſſa hominibus cum Incarnatione Æterni Verbi, ut manifeſtetur infinita Dei dilectio in genus humanum; Homo hominem adoptat ex defectu, ac carentia filij naturalis; At non ita Deus? habet enim filium naturalem, in quo ſibi maximè complacet, & ſibi præſentiſſimum, & ideo dicitur Verbum, hoc eſt terminus actionis intellectivæ, qui tam ſummè: ac infinitè dilexit, homines, ut eos ſibi in filios adoptaverit, & ideo Æternus Pater filium ſuum naturalem, ac conſubſtantialem miſit in mundum, ut haberet multos fratres; quos ſibi adoptarit. Sic pergit citatus Auguſtinus. *Unicum ipſum, quem genuerat Deus, & per quem cuncta creverat, miſit in hunc mundum, ut non eſſet unus, ſed fratres haberet adoptatos*: Ut eos ſui regni faceret cohæredes.

Ioan. 1.

D. Auguſt.

*Eximius Dei amor, qui habens filium homines adoptavit in filios.*

D. Auguſt.

37. Ex quibus licet conjecturare ſupremum, ac eximium amorem Sanctiſſimæ Virginis Mariæ in ſuos Carmelitas, quæ cùm habeat filium ſuum naturalem ſummè: ac ſuper omnem modum ſibi maximè dilectum, tam eximiè dilexit ſuos Carmelitas, ut eos filios ſpecialiter adoptarit: Et, ſi ex Divina ordinatione Joannes Evangeliſta datus eſt ei in filium: *Mulier ecce filius tuus: deinde diſcipulo, Ecce Mater tua*: Joan. 19. num. 24. datus eſt in filium B. Virg. Mariæ in abſentia filij ſui naturalis Jeſus, dum ipſe diſcederet ex hoc mundo ad Patrem: At ipſa Sanctiſſima Virgo Maria reſidens in ſupremo gloriæ ſolio cum filio ſuo IESU à dextris ejus in veſtitu deaurato totius gloriæ ſplendoris, adoptat Carmelitas in filios ſuos.

Ioan. 19. *Singularis Virginis amor Carmelitas adoptas in filios.*

38. Valde præclara & excelſa fuerunt merita David, ut latè tractant Sancti Patres, Auguſtin. Hieronym. Ambroſ. noſter Incognitus in prologo Pſalmorum; & inde maximè ſublimatus eſt à Deo, ita ut ei revelaret noſtra fidei myſteria; & inde Eccleſia Sancta ad ea celebranda ejus Pſalmi utitur; & inde dictus eſt vir juxta

D Auguſt. D. Hieron. D. Ambroſ. Incognit.



juxta Cor Dei, 1. Reg. 14. ac in catalogo progenitorum Chriſti in primo capite, ac fronte ponitur: *Liber generationis Jeſu Chriſt filij David*: Matth. 1. n. 1. & tandem habuit votum ædificandi domum Domini Dei, à quo prohibitus eſt, cùm hoc eſſet reſervatum filio ejus Salomoni; & addidit Deus: *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium*: 2. Reg. cap. 7. n. 14. Pro tot, ac tantis meritis ſolùm ait Deus Davidi, quòd Salomonem natum ex utero ejus habebit eum ut filium, & ſe erga illum habebit ut patrem: Cur non ei aperit profundam & altam ſapientiam ejus ſuper omnes: qui ante ipſum, & poſt ipſum fuerunt; ſuam eximiam prudentiam, ad dexteritatem in regimine regni, ſuam opulentiam, divitias, ac magnificentiam; ut nunquam tale opus factum ſit in univerſis regnis: Reg. 10. num. 20. ſuamque ſingularem aſſiſtentiam, ac protectionem erga eum: ſed ſolum ait: *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium*? Cum ait, quòd ipſum habebit ut filium, ibi innuit, & denotat ſuum ſummum amorem erga eum? & quòd omnes gratias, dotes, excellentias, ac magnitudines cum omni magnificentia, ac protectione ei eſſet communicaturus: nam ut ait Gaſpar Sanchez ibi: *cum eum dicit filium ſummum amorem, & ſedulitatem erga eum declarat.*

1 Reg. 13

Matth 1.

2. Reg 7.

3. Reg 10. *Sup. nomine filij intelliguntur omnes excellentia communicata.*

Sanchez.

39. Cùm ergo Sanctiſſima Virgo Carmelitas ut filios ſuos ſibi advocat, ac ſibi aſſociat, ſtatim in eos gratias, favores, dotes cum ſua eximia protectione declarât, & manifeſtat; nam cum adhuc in vivis eſſet, Carmelitas ſuâ ſanctiſſimâ præſentiâ nobilitavit, illuſtravit, multis illuminavit: *cujus colloquio feliciter perfrui potuerunt*: ait Paulus V. Et cùm vidiſſent Sarraceni ingentem fructum prædicationis Evangelicæ per Carmelitas, vehementi impetu, veluti agmine facto, ut Ordinem delerent, ac extinguerent irruebant. Unde congregato Capitulo, an eſſet tranſeundum in Europam; & res in dubio verſaretur; apparet Sanctiſſima Virgo, monet de tranſitu, ac ſui tutela; ut teſtantur Palæonydorus lib. 3. Hiſtor. Carmelit. cap. 5. Arnoldus Boſtius lib. de Patron. Virg. cap. 6. Et cùm veniſſet in Europam, ut ait Paulus V. in ſuo diplomate: *Cum in Europa ordo eſſet ignotus, ob id apud Honorium Tertium non pauci pro illius extinctione inſtarent, aſtitit Honorio puriſſima Virgo, planeque juſſit, ut inſtitutum, & homines benignè complecteretur.* Cum alia tempeſtas adverſariorum contra Religionem fuiſſet exorta, ipſamet Sanctiſſima Virgo apparet Joanni XXII. ut ipſemet Pontifex teſtatur in ſuo diplomate, ei dicens: *O Joannes, ô Joannes Vicarie dilecti filij mei: &c. Iſtam gratiam, & amplam, meo ſancto, & devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes præconcedere per Eliam, & Eliſæum inchoato*: De qua Bulla faciunt mentionem Alexander V. Clemens VIII. Paulus III. Pius V. Gregorius XII. Unde prædicti Summi Pontifices multa privilegia, immunitates, indulgentias Ordini conceſſerunt; & etiam Carmelitanos fratres nuncupaverunt. Sicque cum B. Petrus Thomas Ordinis permanentiam, ac durationem poſtularet, apparens Sanctiſſima Virgo, ait ei: *Confido, Petre, Religio Carmelitarum uſque in finem ſæculi eſt perſeveratura; Elias namque ejus inſtitutor, jam olim etiam à filio meo impetravit*: Sic habetur in noſtro Breviario die 29. Januarij approbato à Sede Apoſtolica per Sixtum V. Clementem VIII. Paulum V. Urbanum VIII. Innocentium X. Alexandrum VII.

*Cum virgo adaptat Carmelitas, inde multis gratiis nobilitat*

Paulus V.

Palæonydor. Arnold. Boſt.

Paulus.

*Apparitiones Virginis pro patrocinio Carmelitarum.*

Ioan. XXII.

Alexand. V. Clem. VII. Paulus I I. Pius V. Greg. XII

Breviarium Carmelit.

40. Cùm in Conventu Carmelitano Baroniæ fratres recitarent coram imagine B. Virginis Orationem: *Salve Regina*, & dicerent: *Jeſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende*: Audita eſt. B. Virgo dicens: *Pſallite devotè, filioli vobis enim Jeſum filium meum, & in præſenti, & in futuro ſæculo oſtendam*: Ita tradunt Arnoldus Boſtius, Petrus Sarracenus apud Vineam Carmeli part. 5. c. 2. n. 701. fol. 383. Cùm quidam adverſarij inſurgerent contra Religionem, negantes, quod eſſent dicendi fratres B. Virg. Mariæ, ſed Mariæ Ægyptiacæ, & noſtri Religioſi orarent coram imagine lignea B. Virginis; O Magnum miraculum! Sacra imago capite inclinato reſalutat, & digito extenſo, altâ voce ter dicit: *Ecce ſunt fratres mei*: ut latiùs ſcribunt Franciſcus Porelius in Quodlibeticis, p. 4. cap. 3. num. 6. & lib. de Orig. Carmelit. cap. 10. Miraculorum; Lezana, *Maria patrona* cap. 3. n. 3. Cùm quidam crudeles hoſtes intenderent deſtruere Conventus Carmelitarum, apparet Sacratiſſima Virgo pallio albo extenſo per duos Angelos, Conventum Carmelitarum protegens, & defendens quo evanuit omnium adverſariorum cogitatio, ut refertur in Annalibus Ordinis, tom. 3. ad ann. 1288. num. 3. & multæ aliæ ſunt apparitiones, ac beneficia præſtita ab ipſa Sanctiſſima Virgine pro ſuo Ordine Carmelitano; & maximè, ac præcipuè illud magnificum, ac excellens donum, Sacrum Scapulare; de qua quæſtione ſequenti.

*Admirabiles apparitiones Virginis.*

Arnold. Sarracen. Vinea. Carm.

Potelius.

Lezana.

Annâ. Ord.

41. Ex quibus aptiſſimè hîc poſſumus dicere, quod pro magna gloria populi Iſraëlitici dicebat Moyſes Deut. 4. num. 7. *Non eſt alia natio tam grandis, qua habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris*: Tigurina: *Qua habeat Deum ita amicum, & familiarem*: Septuaginta: *Quæ eſt Deus approprians ei*: Arabicus: *Qua habeat Deum proximum, ſicut proximus eſt nobis*: Caldaicus: *Ut ſuſcipiat orationem in die tribulationis ſicut Deus noſter in tempore, quo oramus*: Quænam congregatio, vel religioſus cœtus habet Beatiſſimam Virginem Mariam tam amicam, proximam, ac propinquam ſecum in omni neceſſitate, ac eventu, ut eam cuſtodiat, tueatur; ac omni dono locupletetur, & adaugeat, ut Religio Carmelitana, tantis beneficiis acceptis ab ipſa Sacratiſſima Virgine,

Deut. 4.

Tigurina. Septuagint. Arabicus.

Chald

*Maximè Virgo proxima in familia Carmelitarum.*

42. de Moyſe ait Dominus ad Mariam, Aaronem fratres ejus: *Si quis fuerit inter vos propheta Domini; in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum; At non talis ſervus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt, Ore enim ad os loquor ei: & palam. & non per ænigmata, & figuras Dominum videt.* Num. 12. n. 6. Ex quo Eugubinus, quem ſequuntur Lorin. Cornel. multas differentias agnoſcunt inter Moyſen, & alios prophetas, nam aliis prophetis loquebatur Deus per viſiones, excitatis ſpeciebus miniſterio Angelorum in phantaſmata, vel ſomnia; vel per ænigmata; cùm aliud videtur, aliud innuitur, vel per ſigna & figuras. At cum Moyſe, corporea ſpecie aſſumpta,

Num. 12. Eugubin. Lorin Cornel.

ore ad os, tanquam amicus ad amicum loquebatur: Exod. 33. num. 11. *Ob ejus excellentiam, & eximium amorem erga illum*: Quod ſpectat ad alios ſuos devotos, & clientes, patrocinatur iis Sanctiſſima Virgo per ſuos miniſtros: ac Sacerdotes, per ſigna, miracula, ac prodigia in cœlo, terra, ac elementis: At in rebus Carmelitanis non per ſigna, & prodigia, & miniſtros, ſed ipſamet Virgo apparens aſtat, cauſam agit, & loquitur cum Honorio III. cum Ioan. XXII. cum B. Petro Thoma, ac cum ſuis Carmelitis, non ut amicus erga amicum; ſed ut Mater erga filias: *Ob ejus eximium amorem.*

Exod 33.

*Virgo Maria in Cauſis Carmelitarum per ſe ipſam aſtat.*

## QUÆSTIO IX.

### *De multis prærogativis Sacri Scapularis Carmelitani.*

43. PRima & valdè celebris prærogativa eſt ea quam ipſa Sanctiſſima Virgo dixit noſtro Sancto Simoni Stoch, cum hoc ſacrum Scapulare illi daret: *Hoc erit tibi, & cunctis Carmelitis Privilegium: in hoc moriens æternum non patietur incendium*: Quod intelligitur, ſi obſervanda obſervaverunt: Sic explicantur illa verba Ioan. 6. num. 58 de Sacra Euchariſtia: *Qui manducat hunc panem vivet in æternum*; & illud, Marc. num. 16, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit*: & illud Roman. 19. num. 9 *Si confitearis in ore tuo Dominum Jeſum, & corde credideris; quod Deus illum ſuſcitavit à mortuis, ſalvus eris*: Ita explicant Thomas à Ieſu, lib. de Confratern. Carmel. Leo à S. Ioanne, Irenæus à Sanct. Iacob. Theophyl. Raynaudus. lib. de Scapul. p. 2. q. 7. Doct. Ioſeph. Andræ. Decor. 22. 23.

*Explicatur privilegium.*
Joan. 13.
Marc. 16.
Rom. 10.
D. Thom. à Ieſu.
Leo à S Joan
Iren à S Jac.
Raynaud.
Ioſeph. And.

44. Et hoc eſt magnum & inſigne privilegium, quia interveniente auxilio, protectione, ac favore Sanctiſſimæ Virginis, multum conducit, ac proficit ad obſervanda divina mandata, per gratiam, & auxilia, quæ ipſa Sanctiſſima Virgo impetrat, à filio ſuo Jesu; & in hujus rei ſignum nobis dedit hoc ſacrum Scapulare. Data optime Eliſæo ab optimo Parente Elia, ut poſtulet quodvis, petit ipſe, *Fiat in me ſpiritus tuus duplex*: Curru igneo fertur Elias in cœlum, cadit ejus pallium, quod feſtinanter accipit Eliſæus: *Levavit pallium Eliæ, quod ceciderat ei*: 4. Reg. 2. num. 13. Ad quid Elias ultra poſtulata pallium concedit? bene poterat ejus ſpiritus in Eliſæo requieſcere abſque dato pallio: quodnam myſterium eſt in hoc pallio conceſſo? Lyranus ait: *Non à caſu cecidit, ſed ex Divina ordinatione, ut Eliſæus ipſo operiretur in ſignum, quod ſpiritus Eliæ requieſcebat ſuper eum*: Dat Sanctiſſima Virgo ſuis filiis Carmelitanis ſuam protectionem, favorem, & auxilium: dat ſacrum Scapulare in ſignum, quòd interiùs multis ejus favoribus locupletabantur.

4. Reg. 2.
Lyran.
*Datur Scapulare in ſignum de horum interiorum, quæ à Virgine impetrabantur.*

45. Cùm populus Iſraël maximè eſſet vexatus ſub jugo Madian. Deus miſertus populi ſui, cum Gedeon purgaret in torculari frumenta, aſtat Angelus de cælo denuntians quomodo Deus eum elegerat in ducem, ut à tanta oppreſſione liberaret Iſraëlem, & inimicos deſtrueret. Tunc ille poſtulans ſignum ait; *Si ſalvum facis per manum meam Iſraël, ſicut locutus es ponam hoc vellus lanæ in area; ſi ros in ſolo vellere fuerit, ſciam quod per manum meam, ſicut locutus es, liberabis Iſraël*: Judic. 6. num. 36. Unde venit illi mentem poſtulare ſignum in vellere, cur non potiùs in ventilabro, quod erat in manu, vel in torculari, ſeu frumento præſenti, ſed vellere; illud tamen; & maximè notandum, quòd tale ſignum ex divino impulſu, ac afflatu poſtulavit Gedeon; ut docent Salianus, Caietanus, Delrius Polemica 5. ut Deus denotaret, quòd cœleſtis ros in tenui, debili, ac contemptibili vellere, ſignum erat ad liberandum ab omni oppreſſione, ac vexatione, & ad deſtruendos, ac diſſipandos omnes adverſarios, Cœleſtis ros divinæ gratiæ, ac protectionis Virginis Mariæ in vellere hujus ſacri Scapularis, ſignum erat evidens, quod liberarentur ab omni oppreſſione, ac tentatione dæmonis, & ut diſſiparentur, ac perirent omnes contrariæ poteſtates.

Judic. 6.
Salian.
Caietan.
Delrius.
*Ros in vellere ſignum liberationis.*

Poſt primorum Parentum peccatum, cùm ipſi arguti reprehenderentur, ac punirentur à Deo, maximè confuſi, ac compuncti, multum doluerunt, ac per pœnitentiam multis lachrymis ſuum peccatum ſunt deplorati: Unde Deus ex ſua infinita benignitate, ut docent D. Chryſoſtom. Caietanus, Oleaſter, Lippoman. & alij: *Fecit Dominus Deus Adæ, & uxori ejus tunicas pelliceas*: Geneſ. 3. numer. 21. Caldaïcus; *Veſtimenta honoris*: Et rectè veſtimenta honoris erant; cùm à Deo eſſent ordinata & contexta; & hæc veſtimenta ſunt data ob eximiam eorum pœnitentiam, ut habet Olympiodorus in Eccleſiaſt. cap. 19. Unde dixit Thomas Angelicus: *Benignus, patiens Dominus, & multus ad miſerandum, dolori corde compatiens, tali veſte eos exornabat.* Dolor internus ex gratia proveniebat; *ergo tali veſte exornarat*, ut gratia auxiliatrix ex Dei benignitate data interiùs tali veſte manifeſtaretur exteriùs: Carmelitanis dat Sanctiſſima Virgo ſacrum Scapulare, ut protectionem, & favorem, gratiam, auxilia, quæ à filio ſuo Jesu impetrabat, manifeſtaret, ac exteriùs exornando in omnium oculos produceret. 46.

D. Chryſ.
Caietan.
Oleaſter.
Lipponan.
Gen. 3.
Chard.
Olympiod.
Thom. Angl.
*Scapulare indicat exteriùs Virginis favorem.*

Tertia prærogativa ſacri Scapularis, quod interceſſione, ac patrocinio B. Virginis Animæ fratrum, ac confratrum Carmelitarum eximantur, ac liberentur ab igne Purgatorij, ut decernunt, ac declarant Summi Pontifices Alexander VI. Clemens VII. Gregor. XIII. Paulus V. qui ait in ſuo diplomate: *Materno plena affectu dum igne Purgatorio expiantur: ſolari, ac in cœleſtem patriam obtentu ſuo quantitatis piè creditur efferre*: O ſuprema, & alta charitas Mariana! quæ nullo tempore, nullo loco circumſcribitur, ſed pro omni loco, ac tempore ſtat pro ſuis filiis Carmelitanis, tam in hoc ſæculo, quàm futuro, *cum ubique plurimum valeat*, ut ait Paul V. in ſuo diplomate. 47.

*Virginis patrocinium in Purgatorio.*
Alex. VI.
Clem. VII.
Greg XIII.
Paulus V.

Divina Sponſa in Canticis amore ſui dilectiſſimi ſponſi ardenter flagrans; ipſum maximè quærit: *Donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ*: Cantic. 3. num. 4. At poſtea maximè exoptat eum foris invenire: *Quis mihi det te fratrem meũ, ut inveniam te foris.* Cantic. 3. num. 1. Pugnantia hæc videntur inter ſe, nam ſi eum exoptat intra 48.

Cantic. 3.
Cantic. 8.



tra cubiculum, & domum matris ſuæ, quomodo invitat eum, ut foris inveniat? Exoptat eum intra domum, & cubiculum, hoc eſt, Eccleſiæ militantis: deſiderat eum *foris*, hoc eſt, extra hanc terram, & hunc mundum. Ita tres Patres Hammonij, & Hailgrinus, Theodoretus: *Vt inveniam te foris, non ut nunc per fidem ſed per aſpectum foris in noſtra ſubſtantia incorruptionem nobis, & immutabilitatem in communi largiente reſurrectione, perfruamur te.* Cornelius à Lapide ibi, in primo ſenſu: *Foris, id eſt, extra terram, ſupra mundum.* Sponſa ſancta nomine Mariæ Virginis quærit ſuum dilectum filium Ieſum, tam in hoc ſæculo, quàm futuro, ut pro ſuis devotis, ac clientibus in utroque ſæculo oret, ac loquatur, eiſque auxilietur, ac patrocinetur, tum modò tum etiam in Purgatorio, ut ibi materno, ac pio affectu ſubveniat, ac opituletur.

Tres Patres.
Hailgrin.
Theodor.
Cornel.
*Virgo orat pro Carmelitanis exiſtentibus in hoc ſæculo, ac futuro.*

49. Cùm ob grande populi peccatum, grandis, & vehemens flamma egreſſa à Domino eſſet; & maximè plaga deſæviret, ac incendium magnum populi partem devoraret; Aaron ex mandato Moyſis cucurrit cum thuribulo ſtans intra mediam multitudinem, *Et plaga ceſſavit*: Numer. 16. n. 48. Et cur ignis ad Aaronis aſpectum ceſſat, extinguitur, & ultra non procedit? Aaron cucurrit contra incendium indutus veſtibus Pontificiis, ut patet ex Sapient. 18. n. 24. Unde ait Catherinus; quòd *flamma venerata eſt pontificia indumenta*: Utpote, ex cœli afflatu ordinata; ſi illis veſtibus ignis habuit venerationem, cùm ex cælo eſſent diſpoſitæ; quantò magis habebit venerationem huic ſacro Scapulari cùm ex cælo, ac ex manibus Virginis ſit datum: Illæ veſtes Pontificiæ ex cœlo fuerunt ordinatæ, ſed manibus hominum fabricatæ, ut patet Exod. 28. At hoc ſacrum Scapulare, non ſolum ex cœlico afflatu deſcendit, ſed etiam ex manibus Sanctiſſimæ Virginis Mariæ eſt compoſitum, & datum.

Num. 16.
Sap. 18.
Catherin.
*Ignis veneratur Scapularium ex Virginis manibus datum*
Exod 28.

50. Poſtquam Judas habuit certam rem cum Thamar, in ſignum dedit annulum, & armillam; cumque poſtea inventa fuiſſet Thamar concepiſſe, mandavit Judas, quòd ipſa combureretur; quæ cum duceretur ad ignis pœnam, ordinavit, ut Judæ præſentarentur pignora accepta: *Cognoſce cujus ſit annulus, & armilla, & baculus*: Geneſ. 38. n. 25. Abulenſis ibi: *Satis enim credebat Thamar, quòd Judas iſta ſigna cognoſcens abſolveret eam*: Et ſic factum eſt: Firmiſſimè tenuit Thamar, quòd videns Judas ſigna, ac pignora ſui amoris, eam ab incendio liberaret. Quartò ergo congruentiùs dicere debemus, quòd videns puriſſima Virgo Maria in ſuis Carmelitanis ſacrum Scapulare, ſignum ac pignus ſui amoris, ſua interceſſione, ac precibus abſolutos abire faciat; cùm ubique ipſa plurimum valeat.

Gen. 38.
Abulenſ.
*Scapulare pignus amoris Mariæ ut liberentur ab igne.*

51. Quarta prærogativa ſacri Scapularis, eſt ſalus in periculis, quod multis miraculis comprobatur, ac oſtenditur, quæ referunt Theophylus Raynaudus citato libro cap 5. Doctor Ioſephus Andræas in ſuo libro, Decore 23. Magiel Daniel à S. Maria, Vinea Carmeli folio 297. n. 572. 573. 574. & 575. & fol. 317. n. 605. 606. 607. 608. 609. & multis aliis locis. De hoc multi alij Auctores multa miracula, & prodigia, Divinâ potentiâ operante, ediderunt. Virga Moyſis, Manna cadens de cœlo & Arca fœderis Domini divinitus fuere conceſſa: ſed hæc fuerunt pro uno populo: At ſacrum Scapulare, pro omnibus gentibus, & populis: Illa miracula ediderunt, pro certo & determinato tempore; at Marianum Scapulare per omne tempus, uſque a finem ſæculi: Illa prodigia in hoc ſæculo; at Virginis Scapulare, in hoc ſæculo, & futuro. Ecce quot & quantis prærogativis Sacratiſſima Virgo Maria ſuum Carmelitanum Ordinem, ejuſque ſacrum Scapulare nobilitat.

Raynaud.
Joſeph And
Magiel.



## QUÆSTIO X.

### *De ſacro nomine Virginis Mariæ de Monte-Carmeli.*

MAgno, & alto afflatu Sacratiſſima Deipara dicitur Domina, ac Regina Carmeli; eam in hoc ſacro nomine, alia Virginis nomina tanquam in epilogo continentur ac habentur. Dicitur Domina puritatis: *Sicut Roſa in Iericho*: Dicitur Domina pietatis, ac dolorum: *Sicut Myrrha electa*: Dicitur Domina Victoriæ: *Sicut palma exaltata ſum*: Dicitur Domina Virtutum: *Sicut cinnamomum, & balſamum odorem dedi*: Dicitur Domina charitatis, vel bonæ ſpei: *Ego Mater pulchræ dilectionis, agnitionis, & ſanctæ ſpei*: Quæ omnia continentur cum Regina Carmeli: Dicitur de ea: *Datus eſt ei decor Carmeli*: Iſa. 35. n. 2. In ipſo decore Carmeli omnia clauduntur, continentur: Hinc ipſe Iſaias, ut explicant Lyranus, Hugo, Sanchez, ait cap. 32. n. 16. *Habitabit in ſolitudine judicium & juſtitia in Carmelo ſedebit*: Iuſtitia innuit omnem virtutem, probitatem, ac perfectionem, & ſedebit, tanquam ibi faciens ſuam moram, & habitationem. 52.

*Varia nomina Virginis in nomine Montis Carmeli continentur.*
Iſai. 35.
Lyran.
Hugo.
Sanchez.
Iſai 32.

Miro & admirabili modo ornavit Deus Pontificem antiquum, & inter cætera mandavit, in capite ſupra Tiaram, iſta: *Facies & laminam de auro puriſſimo: in qua ſculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.*: Exod. 28. n 36. Et quodnam erat illud nomen Dei ibi ſcriptum? Communiter docent Sancti Patres, & Auctores D. Hieron. D. Auguſt. Beda, Petrus Damian. Ioſephus Philo & alij, quos citat Didacus de Caſtillo de Veſtibus Aaronis ad citatum Verſ. q. 26 Quod erat illud nomen à Græcis dictum *Tetragrammaton*; ab Hebræis, *Iehovah*: cùm multa ſint Dei nomina, Eloin, Adonaï, qui ſum. Dominus exercituum; cur potiùs hoc nomen *Tetragrammaton*, ſuper tiaram collocatur, quàm quodcunque aliud? Accipe ex Beda, & aliis; quod hoc nomen, *Tetragrammaton*; erat nomen quatuor literarum; tres primæ literæ ſignificant tres Divinas Perſonas, & quarta litera, earum unitatem in una eſſentia; ut hoc nomen diceret omnem perfectionem, ac excellentiam Divinarum Perſonarum in unitate unius eſſentiæ; indeque omnes perfectiones Divinæ attributales, quæ per alia nomina partiatim denotabantur, ad hoc unum, veluti ad compendium reducebantur; & ideo ut illuſtrius cæteris in ſublimiori, ac excelſiori loco fulgebat, ac radicabat. Cum ergo in hoc nomine 53.

Exop. 28.
D Hieron
D. Auguſt.
Beda
Damian.
Ioſephus.
Philo.
Caſtillo.
*In nomine Tetragrammaton omnia nomina continebantur.*

regina Carmeli, *cui datus eſt decor Carmeli*, cætera ejus nomina veluti recapitulentur; inde præ cæteris excelſns, ac ſublimiùs eminet.

54. Iſai. 35. Pſal. 92. D Bernard. Arnoldus D. Ambroſ. Lorin.

Dicitur de ſanctiſſima Virgine: *Datus eſt ei decor Carmeli*: Per Decorem, intelligitur omnis excellentia, magnitudo ac magnificentia ſicut illud Pſalm. 92. n. 1. *Dominus regnavit, decorem indutus eſt*. D. Bernard. Arnold. D. Ambroſius apud Lorinum dicunt, quòd ibi decor denotat omnium virtutum ſplendorem, ac totius bonitatis ornatus. Et inde communiter Sancti Patres citati legunt, Decorem induir transferunt: *ſplendorem, celſitudinem, magnificentiam*, & dicitur, quòd *Decor Carmeli*, datus ſit Viergini; quia ut exponunt D. Hieron. Carthuſian. Lyran. & alij, Carmelus erat mons fœcundiſſimus, ita ut omnibus floribus, arboribus, plantis, roſis, platanis, palmis, cinnamomo, & aliis, quæ per alios montes diſperſa habebantur, Carmelus fœcundabatur; de quo multa Ioſephus lib. 9. Antiquitatum. Vnde meritò alia nomina Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, quæ per varia ſymbola deſignantur, in decore Carmeli denotantur, ac veluti in compendio recapitulantur. De hoc plura dixi tom. 3. in Evangelia, cap. 23. q. 27. 28. 29. 30. tom. 2. in Apocalypſ. cap. 22. q. 4.

*Carmelus omnes flores & plantas producebat.*

*Lucerna accenſa non abſcondenda.*

*Luc. 11. n. 33.* Nemo lucernam accendit. & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum; ut qui ingrediuntur, lumen videant.

*VERSIONES.*

*Perſicus* Non convenit, ut quiſquam lucernam accendat, & eam occultet, aut ſub amphora, hydriave ponat; ſed in alto, aut candelabro ponat.

*Syrus.* Et in abdito ponit.

*Tertull.* Et in abſcondito proponunt.

*Æthiopic* Ut videant ſplendorẽ intrantes

*ALTER TEXTVS.*

*Matth. 5. n. 15.* Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt.

*Marc. 4. n. 21.* Et dicebat illis: Nunquid venit lucerna, ut ſub modio ponatur, aut ſub lecto? Non ne ut ſuper candelabrum ponatur.

*Luc. 8. n. 16.* Nemo autem lucernam accendens operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit, ſed ſuper candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen.

*EXPOSITIO I.*

TOta difficultas hujus rei eſt, in connectenda hac parte parabolæ cum ſuperior doctrina tradita à D. Luca in hoc cap. 11. in quo poſtquam Chriſtus D. reprehendit, & arguit Scribas, & Phariſæos calumniantes ejus miracula, quod in Beelzebub ejiceret dæmonia; & inſuper ſignum de cœlo quærebant; inde Dominus oſtendit radicem, ac originem tantæ eorum nequitiæ: *Non lucernam accendit*: Ac ſi Chriſtus dicat: Vos Phariſæi, ac Scribæ, dicitis vos habere lucernam, ſcientiam, nempe, ac cognitionem Scripturarum; *& ponitis ſub modio*: ſeu *in Abſcondito*, invidiæ, odij ac iniquarum pravitatum involucro, ut explicat Theophylactus, eam ſcilicet ſcientiam ponitis, & abſconditis, tanquam ſub modio. *Sed ſuper candelabrum*: Albertus Magn. *proprium ejus retinaculum*: Cum res ſunt in ſuo ordine proprio, ac loco, tunc optimè faciunt ſuas operationes. *Super Candelabrum*: hoc eſt, lucerna mentis in ſua propria, & ſincera intelligentia libera ab omni terreno affectu; vel ut explicant Carthuſian. Hugo. In candelabro ſunt ſeptem lucernæ, quæ ſignificant ſeptem Spiritus Sancti dona; quibus, verum lumen Chriſtus Ieſu agnoſcitur: *Vt lumen videant*, Chriſtum filium Dei, qui de ſe ait Ioan. 8. n. 12. *Ego ſum lux mundi*: & iterum *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitæ*: & iterum: *Ego ſum lux mundi*: ut qui domum Eccleſiæ ingrediuntur, lumen Chriſtum videant ut non ſe inveniant in tenebris ut exponit Caietan. Exactam expoſitionem Textûs vide tom. 2. in Evangel. cap. 11. n. 131. 132.

55 *Connexio capitis.* Theophyl. Alb. Magn. *Res in ſuo loco optimè agit ſuas functiones.* Carthuſian. Hugo. Ioan. 8. Caietan.

QUÆSTIO XI.

*Quare Chriſtus D. Hanc ſententiam de lucerna non abſcondenda tripliciter repetit?*

56. TRipliciter Chriſtus D. Hanc ſententiam repetit, ut patet ex præſenti Textu D. Lucæ, & ex textu citato D. Matthæi, ac Marci; & etiam ex textu Luc. 8. Vt inde non vereatur prædicator eandem ſententiam repetere; ſi hoc neceſſarium, vel conveniens fuerit. Sic & Ioannes Evangeliſta frequenter inter ſuos diſcipulos repetebat illam ſententiam; *Fratres diligite alterutrum.*

*Sæpè convenit multa repetere.*

57. Matth. 5. Primò; hanc ſententiam Dominus protulit, poſtquam diſcipulos ſuos in monte, lucem mundi, ſalem terræ appellavit. Tunc ſubdit Math. 5. n. 15. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio*: ſeipſum lucernam ibi intelligens, qui venit in mundum, ut poſitus in candelabro Eccleſiæ omnibus luceat, omnes illuminet per ſe, & per ſuos diſcipulos; & inde cùm ipſe ſit lucerna, ſuos dicit lumen mundi, quia lucis ſpendorem, qui in ipſo eſt, non in ſe tantùm retinuit, ſed ſuis accedentibus ad ſe communicat, ac in eos diffundit. Ait Joan. Apocalypſ. 21. n. 1. *Vidi Cœlum novum, & terram*

*Chriſtus ſua ſuis communicat.*



*terram novam.* Apparet Eccleſia tanquam cœlum novum, juxta communem ſententiam: Et in quo ſe oſtentat cœlum novum; in eo quòd in ipſa Eccleſia fulgeant multi Soles: Noſtrum commune cœlum, unam tantum habet Solem: Et quid magis novum, quàm quod multi Soles appareant in cœlo ſiquidem novum cœlum Eccleſiæ, quod eſt in Chriſto, non reducitur ad unius Solis anguſtias, ſed tot ſunt ſub Chriſto ad unius Solis anguſtias, ſed tot ſunt ſub Chriſto Soles, quot Juſti: Nam cum ipſe ſit verus *Sol juſtitiæ*: ſuos etiam facit Soles: De quibus ipſe ait: *Vos eſtis mundi lumina*: D. Gregorius Nyſſenus homil. 13. in Cantic. ait; *Non ſolùm hoc novum eſt in illo novo rerum opificio, quod magnam ſyderum multitudinem in eo condat Verbum: ſed quod etiam multi Soles ereentur, qui bonorum operum radiis Orbem illuſtrent: ſic enim ait is, qui Soles ejuſmodi condidit: fulgebunt juſti tanquam ipſe Sol.* Juſti etiam Soles ſunt.

D. Greg. Nyſſ.

68. Luc. 8. Secundò, Repetit Dominus hanc eandem ſententiam poſt explicationem parabolæ de ſemine in diverſas terræ partes cadente; tunc adjunxit hæc verba Luc. 8. numer. 16. *Nemo accendens lucernam, operit eam vaſe*, &c. ſignificans ſe eſſe lucernam accenſam, quæ omnibus lucem dat, ſermonemque ipſius, ac doctrinam tradendam eſſe bonis, & malis, in omnes ſpargendam, ac diſſeminandam, in unoque loco non coarctandam, ſed in omnes diffundendam. Sic ait Seneca de Tranquillo, cap. 2. *Magno animo nos, non unius orbis manibus concluſimus, ſed in totius orbis commercium emiſimus: Patriam nobis mundum profeſſi ſumus, ut liceret latiorem virtutibus campum dare.* Abrahamum trahit Deus à patria, & domo ſua, de quo agens D. Stephan. Actor. 7. num. 2. ait: *Deus gloriæ apparuit Patri noſtro Abrahæ*, &c. Magno fundamento Sanctus Levita hic Dominum Deum gloriæ appellat, ut oſtendat, Caïetano Authore, Deum hic ſe maximè glorioſum oſtendiſſe; cùm ei mandat: *Egredere de terra tua.* Geneſ. 12. numer. 1. Et quonam conſilio? Abrahamus erat præclara & magna lux illius ſæculi, ut teſtatur de eo D. Auguſtinus de Civitate Dei. Noluit ergo Deus, ut tanta illa lux clauderetur ſub modio Chaldaïcæ gentis; ſed ut in varias partes lux illa diffunderetur. D. Chryſoſtomus homil. 32. ait: *Quaſi luminare quoddam, hominem, qui in Chaldæa latuerat illinc evocavit, ut eos qui in errorum tenebris ſedebant, ad virtutis viam introduceret.* Et tunc ſe Deum gloriæ appellat, maximè in hoc oſtendens gloriam ſuam, quia illius omnes participes facit.

*Bona cœleſtia omnibus communicanda.* Senecа. Actor. 7. Caïetan. Gen. 12. D. Auguſt. D. Chryſ.

59. Luc. 11. Tertiò, Hanc eandem ſententiam replicavit Dominus in hoc præſenti Textu Lucæ contra calumniatores, & ſigna quærentes, ut denotaretur cauſa, ac radix, à qua talia eorum dicta proveniebant, quia Phariſæorum mens lucerna erat ſub modio invidiæ, ac odii obſcurata, & obtenebrata, ut verum ſapientiæ lumen Chriſti non agnoſcerent, ſed potiùs calumniis, & opprobriis inſurgerent in eum. De Stephano dicitur Actor. 6. numer. 10. Quòd cùm eſſet plenus gratia, ac fortitudine, qui in concilio erant, *non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur.* Et tanta ſapientia, ac virtute reſplendebat, ut dicatur, quòd *intuentes eum omnes qui ſedebant in concilio, viderunt faciem ejus, tanquam faciem Angeli*: Ibidem n. 15. Et quid deinde factum, quòd ut blaſphemum eum judicant, & condemnant; *Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant eum*: Actor. 7. num. 58.

Actor. 6. Actor. 7.

60. In quo multa altâ indagine veniunt inquirenda: Si facies Stephani radiabat tanquam facies Angeli Dei, quomodo eum damnant ad mortem tanquam ſi haberet diaboli vultum Deum blaſphemantis; nam blaſphemans Diaboli membrum eſt; odium, & invidia, qua Judæi ardebant in eum, ſic radiantem faciem Angeli abſcondebat, ut tanquam in diaboli apparentiam blaſphemantis tranſmutaret in eorum oculis; *Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur.* Sapientia, & ſpiritu quo erat plenus, eos apertè convincebat ex Scripturis, miraculis, & ſignis, ac aliis notis, demonſtrans Chriſtum Jeſum eſſe verum Meſſiam, ac orbis Salvatorem: Quid deinde, cùm ex tanta ſapientia eſſent convicti, nunquid errorem ſuum deponebant, & veritatem agnoſcebant? Minimè. Sed tunc magis in ſuo errore obfirmati, & mente eorum invidia obcæcata, ac obtenebrata, falſos teſtes convocant, ut eum ad mortem trahant. D. Chryſoſtom. homil. 15. in Acta, ait: *Per ſigna in invidiam non ſolùm moventur, ſed quoniam legis cognitione, ſuperior erat, illiſque intolerabilis, falſos quoque teſtes conſtituunt*: Et magis ad litem, *Lapidabant eum*: Si Stephanus tantum gloriabatur de Chriſto crucifixo, cur etiam ſimili crucis morte eum non afficiunt, ſed lapidibus jactis eum interficiunt? Sic ſuâ perfidiâ pertinaces, ac excœcati, obdurati ſunt, & ideo ejus faciem reſplendentem veluti Angeli Dei, ejuſque doctrinam, tanquam lucernam accenſam fulgurantem obſcurare, & lapidibus opprimere ſategerunt, ut acervo lapidum ſuper eum congeſto, tanquam ſub modio tantam lucem, ac ſplendorem abſconderent, & occultarent, ut à nemine videretur.

*Odium, & invidia Angelum facit videri diabolum.* *Odium nulli evidentiæ acquieſcit.* D. Chryſ. *Sapientia Stephani fulgens intenditur obſcurari, & occultari.*

QUÆSTIO XII.

*Quid hic per lucernam intelligatur?*

61. VAriæ ſunt in hac re Patrum ſententiæ, quæ hic ſunt apponendæ, & examinandæ. Primò D. Ambroſius lib. 7. in Lucam ait: *Lucerna fides eſt, juxta quod ſcriptum eſt: lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine. Verbum Dei, fides noſtra eſt; lucerna autem lucere non poteſt, niſi aliunde lumen acceperit; unde, & virtus noſtræ mentis, & ſenſus accenditur, ut drachma illa poſſit, quæ perierat reperiri. Nemo ergo fidem ſub lege conſtituat.* In quibus S. Doctor duo videtur ſignificare. Primo, quòd lucerna mentis noſtræ ſit fides, quæ accenditur, & manifeſtatur lumine bonorum operum; nam fides ſine operibus abſcondita, & mortua eſt; & etiam docet S. Pater, quòd hæc fides non ſit ponenda ſub modio, id eſt, non ſit coarctanda lege illa veteri; ſed quòd ſit transferenda ad Eccleſiam, ac Evangelium, ut cuncti Eccleſiam ingredientes verum lumen Chriſti videant: tamen licèt hæc ſententia apta ſit ad mores,

D. Ambroſ. *Fides ſine operibus mortua.*

non tamen exactè explicat ſenſum hujus parabolæ, & connexionem cum ſuperioribus de ſigno Jonæ.

62. Beda.

Secundò, Beda ait: *De ſe ipſo Dominus hic loquitur, oſtendens, etſi ſuprà dixerit nullum generationi nequam, niſi ſignum Jonæ Prophetæ dandum: nequaquam tamen lucis ſuæ claritatem fidelibus occultandam. Ipſe quidem lucernam accendit; qui teſtam humanæ naturæ flamma ſuæ Divinitatis implevit, quam profectò lucernam, nec credentibus abſcondere, nec modio ſupponere, hoc eſt, ſub menſura legis includere, vel intra unius Judææ gentis terminos voluit cohibere: ſed ſupra candelabrum poſuit, id eſt, Eccleſiam; quia in noſtris frontibus fidem ſuæ Incarnationis affigit.*

*Chriſti paſſio efficaciſſima ad trahenda corda.*

Chriſtus D. altâ ſuâ ſapientiâ res diſponit, & ordinat juxta uniuſcujuſque capacitatem, *generationi nequam:* ac incredulis dat ſignum Jonæ prophetæ, ſcilicet, ſuæ paſſionis, ac mortis, quæ efficaciſſima eſt ad ſubjicienda humana corda; Sic ipſe dixit. *Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum*: Joan. 12. num. 32. At verò fidelibus, utpote majoribus, ac capacioribus dat lucem altiſſimorum myſteriorum, ſuæ nempe Incarnationis, ac unionis Divinitatis cum humana natura; ac aliorum myſteriorum; majora dantur majoribus, minora verò minoribus juxta uniuſcujuſque capacitatem dona, ac talenta diſtribuuntur. Sic Judæis paſtoribus fidelibus datur illuſtriſſimum ſignum, Angelus magno ſplendore fulgens, ac nitens, Chriſti nativitatem ore, ac ſermone annuntians, *Natus eſt vobis Salvator*: Luc. 2. num. 11. Magis verò, utpote, gentilibus, inferiùs ſignum, ſydus, nempe, tenui ſcintillans luce, Chriſtum natum ſine ſermone, ac ore annuntians; quod notat D. Gregorius Magnus homil. 10. in Evangel. & ait; *Quia videlicet Judæis tanquam ratione utentibus rationale animal, id eſt, Angelus prædicare debuit; Gentiles verò, qui ratione uti neſciebant ad cognoſcendum Dominum, non per vocem, ſed ſigna producuntur.* Hæc ſententia licèt optimè inſerviat ad mores, non tamen rectè cohæret cum ſigno Jonæ, ac cum ſuperiori data doctrina.

Joan. 11. — *Juxta uniuſcujuſque capacitatem dona diſtribuuntur à Deo* — Luc. 2. — D. Gregor. Magn.

63. Gloſ. Intel. D. Cyril. Alb. Magn. Carthuſian. Hugo.

Tertiò, Gloſſa Interlinealis D. Cyrillus Albertus Magnus, Carthuſianus, Hugo per lucernam intelligunt Chriſtum D. & ſic hi Authores connectunt hanc ſententiam cum ſuperiori parte hujus Capitis; ac ſi Chriſtus D. reddat rationem, cur iſtis infidelibus quos arguebat, non obſtantibus eorum calumniis ac perverſitatibus, ipſe non deſiſtebat prædicare, miracula facere; quia ipſe, nempe, eſt lucerna ſuccenſa, non abſcondenda, ſed lucens omnibus utpote, poſita ſuper candelabrum Eccleſiæ, nempè, ſanctæ, ad univerſorum illuminationem. Sic dicitur per Iſaïam 49. n. 6. *Ecce dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea, uſque ad extremum terræ.* Ut inde diſcamus, quòd donum creditum à Deo, non ſit à nobis abſcondendum: Sic ait Paulus 1. Corinth. 12. n. 7. *Unicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem*: Et ad Epheſ. 4. num. 11. *Dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios Evangeliſtas in ædificationem corporis Chriſti*: Hinc Dominus damnat ſervum, qui acceptum unum talentum abſcondit fodiens in terra. Matth. 25. n. 26. Maximè hanc ſententiam incommodat, quod ſecundùm eam metaphoram lucernæ, in eodem contextu, ac in omnibus partibus parabolæ non ſit accipienda in eodem ſenſu, ac eodem modo; nam in ſequenti verſu: *lucerna corporis tui eſt oculus tuus*: conveniunt omnes, quòd lucerna ibi accipiatur pro noſtra mente, ac intelligentia: Ergo in antecedenti: *Nemo lucernam accendit*; pro intelligentia, ac mente noſtra eſt accipienda, ut dixi in Expoſitione, & in præſenti tenet Toletus, ut ita ſenſus parabolæ ſit in omnibus ſuis partibus uniformis, & lucerna non accipiatur modo uno, modo altero; & ideo interpretatio data in expoſitione eſt legitima.

*Chriſtus illuminat omnem hominem* — Iſai. 49. — 1. Cor. 12. — Epheſ. 4. — Matth. 25. — *Impugnatur ſuperior ſententia, & vera apponitur.* — Toletus.

64. Hugo. *Prædicator habeat oleum vitæ.* D. Bernard.

Quartò: Moraliter Cardinalis Hugo; *Doctrina ſine vita, lucerna ſine oleo.* Prædicator eſt lucerna, qui ut luceat, & reſplendeat, debet habere oleum vitæ, ac doctrinæ: Nam ut ait D. Bernard. adductus à citato Cardinali: *Lingua magniloqua & manus otioſa, doctrina lucida, & vita tenebroſa, res eſt monſtruoſa.* Pro quo vide multa in noſtris libris verb. *Prædicator.* Quintò, Lucerna ſignificat etiam Prælatos, de quibus dicitur: *Vos eſtis lux mundi.* Lucerna ponitur in candelabro, quod conſtituitur in medio domus, ut æqualiter omnes illuminet, & æqualiter in quatuor angulos, ac in omnes lucem ſuam diffundat, ut æqualiter omnes intrantes domum, ac venientes ad ſe de ejus lumine ac luce participent, ut puro, ac ſincero affectu, omnes reſpiciat, ac amplectatur, & ne amoris affectu aliquem plus ſuſcipiat, aut odii cauſa aliquem excludat. Simon Caſſianus lib. 8. *Lucerna non ad ſe ipſam, ſed ad alios eſt creata, & omnes accedentes ad ſe indiſcriminatim illuminat*: Quod eſt optimum documentum ad omnes prælatos.

*Prælatus æqualis ad omnes.* — Simon. Caſſ.

65. Gen. 6. Græcus.

Mandavit Deus Noë Gen. 6. n. 14. *Fac tibi arcam de lignis lævigatis*; Græcè habetur: *De lignis quadratis.* Omnia ligna quæ ad arcam fabricandam eliguntur ſunt lævigata, planata, & decorticata, & quadrata cum æquali menſura ad omnes ſui partes: & cur ex talibus ædificatur arca? In tali ſtructura arcæ ſignificabatur ibi ædificatio Eccleſiæ; cujus Prælati, ſeu ligna debent eſſe planata, ac lævigata ſine cortice alicujus affectus, odii, vel amoris; & quadrata æquali menſura ad omnes ſui partes, ad omneſque ſui ſubditos. Origenes homil. 2. in Gen ait: *Ipſi, ſcilicet Prælati, ſunt, qui diverſis tentationibus, ac affectibus dolati, reſecatis omnibus vitiis, & exciſis quadratam continent vitam, & ex omni parte ad omnes libratam.*

*Prælatus æquali affectu ſit in omnes.* — Origen.

66. Sap. 18.

De ſummi Sacerdotis veſte, quia indutus ingrediebatur Sancta Sanctorum dicitur Sap. 18. n. 24. *In veſte poderis, quam habebat, totus erat Orbis terrarum*: ut ex veſte admonitus pro toto Orbe exoraret; & cur non potiùs pro ſe, vel pro ſuis, vel pro ſua civitate, vel regno, ſed potiùs pro toto orbe? De Jeremia dicitur Machab 2. c. 15. n. 14. *Hic eſt, qui multum orat pro populo, & univerſa ſancta civitate.* Cur etiam ſummus Sacerdos, ut Jeremias non orabit pro ſuo populo, & pro ſua civitate? Jeremias cùm eſſet perſona particularis poterat habere particularem affectum ut pro particulari populo, vel civitate exoraret. At Pontifex cùm ſit communis omnium Præſul, non privatim ſe agat pro

Machab. 2. c. 15. — *Prælatus non privatim ſe agat, ſed pro omnibus ſiet.*



pro uno populo, vel civitate, ſed publicè pro univerſo omnium cœtu. Philo lib. 2. de Monarch. ait. *Judæus Pontifex non ſolùm pro humano genere? verùm etiam pro naturæ partibus precatur, & gratias agit*: Ac ſi dicat Pontifex, non ſtet pro uno hominum genere, ſed pro univerſis naturæ partibus vices agat.

Philo.

## QUÆSTIO XIII.

### *Quare Dominus prohibet ne lucerna ponatur ſub modio, ſeu in abſcondito?*

67. Marc. 5. D. Chryſ.

Mandat Dominus ſuis diſcipulis: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona.* Matth. 5. n. 19. D. Chryſoſtom. homil. 5. ait: *Ad oſtenſionem nos vivere, atque gloriæ amorem jubes?* Minimè; ſed ad aliorum utilitatem, & proventum. Sicut ait Apoſtolus Roman. 13. n. 12. *Induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus*: id eſt, induamur arma lucis bonorum operum, ut eſt communis vox interpretum: *Sicut in die honeſtè*: Græcus: *Compoſitè*: ſicut ſolent homines in die compoſitè, & honeſtè ambulare, ut inde ex compoſito eorum veſtitu alij ædificentur.

Rom. 13. — *Virtus luceat ad aliorum utilitatem.* — Græcus.

68. Tertull.

Hinc rectè lux, flos dicitur. Tertullian. lib. de Patientia cap. 2. ait. *Qui florem hujus lucis, ſuper juſtos, & injuſtos, æqualiter ſpargit*: ibi ponit florem pro Sole: *Qui Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos*: Matth 5. n. 45. & in Apologetico ait: *lumina floruiſſe*: & D. Chryſoſt. homil. 10. ad Populum Antiochen. *Aſtrorum varij flores*: & rectè lux, quæ ſua pulchritudine flos eſt, ſua etiam utilitate flos ſit. Flos ſpe eſt fructus, à flore, & in flore germinatur fructum utilitas, & ex flore coagmentatur, & erumpit pomum conditum ad ſaporis gratiam, ſic & lux ſua pulchritudine flos, ſit etiam utilitate flos, qui parturiat proficuos fructus bene compoſitos ad ſaporem virtutis, ac probitatis. Dicitur Eccleſiaſt. 24. n. 23. *Flores mei fructus honoris, & honeſtatis*, id eſt, virtutis: Arabicus legit ultima verba: *& ſplendoris*: Non ſat eſt habere honoris pulchritudinem, ſed etiam requiritur utilitas ſplendoris virtutum quo alios illuminet, & dirigat, ac ducat in viam ſalutis. Appoſitè D. Ambroſius ait: *Non ſplendore tantummodo, ſed in omni utilitate, gratia lucis probatur.* Lucis decor non conſiſtit in eo tantùm, quòd luceat, ſed etiam fructus producat; ſic & lux Doctoris, ac Prælati non luceat tantùm, ſed etiam utiles fructus in aliis germinet.

Matth. 5. — D. Chryſol. — *Lux Prælati ut flos germinet fructus in aliis.* — Arabic. — D. Ambroſ.

69.

De Viris Evangelicis ait Iſaias 52. num. 7. *Quam pulchri ſuper montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem*: Quæ verba ſic legit noſter D. Cyrillus Alexander. apud Cornelium à Lapide: *Quam verni pedes Evangelizantium pacem*: In operibus, ac greſſibus magnorum virorum, ver ſimili modo exoptatur, ut enim poſt infœcundam, & inertem hyemem, fœcundum vernum tempus apparet, quod cuncta mirâ pulchritudine condecorat, arbores, plantas, campos, floribus, foliis, pomis, ac nimia viriditate exornat: ſic & viri Evangelici, non inutiles ac infructuoſi ſint in greſſibus ſuis. Quod Ver præſtat, hoc à viris ingenuis exquiritur, ut in nullo loco appareant, niſi cum magna utilitate, ac magno fructuum proventu D. Cyrillus ait: *Ver apparens in montibus. Quia efficit? ornat eos flore recenti, & ex ſterilitate fœcunditatem gignit, prout cujuſque natura fert: prolapſa hyeme, Vel pulchrum in terra oritur, & eam nutricem florum reddit, matremque pulcherrimorum fructuum facit: Cujuſmodi etiam de modis factum eſt.*

D. Cyrill. — *Magnus vir utilitatem ...* — D. Cyrill.



## QUÆSTIO XIV.

### *Quare lucerna accenſa potiùs dicatur quòd non ſit ponenda ſub modio quàm ſub quacunque alia re?*

70.

Hanc quæſtionem jam excitavi, & variis ſolutionibus reſolvi noſtro ſecundo tomo in Evangelia, cap. 11. q. 20. à num. 134. uſque ad n. 139. Et quæ ibi dixi videnda ſunt: Nunc verò doctrinæ gratia, aliqua hîc addenda. Ait Dominus, quòd lucerna non ſit ponenda ſub modio. Lucerna accenſa charitatem inflammatam in proximos ſignificat; & hæc dicitur, quòd non ſit ponenda ſub modio; qui ad menſuram eſt inventus; quia charitas non debet coarctari ſub brevi menſura; ſed ad omnes eſt extendenda. Ait Regius Vates Pſal. 118. n. 96. *Latum mandatum tuum nimis*: Et quodnam eſt hoc mandatum? Per antonomaſiam Dei mandatum; de quo in Evangelio Joan. 13. num. 34. dicitur à Domino: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem*: Dicitur *Novum*: opere peculiare Domini mandatum, & latum ad omnes ſe extendens.

*Charitas ad omnes ſe extendit, omneſque amplectitur.* — Pſalm. 118. — Joan. 13.

71. Alb. Magn.

Secundò: Albertus Magnus. *Modius, ſecundùm uſum eſt, quo ſolvitur cenſus terrarum cultarum ad cultum: Secundùm hoc ſenſus eſt, quòd prædicatio non eſt ponenda ſub pretio*: Sic ait Apoſtolus Rom 9. n. 18. *Evangelium prædicans ſine ſumptu ponam evangelium, ut non abutar poteſtate mea*: Qui enim ex prædicatione Evangelij ſumptum, ac pretium temporale quærit, abutitur officio, ac munere ſibi dato à Chriſto. Nam ut ait Clemens Alexand lib. 1. Stromat, ſub initium: Prædicator *hanc ſolam accipiat mercedem, eorum qui audiunt ſalutem*: Unde illi, qui ex fructu ſuæ prædicationis, non ſalutem animarum, ſed mercedem quærunt, maximè deplorandi ſunt. Ait Chriſtus D. ad Phariſæos: *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui circuitis mare, & aridam; ut faciatis unum proſelytum.* Matth 23. n. 15. Damnat Dominus tantùm operæ, & laboris, quod impendebant, ut unus ex gentibus ad Judaïſmum converteretur, ut nulli labori parcerent, ſed mare, & terram circuirent. Cùm hoc videretur laudabile, quia pro tunc, ac illo tempore ante Evangelium prædicatum poterat conducere ad hominis ſalutem; & hominem ad ſalutem adducere:

Rom. 9. — Clem. Alex. *Prædicator non quærat lucrum, ſed ſalutem animarum.* — Matth. 23.



Cur

Cur ergo Dominus ſuper illos *Væ* lamentationis ingeminat? quia totum laboris impendebant, non pro ſalute animarum, ſed pro lucro, & commodo, quod inde reportabant.

Chryſ.

D. Chryſoſtom. homil. 44. in Matth. ait: *Non propter gloriam Dei, ut additis cultoribus honoretur: nec propter miſericordiam. volentes ſalvare, quem dicebant: ſed propter avaritiam, ut additis in Synagoga Judæis, ſacrificiorum adderetur oblatio, aut propter vanam gloriam ut videantur.*

72. Alb. Magn.

Tertiò, Modius, ut notat citatus Albertus Magn. inſervit ad menſuram: per lucernam frequenter intelliguntur bona, ac dona data: Cur ergo prohibetur lucerna, ne ſit ſub modio, cum in donis, ac bonis habendis menſura, ac modius ſit habendus: ut bene videtur comprobari. Exod 16. n. 16. ubi mandavit Moyſes: *Colligat unuſquiſque ex eo, quantùm ſufficit ad veſcendum, gomor per ſingula capita, juxta numerum animarum veſtrarum, quæ habitant in tabernaculo ſic tolletis. Fecerunt itaque filij Iſraël, & collegerunt, alius plus, alius minùs. Et menſi ſunt ad menſuram gomór.* Sic panis ille in ſubſidium neceſſitatis dabatur, ut ſupra neceſſitatis menſuram, ne quid minimum ſuppeteret. Valde diverſimodè inventus eſt ille panis datus in deſerto quinque hominum millibus fame laborantibus, exceptis mulieribus, & pueris, ut ſcribit Joan. 6. n. 12. *Ut autèm impleti,* ſeu ſaturati, *ſunt, collegerunt, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerunt his, qui manducaverunt.* Et quænam cauſa cur illic nec minutum quid Manæ ſupra ſufficientem menſuram excedit; hîc verò poſt amplam ſaturationem tot millium hominum fragmentorum cumuli abundant? Quando illic concedebatur ſupereſſe, cur hic ſuper indigentiam tanta fragmentorum amplitudo ſupereſt? Illic per manus Moyſis panis à Deo dabatur; hîc verò à Jesu dona affluebant: Quæ à manu hominis veniunt in ſtricta; & parva menſura ſunt, quæ verò à Jeſu magnam ſuperabundantiam, ac ſuperaffluentiam ſuper omnem neceſſitatem ſecum involvunt.

Exod. 16. — Joan. 6. — *Bona mundi cum limitatione, bona Dei in ſuperabundantia.*

D. Baſil. Sel.

D. Baſilius Seleuc. Orat. 33. ſic ait: *De cœlo manna quondam Iſraëlitis dabatur; ſed quia miraculi adminiſter ſervus erat, neceſſitate quoque donum ſerviebat. Nunc autem profuſior, quàm neceſſitas poſtulaverat ſuppeditatio, Auctoris poteſtatem teſtatorem facit:*

Victor.

Ferè ſimilia habet Victor Antiochenus in c. 6. Marc. Cùm autem lucerna hæc juxta multos Patres ſignificat Chriſti lucem in Evangelio, non coarctanda, ac reſtringenda ſub brevi menſura modij, ſed ſuper candelabrum ponenda, ut luceat omnibus, qui in domo, ſeu eccleſia ejus ſunt.

73. Quartò: *Ponit eam ſub modio*: non dicitur ponit eam ſub lectulo, vel menſa, vel cathedra: nam ſub menſa, vel lectulo, etſi ex aliqua parte ſit lux abſcondita, ex alia dat ſui lucem; at quæ eſt ſub modio, undique & ex parte manet abſcondita, & obtenebrata: & lux quæ eſt data in omnium ſalutem nullo modo eſt occultanda, ſed maximè manifeſtanda, ac propalanda. Cùm meus Jesus eſſet in deſerto acceſſit Diabolus ad eum, & ait: *Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant*: Matth 4. n 3. Chriſtus Jesus venit in hunc mundum, ut ſe manifeſtaret Dei filium; cur ergo hanc manifeſtationem non dat in converſione lapidum: ſicut ſe manifeſtavit in nuptiis Cana converſione facta ex aqua in vinum, de qua ſcribit Joannes 2. n. 11. *Hoc fecit initium ſignorum Jeſus in Cana Galilææ, & manifeſtavit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli.* Cur ergo ſimiliter non manifeſtavit gloriam ſuam converſis lapidibus in panes, cùm ad hoc veniſſet in mundum? An verò noluit hoc facere, quia dæmonis erat poſtulatio? Nonne & ipſe diabolo petenti abire in porcos conceſſit? Luc 8. n. 31. Cur ergo Jeſus non annuit ad converſionem lapidum, ſicut ad converſionem aquæ? Rationem nobis indicat Textus: *Manifeſtavit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli*: Ex converſione aquæ in vinum, magnus inde proventus, multorumque fides pullulavit, at ex converſione lapidum, inde nullus proventus ſequebatur, nullaque inde utilitas ad converſionem generis humani proventura erat: Deus autem in ſuis manifeſtationibus ſemper reſpicit noſtrum commodum, noſtramque utilitatem.

Matth. 4. — Joan. 2. — Luc. 8. — *Dei manifeſtatio maximè fit ad noſtrum commodum, ac utilitatem.*

Rupertus.

Rupertus lib. 3. de Gloria, & honore filij hominis, ſic ait: *Forte putas, quod gloriam ſuam manifeſtaſſet, ſi ad ejus dictum lapides facti fuiſſent panes; ſicut in eo gloriam ſuam poſtmodum manifeſtavit, quod ad ejus nutum aqua in vinum converſa eſt; ſed non ita eſt; Ubi enim hoc fecit initium ſignorum, & ſic manifeſtavit gloriam ſuam, non gloria fuit inanis. ſed gloria cum fructu, quem videlicet fructum protinus Evangeliſta præſentat, dicens: crediderunt in eum diſcipuli ejus.*

---

## QUÆSTIO XV.

### *Quare Chriſtus ait, quod lucerna ſit ponenda in candelabro, potiùs quàm in alio inſtrumento, in quo reponitur candela?*

74. Beda. Carthuſian. Hugo. Zachar. 4.

PRimo: Beda, Carthuſianus, Hugo: *Super candelabrum*: id eſt, ſuper Eccleſiam, in qua eſt lampas, ac lucerna fidei, ac veritatis Evangelicæ; & juxta Zachariam 4. n. 2. *& ſeptem lucernæ ejus ſuper illud.* Quæ ſunt ſeptem dona Spiritus Sancti, quibus Eccleſia illuſtratur, ac fœcundatur, & in candelabro ſunt ſeptem haſtilia, quæ ſignificant ſeptem virtutes, tres Theologicas, Fidem, Spem, & Charitatem; & quatuor Cardinales, ſcilicet, Prudentiam, Juſtitiam, Fortitudinem, & Temperantiam: Et quia in candelabro ſeptem ſunt lucernæ, & ſeptem haſtilia, ideo potiùs Chriſtus D dixit candelabrum, quàm quodcunque aliud inſtrumentum ad lucernam.

*Eccleſia fulget ſeptem donis Spiritus Sancti.*

75. Alb Magn.

Secundò: Albert. Magn. ait, quòd per candelabrum in quo ſunt ſeptem lucernæ: intelliguntur Prælati ſeptem Eccleſiæ, hoc eſt Vicarius Chriſti Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & inferiorum dignitatum Prælati, ut Priores & Presbiteri ſimplices, in quorum medio



ambulat Dominus. Apocalyp. 1. n 13. Habens ſeptem ſtellas, quibus quodlibet illuminat candelabrum ad executionem officii propriæ dignitatis, & hoc ſignificatum eſt Exod. 25. n. 31. Ubi tale candelabrum ex auro mundiſſimo fieri præcipitur: candelabrum in quorum medio Deus ambulat, & habitat, eſt candelabrum, ſeu Prælatus ex auro mundiſſimo probatæ & ſanctæ vitæ; ſi vero eſt iniquæ & depravatæ conditionis non habet ſecum Deum.

*Deus habitat in Prælato puro, & ſancto.*

76. Tertiò, mandatur lucerna poni ſuper candelabrum quod in Eccleſia Dei eſt proprium illius repoſitorium, propriuſque illius locus, ut inde eluceat, & illuminet omnes, cùm res conſtituitur in ſuo proprio, ac convenienti loco; inde maxime lucet, & reſplendet, ut non tranſeat ad aliud. Ait Deus Abrahæ: *Faciam ſemen tuum, ſicut pulverem terræ*: Geneſ. 13. num. 16. Et iterum de eiſdem loquens, ait: *Suſpice cælum & numera ſtellas, ſi potes, ſic erit ſemen tuum.* Gen. 15. n. 5. Quid eſt quod filios Abrahæ modò comparat pulveri, modo ſtellis; ad eorum numeroſam multitudinem declarandam non ſat erat, quod pulveri aſſimilarentur; ad quid inſuper ſtellis? Hæc eſt differentia inter unum, & alterum, quod pulvis levi aura, ex uno loco in alterum agitatur, ac movetur, modo ad altas turres aſcendit, modo ad ima deſcendit: Ac ſtellæ per tot millia annorum tempora, ſemper fixæ, & ſtabiles in ſuo loco perſiſtunt; etſi ampla numeroſitas filiorum Abrahæ pulvere exprimeretur, minimè eorum gloria ac ſplendori, qui inde innoteſcit, quod firmi, & ſtabiles in ſuo loco conſiſterent, ne levi aura, au motu de una ſtatione ad alteram tranſirent. Quam nobilitatem in ſtellis indigitat D. Valerius homil. 1. *Tanta eſt diſciplinæ ratio; ut intra temporum metas lege conſcriptas, ita indefeſſi itineris alternis vicibus ſyderum curſus non agitetur.*

Gen. 13. — Gen. 15. — *Qui in ſuo loco, ac officio firmus ſtat maximè nobilitatur.* — D. Valerius.

77. Act. 7.

De Moyſe ait D. Stephanus Actor. 7. n. 29. *Factus eſt advena in terra Madian ubi generavit filios duos, & expletis anni, quadraginta apparuit illi in deſerto Angelus*: Apud Madianitas fuit Moyſes per ſpatium quadraginta annorum, & per totum illud, munus paſtorale exercuit; & cur homo in palatio Regio Pharaonis enutritus, & ad regnum deſtinatus, & vir magnanimo, & præclaro animo præditus ut D. Auguſt. lib. 2. contra Fauſtum Manich. cap. 22. appellat eum agrum uberem, & fertilem ad magna, & alta: cur ergo per tot tempus non dimittit ruſticam paſtoris vitam, & præclare civilia negotia ex ſacerdote ſocero ſibi ſolicitabat; ſed ita illi paſtorali muneri addictus erat, ut illud à ſe abjiceret, neceſſe fuerit à Deo compelli, ut ad Pharaonem vadat; inde celſitudo ejus animi maximè declarabatur, quod in officio ſemel ſibi aſſumpto ita fixus conſiſtebat, ut de alio ſplendidiore minimè cogitaret & inde ad tantam celſitudinem ſublevatus eſt, ut Deus Pharaonis eſſet conſtitutus. Exod. 7. num 1. & ita facies ejus radiaret, ut in illam filij Iſraël non poſſent intendere. Exod. 34 n 35 Oportunè D. Greg. Nazianz orat. 9 ait: *Ne quis igitur caput ſit, qui vix, aut manus, aut pes, aut vilius quoddam aliud corporis membrum eſt: verum quo vocatus eſt, in eo gradu quiſque maneat, etiam ſi præſtantiori dignus ſit, plus utique laudis habiturus ex eo quod præſenti gradu acquieſcit, quam ſi eum quærat, quem non capit.*

D. Auguſt. — *Qui ſe continet in ſuo munere maximè reſplendet.* — D. Gregor. Nazianz.

78. Magnis ac glorioſis nominibus, & titulis ſuper omnes ſpiritus Angelicos inſignitur ſanctus Michaël Archangelus, dicitur: *Princeps militiæ cæleſtis, Dux, ſignifer, & Præpoſitus pro animabus ſuſcipiendis*: & undè præ cæteris tot, & tantis condecoratur: In bello illo magno Angelico, quando Lucifer toto conatu affectavit Dei ſimilitudinem, ac conſcendere in montem teſtamenti, Michaël ut fidelis Dei ſervus exiit in prælium pro Domino Deo ſuo clamans. *Quis ſicut Dominus Deus noſter*: tamen ad ea quæ erant propriè Domini judicare, damnare, & imperare, non extendit manum. Ut ait Judas Apoſtolus in ſua Canonica num 9. *Non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ; ſed dixit: imperet tibi Deus*: & qui in ſua ſphæra ſervi ſe continet, & altiora Domini non ambit, nec ad illa ſe extendit, omni magnifico titulo, ac glorioſo ſplendore digniſſimus invenitur: Cùm ergo Michael inter vices ſervi ſe comprimit ne ultra progreditur, committens Deo, quæ propria illius erant maximè nobilitatur, ſpecioſiſque cognominibus nitet, & fulget. Vide ſuprà Luc. 1. quæſt. 10. n. 34.

Apoc. 12. — Judas Apoſt. — *Maximè fulget qui in ſuo officio ſe continet, & ad alia non ſe extendit.*

*Luc. 11. num. 34.* Lucerna corporis tui eſt oculus tuus; ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidũ erit; ſi autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit.

### *VERSIONES.*

*Syrus.* Si autem oculus tuus malus fuerit.

*Perſicus.* Cùm corpus tuum ſanum ſit, oculus etiam tuus lucidus eſt, ſi autem corpus tuum ægrotum, & infirmum ſit, oculus etiam tuus tenebroſus erit.

*Arabicus.* Cùm igitur oculus tuus fuerit placidus &c. at ſi fuerit iniquus.

*Æthiopic.* Et quandiu oculus tuus lucidus, tota anima tua lucida erit; & ſi oculus tuus dolore affectus: tota anima tua tenebræ erunt.

*Arias.* Si oculus tuus fuerit ſceleratus.

### *ALTER TEXTUS.*

*Matth. 6. n. 22.* Lucerna corporis tui eſt oculus tuus: ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem oculus tuus fuerit,



nequam

nequam totum corpus tuum tenebroſum erit.

## EXPOSITIO II.

79. Lucerna *corporis tui* : Præſentis textus explanationem, ac interpretationem latè explicavi ad citatum locum Matth.6. n.22. noſtro ſecundo tomo cap.16. num.78. 79. & per duas quæſtiones ſequentes quæ neceſſariò videndæ ſunt. Tamen Doctrinæ gratia, aliqua hic addenda ſunt. Et quamvis juxta Divum Auguſt. D. Gregor. Paſchaſium, & alios hîc per oculum intelligatur intentio: tamen juxta D. Chryſoſtom. Euthymium, Theophylact. D. Thomam, Janſenium, Toletum, Franciſcum Burg. ibi citatos q. 15. denotatur intellectus: quæ ſententia mihi probabilior viſa eſt: ut ibi dixi.

D. Auguſt. D. Gregor. D. Paſch. D. Chryſ. Euthym. Theophyl. D. Thomas Janſen. Tolet. Burg.

80. *Lucerna corporis tui* : Perſiſtit Dominus in eadem metaphora, de qua antea locutus fuerat: *Nemo lucernam accendit, & ponit in abſcondito* : Et id quod accidit in lucerna noſtri corporis, quæ eſt oculus: *Lucerna corporis tui eſt oculus* : Quid inde ſequitur? *ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit* : hoc eſt, ſi oculus tuus fuerit liber & expeditus abſque ullo depravato humore, ac iniqua qualitate, viſum impediente: *totum corpus tuum lucidum erit :* Omnes actiones tui corporis tam agendo, ambulando, ſedendo, ac comedendo, lucidæ, & ſplendidæ erunt, abſque ullo depravationis fuco, *Si autem nequam fuerit oculus* : vitioſo humore imbutus, ac caliginoſa qualitate infirmus, omnes actiones tui corporis erunt tenebroſæ, iniquæ, & incompoſitæ tanquam ab homine cæco.

*Explicatio Metaphoræ.*

81. Hâc metaphorâ docet nos Dominus, quid accidit in intellectu noſtro; quia ut ait Theophylactus, ita ſe habet oculus exterior ad corpus, ut ſe habet intellectus ad animam, quam hic per corpus intelligit, ut docent Gregorius, Origenes, Beda, Hugo, & alij: ſi intellectus fuerit ſimplex, rectus, & bonus abſque malo affectu odij, invidiæ, ac iniquæ doctrinæ, omnes animæ actiones lucidæ, bonæ, ſanctæ, ac juſtæ erunt; ſi verò intellectus fuerit depravatus, ac obcœcatus, omnes illius actiones turpes, & malæ erunt, tanquam qui lucernam accenſam ponit ſub modio.

Theophyl. D. Gregor. Origenes. Beda Hugo.

## QUÆSTIO XVI.

### *Quare poſtquam Chriſtus Dominus dixit, quòd lucerna ſit ponenda ſuper candelabrum adjunxit, quòd lucerna corporis noſtri ſit oculus noſter.*

82. Superiori, & antecedenti verſu dixerat Dominus, quod lucerna ponitur in candelabro, *ut qui ingrediuntur lumen videant* : & nunc addit: *lucerna corporis tui eſt oculus tuus* : Ut videas oculis corporeis, non ſufficit lucernâ domus candelabro impoſita; ſed etiam neceſſaria eſt lucerna corporis, nempe, oculus, uſque adeo, ut ſi oculus tibi fuerit cæcus, aut non ſanus, nihil videas, etiamſi ante oculos propoſita ſit lucerna domûs ardens, & lucens: Sic ut videas oculo animi, non ſufficit oblatum lumen veritatis; ſi ille animi oculus excæcatus eſt. De quibus Paulus 2. Corinth 3. n.14. ait: *Obtuſi ſunt ſenſus eorum uſque in hodiernum diem ; id ipſum velamen poſitum eſt ſuper cor eorum : cùm autem converſus fuerit ad Dominum auferetur velamen.* Secundò: Hugo ait: *Quos inſtruxit in fide, inſtruit de puritate, ac ſimplicitate operationum* : Lucerna ſuper candelabrum eſt fides, quæ illuminat totam domum Eccleſiæ: Subnectit, *lucerna corporis tui eſt oculus tuus* : ſcilicet, bonus intellectus vel bona intentio, facit ut totum corpus ſit lucidum, ac reſplendens bonis operibus; quia non ſufficit lucerna fidei, niſi adſit lux bonorum operum, quæ fulgeat, & reſplendeat in noſtris actionibus, noſtriſque oculis, membris, ac functionibus.

*Præter lucernam ad videndum requiritur potia ſana.*

2. Cor. 3.

Hugo. *Non ſufficit lucerna fidei niſi adſit lucerna bonorum operum.*

83. Moyſi *apparuit Deus* : Exod.3.n.2. *in flamma ignis de medio rubi, & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo Moyſes : Vado, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Concitato curſu ferebatur Moyſes ad videndum locum; Audit vocem Domini dicentis. *Ne appropies huc, ſolve calceamentum de pedibus tuis : locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt : Ego ſum Deus Patris tui Araham* : & ſubdit Textus num. 4. *Abſcondit Moyſes faciem ſuam, non enim audebat aſpicere contra Deum* : Quid eſt quòd Moyſes maximè avidus maturabat greſſum ad videndum rubum; jam modo ſiſtit pedem, dimittitque oculos, ne intueantur; faciemque ſuam obumbrat: Unde tam ſubdita mutatio? Ubi primum in corde ejus accenſa fuit lucerna fidei, quòd ibi latens divinitas aderat, ſtatim lucerna ipſa in omnibus corporis actionibus reſplendet; præ reverentia divinitatis non audet aſpicere, nec oculos elevare; præ humilitate abſcondit faciem ſuam, ut pote, indignus appareret; & præ timore tanquam tremebundus figit pedem, & non audet greſſum movere.

Exod. 3. *Ubi lucerna fidei eſt accenſa vere operibus manifeſtatur.*

84. Tertiò, Dicitur primo lucerna poſita ſuper candelabrum: *ut qui ingrediuntur lumen videant :* Et modo ſubjicitur: *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, ſi oculus tuus fuerit ſimplex totum corpus tuum lucidum erit* : Per lucernam poſitam ſuper Candelabrum, Beda, Carthuſianus, Albertus Magnus, Hugo, Prælatum intelligunt, & meritò ſanè; quia lucerna hæc in candelabro, non ut ſe ipſam, ſed alios illuminet; *ut qui domum ingrediuntur lumen videant* : Deinde dicitur, quod illuminat proprium corpus: *Lucernam corporis tui eſt oculus tuus : totum corpus tuum lucidum erit* : Nam bonus Prælatus priùs ſit utilis, & proficuus aliis, quam ſibi, priúſque alios illuminet, quam ſeipſum, aliorúmque commodum ſuo præponat, aliorum cura ſuam propriam antecedat, & ob alios de ſe ipſo ſit oblitus. De quo vide multa tam in hoc tomo, quàm in aliis meis verb. *Prælatus*, in Judice.

Beda. Carthuſian. Alb Magn. Hugo. *Bonus Prælatus priùs agit de ſubditis, quam de ſe.*

85. Quartò: Lucerna, quæ denotat Prælatum Miniſtrum, Doctorem, ac Sacerdotem virum probum, & juſtum, deſcribitur poſita in loco alto, & eminenti in candelabro, nempe, & ſubditur; *ſi oculus tuus fuerit ſimplex*; id eſt juxta D. Auguſt. D. Gregor. D. Paſch Bedam. ſi intentio fuerit bona, & ſimplex *totum corpus tuum lucidum erit* : juſtitia, probitate, ac ſanctitate, & non ideo tanto fulgore reſplendet, quia eſt in candelabro eminenti, & alto loco, ſed quia ſimplici intentione in Deum, ac proximum fertur; quæ recta, & bona intentio totum corpus, univerſa illius opera facit nitida, & lucida, quem nitorem habent non à loco externo, ſed à proba, ac præclara intentione.



D. Auguſt. D. Gregor. D. Paſchaſ. Beda *Homo nobilitatur non à loco externo, ſed ab animo*

86. Dicitur Jerem. 44. num.1. *Verbum Domini quod factum eſt ad Jeremiam ad omnes Judæos, qui habitant in terra Ægypti habitantes in Magdalo*: Cur non ſolum ad Jeremiam, ſed etiam ad omnes Iſraëlitas habitantes cum eo, dirigitur Dei verbum? Cùm omnis converſatio & habitatio cum Ægyptiis eſſet à Deo maximè damnabilis, unde à Domino dicitur per ipſum Prophetam cap 2 numero.18. *Quid tibi vis in via Ægypti ut bibas aquam turbidam?* Quomodo ergo tantam benignitatem habent à Deo in Ægypto? erant Jeremias, & alii Iſraëlitæ corpore in Ægypto, ſed animo Jeroſolymis habitabant, nemo autem à loco extrinſeco, ac corporeo inficitur, ſed ex animo, qui etiam in peſtiferis locis, hominem ſervat purum & ſanctum Noſter D. Cyrillus Alexandr. libro.12. in Levitic. ait: *Neque enim in locis ſancta quærenda, ſed in actibus, vita, & moribus, quæ ſi ſecundum Dominum ſint, & ſecundùm præceptum Dei habeantur; etiam ſi in domo Dei non ſis, etiam ſi in foro ſis, & quid dico in foro? etiam ſi in theatro inveniaris, verbo Dei deſerviens, in ſanctis te eſſe non dubites.*

Jerem.44.

Jerem. 2 *Non obfuſcatur homo à loco, ſed ab animo.*

D Cyr. Alex

87. Summo Sacerdoti præcipitur à lege Levitic. 21. numer 12. *Nec egrediatur de ſanctis, ne polluat ſanctuarium Domini.* Ille Pontifex ſemper erat in ſanctis, & ab illis non debebat egredi, quomodo hoc poteſt ſtare, cum ibi ei mandetur, ut non accipiat in uxorem viduam & corruptam, ſed puellam virginem; cum uxore, ac cum onere matrimonii, & cum tot, ac tantis rebus, quæ ad familiam pertinent, erit ſemper in ſanctis? Lex attendebat magis ad animi diſpoſitionem, quam ad conſiderationem ſtationis corporis; nam cùm animus ſemper eſt fixus in bono, & ab ipſo non declinat, ibi in ſanctis, ac ſanctuario eſt. Noſter D. Cyrillus citatus, prædicta verba ad Chriſtum ſummum Sacerdotem referens, ſic ait: *Qui peccat exiit de ſanctis ; & quoties, quiſque peccat, toties efficitur extra ſancta ; Chriſtus autem, qui nunquam peccavit, nunquam exiit de ſanctis, ſed & tu qui ſequeris Chriſtum, & imitator es ejus, ſi permaneas in verbo Dei, ſi in mandatis ejus exercearis, ſemper in ſanctis es ne unquam inde diſcedas.*

Levit. 21.

*Non ex loco, ſed ab animo agnoſcitur hominis ſanctitas.*

D. Cyrill.

## QUÆSTIO XVII.

### *Quare oculus dicitur lucerna corporis?*

88. Vox eſt Chriſti in præſenti, *lucerna corporis tui eſt oculus tuus* : quomodo oculus dicitur lucerna corporis? forſitan oculus illuminat, & oſtendit omnia quæ corporis ſunt: Minimè, ut patet in his quæ ſunt à tergo, vel etiam intra corpus ipſum: quomodo ergo lucerna eſt oculus? lucerna dicitur corporis, id eſt, animi latentis. Lucerna in tenebris lucet; & quod denſiſſimis tenebris tegitur, facile detegit, ſic & oculus animi abditi lucerna eſt apud Clementem Alexandrin lib 3. Pædago. cap.11. *Per oculum apparent animi* [illegible]: Quidquid ſcire velis de hominis affectibus, oculi tanquam indices oſtendunt. Nullus eſt morbus animi, qui ſeſe oculis, tanquam feneſtris non effundat. Flagrat animus inſana venere, flagrant & oculi turpi motu, ideo Moyſes appellat *oculos fornicantes*; Num.15. numer. 39 Tumet animus ſuperbia grandi; tument & oculi ſuperba majeſtate: Ex quo David ſuperbos vocat, & notat oculos: *ſuperbo oculo, & inſatiabili corde* : Pſal.110. num 5. Æſtuat ira animus, & rubro furore fervent oculi. Probat ſacer Textus de Aſſuero: *Ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet* : Eſther.15. numer. 10. Sinceritas, probitas ac integritas animi in oculos prodit; ſic dicebat Job. 29. numer. 11. *Oculus videns me teſtimonium reddebat mihi* : id eſt, quicumque me videbat teſtimonium perhibebat de mea innocentia, puritate, ac bonitate, ut eſt communis vox interpretum. Inde merito ait; Tertullianus lib. de Reſurrect. cap.15. *Volutet aliquid anima, vultus operatur indicium ; facies intentionem omnium ſpeculum eſt.*

Clem. Alex. *Oculus index animi.*

Num. 15.

Pſal. 100.

Eſther. 15.

Job. 29.

Tertull. *Oculus ſpeculum intentionum.*

89. Ait D. Magiſter in ultima cœna: *Unus ex vobis tradet me* : Joan 13. num 21. denuntiata proditione ſubdit Textus: *Aſpiciebant ad invicem diſcipuli haſitantes de quo diceret.* Certus de ſuo animo, ac voto, erat quilibet; ad quid alii in alios conjiciunt oculos? D. Auguſtin. Tractat. 61. in Joan. ait: *Ita unuſquiſque erat certus, ut incerti eſſent, & in cæteris ſinguli, & in ſingulis cæteri.* Ut ex vultu agnoſceretur proditor, ſeſe mutuo aſpectant: *ex vultu conjecturam eliciendo.* Ut advertit Salmeiron. tom. 9. Tract.10. Iniquitatem, ac malitiam, quam alit animus, ſtatim pallido, vel colore mutato in faciem effudit. Unde eſt illud Theod. placitum lib.3. Epiſt.6. *Proditur animi natura per vultum.*

Joan. 13.

D. Auguſt.

Salmeir. *Animus manifeſtatur per vultum.*

Theodor.

90. Illi duo primi fratres munera ſua obtulerunt Deo, reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; ad Caïn vero non reſpexit, nec munera ejus: Inde ipſe magno odio, ac ira concepta, *Iratus eſt vehementer Caïn, & concidit vultus ejus* : Geneſ 4. numer. 5. & cur exinde Caïn lividis, ac dejectis in terram oculis degebat? Cur non erectâ facie, ut antea ambulabat, ac de alio ſacrificio offerendo cogitabat? Sic ex illo holocauſto, æſtuabat odio in Deum

Gen. 2. *Affectus animi prodit in faciem.*

Deum, ac fratrem; in illum, qui ejus ſacrificium contempſerat, & in hunc, quem ſibi prælatum agnoverat, ut ſemper depreſſo vultu verſaretur, ne fratrem aſpiceret, ne oculos in cœlum Dei habitaculum elevaret. Tam vehementer odium totum ejus animum occupaverat, ut exinde reſiliens in faciem, ac oculos, ita vehementer eos comprimeret, ac ligaret, ut nec fratrem, nec Deum conſpiceret. Patrocinatur Oleaſter. *Ideò dimiſit vultum ne ad cœlum, ubi Deus erat, aſpiceret, à quo ſe læſum arbitrabatur*, & Rupertus lib. 4. in Geneſ. cap. 3. *Concidit vultus ejus*: Sic ait: *Videlicet ira in odium verſa pondere trabali declinavit in terram vultum ejus*: Utrumque igitur odium ſive Dei, ſive hominis totâ Caini patet in facie. Præclarè Seneca Chor. 2. in flore Oetæum intonat:

Oleaſter. Rupert. Seneca.

*Vultus loquitur; quodcumque negas.*

91\. Ob furatam benedictionem magnum furorem concepit Eſaü erga fratrem ſuum Jacob; & ait Textus Gen. 27. num. 41. *Dixit Eſaü in corde ſuo: Venient dies luctûs patris mei, & occidam fratrem meum Jacob.* Et ſtatim ſubditur num. 42. *Nuntiata ſunt hæc Rebeccæ*: Notat ſcriptor Canonicus altum, & profundum ſecretum Idumæi de Jacobo occidendo, dum ſcribit: *Dixit in corde ſuo.* Quomodo ergo hoc divulgatum, ac denuntiatum eſt, ut ad aures matris perveniret? nam dum Textus ait: *dixit in corde ſuo*: videtur denotare, quod hoc tantum abditum, & reconditum erat in corde, non verò verbis prolatum, nam hoc etiam Textus exprimeret; Unde ergo hoc deprehenſum eſt, ut tanquam certum denuntiaretur matri? infeſtus oculus, tecta, & obrugata frons, facieſque minas ſpirans ſtomachum detexit, niſi fortè aliquod verbum protulerit, ut utrumque ponderat D. Thomas, & ait: *Intelligendum eſt, quod impia ejus cogitatio, ſive per verba, ſive per ſigna forinſeca uſque Rebeccam pervenit.* Neſcit latere animi ægritudo, prodit in faciem, & ſigno tanquam dicto invenitur.

Geneſ. 27. *Ægritudo animi prodit in faciem.* D. Thomas.

## QUÆSTIO XVIII.

### *Quare dicitur, lucerna corporis eſt oculus tuus in ſingulari, cum in homine duo ſint oculi?*

92\. IN homine duo ſunt oculi; ergo videbatur potiùs dicendum lucerna corporis tui ſunt oculi tui, quàm in ſingulari, eſt oculus tuus; & ſi diceretur ſunt oculi tui videretur hoc pertinere ad majorem, ac clariorem perſpectionem, ac cognitionem totius corporis; quia ut communi proverbio dicitur: Plus vident duo oculi quàm unus: Cum ergo unus proponitur oculus; & non duo; & an Chriſtus D. vult nos habere unum tantùm oculum? Minimè.

*Ratio dubitandi.*

93\. Reſpondeo Primò; quòd dum dixit unum oculum, duos oculos ſignificari voluit; nam duo noſtri oculi ita inter ſe ſunt concordes, ut quo unus tendit, alius feratur, & inde in eis unitatem juſtorum denotari ſcribit D. Anſelm. lib. de ſimilitudinibus, cap. 63. & ait: *Omnes juſti concordia tantæ erunt; quanta ſunt in præſenti oculi noſtri: ſicut enim oculus unus, verti non poteſt, quò non vertatur & alius, ſed in eandem partem volvuntur; ſic & illa ſocietas juſtorum nihil poteſt velle diverſum, ſed eamdem ſemper voluntatem habebit.* Ex hac doctrina D. Anſelmi hanc expoſitionem deduco ad noſtrum Textum: Per oculum, qui eſt lucerna totius corporis, intelliguntur Prælati Eccleſiæ, juxta D. Gregorium, Bedam, Hugon. & alios; ideò non dicuntur oculi, ſed oculus: quia omnes Prælati Eccleſiæ debent ita inter ſe eſſe uniti, & coadunati, tanquam ſi eſſent unus ſolus animo, & ſpiritu.

*Unitas juſtorum.* D. Anſelm. D. Gregor. Beda Hugo. *Prælati habeant inter ſe unionem.*

94\. Dicitur Cant. 6. num. 7. *Sexaginta ſunt reginæ, octoginta concubinæ & adoleſcentularum non eſt numerus.* Per tam amplam, & latam hanc multitudinem intelligunt communiter ſancti Patres D. Auguſtin. D. Cyprian. D. Anſelm. Caſſiodor. & alii apud Giſlherium, & Cornelium à lapide, omnes Eccleſiæ Prælatos, per Reginas, Patriarchas, Primates, Metropolitanos; per Concubinas, Epiſcopos; per adoleſcentulas, quarum non eſt numerus; Parochos, & alios inferiores Prælatos. Tamen poſt deſcriptam tantam numeroſitatem, ſeu ut veriùs dicam, tantam multitudinem ſine numero; *Quorum non eſt numerus*, aſtruitur, *Una eſt columba mea.* Si propemodum tam dilatata, & quaſi infinita eſt illa multitudo, quomodo ſubditur, quòd *una ſit columba*? quomodo tam diverſi poterunt efficere unum corpus? Optimè ſanè corpus Eccleſiæ, quia etſi diverſi majores, & minores, ſuperiores, & inferiores in gradibus ſuis; tamen fide, veritate, charitate, ac amore debent eſſe unum D. Gregor. ait: *Multi quippe fideles, dum in idipſum intendunt, dum uno deſiderio Chriſti ſe invicem nutriunt, dum habentes cor unum, & animam unam in charitate ſe uniunt, ex multis membris unum corpus efficiunt; omnes in unitatis ſimplicitate, & unitate viventes, una columba exiſtunt, quæ ſola perfecta, & electa genitricis ſuæ dicitur.*

Cantic. 6. D. Auguſt. Cyprian. D. Anſelm. Caſſiod. Giſlher. Cornel. *Omnes Prælati præ amore ſint unum.* D. Gregor.

95\. Habetur Cantic. 4. num. 3. *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ.* Non videtur rectè ordinata oratio; genæ in facie duæ ſunt, proindeque illarum combinatio cum pluribus, & non cum uno fragmento conferenda erat. Per genas tamen, intelliguntur Confeſſores, ac Martyres, ut tenent D. Gregor. Caſſiodor. Beda, & etiam Doctores, ac Prædicatores, & Virgines, omniſque proinde Eccleſiaſtica hierarchia, & ita omnes ſub Chriſto noſtro capite ac duce, ſunt coadunati, ut non tanquam multi, ſed tanquam unum quid ſub ſuo principe, ſub uno tegmine, ſub uno gubernaculo habeantur. D. Ambroſ. lib. 3 in Hexamer. ait; *Habes in Canticis dictum; Ut cortex mali punici genæ tuæ, & infra floruit vitis, floruerunt malogranata; Eccleſia enim bonum fidei fulgorem confeſſioniſque prætendit; tot Martyrum ſanguine ſpecioſa, & quod ampliùs eſt, Chriſti cruore dotata, ſimul plurimos intra ſe fructus, uſum iſtius pomi ſub una munitione conſervans, & virtutum negotia complectens.*

Cant. 4. D. Gregor. Caſſiodor. Beda. D. Ambroſ. *Omnes Eccleſiaſtici unum.*

96\. Secundò, Per oculum, tanquam lucernam, Carthuſianus, Albertus Magnus, Hugo, & alii intelligunt Doctores, ac Prædicatores, qui

Carthuſian. Alb Magn. Hugo.



qui ſua doctrina illuminant totum corpus Eccleſiæ; inde rectè dicitur oculus in ſingulari & non oculi in plurali: nam fide, doctrinâ ac interpretatione ſacræ Scripturæ, ita debent eſſe uniti, ac ſi eſſent unus tantum. Iuxta Dei thronum apud Iſaiam 6. num. 2. ſtabant Seraphim: *Et clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus*, &c. Et ſtatim ſubditur num 5. *Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum, à voce clamantis*: Clamantes multi Seraphim erant *Alter ad alterum*: ſi multi erant à voce clamantium, dicendum videbatur, & non *à voce clamantis*: Seraphin illi, ut Author eſt Rupertus, denotabant Doctores & prædicatores, qui Dei ſecreta annuntiant, & prædicant. Inde ergo rectè licet plures eſſent in eis, una tantum vox reſonat, & auditur *à voce clamantis*: Nam prædicatores & Doctores Eccleſiaſtici licèt multi ſint, in eis tamen eſt una vox, una doctrina, unum eloquium ut pote Dei eloquium dicitur Pſ. 11. num. 7. *Eloquia Domini, eloquia caſta*: Ex Hebr. aliqui legunt: *Eloquia unius faciei*: eloquium Dei in Doctoribus Catholicis una reſplendet facie; eloquium diaboli in hæreticis multiplici induitur facie.

*Doctores, & prædicatores ſunt unum doctrina.* Iſa. 6. Rupert. Pſalm 11. Hæbræus

97\. Tertiò: dicitur *Oculus*: & non oculi, ut perfecti viri Chriſtiani, ac ſervi Dei probitas, ſimplicitas, ac ſinceritas denotetur, qui ſemper in ſuis actionibus unus eſt, unus & idem ſemper perſiſtit, ut de bono Chriſtiano aſtruit Tertullian. lib. de Corona militis cap. 13. & ait: *Nuſquam Chriſtianus aliud eſt, unum Evangelium, & idem Ieſus*: Ideſt, unus eſt Ieſus, unum eſt Evangelium, Ergo & Chriſtianus ſequens Ieſum, & Evang. unus, & quanta unitas reperitur in Evangelio, & in Chriſto Ieſu, tantam bonus Chriſtianus debet ſequi, & imitari, ita ut nullo modo dividatur in varia ſtudia, ac partiatur in diverſa, ſed tota animi contentione in ſimplicitate, ac ſinceritate in Deum feratur: Hinc valde frequenter vir juſtus in Scriptura dicitur ſimplex: Geneſ 25. num 27 Iob. 1. num. 1. Proverb. 3. num. 32. Matth 10 n. 16. Philipp 2. n. 15. & multis aliis in locis; qua ſimplicitate denotatur quantam ſinceritatem, puritatem, ac conſtantiam vir juſtus debeat habere in ſuis actionibus, ut Deo placeat.

*Iuſtus ſimplex & in ſinceritate perſiſtens.* Tertull. Gen. 25. Iob. 1. Prov. 3. Matth. 10. Philip. 2.

98\. Benedicens Iſaac filium ſuum Iacob ait illi: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*: Geneſ 27. num. 27. Cur fragrantia Iacob non confert Iſaac cum thure Sabæorum, vel aromatibus Indorum, vel unguentis Palæſtinorum; ſed cum odore agri pleni? Jacob non homo erat agreſtis, ut verſaretur per campos, ſicut Eſau; ſed domeſticus & ideo matri familiarior fratre: *Habitabat in tabernaculis*: Gen. 25 num. 27. Cur ergo Pater in illo, agri pleni odorem invenit? Aromata, ac unguenta illa fiunt ex multis mixturis; at naturalis florum agri pleni odor maxime ſimplex. Inde jam Iacob cæleſtium benedictionum fundamina eliciebat quæ in naturali quadam ſua ſimplicitate abſque ulla doli compoſitione inveniebantur, quæ ſincera ſimplicitas in agri naturali odore denotabatur. D. Ambroſ. lib. 3. Hexamer. cap. 17. ait: *Odor Iacob, odor agri pleni, ideſt naturalis, ad quid enim pleno rure ſuavius, & agri odorem terra ſimplicem, atque ſincerum; pro gratia benedictionis accipiam, quam fraus nulla compoſuit, ſed veritas indulgentiæ cæleſtis infudit.* Vbi ſimplicitas & ſinceritas apparuit, ablato fuco, ablatâque artis compoſitione & remanente tantum quod Dei gratia conceſſit: ibi benedictio cœleſtis deſcendit.

Gen. 27. Gen. 25. D. Ambroſ. *Vbi ſimplicitas ibi benedictio cæleſtis.*

99\. Quartò: *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus*: Bene dicitur oculus in ſingulari, non verò oculi in plurali; quia ſi eſſent oculi, non eſſent lucerna; ut ergo ſit lucerna debet eſſe unus oculus; tantum ad cæleſtia contemplanda non verò duo oculi, unus ad cæleſtia, alter verò ad terrena; tunc enim non eſſet lucerna ſed denſa obtenebratio. Ait Regius Vates Pſalm 138 n. 11. *Et nox illuminatio mea*: ſive ut habet Arabicus; *& nocte lux circa me*: forſitan in nocte erat illuminatio, ſeu lux illi, quia tunc vacabat contemplationi; hoc etiam ſtudium illi erat in die, ut ipſe de ſe teſtatur; *Die ac nocte meditabor in lege tua*: Quamvis hoc ita eſſet, & die meditaretur in lege Domini; tamen occupatus in rebus temporalibus regni, quodammodo erat in tenebris; ac nocte totus Deo deditus, tunc erat ei lux, ac illuminatio Lorinus ait, *Nec aberraveris, ſi nocti tribuas illuminationem, ideſt nocturno tempori contemplandi, & ſcientiam comparandi commoditatem*: In hoc ſenſu D. Bernard. ſerm. 26. in Cant. diſſerens de Gerardi fratris felici obitu circa medium noctis ait: *Nox illuminatio tua in deliciis tuis.*

Pſal. 138. Arabic. *Ille eſt in luce qui totus, & non ex dimidio ſe dat Deo.* Lorinus. D. Bernard.

100\. Vt homo placeat Deo totus eſt dandus Deo, & non ex dimidia aliqua parte: Tunc totalis ſuæ ruinæ dedit ſignum manifeſtum Samſon quando ſuæ Dalilæ dixit *Si ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris.... infirmus ero*: Iudic. 16. num. 13. Cum ille eſſet Nazareus, tota ejus Cæſaries conſecrata Deo erat eique divina virtus, ac fortitudo inerat alligata, integris ſuo capiti crinibus; quod ſecretum ipſe celans, ſeptem ſolum capillos offert; inde ut ſtatim ſubditur in textu; *Defecit anima illius, & uſque ad mortem laſſata eſt*; ibid. n. 16. & ad certum excidium mortis devenit; qui enim integram divini obſequij menſuram non ſervat, ſed partim dividit cum Deo, partim cum mundo timeat, ne partem cum Deo amittat. Ioachimus Abbas 1. p. expoſit. in Apocalypſ. ſic ait *Agere tam fortiter ut primo, & ſecundo, non poterit, quia veluti læſis crinibus ex parte illi ſpiritus, & non ex toto aſſiſtit*: Et ideo, ut innuit Ioachimus in præſenti, non tam prompte ſe expedivit, ut in aliis vicibus. Ait Regius Vates Pſalm. 72. num. 15. *Quid mihi eſt in cœlo, & a te quid volui ſuper terram?* Hebræus legit: *Tecum non volui ſocium ſuper terram*: Nam ſi tecum habuiſſem ſocium ſuper terram et omnino deperderem, & omitterem; tua enim amicitia non admittit ſocium ſuper terram. D. Gregorius Nyſſen. orat. 8. & in Cant. ait. *Qui ad ſolam illam Dei naturam viſus acumen dirigit, in cæteris omnibus cæcus eſt.*

Iudic. 16. *Non ex parte, ſed ex toto homo dandus eſt Deo.* Ioachim. Pſalm. 72. Hæbræus. D. Nyſſen.

## QUÆSTIO XIX.

*Quare oculus dicitur lucerna corporis cùm oculus indigeat lucerna ad videndum?*

101. OCulus ut videat, objectaque viſu percipiat lucerna indiget, cæleſti luce, vel lampade accenſa, quæ colores educat, & extergat aëriſque intercapedinem, quia ad viſionem ſpecies trajiciuntur, illuſtret. An ne quod exterior lucerna oculis eſt, id etiam oculus ſit toti corpori: Opportunè ſanè: lucerna per objecta ſpargitur, & in omne ſpatio in quo diffunditur, per claritatem ſuam illuſtrat: ſic & oculus quamvis ſit in capitis vertice, per omnia membra officio ſuæ claritatis diſtenditur: quaſi totum corpus oculis ſcateat, quod ab oculorum beneficio participat, Caietanus ſic difficultatem enodat. dum ait: *ſicut lucerna facit nos videre, quod facimus, quod comedimus, quo imus; ita oculus facit nos videre exercitia aliorum membrorum: hoc enim ſignificatur dicendo; lucerna corporis tui eſt oculus tuus, hoc eſt, officium lucernæ in exercitiis temporalibus gerit oculus.* En oculus quaſi comedit, ambulat, tangit, dum per claritatis ſuæ ſplendorem per organa corporea diffunditur & ſi totum corpus lucidum reſplendet, veluti ſi à lucernæ luſtraretur nitore; ſi ſemel ab oculorum lumine totum corpus lucidum fuerit; ita ut miniſterio oculorum quodlibet membrum ſuas operationes videat.

Caietan.

*Ab oculis omnia membra illuſtrantur in ſuis operationibus.*

102. Quod ut aptè fiat, ocluus cum cæteris membris cohæreat, ne oculus ad unam partem dirigatur; pes verò ad aliam tendat; à ſulphareo incendio educitur Loth & mandatur ei, ne oculos poſt tergum remittat: Gen. 19 n. 17. dicitur: *Salva animam tuam: noli reſpicere poſt tergum: ne ſtes in omni loco circa regionem, ſed in monte ſalvum te fac.* Et quod crimen erat oculos convertere ad poſteriora, ut flammeo Loth devoraretur incendio? Tantum crimen eſt, quod reſpiciat retrorſum qui flammarum crepitum audit: Sapienter ſic eſt diſpoſitum, ne à quo recedebat veſtigio, oculorum regreſſu rediret, contrariuſque moribus pes, & oculus ſe haberetur pedibus eundo ad montem oculis redeundo ad civitatem. Adurgetur Loth ut recedat: bene ergo ne accedat oculis imperatur, ne diverſa viciſſitudine corpus ab oculis diſcreper, dum aſpectu convertitur, à quo concito gradu fugit. Favet D. Chryſ. *Quoniam liberamus te ab incendiis illis, ne ultra circunſpicias poſt tergum, ne velis videre quæ illis eveniant, ſed feſtina, & longe fias, ut effugias pœnam eis infligendam*: Recole quod dicitur: *Ne tu ſimul pereas*: adjungitur: *Noli reſpicere poſt tergum.*

*Gen. 19. Oculus obæreat cum pedibus.*

D. Chryſol.

103. Et quia mulier vertit oculos in civitatem. *Verſa eſt in ſtatuam ſalis*: Gen. 19. n. 26. Quæ ſe vertit, verſa eſt; & cur potiùs in ſtatuam ſalis? quia ſtare neceſſe fuit ea, quæ contrario agebatur impulſu pede verſus montem, oculis verſus urbem, inde immobilis ſtatua fixa eſt, quæ adverſos intentaverat motus: meritò ergo tali pœna punita eſt, quæ celeriter currere noluit, jam non valet pedem movere; quod compendioſo verbo dixit Rupertus: *Pœna tali punita eſt ut obrigeſceret*: Obriguit ut ſcopulus, hæſit tanquam marmorea effigies, quæ fugam deſtitit maturare; ſed cur potiùs in ſalem, quam in alteram rem verſa eſt? Sal in ignem injectus, ſalit in oculos ſpectantium, ſuoque crepitu, à flammis excuſſus verberat intuentium oculos. O fœmina, oculos in ignem dediſti, quaſi tanquam ſalem in ignem projeciſti, qui in oculos tuos proſiliret, qui te cæcam efficeret, ac in naturam ſalis, tranſmutaret! Sed cur pedes, manu, brachia in ſalem convertuntur? Alto Dei judicio oculi tranſmutantur in ſalem, ſic & manus, & pedes & quidquid corporis eſt, ab oculorum conditione non diſcrepat, ſed æqualem ſortitum eſt fortunam cum eis. Obiter nota: Qui partitur inter Deum, & mundum, & partim tendit ad montem Dei, partim ad civitatem mundi, rigidè punitur. Vide ſupra n. 80. 81.

Gen. 19.

Rupertus.

*Qui contrarios habet motus rigidè punitur.*

*Qui dividitur inter Deum, & mundum punitur.*

O præclarum cunctis Principibus documentum! Oculus etſi in alto corporis faſtigio prælucet, ſuæ claritatis indole per omnia dilatatur; ac ſi totum corpus oculis ſit plenum, tanquam ſi pes, manu, brachia, crura in ſuis functionibus oculos haberent; Sic & princeps, ac Prælatus, quamvis in alto vertice ſit; t men claritas ſuæ luci, ac beneficentiæ, ſic omnes ſuos ſubditos illuſtret, ac illuminet, ut illos rectè dirigat, adjuvet, ac foveat, ut juxta uniuſcujuſque exigentiam oculorum, pedum officium præſter. Sic diceba Iob. 29. n. 15. *Oculus fui cæco, & pes claudo: Pater eram pauperum* Omnibus meis inferioribus, prout eorum neceſſitas poſtulaverat, aderam mea luce. Cæco ignoranti, nempe, adjuvabam mea doctrina oſtendens viam ſalutis: ita illi eram tanquam oculus. Claudo jacenti, nempe, in peccatis, nolenti ambulare per viam ſalutis tanquam arduam, eram pes, ut documentis, ac monitis promoverem: *Pater eram pauperum*: Deum dicitur Pater, eximius amor ſignificatur, quo Pater filios in ſinu portat, taliter ſe ipſe habebat, erga deſtitutos, ac dejectos. Gloſſa Ordinaria ait: *Beatus Iob illis per ſemetipſum manum præbuerat; cæco prædicando illuminat; claudum opitulado ſuſtentat: Cœcus quippe eſt, qui adhuc, quò pergat, non videt, claudus eſt, qui non poteſt ire quò videt; Pater pauperum ſpiritu, ejus prædicatione generando.* 104.

Iob 29.

*Princeps juxta uniuſcujuſque indigentiam ſuos illuſtret.*

Gloſſ Ord

Vidit populus Davidem aliquando diſcrimini in bello obnoxium, inde ſeſe nexu juriſjurandi obligavit, ne unquam Regem ſuum in acie prodire pateretur, ne totius populi extingueretur lumen, ac ſplendor. Tunc juraverunt viri David dicentes: *Iam non egredieris nobiſcum in bellum, ne extinguas lucernam Iſraël*: 2. Reg. 21. n. 17 Erat bonus rex cunctis lucerna ſeu, ut alij legunt, *lux*, ſuâ doctrinâ, ſuâ prudentiâ, gubernatione, ac beneficentiâ. Gaſpar Sanchez optimè ſic explicat. *Illud porro, extinguere lucernam, nihil eſt aliud quàm quod erat regni totius lux, ſplendor, quo ſublato, ſic maneret populus deformatus, & mæſtus, quomodo facies oculis effoſſis, oc mundus Sole de cœlo ſublato: utrumque enim appellatur lucerna*: & poſt pauca ſubdit: *Quare ſicut ſine Sole mundus maneret in tenebris, ſine oculis homo maneret cœcus, ruinæ proximus, ſine lege; neque pacem haberet, neque vivendi modum ſecurum, & rectum: ſic Davide ſublato, in tenebris videretur jacere populus, & à recta virtutis ſemita devius, & effrænis in præceps ruere voluntarius.* 105.

2. Reg. 25.

Sanchez.

*Rex lux regi ita ut ipſo ſublato ſit regnum, ut mundus ſine Sole.*



---

## QUÆSTIO XX.

*Quare ad hoc ut corpus ſit lucidum totum, requiritur, quòd oculus, qui eſt lucerna ejus ſit ſimplex?*

106. AIt Christus D. in præſenti: *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit*: Oculus dicitur ſimplex, id eſt, purus, mundus, nullo malo humore infectus, nec obſcuratus, quod de recta, ac bona intentione exponunt D. Auguſt. Gregorius, D. Paſchaſius, & alij ſupra dati. Si ergo intentionis oculus fuerit ſimplex, rectus, ac bene ordinatus: *totum corpus tuum lucidum erit*: Oculus orbiculus valde exiguus eſt: tamen toti corpori lumen præbet; cùm oculus purus eſt, totius omnino corporis oculus eſſe videtur; omnia enim membra ad fungendas ſuas actiones per oculum vident, ut ſatis explicatum; & inde meritò aſtruunt Expoſitores, quod lucidum, ſeu oculatum erit, ſi oculus intentionis fuerit ſimplex, & bonus. Aptè Beda hic: *Totum corpus noſtrum, omnia opera noſtra dicit*: Scilicet, omnia opera noſtra, quamvis valdè perfecta præclara, ac ſublimia, omnemque ſanctitatis ſpeciem exprimere, ac afflare videantur, corpus ſunt; hujus autem corporis anima, & ſpiritus mentis intentio eſt, ſeu rectæ intentionis oculus. Nam ſicut omnis animatio corporis eſt ab anima; & ſi anima deſcendit, corpus eſt emortuum: ſic omnis vigor noſtrarum operationum, ac facultatum in re virtutis à recta intentione, tanquam ab anima eſt, quæ deſit, omne virtutis opus exanime eſt, & cadaver fit.

D. Auguſt.
D. Gregor.
D. Paſch.

Beda.
*Virgo noſtrarum operationum ab intentione manat.*

107. Suam dilectam laudans divinus Sponſus ait: *Venter tuus ſicut acervus tritici vallatus liliis*: Cantic. 7. num. 2. Multorum expoſitio eſt, quod fœcunditas per triticum, ſimul & per lilia Virginitas commendatur. Sed cur in fœcunditate exprimenda ſingulari numero uſus eſt, dicens: *Acervus tritici*? At verò cùm ad virginitatem declarandam venit, pluralis vocem interponit. *Vallatus liliis*? fæcunditas denotatur ſingulari numero, Virginitas plurali: fæcunditas conſiſtit in actu exteriori, compoſitione exteriori; at verò virginitas, præter integritatem, carnis externam, requirit animi intentionem illam ſervandi internam: Elegante Guillelm. apud Delrium ſic ait: *Non dixit vallatus lilio, ſed liliis, propter duo lilia virginitatis, unum intus in animi propoſito, alterum foris in corpore incorrupta. Porro ſine lilio interiori lilium exterius nihil eſt, quoniam ſine propoſito animi, carnis incorrupto inanis eſt.*

Cantic. 7.

*Opus externum nil valet ſine intentione.*

Guillelmus.

108. Ait Regius Vates. Pſalm. 34. num. 10. *Omnia oſſa mea dicent, quis ſimilis tibi?* Cardinalis Hugo: *Oſſa animæ dicitur intentio*: Sicut humani corporis fabrica oſſibus perexiſtit, fulcitur, ac ſuſtentatur: Sic tota fabricata ſpiritualis ædificij tota compaginatur, fulcitur, ac perſiſtit tanquam in oſſibus ſuis intentione à qua tota ejus vita deſumitur, ac dependet. D. Auguſtinus in Enchiridion, cap. 121. ait. *Omnia præcepta divina referuntur ad charitatem. Quod verò ita fit, vel timore pœnæ, vel aliquid intentione carnali, ut non referatur ad illam charitatem, quam effudit Spiritus ſanctus in cordibus noſtris; & id non fit*, id eſt, ac ſi non eſſet factum.

Pſalm. 34.
Hugo.

*Spiritualis vita ſuſtentatur in intentione veluti in oſſibus.*

D. Auguſt.

Suæ ſponſæ pulchritudinem commendat Dominus Cantic. 6. num. 6. *Sicut cortex mali punici genæ tuæ abſque eo, quod intrinſecus latet.* Splendor genarum, qui apparet laudatur, ſed tamen magis rapitur, ac afficitur, ad id quod latet intrinſecus. Et cur cùm habeat id quod ametur in genis, & quod multum mirabile, ibi alicujus intrinſeci, ac latentis meminit; Mox eſt fœminarum, ut de extrinſeco fuco adveniente genas ſuas ſplendeſcere faciant: inde Divinus ſponſus denotat, quod ille externus ſplendor, ac compoſitio, quæ in noſtris externis operibus apparet, non ſibi placeat, niſi proveniat ab intrinſeco, ac lætante affectu, qui opera noſtra nobilitat, ac condecorat. D. Paſchaſ. in Pſalm. 44. reddens rationem, cur ſponſus ut laudaret genas confugit ad id quod abdito animi abſconditur, ſic ait: *Quid in genis, quod exterius rubet, abintus naſcitur ut rubeat, ex eo quod interiùs vivit, & quod interius decidit, ab eo, quod intrinſecus eſt, vivat pulcherrimè, & reparetur*: Non enim Deus delectatur extrinſecis advenientibus compoſitionibus, niſi externus operum ſplendor, ab interiori habeat, quod fulgeat, omnis enim operum elegantia in oculis divinis ab interiori deſumitur, ſine quo idem eſt, ac ſi nihil eſſet. Vide in noſtris aliis libris in Indice. Verb. *Intentio.* 109.

Cantic. 6.

*Totus operum decor ab intentione.*

D Paſchaſ

*Luc. 11. n. 35.* Vide ergo, ne lumen, quod in te eſt tenebræ ſint.

### *VERSIONES.*

*Syrus.* Cave ergo, ne lumen.
*Arabicus.* Animadverte, ne lumen.
*Aliqui codices.* Conſidera, num lumen tuum.
*Perſicus.* Ne illud lumen, quod in corpore tuo eſt, tenebroſum fiat.
*Æthiopicus.* Cavete igitur, lumen veſtrum tenebræ ne ſit.

### *ALTER TEXTUS.*

*Matth. 6. n. 23.* Si ergo lumen, quod in te eſt tenebræ ſunt ipſæ tenebræ quantæ erunt?

### *EXPOSITIO III.*

VIDE ergo, ſeu ut alij legunt: *Animadverte*, ſeu, *Conſidera*, res magnas, magnique

*Res magnæ conſideratione diſponenda.* Epheſ. 4.

ponderis profundo, & alto examine ordinanda, ac penſanda eſt. Unde ait Apoſtolus ad Epheſios 4. num. 25. *Videte quomodo caute ambulet is*: Et quid eſt quod tantum conſiderationis pondus tantumque examen requiritis. *Ne lumen quod in te eſt tenebræ ſint*: Quæ de intentione interpretantur nec noſtra intentio quæ, eſt lucerna, in noſtris operibus obſcuretur, dum à debito fine deviat; quia tunc omnia noſtra opera obſcurantur, ac deperduntur, ut dixi ſuperiori quæſtione, ex intentione prava.

111\. Toletus. Lumen in præſenti ſumitur pro oculo, ut notat Toletus, de quo ſuperiùs, dixerat: *lucerna corporis tui eſt oculus tuus*: per oculum autem, ut ibi diximus intelligitur, intellectus, de quo hîc agitur; qui frequenter dicitur lumen: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*: Pſalm. 4. num. 7. ipſe nos illuminat, dirigit, ac facit cuncta videre: Unde ergo ne hoc lumen vertatur in tenebras erroris, ignorantiæ, ac infidelitatis, quia tunc tantæ tenebræ erunt ut non valeant explicari, quod denotat D. Matth. dum ait: Ipſæ tenebræ, quantæ erunt.

*Pſalm. 4. Si lumen vertitur in tenebras, tenebræ multæ erunt.*

---

## QUÆSTIO XXI.

### *Quare tam vehementer commendatur, ne lumen vertatur, in tenebras?*

112\. Carthuſian. UT rectè hîc explicat Dionyſius Carthuſianus, tunc lumen noſtri intellectus, ſeu affectus intentionis ſit perverſus,, & obſcuratur quando opera noſtra ad debitum finem non ordinantur, nec diriguntur ad gloriam Dei, & honorem, beatitudinemque æternam, ſed ad carnales delicias, corporaleſque divitias, ac temporales hujus vitæ honores, vel ad aliquid Deo contrarium. Hinc maximè hortatur nos Apoſtolus ad Coloſſ. 3. n. 17. *Omne quodcumque facitis, in verbo, aut opere, omnia in nomine Jeſu Chriſti gratias agentes; Deo, & Patri per ipſum.* In nomine Jeſu, id eſt, in doctrina Chriſti.

*Tunc intellectus obſcuratur cum opera non diriguntur ad bonum finem.* Coloſſen. 3.

113\. Dicitur in Textu; *Vide*, ſeu ut alij legunt: *Cave ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint*: Et quæ major miſeria, quam quod lumen vertatur in tenebras, & quod illi, qui in luce ſunt, ambulans in tenebris, & ſub luce tenebras habeant? Ait David Pſalm. 57. num. 9. *Super eas cecidit ignis, & non viderunt ſolem*: Ignis illuminat tanquam lucerna, & facit videre, & quæ magis deploranda miſeria quam quod ita intellectus obtenebreſcat, ac caligine ſit repletus, ſub luce, ac ſplendore non videat ſolem, nec fulgentes illius radios. D. Gregor. l. 9. Moralium, c. 38. ſic ait: *Ignis enim ſuper impios cadit, ſed ſol igne cadente non cernitur, quia illos, quos gehennæ flamma devorat, à viſione veri luminis cæcat.*

*Extrema miſeria, ſub luce ambulare in tenebris.* D. Gregor.

114\. Secundo dicitur: *Cave, ne lumen, quod in te eſt tenebræ ſint*: Et quod malum magis cavendum, quam quòd lux ſint tenebræ, Lux nos dirigit, ac ducit ad ſalutem, tenebræ nos errare faciunt, & ab illa deviant; & quod magis cavendum, quam tam lamentabile malum quàm quod id, quod datum eſt ad ſalutem, & vitam, vertatur in damnum, ac interitum. Mandavit Deus olim in lege. *Non coques hædum in lacte matris ſuæ*: Exod. 23. num. 19. Non prohibetur coqui in lacte alterius ovis, ſed tantùm *matris ſuæ*: magnam ſpeciem crudelitatis videtur per ſe ferre, ut id, quod erat datum, & inſtitutum à natura in nutrimentum, verteretur in interitum, ac conſumptionem occiſi, D. Thomas 1. 2. quæſt. 1. quæſt. 102. artic 6. ad 4. ait: *Et ſi agnus occiſus non ſentiat, qualiter carnes ejus coquantur, tamen in animo decoquentis ad quamdam crudelitatem pertinere videtur; ſi lac matris, quod datum eſt ei pro nutrimento adhibeatur ad conſumptionem ipſius.*

Exod. 23. *Summa crudelitas, ut id quod datum eſt ad vitam ſit ad mortem.* D. Thom.

Chriſtus D. omnium Magiſter, ut homines deterreret, ac amoveret ab ſcandalo parvulorum: *Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris*: Matth. 18. num. 6. Cur, quæſo molaris potiùs lapidis meminit, quàm ulteriùs; ita enim ille mergeretur, cujuſvis lapidis pondere, quàm molaris: nam ad ſubmergendum totum negotium facit lapidis pondus; ſed cur potiùs lapis molaris, quàm alter lapis alligatur collo ſcandalizantis puſillum? Sanè ut in hujus lapidis genere ſcandalizatus durè, & acerbè promeretur? molaris enim terit triticum, à polline furfurem ſecernit, ut panis ad alimentum vitæ fiat: igitur ad duram ſcandalizantis mortem miniſter trahitur, qui trahi debebat ad vitam, & qui miniſtrabat inſtrumentum ad vitam, ſerviat in inſtrumentum ad mortem: idcirco ei ad collum molaris lapis alligatur, ut ſit cauſa mortis, qui inſerviebat ad miniſterium vitæ; acumen eſt D. Petri Chryſologi ſerm. 27. ponderans prædicta verba Matthæi, & ait: *Quare non lapis, ſed lapis molaris; quia lapis molaris dum triticum terit, dum farinam fundit à polline furfurum dum ſecernit, ponam piè laborantibus ſubminiſtrat: bene ergo qui elegit miniſter ſcandali magis eſſe, quam pacis ad collum alligatur lapis molaris, ut hoc illum ad mortem trahat quod illum trahere debuiſſet ad vitam.* Vide tom. 4. cap. 30. quæſt. 7. num. 39. & cap. 7. Apocalypſ. q. 29. num. 250. 115.

Matth. 18. *Valde durum, ut vita inſtrumentum ſit mortis cauſa.* Chryſol.

*Luc* 11. *num.* 36. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum; & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

### *VERSIONES.*

*Perſicus.* Et tenebrarum in eo veſtigium non manſerit omne membrum lumen dabit, & veluti lucerna, tibi lucebit.

*Æthiopicus.*



*Æthiopic.* Etſi tota anima tua lux fuerit, non habens aliquid tenebrarum.

*Syrus.* Et non ſit pars in eo tenebroſa &c. ſicut lucerna cùm ardet, illuminabit te.

*Syrus Alter.* Quæ ſuos ſplendore te illuſtrat.

*Arabicus.* Quemadmodum lucerna ſplendet tibi.

*Alij apud Bibliam Maxim.* ergo oculus tuus fuerit lucidus.

### *EXPOSITIO IV.*

115\. SI *ergo*: Hæc eſt concluſio, ac terminatio totius ſimilitudinis, ac metaphoræ: *Totum corpus tuum lucidum fuerit*: non ſumitur hîc corpus præcisè, ne ſit taurologia, ac futilis rei repertio? & ideo duplex eſt hujus rei explicatio. Primò Toletus, & Cornelius à lapide, ſi corpus tuum, hoc eſt, ſi oculus ut prima, & nobiliſſima pars corporis, ideſt oculus, ſub quod intelligitur intellectus, lucidus fuerit, fiet, ut per eum totum corpus illuſtretur, fierque totum lucidum. Et confirmatur hæc expoſitio, quia juxta radicem Græcam, pro corpore legendum eſt, oculus. Secundò, aliter explicant Maldonatus, Menochius; ut in præſenti ſumatur corpus totum abſolutè, hoc eſt, quidquid homo habet in corpore vel circa corpus, id eſt, totus homo lucidus; *Non habens aliquam partem tenebrarum* vitij; nempe, vel peccati; ut ait Carthuſian. erit lucidum totum, ſecundum omnes ſuas potentias cum ſuis actibus, ac operibus ab eis producentibus: & ideo hæc intelligentia, mihi magis placet, quia hoc eſt animo fixum, ut quantum fieri poteſt, lectio noſtræ Vulgatæ retineatur. *Et ſicut lucerna fulgoris illuminabit te*, id eſt, valde inclitè decorabit animam tuam, quia tantis bonis pulchra, ac fulgida erit coram Deo. Lyran. *illuminabit te in hac vita per gratiam, in altera per gloriam.*

Toletus, Cornel. Maldonat. Menoch. Carthuſian. Lyran.

---

## QUÆSTIO XXII.

### *Quare dicitur, quod ſi corpus tuum lucidum fuerit, erit lucidum totum, ſcilicet ex omni parte?*

116\. SEnſum literalem, jam dixi in Expoſitione; proinde idem valet, ac dicere: ſi anima tua, ſi intellectus fuerit in ſe lucidus divinâ virtute: & iterum dicitur: *Erit lucidum totum*: in omnibus ſuis actibus: ac operationibus externis, ita ut virtus, quæ in intimo animo latet, prodeat in actibus externis. De illa forti muliere maximè decantata. Prov. 31. num. 13. dicitur. *Quæſivit lanam & linum, & operata eſt conſilium manuum ſuarum,* Maximè notandum ad quid mulier ſit *operata lanam & linum*: cùm tamen frequenter mulieres occupatione ſua circa linum verſentur, ſicut & homines ſæpiſſime circa lanam: hæc autem famoſa mulier æquali ſtudio in utroque erat dedita: nam quemadmodum linum ad internum amictum ſpectat; ſic & lana ad externum: pulchra anima ad linum, & lanam extenditur, prudens anima, ita de intima cordis gratia eſt ſolicita, ut ſimul de externorum actuum elegantia invigilet, ut ita amico fœdere ſimul connectatur interna puritas, cum externa operationum pulchritudine, qua nitet, & fulget: D. Auguſtinus ſerm. 317. de tempore eleganter ait: *Invenies dicentem tibi: Sufficit mihi conſcientia mea, Deum colo, Deum adoro; quid mihi opus eſt ad Eccleſiam ire, aut viſibiliter Chriſtianis miſceri? linum vult habere ſine lana, non novit, neque commendat talia opera mulier iſta. Invenit hæc mulier lanam & linum, & fecit utile.* Ut facias vide documentum accipe ab hac muliere, quæ invenit lanam, & linum; hoc eſt, opus internum, & externum.

Prov. 31. *Virtus debet reſplendere interiùs, & exteriùs.* D. Auguſt.

117\. Poſt reſurrectionem ſtetit Jeſus in medio diſcipulorum ſuorum: *Et inſufflavit: & dixit eis, accipite Spiritum ſanctum*: Joan. 20. num. 22. & tamen. Luc. 24. num. 49. mandat illis: *Vos autem ſedete in civitate, donec induamini virtute ex alto*: Si jam datus erat Spiritus ſanctus, cur autem eis præcipitur, ut in civitate permaneat, donec virtute ſupervenientis ſpiritus induantur; ſi jam ipſum Spiritum ſanctum acceperant? acceperant jam Spiritum ſanctum intus in corde, non tamen exteriùs manifeſtabatur; & ideo mandantur ſedere in civitate, & ab illa non exite, donec gratia Divini Spiritus, repleanturque exteriùs tanquam veſtimentum in omnium oculis appareat per miracula, & opera; quia tunc virtus eſſet integra, & completa ex omni parte interius, & exterius. D. Cyrillus Hieroſolymit. Catecheſ. 17. ait. *Interea accipite gratiam, deinceps autem accipietis abundantiorem. Vos ſedete in civitate donec induamini virtute ex alto: Nunc accipite ex parte, tunc accipietis perfectè: nam ille qui ſuſcipit perſæpè habet id ex parte: qui autem veſte induitur, undique illa circundatum.* Tunc virtus accipitur ex parte, quando eſt in interiori; tunc verò perfectè, & ex toto, quando ſe habet tanquam veſtimentum, quod interiùs tegit, & exteriùs in omnium oculis prodit, & ſe manifeſtat.

Ioan. 20. Luc. 24. *Virtus perfecta nitet interiùs, & exteriùs.* D. Cyrill. Hieroſol.

118\. Zacharias Joannis Pater ſuæ infidelitatis pœnas ſuſtinuit manens mutus; tamen octavo die, cum tunc in circumciſione nomen eſſet imponendus, poſtulans pugillarem ſcripſit? *Joannes eſt nomen ejus*: Luc. 1. num. 63. Primo nativitatis die, puerum natum vidit, in quo multa, & magna mirabilia relucebant; tunc ſine dubio credidit, cur tunc non eſt ſolutum vinculum oris ejus; ſed modo octavo die, quando manu ſumptâ pennâ ſcribit. *Joannes eſt nomen ejus*; Cùm tamen pœna eſſet impoſita uſque ad diem natalitium: *Non poteris loqui uſque in diem nativitatis ejus.* Cur ergo in octavo die quando ſcripſit manu? Scilicet jam ſedes cùm eſſet in mente, quandiu non relucebat opere, & manu, miracula non operatur, nec muto redditur vox, quod veniſſe

Luc. 1. *Fides relucet in opere mirabilia operatur.*

D. Paulin. cecinit D. Paulinus in carmine de Joāne Baptiſta

—— *Quia dextera notavit.*
*Quod mens crediderat, peccati pœna remiſſa eſt.*

Fides mente retenta miracula non edit, ſed dum manu, ac opere in publicum prodit.

## QUÆSTIO XXIII.

*Quare non ſolùm dicitur quòd corpus erit lucidum totum, ſed inſuper additur, nec aliquam partem habens tenebrarum.*

119. SAtis videbatur dicere: *Et corpus tuum totum lucidum erit*: ad quid ulteriùs additur *Non habens partem aliquam tenebrarum*: ſeu Arabic. ut legit Arabicus: *& non ſi pars in eo tenebroſa*: nempe, vitij, & peccati, commendatur quod ita ſit lucidum & reſplendens totum, ut D. Iob. 1. ne minimum quid ſit tenebrarum in eo, vel in ſua Canonica cap. 2. num. 10. *Quicunque autem totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus.* Quod optimè ex- D. Hieron. Pſalm. 102. plicat D. Hieronymus. lib. 6. in Iſaiam, ubi ait: David dicebat Pſalm. 102. num. 1. *Benedic anima mea Domino, & omnia interiora mea nomen ſanctum ejus. Quomodo enim cithara non emittit vocalem ſolum, atque compoſitum, ſi ſaltem una chordæ rupta fuerit, ſic ſpiritualis venter Prophetæ ſi una in eo virtutum chorda defuerat non poterit melle dulce reſonare, Philoſophorum quoque ſententia eſt, hærere ſibi virtutes, & Apoſtoli Jacobi, cui una defuerit omnes virtutes deeſſe.*

*Maximum quid peccati totum perdit.*

120. D. Ambroſ. Quod etiam aliter explicat D. Ambroſ. lib. 5. in Lucam ad illud: *Beati pauperes ſpiritu,* &c. ſic ait: *Connexæ ſibi ſunt, concatenatæque virtutes, ut qui unam habeat plures habere videatur.* Nam ſi in catena una demitur anſa, to- D. Auguſt. ta catena rumpitur: & D. Auguſtinus lib. de vera & falſa pœnitentia cap. 14. tom. 4. ait: *Offendens in uno fit omnium reus: quia omnis virtus patitur detrimentum de uno vitio, nam ſi quis cadit in avaritiam largitatem deſtruit, & etiam caſtitatem minoravit: amore eum pecuniæ, violaret caſtitatem, vel ſaltem minus amaret.* Aliam etiam rationem hujus rei aſ- Beda. ſignat Beda; & ait: *Qui oſtendit in uno, fit omnium reus; non quod omnia legis præcepta violarit, ſed quod legis authorem contempſerit: eoque præmio meriti cadat, quod legis cultoribus prapoſitum eſt.*

*Virtus ab uno vitio patitur detrimentum.*

121. D. Gregor. Ut docet D. Gregorius lib. 17. Moralium cap. 31. Ad hoc ut una virtus ſit integra, ac perfecta, omnes virtutes amplectitur, & nullam etiam tenuiſſimam vitij mixturam patitur. Cum Pharao multis plagis eſſet afflictus vocat Moyſen & Aaron. *Et dixit eis, ite, & ſacrificate Domino, oves tantum veſtræ, & armenta remaneant, parvuli veſtri eant vobiſcum*: Non quieſcit Moyſes his dictis, ſed etiam pro omnibus etiam minutiſſimis inſtat, dicens: *Cuncti greges pergent nobiſcum nec remanebit in eis ungula*: Exod. 10. n. 26. Quid dicis ô Magne Dux; Exod. 10. Quid libertate optabilius? Quid ergo, non dicis pro ungula, ſed nec pro gregibus, nec pro armentis illius jactura eſt facienda, nec pro illa aliquid eſt immorandum: nam varius eſt eventus, & maximè dependens à voluntate humana, quæ valde inconſtans, ac mutabilis eſt. Tibi permittitur liber ab Ægypto diſceſſus necnon etiam omnibus Iſraëlitis cum parvulis ſuis, & tamen conditione interpoſita, ut ex gregibus nec parvula ungula in Ægypto remaneat, recedere non vis, ſed dicis: *Nec ungula remanebit*: Quid in hoc adumbratur; Sanè quòd ille, qui ab Ægypto, id eſt peccato vult recedere, nihil in peccato etiam minutiſſimo debet relinquere, nec ſe ſolum, ſed quidquid ſui eſt, ab ejus conſortio debet auferre ſi enim quid minimum peccato tradit, arma contra ſe excicat, ut totus ruat, & pereat, cùm diabolo relinquat ſciſſuras per quas ingrediatur. Noſter D. Cyrillus Alexandrin. lib. 1. de D. Cyrill. Adorat. ait: *Oportet ut qui ſe in veram libertatem aſſerere velint, ſtudeant à malis abſcedere, & ſemitam ingredi, quæ ad virtutes ducit, nullaſque omnino, aut animæ, aut mentis reliquias dimittere, per quas iterum ſub diaboli dominatum redigentur.*

*Qui dat minimum peccato totum perdit.*

Cùm devictis quinque regibus glorioſâ vi- 122. ctoriâ triumphator rediret Abrahamus, ſecum aſportans omnem prædam, quam detulerant ex Sodomis, Sodomorum Rex occurrens Abrahæ omnia ſpolia libenter ei offert: cui reſpondens Abrahamus ait: *Levo manum meam ad Dominum Deum poſſeſſorem cœli, & terræ; quod à filo ſubtegminis uſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt*: Geneſ. 14. num. 22. Unuſquiſque mercedem ſui Gen. 14. laboris meretur: Si ergo victoriam aſſecutus es, & ea quæ erant Regum acquiſiviſti tuo labore ac periculo, cur recuſas ea non habere, ſaltem in ſignum, ac monumentum tantæ victoriæ, ut ſolemnis conſuetudo eſt apud magnos; ſed ait: *à filo ſubtegminis, uſque ad corrigiam caligæ non accipiam?* Reputavit Abrahamus quòd ejus generoſitas, ac magnanimitas, non patiebantur à liberatis filum accipere; & quod ejus probitas, ac ſanctitas reſpuebat ex peccatoribus filum apud ſe retinere; & quod ejus fides, ac religio in Deum minoraretur, ſi ab infidelibus, & idololatris etiam filum acciperet, & haberet. D. Ambroſius. lib. 1. de Abraham ait: D. Ambroſ. *De præda victoriæ nihil voluit contingere, nec oblatum ſumere, minuit enim fructum triumphi mercedis ſuſceptio, & beneficij accepti arrodit gratiam, plurimum enim refert, utrum pecuniæ, an gloriæ dimicaverit, alter mercenarij loco ducitur, alter dignus habetur conſervatoris gratia*; Expende verba: *Minuit fructum, arrodit gratiam*: Pro- Procop. copius ait: *Propheta reſpuebat quicquam in ſuos vertere uſus ex illa copioſa præda imitatus illud oleum peccatoris, non ungat caput meum.* Pſal. Pſal. 140. 140. Nil de oleo peccatoris vult propheta ſecum habere.

*Generoſus labor non reſpicit mercedem, ſed obſequium & gratiam.*

QVÆSTIO



## QUÆSTIO XXIV.

*Quare Chriſtus D. ait, Cùm corpus totum lucidum fuerit, quod ſicut lucerna fulgoris illuminabit nos?*

124. Beda. QUæ verba exponens Beda ait: *Si ergo corpus noſtrum, &c. Totum corpus noſtrum omnia opera noſtra dicit: ſi igitur bona intentione patraveris, non habens in tua conſcientia aliquam partem tenebroſæ caliginis, & ſi contigerit aliquem proximorum, tua actione noceri, tu autem pro tuo ſimplici corde: & hic gratia, & in futuro lucis gloriâ donaberis, quod ſignificat ſubdens, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te*: Ait, erit lucidum totum, hoc eſt, univerſa opera tua erunt lucida, ut exponit citatus Beda: Et quo pacto tota opera tua erunt lucida; Si fuerit recta intentio ad debitum finem, bona conſcientia reſpiciens Deum, & ejus præcepta, puritaſque cordis ſeparata ab omni terreno affectu, quæ puritas omnia ſupradicta includit: *ſicut lucerna fulgoris illuminabit te*, tanquam lampas accenſa omnia opera tua externa illuſtrabit, ac reſplendeſcere faciet in omni virtute, ac ſanctitate; à puro enim corde, & integra conſcientia veniunt præclariſſimæ Actiones, quæ ſuo eximio fulgore illuminant, ac reſplendeſcere faciunt: *Pro tuo ſimplici corde, ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.*

*A puro corde, ac conſcientia tuta veniunt præclara opera.*

115. Gen. 3. De Jacob Geneſ. 35. num. 4. Dicitur: *Deruntque ei omnes Deos alienos, & inaures,* Alia lectio. *quæ erant in auribus eorum, at ille infodit eas ſubter terebinthum.* Alij legunt: *Abſcondit eas*: Jacob vir valdè præclarus virtute omnia Deuter. 27. idola ſua abſtulit, ſepultaque in terra poſuit, ac abſcondit. Cùm tamen Deuteron. 27. numer. 15. dicatur, *Maledictus homo, qui facit ſculptile, & conflatile, abominationem Domini opus manuum artificum, ponitque illud in abſcondito.* Maledictione percutitur qui fabricat idolum, & in abſcondito reponit. Quomodo ergo Jacob Vir ſanctiſſimus, inde maximè laudibus celebratur, qui ſuæ familiæ, idola defeſſa abſcondit, & inde magnis benedictionibus à Deo locupletatur Jacob ſepulta ſub magna terræ mole, abſcondit idola, ut ea penitus abjiciat, ac deponat, non ſolùm ab oculis, ſed etiam à mente, ac corde ſuæ familiæ, ut nullam de eis habeant memoriam; & unde magnam remunerationem à Deo accepit: At ille, qui licèt removeat idolum ab oculis, ab illoque corpore ſeparetur, mente tamen abſconditum retinet, omni maledictione percutitur. *Maledictus homo.* Qui totaliter à ſe removet abſcondendo idola, ut penitus ab illis ſit ſeparatus, magnis & præclaris actionibus fulget, multiſque donis cumulatur à Deo; at vero qui in abſcondito cordis ea ſervat integra, integrè in ma- D. Nilus. ledictionum tenebris verſatur. D. Nilus in Aſcet. ſic ait: *Contraria videmur abſcondere Deos in Sichimis, & ponere idola in abſcondito. Illud enim laudabile eſt, hoc vitioſum, & execrandum. Nam quod in terra defoſſum eſt, & à ſenſu remotam tempore ipſo deletur etiam ex memoria; at quod in abſcondito poſitum eſt, eos fortaſſe: qui foris ſunt latet, ſed cum ab eo, qui poſuit aſſiduè cernatur, memoriam ſui renovat.* Parum eſt abjicere idola, ſi mente, ac memoria tenes; ita ſunt removenda, ut Jacob, ut omnino à mente deponantur. Sic pergit citatus D. Nilus. *Periculoſum igitur eſt ponere ſimulachrum in abſcondito: cogitatio enim facile expulſa vitia repetit & voluptatis pondus ad terram uſque deprimit.*

*Qui mentem puram ſervat multis reſplendet.*

De duobus primis fratribus refert. Gen. 4. 126. num. 4. obtulit Cain *de fructibus terræ mune-* Gen. 4. *ra Domino? Abel* autem *de primogenitis, gregis ſui, & de adipibus eorum: Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; ad Cain autem, & ad munera illius non reſpexit*: Quid magis invenit Deus in munere Abel, quàm Cain, ut ille inter agnos eligatur, & hic ut cremandus rejiciatur? Vide quid unuſquiſque offert, & quid in unoquoque munere repræſentatur: Agnus oblatus ab Abel repræſentabat puritatem, ac agni innocentiam, quam in corde retinebat: Culmi, ſpicæ, ac fructus terræ Cain illius animum in terrenis demerſum indicabant; proinde uniuſcujuſque munus oblatum, animum manifeſtabat: & inde Abel inter Agnos eligitur: Cain inter paleas, & ligna comburendus traditur. D. Chryſologus D. Chryſol. ſerm. 109. ait: *Abel agnum portans ad Dei ſacrificium ſicut agnus aſſumitur: Cain geſtans ſibi ſtipulam fomentum ſibi per quod exureretur invenit.*

*Dona oblata indicant animum.*

Moyſes in regali palatio educatus fuerat tan- 127. quam filius filiæ Pharaonis: de illo tamen ſcribitur. Exod. 2. n. 11. *Poſtquam creverat Moy-* Exod. 2. *ſes, egreſſus eſt ad fratres ſuos, viditque afflictionem eorum, & verum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus ſuis: Cumque circumſpexiſſet huc atque illuc, & nullum adeſſe vidiſſet percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo.* Unde Moyſes ad tantum facinus commovetur, ut Ægyptium percutientem Hebræum interficiat; ut tam adverſarius ſit Ægyptiis, & tam propitius Hebræis: cùm ab Ægyptiis tot benevolentias, & favores accepiſſet; De ipſo ſcribit Paulus. Hebr. 11. num 24. *Fide Moyſes grandis factus negavit ſe eſſe filiū filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei quam temporalis peccati habere jucunditem.* Moyſes jam Dei gratia, omnem illam regalem ægyptiacam filiationem cum omnibus ſuis oblectamentis, ac jucunditatibus ab animo dejecerat, eligens magis contemptibilem Iſraëlitarum ſortem cum Dei ſervitio, & qui interiori animi affectu omnem Ægypti abundantiam expulerat exteriori manu percutit Ægyptium: Minimè Moyſes ad Ægyptij mortem excitaretur, niſi priùs in animo ſuo omnes Ægypti facultates interfeciſſet. D. Ambroſius lib. de Abel, cap. 4. ait. *Inter-* D. Ambroſ. *fecit, ſcilicet Moyſes, Ægyptium, & fugax factus eſt de terra Ægypti, ut declinaret ejus terræ tyrannum? ſed non ante illum interfecit Ægyptium, niſi priùs in ſe nequitiæ ſpiritualis Ægyptium interfeciſſet, & abdicaſſet regalium luxum bonorum: magis æſtimans theſauris Ægypti*

*Ex animæ affectu prodit actio externa.*

Sylveira in Evang. Tom. VI. Oo 3 *opprobrium*

*opprobrium Chriſti.* Expende illud, *Niſi priùs in ſe nequitia ſpiritualis Ægyptium interfeciſſet.*

---

## De Eleemoſyna facienda.

### QUÆSTIO XXV.

*Quare Chriſtus docet in præſenti, quod per eleemoſynam omnia mandantur?*

128. POſtquam Chriſtus D. tradidit ſuperiorem doctrinam de lucerna accenſa rogavit quidam Phariſæorum ut manducaret cum illo inde graviter Dominus Phariſæorum vitia arguit, ac reprehendit, ut explicavi ſupra Matth. 23. adducto etiam Textu Lucæ; & inter cætera dixit Chriſtus num. 41. *Verumtamen quod ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*: Aliquæ verſiones ſunt in hac materia, quas ſtatim in explicatione adducemus.

Text.

129. Caietan. Stella. Guido Carm. Saa. D. Cyprian. Tertull. D. Auguſt. D. Baſil. Euthym. Theophyl. Beda.

Aliqui ſunt graves authore, ut Caiet. Didac. Stella, noſter Guido Carmelita, Emmanuel Saa, qui exiſtimant hæc eſſe dicta à Chriſto per Ironiam; ac ſi dicat Chriſtus: Vos ô Phariſæi, pleni eſtis rapina, iniquitate, veruntamen exiſtimatis, quod per eleemoſynam omnia vobis ſunt munda. Tamen communis Antiquorum & Recentiorum eſt ſententia. D. Cypriani. lib. 3. ad Guinia Tertull. lib. 4. contra Marcion. cap. 26. D. Auguſtin. Baſil. Euthym. Theophylact. Bedæ, & aliorum, qui omnem ironiam hîc non agnoſcunt, ſed remedium valdè aptum ad expurganda peccata. Ut Daniel. 4. dedit Nabuchodon. ut & Chriſtus D. docuit Phariſæos infra Luc. 16. num. 9 *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.*

*Nulla eſt ironia.* Daniel 4. Luc. 16.

130. *Varia lectione* Theophyl. Euthym. Syriacus. Adrias. Tertull.

Ea verba: *Quod ſupereſt date eleemoſynam,* Theophylactus legit: *Ea quæ inſunt*: nempe in corde veſtro excutite ab eo, & date: Euthymius: *De his quæ adſunt, date*: id eſt, de vitiis repoſitis, date Syriacus: *Id quod eſt vobis, date*: hoc eſt, id, quod eſt vobis, & habetis, date, Arias: *Inexiſtentia date*: id eſt, de his, quæ exiſtunt, & ſunt apud vos, date eleemoſynam. Unaic Tertull. lib. 4. contra Marci. cap. 27. *Date, quæ habetis in eleemoſynam, & omnia ſunt vobis munda.*

131. Lyran. Beda Strabus. Hugo. D. Greg. Gratian. Toler.

Retentâ tamen lectione noſtræ Vulgatæ quatuor modis exponi poteſt, *Veruntamen, quod ſupereſt, date eleemoſynam*: Lyranus: facta reſtitutione rapinarum, de quibus locutus fuerat Dominus: *Quod ſupereſt, date.* Secundò: Beda, Strabus, Hugo: Quod ſupereſt victui, veſtitui veſtro, date; & pro hac ſententia D. Gregorius citatus à Gratiano 12. q. 1. cap. *Quia*, Tertiò, Toletus tenet, quod *Inexiſtentia* opponatur externis, quæ de foris ſunt. Dixerat Chriſtus n. 30. Vos ô Phariſæi maximè deditì eſtis, ut cùm interius pleni ſitis rapina, & iniquitate mundatis exteriora, catinos, & calices, cùm maximè mundanda ſint interiora, factâ reſtitutione de ablatis, per eleemoſynam. Quartò, & maximè genuinè, ut vertit Arabicus; *Ante omnem rem.* Et noſtra vulgata. *Quod ſupereſt*: In tot & tantis peccatis veſtris unicum, & ſalutiferum vobis ſupereſt remedium; date eleemoſynam Ita Beda, D. Bonavent. Franciſcus Lucas, Maldonatus, & alij.

*Genuina interpretatio.* Beda D. Bonav. Franc. Luc. Mardona,.

132. Subdit Chriſtus. *Et omnia munda ſunt vobis*: tam interna, quàm externa munditia, interior manat in exteriora; eleemoſyma maximè diſponit ad mundandam conſcientiam remiſſione peccatorum; per eleemoſynam impetratur à Deo gratia excitans ad pœnitentiam, & contritionem; & inde Angelus dixit Tobiæ 12. num. 9. *Eleemoſynam à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam & vitam æternam*: Ac proinde per eleemoſynam omnia ſunt munda, ſi eleemoſyna debito modo fiat cum fide, & pœnitentia; ſicut ſalus ac vita æterna tribuitur à Chriſto Paulo fidei, nempe, formatæ pænitentia, ac charitate: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus.* Et ſapiente Chriſtus D. contra vitia Phariſæorum opponit eleemoſynam, ut contraria contrariis curentur. Eleemoſyna maximè opponitur avaritiæ, rapinæ, & odio fratrum quibus vitiis Phariſæi maximè deditì erant.

Tobiæ 13. *Quomodo per eleemoſynã fiant omnia munda.*

133. Quanta verò munditia nobis veniat ex eleemoſyna, audi Petrum Damianum Opuſcul. 9. cap. 8. qui ſic ait: *O virtus eleemoſyna, quæ velut florentum fontis irrigui, & peccatorum inquinamenta detergis, & æſtuantium vitiorum flammas extinguis. O felix eleemoſyna, quæ de gehennæ barathro tenebrarum filios extrahis, & adoptatos luci perpetuæ regnis cæleſtibus introducis. Tu de jacentibus ſub criminum ſqualore conſpicuos, tu de damnabilibus ſanctos tu facis de gentibus Chriſtianos... quæ omnium peccatorum rubiginem purgat, frementium vitiorum incitamenta mortificat.* Ecce quàm promptum, ac efficax remedium habemus ad manum, eleemoſyna ad vitia extirpanda, ad æſtum libidinis extinguendum, ad vitam comparandam æternam. Unde perbellè dixit Euſebius Emiſſenus homil. 10. ad Monachos: *Noli deſpicere inopem, qui cum ſibi pauper ſit, facere te divitem poteſt.*

Damien. *Eleemoſyna vitia extinguit, & parat viam ad cælum.* Emiſſem.

134. Ait Chriſtus D. Matth. 11. num. 2. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiant illud*: Et quis eſt tam potens, ut violentiam inferat regno cœlorum; Et quis tam fortis, & aſtutus, ut cum violentia illud rapiat; Hæc tota violentia provenit ex voluntate divina, qui ex ſua infinita pietate ſic allicitur, ac afficitur ad eleemoſynarios, ac ſi veluti quandam vim pateretur, ut cœlorum januæ eis pateſiant, ſic ad eos inclinatur, ut ſecum illos habeat, & recipiat. Petrus Damianus citato opuſculo 9. cap. 8. ait: *Eleemoſyna Deum facit hominibus debitorem, ut regnum ſibi cælorum, non jam quaſi quod alienum eſt, quærant; ſed veluti, quod ſui juris eſt, audacter invadant*: O grata Deo violentia, quæ ipſum ex ſua bonitate facit debitorem, & ut eleemoſynarius in cœlum audenter invidat, tanquam in rem ſuam: *Ut regnum ſibi cælorum non quaſi, quod alienum eſt quærant.*

Matth. 11. *Per eleemoſynam rapitur cælum, tanquam quid non alienum.* Damien.

Venerunt duo Angeli Sodom. *Cum Loth vidiſſet eos, ſurrexit, & obviam eit, & dixit: Obſecro, Domine mi, declinate in domum pueri veſtri.* Geneſ. 19. num. 1. Valde magnifica, ac populoſa civitas erat Sodoma; & tamen in ea unus tantum inventus eſt Loth, qui peregrinos recipiat ad hoſpitium, eiſque panes offerat & nulla alia virtus ipſius Loth refertur in tota Scriptura, niſi hæc tantum; & cadente igne de cœlo in tota civitate unus Loth cum tota ſua familia vaſit: Et quænam hujus rei cauſa? Loth aperuit oſtium pauperibus, ut panes daret, & inde clauſit igni; ut ab eo evaderet; cæteri clauſerunt oſtia pauperibus, ac peregrinis, & inde aperuerunt igni, ut ab eo devorarentur, ac conſumerentur. Origenes. homil. 5. in cap. 19. Geneſ. ait: *Loth in Sodomis habitabat alia ejus bene geſta non legimus; Hoſpitalitas in eo ſola ex uſu veniens memoratur. Evaſit ignes, evaſit incendia ob hoc ſolum quod domum ſuam patefecit hoſpitibus. hoſpitalem domum Angeli ingreſſi ſunt, clauſas hoſpitibus domos ignit ingreſſus eſt.*

Geneſ 19. *Miſericordia pauperi exhibita omnem felicitatem comparat.* Origenes.



# CAPUT XII.

1. MULTIS autem turbis circumſtantibus, ita ut ſe invicem conculcarent,
cœpit dicere ad diſcipulos ſuos: Attendite à fermento Phariſæorum,
quod eſt hypocryſis: 2. Nihil autem opertum eſt, quod non reveletur: neque
abſconditum, quod non ſciatur: 3. Quoniam, quæ in tenebris dixiſtis, in lumine
dicentur, & quod in aurem locuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis: 4.
Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt
hæc non habent amplius quid faciant? 5. Oſtendam autem vobis quem timeatis:
Timete eum qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam,
ita dico vobis, hunc timete. 6. Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio, &
unus ex illis non eſt in oblivione coram? 7. Sed & capilli capitis veſtri omnes
numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos: 8. Dico autem vobis: Omnis quicumque confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius
hominis confitebitur illum coram angelis Dei. 9. qui autem negaverit me coram
hominibus, negabitur coram angelis Dei: 10. & omnis qui dicit verbum in filium
hominis, remittetur illi, ei autem qui in Spiritum Sanctum blaſphemaverit, non
remittetur: 11. Cùm autem inducent vos in Synagogas, & ad Magiſtratus, & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe qualiter aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis. 12.
Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipſa hora quid oporteat vos dicere. 13. Ait
autem ei quidam de turba, Magiſter, dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem 14. At ille dixit ei: Homo, quis me conſtituit judicem, aut diviſorem ſuper
vos? 15. Dixitque ad illos: Videte, & cavete ab omni avaritia: quia non in abundantia cujuſquàm vita ejus eſt, ex his quæ poſſidet. 16. Dixit autem ſimilitudinem
ad illos dicens: Hominis cujuſdam divitis uberes fructus ager attulit. 17. Et cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos?
18. dixit. Hoc faciam; deſtruam horrea mea & majora faciam: illuc congregabo
omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea: 19. & dicam animæ meæ. Anima, habes
multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. 20. Dixit
autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ paraſti; cujus
erunt? 21. Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum dives. 22. Dixitque ad
diſcipulos ſuos ideo dico vobis: Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis:
neque corpori quid induamini. 23. Anima plus eſt quàm eſca: & corpus plus quàm
veſtimentum. 24. Conſiderate corvos, quia non ſeminant, neque metunt, quibus
non eſt cellarium neque horreum, & Deus paſcit illos. Quantò magis vos pluris
eſtis illis 25. Quis autem veſtrûm cogitando poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? 26 Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis: quid de cæteris ſoliciti
eſtis. 27. Conſiderate lilia quomodo creſcunt: non laborant, neque nent, dico
autem vobis, nec Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut unum ex iſtis. 28.
Si autem fœnum, quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic
veſtit, quantò magis vos puſillæ fidei? 29. Et vos nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in ſublime tolli: 30. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt: Pater autem veſter ſcit quoniam his indigetis. 31. Verumtamen quærite primum regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. 32.
Nolite timere puſillus grex quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. 33.

Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis: quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit. 34. Ubi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit. 35. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, 36 Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur à nuptiis: ut, cùm venerit, & pulſaverit, confeſtim aperiant ei. 37. Beati ſervi illi, quos cùm venerit Dominus, invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabat, illis. 38 Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati ſunt ſervi illi. 39. Hoc autem ſcitote quoniam ſi ſciret paterfamilias quâ horâ fur veniret, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam. 40. Et vos eſtote parati; quia quâ horâ non putatis, filius hominis veniet. 41. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? 42. Dixit autem Dominus: Quis: putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus, ſupra familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram? 43. Beatus ille ſervus, quem cùm venerit Dominus invenerit ita facientem. 44. Verè dico vobis, quoniam ſupra omnia quæ poſſidet, conſtituet illum 45. Quod ſi dixerit ſervus ille in corde ſuo Moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere ſervos, & ancillas, & edere, & bibere; & inebriari: 46. veniet Dominus ſervi illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & dividet eum, partemque ejus cum infidelibus ponet. 47. Ille autem ſervus qui cognovit voluntatem Domini ſui, & non ſe præparavit, & non fecit ſecundùm voluntatem ejus vapulabit multis: 48. qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo; 49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut accendatur? 50. Baptiſmo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, uſque dum perficiatur? 51. Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis: ſed ſeparationem. 52. Erunt enim ex hoc quinque in domo una diverſi, tres in duos, & duo in tres. 52. dividentur pater in filium, & filius in patrem ſuum, mater in filiam, & filia in matrem, ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. 54. Dicebat autem & ad turbas. Cùm videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis: Nimbus venit: & ita fit. 55 Et cùm auſtrum ſtantem dicitis: Quia æſtus erit, & fit 56. Hypocritæ faciem cœli, & terræ noſtis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? 57. quid autem & à vobis ipſis non judicatis quod juſtum eſt? 58. Cùm autem vadis cum adverſario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo: ne fortè trahet te ad judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. 59. Dico tibi, non exies inde, donec etiam noviſſimum minutum reddas.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Docet fugiendam eſſe hypocriſim, ſeu fermentum Phariſæorum de quo dixi ſuprà Matth. 16.

*Secundò. Verſ.* 4. Docet non eſſe timendos homines, qui corpus poſſunt occidere, ſed Deum, qui animam poteſt perdere; & quod nihil ſit occultum, quod non reveletur, de quo egi tomo 3. cap. 9. de quo etiam ſuprà Matth. 10

*Tertiò. Verſ.* 13. Conſtitutus à quodam judice ſuper hæreditatem paternam à ſe dimittit: Quod hîc eſt explicandum

*Quartò. Verſ.* 15. Monet cavendam eſſe avaritiam, ac multam ſolicitudinem temporalium victus, ac veſtitus, quod explicavi tom. 2. in Evangelia cap. 17. de quo etiam dixi ſuprà, Matth. 6.

*Quintò. Verſ.* 16. Proponitur parabola de divite avaro cogitante de multis annis ad epulandum; de quo dixi tom. 4. cap. 21.

*Sextò. Verſ.* 32. Suos corroborat, quòd non timeat puſillus grex, quia complacuit Patri dare eis regnum, inde ſuadet eleemoſynam eſſe dandam, quòd hîc eſt explicandum.

*Septimò. Verſ.* 35, Docet lumbos eſſe præcingendos cum lucernis in manibus, ut ſimus parati



rati ad diem mortis, & judicij: quod jam explicavi tom. 4. cap. 22.
De fideli autem ſervo jam dixi ſuprà Matth. 24.

*Octavò, Verſ.* 49. Affirmat ſe veniſſe, ut ignem, crucem, & ſeparationem inter cognatos in terram mittat. Tractavi tom. 3. cap. 10. & ſuprà Matth. 10.

*Nonò, Verſ.* 50. De Baptiſmo, quo debeat baptizari, dicam hic infra.

*Hæreditas dividenda.*

*Luc.* 12. *n.* 13. Ait autem ei quidam de turba: Magiſter, dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem.

*Num.* 14. At ille dixit illi: Homo, quis me conſtituit judicem, aut diviſorem ſuper vos.

*VERSIONES.*

*Syriacus. n.* 13. Quidam de turba dixit, Doctor, dic fratri.

*Perſicus.* Quidam de media turba.

*Æthyopicus.* Ut partiatur mihi hæreditatem.

*Perſicus. n.* 14. O homo, quis me vobis judicem, aut partitorem conſtituit.

*Æthyopicus.* Tu amice mi, dic mihi.

*EXPOSITIO I.*

DIXIT *autem ei quidam de turba*: Erat iſte
1, homo communis, ac vulgaris, & ſine nota; ideo dicitur de turba; & ut notat
Lyran. Lyranus inconvenienter, ac intempeſtivè loquitur interrumpens Chriſti ſermonem; qui de ſpiritualibus agebat, & contemnere ſæ-
Alb. Magn. cularia docebat. *Magiſter*: Albertus Magn. convenienti voce utitur, magiſtrum dicens; ad eum confugiebat, ut diceret, quæ de jure erant; ſic & D. Auguſt. ſerm. 196. ait, quòd
D. Auguſt. iſte loquitur ad Chriſtum ut judicem, in
Toletus. qua ſententia eſt Toletus: At Maldonatus
Maldon. tenet, quòd loquitur ad Chriſtum tanquam verum Meſſiam, & Regem temporalem:
Barrad. Tamen aptior mihi videtur expoſitio Barrad.
Menoch. Menochij, & aliorum, quod iſte loquitur ad Chriſtum tanquam ad communem Doctorem, ac virum ſanctiſſimum, cujus monita apud fratrem multum prævalerent: *Mecum hæreditatem*: Hæreditas dicitur ab inhærendo, quia ex majoribus inhæret deſcendentibus, ac poſterioribus, ut tradunt Juriſperiti.

2.) *At ille dixit illi, Homo*: Hominem appellat, utpote terrenum, ac temporalia ſapientem; *Quis me conſtituit judicem, aut diviſorem ſuper vos.* Verum eſt, quòd ipſe conſtitutus erat à Deo Patre Dominus Dominantium, ac Rex Regum, & omnium judex vivorum, ac mortuorum; tamen tunc miſſus erat à Patre non ad componendas controverſias, & lites forenſes; ſed ut de ſalute animarum ageret; & ideo noluit diverti à negotio ſibi commiſſo à Patre, ut de re minus expediente, ut de temporalibus tractaret. Sic ait Ambroſius in præſenti: D. Ambroſ.
*Bene à terrenis declinat, qui propter divina deſcenderat.* De quo latiùs q. 2.

QUÆSTIO I.

*Quare Chriſtus D. hunc poſtulantem cum fratre diviſionem, hominem appellat?*

SCribit in præſenti Noſter Evangeliſta, quòd 3.
*quidam de turba dixit ei: Magiſter, dic* Text.
*fratri meo*, &c. Sed cur ſacer Evangeliſta non exprimit, quiſnam eſſet iſte homo? an ex domo nobili? an ex Senatu gravi? an ex ordine Levitico, vel Sacerdotali; Neutrum erat, nam ſi talis eſſet non diviſionem, & contentionem quæreret, ſed unionem, ac pacem: Sed erat homo de plebecula ac ſine titulo honorario: & ideo rapiebatur ad hæreditatem, & contentionem. Petrus Damian. lib. 1. Epiſtol. 18. ad Alexandrum II. ſic ait: *Notandum, quòd Lucas præmiſit; quidam de turba, &c. Tu itaque non ut Levites, vel Clericus, ſed ut de turba vulgari, laicus interrogas* JESUM. *Ut ibi cum fratre jubeat hæreditatem dividi*: Ac ſi velit dicere, quod ab abjectiſſimo homunculo venit pacem ſcindere, diviſionem quærere.

*Non à nobili, vel eccleſiaſtico, ſed à vili homine venit diſcordia.*

Damian.

Ad quæſtionem: Cùm ergo iſte rogaret Je- 4.
ſum: *Dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem: Dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem*: Chriſtus D. ſtatim in primo verbo reſponſionis, cum hominem appellat: *O Homo, quis me conſtituit judicem?* Cur eum non proprio nomine dicit, vel cur non reſpondet nullo nomine interpoſito, ut ſæpe reperimus in Evangelio? Sicut quando quidam princeps eum bona appellavit: *Magiſter bone, quid faciens vitam æternam poſſidebo: Dixit autem ei Jeſus; quid me dicis bonum?* Luc. 18. n. 18. Sic & quando unus adoleſcens de vita perfecta interrogavit; *Ait illi Jeſus ſi vis perfectus eſſe, vade, vende, quæ habes*: Matth. 19. num. 21. ſicut & ad Magiſtrum circa interrogationem de primo mandato: *Dixit illi Jeſus, rectè reſpondiſti*: Luc. 10. num. 31. ſi in aliis multis nullo abjecto nomine reſpondet: Cur ergo cum iſto verba faciens hominem dicit: *O homo, qui me*, &c.

*Difficultas quæſtionis.*

Luc. 18.

Matth. 19.

Luc. 10.

Primò, præclarè reſpondet D. Auguſtinus 5.
ſerm. 6. ex variis, & ait. *Non audivit fratrem* D. Auguſti.
*contra fratrem interpellatum: & dicentem*: Magiſter, dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem. *Et Dominus reſpondens, dic homo, quare ergo vis dividere, niſi quia homo? Cùm enim dicit alius: Ego quidem ſum Pauli; alius autem: ego Apollo: nonne homines eſtis?* 1. Corint. 3. 1. Cor. 3.
num. 4. Ideo homo appellatur iſte, quia à fratre diviſus erat, alias non homo, ſed Dei filius, & divinus Spiritus germane proles diceretur; & quia ipſe affectu humano rapiebatur ad diviſionem,

ſionem, inde homo dicitur ; ex quo Apoſtolus ſugillat Corinthios , qui humano, ac carnali affectu de dignitate Magiſtorum pugnabant ; quidam pro excellentia , ac doctrina Pauli decertabant ; ab aliis verò apollo præferebatur ; quæ omnia proveniebant Apollo præferatur ; antecedenter : *Nonne homines eſtis* ? ſic & Apoſtolus Judas in ſua Canonica num. 19. ait : *Qui ſegregant ſemetipſos , animales , ſpiritum non habentes* : Optimè eos , qui ab aliorum cœtu , & charitate diſcedunt , Divino Spiritu deſtitutos, ac proinde totos animales , qui ea tantum reſpiciunt , quæ ſenſuum voluptatibus conſentanea ſunt , appellat. Proinde D. Bernard. ſerm. 1. de S. Michaële , prædicta verba componit cum illis Pauli 1. Corinth. 3. num. 3. *Cùm enim ſit inter vos zelus & contentio , nonne carnales , & ſecundùm hominem ambulatis* ? Tunc ſic ait Sanct. Doctor : *Dignè igitur contentioſos , & qui ſeparant ſemetipſos , Apoſtoli carnales vacant , & animales , ſpiritum non habentes*. Meritò Apoſtoli Judas , & Paulus, qui contentiones, ac diviſiones faciunt , ac ſeminant , animales carnales vocant , quia nihil ſpiritus eſt in eis.

*Judas in ſua Canonica.* — *Ubi eſt diſſenſio ac diſcordia nihil eſt divini ſpiritus.* — 1. Cor. 3.

6\. Nam Divinus ſpiritus ſicut generat Amorem Dei , ſic & proximi , & pacem ; cùm de illo dicatur Sapient. 7. num. 22. *In illa Spiritus intelligentiæ , ſanctus , unicus* : & tamen Pater Eliſæus Sacramenti non ignarus non unicum, ſed duplicem ſpiritum poſtulat : ait ad Eliam : *Obſecro , ut fiat in me duplex ſpiritus tuus.* 4. Reg. 2. num. 2. Subſiſtit tamen petitio Eliſæi, quia licet Spiritus Divinus in ſe ſit unus , tamen prout nobis communicatur , duplicem ſortitur effectum , dilectionis , videlicet Dei , & proximi. Niſi enim proximum diligas, Dei Spiritum habere non poteris. Ita Galfridus ad locum Regum in allegoriis Tilman. & ſic ait : *Non quia in ſe diviſus eſt ſpiritus , ſed quia in munere ſuo, vel opere duplicatur. Unus eſt enim ſpiritus , per quem charitas diffunditur ; ea tamen in amorem Dei , & proximi derivatur , cùm enim Divinus Spiritus in ſe ſit ſimplex , in nobis nunquam fieri poterit , niſi duplex.*

Sap. 7. — 4. Reg. 2. — *Non datur amor Dei niſi etiam ſimul detur amor proximi.* — Galfridus.

7\. Secundò idem D. Auguſtinus ſerm. 196. de tempore ait : *Homo , homo , qui enim pro magno habes iſtam hæreditatem , quid es niſi homo ? volebat illum facere : aliquid pluſquam eſt homo : quid plus volebat facere , cui volebat avaritiam tollere ? Inter Deos numerare , qui avaritiam non habent.* Iſte litigator totus avaritia plenus , auro inhiabat ; totus enim erat deditus in hæreditatis diviſione , & ſic totus homo erat , ut nihil in ſe oſtenderet ſupra hominem ; inde Jeſus illum à ſe rejicit , ut ipſe terrenis contemptis , ad ſuperiorem ſortem erigatur , ut Deo impleatur, ut jam non inter homines , ſed inter filios Dei computetur. Ita idem D. Auguſtin. tract. 1. in Joannem ait : *Deos volebat facere , quibus exprobrabat , quòd homines eſſent : vultis noſſe? audite : Ego dixi , Dij eſtis* , &c. Pſalm. 81. num. 1. *Ad hoc enim vocat nos Deus , ne ſimus homines* : Ac ſi dicat Auguſtinus homines concordiâ Deos fieri : diſcordiâ verò humunciones , ac valde infimos homines.

D. Auguſt. — *Avaritia & terrena dimittenda, ut homo erigatur ad cœleſtia.* — D. Auguſt. — Pſalm. 81.

8\. Tertiò, idem D. Auguſtinus ſerm. de Aſcenſione : *Quare vis dividere , niſi quia homo ?* Si enim frater eſſes re , & nomine, Fraterno amore plenus , nulla tibi eſſet cura de dividenda hæreditate. Tanta in habendo vis eſt, ut ne frater fratrem vereatur , ſed fidem , ſcilicet , fraternæ ſocietatis deſtruit , teſte D. Chryſologuo ſerm. 16. qui ſic ait : *Avaritia parentes negat , germanos dividit , ſolvit amicitiam , excludet affectum* , &c. Neſcit frater cum fratre ſentire ubi lis eſt de fortuna domeſtica : Hinc frater ſenior , *ut audivit ſymphoniam , & chorum* , Luc. 15. n. 25. de benignitate paterna circa alterum fratrem prodigum redeuntem , nolebat introire graviter dolens , quod alter adveniſſet in rerum diviſionem ; ita abrumpens fraternam ſocietatem magna iracundia indignabatur. D. Chryſol. ſerm. 4. *Damnum frater credidit , qui rediiſſe conſpicit cohæredem.*

D. Chryſol. — *Fratrem exuit animo, qui de re domeſtica, ac paterna avidus eſt.* — Luc. 15. — D. Chryſol.

Adhuc Jacob, & Eſaü erant in utero materno ; & tamen Moyſes ſcribit. Geneſ. 25. n. 22. *Collidebant in utero ejus pueri* : Simul in utero erant pueri , & jam contendebant , ac luctamina exercebant ; & cauſa tota erat de principatu ; adhuc ipſi lucem non viderant ; nec lumen intelligentiæ in eis erat, nec cognitio in eis inerat : Unde ergo tanta contentio ? Tam ingenitus , ac innatus eſt à natura appetitus dominandi , ac poſſidendi , ut ante eluceſcat in eo , antequam lucem videat, & priùs hominem ligat , quàm ſenſus ad ſuas operationes abſolvantur , & adhuc puer neſcit loqui , & jam rumpit fraternitatis vinculum D. Chryſolog. ſerm. citato 16. ait : *Hæreditas mundana ante , poſteris infert pugnam , quàm ſenſum conferat ; antequam dividat facultates , ſcindit hæredes.* Appetitu de hæreditate obtinenda , antequam lucis uſura fruamur , jam lites movet. 9.

Gen. 25. — *Inter fratres de primatu priùs eluceſcit pugna quàm ratio.* — D. Chryſol.

## QUÆSTIO II.

### *Quare huic litiganti tam ſeverè , ac durè reſpondet Chriſtus , dicens :* Quis me conſtituit judicem, ac diviſorem ſuper vos.

Ait illi Chriſtus D. *Qui me conſtituit judicem , ac diviſorem ſuper vos* ? Judex & diviſor differunt inter ſe : Judex eſt , qui communem, ac ordinariam poteſtatem habet judicandi , ac res diſcernendi. Diviſor autem , ille dicitur , cui executio dividendi à judice data eſt ; & quamvis hæc reſponſio hîc data à Chriſto videatur aliquantulum duriuſcula ; tamen ex miſericordia , ac pietate facta eſt , ut illa homo in ſe reſipiſcens , avaritiam dimitteret , ut ad unionem , ac charitatem veniret , ut filius Dei fieret. 10.

*Differentia inter judicem , ac diviſorem.* — *Sæpe rigor eſt ex miſericordia.*

Ad quæſtionem reſpondet primò D. Chryſolog. ſerm. 162. poſtquam dubium proponit , & ſic ait : *Præceps cupiditas , & incauta , mundanæ litis arbitrum credidit ipſum ſæculi cognitorem , & cum fieri voluit diviſionis authorem , qui ad reſtituendam venerat humani generis unitatem.* Ac ſi diceret Chriſtus , quid magis præpoſterum , ac ſiniſtrum petere potuit à me , qui ad uniendum, ac congregandum veneram , quam diviſionem , ac ſeparationem ; Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum, ut homines tam diſcendentes à Deo, quàm inter ſe in unum copularet , 11.

D. Chryſol.



pularet , ac in una charitate connecteret , ut fieret unus paſtor , & unum ovile. Ait Regius Vates, Pſal. 127. num 1. *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus* : Et ſtatim ſubdit ; *Labores manuum tuarum , quia manducabis , beatus es.* Maximè &c. variatur ſtylus ſermo ad plures inceptus eſt : *Beati omnes* : tamen ad unum in ſingulare terminatur: *quia manducabis beatus es* : Ut imperfecti tanquam multi numeramur : tamen cùm jam grandævi in viis Domini ambulamus ſi charitate unimur , ut in unum facti ſumus. D. Hilarius ; ibi. *Sermo ad plures captus , ad unum , refertur , docens nos omnes , qui in Chriſto credimus , unum eſſe , Apoſtolo ita confirmante : omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Jeſu* : Ad Galat. 2. n. 28.

*Per unionem ac charitatem omnes unum ſumus in Chriſto.* — Pſalm. 127. — D. Hilar. — Galat. 2.

12\. Secundò , D. Ambroſius in præſenti ait. *Non immeritò refutatur hic frater , qui diſpenſatorem cœleſtium geſtiebat corruptibilibus occupare : cùm inter fratres non judex medius , ſed pietas debeat ſequeſtra dividere.* Uno verbo poterat Dominus litem diſſolvere ; & tamen noluit : Duplicem rationem inſinuat. D. Ambroſ. ab ultima incipio : *Cùm inter fratres patrimonium*, &c. Inter germanos fratres tanta debet eſſe unitas , ut non requiratur externus judex , ſed internus amor ſufficiens ſit , ut omnia ad concordiam dirigantur , ad quod habemus exemplum illius Jobi. Cur Diabolus omnes pariter inter benevola ſe convivante concuſſo à quatuor angulis triclinio oppreſſit ? Cur non ſigillatim ; ut ita dolo per nuntios in patre multiplicaretur. Origenes lib. 1. in Jobum ait : *Fuerunt filij Jobi numero decem , animo unus ; quos diabolus faciliùs potuit interficere , quam dividere.*

D. Ambroſ. — *Inter fratres ſit ſummus amor , & unitas.* — Job. 1. — Origen.

13\. Tertiò , Redeat iterum D. Ambroſ. citatus ; *Non immeritò refutatur hic frater , & qui diſpenſatorem cœleſtium geſtiebat corruptibilitas occupare.* Meritò hic ardentiùs rejicitur , quia de temporalibus , ac terrenis erat ſolicitus , quæ contemnenda Chriſtus docebat , qui venerat in mundum ſpiritualia introducturus , ad ſalutem animæ oſtendendam , & homines in cœlum transferendos , & ideo cùm iſte vellet eum revocare , à ſuo munere commiſſo , graviter eum arguit , ac rejicit , dicens : *Quis conſtituit judicem, aut diviſorem ſuper vos ?* Ex quo merito D. Ambroſius inſurgit in eos , qui Religioſos viros , cœleſtium rerum diſpenſatores , non divinos occupant negotiis , ſed humanis ; non cœleſtium rerum cauſa quærunt , ſed terreſtrium , non animæ conſulunt , ſed corpori. At ut Paulus teſtatur 2. Timoth. 2. n. 4. *Nemo militant Deo , implicat ſe negotiis ſecularibus.*

D. Ambroſ. — *Qui de ſpiritualibus agit non ſe intromittit in ſecularibus.* — 2. Tim. 2.

14\. Quartò , Cardinalis Hugo ait : *Jure hic arguitur à Domino , quod in tali loco interſerit hujuſmodi quæſtionem ; quia ubi de unitate tractatur , non eſt interſerenda quæſtio pertinens ad unitatis diviſionem , qui autem cum fratre dividit hæreditatem , inter fratrem , & ſe quodammodo ſcindit hæreditatem* : Chriſtus erat occupatus in tradenda utiliſſima doctrina de unitate , quam ſui debebant habere cum Deo , ac inter ſe , cum ad tribunalia ducerentur : Iſte autem litigator interrumpit ſermonem cum quæſtione valde diverſa , & minimè pertinente ad rem de petitione hæreditatis . & valde durum Magno Magiſtro interrumpere ejus ſermonem de his , quæ ſunt neceſſaria ad valde diverſa, & quæ ad rem non pertinent. Cum Judæi ſigna petunt : *Magiſter volumus à te ſignum videre* : quibus Chriſtus durè , aſperè reſpondet : *Generatio mala, & adultera* : Matth. 12. num. 39. ſi Chriſtus D. pertractaret de ſua eximia poteſtate , qua eminebat , tunc erat locus tali quæſtioni de poſtulatis ſignis ; ac cùm ipſe diceret , quòd homines cautos ſe haberent , quod de omni verbo erant redditur rationem ; tunc interrumpere , *& extra rem petere ſigna* : ut ait D. Paſchaſius , valde acerbum , & moleſtum Magno Doctori.

Hugo. — *Præter rem , interrumpere ſermonem de rebus neceſſariis.* — Matth. 12. — D. Paſchaſ.

Quintùs , rejicit Chriſtus , *Quis me conſtituit judicem* ? Hæc tota peticio avaritiæ ſuco compoſita , ac tecta erat : quod ex eo patet , quia Chriſtus D. ſtatim, ac immediatè ſequenti n. 15. inſtituit ſermonem de avaritia evitanda, dicens : *Videte , & cavete ab omni avaritia* : Et hæc doctrina ferebatur ad hunc præſentem contentioſum , quia avaritia plenus erat. Nam ut ait D. Auguſt. ſerm. 196. de tempore : *Non Solus avarus eſt , qui rapit aliena : ſed ille avarus eſt , qui cupidè ſervat ſua* : Euthymius ait ; *Cùm hic avarus eſſet , ac pecunia deſiderio flagraret , quod animæ neceſſarium erat , ejuſque ſaluti utile petere omiſit , corporale autem requiſivit , majorem habens curam corporis quàm animæ* : Et inde acerbè reſpondet Chriſtus , quia noluit avaritiæ favere , ac cupiditatis negotia tractare. 15.

*Affectus avaritiæ ab homine excludendus.* — D. Auguſt. — Euthym.

Ait Chriſtus D. per Iſaiam 61. num. 1. *Ad annuntiandum manſuetis miſit me.* Septuaginta habent. *Ad annuntiandum pauperibus miſit me* : Sed cur non etiam ad annuntiandum divitibus ſe miſſum teſtatur , cùm abſque dubio ad omnium ſalutem venerit : Reſpondet Iſidorus Clarus orat 17. in Lucam , & ait : *Se miſſum dicit ad evangelizandum pauperibus : proinde, quaſi divites nihil ad hanc prædicationem pertineant ; & revera ita eſt. Nam cauſam divitum pro re deſperata poſuit Dominus , cùm dixit : facilius eſt camelum per foramen acus tranſire , quàm divitem intrare in regnum Dei.* Quod intelligitur non de vitiis ſecundùm ſe , quia ut ſic non mala ſunt , ut ipſemet explicat , & poſſunt inſervire ad regnum comparandum ſed dum nimio amore retinentur , ac avara cupiditate ſervantur. Ad hoc pertinet illud oraculum , quod refert Henricus Gandavenſis in quodam quodlibero apud Lyran. Deuter. 32. Quod eo tempore , quando Conſtantinus Imperator Eccleſiam ampliſſimis donis ditavit , audita fuit hæc vox de Cœlo : *Hodie cecidit venenum in Eccleſiam Dei.* 16.

Iſai. 61. — Septuaging. — Iſidor. Clar. Luc. 18. — *Divitiæ ex avaritia perdunt homines.* — Gandavenſ.

### *Puſillus grex.*

*Luc. 12. n. 32.* Nolite timere puſillus grex quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.

### *VERSIONES.*

*Syrus.* O parve grex , ne timueris.

*Perſicus.* O Grex puſille , ne timeas ; quia Dei voluntas eſt , ut tibi regnum det.

*Æthiopic.* Ne ſtate pavefacti , ô parve grex ,

grex, &c. Regnum ſuum dabit tibi, Pater.

*Caietan.* Gregule.

*Arabicus.* Jam placuit dare tibi regnum.

*Arias.* Quia bene viſum eſt dare tibi regnum.

### *EXPOSITIO* II.

17. Glossa. NOlite timere: In omnibus ſermonibus infinitæ ſapientiæ Chriſti D. ſumma connexio eſt inquirenda. Gloſſa ait: Poſtquam Dominus temporalium curam à cordibus diſcipulorum removit; hîc excludit ab eis timorem, ut ſuperfluum Ita Gloſ. Poſtquam Chriſtus D. à mente diſcipulorum excluſit temporalium curam de veſtitu, ac victu ſubjecit num. immediatè antecedenti 31. *Quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis*: Maximè nunc eos exhortatur ad ipſum regnum comparandum, cùm ſciant illud à Patre eſſe eis diſpoſitum & ordinatum: Inde ait: *Nolite timere*: timorem & puſillanimitatem excludit, & ad magnam fiduciam, ac ſpem corroborat in omni preſſura, ut dicebat Job. 13. num. 15. *Si occiderit me ipſo ſperabo.* Dei diſpoſitiones de dando regno adimplendæ ſunt, & propoſita mercede omnis labor levis ſit. (Job, 13.)

18. Theophyl. Euthym. Beda. *Puſillus grex*: Cœtum ſuorum diſcipulorum appellat puſillum; & parvum, Theophylactus, Euthymius, Beda, quia pauperes, humiles, & inde parvi in oculis hominum reputabantur, quia ſolùm divites in mundo reputantur magni, & potentes. Theophylactus, quod dicuntur pauci comparatione Angelorum. (Alb. Magn.) Tamen ut rectè notat Albertus Magnus; puſillus, & parvus à numero dicitur; & ideo, ut docent Theophylactus, Euthym. Beda, Titus, dicuntur pauci; & puſilli comparatione reproborum. (Matth. 20. Eccleſ. 5.) Matth. 20. n. 16. *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*: Eccleſiaſt. 1. num. 15. *Stultorum infinitus eſt numerus.*

19. *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*, Non: complacuit Deo, vel Domino, ſed *Patri veſtro*: quia ſi taliter voſmetipſos habueritis. *Ut ſitis filii patris veſtri, qui in cœlis eſt.* (Matth. 5.) Matth. 5. n. 45. Obſervando, & implendo ejus legem, & cùm partem dicit, eximiam illius benignitatem erga eos oſtendit, ac declarat, ac proinde nihil vobis eſt timendum ab inimicis, nihilque ab eorum cruciatibus, nihil ab aliqua egeſtate, ac neceſſitate. (D. Cyrill.) Ita noſter D. Cyrillus in Catena, dicens. *Qui tam pretioſa largitur quomodo non erit Clemens erga vos; ut alat, ſed ſinat vos fame mori?* (Theophyl.) Theophylactus: *Qui nobis regnum dat multò magis terrena concedet*: ſimiliter Euthymius, & alij. (Euthym.)

### QUÆSTIO III.

*Quare Chriſtus D. ſuis promittens regnum mandat eis, ne timeant?*

20. AIt modò Chriſtus D. ſuis Apoſtolis. *Nolite timere: complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Si promittit regnum, cur mandat, ne timeant? eſt ne regnum timoris excramentum? imò ut potiùs dicam illius excuſſio ac expulſio; ac ſi dicat Chriſtus; Si multæ tirannorum perſecutiones ſuper vos ô diſcipuli mei, veniant: *Nolite timere, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*: Certa regni ſpes, illiuſque amor, animos generosè armat, ac firmat, omneſque contrarietates, ac adverſitates exarmat, & facilè reddit; tanta ſpe præmij omnia ſuavia, ac levia fiunt; quia ut ait D. Gregorius homil. 37. in Evang. *Ad magna enim præmia niſi per magnos labores perveniri non poteſt. Delectet igitur mentem magnitudo præmiorum, ſed non deterreat certamen laborum.*

*Ad magna per labores pervenitur; quos emollit ſpes præmii.*

D. Gregor.

21. Secundò, Dum Chriſtus D. ait ſuis diſcipulis. *Nolite timere*: Supponitur eis timor: Erant adhuc incipientes, & tanquam in infantia, ac in cunabulis in ſchola Chriſti: Initium enim perfectionis eſt timor Domini, & inde creſcit, & augeretur multis profectibus ad beatitudinem. D. Chryſologus ſerm. 22. ait: *Puſillus grex naſcentis Eccleſiæ, ſic deſignat infantiam, quam venire ad regni infulas incrementis cœleſtibus mox promittit.* Infantia Eccleſiæ à timore incipit; & inde magnis incrementis ad ſupernos thronos evolat. Dicitur Eccleſiaſt. 1. num. 16. *Initium ſapientiæ timor Domini.* Et ſtatim ſubditur infra n. 22. *Corona ſapientiæ timor Domini*: Quomodo hæc poſſunt inter ſe ſtare cùm videatur in eis repugnantia, & maximè inter ſe pugnatur ut principium, & finis? tamen optimè cohærent, quia timor ſic eſt initium, ut etiam ſit finis, ac terminus in ſpe, & per ipſum timorem aſcendunt ad coronam, ut ad præmium. D. Laurentius Juſtinian. de ligno Vitæ cap. 1. ſic ait: *Corona ſapientiæ timor Domini. Magna enim ſalutis ſpes, & maxima in profectu virtutum cauſa eſt timor Domini.*

*Timor Domini initium ſalutis ad magnum profectum.*

D. Chryſol. Eccleſ. 1. D Laur. Juſt.

22. D. Chryſol. Tertiò, valde luculenter ad multa audiendus eſt D. Chryſologus ſerm. 23. *Promiſſionem regni, ait, ſine timore, ſervilis ſtatus audire non ſufficit; quia qui libertate vix dignus eſt, capere non valet principatum: Dominus ergo ſervorum mentes tali voce confirmat, nec eos repentinus promiſſi regni proſternat auditus. Regnum velle ſervum, crimen eſt; audire periculum, temeritas non timere, ſed hoc ad Chriſtum quantum? aut quàm mirum, quod dat ſervis regnum quos ſibi ſervos facit in dominatione conſortes*: Si tanta benignitate ſe Dominus hab[e]t erga eos ut oſtendat, ac declarat eis jam paratum, ac deſtinatum regnum: ait quid eis mandat, ne timeant? Dei Patris diſpoſitio non poteſt infirmari; ſi ei placet regnum dare, ſumma eſt ſecuritas, & nullus timor? Imò ex tanto dono dato ſervili timore premuntur: *Quos ſibi ſervos facit in dominatione conſortes*: Qui ſanæ mentis eſt, maximè timet ſe ſervum agnoſcens cùm ſe videat ad regnum Dei elevari, illiuſque conſortio ditari; ipſum regnum promiſſum magnam ſecuritatem involvit, ipſum verò Dei conſortium magnum timorem, ut neceſſe ſit quòd Chriſtus ſuis diſcipulis dicat. *Nolite timere*: Stat Parens Elias in monte Horeb, & factus eſt ventus vehementiſſimus, & validus tanquam montes ſubvertens, & petras conterens; deinde fit ingens terræ motus, ac ſi totius orbis anguli ſolverentur. Deinde ignis flagrans

*Ex conſortio Dei, ac ex magnis beneficiis collatis timendum.*



tanquàm devorans cœlum, & terram, & inter hæc omnia ſtat Elias aperta facie, & pleno vultu: At poſt hæc, *ſibilus auræ tenuis*: Hebræus legit: *Vox ſubmiſſa, & gracilis*: annuntians venientem Deum; quod *cùm audiſſet Elias operuit vultum ſuum pallio*: 3. Reg. 19. n. 13. Qui tam generoſo animo veluti ad totius orbis commotionem ſtat impavidus, modò operit vultum ſuum. Lyranus ait: *Aliquo modo territus*: ex Deo appropinquante, ac illius conſortio.

3. Reg. 19. Hebræus. Lyran.

23. D. Chryſol. Quartò, recole eadem verba Chryſologi: *Dominus ergo ſervorum mentes tali voce confirmat, ne eos repentinus promiſſi regni proſternat auditus. Regnum velle ſervum crimen eſt; audire periculum, temeritas non timere.* Valde mirum ſanè; quod Dominum modò dicat ſuis diſcipulis: *Nolite timere, puſillus grex*: Modò eos pavidos agnoſcit, non verò quando tanquam Oves inter lupos miſit: Matth. 10. n. 16. Non enim dixit eis: tunc: *Nolite timere*: Et cur modo tam apertè ab eis timorem excutit, ut dicat: *Nolite timere, puſillus grex, complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*: Ipſi diſcipuli ſe agnoverant eſſe parvos, humiles, ac piſcatores, & audiunt ſe ſubitò elevari ad regni thronos, repentina exaltatio puſilli gregis eorum animos perturbat, nil magnum, repentinum, firmum, & conſtans eſt: *Temeritas eſt non timere.* Hodie ſervus, & mane Rex, quid ſuſpectum? Culmen gradibus non obtentum, ſed repentina fortuna adeptum malè fidum. *Dominus ergo ſervorum mentes tali voce confirmat, ne eos repentinus promiſſi regni proſternat auditus*: Apparet Deus Moyſi, ut educat populum de Ægypto, ipſe recuſat populi principatum, & multas excuſationes interponit: *Quis ſum ego, ut vadam ad Pharaonem?* Exod. 3. n. 11. Et poſt multa: *Obſecro, Domine, mitte quem miſſurus es.* Exod. 4. n. 13. Creatur Joſeph princeps totius Ægypti ad gubernacula; *Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet*: Gen. 41. n. 4. Et totius regni clavem ſuſcepit: Moyſes & Joſeph ut juſti pleni erant ſpiritu humilitatis. Cur ille dignitatem, à ſe vult dimittere? hic verò minime? Joſeph multo ante tempore ad dignitatem præventus fuit ſomnio, quo vidit Solem & Lunam adorare eum: Geneſ. 38. n. 9. Ioſeph agnoſcens jam antea ſuam deſignatam felicitatem facilè illi acquieſcit: At Moyſes nil de ſe agnoſcens niſi paſtorale munus ad principatum repente elevari, ac Deum Pharaonis conſtitui timet, & formidat: Nam, ut ait Clemens Alexand. lib. 2. Strom. *Deus inopinata viſione ei apparuit in rubo.*

*Repentina dignitas valde infirma inde timenda.*

Exod. 3. Exod. 4. Gen. 41. Geneſ. 38. Clem Al.

24. D. Chryſol. Quintò, ad eadem citata Chryſologi verba: *Promiſſionem regni ſine timore ſervilis ſtatus audire non ſufficit.* Promittebat Chriſtus Regnum: ideo ait ſuis diſcipulis: *nolite timere*: Si Reges creantur, cur timebant? cùm nil magis videantur ad tutamen inſervire, quam regia dignitas; imò ideo potiùs timent, utpote maximè prudentes, regnorum, ac bonorum pericula, ac dignitatum diſcrimina agnoſcebant, & ideo ſtatim ad primam regni promiſſionem, ac illius declarationem, permittenda fuit Chriſti D. poteſtas, & authoritas, ut eorum animos placatos, ac quietos redderet: *Nolite timere.*

*Dignitas valde periculoſa, & inde maximè timenda.*



Cùm Jacob agnoviſſet filium ſuum Joſeph Principem eſſe in Ægypto pergere illuc determinat. Apparet ei Deus dicens: *Ego ſum fortiſſimus Deus Patris tui: Noli timere deſcendere in Ægyptum*: Gen. 46. n. 3. Deus cùm ait ei: *Noli timere*; ſupponitur, ut notant Abulenſis & Caitan. quòd ipſe timidus erat. Sed quid timebat Iacob, cùm ipſe certus eſſet, quòd filius ſuus Ioſeph dominatum totius regni cum magno applauſu obtineret? Unde illi tantus timor, ut neceſſarium eſſet, quod Deus illum animaret, addens, quòd ipſe erat fortiſſimus ac potentiſſimus ad illius tutamen? Cùm Iacob agnoſceret ſupremum dignitatis culmen, timebat ex illo præcipitium, & caſum, Ioſeph. l. 2. Antiq. c. 4. ait: *Cùm veniſſet Iacob ad puteum juramenti, ſacrificans ibi Deo, metuenſque propter felicitatem Ægypti filii*: Apparet ei Deus: Noli timere deſcendere in Ægyptum. 25.

Gen. 46. Abulenſ. Caietan.

*Multa felicitas, multùm timenda*

Joſephus.

Maximè ſanè ponderandum eſt, quòd Sponſa, quæ ſui dilecti eximio amore flagrabat ut ipſum per vicos, & plateas quæreret, ut exeat de Lybano, ter vocatur: *Veni de Libano, Sponſa mea, veni de Libano, veni*: Cantic. 4. n. 8. Iuſtus ad minimum Dei nutum obedit. Zach. 10. n. 8. *Sibilabo eis, & congregabo illos*: Unde ergo anima juſta, & ſancta ſic moratur, & cunctatur? Vocabatur ad coronam, inde illius diſcrimina timens, pedem non audebat movere, nec greſſus dare. D. Bernardus ſerm. 29. in Cantic. ait: *Et forſitan, Sponſa more noſtram feſtinationem ſuggillat, & arguit, qui minùs prompti, & parum providi vires noſtras minùs penſantes feſtinamus ingredi in labores prælationis; imò ultro nobis ipſi honorem ſumimus vocationem, vel prævenientes, vel arte procurantes.* 26.

Cantic. 4. Zachar. 10.

*Suggillantur qui dignitates procurant*

D. Bernard.

Ait Regius Vates Pſal. 56. n. 5. *Eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormivi conturbatus.* Cùm ſe videt David liberum à leonibus, conſequens erat, ut placidè, ac quietè dormiret, minimè ſanè, tunc ait: *Dormivi conturbatus*; Bona pars Interpretum intelligit de leonibus metaphoricis, de Saüle, ac ejus militibus. Ego verò intelligo de veris, ac propriis, à quibus liberatus eſt, nam cùm paſceret Oves Patris ſui Leones, & Urſos interfecit, 1. Reg. 17. n. 36. & de ipſis ovibus accepit eum Deus paſcere Iacob ſervum ſuum: Pſ. 77. n. 71. ad regni gubernacula, & totius Iſraëlis Principatus; tunc ait de ſe: *Dormivi conturbatus*; Nam in culmine regni conſiderans illius pericula, ac diſcrimina, ab illis magis timebat majoreſque conturbationes, ac anxietates patiebatur, quàm à campeſtribus leonibus, ac indomitis feris ſylvarum. 27.

Pſal. 26.

*Duriores cruciatus à periculis regni quàm à leonibus ſylvarum.*

1. Reg. 17. Pſal 77.

### QUÆSTIO IV.

*Quare Chriſtus D. ſuos Apoſtolos & diſcipulos appellat puſillos, & parvos?*

LOquens in præſenti Chriſtus D. cum ſuis Apoſtolis, ait illis, *Nolite timere puſillus grex*: eos dicit puſillos, & parvos, vel comparatione Angelorum, vel infidelium, vel 28.

Pp quia

quia pauperes, & humiles erant, ut dixi in ex-
poſitione. Ex quo primò, cùm creſcunt, ac ſu-
blevantur ad regnum, antea præmituntur, ac
dicuntur puſilli, quia ſolùm puſillis proprium,
ac congenitum eſt augmentum, & promotio
D. Chryſol. ad magna. D. Chryſol. ſerm. 22. ait: *Puſillus
grex eſt, qui non de magno minuitur, ſed creſcit
de puſillo.* Hoc habent puſilli Chriſti, ut non
decreſcant, ſed maximè creſcant. Cùm Ge-
deon declaratur electus Dux ad liberandum
*Servus Dei ſua parvitate creſcit.* Iſraël de manu Madian, ait ipſe: *Ecce familia
mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in*
Iudic. 6. *domo patris mei.* Iudic. 6. n. 15. Dum ſe mini-
mum, ac puſillum dicit in omni familia, ac
toto Iſraële, inde ne decrevit quidem, ſed po-
tiùs crevit & exaltatur in ſumma, ut qui erat
D. Chryſoſt. minimus fieret primus, & maximus. D. Chry-
ſoſt. homilia ſuper prædicta verba tom. 1. ſic
ait? *Ego minimus ſum in tribu mea. Quàm ſuave
eſt, ut diceret ſe minimum in tribu ſua, non eru-
buit, quod erat, ut eſſet, quod non erat.* Cùm
non erubuit dicere, quod erat, inde ſublima-
tur, ut fieret, quod non erat.

29\. D. Chryſol. Secundò, Idem D. Chryſologus ſerm. 23.
ſic diſſerit. *O benignitas effuſa, ô inaudita pie-
tas, ô ineffabilis affectio, in ſocietatem cenſus paſ-
tor oves aſſumit, atque ad conſortium dominatio-
nis ſervos Dominus aſciſcit, ad participium regni
Rex gregem populi totius admittit.* O ſuprema,
& ineffabilis bonitas Chriſti, qui ſic reſidet in
ſupremo ſolio regni, ut ipſam regalem digni-
tatem non ſibi ſoli retineat, ſed aliis commu-
*Puſilli eligantur ad regnum ut illius principes, ac primates.* nicet! *Ad conſortium dominationis ſervos Do-
minus aſciſcit*, & hoc magno diſcrimine à prin-
cipibus, ac regibus ſæculi, qui ſolum magna-
tes ac potentes ad ſe advocant; pauperes, &
puſillos à ſe excludunt, & contemnunt. Et Chri-
ſtus è contra, ipſos pauperes, humiles, & abje-
ctos eligit; & aſſumit ſibi ad regnum, & tan-
quàm primos, primates, ac principes deſtinat,
ac commemorat in toto Evangelio; *Sinite
Matth. 19. parvulos venire ad me, talium eſt enim regnum
cœlorum.* Matth. 19. n. 14. referens Chriſtus
octo beatitudines, partim in primo limine, ac
exordio ponuntur pauperes, tanquam primi,
magnates, ac principes totius regni: *Beati pau-
peres ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlo-
Matth. 5. rum:* Matth. 5. n. 3. D. Ambroſ. lib. 6. in Lu-
D. Ambroſ. cam ait: *Primum hanc benedictionem; uterque
Evangeliſta*, ſcilicet Matthæus, & Lucas, *po-
ſuit: ordine enim prima eſt, & parens quædam,
generatioque virtutum, quia qui contempſerit
ſæcularia, ipſe merebitur ſempiterna.* D. Paſ-
D. Paſchaſ. chaſ. lib. 3. in Matth. ait: *Quaſi ex officio pri-
mum pauperibus præmium beatitudinis repromit-
tit; quoniam nil magis congruebat ad meritum,
quàm in præſenti vita pauperibus cœlorum re-
gnum promittere, ut qui Chriſtum paupertate
ſequi, & ſervitutis jugum ſubire decreverint,
divites futurorum reſina, felices poſſideant.* Ex-
pende illud; *Quaſi ex officio*, ſuæ divinæ, ac
ſupremæ majeſtatis.

30\. Tertiò, videtur in his dictis quædam re-
pugnantia latere. Eos puſillos, & parvos di-
cit, & reges conſtituit, quo nil majus in hoc
D. Chryſol. ſæculo datur. D. Chryſologus ſerm. 25. ex-
pendens verba: *Dare vobis regnum*, ait: *eſſe
in cœlo mirum eſt. In cœlo vivere eſt majeſta-
tis: jam regnare in cœlo quanti ſit, ſenſus de-
finit æſtimare mortalis, & tamen homo, quod
æſtimare non potes, præcepiſti, Apoſtolo ſic di-
cente*, 1. Corinth. 2. n. 9. *Quod oculus non vi-* 1. Cor. 2.
*dit nec auris audivit, nec in cor hominis aſcen-
dit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Et
quod te mereri dubitas, habere te, & poſſi-
dere, jam cogeris confiteri*: Quia ipſi ſe æſti-
mabant puſillos, & parvos, ac ex ſuis operi-
bus nihil mereri, inde reges fiunt, ac conſ-
tituuntur. *Et quod te mereri dubitas, habere* *Qui de ſe minimum cogitat, inde in ſublime exaltatur.*
*te & poſſidere, jam cogeris confiteri.* Qui enim
ſe minimum ſine ullis meritis cogitat, inde
jam omne ſublime, excelſum tenet, & poſ-
ſidet. Ait Jeremias Thren. 3. n. 27. *Bonum* Thom 3.
*eſt viro cum portaverit jugum ab adoleſcen-
tia ſua. Sedebit ſolitarius, qui elevavit ſe ſu-
per ſe. Ponet in pulvere os ſuum.* Quæ con-
nexio eſt, cum elevare ſe ſuper ſe, cum ore
poſito in pulvere? In quod redditur ratio tan-
tæ elevationis, ac exaltationis, quia nihil
aliud de ſe cogitavit, ad dixit, niſi pulve-
rem, inde elevatur ſuper ſe, ac omnem ſuum
cogitatum. D. Paſchaſ. lib. 3. in Thren. ait: D. Paſch.
*Principium noſtræ profeſſionis, in pulvere os po-
nere, & momentis ſingulis, quod cinis, quod
pulvis ſumus, cogitare, ex quo ſpes nobis ger-
minatus.*

Quartò, iterum veniant ad examen citata 31.
Chryſologi verba. *Et quod te mereri dubitas,* D. Chryſol.
*habere te, & poſſidere jam, cogeris confiteri,*
Ipſi ſe parvulos ac minimos reputabant, & ta-
men jam reges facti, ac conſtituti declaran-
tur; nam illud, *Complacuit Patri veſtro dare
vobis regnum*: juxta radicem Græcam eſt in
præſenti, ac ſi dicatur non in futuro, ſed jam
de præſenti vos Pater facit & creat Reges,
jamque eſtis Reges. *Et quod te mereri dubi-
tas, habere te, & poſſidere jam cogeris confiteri:*
Tam ſublimis eſt paupertas Chriſtiana, ut in
eo, quod omnia dimittit propter Chriſtum,
omnia jam tenet, & poſſidet. Sapienter D. D. Ambroſ.
Ambroſius legit illud Pſalm. 118. n. 57. *Portio* Pſal. 128.
*mea Dominus*: & ſubdit: *Cui portio Deus eſt,
totius naturæ poſſeſſor eſt effectus, videlicet totus
quidem cum Domino Dominus*; quod optimè
confirmat Sanct. Doctor ex illo claudo men-
dicante, qui cùm vidiſſet Petrum cum Joan-
ne ingredientem in templum eleemoſynam ab
eis petit, cui Petrus dixit: Reſpice in nos; ille
intendebat in eos, ſperans ſe aliquid acceptu-
rum ab eis; Actor. 3. n. 6. *Petrus autem di-
xit: Argentum, & aurum non eſt mihi, quod
autem habeo hoc tibi do: in nomine* Jesu *Petrus paupertatis intuitu omnium Dominus.*
Christi, *ſurge, & ambula*: Sic ait D. Am-
broſius citatus: *Ecce Petrus ſub Chriſti nomi-
ne quaſi unus Chriſtus, ac ideo omnium Domi-
nus eſt, qui naturæ damna reparabat, quomodo* D. Ambroſ.
*ergo poterat naturæ damna ſentire*? Ecce Petrus,
ob Chriſtum dimiſit omnia, ita ut nil auri,
& argenti haberet, cujus tantum portio erat
Dominus; ideo *ſub Chriſti nomine quaſi unus
Chriſtus, ac omnium Dominus*: Et quomodo
poterat ſentire naturæ damna, qui pauper-
tatis arbitrio, ac intuitu, omnia damna na-
turæ reparabat?

Quantò, Exiſtimo maximè ponderandum
modum loquendi Chriſti D. *Nolite timere, pu-
ſillus grex*: Alibi Chriſtus D. ſuos diſcipulos
appellavit paucos: *Meſſis quidem multa, operarii
autem*



Luc. 10. *autem pauci*: Luc. 10. n. 2. & alio loco parvulos
dicit: *Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & revela-
Matth. 11. ſti ea parvulis:* Matth. 11. n. 25. Nunc verò,
ut puſillos notat Chriſtus in toto hoc capite,
ut patet ex Textu largo ſermone, altiſſimis ra-
tionibus, ut notant communiter Interpretes,
*Audito Chriſti verbo de terrenis cogitare Puſillanimitatis eſt.* Cajetanus, & alij: Perſuadet enim ſuis diſci-
pulis curam temporalium abjiciendam eſſe;
quia ſi Divinus Pater providet Corvis alimen-
ta, & liliis camporum dat veſtes; nobis dat
corpus, & animam; ſine nobis etiam provi-
debit neceſſaria; tunc immediatè ſubjicit: *No-
lite timere, puſillus grex*: Quæ verè ſupponunt
adhuc in eis eſſe aliquem timorem ideo eos
vocat puſillos, tanquam à puſillanimitate ani-
mi, eos ſugillans ut puſillanimes, ac formido-
loſos in abjicienda cura terrenorum; quia
ſtante verbo Chriſti, ac ejus umbra protegen-
te, aliquid à temporibus pertimeſcere, à qua-
dam puſillanimitate oriri videtur. *Cœlum, &
Terra tranſibunt, verba autem mea non præteri-
Matth 24. bunt*: Matth. 24. n. 25. & quia Chriſtus ſæpe
prædixerat ſuis diſcipulis ſe tertia die ſurrec-
turum, & poſt ipſam reſurrectionem adhuc du-
bitabunt: Matth. 28. n. 17. apparens ad mare
Matth. 28. Tiberiadis dixit: *Pueri nunquid pulmenta-
Joan. 21. rium habetis?* Joan. 21. n. 5. Senes erant, &
pueros vocat, quia poſt auditum ejus ver-
bum adhuc dubitabant, quod tenuis mentis &
puerile eſt; nec erant adhuc expoliti: at poſt
adventum Spiritus Sancti columnæ firmiſſi-
mæ, ac immobiles facti ſunt in Chriſti do-
ctrina.

33\. Iterum in rem noſtram: Dixerat antea Chri-
ſtus D. n. 29. *Nolite quærere quid manducetis,
aut bibatis, Pater veſter ſcit, quia his indige-
tis*: tanquam ipſe in omnibus vobis provide-
bit: Et hoc audito ex ore Chriſti, adhuc de
terrenis cogitare, & timere valde alienum à
recta ratione erat: quid enim poteſt tibi mun-
dus dare, quod Deus ampliſſimo cumulo non
exhibeat, ac largiatur? Intranti Jeſu Jero-
ſolymam, *Plurima turba ſtraverunt veſtimen-
Math. 21. ta ſua in via*: Matth. 21. n. 9. Valde præcla-
rus erat hic honos, qui à mundo deferebatur
Chriſto, ut homines propria veſtimenta abji-
cerent, ut vias, per quas erat tranſiturus exor-
narent, quo nil magis honorificum à mun-
do videtur poſſe excogitari: At poſt aſcenſum
ſuum in cælos, cùm inde ipſe magnifico ſtatu
rediturus ſit in mundum, ut ipſemet explicans
dicit: *Videbunt filium hominis venientem in nu-
bibus cœli cum virtute multa, & majeſtate*,
Matth. 24. Matth. 24. n. 30. Ipſi venienti pro eximia ejus
majeſtate nubes fulgentiſſimæ ad pedes ſter-
nuntur: Cur non potiùs Cherubim ſub pedi-
bus ejus ſubjacet, cùm ipſe ſedeat ſuper Che-
rubim, ſed nubes fulgentiſſima pro ſtromate
deſtinatur à Patre? Nubes lucidæ inſerviunt
Deo tanquam pro veſtimentis: *Amictus lumi-
Pſal. 103. ne, ſicut veſtimento*: Pſal. 103. n. 2.
Intranti Chriſto in Jeroſolymam pro magni-
*Nil honoris datur à mundo, quod cumulatius non detur à Deo.* fico, ac eximio apparatu exornant homines vias
veſtimentis ſuis: At Pater filio ſuo in ſecundo
adventu deſcendenti in mundum ſternit veſti-
mentum ſuum, quod eſt nubes: & quantùm
diſtat veſtimentum Dei, à veſtimento homi-
num, tantum diſtant, quæ à Deo dantur ab
his, quæ ab hominibus conferuntur. Origen.
Origen. homil. 30. ait: *Et quidem ne terram calcaret fi-
lius Dei in Jeroſolymis, diligentes eum ſtrave-
runt veſtimenta ſua in via, nec aſellum, qui
portabat eum, volebant terram calcare. Quid
mirum, ſi Pater, & Deus omnium, nubes ſternant
cœleſtes, ſub corpore filij ſui deſcendentes ad
opus conſummationis.*

---

QUÆSTIO V.

*Quare ſub nomine gregis, & non alio Diſcipuli nominantur ac dicuntur à Chriſto Domino?*

Poterat Chriſtus D. uti ſermone hoc, ut
ſæpe loquens cum diſcipulis ſuis, dixit: 34.
Vos ô Apoſtoli mei, vos ô diſcipuli mei,
*Noli timere*, ſed utroque ſolito nomine non
dicit, ſed ſuorum diſcipulorum cœtum gre-
gem dicit: *Nolite timere puſillus grex.* Gregem
eos appellans. Grex ovium duplicem dicit reſ- *Grex duplicem reſpectũ involvit.*
pectum, ſeu obligationem; unam ex parte
ovium, alteram ex parte paſtoris. Oves tenen-
tur audire vocem paſtoris, & ejus ductum ſe-
qui: *Oves meæ vocem meam audiunt*: & Paſtor Joan. 10.
ex vi ſui muneris adſtringitur ut oves paſcat,
eaſque ad pabulum ducat: *Nos autem populus
ejus, & oves paſcuæ ejus*: Pſalm. 94. n. 7.
Utrumque reſpectum attingens Clem. Alex. Pſalm. 94.
lib. 1. Stromatum. cap. 14. poſtquam proponit 35.
præſentia verba: *Nolite timere puſillus grex*, ſic Clem. Alex.
ſubdit. *Quod ſi grex à Domino dicitur allego-
ricè, idem erit bonus Paſtor, & legiſlator*: Chri-
ſtus D. ut excellentiſſimus Princeps noſter eſt
Legiſlator, & Paſtor, ut patet ex hoc cap. 12. *Qui legit imponit, cibos apponit.*
Legiſlator, quia nos ſuis legibus ducit ad cœleſ-
tem patriam: *Quærite primum regnum Dei*, hic
n. 31. & etiam Paſtor: *Nolite quærere quid man-
ducetis, aut bibatis, Pater veſter ſcit, quia his in-
digetis*: n. 29. ut in omnibus vobis provideat;
Optimus Dominus ſi dat leges, dat alimenta, &
pabula. Ait Regius Vates Pſal. 22. n. 1. *Domi-* Pſal. 22. Græcus.
*nus regit me*: Ex Græco vertitur: *Dominus paſ-
cit me.* Qui regit lege, paſcat & pabulo.

36\. Decantat Moyſes Deut. 32. n. 6. *Hæccine
Deuter. 32. reddis Domino popule ſtulte, numquid non ipſe eſt
Pater tuus, qui te poſſedit.* Simul Deum Domi-
num & patrem appellat, cum tamen hæc duo
nomina videantur non bene ſimul convenire,
nam Dominus reſpicit ſervos; Pater filios, ſer- *Deus Dominus, & pater ut lege gubernat, & neceſſariis providet.*
vus, & filius maximè inter ſe deſcriminatur.
Alto tamen dictamine Moyſes appellat Deum
Dominum, & Patrem; Dominus dicitur, quia
ſuprema majeſtate regit, & gubernat. Pater ve-
rò, quia benignè neceſſaria, ac alimenta pro-
videt, & miniſtrat, qui regit, & gubernat;
paſcat, & nutriat. D. Chryſol. ſerm. 136. tan- D. Chryſol.
quam reddens rationem, cur Deus dicatur Do-
minus, & Pater, ait: *Qui, & juſtitia regnantis,
& generantis affectu in ſe totam tui recipit ſolici-
tudinem.* Recta juſtitia regnat, & paterna ſo-
licitudine gubernat, & paſcit.

37\. In primo rerum molimine dixit Deus, *Ger-
minet terra herbam virentem & facientem ſe-
men & lignum pomiferum faciens fructum jux-
ta genus ſuum*, Gen. 1. n. 11. Poſtquam ergo Gen. 1.
terra, Deo jubente, in fructus late diffundi-
tur, & poſtquam omnia cætera, quæ ad hujus
orbis machinam ſpectabant, condita ſunt; tunc

creavit Deus hominem in ultimo loco; cur non primo ante cætera, ut hominis nobilitas expoſcebat? & ut inde ipſe cùm tantis eſſet deſtitutus, magis beneficentiam creatoris recognoſceret, videns illa germinari, & produci, ſed poſt tot rerum, ac fructuum abundantiam creatur? Creato homine poſuit illum Dominus in paradiſo voluptatis, *ut operaretur, & cuſtodiret*

Gen. 2.
*illum*: Gen. 2. n. 15. Cuſtodiret, ut explicat D.

D. Auguſt.
Auguſtinus lib. 8. ad Gen. ad liter. per obedientiam, & obſervationem ſuæ legis ne comederet de ligno vetito: Creavit Deus hominem, ut viveret ſub ejus lege: inde primo & ante omnia providet ea, quæ erant neceſſaria ad ipſam viam; ſic præſcribebat vivendi modum,

Philo. *Optimus Princeps priùs provideat de cibo, quam diſponat de legibus.* Niceras.
ut ſuppeditaret alimenta ad vitam. Philo libro de Opificio ait: Germinet terra herbam virentem: *Volens ut recens natus homo nullâ re careret, quæ ad vitam, atque adeo ad bene vivendum conferat.* Et Nicetas in Oration. 44. Nazianz. ait: *Ut Adamus mundum ingreſſus inopia minimè laboraret*: Alienum erat à bonitate Divina, ut hominem, quem Deus creaverat ad cuſtodiam legum ſuarum, non recrearet cibo largè parato.

## QUÆSTIO VI.

*Quare Chriſtus D. in præſenti affirmat quod Pater ſuis electis dat regnum, cùm ſeniores in Apocalypſi decantent, ſe Regnum à Chriſto accepiſſe?*

38.
AIt Chriſtus D. in præſenti ſuis diſcipulis: *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Ubi apertè aſſerit ſuis, à Patre dandum eſſe regnum cælorum, cùm tamen viginti qua-

Apoc. 5.
tuor ſeniores in Apocalypſ. 5. n. 9. apertè proclamant ſe regnum ab ipſo agno Chriſto accepiſſe, dicentes: *Dignus es, Domine, accipere*

*Difficultas quæſtionis.*
*librum, & aperire ſignacula ejus: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro Regnum, & Sacerdotes: & regnabimus ſuper terram*: Ecce alta voce ſeniores proclamant, ipſis ab Agno Chriſto Jeſu regnum eſſe collatum: *Feciſti nos Deo noſtro regnum*, & *regnabimus*: Ait ipſe Agnus clariſſimè teſtificatur ei, à Patre regnum deſtinari: *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.*

39. *Omnia ſua Chriſtus in Patrem refert.*
Verùm utrumque eſt, & Pater dat, & Agnus Chriſtus det: Tamen Chriſtus D. de ſuo more, omnia in Patrem refert, eum authorem omnium recognoſcens. Cùm quidam adoleſcens accedens ad Chriſtum, interrogando eum diceret: *Magiſter bone*: Reſpondet Jeſus: *Quid me dicis bone, nemo bonus, niſi unus Deus?*

Marc. 10. D. Paſchaſ.
Marc. 10. n. 18. D. Paſchaſ. lib ... in Matthæum. *Patrem intelligens, à quo omnis bonitas*: Ait, non ſe bonum dicendum, ſed Patrem; quia omnis bonitas, quæ in ſanctiſſima ejus vita, in divina ejus doctrina, in magnificis, ac mirabilibus ejus vitæ relucebat, ſuo Æterno Parenti, tanquam omnium bonorum origini erat referenda, ac tribuenda.

Secundò, Deus Pater dat regnum, & Agnus Chriſtus Jeſus; tamen ſe præteriens, ſolùm Patrem commemorat, dans nobis formam omnibus ſuis diſcipulis Chriſtianis, ut omnia bona noſtra opera abſcondamus, & ſolùm in Deum Patrem agnoſcamus. D. Chryſolog. 40.
ſerm. 23. ait: *Qui dat, dare loquitur Patrem, nunquid largitatem ſuam denegat ſic dicendo? Non minuit poteſtatem, ſed pandit affectum*: D. Chryſol.
Cùm dicit Patrem dare, nec minuit, nec denegat ſuam poteſtatem, largitatem, ac beneficentiam, ſed declarat, ut Divinus Magiſter, ſuum affectum erga nos, ut nos doceat, & illuminet omnia noſtra referenda. Hinc Paulus dicebat 1. Corinth. 15. n. 10 *Gloria Dei ſum id quod ſum*: Nihil in ſe, & ex ſe agnoſcebat, ſed totum ex gratia Dei. 1. Cor. 15.

Hunc ſpiritum jam ebiberat Abrahamus, de quo ſcribitur Geneſ. 21. n. 33. *Abraham verò plantavit nemus in Berſabee, & invocavit ibi nomen Domini Dei Æterni*: Maximè expendenda eſt mens Sanctiſſimi Viri, quâ conſideratione, ut nemus plantat, ante omnia nomen 41. Geneſ. 33.
Dei invocat: cur non agit de aqua ad irrigandum, vel de muro ad cuſtodiam, ſed tantum de Dei invocatione? ut ne quid ſuum ibi appareat, ſed quod omnes fructus, omnes proventus, non ab ejus induſtria, ac cultura creverant, ſed ex Deo benedicente proveniebant. *Juſtus in ſuis operibus nil ſuum agnoſcit, ſed totum Dei.*
Lippoman. ibi: *Ut nos quoque diſcamus ſtudium promovendæ gloriæ Dei, ut omne noſtrum ſtudium, peculium, eloquium Domino Deo noſtro ſerviant.* Lippom.

Anima ſancta juramento interpoſito ad ſuas ſodales loquitur: *Adjuro vos filiæ Jeruſalem, ſi inveneritis dilectum, ut annuntietis ei; quia amore langueo*: Cant. 5. n. 8. Ipſa Divino amore tota ſuccenſa erat, ardentiſſima charitate in Deum inflammata; & tamen expoſtulat filiarum Jeruſalem interventum, ac miniſterium, ut ſuo dilecto ejus amorem exponant. Nil ſanè 42. Cantic. 5.
magis ſuperfluum videtur. Ejus dilectus eſt Deus, cujus oculis omnia ſunt aperta, & nota, & nil etiam minutiſſimum ab ejus intuitu fugit, & abſconditur. Deinde ipſa ejus charitas *Humilis divinos favores non ſibi, ſed aliis tribuit.*
maximè in cœlum evolabat, ac ante oculos Divinos præſentabatur: Ad quid ergo poſtulat ſodalium officium, ut ſuo Deo dilecto ejus amorem annuntient? Tanto humilitatis ſpiritu erat plena, ut dona ſibi illata, vel inferenda aliis referat, & tribuat. Gilbertus Abbas ſerm. Gilbertus.
46. in Cantic. ait: *Anxia vota, ſuis eſſe contenta neſciunt meritis, ideo alienæ preces mendicant ſuffragia. Perfecta humilitas de meritis ſemper aliorum præſumit. Adjuro vos filiæ Jeruſalem*, &c. Sic de ſe minimum cogitabant Divina Sponſa, ut apud ſe ſtatueret nihil ſuum aliquid valere, nec dignum eſſe videri, & ideo aliorum ſuffragia, ac officia requirebat. Illuſtriſſimus B. Noſter Francus Senenſis ſolebat dicere, S. Franc.
quod maximè ad ſuam ſalutem indigebat piorum orationibus adjuvari: nam illis deſtitutus exiſtimabat ſe omnino perire; Sancti omnia ſua Deo, & aliis referunt.

QUÆSTIO



## QUÆSTIO VII.

*Quare Chriſtus D. dicens, Regnum dari à Patre ſuo puſillis, utitur verbo,* Complacuit, *& non alio?*

43.
AIt Chriſtus D. *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*: Poterat Chriſtus dicere Pater veſter determinavit, decrevit dare vobis regnum, ſed apponit verbum; *Complacuit*: Quo Æternus Pater utitur ad ſignificandum ſuum eximium amorem erga ſuum filium Jeſum Chriſtum; Nam in Jordane facta eſt vox de cœlo dicens; *Hic eſt filius meus dilec-*

Matth. 3. *Difficultas quæſtionis.*
*tus in quo mihi complacui.* Matth. 3. n. 17. Hoc eſt, hic eſt filius meus dilectus, qui mihi maximè, ac ſummè, & ſingulariter placet; eodem verbo utitur ad ſignificandum ſummum gaudium, ac complacentiam, qua ſuis electis dat regnum proportione ſervatâ. Unde rectè excla-

D. Chryſol.
mat D. Chryſologus ſerm. 23. *O bonitas effuſa! ô inaudita pietas! ô ineffabilis affectio! in ſocietatem cenſus paſtor oves aſſumit, atque ad conſortium dominationis ſervos Dominus aſciſcit.*

44. Iſidor. Clar.
Pro qua re maximè pondera id quod notavit Iſidorus Clarus Orat. 8. Id quod Æternus Pater dat Chriſto per naturam, nobis communicat per gratiam. Chriſtus filius per naturam;

*Quæ ſunt Chriſti nobis per gratiam communicantur.* Pſalm. 2. Joan. 1. Pſalm. 109. Matth. 25.
*Filius meus es tu.* Pſal. 2. n. 7. Nos per gratiam, & adoptionem; *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Joan. 1. n. 12. Chriſtus ex ſua natura debet ſedere ad dexteram; *Sede à dextris meis.* Pſalm. 109. n. 1. Hoc nobis concedit per gratiam; *Statuet oves à dextris ſuis.* Matth. 25. n. 33. Judicium ex jure ſuo competit Chriſto;

Joan. 5.
*Neque enim Pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio.* Joan. 5. n. 22. Judicium per gratiam hominibus concedit; *Sedebitis ſuper duodecim ſedes judicantes duodecim tribus Iſ-*

Matth. 19.
*raël*: Matth. 19. num. 28. & ſic in aliis.

45. *Per humilitatem elevatur homo ad participationem Divinæ generationis.*
Secundo, cùm promittit regnum puſillis, ac humilibus, utitur *Complacet*, quo ſignificat ſuum ſupremum, ac eximium amorem erga ſuum filium Chriſtum Jeſum, ut ſignificet ſuo modo proportione ſervata, in qua æſtimatione ſunt apud eum humiles, qui per ipſam humilitatem ad quandam participationem divinæ generationis elevantur. Ait Salomon Sap. 7. num. 1. *Sum quidem ergo mortalis homo, ſimilis omnibus, ex genere terreni illius.* Quæ ſpirituali

Hugo.
ſenſu exponuntur ab Hugone Cardinali; *De genere illius notabilis, id eſt, Chriſti.* Sed unde Magnus Doctor agnovit in Salomone genus Chriſti? ex ſua, nempe, humili confeſſione, qua fatebatur in regali ſolio; *Sum quidem ego mortalis homo, ſimilis omnibus*: Tanta ſapientis viri humilitas adjungebar cum cum Divino genere.

46.
Magnum colloquium habens Chriſtus D. cum Nicodemo, agenſque cum eo de generatione ſpirituali, quâ homo poteſt fieri filius Dei, quod Nicodemus cum maximè admiraretur, ait ei Jeſus: *Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non poteſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: Quod natum ex Spiritu ſpiritus eſt, &c. Reſpondit Nicodemus, & dixit;*



*Quomodo poſſunt hæc fieri; Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Tu es Magiſter in Iſraël, & hæc ignoras*, Joan. 3. n. 3. & 4. Si Chriſtus eum Magiſtrum appellat, quomodo ignorantem dicit? Joan. 3.
Non videntur hæc multum inter ſe cohærere? Hoc tamen alio Divino conſilio factum eſt, ut objecta ejus ignorantia, inflatus ejus ſpiritus magiſterio, ignorantiâ appoſitè objectâ deprimatur: Volebat Chriſtus D. hominem ex Spiritu Sancto regenerari, inde eum ad humilitatem reducit, humilitas enim aptiſſimum medium ad divinum genus conſequendum. D. *Per humilitatem renaſcuntur ex Divino Spiritu.*
Auguſt. tract. 12. in Joan. *O fratres quid putamus Dominum huic magiſtro Judæorum quaſi inſultare voluiſſe? Noverat Dominus quid agebat; volebat illum naſci ex ſpiritu; nemo ex ſpiritu naſcitur niſi humilis fuerit; Quia ipſa humilitas facit nos naſci de Spiritu, quoniam prope eſt Dominus obtritis corde.* Homo tumore Magiſterij, maximè erat elatus, ut ergo renaſcatur, ex ſpiritu humilietur: *Quia ipſa humilitas facit nos naſci de Spiritu.*

*Luc.* 12 *n.* 33. Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſinam, facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis; quò fur non apppropiat, neque tinea corrumpit.

### *VERSIONES.*

*Arabicus.* Vendite ſupellectilem veſtram, & date miſericordiam, &c. & theſauros in cœlis, qui non finiunt, ubi non pertingit ad eos fur.

*Æthiopic.* Vendite bona veſtra, &c & non deficiet theſaurus in cœlis, ubi non perfodiunt fures, neque corrumpunt eum tineæ, neque cancer.

*Arias.* Vendite ſubſtantias veſtras: facite crumenas.

*Perſicus.* Crumenam parate, quæ nunquam corrumpatur, &c. ubi neque fur auferat neque tinea erodat.

*Vatabl.* Et theſaurum inexhauſtum.

### *EXPOSITIO III.*

VEndite quæ poſſidetis: Ac ſi dicat: Cùm habeatis cœleſtem Patrem, qui tantam 47.
curam habet de vobis, ut jam vobis conſtituerit cœleſte regnum; inde omnem curam de terrenis, ac corporalibus rebus abiicire; ipſe vobis providebit omnia. Jeſus Chriſtus D. Cyrill.
ait N. D. Cyrill. pauperes vult ſuos diſcipulos ſine poſſeſſione, ac hæreditate, ut Actor. 4.
Act. 4. num. 3. ut mens expedita tota ſit D. Baſil.
fixa in Deum; & ut advertit D. Baſilius-

 in

in Catena; non mandat bona noſtra abjicere, nec prodigere, ſed diſpenſare; quo verò modo? Subdit, *Date elemoſynam.* Hoc non eſt præceptum, ut perperam dixit Pelagius, affirmans omnes Chriſtanos debere eſſe pauperes, ſed eſt conſilium, ut tenent Beda, D. Thomas & alij, & patet ex verbis Chriſti, Matth. 19. n. 17. & 20. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Ac ſi dicat, ut adimpleatis evangelicam perfectionem, vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam.

Pelagius. Beda. D. Thom. Matth. 19.

48. *Facite vobis*, Hugo ait vobis, non alteri, quia totum hoc eſt in tuam utilitatem, & bonum. Sacculo, id eſt, Marſupia, crumenas, repoſitoria, *Qui non veteraſcunt.* Sacculi temporales veteraſcunt, corrumpuntur & diſrumpuntur; At ſacculi in cœlis ſunt omnino à tali detrimento alieni, quos virtus corruptiva non attingit, & ut ait D. Chryſoſtom. Quid ſtultius ponere tua in eo loco à quo exis, & quid felicius ea ponere in loco ad quem vadis, ut illis ſpiritualiter impleariS? *& facite theſaurum non deficientem*: hoc eſt, Æternum, eleemoſynæ præmia ſempiterna ſunt; pecunia data pauperi præterit, id verò quod inde lucratis in æternum perſeverat. *Quò fur non appropiat.* Gloſſa, id eſt, quia ibi nulla adversùs electos Dei, prævalebit Diaboli fraus. Vel, ut ait Beda, *fures*, ſunt miſticè Hæretici, vel dæmones, vel dicam, homines iniqui, & perverſi; *Tinea*, quæ latenter veſtes corrodit eſt invidia, ait Beda, quæ bonum ſtudium aliorum lacerat, vel eſt vana gloria. Tinea de veſtimento naſcitur, & tamen illud conſumit, ita vana gloria de bono opere naſcitur, & illud conſumit. Eccleſ. 42. n. 13. *De veſtimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas viri.*

D. Chryſ. Beda. *Vana gloria naſcitur ex bono opere, & illud deſ-[illegible]uit.* Eccleſ. 42.

49. *Ubi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.* Rationem apponit ob quam habeamus ſemper cor defixum in cœlo, & non demerſum in terra: Cùm homo enim maximè ſolicitus ſit de ſuo theſauro, inde mens, & cogitatio ejus tota defixa eſt in theſauro, ut ergo mens noſtra non ſit in terra, ſed in cœlo, in ipſo ponamus theſaurum noſtrarum actionum. Theophylactus ait: *Quis non ſurſum eſſe mallet, & non ſub terra? Quis non diligeret eſſe potiùs Angelus, quàm talpa, ſemper in ſubterraneis latebris agens? Angelus eſt is, cujus cor in cœlo verſatur; talpa ille, cujus in terra cor foſſum eſt.* De hoc theſauro in cœlo, ſicut de fure, & tinea latiùs tractavi tom. 2. in Evangel. cap. 16. q. 21. 22. 23. ad cap. 6. Matth, n. 21. Ubi hæc eadem ſententia à Chriſto dicitur.

Theophyl.

---

### QUÆSTIO VIII.

*Quare ex parato regno à cæleſti parente infert Chriſtus: Vendite quæ poſſidetis & date eleemoſynam?*

50. AIt Chriſtus D. in præſenti: *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum; vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam.* Præſens Quæſtio connexionem horum verborum inquirit; Cur ex deſtinato, ac deſignato regno à Patre inferatur quòd omnia vendant, & dent pauperibus? Rationem litteralem jam dedi in expoſitione, in qua etiam eſt Lyranus; Vendite, quæ poſſidetis ait: Ac ſi dicat Chriſtus, ex quo vobis paratum eſt regnum cœlorum à Patre, parum debetis curare de terrenis; Ipſe Pater, qui dat, id quod majus dabit id quod minus, ac proinde magna fiducia debetis eſſe in eo corroborati, quod omnia neceſſaria ſuppeditabit; inde ergo vendite quæ habetis, & date eleemoſynam; quia ut ait Albert. Magn. Chriſtus vult ſuos diſcipulos nudos à terrenis, ut faciliùs valeant evolare in cœlum.

Lyran. *Magna confidentia in Deo.* Alb. Magn. *Suos diſcipulos nudos vult Chriſtus.*

51. Secundò, D. Chryſologus ſic ait ſerm. 25. *Eſt conſuetudinis, eſt animi felicis, ut aſcitus ad regnum, quod fuit proprium, quod privatum, mox parentibus, mox propinquis civibus indigentibus liberaliter prorogare, ne ſit mendicus animo, qui cenſu fructus, & honore. Tali ergo providentia Dominus, conſilio tali, vilia, & caduca jubet, ut vendamus, ut largiamur, ut donemus, qui in cæleſti regno omnia, quæ in cælo, & quæ in terra volumus poſſidere.* Maximè expendenda eſt rerum connexio ex eo quòd Æternus Pater ſuis deſignat regnum, eoſque reges creat, ac conſtituit; ſtatim jubet omnia ſua vendere, ac pauperibus diſtribuere. Cur cum regno hæc duo adjunguntur, ut omnia à ſe dimittant? *Vendite quæ poſſidetis*; Et in pauperes, ac miſeros impendant; *Date eleemoſynam*; Sciant, ſciant Reges, & Principes, quod ſi ad ipſum apicem elevantur, non eſt ut aliena rapiant, & acquirant, ſed ut potiùs ſua propria, ac privata à ſe dimittant, & abjiciant, ut pauperes, & miſeri, illis nutriantur, ac alimententur; *felicis animi eſt aſcitus ad regnum, quod fuit proprium, quod privatum mox civibus indigentibus liberaliter prorogare.* Rex non, ſibi ſed aliis creatur; *Tali conſilio caduca jubet, ut vendamus, largiamur.* Vide ſuprà, Luc. 11. q. 10. n. 48. 49. Et multa in meis libris Verb. *Prælatus*, vel *Rex*.

D. Chryſol. *Rex creatus non ut ſibi, ſed ut aliis det, & faciat.*

52. Tertiò, Cùm creantur Reges ſtatim eis mandatur: *Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam*; Innata regibus beneficentia, aliorum miſeriis ſubvenire, levamen, & remedium eis adhibere D. Nazianzen. Orat. 16. De pauperum amore, ait, *Quis te Dominum, ut regem ſuper omnia terrena conſtituit? Quiſne ſingula enumerem omnia donavit, in quibus homo cæteris præcellit? Nonne Dominus, qui nunc præ omnibus, & ante omnes humanitatem à te expetivi*:? Regnum, quod è manu Dei venit, ſemper ſecum habet comitem beneficentiam; Regalis corona beneficentia ac clementia debet nitere, ac fulgere; Unde ille qui pauperem nec cibo, nec veſtitu adjuvare poterat, principatum recuſabat dicens; *In domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, nolite me conſtituere principem populi*, Iſai. 3. n. 7. & Mardochæus perſuadens Reginæ Eſther, ut in extrema populi miſeria, ei ſubveniret, ac pro eo ſtaret ad tutelam dicebat ei. *Et quis novit utrum idcirco ad regnum veneris, ut tali tempore parareris?* Eſth. n. 14. Vide ſupra Marc. 3. q. 1. n. 34.

*Beneficentia connexa cum regali dignitate.* D. Nazianz. Iſai. 3. Eſth. 4.

53. Quarto, dixerat Chriſtus D. *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*: Apertè docet Dominus regnum eis eſſe diſpoſitum, ac præparatum à Patre ſuo; nunc verò oſtendit modum, & viam per quam ipſum regnum in executione ſit aſſequendum ac obtinendum. Nempe. *Vendite omnia quæ poſſidetis, & date eleemoſynam*, id eſt,

*Regnum cælorum per eleemoſynam obtinetur.*



eſt per remiſſionem temporalium, ac eleemoſynariam charitatem regnum cœlorum habetur. In ultima [illegible] dicet Dominus ſuis electis: *Poſſidete paratum [illegible] regnum à conſtitutione mundi; eſurivi, & dediſtis mihi manducare, ſitivi, & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, & collegiſtis me; nudus, & cooperuiſtis me*: Matth. 25. n. 35. Eleemoſyna data pauperibus regnum cœlorum comparat.

Matth. 25.

54. Cùm exorta eſſet vehementiſſima flamma ignis, quæ totum populum Iſraelem devorabat. Tunc *Aaron ſtans inter mortuos, & vivos pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſavit*: Num. 16. n. 4[illegible]. Et quæ cauſa ſic potuit cohibere voraces flammas ne ultra procederent? Ubi ignis vidit ſacerdotalia Aaronis indumenta, ſuum vehementem impetum refrænat, ne ulterius graſſetur: Et quid habebant veſtimenta illa ſacerdotalia, ut à conſpectu ejus tam velociter ignis, fugeret? D. Auguſtin. ſerm. 98. de tempor. ait: *Neque enim indumenta Pontificis purpura, ac lana, byſſoque contexta erubuiſſet Angelus vaſtator; ſed ita quæ futura erant indumenta Domini noſtri ſalvatoris.* Quamvis illæ veſtes Pontificiæ eſſent ex donis oblatis à populo: tamen Angelus vaſtator populi illa non verebatur, ſed maximè in venerationem habuit illa veſtimenta in pauperibus data Chriſto, quæ ibi figurabantur. Ubi umbra eſt eleemoſynæ omnem flammam exinguit, & ſalutem donat. *Quæ futura erant indumenta Domini ſalvatoris.*

Num 16. *Umbra eleemoſynæ extinguit ignem & dat ſalutem.* D. Auguſt.

55. Et in confirmatione hujus, maximè ponderandum, quòd dum Chriſtus D. ſuis electis dat cœlorum regnum, ſolum in eis commemorat, ac refert opera eleemoſynaria Charitatis: *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare: ſitivi & dediſtis mihi bibere: nudus, & cooperuiſtis me*: ac ſi in eleemoſynario opere omnia bona contineantur, & ſine illo quaſi non ſit ullum bonum opus. Angelo Epheſi dicitur juxta Gloſſam: *Habeo adversùm te, quod charitatem priſtinam reliquiſti*: Apocalypſ. 2. n. 4. At verò Angelo Pergami dicitur: *Habeo adversùm te pauca, quia habes ibi tenentes doctrinam Balaam*: Ibid. n. 20. & in aliis non parva crimina notans; his tamen ait: *Habeo adversùm te pauca*: At Angelo Epheſi, non dicit pauca habere contra illum, ſed tantum ait: *Charitatem priſtinam reliquiſti.* Andræas Cæſar enſis in Gloſſa aſſignans cauſam, cur hic Epiſcopus reprehendatur: *quòd primam dilectionem, ſolitam erga egenos beneficentiam remiſſiùs, quàm par erat exerceret, id vitio vertit.* Notatur iſte Epiſcopus, ſeu Angelus Epheſinus, quod debitam ac ſolitam charitatem in pauperes, ac egenos non haberet, & ideo non dicitur ei à Chriſto Ieſu quod habeat adversùs eum pauca, ſed multa magna, & horribilia crimina: ſicut enim charitate omnes virtutes radicantur, ſic in illius defectu omnia vitia compaginantur, ac ſolidantur; & idem eſt, charitatem non habere ac omnia vitia habere.

Apoch. 1. *In pauperum beneficentia omnes virtutes, & omnes deficiunt ſine illa.* Andr. Cæſar.

---

### QUÆSTIO IX.

*Quare Chriſtus D. mandans omnia vendere, & dari pauperibus, mandat etiam ſimul ſacculos parari?*

56. AIt Chriſtus D. in præſenti ſuis diſcipulis: *Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, & theſaurum non deficientem in cœlo*: Videtur in his aperta repugnantia, quod nempe vendant omnia, quæ poſſident, & dent pauperibus, quod faciant ſimul ſaccos, ſeu repoſitoria ad retinendum, ac recondendum; quomodo fieri poteſt, quod homo erogando recondat, quod amittendo, acquirendo, expendendo lucretur?

*Difficultas quæſtionis.*

57. Primò, Reſpondet D. Chryſologus ſerm. 25. & ait: *Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt. Qui theſaurizantes corporaliter arguebat ad totum cupiditatis fomitem jubet ſacculos ſine fine perquiri: Chriſte, quò te pertrahit amor tuorum? ut avarum lucri facias, facis eum, quod deſiderat, non quod oportet audire. Sacculos imperans, æternos theſauros, qui non deficiant vis parari, ut avarus, dum conſueta percurrit ad lucra, aut virtutem capiat, aut à virtute capiatur*: O arguta, & alta Chriſti doctrina! quæ ad diſcipulos adhuc rudes dirigebatur, & omnes inde homines reſpiciebat; qui valde tenaces ſunt in ſuis retinendis, & à ſe non alienandis; inde humanum affectum condeſcendens, ut eum ineſcare valeat, dum jubet vendere, & dare objicit magnitudinem lucri, ut ſuo affectu, ac inclinatione homo alliciatur ad virtutem, & ſaporem lucri, ad opulentas miſericordiæ ſanctitates, hominem erudit: *Chriſte, quo te pertrahit amor tuorum? ſacculos imperans, æternos theſauros, qui non deficiant, vis parari, ut avarus dum conſueta percurrit ad lucra, aut virtutem capiat, aut à virtute capiatur*: Si homo eſt avarus, ac tenax bonorum ſuorum, intuitus copioſi lucri ipſum allicit.

Chryſol. *Chriſtus homines eorum affectu ac inclinatione eos ad ſe allicit.*

58. Pro quo nota, quòd non dixit Chriſtus, facite crumenas, ſeu bulgas, quod auguſtum eſt, & parum recipit, ſed ſacculos, qui multo capiunt; qui enim bulgam aperit pauperi, ſacculum ingentem præparet, ut multò majora accipiat, & ideo tam duplicato augmento homines ad ſe advocat.

*Non crumenas ſed ſacculos mandat parari.*

59. Divina ſponſa ſui dilecti amore inflammata ad ſodales ait: *Adjuro vos filiæ Hieruſalem ſi inveneritis dilectum, dicite ei, quia amore langueo*: Quærunt ipſæ, ut facilè dilectum agnoſcant: *Qualis eſt dilectus tuus?* dat ipſa illius ſigna: *Dilectus meus, candidus, & rubicundus, caput ejus aurum optimum. Manus illius tornatiles: aureæ, plenæ hyacinthis*: Cant. 5. n. 24. Filiæ Hieruſalem, ut exponunt Phil. Carpathius, Caſſiodorus, Beda; ſunt animæ ſanctiores in hoc ſæculo, quarum precibus commendat Divina ſponſa: Ad quid ergo [illegible]um ſint animæ tam piæ, ſanctæ, ac devotæ. [illegible]is proponit

Cantic. 5. Phil. Carpathius. Caſſiodor. Beda.

ponit cœleſtis ſponſa quòd manus ſui dilecti, *ſunt aureæ plenæ hyacinthis*; plenæ, nempe, lapidibus pretioſis cœleſtium donorum, ut Divinum ſponſum quærat, nonne ſat erat intimus amor, quo ſupra modum diligebant eum ad quid inſuper addit, quod manus ſunt aureæ, plenæ omni lapide pretioſo? Gilbertus ſerm. 42. *Ut velocius currant & annuntient, quia amore langueo.* Et ſi eximio amore aſtringebantur cum dilecto, tamen manus ejus declarantur *aureæ plenæ hyacinthis*; hoc eſt donorum cœleſtium, quamvis ingens eſſet amor; tamen expectatio donorum intuitu lucri, ac retributionis, vehemens ſtimulus: *Ut velocius currant, & annuntient.*

Gilbert. *Homo ex ſua inclinatione maximè movetur retributione donorum.*

60. D. Chryſol. Secundò, D. Chryſologus ſermon. 22. ait: *Vendite, quæ poſſidetis: non poteſt dominari omnibus, niſi is, qui propriis non tenetur.* Ille qui omnia à ſe dimittit, & Chriſti paupertatem amplectitur, omnium acquirit dominium, & principatum, & quæ meliora, & pauciora ſunt? Exiit David cum Goliath ipſum percuſſum proſternit, inde glorioſa victoria triumphante Fœminæ decantant: *Saül percuſſit mille, & David decem millia.* 1. Reg. 18. n. 6. Gener Regis, & primus in Iſraël, & tandem illius magnificus Rex, quæ omnia illi advenerunt ex proſtrato Philiſthæo, quid habuit David in illa victoria ad tantam gloriam? Recole quod quando exiit in prælium, Regis arma, illiuſque ornamenta dimiſit; 1. Reg. 17. n. 38. & tamen humili veſte paſtorali pellicea ad prælium proceſſit; & qui magna ſæcularia contemnit ab illiſque denudatus à ſe projicit vilibus, & abjectis contentus, tantum plenus Deo in ipſo confidens glorioſos agit triumphos, & validiſſimas tyrannorum phalanges ridebit, omniaque mundi pretioſa tanquam eorum Dominus pedibus conculcabit. D. Ambroſ. lib. 10. in Lucam ad cap. 21. ait: *Si quis Goliath exurgat immitis, atque præcelſus, timentibus cæteris, exurgat humilis David, Regis abjiciens arma terrena, ſumens fidei tela leviora, & jaculum puræ confeſſionis intorquens, perſecutoris vulnerat impudentiam. Huic victori occurrunt juvenculæ dicentes: Percuſſit Saül in millibus, David in decem millibus. Quod indicio eſt, victores ſæculi, Principibus anteferri.* Expende illud: *Regis abjiciens arma terrena*, & iterum: *Victores ſæculi, Principibus anteferri.*

1. Reg. 18. 1. Reg. 17. *Pauper terrona abjiciēs de omnibus triumphat, & omnia poſſidet.* D. Ambroſ.

61. D. Chryſol. Tertiò, D. Chryſologus ſermon. 22. ait: *Homo tali monitu, Chriſtus te ditare voluit non nudare, manere tibi tua voluit, non perire, perpetuari non evacuari, ſacculos imperavit juſſit te transferre, non perdere*: Mandat vendere omnia, & facere ſacculos, quæ non repugnant inter ſe, ſed maximè cohærent, ut ſciat homo, ſi quæ pauperi dat, quòd non ab eis alienatur, nec denudatur, ſed ea ipſi reſervata manent multiplicata fructu; & ideo mandat facere ſacculos ad ampliſſimam mercedem recipiendam. Ait Paulus 1. Corinth. 9. num. 6. *Qui parce ſeminat, parce, & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Juxta mentem D. Ambroſii qui ſeminat in benedictionibus datis pauperi per eleemoſynam de benedictionibus metet fructum centuplum. Euſebius homil. 4. de Epiphania ait: *Eſurientis, ait, dediſti panem, ille quidem paſtus eſt, ſed ad te rediit, quod dediſti cum fructibus, & uſuris.*

*Eleemoſyna de arcano pietatis magnum lucrum eſt.* 1. Cor. 9. D. Ambroſ. Euſebius

62. Cum benediceret Jacob filios ſuos, ac deveniſſet ad Joſeph largiſſimam benedictionem ei impendit dicens: *Sedit in forti arcus ejus, inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſraël... Omnipotens benedicat tibi, benedictionibus cœli deſuper, & benedictione abyſſi jacentis deorſum, benedictionibus uberum, & vulvæ*: Gen. 49. numer. 24. & 25. Dat ei benedictionem in benigna pluvia ac cœli influxu; datque ei benedictionem abyſſi jacentis, nempe, fertilitatem terræ, magnam & dilatatam generationem, ac multiplicationem, tam in hominibus, quàm animalibus. Benedicens Iſaac ipſum Jacob; & ait: *Det tibi Deus de rore cœli, ac de pinguedine terræ*: Gen. 27. n. 28. At ipſe Jacob benedicens Joſeph non ſolùm dat benedictionem, ut ei dedit Pater ſuus Iſaac, de rore cœli, ac de pinguedine terræ, ſed inſuper addidit benedictionem uberum, & vulvæ, largam, & amplam generationem, cum magnificis, ac ampliſſimis titulis; Arcus fortis, paſtor; lapis Iſraël, id eſt, illius firmamentum Iſaac benedixit Jacob, ut filium ſuum, Juſtum, ac ſanctum: At ipſe Jacob benedictionem impendit Ioſeph, ut filio ſuo, ut juſto, & ſancto, ſed etiam ut paſtori, qui famelico populo alimenta miniſtravit, & ſubvenit tempore neceſſitatis, non tantum benedicetur ut filius juſtus, ac ſanctus, ſed inſuper illuſtriori, ac majori benedictione ſuper cæteros condecoratur, ac inter omnes trophæum, & palmam erigit. Theodoret. q. 96. in Geneſim ait: *Pietas ei palmam retulit & eſca ſuis egentibus exhibita, illum in glorioſum Iſraëlis paſtoris titulum evexit.*

Gen. 49. Gen. 17. *Jus per eleemoſynam erigit palmam ſuper cæteros.* Theodor.

*Baptiſmus, quo Chriſtus habet baptizari.*

*Luc. 12. num.* 50. Baptiſmo autem habeo baptizari; & quomodo coarctor uſque dum perficiatur.

*VERSIONES.*

*Syriacus.* Baptiſmo, eſt mihi, ut baptizer, multumque premor dum perficiatur.

*Perſicus.* Veruntamen multum ſuſtineo doloris donec perficiatur.

*Arabicus.* Et mihi intinctio, qua tingendus ſum, & ego laboro uſque perficiatur.

*Quidam apud D. Ambr.* Quomodo coangor, id eſt, contriſtor.

*D. Epiphanius.* Feſtino ut bibam illum.

*D. Irenæus.* Et valde propero ad illum.

*EXPOSITIO.*

63. *Cohærentia Textus.*

A Connexione textus? cum ſuperioribus incipiamus; Dixerat Chriſtus ſuperiori verſ. 49. *Ignem veni mittere in terram, quid volo niſi ut accendatur.* Explicat Chriſtus D. quòd ipſe



ipſe venerit ut in cordibus hominum mittat ignem charitatis amoris, ac zelum honoris Dei Patris, ac ſalutis animarum; hunc ergo charitatis ignem quem venit mittere in animis hominum, ipſe in ſe ſuſcepiſſe oſtendit per mortem & paſſionem ſuam: De qua modo agit Expoſitio Textus, patebit ex duabus quæſtionibus ſequentibus latiùs.

## QUÆSTIO X.

### *Quare mors, & paſſio Chriſti dicitur Baptiſmus?*

64. *Chriſti mors dicitur Baptiſmus.* Tertull. D. Cyprian. D. Ambroſ. Beda Titus Boſt. Euthym. Theophyl. Marc 10. Pſalm. 65. Pſalm. 68

B*Aptiſmo autem habeo baptizari*: per baptiſmum intelligit mortem, & paſſionem ſuam, ut tenet venerabilis Patrum Senatus. Tertullian. lib. de Baptiſmo. D. Cyprian. Epiſt. ad Jobojam; & hîc D. Ambroſ. Beda. Titus Boſtren. Euthym. Theophylactus: & apertè patet ex D Marco 10. num. 38. ait Chriſtus. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum: aut baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari.* Nam per multitudinem aquarum ſignificatur ingens tribulatio, afflictio aut paſſio: Pſalm. 65. num. 12. *Tranſivimus per ignem, & aquam, & eduxit nos in refrigerium*: Pſalm. 68. num. 2. *ſalvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam.* Et multis aliis in locis Mors & paſſio Chriſti extitit altiſſimum, ac vaſtiſſimum mare dolorum, tribulationum, ac pœnarum.

65. Deinde mors Chriſti rectè dicitur Baptiſmus, tam reſpectu ipſius, quàm noſtri: mors Chriſti extitit Baptiſmus, ac ſalutiferum lavacrum, quo purificati, ac mundati ſumus. Ita in præſenti Euthymius ait: *Baptiſma, dixit Chriſtus ſui occaſionem, tanquam noſtri purificationem*: Sic ait Joan. in Apocalypſ. 1. n. 5. *Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis in ſanguine ſuo*: Et de ſanctis dicitur Apocalypſ. 7. num. 14. *Laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt in ſanguine Agni*: Unde ait Innocentius Tertius lib. 4. Myſteriorum Miſſæ. *Non ſolùm lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, quando ſanguinem ſuum fudit pro nobis in crucis patibulo: verum etiam quotidie nos lavat à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, quando ejus ſanguinem nos accipimus in calicis poculo.*

Euthym. Apoc. 1. Apoc. 7. *Semper Chriſtus nos lavat & purificat.* Innoc. III.

66. Joan. 19. Mortuo Chriſto D. ſcribit D. Joan. 19. n. 34. *Unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis, & aqua.* Ad quæ verba ſic eleganter ait D. Chryſoſt. Tom. 6. homil. de Cæco: *Continuo exivit ſanguis, & aqua: nec ſic exierunt ut ſimpliciter fluerent, ſed cum impetu, ut latronis corpus aſpergerent, ut latronem aſperſum baptizarent.* Nota verbum: *fluerent cum impetu*: Ac ſi vi, & coactione reprimerentur, dum non exibant, ac profluebant pro hominum ſalute.

D. Chryſ. *Vehemens impetus, ſanguinis Chriſti pro ſalute noſtra.*

67. Mors, & paſſio Chriſti dicitur etiam baptiſmus per reſpectum ad ipſum Chriſtum; præ vi amoris mors ei fuit tanquam baptiſmus ac ſuave; & dulce lavacrum, ac balneum ut ſatiaret, ac expleret ſitim, ac eſuriem, quam pro morte ſua & ſalute noſtra habebat. D. Ambroſ. in præſenti lib. 7. Lucam expendens illud Chriſti D. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*: Non ait: Triſtis eſt anima mea ad mortem, ſed uſque ad mortem, tempus, nempe, mortis, ut notat ſanct. Doctor Matth. 26. num. 38. & ſubdit. *Tempore mortis triſtitiam prætendebat, quam non ex metu mortis ſuæ, ſed ex mora noſtræ redemptionis aſſumpſerat.. Ut eſuriret, ſitiret, angeretur, & contriſtaretur*: Triſtis erat uſque ad mortem ex dilatione noſtræ redemptionis, quam maximè eſuriebat, ſitiebat ex illius mora vehementer augebatur. *Ex mora noſtræ redemptionis.*

*Chriſtus vehementer ſitiebat hominum ſalutem.* Matth. 26. D. Ambroſ.

68. Pſal. 61. In perſona Chriſti ait Regius Vates Pſ. 61. num. 5. *Cucurri in ſiti*: Ac ſi diceret: ſic vehementer in hominum ſalutem ſitiebam, ut ad illam non ſolùm feſtinarem, ſed etiam pernici quodam & vehementi impetu ferebar. Huic cogitationi conſonat Titulus Pſalmi 21. *Deus, Deus meus reſpice in me*: Qui totus ad litteram eſt de Paſſione Chriſti; juxta lectionem Aquilæ, ac D. Hieronymi, præfigitur titulus: *pro cerva matutina*: Quo exprimitur ingens ardor, quo cervus exagitatur, ac currit ad torrentes & hoc pro quolibet tempore, ſed quo matutino, quando ſitis eſt vehementior ac inflammatior, ut ſub tali metaphora denotetur ardentiſſima ſitis, quam Chriſtus patiebatur de morte, ac paſſione ſua. D. Hieronym. in Pſalm. 6. *Cucurrit in ſiti*: ſic ait ſanct. Doctor. *Currit Dominus in ſancta ſiti; cucurrit de cœlo, venit in uterum, de utero in præſepium cucurrit ſitiens; venit ad fontem, eſuriens venit ad arborem in cruce humani generis ſalutem ſitivit: unde dictum eſt, de torrente in via bibes.* Expende: *Eſuriens venit ad arborem*: Adhuc colaphis, alapis, flagellis, ſpinis cæſus eſuriebat mortem, & paſſionem. *In cruce humani generis ſalutem ſitiebat*: Adhuc in cruce, tot tormentis ſitiebat, donec de torrente ſanguinis ſui largiter effuſi bibit, & ſatiatur, morte interveniente; ex quo perbelle dixit D. Chryſol. ſerm. 58. *Crucifixus in cruce mortem ſuſcepit, ſepulturam patitur*: ubi ei deſunt tormenta, cruciatus, & dolores, ibi patitur, & moleſtiam ſuſtinet.

Pſal. 21. Aquila. D. Hieron. D. Hieron. *Vehementiſſim. è Chriſtus ſuam mortem exoptabat.* Chryſol.

## QUÆSTIO XI.

### *Quare Chriſtus teſtatur de ſe, quod coarctatur uſque dum perficiat ſuum baptiſmum?*

D Ixerat Chriſtus D. *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor uſque dum perficiatur?* Ultima verba ſunt à nobis in hac quæſtione explicanda. Lyranus duas affert expoſitiones, & prima quod Chriſtus D. hoc dixit, ut ſignificaret ſe mortem perhorreſcere ac reformidare, ſicut ipſe poſtea dixit. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*: Tamen licet ſenſus inferior, & naturalis animæ Chriſti hoc dixiſſet ad oſtendendam veritatem naturæ humanæ tam ſpiritu, ac zelo ſuperans, & corrigens, ait: *Verumtamen non ſicut ego volo,* 69.

Lyra. *Chriſtus oſtenditur verus. Deus & homo.* Matth. 26.

*volo, ſed ſicut tu vis:* Ut ſic oſtenderetur verus Deus, & homo, ut homo timebat mortem, ut Deus generosè appetebat.

7 *Verus ſenſus.* Verus, & genuinus ſenſus: *Quomodo coarctor uſque dum perficiatur*: id eſt, angor, crucior, comprimor, ac veluti quandam animi moleſtiam, afflictionem ſuſtineo præ deſiderio moriendi pro gloria Dei, ac ſalute hominum uſque dum perficiatur, & abſolvatur. Pro hac expoſitione ſtant omnes lecti nes, Syriacus: *Multúmque premor dum perficitur.* Perſicus: *Multum ſuſtineo doloris, donec perficiatur*: Arabicus. *Et ego laboro uſque dum perficiatur.* Aliqui apud D. Ambroſium, *Contriſtor*: & præ deſiderio ipſius mortis legit D. Epiphanius: *Feſtino ad illum*: D. Irenæus: *Valde propero ad illam.* Theophylactus ait: *Baptiſmum mortem vocat; hanc autem valde deſiderans ait*: Et quomodo conſtringor, *hoc eſt, quam ſollicitus, & anxius ſum, ac premor;* donec perficiatur, *ſitio enim mortem pro hominum ſalute.* Euthymius: *Quomodo coarctor donec perficiatur, veluti anxius ſum propter tarditatem*, ſic D. Ambroſ. Beda, Titus & alij Patres communiter.

Siriacus. Perſicus. Arabic. D. Ambroſ. D. Epiphan. D. Irenæus. D. Theoph. Euthym. Beda. Titus.

71. *Tota res ex amore Chriſti bene explicatur.*

Sic moraliter explico. Animus Chriſti Domini præ deſiderio moriendi coarctatur, ac comprimitur; nam ejus ingens charitas provocabat ut illico abſque ulla mora, & tarditate crucem ſubiret; ſanguinem funderet, & vitam daret pro hominum ſalute; tamen præceptum Patris inſtabat pro certo, ac definito tempore; & ideo cum adveniret tempus ſuæ paſſionis, dixit ſuis diſcipulis in horto: *Surgite eamus, ecce appropinquavit, qui me tradet*, Math. 26. num. 46. & ſuis inimicis comprehendentibus dixit: *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum*, Luc. 22. num. 54. Ait ergo Chriſtus D. *Quomodo coarctor donec perficiam illum*: veluti homo in arcto, & anguſto poſitus ut inter duos lapides coarctatur, & comprimitur, ac premitur quodammodo: ita animus Chriſti ex ſua eximia Charitate urgebatur pro quolibet momento, & inſtanti vitam dare pro hominum ſalute; tamen ex dato præcepto Patris reprimebatur, ac continebatur ad perficiendum ſuum holocauſtum in ara crucis pro certo & definito articulo temporis, & ita inter ſuum deſiderium, ac præceptum comprimebatur.

Matth. 26.

Luc. 22.

71. Quantùm verò Chriſtus Dominus coarctabatur, ac comprimebatur, & anxiebatur pro danda vita pro ſalute generis humani, non eſt, qui valeat explicare; pro quo bene notat Albertus Magnus quod Chriſtus Dominus in præſenti *dum loquitur*, *nomen* quomodo, *ſignificat coarctionem eſſe inexplicabilem, Hæc enim coarctio eſt, quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit*: Iſai. 64. num. 4. propheta loquitur de Chriſto, in quo & quanta charitas Dei in eo præparaverit, ac ordinaverit, omnem mentem, & captum creatum excedit: *quam oculus non vidit, nec auris audivit.*

Alb Magn. *Ingens Chriſti deſiderium moriendi non poteſt explicari.*

In ultima cœna ait Chriſtus Dominus Judæ: *Quod facis, fac citius; hoc autem nemo ſcivit diſcumbentium, ad quid dixerit ei.* Joann. 13. num. 28. Judas negotiabatur proditionem; Satanas machinabatur crucem, Chriſtus Dominus ardenter inhiabat ad mortem; tunc ait Judæ: *Quod facis, fac citius*: Ac ſi Judæ velocitatem, dæmonis inſtigationes reſpectu ſui amoris, ut quid lentum, & moroſum repuraretur, ait Judæ: *Quod facis fac citius*: non illius proditionem intendens, ſed flammas ſui deſiderii urgentiſſimas prodens, Origenes apud Catenam: *Poterat, vel Judæ vel ſatana Dominus dicere*: Quod facis fac citius: *provocans adverſarium ad pugnam, vel proditorem ad ſubminiſtrandum diſpenſantionem, quæ erat futura ſalubris ſæculo, quam non amplius retardari nec protrahi, ſed pro poſſe maturari volebat*: Perpende ultima verba: *Quam pro poſſe maturari volebat.*

72. Joan. 13.

*Ingens charitas Chriſti. omnia tranſcendit.* Origenes.

In rem noſtram. Id quod ſubditur notandum eſt. *Hoc autem nemo ſcivit diſcumbentium, ad quid dixerit ei*: Valde mirum quod nullus ex Apoſtolis potuit hoc intelligere, nec Petrus qui ad altiſſima myſteria æternæ generationis evolabat; nec Joannes, qui perſpicax intellectu erat, nec ullus ex aliis, cùm omnes eſſent maximè verſati in doctrina Chriſti. Cùm Judæ ait Chriſtus; *Quod facis fac citius*: hoc dixit ex impetu, ac vehementia ſui deſiderij, ac amoris moriendi pro ſalute hominum: *poſſe maturari volebat*: inflammatum & ardens miniſterium amoris, ac deſiderij Chriſti vitam profundendi pro noſtra ſalute adeo ſublime & altum eſt, ut nec Petrus, nec Joannes, nec aliquis ex Apoſtolis illud valeat penetrare, inveſtigare, ac aliquantulum attingere; ſic tranſcendit omnem humanum captum.

74. Dan. 13.

*Deſiderium Chriſti moriendi tranſcendit omnem intellectum.*

# CAPUT XIII.

ADERANT autem quidam ipſo in tempore, nuntiantes iſti de Ga-
lilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum.
2 Et reſpondens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus
Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt? 3. Non dico
vobis: ſed niſi pœnitentiam habueritis omnes ſimiliter peribitis, 4. Sicut
illi decem & octo ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos, putatis, quia
& ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hieruſalem?
5. Non



5. Non dico vobis: ſed ſi pœnitentiam non habueritis omnes ſimiliter peribitis.
6. Dicebat autem hanc ſimilitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam
in vinea ſua: & venit quærens fructum in illa, & non invenit 7. Dixit autem ad
cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea
hac: & non invenio: Succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? 8. At ille
reſpondens dicit illi: Domine, dimitte illam, & hoc anno uſque dum fodiam circa
illam, & mittam ſtercora: 9. & ſiquidem fecerit fructum: ſin autem in futu-
rum ſuccides eam. 10. Erat autem docens in ſynagoga eorum ſabbathis: 11. &
ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis, annis decem, & octo: Et erat in-
clinata nec omnino poterat ſuaſum reſpicere. 12. Quam cùm videret Jeſus, voca-
vit eam ad ſe, & ait illi: Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. 13. Et impoſuit illi
manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. 14. Reſpondens autem ar-
chiſynagogus, indignans, quia ſabbatho curaſſet Jeſus, dicebat turbæ: Sex dies
ſunt in quibus oportet operari; in his ergo venite, & curamini, & non in die
ſabbathi. 15. Reſpondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocritæ, unuſquiſ-
que veſtrum ſabbatho non ſolvit bovem ſuum, aut aſinum à præſepio, & ducit
adaquare? 16. Hanc autem filiam Abrahæ quam alligavit Satanas, ecce decem
& octo annis non oportuit ſolvi à vinculo iſto die ſabbathi? 17. Et cùm hæc dice-
ret, erubeſcebant omnes adverſarij ejus, & omnis populus gaudebat in univer-
ſis, quæ glorioſè fiebant ab eo. 18. Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnum Dei,
& cui ſimile æſtimabo illud? 19. Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo
miſit in hortum ſuum & crevit, & factum eſt in arborem magnam, & volucres
cæli requieverunt in ramis ejus 20 & iterum dixit: Cui ſimile æſtimabo regnum
Dei? 21. Simile eſt fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria;
donec fermentaretur totum 22. Et ibat per civitates, & caſtella docens, & iter
faciens in Hieruſalem. 23. Ait autem illi quidam, Domine, ſi pauci ſunt qui
ſalvantur? ipſe autem dixit ad illos: 24. Contendite intrare per anguſtam portam,
quia multi dico vobis quærent intrare, & non poterunt. 25. Cùm autem intraverit
paterfamilias, & clauſerit oſtium & incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium dicen-
tes: Domine aperi nobis; & reſpondens dicet vobis: neſcio vos unde ſitis: 26.
Tunc incipietis dicere, manducavimus, coram te & bibimus, & in plateis noſtris
docuiſti: 27. Et dicet vobis Neſcio vos unde ſitis: diſcedite à me omnes operarij
iniquitatis. 28. Ibi erit fletus & ſtridor dentium, cùm videritis Abraham, & Iſaac,
& Jacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras 29. Et ve-
nient ab Oriente, & Occidente, Aquilone & Auſtro, & accumbent in regno
Dei 30. Ecce ſunt noviſſimi qui erunt primi, & ſunt primi qui erunt noviſſimi. 31.
In ipſa die acceſſerunt quidam Phariſæorum, dicentes illi. Exi, & vade hinc: quia
Herodes vult te occidere. 32. Et ait illi: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce ejicio dæmo-
nia, & ſanitates ſuperficio hodie, & cras, & tertia die conſummor. 33. Verun-
tamen oportet me hodie & cras ſequenti die ambulare, quia non capit prophe-
tam perire extra Hieruſalem. 34. Hieruſalem, Hieruſalem qui occidis prophetas,
& lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos quemad-
modum avis nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti? 35. Ecce relinquetur vobis
domus veſtra deſerta. Dico autem vobis, quia non videbitis me donec veniat cùm
dicetis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

*ARGUMENTUM cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Occaſione Galilæorum, qui occiſi ſunt à Pilato, ſuadet Chriſtus pœnitentiam; quod hîc eſt explicandum.

*Secundò. Verſ.* 6. Adhibet parabolam de ficulnea infructifera; quod hîc eſt explicandum.

*Tertiò. Verſ.* 11. Sabbatho ſanat mulierem incurvatam, obmurmurantes Judæos aperta ratione confutat: quod hîc eſt explicandum.

*Quartò. Verſ.* 18. Comparat regnum cœlorum grano ſinapis, & fermento exiguo, de quo dixi tom. 3. c. 28. & ſupra Matth. 13.

*Quintò. Verſ.* 23. Docet paucos ſalvari. Explicavi tom. 2. in Evangelia, cap. 19.

*Sextò. Verſ.* 31. Phariſæis ſuadentibus ſeceſſum

ſeceſſum Chriſto, eò quòd Herodes ei mortem machinabatur: Reſpondet ſe non ab Herode, ſed à Phariſæis eſſe occidendum Jeroſolymis: quæ partim explicavi ſuprà, Matthæi 23. partim aliqua infrà dicam.

*Galilæi à Pilato occiſi.*

*Luc.* 13. *num.* 1. Aderant autem quidam ipſo in tempore nuntiantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum.

*Num.* 2. Et reſpondens dixit illis: Putatis, quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, qui talia paſſi ſunt.

*Num.* 3. Non dico vobis, ſed niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.

*VERSIONES.*

*Arabicus, num.* 1. Retulerunt novum Galilæorum.

*Syriacus Verſ.* 2. Putaſne hos Galilæos ſceleratiores eſſe, quibus hæc contigerunt.

*Perſicus.* Præ omni populo plurimum peccati habuerint, quod ita tractati fuerint.

*Arabicus.* Eo quòd affecuti ſint eos tales dolores.

*Æthiopicus. n.* 3. Si non reſipiſcatis ſicut illi peribitis omnes.

*EXPOSITIO I.*

1. *Proponitur jugulatio facta in Galilæis.*

ADERANT *autem quidam ipſo in tempore.* Hac eadem occaſione, quâ Chriſtus prædicabat, accidit res valde notatu digna, quod in monte Garizim in Samaria conſtituto dum multi Galilæi ibi ſacrificarent, juſſit eos tunc Pilatus occidi; ita ut eorum ſanguis hoſtiarum ſanguine miſceretur, quas offerebant: Rem fusè, & latè deſcribunt Ioſephus, lib. 18. Antiquitat. cap. 7. Hegeſippus lib. 2. de excidio Ieroſolymæ. Nec cum his pugnat, quòd Ioſephus eos vocat Samaritanos, Chriſtus verò eos dicit Galilæos: Nam idem erant origine, & patria Samaria, Samaritani ſecta, ac Religione Galilæi, ut notat Baronius. [Joſephus. Hegeſipp.] [Baronius.]

2. Hujus ſectæ Galilæorum author fuit quidam Iudas Galilæus, ut ſcribit D. Lucas Act. 5. num. 3. Qui dicebat illicitum eſſe Iudæis, ut pote populo fideli Deo conſecrato, ac dedicato, eſſe ſubjectum Cæſari, homini infideli ac idololatræ, populoque Romano, eique tributum ſolvere, nec alium Dominum, quàm Deum verum cognoſcere ac colere debere. Ita D. Cyrillus in Catena. Theophilact. Euthym. Titus, Beda, Albertus. Cùm ergo Chriſtus D. & Apoſtoli dicerentur Galilæi, ut ſe oſtenderent maximè alienos à tali ſecta, & doctrina dicebant tributum eſſe dandum Cæſari. Matth. 23. num. 21. imò & de facto juſſit dari: Matth. 17. n. 26. [Actor. 5.] [*Secta Galilæorum, & author illius.* D. Cyrill. Theophyl. Euthym. Beda. Albertus.]

3. Pilatus conſtitutus præſes à Romanis jus habebat eorum cauſas ubique tuendi: hos Samaritanos rebelles adverſarios populo Romanorum perſequens, eos mandavit comprehendere, ac occidere, ut publicos Cæſari adverſarios, & ut res fieret horribilior in ipſo actu ſacrificandi jugulantur, ut denotetur, ut ait quædam Gloſſa moralis, quòd ad evitandam condemnationem parum prodeſt ſacrificium ſi conſcientia non ſit munda ſed peccatis infecta & coinquinata. [*Cur Pilatus cæcidit.*] [Gloſſa.]

4. Quæres tamen quænam fuerit cauſa hujus interrogationis ad Chriſtum? Lyranus duas aſſignat. Prima fuit, quia voluerunt ſcire, an Chriſtus in ſimili eſſet ſeductione, ac doctrina? Secunda, quia dubitabant an illa accidiſſet ob peccata eorum? Simpliciter dicendum exiſtimo; circa illam occiſionem factam à Pilato multas, & diverſas fuiſſe ſententias in populo, an illa jugulatio bene, vel malè fuerit facta à Pilato? & an bene, vel malè ſuper ſacrificia? & an acciderit ob peccata interfectorum? & ideo forte cavilloſè proponitur hæc quæſtio Chriſto Domino ut ex reſponſis habeant anſam ad eum arguendum, ac accuſandum. Inde Chriſtus D. prudentiſſimè reſpondit. [*Cur hæc interrogatio facta eſt, Chriſtus,* Lyran.]

5. *Et reſpondens dixit illis: Putatis, quod hi Galilæi, præ omnibus Galilæis, peccatores fuerunt?* Ipſi exiſtimabant, inquiunt Theophylact. Euthymius quòd Galilæi jugulati graviores erant peccatores ſuper omnes qui erant in Galilæa & inde talem pœnam ſuſtinuerunt. Tamen tale eorum judicium alienum erat à veritate; qui ſæpe Deus aliquos minus peccantes caſtigat in aliorum exemplum ut confugiant ad pœnitentiam. Ita Beda, Titus, Albert. Magn. & alij. [Theophyl. Euthym. Beda. Titus. Albertus.]

6. *Non*, Superiori verſu, per interrogationem dixit Chriſtus: *Putatis, quia hi Galilæi præ omnibus peccatores fuerunt*: Huic eorum interrogationi reſpondet Chriſtus: *Non*, Non ex eo quòd graviores peccatores erant cæteris in Galilæa talia paſſi ſunt. *Dico enim vobis, niſi pœnitentiam habueritis*, hoc eſt, egeritis; & ait: *habueritis*, quia pœnitentia non eſt agenda tranſeunter, ſed retinenda cum perſeverantia. *Omnes ſimiliter peribitis*: D. Bonav. ad æternam pœnam refert, alij ad temporalem. De utraque exponendus eſt Textus; ſimiliter Maldonatus exponit pariter nullo excepto peribitis. Simplicius, *ſimiliter*: ideſt, eodem modo, ac interfectione peribitis ſub Tito, & Veſpaſiano, quando Paſchæ tempore, obſeſſa Hieroſolyma, dum ſacrificiis intenti erant, & ſacrificare volebant occiſi ſunt in templo, & inter ſua ſacrificia. Ita noſter D. Cyrillus in Catena, Euthymius, Theophylactus [D. Bonav. Maldon D Cyrill. Euthym. Theophyl. Hugo. Lyran Barrad. Cornel. Ianſen.]



Lact. Hugo, Lyran. Barradas, Cornelius, Janſenius, & alij.

*Luc.* 13. *n.* 4. Sicut illi decem, & octo ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hieruſalem.

*Num.* 3. Non dico: ſed ſi pœnitentiam non egeritis, omnes ſimiliter peribitis.

*VERSIONES.*

*Syriacus n.* 4. Quod erant peccatores magis præ omnibus.

*Perſicus.* Vos putatis, quod ipſi omni multitudine Jeroſolymæ ſceleratiores fuerint.

*Arabicus.* Peccatores præ omnibus hominibus Hieruſalem.

*Alius Arab.* Culpabiles præ cæteris.

*Perſicus num.* 5. Si vos omnes (quemadmodum illis) pœnitentiam non egeritis.

*Theophylact.* Imo niſi reſipueritis.

*EXPOSITIO II.*

7. SIcut illi decem, & octo: Suam ſuperiorem doctrinam confirmat Chriſtus D. exemplo ad manum, quod ante omnium oculos contingit: nam hoc tempore, quo Chriſtus prædicabat, turris quædam ſita juxta fontem Siloe cecidit, & oppreſſit decem & octo homines. Ut teſtatur D. Hieron. in Iſai. 8. n. 6. Ad radices montis Sion eſt fluviolus, ſeu fons, & per aquæ ductum derivatur in Civitatem Jeroſol. Iſte fons appellabatur Siloe, de quo facit mentionem Iſaias citato loco, Nahum 3. n. 15. & Joan. 9. n. 7. Dixit Jeſus Cæco: *Vade; lava in natatoria Siloe:* Juxta hunc fontem conſtituta erat quædam turris, quæ cecidit tali tempore Chriſti. Lyran. affirmat, quòd cecidit dum exſtrueretur ab artificibus; alii dicunt, quòd vi ventorum, ſeu impulſu tempeſtatis; alii quod ſua vetuſtate collapſa eſt. Certum eſt quod turris cecidit, ut ſcribit Evangeliſta; cauſa, & modus ruinæ, non incertus, nec illum nobis Evangeliſta, ſignificat, aut innuit. [D. Hieron. Iſai. 8.] [Nahum. 3.] [Joan. 9.] [Lyra.]

8. *Putatis quia ipſi debitores fuerint præter omnes homines.* Syriacus: *Quod erant peccatores magis præ omnibus*: Et ad eundem ſenſum legunt Perſicus, & Arabicus: Ex his bene ſequitur, quod illi oppreſſi, ac occiſi à turri peccatores erant non tamen majores præ cæteris omnibus, ut illi falsò exiſtimabant. [Syriacus.]

9. *Non*; Exponendum eſt ſicut ſupra verſ. 2. Non erant peccatores majores omnibus, qui erant Jeroſolymis; quia, ut jam dixi, & inquit Titus Boſtrenſ. Author. Græcus: *Non oppreſſit illos turris, quia hi ſoli cæteros omnes ſcelere, & nequitia vicerint; verum per paucorum necem, omnibus qui Jeroſolymorum civitatem incolebant, exemplum propoſitum eſt*: Similiter D. Chryſoſt. Beda; *pœnitentiam non egeritis* ad placandam Divinam iram, ac vindictam. *Omnes ſimiliter peribitis*: Veluti quadam alia ruina illa, quæ facta eſt ſub turri, nempe, ſub ruina Jeroſolymæ obſeſſæ à Romanis: Tunc magna eorum pars peribit ſub ingenti clade, ac ruina; qualis nunquam facta legitur in quacumque alia orbis natione. [Boſtren.] [D. Chryſ. Beda.]

*Ficulnea infructifera.*

*Luc.* 13. *n.* 6. Dicebat autem, & hanc ſimilitudinem: arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit.

*Num.* 7. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: ſuccide ergo illam: ut quid etiam terram occupat.

*VERSIONES.*

*Arabicus n.* 6. Arbor erat cuidam, quam in horto ſuo plantaverat: fortè Dominus horti venit quærens fructum ex illa, & non invenit.

*Syriacus n.* 7. Exſcinde eam, quorſum detinet terram otioſam.

*Perſicus.* Dominus Hortulanis itaque dixit: &c. Eam radicitus excidere, quia terram otioſam reddit.

*Alter. Perſicus.* Terram ſterilem, vacuatam facit.

*Æthiopic.* Quare otioſam reddit terram veſtram?

*Scholaſt. Caten Græc.* Ut quid etiam terram inertem reddit?

*Caietan. & Scholiaſt. Græc.* Ut quid terram onerat.

*D. Chryſoſtom.* Dimitte me ut ſuccidam eam.

*EXPOSITIO III.*

10. DIcebat autem hanc ſimilitudinem; arborem fici: Ut ait Lyranus; Salvator hîc inducit ad pœnitentiam ratione deſumpta ex ſimilitudine arboris, quæ præſcinditur, niſi faciat fructum; ſic homo poſt peccatum niſi faciat pœnitentiam præſcindetur in ignem æternum: *Arborem fici*: proponit exemplum in hac arbore potiùs, quàm in alia; quia frequentiſſima erat in Palæſtina: & ideo paſſim [Lyran.]

nominatur in Scriptura, & quia ex multis ſignificat ſynagogam; de qua quæſtione ſequenti: quidam ſcilicet Paterfamilias; ſub quo intelligitur Deus, ut eſt communis interpretatio, *in vinea ſua:* hoc eſt, in mundo, ut explicat Euthymius, in quo Deus poſuit populum Iudaïcum, ut peculiarem populum, qui frequenter in ſcriptura Domini, vinea appellatur: Iſai. 5. num. 1 Jerem. 2. n. 21 Matth. 21. n. 33. *Venit quærens fructum in illa, & non invenit:* nempe toto triennio elapſo. Et optimè ait hîc D. Ambroſ. *Quærebat Dominus, non quia fructum ficulneæ deeſſe neſciret; ſed ut oſtenderet in figura quia fructum Synagoga tam habere deberet:* Vt ita fieret manifeſtum, quod ſynagoga quæ per tam largum tempus non ferebat fructum juſtiſſimè præcidenda, & excidenda erat.

Euthym. Iſa. 5. Ierem. 2. Matth. 21. D. Ambroſ.

11\. *Dixit ad cultorem vineæ:* Nempe, ut exponit Titus. Æternus Pater ad Ieſum filium ſuum quem miſerat, ut ſuâ doctrinâe vitâ, ac, exemplo excoleret populum Iudaicum, ut ferret fructum juſtitiæ: *Ecce tres anni ſunt* hoc tempus triennale aſſignavit, & conſentaneè ad naturam ficûs, quæ non ſolet fructum ferre niſi tertio anno; & ſi tertio non fert, nunquam feret. Moraliter D. Ambroſ. hic. D. Gregor. homil. 31. in Evangelia per tres annos interpretantur tres leges, Naturalem, ſcriptam, Evangelicam. Euthymius, tres Iudæorum gubernationes ſub Iudicibus, Regibus, Pontificibus: Theophylactus. Divus Athanaſius quæſt. 70. Tres hominis ætates, puerilem, virilem, & ſenectutem. Aptiùs dicam, quod per tres annos intelligendi ſunt, tres anni prædicationis Chriſti, in quibus divinus cultor venit quærens fructum in vinea Iudaica, & non invenit: *Succide illam, ut quid terram occupat;* cum nullum fructum reddat; inde Syriacus, & Græcus legunt: reddat terram otioſam, vel inertem, de quo quæſt. 2.

Titus. Ambro. D. Gregor. Euthym. Theophil. D. Athanaſ. Syriacus. Græcus.

## QUÆSTIO I.

### *Quid hæc ficulnea infructifera ſignificet?*

12\. Circa ſignificationem ficulneæ octo dedi rationes ſupra Matth. 21. quæſt. 1. quæ ibi videndæ ſunt; nunc circa hanc infructiferam, aliquid addamus. Salmeiron. Tom. 7. tractat. 21. & alii dicunt, per ficulneam ſignificari virum juſtum & bonum. Hanc tamen ſententiam incommodat, quia de viro juſto, & bono dicitur Pſalm. 1. num. 3. *Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, & fructum ſuum dabit in tempore ſuo:* Hæc autem ficulnea, non dedit fructum in tempore ſuo triennali.

Salmeir. Pſalm. 1.

13\. Primò, quod ficulnea ſignificet ſynagogam eſt communis Patrum ſententia, D. Hieronimi, D. Hilarii, D. Chryſoſtomi, Origen. D. Paſch. Gennad. Peluſ. D. Remig. D. Thom. & aliquorum, quos ſupra citavi Matth. 21. qui 3. n. 24. Quod maximè viſitur in hac ficulnea infructifera, quam Deus ab exordio in ſua vinea, ſeu hoc mundo plantavit per Moyſen, ad quam venit Chriſtus Ieſus ſanctus homo, ut eam ſua prædicatione, vita, & exemplo excoleret; Chriſtus ergo Dominus eſt cultor vineæ, id eſt, Synagogæ, cui Æternus Pater dixit: *Succide eam,* quia per tres annos, quibus eam excoluiſti tuâ doctrinâ, ac prædicatione, nullum fructum fidei, ac bonorum operum in ea invenio; ſed potiùs multa mala opera in omni turpitudine, malitia, ac nequitia, ac infidelitate: Tunc Chriſtus D. ſua benignitate loquitur, & intercedit pro ea, ut Pater ſuſpendat iram uno anno, ſaltem dimidio, ut ea iterum ſua prædicatione excolatur, ac ſanguine irrigetur: Et ita factum eſt, ut quarto anno prædicationis Iudæi peccata peccatis addendo Chriſtum crucifixerunt, Apoſtolos ſunt perſecuti; unde Deus tantorum ſcelerum vindicem, ac ultorem poſt aliquos annos ad dandum ſpatium pœnitentiæ miſit Titum ad deſtruendam, & ſubvertendam Ieroſolymam.

D. Hieron. D Hilar. D. Chryſoſt. Origen. D. Paſchaſ. Gennad Peluſiota. D. Remig. D. Thom.

*Ficulnea Synagoga Iudæorum.*

14\. Secundò, D. Ambroſius in præſenti: *Fuit arbor iſta foliis redundans fluentibus, ſpem poſſeſſoris ſui caſſa ſperatorum proventuum expectatione deſtituit: Ita etiam Synagoga dum Doctores ejus operibus infœcundi, verbis tantum velut foliis redundantibus gloriantur, inanis umbra legis exuberat.* Ecce mali Prædicatoris, ac Doctoris elogium, luxuriantibus verbis abundant, tanquam dilatatis foliis, operibus vacui nullum fructum referunt, ſolum in verbis compoſitis & dum inanem gloriam captant, cæleſti gloria evacuantur, cùm illius fructu careant. *Operibus infœcundi, verbis tantum veluti foliis redundantibus gloriantur:* Meritò de illis ſententia profertur: *Succidite ergo illam, ut quid etiam terram occupat otioſam:* ut pote inutiles, & otioſi in claſſe prædicatorum. Vide multa, verb. *Prædicator.*

D. Ambroſ.

*Prædicator Criticus inutilis.*

15\. Tertiò, D. Chryſologus ſerm. 106. ait: *Sicut infœcunda arbor dum fundit ſubjectis vicibus umbram, inimica non ſibi ſolum, ſed palmitibus ſit; homo deſes; & ignavus ſi præſit populis, non ſibi ſolùm ſit noxius, ſed & multis:* Ficulnea hæc conſtituta erat in vinea: *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea:* Hæc infructifera ficulnea, non ſolùm ſibi erat nociva, cùm nullum fructum afferret, ſed etiam palmitibus ſubjectis in magnum nocumentum erat, cum ob illam à calore, ac fomento Solis privarentur; ſic in Republica Princeps, & Gubernator ignavus, & deſes, non ſolùm ſibi, ſed omnibus parit damnum; ſi princeps dormit, nullus eſt qui vigilet: *Sic homo deſes, & ignavus ſi præſit populis, non ſibi ſolùm ſit noxius, ſed & multis.*

D. Chryſo.

*Malus princeps ſibi & aliis noxius.*

16\. Poſtquàm Caïmus occidit fratrem ſuum Abelem, magnus metus eſt ei, ne aliena vi interficiatur, ait ipſe Deo: *Omnis qui invenerit me occidet me:* Gen. 4. n. 14. inſanus videtur hic Caïmi metus: Vnus in terra tantum erat homo Adamus, Pater, ac Princeps totius generis humani: Cur ergo timet Caïmus? Qui ei manum injiciat, qui ferrum acuat contra eum? An belluas timet? inde Caïmo ſuus metus eſt, ut teſtatur D. Ambroſius lib. 2. cap. 9. de Caïn, & ait: *Potuit quidem, & incurſus beſtiarum timere, qui legis divinæ jura violaverat; nec præſumere de ſubjectis animalibus cæteris, ut hominem docuerat occidi:* Sed modò quæro; ante occiſum fratrem non timebat mortem à belluis; cur inde modò timet? Ipſe cum parente Adamo, Dominus belluarum erat; cùm ergo fratrem interfecit, ſuo exemplo belluarum dentes, & ungues in ſe acuit, ut in eum inſurgerent, & ipſum interficerent; *Nec præſumere de ſubjectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi:* Sic etiam bruta ſuperiorum exempla ſequuntur.

Gen. 4. D. Ambroſ.



*A ſævo Caïmo feritatē diſcunt feræ.*

17\. Quartò, Ficulnea infructifera terram otioſam, ſeu inertem, juxta varias lectiones, occupat: talis ergo adumbrat hominem otioſum in Republica, qui omnino inutilis eſt ut ait D. Chryſologus citatus, *Homo deſes, & ignavus, non ſolùm ſibi noxius ſed & multis.* Quia, ut ait D. Chryſoſtom. homil. 14. in Geneſ. explicans illa verba Geneſ. 2. num. 15. *Poſuit Deus hominem in Paradiſo, ut operaretur & cuſtodiret illum:* Sic ait Sanct. Doctor. *Omnem malitiam docuit otium; unde præcepit Deus ut operaretur; ſi enim laboris expers eſſet, protinus ad ignaviam prolapſus eſſet.* Et hanc Philoſophiam vigere in ſua Republica inſtituit Deus, Terram uti parentem prodire in operationes utiles, dictum eſt, Geneſ. 1. num. 11. *Germinet terra herbam virentem.* Aquam æſtuare motu vario canit David Pſalm. 95. numer. 11. *Commoveatur mare, & plenitudo ejus.* Cur Deus vult brutam naturam in motu eſſe perpetuo? Docet Rupertus lib. 1. in Geneſ. cap. 25. & ait, id Deo ordinante eſt diſpoſitum, *Cujus aſpectus nullam in ſua Republica creaturam otiari patitur.* Laborandum eſt, ne otio animus, & corpus perdatur, & dicatur, ut huic arbori. *Succide illam.*

D. Chryſol. D. Cyryſ. Gen. 2. Gen. 1. Pſalm 63. Rupert.

*Otio deperditur omnis ſanctitas & probitas.*

18\. Introducens Deus populum Hebræum in terram ſanctam, non eraſit omnino ex ea omnes hoſtes illius, dicitur Judic. 3. n. 1. *Hæ ſunt gentes quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Iſraelem.* Et quam eruditionem, & doctrinam populus Dei electus poterat haurire ex gentibus barbaris, ac idololatris, ut dicitur ibid. n. 5. *Filii Iſraël habitaverunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pharizæi, & Hebæi, & Jebuſæi?* Varii varias rationes aſſignant; placet nunc Juſtin. Venatus lib. de perfect. Grad. qui docet: ex Dei conſilio, Hebræos concuſſos bello continuo, *Ne ignavia tabeſcerent, ſeque ipſos pravis moribus interimerent, & gladiis conſumerent.* Ab otio enim omnis vitiorum colluvies trahunt.

Iudic. 3. Iuſtinian.

*Otiū vitiorum fomentum.*

## QUÆSTIO II.

### *Quare tam ſeverâ, ac rigidâ ſententiâ mandat Dominus ſuccidere arborem?*

19\. Text. Veniens Dominus ad vineam, videns ficulneam ſine fructu ad cultorem vineæ ait *Ecce jam anni tres, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac; non invenio, ſuccide illam: ut quid terram occupat.* Rationem litteralem jam dedi in Expoſitione, & ſuperiori quæſtione in prima ratione n. 13. Nunc vero ſenſum moralem perſequemur. Arborem infructiferam ſuccidi mandat Dominus: *Succide illam:* Græca ſcholia legunt: *Vt quid terram onerat?* Quod è contrario videbatur dicendum; nam arbor ſterilis levis eſt terræ, fructibus onuſta, gravis, & oneroſa; quomodo hæc ficulenea viduata dicitur, terram onerare? Communis Patrum Senatus tenet, vineam Eccl. ſignificare; Vites fideles; infructiferam ficulneam ſceleſtos denotare: Arbor ergo hæc partu infœcunda ex typo terram onerat, & nil magis grave, ac ponderoſum, quàm ſceleſtum peccatorem pati, ac ſuſtinere, totam rempublicam perturbat, omniaque in perpetua commotione cum eo verſantur; ita ut nullum quietis ſit ſpatium: hinc de iniquis & malignis dicebat David Pſal. 37. n. 5. *Sicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.* Et Moyſes de populo rebelli, & obſtinato, Num. 11. n. 14. *Populus hic gravis eſt mihi:* Inde Dominus ait: *Succide illam, quia onerat terram.*

Græcus. *Homo iniquus, & peccator oneroſus in civitate.* Pſal. 37. Num. 11.

20\. Gilbert. Secundò, Gilbertus Abbas ſerm. 23. in Cantica ait: *Forſitan, & ficulneam illam ſterilem: quam Dominus juſſit ſuccidi, fertiles de vicino vineæ condemnabant: Periniquum eſt in ſancta converſatione plantatum: nil ſanctum moliri, & excuſationes prætendentem cognitis exemplis convinci, & inde deſcenſiones diſponere in corde ſuo, unde alij aſcendunt.* Erat ficus in vinea, ex qua cæteræ arbores ampliſſimos, ac uberes fructus parturiebant; inde non mirandum, quòd ira Domini in eam deſæviret, cum ſterilis facta ſit; unde aliæ plantæ fæcundiſſimæ oſtendantur: *Ficulneam illam ſterilem, fertiles dè vicino vineæ condemnabant.* Valde periculoſum inde deſcendere, unde alij aſcendunt. Mandat Ioſue populo, ut cùm ſacerdotes portantes arcam incederent; eam ſequantur, adjungit tamen. *Cavete ne appropinquetis ad arcam.* Ioſue 3. n. 4. Ad quid hæc cautela, cum acceſſus hominis ad Deum ſit maximè ſalutiferus, & inde David omnes convocabat; *Accedite ad Deum & illuminamini:* Pſ. 33. n. 6. Cur ergo Iſraëlitis cavendus eſt acceſſus ad arcam? Erant Iſraëlitæ imperfecti &, impoli, & ideo timetur illis acceſſus ad arcam, ne alicujus irreverentiæ occaſio ad iram deſerviat. *Et inde deſcenſiones diſponere in corde ſuo, unde alij aſcendunt.*

*Valde miſerum inde reportare mortem, unde alij inveniunt vitam.* Ioſue 3. Pſal. 33.

21\. Tertiò, D. Chryſologus ſerm. 106. ait: *Infructuoſa arbor intricat ceſpitem, enecat ſpatia, exhaurit terræ vires, cultorem conficit damno, afficit tædio poſſidentem:* Arbor hæc in parturiendis fructibus non laborabat; & non ſolum extenſo ſtipite, & dilatata radice terram intricabat, ſed & *exhaurit terræ vires:* ejus humorem ſugendo ne bonos fructus in aliis parturiat, etiam vicina *ſpatia enecat:* dum ob illius dilatatos ramos cum foliis; cœli rore, ac ſolis calore, ſtellarum que influentia privantur. Ecce unius iniquæ arboris vicinitas quot mala inducit; terram ceſpite intricat, illius vires exhaurit, ne multùm de illius humore aliæ plantæ participent, & necat ſpatia vicina. Et indè rectè contra eam fulminatur ſententia: *Succide arborem.*

D. Chryſ. *ex mala vicinitatè. Multa mala*

22\. Angelorum impulſu, ac vi educitur Lot de Sodomis ne ingraſſante incendio civitatis ipſe pereat Lot, jam extra civitatem dicunt Angeli

Angeli ſalva animam tuam : *Ne ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſalvum te fac, ne & tu ſimul pereas.* Gen. 19. num. 17. Poſtulatque Lot

Gen. 19.

ab Angelis, ut liceat ei permanere in quadam civitate parva, & vicina, quæ in proximo ibi extabat quæ dicta eſt Segor, quod libenter Angeli conceſſerunt; *& Lot ingreſſus eſt Segor:* ibidem n. 23. Tamen cum Sodomorum flamma multum creſceret, ac ſi non eſſet munitus Dei verbo; *Aſcendit Lot de Segor, & manſit in monte, timuerat enim manere in Segor.* Ibidem numer. 30. Grandis Quæſtio omnibus Expoſi-

D. Hieron. D. Auguſt. D. Thomas Lyran. Abulenſ. Caietan.

toribus. D. Hieronym. D. Auguſt. D. Thoma, Lyran. Abulenſi. Unde hic timor potuit oriri in eo, quia pro tutamine ei erat Dei verbum Angelorum ore datum, cujus vim, & efficaciam bene expertus erat, cum eorum interventu liberatus fuerat ab incendio? Si ergo ei conceditur, ut maneat in Segor, cur ergo aſcendit in montem. *Timuerat enim manere in Segor.* Caietanus ibi. *Quantum temporis Lot fuerit in Segor, non eſt ſcriptum. Ratio autem timoris, ſunt metus, ne flamma accenſæ planitiei extenderentur in Segor : & humana quadam ratione, rationabilis fuit timor propter propinquitatem ad terram ardentem manifeſta tamen diffidentia Lot in verbis Angelicis hic apparet: promiſerant enim ſervare civitatem illam.* Quam-

*Lot magis confidit in loco longinquo à peccatoribus, quàm verbo Angeli.*

vis manifeſta experientia, certiſſima eſſet Dei promiſſio de Segoris incolumitate; tamen cùm illa eſſet propinqua Sodomorum ardentibus flammis, nutat fides, & humanus timor occupat mentem, & tutiorem reputat remotiorem locum, quamvis non eſſet certus de illius incolumitate, cùm in propinquiori, & vicino loco conſiſteret, etſi Angelorum verbis, & experientia eſſet armatus; *Humana quadam ratione, rationabilis fuit timor propter propinquitatem ad terram ardentem.* O magnum periculum ex mala vicinitate, uti etiam innocens timeat cum depravatis civibus perire, etiam cum divino tutamine, ac De verbo corroboratus.

---

## QUÆSTIO III.

*Quare hæc arbor mandatur extirpari, Quia ſterilis, cum etiam altera fæcunda apud Danielem, eandem ſententiam ſuſtineat?*

23

CUm hæc arbor inventa eſſet carens fructibus per annos tres cultori vineæ mandat Dominus; *Succide illam.* Compone modò

*Defectus & nimietas nocent.*

hanc cum illa altera, quæ repræſentata fuit Nabuchodonoſori, qui dicebat : *Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo ejus nimia. Magna arbor & fortis, & proceritas ejus contingens cælum aſpectus illius uſque ad terminos univerſæ terræ. Folia ejus pulcherrima, fructus ejus nimius, & eſca univerſorum in ea.* Daniel. 4 num. 7. & 8. & ſtatim vox auditur. *Ecce vi-*

Daniel 4.

*gil ſanctus fortis deſcendit de cælo, clamavit fortiter, & ait : Succidite arborem, & præcidite ramos; & diſpergite fructus ejus.* Quomodo hæc ex cæleſti ſententia cohærent? ficulnea vineæ deſtruitur cum fructibus careat; at Danielis arbor fructibus abundans, eidem deſtructioni ſubjicitur; *Succidite arborem & præcidite ramos, & diſpergite fructus.* Tantum in re probatæ virtutis officit defectus illius, ac nimietas ejus; defectus virtutis omne malum convocat, illius exuberantia certam rui-

Rich. Vict.

nam trahit. Richardus Victorinus, lib. 2. de erudit. interior. hominis part. 1. cap. 14. *Vide quiſquis hæc audis, vel legis, ſi fortè altitudo tua eſt magna : Vide,* inquit, *& diligenter attende, ne fortè ſit nimia. Hoc fortaſſis in hac deſcripta arbore reprehenſibile fuit; hoc fortaſſis ſucciſſioni cauſa extitit, quod ejus altitudo nimia fuit; & altitudo ejus, inquit nimia fuit.* Nimia altitudo, latitudo, ac fructuum abundantia caſum & præcipitium, parturiunt.

24. Hinc Salomon Deum exorabat; *Mendicitatem, & divitias ne dederis mihi, ſed tantùm tribue victui meo neceſſaria.* Proverb. 30. numer. 8.

Prov. 10. D. Ambroſ.

Quæ Verba explanans D. Ambroſ. in Pſ. 118. ſerm. 8 ait : *Per ſapientiam poſtulavit Salomon; Dives erat, & timuit extolli; pauper fieri formidavit, ne paupertatis neceſſitate, abſtinentiæ gratiam non teneret.* In divitiis timuit

*Mediocritas ſecuritatem generat.* D. Bernard.

elationem; in paupertate oſtium ad multa mala. D. Bernardus ſermon. 2. in Dominica Palmarum ait : *Licet multos occidat adverſitas: tamen multos plures extollit proſperitas; ſicut ſcriptum eſt,* Pſalm. 9. numer. 7. Cadent à la-

Pſalm. 9.

tere tuo mille *per quod ſignificatur adverſitas;* & decem millia, *id eſt multò plures :* à dextris tuis, *in quibus proſperitas deſignatur. Denique, quia utrobique periculum eſt, orat ſapiens, & dicit,* Divitias & paupertatem ne dederis mihi. *Ne fortè aut divitiæ extollerent in ſuperbiam aut paupertas dejiceret in impatientiam.*

25. D. Cyrill.

Noſter D. Cyrillus lib. 1. Apologorum Moral. cap. ultimo, introducit arbores verno tempore multis viridantibus foliis ornatas, quæ tamen in hieme illis denudantur ut nivium rigores patiantur; ac Palma ſic pro ſe reſpon-

*Moderamine optime vivitur.*

det; *In me folium nunquam exaruit, quia moderatione illum generavi,* ut nimietas, vel defectus ruinam, ſic moderatio ſecuram incolumitatem parturit.

---

## QUÆSTIO IV.

*Quare Dominus ait cultori juxta D. Chryſoſtomum:* Dimitte me, ut ſuccidam eam.

26.

CUm veniſſet Dominus, & non inveniſſet fructus in ficulnea, dixit Agricolæ : *Dimitte me, ut ſuccidam eam.* Pro quo audien-

D. Chryſoſt.

dus eſt D. Chryſoſt. homil. 12. in Marc. *Dixit cultori; dimitte me, ut ſuccidam eam : Dimitte me, quando dixit ad Moyſem : Dimitte me, ut interficiam populum iſtum. Nemo te tenet, & dicis :* Dimitte me? *Quando tu dicis* dimitte me *provocas agricolam, ut te teneat.* Dimitte me, ut ſuccidam illam *Ecce inquit tertiò venio, & fructum non invenio :* Dimitte me, ut ſuccidam illam. *Provocatus agricola intelligit,*



*Deus in ſumma ira oſtendit ſuam miſericordiã.*

*intelligit, quod poſſet tenere Dominum, ſi rogaret, rogat, & quid dicit? Domine dimitte adhuc, & iſtum annum & circumfodiam illam, & mittam ſtercus, & ſi quid fecerit fructum quid nihil dicit: Si non fecerit, tunc, inquit, venies, & ſuccides eam. Agricola deprecatur; facit Dominus, quod voluerat :* Ecce ſuprema & alta Domini pietas, & miſericordia, dum in ſumma ira ac furore ſe exhibet, ibi radios ſuæ pietatis diffundit, dum ait agricolæ *Dimitte me ut ſuccidam eam,* Domini ſpiritum optimè percalluit bonus agricola; & illius ſe dignum miniſtrum exhibens, non robur brachiorum interponit, ſed blanda interveniente deprecatione, ut dimittat eam in alium annum.

27. Deus ſic miſericors, & pius, quòd minando iram, nos ad preces exhortatur, ut nobis placatus fiat. Redeat iterum locus præallegatus à Chryſoſtomo, ab magnum peccatum

Exod. 32.

populi, ait Deus ad Moyſem. Exod. 32. n. 10. *Dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra eos & deleam eos :* Concedamus quòd oratio habet magnam vim erga Deum; quando tamen

*Deus provocat nos ad orationem ut ſuam irã avertat.*

hæc Dominus dixit ut patet ex littera; Moyſes adhuc nihil fuerat deprecatus, nec aliquod verbum protulerat. Vnde ergo Deus detinebatur? hæc dixit Deus in ſummo furore, ut Moyſem excitaret, ac provocaret ad preces, Præcla-

D. Auguſt.

rè D. Auguſtinus quæſt. 144. in Exod. ait: *Licèt eos diligeret Moyſes; Moyſes, Deum tamen occultiùs diligebat, dum manifeſta voce terrebat; quia licet illud. Dimitte me, monendo illos dicit magis quam jubendo.* At ſi Deus diceret illud; *Dimitte* non quia impediebatur ſed ut impediretur oratione Moyſis.

28. Hac etiam intentione cùm Deus vellet punire Sodomam ait ad Abraham, *Num celare

Gen. 18.

potero Abraham, quæ geſturus ſum?* Gen. 18. n. 17. Cur ſubitò, ac tacite non irruit in pœnam ſed priùs rem tractat cum Abrahamo tanquam ſi cum eo veluti conſilium ageret, cùm illud propheticum veriſſimum ſit. *Quis audivit Spiritum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit, &*

Iſai. 40. *Dat Deus occaſionem, ut pro ſupplicio Sodomæ deprecetur.* D. Thom.

*oſtendit illi? cum quo iniit conſilium, & inſtruxit eum?* Iſai. 40. num. 13 & 14. à Commentatoribus multæ rationes circunferuntur, & inter alias etiam hanc dat. D. Thom. & ait : *Ut Abrahæ detur occaſio deprecandi pro Lot.* Voluit Deus præmonere Abraham de ſupplicio inferendo, ut illud ſuis precibus præcaveret, vel ſaltem mitigaret Lot cum ſua familia liberando.

29. Ob eandem hanc cauſam, Deus illaturus grandinem in Ægyptum denuntians eam par Moyſem Pharaoni ait *Congrega jumenta tua, & omnia, quæ habes in agro, ne congregata de agris

Exod. 9. Theodor.

ceciderintque ſuper ea grando moriantur.* Exod. 9. n. 19. Theodoret. ibi ait : *Dominus cùm ſit humaniſſimus miſericordia, temperat ſupplicia :* poſtea verò ſubdit Textus n. 23. *Dominus dedit toni-

*Deus præmonet ſupplicia ut evitentur.*

trua, & grandinem.* Dominus ſolùm minatus fuerat grandinem; ad quid inſuper tonitrua; & prius tonitrua, quàm grando? ut quaſi per tonitrua homines præmoneret, ut ſibi caverent à grandine ſtatim ruitura Origenes homil. 4.

Origen.

Exod. ait. *vide temperamentum Divinæ correptionis, non cum ſilentio verberat ſed dat voces, & doctrinam cælitus mittit, per quam poſſit culpam ſuam mundus caſtigatus agnoſcere.* Permittit tonitrua, ut homines præmoniti timeant pœnam imminentem, & reſipiſcant, ac pœnitentiam agant.

*Luc. n. 13. n.* 8. At ille reſpondens dicit illi : Domine dimitte illam & hoc anno uſque dum fodiam circa illam; & mittam ſtercora

*Num.* 9. Et ſiquidem fecerit fructum: ſin autem in futurum ſuccides eam.

### VERSIONES.

*Perſicus. n.* 8. Hortulani dixerunt : ô Domine, hoc anno etiam illam ſine, ut circumcirca eam paſtinemus, & ſtercus adjiciamus, & ejus curam habeamus.

*Syriacus* Si coluero eam, & ſtercoravero.

*Arabicus.* Vſquequo colam eam, & reparavero eam

*Alter. Arabic* Bonam reddam eam.

*Æthiopic.* Dimitte eam Domine in hiemem uſquequo fodero ſubter eam, & appoſuero terram.

*D. Ambroſ. D. Auguſt.* Mittam cophinum ſtercoris.

*Tyrus. n.* 9. Siquidem ediderit fructus, bene eſt, ſi minùs poſtea excides eam.

*Perſicus.* Si fructum dederit, maneat ſi minùs, eam anno veniente ſuccidemus.

*Æthiopic.* Si fuerit, quod fructum ferret, bene eſt, alioquin excidemus eam.

### EXPOSITIO IV.

AT ille Reſpondens : Syrus : *Colonus dixit:* 30.
Perſicus : *Hortulani dixerunt :* Et intelli- Interlinea.
guntur Chriſtus, & Apoſtol ait interlinealis, Lyra.
vel angeli cuſtodes, ut exponit Lyranus. *Hoc anno* unum annum pro induciis poſtulat, *uſque fodiam circa illum & mittam ſtercora :* id eſt, ad litteram, donec ſecundam partem adhibeam illi omnem diligentiam, ac remedium: quo arbores adjuvantur ad proferendos fructus. Hæc dixit Bonus colonus, ut notant Maldonatus; Maldonat.
& Franciſcus Lucas, quod ficus non protule- Franc. Luc.
rit fructus, culpam potius in ſe, quàm in illam conjiciens.

D. Auguſtinus ſerm. 31. de Verbis Domini, 31.
ait Colonus qui intercedit, & eſt juſtus & ſan- D. Auguſt.
ctus, dum intercedit pro peccatoribus : & ait Albertus.
fodiam circa illam, terra foditur ait Albertus Magn. ut durities terræ diſtillationem humoris ad radices non impediat; ſic juſtus ſancta prædicatione, ac exhortatione intendit emollire

duritiem peccatoris, ut pœnitentiæ humor ad D. Ambroſ. ejus cor perveniat. Per ſtercora D. Ambroſius intelligit humilitatis affectum, quem bonus doctor intendit ingerere in animum hominis. D. Gregor. Gloſſa. D. Gregor. per ſtercora, fæditatem peccatorum carnis; Gloſſa per ſtercora interpretatur conſiderationem abominationum ſuorum peccatorum. Hæc moraliter ſunt dicta; Genuina ſignificatio eſt, quod Chriſtus adhibuit omne remedium ad ferendum fructum; fodere autem, & ſtercora apponere dicuntur ad elegantiam parabolæ.

*Et ſiquidem fecerit fructum*: Defectuoſa, &
32. Beda. Euthym. imperfecta eſt oratio, ut notant Beda, & Euthymius; ac proinde intelligitur, ſi fecerit fructum, ficulneæ parces, & non excides; & dicam, ſub colono repræſentabatur Chriſtus D. ut eſt communis ſententia Patrum, & videns benignus Dominus populum Judaicum maximè proclivem ad ſterilitatem, & quod omnibus tentatis, vix erat ſpes ut fructum ferret ut evaderet pœnam præordinatam à Patre; *Præ dolore ac triſtitia, ſæpe incœpta oratio non finitur.* hinc piiſſimus Dominus præ animi dolore, ac triſtitia incœptum ſermonem non perficit: ſed orationem ſemiplenam relinquit. *Si autem*, hac via, tantoque cultoris beneficio fructum non fecerit: *In futurum*: Non dixit finito hoc quarto anno; nec enim urgere vult Dominum ad ſuccidendum; ſed totum negotium reliquit Domini prudentiæ, ut non ſit adverſaturus, etiam ſi excidium in plures annos differatur: *Succides*: ut contingit arboribus inutilibus ad ignem. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bo-*
Matth. 7. D. Gregor. *num excidetur, & in ignem mittetur*: Matth. 7. num. 19. Quia ut ait D. Gregorius homil. 31. in Evangelia poſt medium. *Qui autem non vult ad fœcunditatem pinguſcere per increpationem illic cadit, unde jam reſurgere per pœnitentiam non valet.*

---

## QUÆSTIO V.

*Quare cultor vineæ tantis arborem defendit, ut illius excidium in aliud tempus transferatur?*

33. SEnſus ſignificativus parabolæ, ut ſæpe dixi, datus eſt ſupra, Expoſitione 3. & quæſt. 1. num. 13. Nunc moralem proſequamur; & Primò: Optimi coloni, ſeu Prælati deſcribitur ingenium, quo maximè pro ſuo agro, ac vinea tuenda ſe ſe opponit, ut nullum nocumentum aut damnum patiatur. Unde hic agricola vi-
*Bonus Prælatus ſibi potius, quam ſuis culpam imputat.* neæ triennalem ficulneæ ſterilitatem, ſibi velut imputat, quaſi non ita ſolerter, ut par erat, arbori excolendæ incubuerit, & ita dicebat: *Dimitte illam hoc anno, uſque dum fodiam circa illam & mittam ſtercora*; Ac ſi antea talia beneficia non præſtitiſſet, & hac de cauſa fructum non protulerit dum anima ſancta quæ-
Cant. 5. reret ſuum dilectum, ait quòd invenerunt eam cuſtodes civitatis: *Percuſſerunt me, vulneraverunt me, tulerunt pallium meum mihi*: Cant. 5. n. 7. Tantum nocumentum cuſtodes inferunt divinæ Sponſæ, cur non etiam ejus ſodalibus, quæ ipſam concomitabantur? Nam ſtatim ſequenti verſu cum eis loquitur: *Adjuro vos filiæ Hieruſalem*: Divina ſponſa gere-
Orgelitan. bat perſonam boni paſtoris, ac Prælati, ut tenent Juſtus Orgelitanus, & alij; quæ maximè ſolicita erat de grege ac proinde maximè pro ſuis ſodalibus ſeſe oppoſuit, ut illas cuſtodiret, recipiens in ſe plagas, & percuſſiones, ut illæ incolumes, ac ſalvæ manerent.

Secundò, Prudenter Bonus colonus cùm vi- 34.
diſſet Dominum vineæ iratum inducias petit in ſequentem annum: *Dimitte illam hoc anno*: temporis intercapedine maximè ira mitigatur, & furor quieſcit, ac ſedatur. *Ira tempore conſumitur & refrigeſcit.* Cum Eſau vehementer animo irato eſſet contra Jacob ob furatam benedictionem; tunc Rebecca dixit ad filium ſuum Iacob: *Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam, & conſurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran, habitabiſque cum eo dies paucos, donec requieſcat furor fratris tui*: Gen. 27.
Gen. 27. num. 43. 44. Mater intime filium diligebat, & tamen fugam, & abſentiam conſulit. *Donec requieſcat furor fratris tui*: tempore, & abſentia maximè refrigeſcit ira: Abu- Abulenſ.
lenſis ibi. *Ira tempore conſumitur, & maximè quando adverſarius abeſt*: Iræ enim ſolvuntur tempore, & requieſcunt.

Tertiò, D. Auguſtinus apud Catenam, con- 35.
ſiderat, quod Dominus vineæ dixit cultori: D. Auguſt.
*Succide illam*: at ille ait: *Dimitte eam hoc anno*: Sic ait ſanctus Auguſtinus: *Dimitte illum hoc anno, ideſt, tempore iſto ſub gratia, uſque dum fodiam circa illam: circumfodere eſt humilitatem, & patientiam docere*: Ac ſi quando Dominus dixit: *Succide illam*: referatur ad tempus antiquæ legis, in qua erat ſeveritas, & rigor: at verò modo in lege nova *ſub gratia*, totum eſt lenitas, & benignitas: *Dimitte eam hoc anno*: fodiam circa illam: *eſt humiliatem,* *Excellentia oſtenditur magis diſſimulando, quam puniendo.*
*& patientiam docere*: humilitatem in miniſtrando, etiam in vilibus, & patientiam in ſuſtinendo defraudatos fructus; & magnitudinis excellentia magis demonſtratur in patientia, ac diſſimulatione, quam in rigore, ac auſteritate. In lege veteri rigor, & auſteritas. *Succidit eam*: In lege gratiæ clementia patientiam diſſimulans: *Dimitte eam hoc anno*: Vide Verb. *Benignitas.*

Quartò D. Ambroſius hîc: *Quærebat Domi-* 36.
*nus, non quia fructum ficulneæ deeſſe neſciret, ſed* D. Ambroſ.
*ut oſtenderetur in figura, quia fructum ſynagoga jam habere deberet. Denique ex ſequentibus docet, non ſe ante tempus veniſſe, quia per triennium venit. Venit ad Abraham, venit ad Moyſem, venit ad Mariam.* Bene ſciebat Dominus ficulneam eſſe fructiferam, & ſterilem; venit tamen quærens fructum, ut ſub hoc typo oſtenderetur obdurata durities ſynagogæ, quæ nunquam voluit fructum parturire. Venit Dominus in circumciſione ſub Abrahamo, & non dedit fructum. Venit ſub Moyſe in lege ſcripta, & non dedit fructum. Venit tertio ſtante umbra Mariæ, hoc irriguo gratiarũ flumine, nihil profecit; ideo ampliùs non eſt expectandum: *Succide illam.* Ubi umbra Mariæ fulget, & vitiis depoſitis, virtus non eflloreſcit, certũ damnationis periculum eſt, *Qui ſub umbra Mariæ Virg. non reſurgit, in periculo eſt.* Divino mandato, diſponente Ioſue arcam Domini portantes ſacerdotes, dum obſideretur civitas Iericho; *Circuierunt civitatẽ ſex diebus, die autẽ ſeptimo muri corruerunt illico*: Ioſue 6.
Ioſue 6. n. 14. & 20. Cur muri non collabuntur die quarta, vel quinta, ſed tantum die ſeptima? Dies ſeptimus Sabbathum eſt, in quo requievit Dominus, & inde umbram Virginis Mariæ gerit. In aliis diebus, etſi homines reſiſterent, expectabatur, ut reſipiſcerent: at umbra lucifera Mariæ fulgente, adhuc obduratè perſiſtere, nulla jam proventus eſt ſpes, & ideo corruant, & pereant, & in cineribus ſepeliantur.

37. Quintò, D. Aſterius ſerm. de Pœniten. apud
D. Aſterius. Phontinum, ſic ait: *In tantum oportet Sacerdotem clementia ſtudere, ut etſi Dominus quandam ſuccidi juſſerit tanquam arborem infructuoſam, hanc tanquam frugiferam, debeamus reſervare, & poſcere*: Commendatur hîc ſumma Sacerdotis charitas, quòd non ſolum debet pro ſuis *Sacerdotis eſt pro populo orare, & iram Dei avertere.* hoſtias, & preces offerre; ſed etiam ſi aliquis habeat arborem infructiferam, & dicat, ſuccidi, ac reſecari, debet maximè reluctare, ſciens, & intelligens illud potiùs eſſe excitamentum, ut pro eis roget, ac orationes proferat, quam ut pœnam, & vindictam exerceat: *Ut etſi Dominus quandam ſuccidi juſſerit, hanc tanquam arborem infructiferam, ac tanquam frugiferam debemus reſervare, & poſcere.*

38. De Divina Sponſa, ſeu Eccleſia decantatur; *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium*: Cantic. 4. n. 4. Per
Cantic. 4 collum, intelliguntur Eccleſiæ Miniſtri, & Sacerdotes, per quos Deus loquitur, illuminat, & cœleſtes vias nobis demonſtrat. Illud tamen maximè notandum, quòd in hac minutiſſima arce, nulla ſunt arma offenſiva, ut bellica tormenta, jacula, lanceæ, gladii, ac ſagittæ, ſed omnia arma ſunt defenſiva, & ad defenſio-
*Sacerdotes ſunt ad defendendum non offendendum, & ut mediatores inter Deum & homines.* nem inſtituta propugnacula, clypei, ſeu ut aliis placet ſcuta; omnia ſunt ad propugnandum, non ad impugnandum; omnia ſunt ad ictus perferendos, non inferendos: Et hæc eſt omnis armatura militum fortium Eccleſiæ, ut ictus ſuſtineant, & non retorqueant, & ut ſuos populos, ac ſubditos, non feriendo, ac infeſtando perſequantur; ſed potiùs cuſtodiendo, ac protegendo decertent. Et de ſacerdotibus loquens Caſſiodor. ait: *Quaſi mediatores ſunt*
Caſſiodor. *inter Chriſtum & Eccleſiam, & reliquos, quos inſtruunt fideles: & quaſi Chriſtum caput corpori ſuo, id eſt, Eccleſiæ, conjungunt.*

39. De noſtro feliciſſimo tempore Eccleſiæ lo-
Michææ 4. quens Michæas Propheta cap. 4. n. 1. ait; *In noviſſimo dierum erit Mons Domus Domini præparatus in vertice montium*: & ſtatim de ejus
*Sacerdotis eſt neminem offendere, ſed omnibus benefacere.* miniſtris ſubdens, ait: *Et concident gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in ligones... & diſcent ultra belligerare*: Ibidem n. 3. Verum eſt, quòd non vult Deus ut miniſtri noſtræ Eccle-
Exod. 3. ſiæ, ut olim in lege portent gladios: Exod. 3. n. 26. Tamen non ait Vates: Deponent gladios, enſibus diſcingantur, ſed concident gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in ligones, quæ beneficentiæ inſtrumenta ſunt ad præſcindendam terram, ut cœleſtem rorem, ac pluviam recipiat ad fructus germinandos; in ſuis enim Sacerdotibus non vult Chriſtus inſtrumenta ad percutiendum, ſed ad ſanandum, ut hominum corda aperiant ad cæleſtis gratiæ rorem. Rupertus, ibi, de Sacerdotibus legis
Rupertus. gratiæ ait: *Neque enim Sacerdotibus noſtris occidere, aut de illis, qui occiderunt Sacerdotes fieri licitum eſt: Ex quo Evangelicis Sacerdotibus Princeps ipſe Chriſtus dixit Petro gladium educenti, cum percuſſiſſet ſervum principis Sacerdotis, & amputaſſet auriculam ejus: Converte gladium tuum in vaginam, omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt.*

*Mulier incurvata.*

*Luc.* 13. *n.* 11. Ecce mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis, annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere.

*Num.* 12. Quam cùm videret Jeſus vocavit eam ad ſe, & ait illi: Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua.

*Num.* 13. Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum.

## *VERSIONES.*

*Æthiopic.* Et fuit quædam mulier, quam cum infirmam reddidiſſet dæmon decem, & octo annis, & gibboſa fuit, & non potuit ſtare rectè unquam.

*Perſicus.* Erat illius loci mulier quæ habuit anxietatem ſpiritus, per decem & octo annos recurva illo modo fuit, ita ut non poſſet ſurſum aſpicere.

*Arabicus.* Cùm qua erat ſpiritus infirmitatis per decem & octo annos, & erat incurvata, & non poterat rectè ſtare ullo modo.

*Syriac.* Illa complicata erat, & non potuit manum, pedemve extendere.

*Pagninus.* Contracta erat.

*Syriac. n.* 12. Et eam vocavit, &c. Soluta es ab invaletudine tua.

*Perſicus.* Ab infirmitatibus tuis liberata es.

*Syriac. n.* 13. Et ſtatim extendit ſe.

*Æthiopic.* Recta fuit ſtatim.

*Perſicus.* Et mulier laudem dedit Deo.

## *EXPOSITIO V.*

ECce mulier: Erat dies Sabbathi, & notat Evangeliſta ſuperiori numero 10. 40.
docens in Synagoga, quia frequentiſſimè Judæi tali die, ad Synagogam convenie-

 bant;

bant; & rectè poſt parabolam ficulneæ ſanat hanc mulierem incurvatam, ut notam Noſter D. Cyrillus, D Ambroſ. apud Caten. Beda, Albertus Magnus: ut re ipſa Chriſtus D. declararet, quòd ficus ſterilis infœcunditatem ſterilis Synagogæ ſignificabat per tres annos; & per quartum annum vindictam, pœnam per Titum; ut ſupra explicavi q. 1. n. 13. Hæc autem mulier habebat decem & octo annos infirmitatis. Decem & octo tres ſexenarios efficiunt, in quibus ſignificatur obdura infirmitas Synagogæ per tres ſtatus, ut jam ſupra dixi. Hanc mulierem Chriſtus ad ſe vocat, & expulſa infirmitate eam ſanat, quia rejecta infirmata Synugoga, vocat ad ſe Eccleſiam gentium, quam ſua divina gratia ſanat, & à poteſtate dæmonum liberat.

C. Cyril. D Ambroſ. Beda. Alb. Magn.

*Rejicitur Synagoga & Eccleſia gentium, eligitur.*

41. *Mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis*: Hæc autem infirmitas, ut notant Noſter D. Cyrillus, Theophylact Lyran. inflicta, & cauſata fuit à ſpiritu maligno, ut patet ex n. 15. ubi ait Chriſtus D. *Hanc filiam Abrahæ quam aligavit Satanas*: vinculo, ſcilicet, infirmitatis, & ſic exprimit Æthiopicus: *Quam infirmam reddidit Dæmon*: Multæ infirmitates obveniunt hominibus inflictæ à dæmonibus ob varias cauſas, Deo permittente, ut patet in Job, quem Diabolus *percuſſit ulcere peſſimo à planta pedis uſque ad verticem* Job. 2. n. 7. & pſal. 77. n 49. *Miſit in eos iram indignationis ſuæ*: &c. *per Angelos malos*: De quo multa adducit Delrius in diſquiſ. Magicis. *Decem & octo annis*: per quod demonſtretur infirmitas jam diuturna, & à medicis incurabilis; *& erat inclinata*: Æthiopicus; *& gibboſa fuit*: Arabicus: *& erat incurvata, & non poterat ſtare rectè ullo modo*: ita erat verſus terram incurvata, & depreſſa, ut non poſſet ſurſum elevare faciem ſuam; ac oculos in cœlum.

D Cyril. Theophyl. Lyran.

Æthyopic.

Job. 2. Pſal 77.

Delrius.

Æthyopic. Arabic.

42. *Quam cùm videret Jeſus*; non ſolùm oculis corporeis, & animi; ſed etiam miſericordiæ, & pietatis: *Vocavit eam ad ſe*: Bene poterat abſentem ſanare; ſed ut miraculum fieret manifeſtum coram omnibus ad Dei gloriam, eam ad ſe advocat: *& ait illi*: Non expectavit Chriſtus, ut mulier ſanitatem peteret, ac rogaret; nec ab ea quærit Chriſtus, an ſalutem velit in aliis factum legitur; quia mulier advenerat plena ſpe bona, ac magna devotione; & ideo ad Synagogam acceſſit, ut Chriſtum audiret; quod notat Euthymius. *Propter Jeſum venerat, & ideo velociter eam curavit*: & ait illi: *di miſſa es ab infirmitate tua*: Chriſti ſermo operativus, ac effectivus illorum, quæ ſignificat, ſicut dicendo: *Hoc eſt corpus meum*: panem in corpus ſuum tranſmutat., ac tranſſubſtantiat in Miſſa: & non ait Chriſtus de futuro, vel præſenti: *Dimiteris*, vel *Abſolveris*: ſed de præterito: *Dimiſſa es*: Quia ſimul in eodem inſtanti quo verbum protulit, imponendo ei manus, & mulier ſanata eſt. Titus. *Voce diviniſſima, cœleſtique poteſtate pleniſſima fœmina hujus infirmitatem è medio profligavit.* Ego non dixit illi Chriſtus: Ego dimitto te, ab infirmitate tua: tum humilitatis cauſa, tum etiam ut mulieris fidem excitaret, ut ſuum benefactorem, ut Deum cognoſceret.

Euthym.

*Animus devotus multùm proficit.*

Titus: *Mulieris fides excitatur.*

43. *Et impoſuit illi manus*: ſimul eodem inſtanti Chriſtus dixit: *Dimiſſa es ab infirmitate* & impoſuit illi manus: Caro enim Chriſti, ut ait D. Cyrillus in catena, plena erat virtute divina ad mirabilia operanda, ait Euthymius *Verbo quidem ut Deus: manuum verò impoſitione, tanquam homo curavit*: Et ſubdit *Et confeſtim*; ſeu ut habet Syriacus: *ſtatim*: in ipſomet momento, *erecta eſt*, ut alii legunt; *recta fuit*, ac directo corpore; & glorificabat Deum pro tanto beneficio. De muto dæmoniaco quem Chriſtus ſanavit, dicitur, *Locutus eſt mutus*: Luc. 11. n. 14. non tamen ſcribitur quid fuerit locutus; non perſeveravit, ſed ut dicitur ibi n. 26. *Fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus*: Et ideo illius verba non fuerunt ſcribenda. At hæc mulier ſic Deum laudaverit, ut in ejus fide, & laude perſeveraverit; & inde Chriſtus eam appellat filiam Abrahæ infra; Vnde monet D. Gregorius Nazianzen. lib. de Baptiſmo; *Heri anima erat per peccatum ad terram inclinata; hodie & à Verbo erecta es, ne rurſum curveris; ac velut catenis ferreis à Diabolo depreſſa in terram propendas atque ita efficieris, ut jam vix ulla ratione, ſurgi, caputque attollere nequeas.*

D Cyrill. Euthym.

Syriac. *Alia lectio*

Luc. 11.

*Verba non ab inconſtantie ſed conſtanti ſunt accipienda.*

D. Nazianz

## QUÆSTIO VI.

*Quare hæc mulier à Dæmone infirmata ſic erat incurvata, non poſſet recto corpore ſtare, & cœlum aſpicere?*

HÆc mulier infirmatta, & alligata erat à dæmone, ut patet ex his, quæ infra Chriſtus dixit: *Hanc filiam Abrahæ, quam alligavit Satanas*; Compone hanc cum filia Chananææ? quæ *à Dæmonio malè vexabatur*; Matth. 15. n. 21. de qua ſcribit D. Baſil. Seleuc. Oration 20. Quod *Vrbem pervagatur, in altum manus extendit, oculos diſtorquet, comam nudat.... ciet ululatùs canum latratibus. haud abſimiles*: At verò hæc mulier incurvata, non tales incompoſitos motus, ac canum latratus excitabat, ſed quieta, & compoſita inveniebatur in Synagoga, ubi hæc acciderunt, ut cōnſtat ex hoc c. 13. n. 12. Vnde tanta differentia? illa erat filia mulieris Chananææ, quæ idola colebat, & inde ex matris diſciplina retulit monſtruoſos motus, & non abſimiles canum latratus, hæc autem ut filia Abrahæ, à Patre hauſit quendam pium affectum, ut inde ad Dei verba audienda veniret, & turpia & incompoſita evitaret, ſolent enim prognati à ſuis majoribus propenſiones trahere, vel dic; quod filia Chananææ per plateas verſabatur, hæc autem Synagogam, quæ Eccleſiam Dei præfigurabat, frequentat ex qua multa bona naſcuntur, & inde hæc digna inventa eſt, ut à Chriſto ad ſanitatem vocaretur, ut notavit ſupra in Expoſitione n. 1. 44

Matth. 15.

D. Baſil. Seleuc.

*Semper filii majori affectu participant.*

*Eccleſiam frequentare valde utile.*

Et dicitur, quòd hæc mulier, habebat ſpiritum infirmitatis decem & octo annis, in quo myſterium conſiderant. D. Auguſt. ſerm. de Verbis Domini, & lib. 4. de Trinit cap. 4. Theophyl. Antioch. lib. 1. Allegor. & hîc Beda. Theophylact. Albert. Magn. Decem ſunt decem 45

D. Auguſt. Theophyl Beda Thophyl. Alb. Mag.



cem legis præcepta. Octo, ſignificant octo Beatitudines Evangelicas, in quibus omnibus hæc mulier infirmabatur. D. Ambroſius hanc mulierem agnoſcit, ut Eccleſiæ figuram, quæ ad perfectam curationem debuit habere legem & gratiam. In decimo, ſunt verba legis; in octavo eſt gratia reſurrectionis, quæ octovo die facta eſt, in quo decimo octavo annó mulier eſt ſanata.

D. Ambroſ.

46. Quæſtio principaliter iniquirit, cur hæc mulier tanto pondere ferebatur, & ita eſſet inclinata, ac incurvata ad ima, ut cœlum non poſſet aſpicere? Reſpondet primò D. Ambroſius lib. 2. Hexamer. cap. 3. & ait: *Nil enim mentem magis onerat, quam iſtius mundi ſolicitudo, & cupiditas vel pecunia, vel potentiæ, quod tibi demonſtratur in Evangelio, cum legis, quia illa mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis, inclinata erat ut ſurſum reſpicere non poſſet; curvata enim erat anima ejus; quæ inclinabatur ad terrena compendia & cœleſtem gratiam non videbat.* Infirmitas corporis mulieris index erat animi illius; mulier tota inclinata, & propenſa multa ſolicitudine ad terrena ferebatur, ut nihil de cœleſtibus, ac ſpiritualibus cogitaret, & ideo ſolum terrena habebat ante oculos, ut nullo modo poſſet ſurſum elevari ad cœleſtia: in hac eaden ſententia eſt D. Gregror. homil. 13. in Evangel.

D. Ambroſ.

*Cupiditas temporaliũ deprimit animum ad terrena.*

D. Gregor.

Secundò, D. Chryſologus ſerm. 105. ait: *Habebat mulier ſpiritum infirmitatis, & erat inclinata, patebat vulnus, ſed author vulneris non patebat, languorem videbant cuncti, ſed languoris materiam non videbant; erat in aperta pœna, carnifex latebat indutus, corpus aſpiciebatur curvum, ſed non aſpiciebatur incurvi corporis pondus.* Si ſpiritum infirmitatis habebat; & tamen tota erat incurvata; quæ tantæ depreſſionis cauſa? iniquitas ſpiritualis; quæ intus latebat ita ponderoſa, & ita gravabat, ut mulier non poſſet ſe elevare & erigere. Navis, qua Jonas ferebatur; gravi tempeſtate urgente penè ſubmergetur. Tunc Nautæ *Miſerunt vaſa, quæ erant in navi in mare, ut alleviaretur ab eis.* Ion. 1. n. 5. ſed navis non alleviabatur, ſed magis deprimebatur, nam cauſa tanti periculi, ac penè ſubmerſionis, non erat rerum ſarcina, ſed pondus peccati Jonæ. Perbellè D. Chryſoſtom. homil. de Jona ait: Quod projectis multis rebus in mare. *Nihilominus navigium turbabatur, apud ſe enim peccati ſarcinam retinebant, & magis magiſque propheta corpore gravabantur, non corporis magnitudine ſed peccati.* Peccati onus ſuper omnia graviſſimum.

4. D. Chryſol.

*Peccati ónus maximè gravat.*

Jonas. 1.

D. Chryſ.

48. Tertiò, Mulier erat alligata à Dæmone ſpiritu infirmitatis, ut *non poſſet ſurſum aſpicere*. Ecce dæmonis ingenium, ut quos in vinculis peccatorum tenet, non ſinit eos oculos in cœlum elevare ad contemplanda divina opera, ut inde mens excitetur, ac ſe convertat in Deum, ut ab illo ſuorum peccatorum veniam obtineat. Cùm Deus reſpexiſſet ad munera Abel, & non ad munera Caïn, ipſe inde *iratus vehementer, concidit vultus ejus*: Gen. 4. n. 5. Ita concepta vultus declinat in terram, inde debebat erigere in cœlum, ut per alia oblata magis ei placeret, ex ira ac peccato, tanquam effectus conſequens vultus depreſſus in terram, ne ad Deum convertatur animus. Caietanus ait: *in demiſſione vultus tanquam non audentis reſpicere in cœlum ſignificatur.*

*Ars diaboli, ut peccator non reſpiciat in cœlum ut convertatur.*

Gen. 4.

Caietan.

Per graviſſimas calamitates, quæ tyranno Babilonico obvenerunt, ita ut inter bruta ſylvarum paſceretur, ac tanquam bos fœnum comederet; tranſacto tempore tantæ caſtigationis: *Igitur poſt finem dierum, ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cœlum levavi, & ſenſus meus redditus eſt mihi, Altiſſimo benedixi.* Daniel. 4. num. 31. Dum ex tam miſero ſtatu, ut jam non tanquam bellua inter feras paſcatur, ſed ut homo ſtatum ſui regni redit, ex Dei miſeratione primus illius gradus fuit, *oculos meos ad cœlum levavi*; & inde tanquam, ex origine ad ſuum priſtinum ſtatum, ac antiquam felicitatem reſtituitur. D. Hieron. ibi: *Niſi oculos levaſſet ad cœlum ſenſum priſtinum non recepiſſet.* 49.

Daniel. 4.

*Valde proficuum oculos ad cœleſtia eigere.*

D. Hieron.

*Luc. 13. num.* 14. Reſpondens autem Archiſynagogus, indignans, quia Sabbatho curaſſet Jeſus, dicebat turbæ. Sex dies ſunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & non in die Sabbathi.

*Num.* 15. Reſpondens autem ad illum Dominus dixit: Hipocritæ, unuſquiſque veſtrûm Sabbatho non ſolvit bovem ſuum, aut aſinum à præſepio; & ducit adaquare.

*Num.* 16. Hanc autem filium Abrahæ, quam alligavit Satanas decem & octo annis non oportuit ſolvi à vinculo iſto die Sabbathi.

*Num.* 17. Et cùm hæc diceret, erubeſcebant omnes adverſarii ejus; & omnis populus gaudebat in univerſis, quæ glorioſè fiebant ab eo.

### *VERSIONES.*

*Syriac. n.* 14. Princeps Synagogæ cùm excanduiſſet.

*Æthyopicus.* Indignati ſunt Principes Sacerdotum.

*Syriac. num.* 15. Reſpondens ſimulator, unuſquiſque veſtrnm.

*Arabicus.* Abit, & potat illum.

*Æthyopicus.* Educitis eum ut potare faciatis.

*Siriac. n.* 16. Nonne decens erat ut ſolveretur ab hoc vinculo,

*Æthiopicus.* Quem vinxerat Satanas.

*Arabicus. n.* 17. Confudit omnes adverſarios ſuos.

*Æthiopicus.*

*Æthiopicus.* Pudore afficiebantur omnes opponentes ei, & gaviſi ſunt omnes populi propter tantum miraculum quod factum fuerat per eum.

*Euthymius.* Et omni turba gaudebat ſuper univerſis rebus gloria plenis quæ fiebant ab eo.

## *EXPOSITIO VI.*

50\. Hieron. *R*Eſpondens autem Archyſnagogus : id eſt, Præfectus illius Synagogæ, ſtultus nequit ſuum ſermonem continere ; & nullum eſt tam præclarum opus quod invidia non intendat corrodere, *Indignans, quòd Sabbatho curaſſet Ieſus* : Quia ut ait D. Hieronymus : *Falſa juſtitia indignationem habet, non religionem.* Proindéque ſuam malignam invidiam obſervatione Sabbathi, voluit regere, & abſcondere : *Dicebat turbæ* : Non Domino noſtro Jeſu Chriſto dicere audebat : quia audierat qualiter alios confutaverat, ſed ſimplici turbæ dicebat, quæ diſcretionem non habebat. *Sex dies ſunt in quibus oportet operari* : Hoc eſt, licitum eſt operari : Exod. 20.n.9. Deut. 5.n.13. (Exod. 20. Deuter 5. D. Cyrill.) Rectè noſter D. Cyrillus in Catena, appellat hunc Archiſinagogum, ingratum ; cùm deberet Chriſto reddere gratias pro muliere ſanata in ejus Synagoga ; contra invidia ſic occupabat ejus animum ut recta non videret, & pro gratia maledicentiam rependeret : *In his ergo venite, & curamini, & non die Sabbathi,* (D. Cyrill.) Ac ſi, ut ait Noſter D. Cyrillus his verbis : *Hortatur cæteris diebus diſperſos, & propriis vocantes operibus non Sabbatho, videre, & mirari prodigia* : Tanquam ſi eſſet illicitum, in quo ejus malignitas declaratur. Deinde contra ſe loquitur iſte Archiſynagogus, dum dicit curandum in aliis diebus, præter Sabbathum ; nam contra omne jus eſt, quod infirmus in die Sabbathi non curaretur, ſed periret. Deinde antiqua erat conſuetudo, quòd per ea, quæ ad ſanitatem ſpectabant Sabbathum non ſolvebatur. Ita Franc. Lucas. (Franc. Luc.)

51\. *Reſpondens autem ad illum Dominus* ; Ille locutus fuerat ad populum : Ieſus loquitur ei tanquam pro populo, & ne ipſum populum ſua falſa doctrina deciperet, ac in errorem traheret : *Hypocrita* : Syriacus : *Simulator* : Et hypocritas dicit, ait Euthymius ; loquitur ad Archiſynagogum, *& ad eos, qui cum ipſo erant* : In eadem malignitate : & rectè hypocritas dicit, qui juſtitiam exteriùs oſtendebant, cùm interiùs eſſent pleni omni ſpurcitiâ, ac injuſtitia. (Syriacus. Euthym. D. Chryſol.) D. Chryſoſtom. apud Catenam : *Bene dixit hypocritam Principem Synagogæ, quia faciem habebat legis cultoris ; mens verò ejus erat verſuti, & invidi ; non enim turbatur propter Sabbathum, quia violatur, ſed propter Chriſtum, quia glorificatur.*

52\. Ex conſueto eorum more ponit Dominus argumentum : *Vnuſquiſque veſtrum*, proponit exemplum familiare apud unumquemque ; *Sabbatho non ſolvit bovem ſuum, aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare.* Solvit, nempe, nodum, quo erat alligatus in præſepio, & fune ducit ad aquas ; & aliquado vi, & impulſu, ſi animali recuſat, & an aliud contendit ; & ſi hæc fiunt in die Sabbathi propter commodum animalium, quantò magis propter hominem, cujus cauſa omnia creata ſunt ? *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves, & boves univerſas, inſuper & pecora campi ?* Pſal. 8.n.8. D. Ambroſ. & Beda tenent quòd ſit alluſio ad illud Iſaiæ 1.n. 3. *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui ; Iſraël autem me non cognovit.* Quia cùm bos, & aſinus ſint animalia omnium ſtupidiſſima, obediunt Domino ſuo ; & opponuntur Phariſæis, qui ſe jactant ſapientes, & Dominum ſuum contemnunt. (Pſal. 8. D. Ambroſ. Beda. Iſai. 1.)

53\. *Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanas decem & octo annis* : efficaciſſimo argumento confirmat Chriſtus D. totam rem, & ſuam operationem, oſtendens, quòd per illud divinum opus, & per ſanitatem datam mulieri in corpore, & perſolutionem à vinculo peccatoru Satanæ. Sabbatum non ſolvebatur, ſed potiùs Deus honorabatur ac glorificabatur ; ut probat D. Iren. lib. 4. c. 19. & ſingula verba perpendendo, eſt hîc præclariſſima Antitheſis : (H. Iranæus. Antitheſis.) & primo opponit genus generi : *Hanc*, ſcilicet mulierem, quæ præferenda eſt brutis animalibus : *filiam Abrahæ* : utpote, ex illuſtriſſimo genere præponenda eſt viliſſimis pecoribus, ut bovi, & aſino : Secundò, ut notat D. Ambroſ. (D. Ambroſ.) opponit vinculum vinculo. Animal alligatur fune corporali ; hæc autem alligata erat fune peccatorum à diabolo ; *Quam alligavit Satanas* : Tertiò, opponit Dominus ſolutionem ſolutioni, nam animal ſolvitur à Domino ſuo tempore interpoſito extricando nodum. At mulier ſanata eſt uno Chriſti verbo. *Dimiſſa es ab infirmitate tua* : Quartò, opponit Dominus tempus tempori : bos alligatur per duas, vel tres horas ; at mulier alligata *erat per decem & octo annos* : Quintò, ut notat Albertus Magnus (Alb. Magn.) opponit Dominus Sabbathum Sabbatho : nam in Sabbatho facitis quod convenit ad bonum corporalé Animalis : Maximè ergo convenit facere ; quod ſpecta ad bonum ſpirituale mulieris : *Si circunciſionem accepit, homo die Sabbathi, ut non ſolvatur lex Moyſi mihi indignamini, quia totum hominem ſanum in Sabbatho feci.* Ioan. 7. n. 23. (Ioan. 7.) Inde miſere errabant detrahentes opus in Sabbatho.

54\. D. Ambroſ. Moraliter D. Ambroſius ſerm. 2. in Pſal. 118. ait. *Si dicas, filius Abrahæ ſum ; Abraham quidem ſalvatur, ſed & nebilitas generis non juvabit, niſi fides ſervaverit. Non te decipiat data patribus repromiſſio ; Non ſuſcipio perſonam hominis : non ſuſcipio prærogativam generis, niſi videro congruentem generi morum nobilitatem, ut fiat juſti generis electio* : Parum ei proderat ; quod eſſet genere fiiia Abrahæ, cùm ab ejus probitate deficeret ; ſi illam imitata fuiſſet, ambulaſſet coram Deo, & eſſet perfecta, ut ille, Geneſ. 17. n. 1. (Gen. 17.) & nunquam Satanas eam alligaſſet. Graviter Baptiſta objurgat Hebræos de ſuorum pravitate, cum de paterna gloria ſuperbirent, dicebat eis : (*Deficere à paternis virtutibus ignominioſum eſt.* Luc. 3.) *Genimina Viperarum, ne cœperitis dicere, patrem habemu Abraham* : Luc. 3. n. 8. Tantum abeſt quòd vos glorietis genus Abrahæ, quod hoc non incipiendum eſt dici, nec ore habendum ; hoc enim non eſt ad honorem, ſed ad ignominiam, cùm ex genere ſitis filii Abrahæ, moribus facti eſtis genimina viperarum.



D. Cyrill. viperarum. Noſter D. Cyrillus in Catena ad hunc locum, ſic ait : *Quid confert carnalis generoſitas, niſi conſimil bus ſtudiis fulciatur? vanum eſt igitur extolli de bonis prædeceſſoribus, & deficere ab eorum virtutibus.* Unde meritò dicebat David : *Quæ utilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem ?* Pſal. 29. n. 15 (Pſalm. 29.) ac ſi diceret, nulla eſt nobilitas, ac decor in meo ſanguine, ac genere, dum in peccata, ac delicta incido ; ut explicat noſter Incognitus. (Incognit.)

55\. Verſ. 17. A abic. Æthiopic. *Et cum hæc diceret erubeſcebant omnes adverſarii ejus* : Arabicus : *Confundit omnes adverſarios ſuos* : Æthiopicus : *Pudore afficiebantur omnes opponentes ei* : cùm non haberent quod reſponderent, vel dicerent : *Et omnis populus* : (Græcus. Euthym.) Græc. *Turba*, ut pote ſincerè, & candidè opera conſiderans ; Euth. *Turba, tanquam ab invidia libera, & beneficiis ab ipſo affecta* ; Et inde clamabat Marc. 7. num. 37. (Marc. 7.) *Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui* : Et Luc. 7. n. 16. (Luc. 7.) *Propheta magnus ſurrexit in nobis* : Et inde dicitur, *Gaudebas, in univerſis, quæ glorioſè fiebant ab eo* : Euthymius : *Super univerſis rebus gloria plenis, quæ fiebant ab eo* : ut ait noſter D. Cyrillus apud Catenam ; (Euthym. D. Cyrill.) *Claritas operum Chriſti omnem quæſtionem ſolvebat, apud eos, qui non erant mentibus perverſis.*

### *Herodes Vulpes.*

*Luc*, 13. *num.* 31. In ipſa die acceſſerunt quidam Phariſæorum ? dicentes illi : Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.

*Num.* 32. Ite dicite Vulpi illi : Ecce ejicio dæmonia, & ſanitates perficio, hodie, cras & tertia die conſummor.

*Num.* 33. Veruntamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare : quia non capit prophetam perire extra Jeruſalem.

## *VERSIONES.*

*Arabic. n.* 31. Vult necem tuam.

*Æthiopic.* Vult trucidare te.

*Arabic. n.* 32. Dicite vulpi huic, perficio ſanitatem, & conſummabor.

*Perſicus.* Sanos multos facio, & perfectè conſummabor.

*Æthiopic.* Ecce ejiciam dæmones, & dabo vitam hodie, cras, & tertio die finiam.

*Siriac. n.* 33. Quia fieri non poteſt ut Prophera pereat.

*Perſicus.* Oportet, & hodie, & cras curationem agam, & altera die abeam.

*Æthiopic.* Quia hodie & cras permanſurus ſum, & tertio die abibo ; quia non oportet prophetam mori foras extra Jeruſalem.

*Caietan.* Non contingit perire.

*Multi ex Græc.* Non eſt poſſibile perire.

## *EXPQSITIO VII.*

*I*N *ipſa die*, quâ Chriſtus ſuperiorem doctrinam dedit, tanquam ex ea invidia ſtimulati Phariſæi, dixerunt ad Chriſtum ; *Exi & vade hinc.* Nempe, ex Petræa Judæa proxima, vicinaque etiam Galilææ inde in ea etiam præerat Herodes ſicut in Galilæa, ut tenent Franciſcus Lucas, Maldonatus ; jam enim Chriſtus diſceſſerat ex Galilæa, ut apertè conſtat ex Matth. 19. n. 1. Barradas & alii volunt hæc referri ab Evangeliſta deſcribente ea, quæ antea geſta ſunt, *Et exi*, hoc, nempe, loco, quia illi Phariſæi per invidiam non poterant ſuſtinere tantam Chriſti gloriam ; quia, ut ait Euthym. *Ne præſens, & miracula edens, glorificetur, & attrahat turbam.* 56. (Franc. Luc. Maldon. Matth. 19. Barrada. Euthym.)

57\. (D. Bonav. Caietan.) *Quia Herodes vult te occidere ?* D. Bonaventura, Caietanus tenent, quòd vere dixerunt ; quia reverà Herodes quærebat occidere Chriſtum, ſicut occiderat Baptiſtam propter prædicationem. Simpliciter tamen dicendum exiſtimo, quòd Phariſæi mentiti ſunt ; Herodes enim non volebat Chriſtum occidere ; quod probatur ex illis verbis Luc. 23. num. 8. (Luc. 23.) *Herodes viſo Jeſus gaviſus eſt valde ; erat enim cupiens ex multo tempore videre eum ; eo quòd audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri.* Quæ verba apertè indicant, Herodem de Chriſti morte minimè aliquando cogitaſſe ; & ideo adductum ad ſe noluit interficere, ſed ad Pilatum remiſit ; ita Titus, Theophylactus, Euthymius, Lyran. Janſen. Salmer. (Titus. Theophyl. Euthym. Lyran Janſen. Salmeron.) Nec Herodes occidit Joannem propter prædicationem, ſed propter Herodiadem. Hoc ergo mendacium fabricaverunt Phariſæi ſimulata benevolentia, ut Chriſtum à ſe amoverent. Primò, quia ex invidia, ejus mirabilia opera non poterant videre ; ut dicunt Euthymius, Theophylact. Titus. (Euthym. Theoph. Titus. D. Bonav.) Secundò, voluerunt experiri Chriſti generoſitatem, ut ait D. Bonaventura ; an propter metum Herodis ſileret, & à concionando deſiſteret ? Tertiò, voluerunt expetimento agnoſceré, an Chriſtus revera eſſet Propheta, & ſciret rei veritatem. Quartò, valde depravato animo hoc dicunt, ut Chriſtus tendat in Jeruſalem, & à Principibus Sacerdotum crucifigatur.

58\. *Et ait illis*, Reſpondet Chriſtus D. oſtendens ſuam potentiam, generoſitatem, ac ſcientiam, ut ait Titus : (Titus.) *Vt qui nuns mortalium omnium corda, & renes ſcrutari ſoleat* : & ait in præſenti ; *Dicite vulpi illi*, Herodem intelligens ; nam vulpes eſt animal doloſum, fœtidum, tortuoſè incedens. Tamen noſter D. Cyrillus apud Catenam, Euthym. Theophylact. & alii, ad Phariſæos referunt. (D. Cyrill. Euthym. Theoph. D. Cyrill.) Nam in Græco habetur ; *Dicite vulpi huic*, quòd præſentes reſpicit. Unde ait citatus D. Cyrillus : *Videtur hic ſermo non ſpectare ad perſonam Herodis, ut aliqui putarunt, ſed magis ad Phariſaïcas fictiones* : Cùm ergo Chriſtus, juxta Græcum,

cum, utitur pronomine demonſtrativo, *Hui:*, pſos præſentes Phariſæos doloſos, fraudulentos, tortuoſè, ac fraudulenter agentes, Vulpes appellat; ut pote, quòd ficto mendacio, ac compoſito metu ex Herode ipſum volebant ab illo loco amovere. Nec contra hoc obſtat, quòd cùm Phariſæi eſſent multi in ſingulari numero, eos, hoc nomine, *Vulpis*, appellat; quia ſi erant in malum coadunati, ac ſi unus eſſet; & per hoc oſtendit Chriſtus ſuam infinitam ſcientiam, quia eorum depravatam nequitiam introſpiciebat: & etiam ejus infinitam generoſitatem, quia eorum Tetrarcham Herodem non timebat, vel ipſos præſentes Phariſæos vulpem appellat, ut notarunt Titus, Albertus, & Alij.

*Mali in unum coadunatur.*

Titus. Albertus.

59. *Ecce dæmonia ejicio, & ſanitates perficio:* Oſtendit Chriſtus ſuam eximiam poteſtatem, quòd nec Herodes, nec Phariſæi poterant ejus opera, & miracula impedire; ſed quòd debebat ſuum tempus conſummare, prout erat conſtitutum à Patre; ac proinde quòd nullius poteſtatem timebat. *Hodie, & cras, & tertia die conſummor.* Quod, relictis multis ſic explico. *Hodie* dicit tempus præſens, *Cras* tempus futurum uſque ad ſuam paſſionem, *tertia die*, tempus ſuæ paſſionis, & mortis in quo ſuum opus conſummabit; & de hoc latiùs Quæſtione octavâ.

*Genuinus ſenſus.*

60. *Veruntamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare;* Illud *oportet*, non dicit compulſionem, ac neceſſitatem; ſed ut notat D. Bonaventura, divinam *diſpoſitionem* Patris. *Hodie, cras, & ſequenti die;* Gloſſa Interlinealis, Cardinales Caietanus, & Hugo ſic explicant; hodie, cras hic manebo, ſequenti autem die, id eſt, tertia die, tendam Jeruſalem; & favet lectio Syriaca. *Veruntamen oportet me hodie, & cras operari, & altero die iterfaciam:* Tamen Chriſtus D. hîc loquitur conſequenter, ut in ſuperiori verſu; oſtendens ſe non timere Herodem, nec Phariſæos, & mortem eſſe in ſua poteſtate; ac proinde idem eſt, ac ſi diceret. Oportet me hodie, cras & ſequenti die ambulare docendo, ſanando, & curando, donec perficiam opus meum tertiâ die in Jeruſalem. Ita noſter D. Cyrillus, Titus, Euthymius, Theophylact Barradas, Cornelius, & alii. Quod maximè comprobatur ex eo quòd dies hîc non ſumitur pro die viginti quatuor horarum, ſed pro tempore, ut dicam Quæſtione octavâ.

Interlin. Caietan. Hugo.

D. Cyrill. Titus. Euthym. Theophyl. Barradas. Cornel.

61. *Quia non capit Prophetam extra Jeruſalem perire;* Syriacus. *Fieri non poteſt*, Perſicus. *Quia non convenit*, Multi ex Græco. *Non eſt poſſibile perire extra Jeruſalem:* Et tamen multi Prophetæ occiſi ſunt extra Jeruſalem. Jeremias in Ægypto, Ezechiel in Chaldæa, & in Samaria Jeſabel multos Prophetas occidit. Duplex ergo eſt ſenſus: non capit, ſeu non eſt poſſibile prophetam occidi extra Jeruſalem ſe ipſum intelligens caput, ac principem Prophetarum; quia juxta decretum Patris non poterat alio loco occidi: Vel ſecundò, Prophetarum mors adſcribitur Jeruſalem, quia eorum major pars ibi occiſa eſt; ita Titus, Theophylactus, Euthymius, Janſenius, Maldonatus, quia Jeruſalem, ut regia civitas, ac caput regni, avida erat ſanguinis prophetarum, eratque velut malleum martyrum, ac juſtorum, & non patiebatur aliqum extra eam occidi.

Syriac. Perſicus. Græcus.

*Duplex ſenſus.*

Titus. Theoph. Euthym. Janſen. Maldonat.

---

## QUÆSTIO VII.

### *Quare Chriſtus D. Herodem Vulpem appellat?*

62. VIdetur valde mirum, quòd Chriſtus, qui præcipit omnes honorare, & præſertim Regem quaſi præcellentem, ut ait Petrus Apoſtolus 1. cap. 2. n. 13. Tamen iniquum in dignitate illa non decorat; ſed potiùs ipſa ei inſervit in ignominiam, ac dedecus, & ſua iniquitate omni dignitate privatur: Unde illi ſeptem fratres Machabæi unà cum Matre, Antiochum non regem appellant, ſed ſceleſtiſſimum, crudelem, tyrannum, ac flagitioſiſſimum, omnium malorum inventorem: 2. Machab. cap. 7. n. 9. & 27. ſua perverſitate in tanta opprobria, à regia dignitate inciderat.

1. Petr. 2.

*Iniquitate deperditur dignitas.*

2. Machab.

63. Ad quæſtionem, Secundum communem ſenſum Interpretum, Herodem Chriſtus appellat vulpem: vulpes enim eſt animal fraudulentum in abſcondito per inſidias latens, fœtidum, nunquam rectis itineribus incedens: ſic & Herodes totus aſtutia, fraudulentia abundans erat, alienus à recta via juſtitiæ, inſidias machinabatur; unde prætextu falſæ religionis, ac juramenti Baptiſtam occidit, oſtendens ſe invito animo eum occidiſſe: inde malo odore nominis totum orbem implevit. Lyran. malum principem Herodi ſimilem vulpem eſſe dixit, quia doloſus eſt, pecunia rapax, tortuoſè incedens, & fœtidus, & vulpes nominis infamia; & idem eſt, ſi Phariſæos dicas hic à Chriſto vulpes appellari.

*Herodes fraudulentus vulpes.*

Lyran.

64. D. Hieronymus cap. 3. in Ezechielem ait: *Unuſquiſque pro moribus ſuis ſortitur vocabulum: Scribis & Phariſæis dicitur*, Generatio viperarum, *De Herode, qui verſipellis erat:* Dicite vulpi illi: D. Anaſtaſ. Synaita lib. 9. Examer. ait: *Introduxit Deus omnes gentes belluinas, & eas adduxit ad Chriſtum ſecundum Adam, ut videret quid vocaret eas: Unumquemque convenienter ſuis meritis, & vitæ quam gerit; & ideo vocavit quidem oves, eas, quæ ſtatutæ ſunt à dextris, hædos verò, qui à ſiniſtris; Agnos autem, ut qui Chriſtum ſequantur. Unde etiam nominat lupos, qui gregi inſidiantur, Judæos, & genimina viperarum, & alios vulpes, & omne, quod vocavit; hoc eſt ei nomen, hoc eſt non leviter, nec temerè, ſed convenienter uniuſcujuſque actæ vitæ, & meritis convenientia nomina imponit Chriſtus.* Æternus Pater omnia ad Chriſtum adduxit ſub cujus pedibus ſubjecta ſunt univerſa, ut eis convenientia nomina imponeret, ſicut factum eſt cum primo Adamo: *Et omne quod vocavit eſt nomen ejus.*

D. Hieron.

D. Anaſtaſ. Synait.

*Unuſquiſque apto nomine vocatur.*

65. Dum Chriſtus D. ait: *Dicite vulpi illi*, ſtatim ſubdit n. 34. *Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis Prophetas, &c. quoties volui congregare filios, tuos, quemadmodum avis nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti.* Ubi Chriſtus ſe comparat gallinæ, Herodem vulpi inſidiantem avibus, ut eas mactet, & bibat ſanguinem: Herodes jam interfecerat Nobiliſſimum præconem Baptiſtam; inde Chriſtus Herodi nomen vulpis imponit, & ſibi nomen gallinæ appropriat; quæ à vulpe inſidias, & ſtragem patitur, & crimen tanti prædicatoris interempti ſugillat, ſibique etiam mortem machinantem. Beda ait: *Et pulchrè quidem Herodem de nece ſua tractantem, vulpem vocarat, & ſe ipſum avi comparat. Fraudulenta enim vulpes ſemper inſidias avibus tendere non ceſſat.* Fraudulentus vulpes Herodes, nunquam à ſua malitia ceſſat, ut avibus inſidietur; Heri occidit Baptiſtam, hodie Chriſto inſidiatur, & nunquam ſanguine ſatiatur: *Fraudulenta enim vulpes ſemper inſidias avibus tendere non ceſſat.*

Luc. 13.



*Herodes fraudulentus nunquam ab inſidiis ceſſabat.*

Beda.

66. Deinde calliditas vulpis Herodis maximè oſtenditur, quâ Baptiſtam ſcelera illius corripientem libenter audiebat; & eo audito multa faciebat, & quòd aliàs caveret ab eo; & propterea opportunam nactus occaſionem, in vincula illum conjecit, ut patet ex Marco 6. n. 20. ſub hilari, ac feſtivo vultu, quem Joanni exhibebat, tanquam ſub vagina immanitatis machæram, quam illum feriret, recondebat; indeque aptiſſime vulpi nomen congruit. Sic Caietanus: *Ite, dicite vulpi illi:* Sic ait, *Hinc manifeſtè apparet ſimulatus animus Herodis adverſus Joannem Baptiſtam, libenter eum audiendo: doloſus enim ſignificatur appellatione vulpis.*

*Herodes ſub feſtivo vultu mortem Baptiſtæ machinabatur.*

Caietan.

---

## QUÆSTIO VIII.

### *Quare Chriſtus D. dixit, quòd oportet eum hodie, cras, & ſequenti die ambulare, & pergere in Jeruſalem, ubi occidendus eſt?*

76 AIt Chriſtus, D. in præſenti: *Ecce ejicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie, cras, & tertia die conſummor.* Ad exactam explicationem, duo ſupponenda ſunt, quòd frequenter in Scriptura dies ponitur pro tempore, ut illud Joan. 8. num. 58. *Abraham exultavit ut videret diem meum:* Hoc eſt, meum tempus: Joan. 9. num. 4. *Me oportet operari donec dies eſt:* id eſt, dum tempus durat. Sic explicant D. Hieronymus, D. Cyrillus illud Iſaiæ 19. 16. *In die illa erit Ægyptus:* hoc eſt, in illo tempore ſic & multis aliis locis. Secundò, ſupponendum eſt quòd Chriſtus D. hæc dixit paulo ante feſtum Encæniarum, quod incidebat die 25. menſis Caſleu, qui noſtro partim Novembri, partim Decembri reſpondet, & quod celebratur; & tamen ſequenti Martio die 25. occiſus, & crucifixus eſt pro omnium ſalute.

*Dies pro tempore.*

Ioan. 8.

Ioan. 9. D. Hieron. D. Cyrill. Iſai. 19.

*De tempore quo Chriſtus hoc dixit.*

68. Ex his plane patet, quòd cùm Chriſtus D. ait: *Hodie, cras, & tertia die conſummor*, non vult denotare, quòd poſt tres dies eſſet moriturus: nam poſt tres menſes, & dimidium mortuus eſt, ſed quod brevi tempore erat occidendus; nam dies tempus innuit, & his etiam ſignificat, ut in præſenti notarunt noſter D. Cyrillus, Euthym. Theophylactus Et eſt ſenſus: *Hodie:* dicit tempus præſens: *Cras*, tempus futurum uſque ad ſuam paſſionem: *tertia die*, tempus ſuæ mortis, quam conſummationem appellat: *Conſummor*, id eſt, conſummabor; in eaque conſummavit totum ſuum munus legationis, ac miſſionis ab æterno Patre in mundo, totumque negotium noſtræ redemptionis, ac ſalutis electorum, juxta illud Pauli. Hebr. 10 num. 14. *Una enim oblatione conſummavit in ſempiternum ſanctificatos:* Sic eadem Epiſtola, cap. 2. num. 10. *Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat authorem ſalutis eorum per paſſionem conſummare.* Barradas hæc verba: *Conſummor*, ex Græco legit, *Omni gloria perficio.*

D. Cyrill. Euthym. Theophyl.

*Germanus ſenſus.*

Hebr. 10. Hebr. 2.

Barradas.

69. Albertus Magnus aliter explicat; quod aſſignantur hîc tres dies. Prima dies fuit lux præſentiæ in carne. Malach. 4. num 2. *Timentibus nomen Dei ortus eſt Sol Juſtitiæ:* Secunda dies fuit dies paſſionis, & mortis, tunc illuminavit inferiores partes terræ. *Tunc penetrabo inferiores partes terræ, & illuminabo omnes ſperantes in Domino;* Eccleſiaſt. 24. num. 25. Tertia dies eſt lux reſurgentis auroræ in luce reſurrectionis ad lucem gloriæ. Oſe. 6. num. 3. *Vivificabit nos poſt dies duos, in die tertio ſuſcitabit nos;* Moraliter etiam explicat ipſe Albertus Magnus, & ait: in die pœnitentiæ dæmonia ejicit; die Juſtitiæ opera dirigit in ſalutem; & die glorificationis ad coronam vocat.

Alb. Magn. Malach. 4.

Eccleſ. 24.

Oſe. 6.

---

## QUÆSTIO IX.

### *Quare Chriſtus D. ait, quod non expedit Prophetam perire extra Jeruſalem?*

70. AIt Chriſtus Dominus in præſenti: *Quia non expedit Prophetam perire extra Jeruſalem?* quod jam explicavi in expoſitione: *Expedit:* id eſt, non convenit perire extra Jeruſalem, quia hoc ita erat ex majori parte, vel ſeipſum intelligens, cùm eſſet decretum à ſuo Æterno Patre, ut occideretur in Jeruſalem, quæ erat regia civitas: & caput regni.

71. Ad quod rectè reſpondet Caietanus, dum ſic ait: *Quia tanta erat iniquitas Jeroſolymitana, ut crimen occidendi prophetas; non permitteret aliis, ſed ipſa occidebat omnes prophetas:* Jeroſolyma cùm eſſet regalis Curia, ſic erat criminoſa, ſicque omnium flagitiorum ſagena, inſatiatè bibens juſtorum ſanguinem, iniquitatis æmula, ut invideret aliarum urbium grandiora flagitia: alienum à ſua magnitudine putabat, ſi alia urbs in malis eam ſuperaret; & ita ait JESUS, nil timendum eſt ab Herode, occidendus non ſum extra Jeroſolymam generale omnium macellum, ut omnium ſanguinem bibat, omnia crimina ad ſe trahens, ut omnes criminoſos faciat, unde rectè dixit D. Bernard lib. de Conſiderat.

Caietan.

*Regia curia ſagena iniquitatis, nuda criminum.*

D. Bernard.

Conſiderat ad Eugenium: *Curia bonos recipere facilius, quàm facere conſuevit*: Curia de bonis malos ſolet facere; rariſſimè de bonis bonos.

72 Jonas. 1. Ex Dei mandato ingreditur Jonas Ninive clamans: *Adhuc quadraginta dies & Ninive ſubvertetur*: cap. 3. num. 4. Ninive erat caput, & regia curia totius imperij Aſſyriorum, ut teſtatur Paulus Venetus lib. 2. de rebus Orientalib. cap. 26. (Paul. Venet.) imperium autem Aſſyriorum ampliſſimum erat, multa regna, multaſque civitates ſub ſe continens, & tamen tam dira pœna, ac ſævum ſupplicium ſolum ſuper Ninivem denuntiatur, ac fulminatur; erat illa regia curia, de qua ait noſter D. Cyrillus: *Iniquitate plena, vitiis abundans*: (*Curia iniquitate abundat, & exundat iniquitate.*) ita etiam ut exundaret in alia regna, ac civitates, tot, tantaque cumulabantur vitia in ea, ut eam non ſolùm caperent, ſed etiam in alias civitates exundarent, ab eaque tanquam à fonte, ac origine in alias fluerent.

73 Daniel. 13. Loquens. Daniel. 13. n. 5. de iniquis, ac depravatis judicibus, qui omne malum machinabantur, ait: *Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylonia à ſenioribus judicibus, qui videbantur regere populum*: (*Curia regia iniquitatis ſcaturigo.*) Unde prodit, & exundat iniquitas? ex Babylonia, quæ cùm eſſet curia magnifica, ac regale caput, unde poterat exire iniquitas niſi ab ipſa? ô quàm melius erat eſſe extra Babyloniam quàm in illa! unde Iſai. 1. num. 21. (Iſai. 1.) Deplorat miſeram ſortem Ieroſolymæ dicens: *Quomodo facta eſt meretrix, civitas fidelis, plena judicij? Juſtitia habitabat in ea nunc autem homicidæ, Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam*: Ipſa civitas, quæ olim erat ſedes juſtitiæ ſua magnitudine; ut facta eſt regalis civitas, facta eſt meretrix, & apoſtatavit à juſtitia proſternens ſe in omni homicidio, furto, rapina, & fallacia: *argentum tuum verſum eſt in ſcoriam.*

# CAPUT XIV.

1. ET factum eſt cùm intraret Jeſus in domum cujuſdam Principis Phariſæorum Sabbatho manducare panem, & ipſi obſervabant eum. 2. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. 3. Et reſpondens Jeſus dixit ad legiſperitos, & Phariſæos dicens: ſi licet Sabbatho curare? 4. At illi tacuerunt Ipſe verò apprehenſum ſanavit eum; ac dimiſit. 3. Et reſpondens ad illos dixit: Cujus veſtrum aſinus, aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die Sabbathi? 6. Et non poterant ad hæc reſpondere illi. 7. Dicebat autem, & ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligeret dicens ad illos. 8. Cùm invitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit invitatus ab illo 9. ut veniens is qui te, & illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore noviſſimum locum tenere. 10. Sed cùm vocatus fueris, vade recumbe in noviſſimo loco, ut cùm venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice aſcende ſuperiùs: Tunc, erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. 11. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. 12. Dicebat autem, & ei qui ſe invitaverat, cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites ne fortè te, & ipſi reinvitent, & fiat tibi retributio. 13. Sed cùm facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos Cœcos. 14. Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi; retribuetur enim tibi in reſurrectione juſtorum. 15. Hæc cùm audiſſet quidam de ſimul diſcumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno Dei, 16. At ipſe dixit ei: Homo quidam fecit Cœnam magnam, & vocavit multos. 17. Et miſit ſervum ſuum hora cœnæ dicere invitatis ut venirent, quia jam parata ſunt omnia 18. Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei: villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam, rogo te habe me excuſatum. 19. Et alter dixit: Juga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excuſatum. 20. Et alius dixit: Uxorem duxi, & ideo non poſſum venire. 21. Et reverſus ſervus nuntiavit hæc Domino ſuo. Tunc iratus Pater familias, dixit ſervo ſuo, Exi citò in plateas & vicos civitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. 22. Et ait ſervus: Domine factum eſt ut imperaſti, & adhuc locus eſt 23. Et ait Dominus ſervo, Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare: ut impleatur domus mea. 24. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam. 25 Ibant autem turbæ multæ cum eo, & converſus dixit ad illos: 26. Si quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. 27. Et qui non bajulat crucem ſuam & venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus.



diſcipulus. 28. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non priùs ſedens; computat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum? 29. ne poſteaquàm poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei. 30. dicentes, quia hic homo cœpit ædificare & non potuit conſummare? 31. Aut quis rex iturus committere bellum adverſus alium regem; non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad ſe? 32. Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens rogat ea, quæ pacis ſunt. 33. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. 34. Bonum eſt Sal. Si autem Sal. evanuerit, in quo condietur? 35. Neque in terram, neque in ſterquilinium utile, ſed foras mittetur, qui habet aures audiendi audiat.

*ARGUMENTUM cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus invitatus à Phariſæo, Sabbatho ſanat hydropicum de quo tractavi tom 4 c. 23.

*Secundò, Verſ.* 7. Proponit Parabolam de invitatis, quod ut prudenter agant, eligant ultimum locum: de quo egi citato c. 23.

*Tertiò, Verſ.* 16. Proponit parabolam de homine qui fecit cœnam magnam, & invitati ſemetipſos excuſarunt; & deinde ſunt excluſi? De quo dixi tom. 4. capite. 24. & hîc aliquid dicam.

*Quartò, Verſ.* 26. Docet ſui ſequaces, debere Parentes odiſſe, & crucem ferre, jam explicavi tom. 4. c. 25.

*Quintò, Verſ.* 28 Idipſum probat per parabolam volentis turrim ædificare & bellum gerere, quod explicavi eodem cap 25.

Cœna magna.

## QUÆSTIO I.

*Quare hæc Cœna dicitur magna?*

1. Textus. IN hoc cap. num. 16. ſcribit noſter Evangeliſta parabolam, in qua *homo fecit Cœnam magnam*, quod Evangelium laté explicavi tom. 4. cap. 24. per quæſtiones 18. Ubi q. 2. explicavi, cur cœna dicatur magna, & non homo illam præparans, & exhibens? Et iterum de eadem quæſtione dixi tom 2. in Apocalypſ. c. 19. q. 57. n. 4. 7. Ubi ex quodam Matthæi loco rem ibi expenſam iterum confirmavi; ad noſtram quæſtionem principalem, doctrinæ gratia aliquid dicamus; quamvis omnia citato cap. 24. dicta ſint.

2. D. Thom. Ad quæſtionem, reſpondet D. Thomas in ſua Catena: *Cœnam magnam dicit, quia ſatietatem nobis dulcedinis æternæ Dominus præparavit*: Theophylactus idem explicans ait: (Theophyl.) *Miſericordiſſimam Dei diſpenſationem intelligit, quam operatur in nobis, quia nos facit participes carnis filij ſui Cœnam enim magnam vocavit hanc diſpenſationem. Magna enim Cœna hæc quoniam ex confeſſ. magnum eſt ſalutis myſterium*: Meritò cœna dicitur magna, quia in ea adeſt Deus, in quo ſolùm eſt vera magnitudo, nobis communicans ſuam dulcedinem, ac ſuavitatem, qua nos replet & ſatiat. (*Magna, quia in ea communicatur Deus.*)

3 Pſalm. 127. Hinc Pſalmiſta de Eccleſia Sancta Catholica loquens, ad Chriſtum D. ait: *Uxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*: Pſal. 127. num. 3. Quid uxor cum vite? Quid Eccleſia cum vite? quia ipſa fœcundata divinâ vite ſanguinis Chriſti, multos filios, ſeu fructus parturit; & ob hanc amplam multiplicitatem dicit ut non ſponſa, ſed Uxor, copiosè abundans in lateribus domus tuæ; ab hac cœleſti vite tam largâ copiâ fœcundatur, ut omnia latera, omneſque anguli repleantur. (*Abundantiſſimè ſanguis Chriſti omnes replet, & ſatiat.*) D. Auguſtinus. (D. Auguſt.) *Uxor Chriſti eſt Eccleſia, quam ſibi proprio ſanguine ſponſam acquiſivit, ac multos filios Chriſto generat, ſicut vitis multa vitalumina parit.* Si verò iniquitas, quæ ſunt latera iſta Eccleſiæ; ſic reſpondet noſter Incognitus. (Incognit.) *Nos autem latera domus Eccleſiæ dicimus eos, qui Chriſto inhærent*; & participant de ejus corpore, & ſanguine; vel ſecundum Caſſiodorum, Theodoretum; (Theodoret. Caſſiodor.) hæc intelliguntur de quolibet juſto, cujus latera, hoc eſt, omnes ejus potentiæ, ac facultates maximè implentur, ac fœcundantur à ſanguine Chriſti.

4. Exod. 24. Secundò, Cœna dicitur magna, utpote Dei à quo ſolo poſſunt venire tot, & tanta bona, quæ in hac menſa dantur, & communicantur; Scribitur Exod. 24. n. 16. *Cùm aſcendiſſet Moyſes montem, operuit nubes montem, & habitavit gloria Domini ſuper Sinai tegens illum ſex diebus*, Maximè quærunt ibi Interpretes: Unde Moyſes cognovit ibi habitaſſe gloriam Domini? Cùm Deus lucem inacceſſibilem inhabitet, & aliunde ibi eſſent ingentes tenebræ, & valde condenſæ caligines; unde ergo intellexit Moyſes quod ibi aderat Deus? Tantam dulcedinem ibi hauſerat, tot dona participabat, tantiſque beneficiis ibi cumulabatur, ut inde apud ſe pro certo firmaverit, quod tanta affluentia donorum, à nullo alio fonte poterat dimanare, niſi ab ipſo Deo præſente; (*Magna, & ampla dona à nullo alio veniunt niſi à ſolo Deo.*)

Rupertus

Rupertus ibi : *Gloriam Domini habitaſſe ſuper Sinaï, dicit, quia expertus eſt magnam, & glorioſam multitudinem dulcedinis Domini, quam abſcondit quidem timentibus ſe; ſed huic oſtendit non parva ex parte, ut in illa epularetur, non uno die, ſed quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Ex tam larga, ac dilatata exundantia prudentiſſimè pro certo intulit à nullo alio diffundi niſi ab ipſo Deo.

8. Tertiò, Cœna magna, utpote à Deo præparata, & non ab homine. Quod à Deo eſt, anguſtum, magnum, & amplum eſt : quod vero ab homine, & ſervo; anguſtum, limitatum, & peranguſtum. Datur Iſraëlitis Manna in deſerto : ſed cum certa menſura : *Menſi ſunt ad Menſuram Gomor, nec qui plus collegerat, habuit ampliùs, nec qui minus paraverat, reperit minùs, ſed ſinguli juxta id, quod edere poterant congregaverunt. Dixitque Moyſes ad eos, nullus relinquat ex eo[in] mane : Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt, quidam ex eis uſque mane, & ſcatere cœpit vermibus* : Exod 16. num. 17. & 18.

Exod. 16.

Manna datur, ſed cum ſtricta menſura, ut non permittatur ſupereſſe, vel minimum quid in alterum diem : At Dei filius Chriſtus JESUS, quinque millia hominum quinque panibus ad ſatietatem paſcit, ut multa fragmenta ſuperent in tanta largitate, *ad implendos duodecim cophinos* : Joan. 6 n. 13. Uterque panis miraculosè dabatur, vide tamen, quanta differentia ſit inter ſervum & Dominum : Panes dabantur è manibus filij Dei : Manna interventu Moyſis D. Baſilius Seleucus Oratione 33. de quinque panibus ait : *Magna res erat tot millibus, quinque ſolos panes fuiſſe ſatis : tantam verò ſuperaſſe reliquiarum copiam, non diſcipulis dumtaxat miraculi recordationem ingerebat, ſed ejus, qui patrarat, virtutem extrahebat in lucem. De cœlo Manna Iſraëlitis dabatur ſed quia miraculi adminiſter ſervus erat, neceſſitati donum ſerviebat, quodque reſiduum evaneſcebat.* Panes ſic multiplicantur, ut multa copia exundet, quia per Domini manus diſpenſabantur : *ſed ejus qui patrarat, virtutem extrahebat* : Inde larga eſt rerum abundantia : At Manna miniſtri interventu dabatur; inde cum anguſta, & coarctata miniſtri menſura : *Manna Iſraëlitis dabatur, miraculi adminiſter ſervus erat.* Vide Luc. 11. q. 11. n. 52.

Joan. 6.
*Dona à Deo ſunt larga & ampla, à miniſtris autem coarctata.*
D. Baſil. Sel.

## QUÆSTIO II.

### *Quare omnes invitati ſe excuſant?*

6. SErvus à Domino miſſus convocat invitatos. *Et cœperunt ſimul omnes excuſare.* n. 18. à tam cœleſti convivio omnes ſe excuſant, & nullus eſt, qui libenti animo ſe offerat ad veniendum. Tenebantur omnes affectu, ac deſiderio temporalium; & ideo cœleſtia contemnebant; de quo conqueritur Deus per Oſe. 13. num. 6. *Adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, & elevaverunt cor ſuum* : Ad quæ verba ſic ait noſter D. Cyrill. Alexandr. *Luxus, & bonorum inexpectatorum ſplendor multis magnam habent vim, ut nos in oblivionem Dei adducant; & ad quidvis illegitimum, humanum animum diſſolvant.*

*Appetitus mundialium parit Dei oblivionem.*
Oſe. 13.
D. Cyrill.

7. Secundò, D. Ambroſius hîc it : *Ideo igitur excuſant, quia nemini includitur regnum niſi ei, quem ſua poſſeſſio vocis excluſerit, Dominus autem omnes clementer invitat : ſed nos aut deſidia noſtra, aut error avertit.* Divinus princeps omnibus proponit menſam, ac cœleſtem cœnam, omneſque invitat : unuſquiſque tamen ſeipſum excuſat; à cœleſti regno, nullus non poteſt nos ſeparare, ac removere, niſi quilibet ſuâ voluntate, ſuoque ore, velit ſeparari : Sint opera tua ſplendida, aperta eſt tibi janua cœli, à cujus introitu nulla creata vis te poteſt repellere. Si enim mens ſit firmata in Chriſto, nulla creatura poterit nos ab ipſo ſeparare. Ut ait Paulus Roman. 8. n 39.

D. Ambroſ.
*A cœleſti regno homo ſeipſum excludit & à nullo alio.*

8. Tertiò, perpende Textum : *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos, & miſit ſervum ſuum hora cœnæ, dicere invitatis, ut venirent.* Excuſant ſe omnes; unus ait : *Villam emi, eo videre illam* : Cùm eſſet hora cœnæ nox erat & nocte vadit videre eam; ſicut & alius nocte, probare juga boum. Iniquus odit lucem, & inde in tenebris ambulat, & dum cogitat ſe videre, tunc magis cæcus eſt, cùm totus in temporalibus ſit detentus. D. Gregor. homil. 36. in Evangel. ait : *Quid hora cœnæ, niſi finis mundi*; & ſubdit. *Si ergo jam hora cœnæ eſt, cum vocamur, tanto minus nos debemus excuſare à convivio Dei, quantò propinquaſſe jam cernimus finem ſæculi* : Quæ major miſeria, quàm in fine vitæ inhiare hominem rebus; quibus eſt ſpoliandus : & huic adhuc totus intentus eſt, ut villam emat; boves mugientes probet; & nuptiis indulgeat; & adhuc deſideri poſſidendi & carnis pruritu aduritur.

D. Gregor.
*Magna miſeria, quod in fine vitæ homo cogitet de temporalibus*

9. Aliter ille Sanctus Jacob jam moribundus ait ad filios ſuos : *Congregamini, ut annuntiem, quæ ventura ſunt vobis in noviſſimis diebus.* Geneſ. 49. num. 1 D. Ambroſ. lib. 2 de Jacob. cap. 9. ait : *Præſentibus ſe rebus ſubduxerat, & noviſſimis diebus furuæ miſcebatur ætati.* Nil de terrenis, ac temporalibus cogitat, nec ea mente voluit, ſed totus ad futura noviſſimis diebus in Chriſto rapitur, de iiſque cogitat. Hinc ait D. Chryſoſt. homil. 66. in Geneſ *Quia moriturus erat benedictione ſuâ firmat pueros, maximas has facultates relinquens, & divitias, quæ nunquam abſumi poterant, quærens* : Bonus Pater dum vivebat temporalia bona ad vitam filiis procurabat : Geneſ. 30. num. 30. At ubi ſe vidit jam ad mortem propinquum, omnes terrenas divitias ab animo abjicit, & ſolum filios intendit ditare divitiis, quæ non finiuntur, ſed in æternum durant, & perſiſtunt.

Gen. 29.
D. Ambroſ.
*Morti propinquus nil de temporalibus cogitet.*
D. Chryſoſt.
Geneſ. 30.

10. Quartò, D. Gregorius citatâ homil. 36. expendens illa verba. *Alius dixit : Uxorem duxi, & non poſſum venire*; ſic ait : *Quid per uxorem, niſi voluntas carnis accipitur?* ac ſi apertè denotet, quòd ille, qui carnis voluptate allectus tenetur, inde dicat : *Non poſſum venire*, ad Chriſtum, ac ad ſalutem, ac ſi ex depravata conſuetudine homo carnis irritamentis ſic apprehendatur, ut ab illis promptè non valeat ſe expedire. Sic ſæpe homo ingurgitatur vitiis, ut ipſa quodammodo vertantur in ejus naturam, ut de Pharaone dicitur, ex quo celebris eſt illa ſententia D. Auguſt. lib. de perfectione juſtitiæ. *Per arbitrij libertatem factum, ut eſſet homo cum peccato, ſed jam pœnalis vitioſitas ſubſecuta, ex libertate fecit neceſſitatem* : è frequenti aſſiduitate luxuriandi,

D. Gregor.
*Sic ſæpe homo ingurgitatur vitiis, ut veluti vertantur in naturam.*
D. Auguſt.



luxuriandi, *ex libertate fecit neceſſitatem* : Et ideo ait : *non poſſum venire* : Sic enim obſtinata concupiſcentia rapit voluntatem ad libidinem proclivem, ut vix aut ratò libidini diſſentiat, & ad nutum ejus obſequenter compareat.

11. Ait Dominus ad Oſeam num. 1. *Vade, & ſume tibi uxorem fornicationum. Quia fornicans fornicabitur terra à Domino, & abiit; & accepit Gomer filiam Debelaim* : Illa geminatio ſignificat impensè, & continuò fornicabitur; quia ut notant Sanchez, & Cornelius, futurum junctum participio, vel Gerundio ejuſdem verbi apud Hebræos ſignificat actus vehementiam, & magnam continuationem, & diuturnam conſuetudinem; ac indeficientem libidinis vehementiam; & quid inde ſequutum eſt : *Accepit Gomer filiam Debelaim* : Quorum ſignificationem proponit Vatablus dicens : *Gomer ſignificat conſumptionem, & Debelaim palatas duas, quibus animæ, & corporis voluptates intelliguntur, quæ pariunt conſumptionem, & interitum.* Ex tam aſſidua & inflammata conſuetudine quia germinatur niſi conſumptio, ac interitus omnium virtutum, omniumque facultatum, etiam totius animæ & corporis : Et in fœmina illa Gomer tam depravata erat libido, ut ab ipſa tanquam à natura nomen acciperet.

Oſe. 1.
Sanchez.
Cornel.
*A depravata libidine tanquam à natura nomen accipitur.*
Vatablus.

12. De laſcivientium oculis loquens D. Petrus 2. Epiſtol cap. 2 num. 14 eos vocat *plenos adulterij, & inceſſabilis delicti* : Ac ſi laſcivus neſciat, & ſuo delicto ceſſare, aut ab illius laqueis ſe expedire. Vnde ait D. Thomas 1. 2. q. 75. art 5. *Luxuria eſt maximæ adhærentiæ, ac difficile poteſt homo ab ea eripi : inſatiabilis eſt enim delectabilis appetitus* : Nil vehementius, ac fortius adhæret, ac imbibitur in depravata mente, ut luxuria; ita ut nunquam à ſuo flagrante appetitu homo quieſcat, donec ab ipſo demergatur in profundum Iſa. 57. num. 10. *Humiliata eſt uſque ad inferos, in multitudine viæ tuæ laboraſti, non dixiſti : quieſcam* : Si laboravit in ſua laſcivia, ac luxuriante nequitia, ut non quieſceret, donec in profundum demergeretur. Noſter D. Cyrillus Alexand. ad dicta verba ait : *Quis eſt apoſtaſiæ à Deo, & immoderatæ fornicationis, & impiorum facinorum finis? Summa, inquit humilitas, & in infimum interitus barathrum devenire.*

2. Petr. 2.
D. Thomas
*Luxuria affectus inſatiabilis, & non quieſcit.*
D. Cyrill.

## QUÆSTIO III.

### *Quare in oratione Dominica dicimus,* Panem noſtrum, *& nullus ex his qui excuſantur dicit?* Villam meam, Uxorem meam, Boves meos?

13. INvitati vocantur à ſervo, & omnes ſe excuſant; unus dixit : *Emi villam, eo videre illam : alius, juga boum emi quinque, eo probare illa, habe me excuſatum : alius dixit, Uxorem duxi non poſſum venire* : nullus quidquam ſuum eſſe dixit, nec villam, nec uxorem, nec boves; & tamen nos cum jubemur à Deo petere, & dicimus : *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie* Matth. 6. n. 11. Cur ergo quando petimus panem, quem non habemus, dicimus noſtrum; & villam, & juga boum, quæ homo emerat non dixit ſua, ſicut nec alius uxorem ſuam dixit, cum per matrimonium jam ſua eſſet, ſicut & illa per emptionem?

Matth. 6.
*Difficultas quæſtionis.*



14. Reſpondeo, quòd illa omnia, villa, juga boum, uxor ducta, erant temporalia bona, at panis, quem petimus, eſt panis ſuperſubſtantialis, ac cœleſtis panis divinus Euchariſticus ut ex magna Patrum ſententia ſuo loco dixi. Bona temporalia, ſic breviter, ac momentaneè, & veluti in tranſitu ad nos veniunt, & citò revolant, itaut minimè poſſint dici à nobis haberi : ſolùm illa durant, perſeverant, ac perennant, quæ divina, & ſpiritualia ſunt, ut cœleſtis panis, qui ſemper nobiſcum eſt, & nos in æternum ſervat Cœleſtinus Papa Epiſtola ad popul. Conſtantinopolitan. in tom. Concil. Epheſ. ſic ait. *Illud noſtrum eſt regnum, illud continuum, illud ſempiternum; noſtrum non eſt, per quod tranſitum tantum contingit.* Ubi aptiſſimè Summus Pontifex docet, quòd illud non poteſt dici noſtrum, quod non poteſt teneri, ſed citò pertranſiens non relinquit; illud autem noſtrum ſolum credendum eſt, quod firmiter habetur, & cujus poſſeſſione deturbari nulla vi poſſumus.

*Quod eſt temporale, nec noſtrum nec proprium ſed quod à Chriſto venit.*
Cœleſtin.

15. Altè, & profundè ponderandum, quòd benedicens Jacob filios ſuos, multa fauſta, ac magna eis prænuntians Aaronicum Sacerdotium & totum Leviticum ordinem ſilentio involvit, & de his nec unum verbum habet; ſicut enim Judas, Joſeph, Aſer, Benjamin regali ſorte reſplenduerunt; ſic etiam Levitica tribus Pontificali dignitate, ac Sacerdotali ordine; cur ergo magnus Pater ſpiritu prophetico plenus tam alta, & ſublimia in filio ſuo Levi prætermiſit? Ratio deſumitur ex termino ipſarum benedictionum. Ait Textus. Geneſ 49. n. 28. *Hæc locutus eſt eis Pater ſuus, benedixitque ſingulis benedictionibus propreis* Dabat Sanctus Senex proprias benedictiones filiis ſuis. In Juda, Joſeph, Aſer, Benjamin, & in aliis conſiderabat Chriſti magnalia; at in Levi attendebat Aaronicum Sacerdotium, quod ad Chriſtum non erat perveniendum, ſed in illo finiendum ac terminandum; qui futurus erat Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech; & inde illud prætermiſit, ſolum enim dona, & quæ à Chriſto veniunt, ut cœleſtia, ac divina, ut propria & noſtra habentur; at verò quæ à Chriſto non veniunt, ipſum reſpiciunt, ut temporalia, & breviter tranſitura, nec propria, nec noſtra reputanda ſunt. Repertus ait : *cur illud Sacerdotium in ſuis benedictionibus pater omiſit, nullámque Levitici prædicavit laudem miniſterij? Ad quod dicendum, quia illud Sacerdotium ad hos fines ſæculorum, non pervenit* Sacerdotium quod, finiendum erat, & temporaliter tantum habebatur, inter præclariſſima Jacobinæ proſapiæ ſtygmata non fuit recenſendum.

Gen. 49.
*Quæ tranſeunt non commemoranda, ſed quæ durant & perſeverant.*
Rupert.

## QUÆSTIO IV.

*Quare Divinus Princeps manda' convocare ad hanc magnam cœnam pauperes, debiles, & cæcos, ac cl..os?*

16. *Difficultas quæſtionis.*

CUm invitati noluiſſent venire, ait Dominus ad ſervum: *Exi citò in Plateas, & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos, elaudos introduc huc.* Si illi invitati noluerunt venire, cur non mandat convocare alios ex magnatibus, ac principibus civitatis; ſed tantùm pauperes, cæcos, ac claudos? Cur hos tantum dat in mandatis, & non alios? ad quæſtionem.

17. Titus.

Reſpondet Titus Boſtrenſ. & ait: *Phariſæorum, procerumque Judæorum loco vocat ſunt qui ægri, abjectique in vicis, & plateis jacebant, hoc eſt, illi, qui ex Judaica multitudine habebantur inferiores*: In hoc maximè reſplendet, ac nitet Divina poteſtas, quæ minimos, & inferiores ad ſe vocat, hos requirit, & ad ſe vocat. In ultima die ad ſuos electos dicet Chriſtus: *Amen dico vobis, quandiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Matth. 25. num. 34. Videtur repugnantia; quòd fratres Chriſti dicantur, & minimi; cùm nulla major dignitas poſſit excogitari, quàm quòd homo ſit ſupremi Domini Jesu Christi, fratrer; non enim ait; quòd feciſtis uni ex meis ſervis amicis, diſcipulis; ſed fratribus: Servus, & diſcipulus quandam minoritatem dicit; at fraternitas quandam æqualitatem importat, & qui ſe minimos reputant, ad tantum apicem elevantur, ut ex gratia ad fraternitatem, & quodammodo ad quandam participationem, & æqualitatem cum Chriſto aſſumantur. D. Chryſoſt. homil. 80. in Matth. ſic ait: *Quid ait, ſi fratres tui ſunt, quomodo minimos appellas? imò verò ideo fratres tui ſunt, quia humiles, quia pauperes, & abjecti. Hos enim maximè ad fraternitatem ſuam convocat, quia ignoti, & deſpicabiles ſunt*: O quantum diſtat Divina conditio ab humano ingenio! Homines ſolum magnos, & ſublimes quærunt, at Chriſtus abjectos, & deſpicabiles, & tales magni ſunt apud eum.

Matth. 25. *Pauperes, & abjecti elevantur à Chriſto ad fraternitatem, & veluti ad quãdam æqualitatem.*

D. Chryſoſt.

18. Hoc ſpiritu Chriſti jam imbutus David ejus parens, cùm in deſerto inveniſſet quendam puerum jacentem, & per inediam, ac famem, ſemimortuum, ab ipſoque interrogatus quiſnam eſſet, reſpondit juvenis: *Puer Ægyptius ego ſum, ſervus viri Amalecitæ: Dereliquit me autem Dominus meus, quia ægrotare cœpi nudius tertius*: 1. Reg. 30 n. 13. Quia ille puer erat, & ex vili conditione ſervus, debilitate ægrotus, ita ut non ſe poſſet movere: Quid deinde factum eſt, Dominus Ægyptius dereliqui eum ut deſpicabilem, & tanquam mortuum: At aliter David ipſum puerum, ut abjectum, & inde derelictum fovet, cibo recreat, ac alimenta præbet, eumque ſibi conſtituit in ducem hoſtes vincendos, ac ſuperandos. Carthuſian. *Per puerum Ægyptium ægrotantem à Domino ſuo derelictum, intelligitur quicunque ſæcularis Adverſitatibus preſſus, & à mundi amatoribus ſpretus: infideliterque deſertus, quem Salvator miſericorditer intuetur, conſolatur, ac reficit, & ſuum efficit ducem.* Mundanus Dominus puerum pauperem, ut abjectum derelinquit; David verò ſpiritu Divino motus eum erigit, advocat, & ſibi in ducem aſſumit. De his vide multa in Indice verb. *Paupertas, Humilitas.*

1. Reg. 30. *Mundus deſpicit pauperes, Spiritus Dei ſibi aſſumit, & eligit.*

Carthuſ.

## QUÆSTIO V.

*Quare cum ad cæleſtem menſam nullus veniat niſi voluntarius; tamen hic Pater familias mandat compellere invitatos?*

MIſit Dominus vocare invitatos, & cùm noluiſſent venire, ad ſervum ſuum ait: *Exi cito in plateas, & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc*: Et cùm adhuc ſupereſſet locus, ait ad ſervum ſuum *Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea*: Quomodo ad cæleſtem menſam tanquam vi mandat compellere, ac cogere, cum illa ſolùm meritis obtineatur; quod autem meritis ambitur, non niſi voluntariè acquiritur, ac poſſidetur. 19. Text.

Primò, D. Ambroſius ad hunc locum ait: *Mitti ad vias, & circa ſepes, quod hi ſcilicet, apti ſint regno cœlorum, qui nullis præſentium cupiditatibus in quodam bonæ voluntatis tramite conſtituti.* Quinam apti ſunt ad regnum? pauperes, debiles, & cæci, qui cùm ſe videant oppreſſos ipſa paupertate, cæcitate, ac debilitate, *in quodam bonæ voluntatis tramite conſtituti*; & cum à mundo ſint ejecti, ac contempti, inde toto corde ad Deum convertuntur. Valde celebris eſt, memorabilis hiſtoria hujus Regis qui audita prophetia fulminante ſententiam contra idolorum Sacerdotes in altari, ante oculos videns horrendum ſpectaculum datum in prophetia, quòd ad vocem prophetæ altare lapideum cecidit, & in cinerem eractum eſt corde ferreo, & obduraro perſtitit: Sic dicitur 3. Reg. 1.. num. 4. & 6. *Cum audiſſet Rex ſermonem hominis Dei, quem clamaverat contra altare in Bethel, extenait manum ſuam de altera dicens: Apprehendite eum: & exaruit manus ejus, quam extenderat contra eum... & ait Rex ad virum Dei; deprecare ad Dominum Deum tuum, & ora pro me.* Audit Rex prophetiam, & obduratus perſiſtit, videtque ipſum ſtupendo ſigno cædentis altaris, ſtabilitatum, & non movetur, percutitur in manu arida facta: Ecce jam totus in alterum mutatus, ſupplex Dei majeſtatem recognoſcit, & Prophetam ad domum ſuam invitat, & multis honorare vult: Vnde hoc? Ex propria calamitate; quem cœleſtia ſigna, ac flagella in... os inflicta non traxerunt, propria plaga in manu arida humiliavit, & qpi antea exterminium Prophetæ minabatur, ab ipſo modo ſanitatem, ac ſalutem ſperat Optimè Theodoretus quæſt. 42. ait: *Cum oporteret eum admirari miraculum, & timere eum, & qui miſerat, extenſa manu juſſi apprehendi Prophetam? ſed manus manſit maſculis, & nervis extenſis: & id quidam, quod accidit altari, eum non obſtupefecit, ſed id quod manui, valde anxit.* Perpende ultima verba in rem noſtram: *Sed id quod manui, valde anxit.*

20. D. Ambroſ.

3. Reg. 13.

*Homo maximè movetur ex propria calamitate ac labore.*

Theodor.



21. Secundò, *Compelle intrare*: Ita compellendi ac cogendi ſunt; ut voluntariè, ac liberè veniant, invitati ſuavitate, ac dulcedine cæleſtis menſæ. *Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam, miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem, & mænia civitatis.* Prov. 9. num. 1. & 3. Syriacus, ac Septuaginta legunt: *Miſit ſervos ſuos.* Eſto à communi ſententia Patrum, quod per ancillas, id eſt, ſervos, intelliguntur Apoſtoli, Doctores, ac prædicatores, per arcem verò, ac mænia civitatis olim intelligebatur ſynagoga. Nunc verò Eccleſia ſancta Chriſti unioque fidelium, ſapientia propoſuit menſam: ſicut ergo miſit ſervos ſuos; ut vocarent ad arcem, & mænia civitatis? cur non mandat etiam ut ad menſam convocent? Menſa erat in qua apponebatur corpus & ſanguis Chriſti, ejus ſuavitas, ac dulcedo abundantiſſima ut omnes ad ſe alliceret, ac traheret.

Proverb. 9. Syriacus. Septuagin. *Dulcedo corporis Chriſti omnes ad ſe advocat.*

22. *Vbicumque fuerit corpus illic congregabuntur & aquilæ*: Matth. 24. num. 24. num. 28. Syriac. Vatablus, Pagninus legunt: *Vbi fuerit cadaver*: intelligitur corpus Chriſti, quod ſub repræſentatione mortui eſt in ſacramento altaris, ut exponunt D. Ambroſ. Origenes, D. Anaſtaſius Synaita, Albertus Magnus, & alij, quos citavi tom. 4. cap 49. quæſt. 14. Sicut & per aquilas interpretantur Juſti, ac probi fideles, Et cur potiùs aquilæ dicuntur, quàm vultures corvi vel alij paſſeres, qui ad cadavera currunt? Aquila inter omnes fixo aſpectu ſolem intuetur, & velociſſimo motu fertur: fideles qui, altitudinem, ac ſuavitatem tanti ſacramenti contemplantur, magno fervore ad illud rapiuntur. Palatius. *Fideles qui tanquam regales aquilæ magnitudinem tanti myſterij contemplantur, & quanto magis illud geſtant, tantò magis ardentiori deſiderio flagrant.* Et nota quod dicitur in Textu: *Congregabuntur aquilæ*, Et à quo erunt vocatæ, ut congregentur; à ſuavitate nempe, ac dulcedine panis; quia ut ait D. Paſchaſius lib. de corpor. & ſang. *Hoc cœleſte convivium, ſic ſatiat ut uſui etiam eſuriem generet.*

Matth. 24. Syriacus. Vatabl. Pagnin. D. Ambroſ. Origenes. D. Anaſt. ſyn. Alb. Magn.

Palatius. *Velociſſime Chriſti fideles currunt ad ejus Menſam.*

D. Paſchaſ.

23. Tertiò, Carthuſianus ait: *Compelle intrare, id eſt, quaſi importunis, & per comminationem damnationis æternæ inſtiga illos, ut convertantur.* Sunt enim diſponendi, ac inſtigaadi ut velint intrare, ut effugiant damnationem æternam; & etiam inſtigandi ſunt, ut fugiant condemnationem involuntariæ paupertatis; & fiant pauperes voluntarii pro Chriſto, qui omnia contemnunt, & parvipendunt: Secus pauperes involuntarij, ut hic explicat M. Didacus Celada in Suſannam, §. 47 num. 3. qui à ſuo appetitu vexantur, à ſuiſque ſenſibus torquentur, & nullum turpe malum effugiunt: Vnde rectè David Deum deprecabatur: *De neceſſitatibus meis erue me*: Pſalm. 24. num. 17. nam ut rectè ait Hildebertus Epiſtol. 20. *Attritæ enim frontis eſt egeſtas, nil pudet modò vivat*: & ſubdit; *Egeſtas urget ad crimen, ut intercedit ad veniam*. Ait Paulus de ſe ſcribens ad Philipp cap. 4. num. 12. *Scio: & ſatiari, & eſurire; & abundare, & penuriam pati*: Et quænam hæc Philoſophia; quod quis inopiam ferat, ſatis natura docet Velis, nolis ferenda eſt fames: tamen quod quis compoſitè cum modeſtia, ac patientia eſuriem, & famem ſubſtineat; Magnum Pauli elogium. D. Anſelm. ibi. *Quem igitur, nec in neceſſitate cupiditas irritat, novit, & penuriam pati.*

Carthuſian.

Celada.

Pſal. 24. *Paupertas ſcelerum mater.*

Hildebert.

Philipp. 4.

D. Anſelm.

# CAPVT XV.

1. ERANT autem appropinquantes ei Publicani & peccatores, ut audirent illum. 2. Et murmurabant Phariſæi, & ſcribæ, dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. 3. Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens. 4. Quis ex vobis homo qui habet centum oves: & ſi perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deſerto, & vadit ad illam quæ parierat, donec inveniat eam. 5. Et cùm invenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens. 6. Et veniens domum convocat amicos & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quæ perierat. 7. Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta novem juſtis qui non indigent pœnitentia. 8. Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter donec inveniat? 9. & cùm invenerit, convocat amicas & vicinas dicens; Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. 10. Ita dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei ſuper uno peccatore, pœnitentiam agente. 11. Ait autem. Homo quidam habuit duos filios: 12. Et dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit & diviſit illis ſubſtantiam. 13. Et non poſt multos dies, congregatis omnibus adoleſcentior filius peregrè profectus eſt in regionem longinquã: & ibi diſſipavit ſubſtantiam ſuam vivendo luxurioſè. 14. Et poſtquam omnia conſummaſſet

ſummaſſ. t facta eſt fames valida in religione illa,& ipſe cœpit egere.15.Et abiit & ad-
hæſit uni civium regionis illius,& miſit illum in villam ſuam ut paſceret porcos.16.
Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant,& nemo illi
dabat. 17. In ſe autem reverſus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abun-
dant panibus : ego autem hîc fame pereo. 18. Surgam & ibo ad patrem meum , &
dicam ei: pater peccavi in cœlum & coram te : 19. Jam non ſum dignus vocari fi-
lius tuus : fac me ſicut unum de mercenariis tuis, 20. Et ſurgens venit ad patrem
ſuum. Cùm autem adhuc longè eſſet vidit illum pater ipſius , & miſericordia mo-
tus eſt , & accurrens cecidit ſuper collum ejus , & oſculatus eſt eum. 21. Dixitque
ei filius : Pater peccavi in cœlum & coram te, jam non ſum dignus vocari filius
tuus. 22. Dixit autem pater ad ſervos ſuos : citò proferte ſtolam primam, & induite
illum , & date annulum in manum ejus , & calceamenta in pedes ejus : 23.Et addu-
cite vitulum ſaginatum , & occidite , & manducemus & epulemur. 24. Quia hic fi-
lius meus mortuus erat & revixit , perierat & inventus eſt. Et cæperunt epulari 25.
Erat autem filius ejus ſenior in agro , & cùm veniret & appropinquaret domui, au-
divit ſymphoniam , & chorum : 26. Et vocavit unum de ſervis, & interrogavit quid
hæc eſſent. 27. Iſque dixit illi : Frater tuus venit , & occidit pater tuus vitulum
ſaginatum, quia ſalvum illum recepit. 28. Indignatus eſt autem, & nolebat introire
Pater ergo illius egreſſus cœpit rogare illum. 29. At ille reſpondens, dixit patri
ſuo : Ecce tot annis ſervio tibi : & nunquam mandatum tuum præterivi, & nun-
quam dediſti mihi hædum ut cum amicis meis epularer 30. Sed poſtquam filius
tuus hic , qui devoravit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus , venit , occidiſti illi
vitulum ſaginatum. 31. At ipſe dixit illi : Fili tu ſemper mecum es , & omnia mea
tua ſunt. 32. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat ,
& revixit , perierat , & inventus eſt.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

Calumniantibus Phariſæis, quòd Chriſtus peccatores recipit , tribus parabolis explicat quàm laudabile, gratum , ac jucundum ſit DEO , & Angelis peccatores convertere, & hoc jam latiſſimè explicavi.

*Primò. Verſ.* 4. Proponitur prima parabola ovis perditæ , & inventæ , de qua tractavi tom. 4. c. 26.

*Secundò. Verſ.* 8. Agitur de Drachma amiſſa , & inventa , ob quam mulier convocat amicas : jam explicavi eodem cap. 26.

*Tertiò. Verſ.* 12. Filius prodigus in longinquum diſcedit à patre; pœnitentia tamen ductus, revertitur & benigno amore à Patre recipitur : de quo dixi tom. 4. c. 27.

# CAPUT XVI

1. DICEBAT autem , & ad diſcipulos ſuos : Homo quidam erat di-
ves qui hebebat villicum : & hic diffamatus eſt apud illum quaſi
diſſipaſſet bona ipſius. 2. Et vocavit illum , & ait illi : Quid hoc au-
dio de te ? Redde rationem villicationis tuæ : jam enim non poteris
villicare. 3. Ait autem villicus intra ſe : quid faciam , quia Dominus
meus aufert à me villicationem ? Fodere non valeo , mendicare erubeſco. 4. Scio
quid faciam : ut cùm amotus fuero à villicatione recipiant me in domos ſuas. 5. Con-
vocatis itaque ſingulis debitoribus Domini ſui , dicebat primo : quantum debes Do-
mino meo ? 6. At ille dixit centum cados olei. Dixitque illi: accipe cautionem tuam;
& ſede , cito ſcribe quinquaginta. 7. Deinde alij dixit : Tu verò quantum debes ,
qui ait : centum coros tritici : Accipe literas tuas , & ſcribe octoginta. 8. Et lauda-
vit Deus villicum iniquitatis , quia prudenter feciſſet , quia filij hujus ſæculi pru-
dentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. 9. Et ego vobis dico , facite vobis ami-
cos



cos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna taberna-
cula 10. Qui fidelis eſt in minimo, & in majori fidelis eſt , & qui in modico ini-
quus eſt, & in majori iniquus eſt. 11. Si ergo in iniquo mammona fideles non fui-
ſtis ? quod verum eſt, quis credet vobis ? 12 & ſi in alieno fideles non fuiſtis : quod
veſtrum eſt, quis dabit vobis ? 13, Nemo ſervus poteſt duobus Dominis ſervire: aut
enim unum odiet , & alterum diliget : aut uni adhærebit , & alterum contemnet:
non poteſtis Deo ſervire , & mammonæ. 14. Audiedant autem omnia hæc Phari-
ſæi qui erant avari : & deridebant illum. 15. Et ait illis : Vos eſtis qui juſtificatis
vos coram hominibus : Deus autem novit corda veſtra : quia quod hominibus al-
tum eſt , abominatio eſt ante Deum. 16. Lex & Prophetæ , uſque ad Joannem ex eo
regnum Dei evangelizatur , & omnis in illud vim facit. 17. Facilius eſt cœlum &
terram præterire . quàm de lege unum apicem cadere. 18. Omnis qui dimittit uxo-
rem ſuam & alteram ducit , mæchatur : Et qui dimiſſam à viro ducit, mæchatur ,
19 Homo quidam erat dives , qui induebatur purpura & byſſo: Et epulabatur quo-
tidie ſplendidè. 20. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad ja-
nuam ejus , ulceribus plenus. 21. Cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de men-
ſa divitis : ſed & canes veniebant , & lingebant ulcera ejus. 22. Factum eſt autem
ut moreretur mendicus , & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt
autem & dives: & ſepultus eſt in inferno. 23 Elevans autem oculos ſuos cùm eſſet
in tormentis , vidit Abraham à longe , & Lazarum in ſinu ejus. 24. Et ipſe clamans
dixit : Pater Abraham miſerere mei , & mitte Lazarum ut intingat extremum di-
giti ſui in aquam ut refrigeret linguam meam , quia crucior in hac flammas, 25. Et
dixit illi Abraham : Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua , & Lazarus ſimi-
liter mala : nunc autem hîc conſolatur , tu verò cruciaris 26. Et in his omnibus , inter
nos, & vos Chaos magnum firmatum eſt , ut hi qui volunt hinc tranſire ad vos ,
non poſſint , neque inde huc tranſmeare. 27 Et ait : Rogo ergo te, Pater, ut mittas
eum in domum patris mei. 28. Habeo enim quinque fratres , ut teſtetur illis, ne &
ipſi veniant in hunc locum tormentorum. 29. Et ait illi Abraham. Habent Moy-
ſen & Prophetas : audiant illos. 30. At ille dixit. Non, Pater Abraham: ſed ſi quis ex
mortuis ierit ad eos , pœnitentiam agent. 31. Ait autem illi, ſi Moyſen, & Prophetas
non audiunt , neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit , credent.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò , Verſ.* 1. Exhortatur Chriſtus ſuos diſcipulos ad ſtudium beneficentiæ , propoſita parabola de Villico iniquitatis; Quam explicavi tom. 4. c. 28.

*Secundò , Verſ.* 13. Docet Chriſtus , quòd nemo poteſt duobus Dominus ſervire , Deo , & mammonæ ; De quo tractavi tom. 2. c. 17. & ſupra Matth. 6.

*Tertiò , Verſ.* 18. Docet quòd uxor non ſit dimittenda. Jam expendi ſuprà , Matth 19.

*Quartò , Verſ.* 19. Proponitur parabola de Divite epulone cum purpura , & byſſo , de qua egi tom 4. c. 19.

# CAPUT XVII.

1. ET ait ad diſcipulos impoſſibile eſt ut non veniant ſcandala : væ autem
illi per quem veniunt. 2. Utilius eſt illi ſi lapis molaris imponatur circa
collum ejus , & projiciatur in mare , quàm ut ſcandalizet unum de puſillis iſtis.
3. Attendite vobis : Si peccaverit in te frater tuus , increpa illum , & ſi pœniten-
tiam egerit, dimitte illi. 4. Etſi ſepties in die peccaverit in te : & ſepties in die con-
verſus fuerit ad te , dicens : Pœnitet me , dimitte illi. 5. Et dixerunt Apoſtoli Do-
mino , adauge nobis fidem. 6. Dixit autem Dominus. Si habueritis fidem ſicut gra-
num ſinapis , diceris huic arbori moro : Eradicare & tranſplantare in mare & obe-
dict vobis. 7. Quis autem veſtrum habens ſervum arantem aut paſcentem , qui re-
greſſo

greſſo de agro dicat illi: Statim tranſi, recumbe: Et non dicat ei. 8. Para quod cæ-
nem, & præcinge te, & miniſtra mihi donec manducem, & bibam, poſt hoc
tu manducabis & bibes. 9. Nunquid gratiam habet ſervo illi, quia fecit quæ ei im-
peraverat. 10. Non puto: Sic & vos cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis
dicite: Servi inutiles ſumus, quod debuimus facere Fecimus. 11. Et factum eſt, dum
iret in Jeruſalem, tranſibat per mediam Samariam, & Galilæam. 12. Et cùm in-
grederetur quoddam caſtellum, occurrunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à lon-
gè. 13. Et levaverunt vocem dicentes: Jeſu præceptor miſerere noſtri. 14. Quos ut
vidit, dixit: ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent, mundati ſunt, 15.
Unus autẽ ex illis, ut vidit quia mũdatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magnifi-
cãs Deũ 16. Et cecidit in faciẽ ante pedes ejus, gratias agens: & hic erat Samaritanus.
17. Reſpondens autem Jeſus dixit: Nonne decem mundati ſunt? Et novẽ ubi ſunt?
18 Non eſt inventus qui rediret, & daret, gloriam Deo, niſi hic alienigena. 19. Et ait
illi: Surge vade: quia fides tua te ſalvum fecit. 20. Interrogatus autem à Phariſæis
quando venit regnum Dei? reſpondens eis: dixit: non venit regnum Dei cum ob-
ſervatione: 21. Neque dicent, ecce hîc, aut ecce illic: ecce enim regnum Dei
intra vos eſt. 22. Et ait ad diſcipulos ſuos. Venient dies quando deſideretis videre
unum diem filij hominis: & non videbitis, 23. Et dicent vobis: ecce hîc, & ecce
illic nolite ire neque ſectemini. 24. Nam ſicut fulgur, coruſcans de ſub cœlo, in
ea quæ ſub cœlo ſunt fulget: Ita erit filius hominis in die ſua. 25. Primùm autem
oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. 26. Et ſicut factum eſt in
diebus Noe: ita erit; & in diebus filij hominis. 27. Edebant, & bibebant, uxores
ducebant, & dabantur ad nuptias uſque in diem quâ intravit Noe in arcam. & ve-
nit diluvium, & perdidit omnes. 28. Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth: Ede-
bant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant. 29. Qua
die autem exiit Loth à Sodomis pluit ignem & ſulphur de cœlo, & omnes perdidit.
30. Secundùm hæc erit, qua die filius hominis revelabitur. 31. In illa hora qui fue-
rit in tecto, & vaſa ejus in domo, ne deſcendat tollere illa: & qui in agro, ſimili-
ter non redeat retro, 32. Memores eſtote uxoris. Loth. 33. Quicumque quæſierit
animam ſuam ſalvam facere, perdet illam: & quicumque perdiderit illam, vivifi-
cabit eam. 34. Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno, unus aſſumetur;
& alter relinquetur. 35. duæ erunt molentes in unum; una aſſumetur. & altera re-
linquetur: duo in agro, unus aſſumetur, & alter relinquetur. 36. Reſpondentes
dicunt illi: Ubi Domine? 37. Qui dixit illis: Ubicumque fuerit corpus, illuc con-
gregabuntur & aquilæ.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò. Verſ.* 1. Docet Chriſtus D. cavendum eſſe ne demus ſcandalum puſillis. De quo differui tom. 4. cap. 10. & ſuprà Matth. 18.

*Secundò. Verſ.* 3. Docet veniam eſſe dandam fratri peccanti, de quo differui tom. 4. c. 11. ſicut & quod fides ut granum ſinapis magna operatur, eodem tom 4. cap. 9. à quæſt. 7.

*Tertiò. Verſ.* 7. Proponit parabolam de ſervo arante, quæ hic eſt explicanda.

*Quartò. Verſ.* 11. Curat decem leproſos, jubetque ut oſtendantur ſacerdotibus: Explicavi t. 4. c. 13. de quo hic aliqua.

*Quintò. Verſ.* 20. Proponit ſuum adventum ad judicium, atque inopinatum futurum, ſicut diluvium in diebus Noë, & incendium Sodomæ tempore Loth, de quo egi tom. 4. c. 50. & ſupra. Matth. 24.

*Servus arans, & paſcens.*

*Luc.* 17. *n.* 7. Quis veſtrûm habens ſervum arantem, aut paſcentem, qui regreſſo de agro dicat illi, Statim tranſi, recumbe.

*Num.* Et non dicat ei: Para, quo cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi, donec manducem, & poſt hæc tu manducabis, & bibes.

*VERSIONES*



*VERSIONES.*

*Syriac. n.* 7. Quis ex vobis, cui ſit ſervus, qui ducit juga boum aut qui paſcit oves.

*D. Auguſtinus.* Paſcentem oves vel boves.

*Arabicus.* Aſcende, & incumbe.

*Æthiopic.* Qui habet ſervum aratorem aut paſtorem.

*Perſicus.* Ex ſato herboſo venit.

*Siriacus n.* 8. Para aliquid mihi. &c. & præcinge lumbos tuos.

*Arabicus.* Præcinge humeros tuos.

*Perſicus.* Mihi para aliquid, ut manducem.

*Perſicus.* Miniſterium mihi præſta ad tempus.

*EXPOSITIO I.*

1. Quis *veſtrum*: Proponit Dominus familiare exemplum ad ſuos diſcipulos cum eos exhortatur ad varia bonorum operum genera; ut ait Euthymius: *Hoc nunc exemplo jactationis affectum evellit, qui boni operationem conſequitur.* Ne in jactantiam, ac ſuperbiam incidant, & inde omnem fructum boni operis deperdant, ut poſt D. Auguſtinum lib. 2. quæſtionum Evangelicarũm, cap. 39. notavit Theophylactus, dicens: *Monſtratur per hanc parabolam: quòd non oportet extolli in bono quopiam opere, imò, neque in omnium impletione:* Quod communi, & vulgari exemplo ante omnium oculos confirmat.

Euthym. *Connexio.* *Textus.* D. Auguſt. Theophyl.

2. *Servum arantem*: colentem, nempe, agros: *aut paſcentem*: Syriacus: *Qui ducit juga boum*: D. Auguſtinus: *paſcentem oves, vel boves*: & ait, *ſervum*, non mancipium, ut iniquè dicunt hæretici detractores bonorum operum; ſed intelligitur ſervus mercenarius, qui pacta mercede laborat in agro; vel vinea Domini ſui Et quamvis noſtra opera prout à nobis ſunt, nullius ſint valoris; tamen provenientia à gratia Chriſti, multum habent valoris, & magnam promerentur mercedem. Matth. 10. num. 41. Marc 9. num. 41. Apocalypſ. 11 num. 18. Gratia enim eſt ſemen gloriæ, quam Deus noſtris operibus provenientibus ex gratia Chriſti, ex infinita ſua bonitate dignatur promittere: *Qui regreſſo de agro*: Codices Græci, ut teſtatur Lucas Burg. legunt. *Venienti de agro*: Perſicus: *Qui ex ſato herboſo venit*: Pergit Textus: *Dicat illi ſtatim*: abſque ulla mora: *Tranſi*, perge, intra in domum. *Et recumbe*, Arabicus. *Aſcende & incumbe*; hoc eſt, accumbe menſæ & cibo, potu, ac quiete refice te.

Syriacus. D. Auguſt. Matth. 10. Marc. 9. Apoc. 11. Luc. Burg. Perſicus. Arabic.

3. *Et non dicat ei*, Græcè, *Et non potiùs dicat ei*: & venienti ſervo de agro, vel de paſcendis ovibus, ita dicit ei Dominus, ut requieſcat. & accumbat, ut tamen priùs, ei præparet cænam & ei miniſtret, poſt hæc ſervus *manducabit & bibet*: Quamdiu dies eſt, tempus eſt, non eſt quieſcendum ab opere, ſed labor labori adjungendus? nam quamvis veniat ab aratro agrorum, cum adhuc dies ſuperſit, adhuc miniſtret ad cœnam Domini ſui; & tunc poſtea ſervus ſedebit, & cænabit. His ergo nos docet Divinus Magiſter, quod non ſufficit nobis unum; vel alterum opus bonum, ſed omnia facere oportet: Quamdiu enim mortalis vita durat ſemper eſt laborandum, ac operandum in divinis mandatis obſervandis. D. Ambroſius hic ait. *Sicut tu non ſolùm dicis ſervo tuo: Recumbe, ſed exigis ab eo aliud miniſterium, & gratias ei non agis: ita nec in te patitur Dominus unius uſum eſſe operis, aut laboris, quia dum vivimus, debemus ſemper operari.* Beda: *Novis ſemper ſtudiis augere priora:*

Græc. *Germinus ſenſus.* D. Ambroſ. Beda.

## QUÆSTIO I.

*Quare ſervo venienti ab agro Paterfamilias providet ei cœnam?*

Venerat ſervus, ex agro colendo, vel ex paſcendis ovibus: Mandat Dominus ut miniſtret, & præparet ei cœnam, & deinde adjungit: *Poſt hac tu manducabis & bibes*: Dominus exigit à ſervo ſervitium, & miniſterium: tamen ei, providet neceſſaria, cibum, nempe, & potum. Unde monet Seneca Epiſtol. 47. ad Lucillum, quod bonus Paterfamilias ſuos habet, non ut ſervos, ſed ut *familiares*: Et poſt pauca ſubdit: *Quidam cœnam tecum; quia digni ſunt, quidam, ut ſint, ſi quid enim tu illis ex ſordida converſatione ſervile eſt, honeſtorum convictus excutiet.* 4.

*Dominus provideat ſuos ſervos in neceſſariis.* Seneca.

Pro magna Salomonis gloria celebratur, quod ejus ſervi in *Juda, & Iſraël, innumerabiles. . . comedentes, & bibentes, atque lætantes*: 3. Reg. cap. 4. n. 20. & nil delitioſius, ac jucundius poteſt accidere bono principi, quàm quòd ſervi ejus ſint lætantes, comedentes; & bibentes. Gen. 49. num 20. dicitur: *Aſer pinguis panis, & præbebit delicias regibus.* Et quomodo præbebit delicias regibus. In abundantia panis, nempe: qua ſubditi ſaturantur habent, ſeu debent habere boni principes ſuas glorias, ac delicias: Nil ſane glorioſius, ac jucundius principi quàm quòd ſui neceſſariis abundent, & illi non indigeant. Rupertus ad citata verba ait. *Aſer beatus interpretatur: Bene ergo alluſit ad nomen ejus dicens Pinguis panis ejus. Pinguedo namque vel abundantia panis, quædam beatitudo eſt vulgi judicio. Unde Pſalm.* 143. *num.* 13. *Beatum dixerunt populum cui hac ſunt, ſcilicet*? promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud, oves fœtoſæ abundantes in greſſibus ſuis, boves eorum craſſæ. *Et hac beatitudine ſua præbebit delicias regibus; delicioſa eſt namque regibus populi ſaturitas, ubi pinguis eſt panis ejus.* 5.

3. Reg. 4. Gen. 49. *Regis gloria ac jucunditas ſubditorum, ſaturitas* R. perr. Pſal. 133.

Vnde maximè arguendi ſunt principes, ac magnates, qui à debito alimento ſuos ſubditos defraudant; ut impudicas meretrices, ac illicitas, & ſuperfluas ſuas cupiditates expendant, & in his eorum ſubſtantiam conſumunt. Piſtorum Magiſter proponit ſuum ſomnium Joſeph dicens: *Vidi ſomnium, quod tria caniſt*- 6.

*niſtra farinæ haberem ſuper caput meum : & in uno caniſtro , quod erat exceſſus , portare me omnes cibos , qui fiunt arte piſtoria aveſque comedere ex eo* : Gen. 40. num 16. Quod ſomnium mortem , & perditionem hominis indicabat : *Tria caniſtra : Tres adhuc dies ſunt , poſt quos auferet Pharao caput tuum.* Vnde tam dura , ac ſevera ſententia fulminatur contra hominem , quodnam crimen illius , ut in tantam pœnam incidat ? Deus ut omnium proviſor cibos ; & alimenta ponit in capitibus principum ac magnatum hujus ſæculi , ut inde diſtribuantur in famulos , & ſervos ſuos. At verò ſi talis princeps ſuos ſervos relinquit famelicos, & tanquam inædia conſumptos , ut malæ aves , & impudicæ mulieres infamis libidinis fomenta paſcantur , pro certo habe , quod in extremam damnationem , ac perditionem abeant. Ita de his in præſenti philoſophatur Philo , & ait : *Quapropter , qui in hac re peccavit , lege talionis ſuſpenſus necatur , & quod aliis intulit ipſe patitur , quippe qui eſurientes , ab ipſo pendentes diuturna fame cruciavit :* Juſtiſſima ſuſpenſionis pœna cruciatur , quia alimenta aliis debita denegavit, & diuturna fame cruciari fecit.

Gen. 40. *Lethale principibus quod alimenta ſubditis debita denegant.*

7. Jacob. 5.

Horum miſeram ſortem deplorat Jacobus Apoſtolus in ſuâ Canonicâ c. 5. num. 1. dicens *Agite nunc divites : plorate ululantes in miſeriis veſtris , quæ advenient vobis... ecce merces operariorum qui meſſuerunt regiones veſtras, clamat , & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit.* Quod magis explicat Gloſſa : *Magna iniquitas ; cum etiam mercenariis , famulis debitam laboris mercedem nolunt reddere* , Mandat Apoſtolus , ut potentes ſæculi magno ululatu deplorent ſuam miſeram ſortem , quia per potentiam opprimunt ſubditos nolentes eis reddere , debitam mercedem , & ſine cibo , & potu eos faciunt perire.

Gloſſa. *Magna pæna Dominus mminet qui cibum ſervis negant.*

*Luc.* 17. *n.* 9. Nunquid gratiam habet ſervo illi , qui fecit , quæ ei imperaverat.

*Num.* 10. Non puto , ſic & vos cùm feceritis omnia , quæ præcepta ſunt vobis , dicite : ſervi inutiles ſumus . quod debuimus facere fecimus.

## *VERSIONES.*

*Arabic. n.* 9 Numquid ei ſervo beneficio tribuetur, poſtquam egerit.

*Perſicus.* Nunquid gratiam inveniet , quod prout requirebat Dominus , præſtiterit.

*Syriacus.* Quod injunctum fuerat ei.

*D. Cyprian.* Quæ imperata ſunt.

*Arab. n.* 10. Fecimus quod nos decebat.

*D. Auguſt.* Servi ſupervacui ſumus.

*Æthiopicus.* Servi nos ſumus : & quod oportet nos facere fecimus opus noſtrum.

*Perſicus.* Id quod debitum erat nobis , fecimus.

## *EXPOSITIO II.*

8. *Numquid gratiam habet ſervo illi* : Ex eo quod ſervus illi præſtitit omnia ſibi mandata à Domino ſuo , nunquid Dominus tenetur illi gratias referre tanquam pro beneficio accepto ? *Non puto* : Nullo modo tenetur tali ſervo gratias agere , quia ratione ſervitutis tenetur ſervus tale miniſterium , talemque operationem Domino ſuo exhibere. Theoph. *Servo neceſſitas incumbit , ut faciat Domini mandatum.*

*Verus ſenſus.* Theophyl.

9. *Sic & vos* : Aperit Dominus ſimilitudinem ſuperiùs adductam inducens diſcipulos ſuos ad humilitatem , & ait : *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt* : Cùm adimpleveritis legem Dei , ejuſque mandata ? *Dicite , ſervi inutiles ſumus* : Non ait Chriſtus, ſervi inutiles eſtis , ſed ait : *dicite , ſervi inutiles ſumus* : Seu, ut legit D. Aug l. 2. qq. Evangelic. q. 3. *Servi ſupervacui ſumus* ; hoc eſt, voſmetipſos judicate , ac exiſtimate , ut ſervos inutiles, veſtrumque opus , ut parvum , ac inutile , ne per vanam gloriam deperdatur fructus bonorum operum ; ſed potiùs per humilitatem augeatur; vel *ſervi inutiles* quia per opera noſtra nil commodi , ac utilitatis damus Deo quamvis ad bonum noſtrum multum conferant. *Quod debuimus facere fecimus* ; ut ait D. Ambr. *quia jure Domino debemus obſequium* Tamen ut rectè poſt noſtrum D. Cyril. Alexandrin. ait Euthym. *Cùm bonus ſit Deus, ſervis tanquam mercenariis utitur , & ſervitium eorum mercede rependit , ac debitum obſequium , tanquam facinus egregium ſuſcipit & præmium tribuit : quod labores etiam excedit* : hoc latiùs explicabo quæſtione ſequenti.

D. Auguſt. *Genuina expoſitio.* D. Ambroſ. D. Cyrill. Euthym.

---

## QUÆSTIO II.

### *Quare Chriſtus D. mandat , ut nos dicamus , quod ſervi inutiles ſumus ?*

10. Text. AIt Chriſtus D. in præſenti ; *Et vos cùm feceritis omnia , quæ præcepta ſunt vobis, dicite Servi inutiles ſumus.* Ex quo faciunt Hæretici argumentum. Chriſtus in præſenti ſuos fideles vocat ſervos inutiles : ergo nil boni faciunt cum nulla utilitas ſit in ejus operibus ? Totum argumentum falſum eſt : Nam Chriſtus D. ſuos famulos vocat ſervos bonos , fideles , benedictos , beatos , ac amicos : Matth. 25. num 23. *Euge ſerve bone, & fidelis , intra in gaudium Domini tui.* Matth. 25. num. 34. *Venite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum : eſurivi & dediſtis mihi manducare*, &c. Matth. 5. num. 3. *Beati pauperes ſpiritu* , &c. Joan. 15. n. 14. *Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ præcipio vobis.*

Matth. 25. Matth. 5. Joan. 15.

11. Ad argumentum reſpondeo , quòd , Chriſtus D. nos dicit ſervos inutiles ad oſtendendam celſitudinem ſuæ majeſtatis , & ad excitamentum, ac augmentum noſtrorum meritorum , & ad humilitatem ſectandam , & ad vanam gloriam fugiendam. Ita D. Chriſoſt. D. Cyrill D. Ambr. Theophyl. Euthym. Alber. Magn. & alij quod triplici expoſitione explico

D. Chriſ. D. Cyrill. D. Ambroſ. Theophyl. Euthym. Alb. Magn.

12. Primò , Dicitur ſervus inutilis reſpectu ipſius Dei , quia noſtris operibus , ac obſequiis , ipſi

Deo



Deo nullum lucrum, nullam utilitatem damus : eſt enim ipſe immutabilis , & ei noſtris operibus nihil augeri , vel minui poteſt. Unde David dicebat : *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges* : Pſ. 15. n. 2. Et in hunc ſenſum explicant D. Auguſt. D. Hieron. noſter incognitus illud Pſ. 49. n. 13. *Nunquid manducabo carnes taurorum , ac ſanguinem hircorum potabo* : Ac ſi dicat ex talibus ſacrificiis nulla mihi eſt utilitas. Unde dicebat Iob. 35. n. 7. *Si juſtè egeris, quid donabis ei : aut quod de manu tua accipiet,* ſibi tanquam utile , ac proficuum.

*Deus ex noſtris operibus nullum habet lucrũ, vel utile.* Pſal 15. D. Auguſt. D. Hieron. Incognitus, Pſal. 44. Iob. 35.

13. Secundò , ſervi inutiles per reſpectum ad conſummatam perfectionem , & ſanctitatem , qui enim ad hanc ſpectant , non ſolùm quieſcunt , adimplent opera legis , ad quæ ſub peccato mortali obligantur ; *& quod debuimus facere fecimus* : ſed etiam addunt , & non omittunt opera ſupererogationis. Sic ait Apoſtolus 1. Cor. 9. n. 16. *Si Evangelizavero non eſt mihi gloria , neceſſitas enim mihi incumbit* : Ex præcepto tenebatur ipſe, tu & cæteri Apoſtli prædicare, ut notant Expoſitores, & ſubdit Apoſt. *Quæ ergo merces mea* : ( magna & illuſtris ) *ut evangelium prædicem ſine ſumptu* : hoc eſt gratis *ponam evangelium* , prædicans illud nullo labori, aut vitæ diſcrimini parcens , hoc eſt , illuſtris mea merces. D. Bernard de Præcepto , & diſpenſatione aliquantùm ante finem , ſic expendit noſtrum textum ; *ſervi inutiles ſumus, quæ facere debueramus fecimus. Ac ſi dicat. Si ſolis contenti eſtis præceptis , & traditionibus impoſitæ legis , & non ſponte etiam perfectionis vos conſiliis & ſuaſionibus mancipatis , liberi quidem eſtis à debito , non tamen pro merito evaſiſtis pœnam , ſed non accipitis coronam* ; Magnam , & illuſtrem , nempe.

*Ad opera ſuperrogationis non exhortatur Chriſtus* 1. Cor. 9. D. Bernard.

14. Tertiò , & ſenſus mihi maximè genuinus : exhortatus eſt Chriſtus D. ſuos diſcipulos ſuperius ad magnas & præclaras virtutes , ad eleemoſynam faciendam , ad ſcandala vitanda , ad patientiam habendam , ad magna miracula , & opera cum fide edenda ; inde modò eos inducit ad humilitatem , ne vana gloria omnia deperdantur : *Cùm feceritis hæc omnia dicite : Servi inutiles ſumus* : Omnia veſtra hæc opera tanquam parva , & inutilia vobis videantur , non ait , ut jam notavi in expoſitione. Cùm hæc omnia feceritis ſervi inutiles eſtis, ſed dicite. *Servi inutiles ſumus*, hoc eſt ; Vos dicite, ac de vobiſmetipſis hoc exiſtimate , ac publicate, quod ſervi inutiles eſtis, & quod nihil utile feciſtis ; perbellè D. Chryſoſt. hom. 3. de Oſia, ait : *Si te ipſum inutilem dixeris , ipſe Chriſtus te ut utilem coronabit* , D. Baſilius Seleucus oratione 35, ait : *Humilitatis pulchritudine Apoſtolorum labores illuſtrabat.* O magna , & excellens humilitas , quæ præclariſſimas Apoſtolorum virtutes condecorat , & illuſtrat , ſic & D. Ambr. & alij.

*Inducuntur Apoſtoli ad humilitatem ut illuſtrentur eorum virtutes.* D. Chryſ. D. Baſil. Sel. D. Ambroſ.

15. Poſtquàm Chriſtus D. conſtituit Petrum caput, ac principem ſuæ Eccleſiæ ; dixit ſuis diſcipulis , quòd oportebat tendere eum in Hieruſalem ut crucifigeretur , & occideretur à Principibus Sacerdotum ; Tunc Petrus vehementi amoris impulſu obſiſtens , ait, *Abſit à te Domine non erit tibi hoc.* Chriſtus valde acriter eum reprehendit. *Vade poſt me Satana ſcandalum es mihi , quia non ſapis ea , quæ Dei ſunt.* Matt. 19. n. 23. Nullum ex Apoſtolis tam durè, ac rigidè Chriſtus increpavit , ut notat D. Baſilius Seleuces orat. 31. nec Judam , quando oſculo pacis eum tradidit in horto , nec quando diſcipuli eum avertebant ne tenderet in Hieruſalem. *Nunc quærebant te Judæi lapidare , & iterum vadis illuc.* Joan. 11. n. 8. Cur ergo cum Petro dum ex amoris affectu loquitur tam ſeverè , ac durè ſe habet Chriſtus ? Ipſe Dominus immediatè antea Petrum Beatum appellavit : *Beatus es Simon Barjona* , eumque illuſtratum dixit divina revelatione *Caro & ſanguis non revelavit tibi , ſed pater meus* : Eumque creavit ſuum vicarium in terris , ac Pontificem ſuæ Eccleſiæ. *Tu es Petrus , & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam* : Ne ergo Petrus tantis extra ſe raperetur , & aliquid ſupra ſe elevaretur , acri correptione ſubmittendus fuit ad humilitatem ut fragilitatem ſuæ naturæ , ac conditionis introſpiceret , etſi ſe audierat Beatum appellari, etiam ſciret ſe Satanam nominari. Cardin. Petr. Dam. 7. c. 11. & ait : *Salvator noſter , qui tanquam mitis Agnus , mox ut Petro , cæli terræque jura commiſit , protinus eum durâ redargutione corripit. Vade poſt me* Satana : & rationem ſubjicit. *Quia in hac mortalitate rectè non vivitur, ſi blandis , ac mellibus aſperitas non miſcetur, nam ubi penitus diſciplina poſtponitur , neceſſe eſt, ut prona ſemper ad malum fragilitatis humanæ conditio relaxetur.* Neceſſe eſt ut blanda permiſceantur aſperis : *ut prona ſemper ad malum fragilitatis humanæ conditio relaxetur.*

math. 61. D. Baſi. Sel. Joan. 11. *Ne natura humana ſuperbeſcat magis , humilianda eſt.* Damia



---

## Decem Leproſi.

## QUÆSTIO III.

### *Quare decem leproſi à longe ſtantes poſtulant ſanitatem à Chriſto , unus ex illis gratificans procidit ad pedes Chriſti ?*

16. Text. SCribit Noſter Evangeliſta, quòd , *cùm ingrederetur Ieſus quoddam caſtellum , occurrerunt ei decem viri leproſi.* Quod Evangelium explicavi tom. 4. cap 13. & inſigniter notatur , quod *unus ex illis , ut vidit , quia mundatus eſt, regreſſus eſt cùm magna voce magnificans Deum.* Qui & Samaritanus erat , ex quo ſumptuoſior & glorioſior fit Chriſti laus , pro quo audiendus eſt Ambroſ. l. 1. de Cain & Abel , c. 9. & ait ; *Laudare Deum , commendare eſt votum , & ſolvere. Vnde & Samaritanus ille aliis anteferitur, qui cum leproſis aliis novem ſecundùm præceptum Domini mundatus à lepra ſolus regreſſus eſt ad Chriſtum, amplificabat Deum* : Ait S. Doctor, quod qui Deum amplificabat alienigena, & Samaritanus erat ex ſuo genere inimicus gentis Iudæorum , proindeque laudatio magnitudinis teſtificativa, glorioſior , ac illuſtrior eſt, & inde non eſt tantum laudatio ſed quædam illius amplificatio : *Amplificabat Deum.*

D. Ambroſ. *Laus ab inimicis illuſtriſſima.*

17. Quæſtio jam præſens eſt ; quare iſti decem leproſi , dum pro ſua ſalute deprecantur , pro illa à longe ſuas preces fundunt : *Steterunt à*

longè, *& levaverunt vocem ſuam dicentes: Ieſu præceptor miſerere noſtri:* & quamvis ad ſalutem obtinendam Chriſtus eos mandaſſet ad ſacerdotes, tamen in medio itineris à lepra ſanantur. *factum eſt dum irent, mundati ſunt*: Ex quibus unus pro tanto beneficio accepto ad Chriſti genua provolvitur dans gratias: *Vnus ex illis, ut vidit, quia mundatus, regreſſus eſt cum magna voce magnificans Deum, & decidit in faciem ante pedes ejus*: Mira ſanè res Deum pro ſalute rogat: *levat vocem*: dum acceptum ſanitatis donum manifeſtat, auget vocem, *cum magna voce*, pro medela deprecatur corpore recto pedibus ſtat a longe; ac beneficio gratulabundus: *cecidit in faciem ante pedes ejus*: Magna ſanè hominis gratitudo, plura obſequia defert poſt acceptum beneficium, quàm exhibuerat, dum illud ſolicita verat, frequens hominum conſuetudo propiùs adorantes accedunt, ut obtineant? ac adepta re, recedunt & terga vertunt: At verò hic alienigena corpore mundato majora venerationis ſervitia exhibet, quàm antea præſtiterat, dum medelam expectaverat.

*Ingens gratitudo majora obſequia præſtat poſt beneficium quam antea*

18. Ad Chriſtum Archiſynagogus venit: *Et adorabat eum, dicens: filia mea modò defuncta eſt, veni impone manum tuam ſuper eam, & vivet*: Matt. 9. n. 19 Similiter & Chananœa cum pro ſanitate filiæ ſuæ clamaſſet, & Chriſtus ei verbum non reſpondiſſet: priùs, *Illa venit: & adoravit eum dicens: Domine adjuva me*: Matth. 15. n. 25. eodem fere modo: *Accepit eum homo genibus provolutus ante eum dicens: Domine miſerere filio meo*: Matth. 17. n. 14. Ecce omnes iſti ad pedes Domini devoluti petunt, votis inſtant, clamoribus rogant, lachrymis exundantes ſupplicant. Revolve ſacrum textum, & nullum gratitudinis verbum ab his prolatum invenies quod ſi dediſſent, ſacra pagina ſilentio non involveret; ut in aliis cœco nempe medicante: Luc. 18. n. 43. Cæcò à nativitate Ioan. 9. n 38. ſi ſic fert humana conditio, quod illi qui multis adorationibus, ac adulationis ſignis beneficia ambiunt, ſi illa manibus aprehendunt; ſtatim gratitudinis nota è memoria elabitur, & quem antea tanquam Deum adorabant, jam modò nec & homunculum agnoſcunt.

Matth. 9. Matt. 15. Matth 17. *Homines ante beneficia adorant, poſtea contemnunt.*

.92 Magnanimus Parens Elias imperterritus vir poſtquàm largiſſimam pluviam populo immiſit, qua extremam famem ſublevavit: audivit adverſùs ſe minas Iezabelis, & conſequenter etiam Achab. *Quorum una erat voluntas*: ut inquit D. Ambr. & patet in cæde Naboth, quod eum indicatum eſſet Eliæ, *Timuit, & ſurgens abiit; quocunque eum ferebat voluntas*. 3. Reg. 19. n. 3. Nonne antea, ut dixit Abdias eſt Eliam: *Vivit Dominus, Deus tuus, quia non eſt gens, aut regnum, quò non miſerit Dominus meus te requirens*, Reg. num. 10. Sciebat Achab, quod Elias dixerat: *Vivit Dominus Deus: quod non erit res, & pluvia annis his, niſi juxta verba oris mei*, 3. Reg. 17. num. 1. inde Achab. & etiam Iezabel Eliā ardenter requirebant; ut ab eo miſericordiam impetrarent, ut aperto cœlo pluvia daretur ad fœcundandam terram, ut populus à tam urgente fame eximeretur, quomodo tam vehementer ſolicitat ad interitum? Perbellè D. Chryſoſt. homil. de Ioan. Bapt. *Iezabel autem ipſum poſt beneficium perſequebatur ad mortem*: Ecce humana viciſſitudo: Diligenter requirunt, ut ſupliciter tanquam ad ejus pedes veluti pluviæ donum ab eo impetrarēt, quia potiti gratis; inſurgunt poſtulantes eum ad mortem: *Iezabel autem ipſum poſt beneficium perſequebatur ad mortem* Inde magnus Elias timet, nihil enim horribilius, quam hodie ad mortem peti ab illo, cui heri, ac recenter beneficium contuliſti.

D. Ambroſ. 3. Reg 19. Reg. 18. 3. Reg. 17. *Ad beneficium obtinendum adorant poſtea requirunt ad mortem.* D. Chryſoſt.

---

## Quæstio IV.

*Quare tam vehementer nequitia illorum novem, qui non venerunt ad gratificandum ſanctitatis beneficium exprobratur?*

Cvm rediret Samaritanus referens gratiam pro ſanitate accepta, ait Chriſtus D. *Nonne decem mundati ſunt, & novem ubi ſunt?* Tanquam exprobrans eis, quod auctorem ſuæ ſanitatis non recognoſcunt: ſic ſæpe Deus ingratis ad majorem ignominiam, & confuſionem ſolet beneficia exprobrare. Oſee 3. n. 8. *Ego dedi ei frumentum, vinum, & oleum, argentum multiplicavi ei, & aurum quæ fecerunt Baal*: Iſai. 1. n. 2. *Filios enutrivi & exaltavi: Ipſi autem ſpreverunt me*: Deut. 32. n. 9. *Hæccine reddis Domino popule ſtulte, & inſipiens? Nunquid ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creavit te*. Cùm eos dicit ingratos, ait: *Popule ſtulte, & inſipiens*. Quia omnis ingratus ſtultus & inſipiens eſt. 20.

Oſe 2. Iſai. 1. Deut 32. *Ingratus, ſtultus, & inſipiens.*

Ait Chriſtus D. in præſenti: *Nonne decem mundati ſunt; & novem ubi ſunt; Non eſt inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena*: Maximè ponderandus modus loquendi Chriſti D. Veluti ignorans interrogat; *Vbi ſunt novem?* qui pariter mundati ſunt: Chriſtus D. (cùm apprimè omnia ſunt nuda & aperta oculis ejus) interrogat tamen ubi ſunt? Pulchrè Anſelm. Laud. in Gloſſa Interlin. ſic ait; *Et novem ubi ſunt?* Et ait, *Sic habet ingratos, quaſi ignotos, ubi ſunt? inquirit Dominus*. Sic ingratitudo de tanto beneficio accepto totaliter evacuavit, ac exinanivit omnem humanam conditionem, ac creatā naturam, ut Deus omnia ſciens, interroget ubi ſunt quaſi nullibi exiſtant, ſic per ingratitudinem omni cognitione indigni facti ſunt. 21.

Anſel. laud. *Ingrati à Deo non cognoſcuntur.*

Dicitur Sapient. 16. n. 29. *Ingrati enim ſpes, tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſupervacua*: Vbi Lyranus: *Ingrati enim*: ait, *id eſt ejus qui beneficium non agnoſcit, ſpes tanquam hybernalis, glacies tabeſcet, ideſt, totaliter peribit*: Nam hybernalis glacies citò liquefit, & diſſolvitur, & ita ipſa glacies omnino perit; & non exiſtit, ac ſi nunquam fuiſſet: Ita ingratus non durat nec perſeverat, ſed citò tranſit; ac diſparet, ac ſi nunquam fuiſſet, & rectè ingratus comparatur cum rigida glacie, quia ingratitudo naſcitur ex defectu amoris ac amicitiæ. 22.

Sap. 16. Lyran.

Secundò, Tertull. de Patientia, cap. 3. *Non ill quidem civitati quæ eum recipere noluerat, iratus eſt, cum etiam diſcipuli tam contumelioſo oppido celeſtes ignes repræſentari voluiſſent; ingratos curavit, inſiatatoribus ceſſit?* Vt Magnus Africanus exaggerat ſummam Chriſti patientiam, tanquam magnum illius elogium 23.

Tertul.



elogium proponit: Quod *curavit ingratos*: Ac ſi infinita patientiæ judicium, quod omnes limites humanos tranſcendit. Cùm populus Iſraëliticus veniſſet in mara, & aquæ penuria laboraſſet, & quamvis ibi eſſent multæ aquæ amaræ, & impotabiles: *Murmuravit populus contra Moyſen, dicens: Quid bibemus? At ille clamavit ad Dominum, qui oſtendit ei lignum: Quod cum miſiſſet in aquas in dulcedinem verſæ ſunt*: Exod. 15. n. 24. Et cur hoc munus ad aquarum dulcedinem, non committitur Virgæ Moyſis, quæ tot & tanta miracula eſt operata, & aqua maris rubri diviſit, ſed ad dulcedinem illam perpetrandam, novum lignum à Deo præparatur? Rationem indicat ſacer Textus dum ait: *Murmuravit populus contra Moyſen*: Quod ut notat Caïetanus; *Perverſiſſima rationis ingratitudo erat*; Cùm per illius manus tot divina beneficia populus eſſet expertus, quæ ille contemnens, etiam Deum contemnebnt; cùm ergo populus eſſet ingratus Deo & Moyſi, dare refugium præſenti neceſſitati, non virgæ Moyſi? ſed Deus per ſeipſum providet; quia benefacere ingratis, non hominis, ſed ſolius Dei eſt: Non poterat Virga Moyſis hoc præſtare, ſed ſola Dei manus, cùm contra Moyſen populus murmurans extitiſſet ingratus.

Exod. 15. *Benefacère ingratis ſolius Dei.* Caietan.

24. Tertiò ait Chriſtus: *Non eſt inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena*: Tanquam Chriſtus laudans, & gratificans hominis gratitudinem, recognoſcens ſuum benefactorem? quod eſt valde pretioſum & gratum. Cùm Chriſtus eſſet in domo Phariſæi: *Attulit alabaſtrum unguenti; ſtans ſecus pedes... unguento ungebat*: Luc. 7. n. 37. At in Bethania, cùm veniret in domum Marthæ, & Mariæ ſcribit Ioannes 12. n. 1. *Jeſus ergo ante ſex dies venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus quem ſuſcitavit, fecerunt ei cœnam ibi; Martha miniſtrabat; Lazarus verò unus erat ex diſcumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti Nardi piſtici pretioſi & unxit pedes Ieſu*: Rectè & ingenioſè notat Origenes homil. 35. in Matth. quod apud Lucam non dicitur unguentum pretioſum fuiſſe? ut modo apud Bethaniam. Cur ergo in præſenti maximè explicantur valor, ac excellentia unguenti multum elaborati, ac ſupremi valoris, Perbelle Euthymius: *Sorores vero ei cœnam paraverunt, tanquàm Magiſtro & benefactori ſummo, ac pluſquam humano*. In domo Phariſæi quærebat Magdalena ſuorum peccatorum remiſſionem, lachrymis rigans pedes, tamen tunc non dicitur unguentum pretioſum; ordinabatur illud obſequium ad impetrandam remiſſionis gratiam; at vero modò totus ille apparatus deferebatur Chriſto benefactori ſuo, qui ei impendit indulgentiam ſuorum criminum, & fratrem Lazarum mortuum revocavit in vitam, & inde ei conſecrantur omnium pretioſiſſima unguenta. *benefactori ſummo, ac pluſquam humano*: Et inde ex gravitudine in majori valore omnia appendebantur.

Luc. 7. Joan. 12. *Gratus animus valdè pretioſus in munere* Origen. Euthym.

# CAPUT XVIII.

DICEBAT autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & non deficere. 2. dicens: Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur. 3. Vidua autem quædam erat in civitate illa, & veniebat ad eum dicens Vindica me de adverſario meo 4. Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe, & ſi Deum non timeo, nec hominem revereor: 5. Tamen quiá moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, nec in noviſſimo veniens ſugillet me 6. Ait autem Dominus, Audite quid judex iniquitatis dicit. 7. Deus, autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis; 8. Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum Veruntamen filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra 9. Dixit autem & ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam juſti, & aſpernebantur cæteros, parabolam iſtam dicens 10. Duo homines aſcenderunt in templum ut orarent, Vnus Phariſæus, & alter Publicanns. 11. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat, Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum raptores, injuſti, adulteri velut etiam hic Publicanus. 12. Jejuno bis in ſabbatho, decimas doomnium, quæ poſſideo. 13, Et Publicanus. 12. jejuno bis in ſabbatho: decimas do omnium, ſed percutiebat pectus ſuum dicens Deus propitius eſto mihi peccatori. 14. Dico vobis, deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam ab illo, Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. 15. Afferebant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret. Quod cùm viderent diſcipuli increpabant illos. 16. Ieſus autem convocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos, talium eſt enim regnum Dei. 17 Amen dico vobis, quicumq; non acceperit regnum Dei ſicut puer, non intrabit in illud, 18. Et interrogavit eum quidā princeps, dicens, Magiſter bone quid faciens vitam æternam poſſidebo? 19. Dixit autē ei Jeſus Quid me dicis bonū? nemo bonus niſi ſolus Deus. 20. Mādata noſti? Non occides, non

mæchaberis , non furtum facies , non falſum teſtimonium dices: Honora patrem tuum, & matrem, 21. Qui ait; Hæc omnia cuſtodivi à juventute mea. 22. Quo audito, Ieſus ait ei, adhuc unum tibi deeſt: omnia quæcumque habes vende , & da pauperibus,& habebis theſaurum in cœlo: & veni ſequere me 23. His ille auditis, contriſtatus eſt: quia dives erat valdè, 24. Videns autem Ieſus illum triſtem factum , dixit: quàm difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. 25. Facilius eſt enim camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem intrare in regnum Dei. 26 Et dixerunt , qui audiebant , & quis poteſt ſalvus fieri? 27. Ait illis, quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum 28 Ait autem Petrus, Ecce nos dimiſimus omnia,& ſecuti ſumus te. 29. Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei. 30. Et non recipiat multo plura in hoc tempore,& in ſæculo venturo vitam æternam. 31. Aſſumpſit autem Jeſu duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis. 32. Tradetur enim gentibus, & illudetur & flagellabitur, & conſpuetur: 33. Et poſtquam flagellaverint, occident eum , & tertia die reſu get. 34. Et ipſi nihil horum intellexerunt, erat verbum iſtud abſconditum ab ei: & non in intelligebant quæ dicebantur: 35. factum eſt autem: cum appropinquaret Jericho, cæcus quidam ſedébat ſecus viam mendicans. 36. Et cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet? 37. Dixerunt autem ei quod I ſus Nazaræus tranſiret. 38. Et clamavit dicens: Jeſu Fili David miſerere mei 36. Et qui præ bant, increpabant eum ut taceret. Ipſe verò multò magis clamabat: Fili David miſerere mei. 4. Stans autem Jeſus, juſſit illum adduci ad ſe: & cum appropinquaſſet, interrogavit illum, 41. dicens, quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine , ut videam. 42. Et Ieſus dixit illi: Reſpice , fides tua te ſalvum fecit , 4, Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

*ARGVMENTVM*

*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Proponit parabolam viduæ ſua importunitate extorquentis juſtitiam ab iniquo judice; quod hîc eſt explicandum.

*Secundò, Verſ.* 9. Proponitur parabola publicani pœnitentis, qui præ ſuperbo Phariſæo juſtificatur, inde docet ſupernos humiliari, humiles exaltari. Explicavi tom. 4. cap. 30.

*Tertiò, Verſ.* 15. Convocat infantes ad ſe & benedixit eis; de quo dixi ſupra Matthæi, 19.

*Quartò, Verſ.* 18. Servanti mandata ad vitam æternam ſuadet conſilia, ut vendat quæ habet, & det pauperibus. De quo egi tom. 4. cap 52.

*Quintò, Verſ.* 28. Petro relinquenti omnia promittit multa bona in hoc ſæculo, ac futuro. de quo dixit to. 4. c. 33. & ſuprà Matth. 19.

*Sextò Verſ.* 31. Prædicit ſibi inſtantem paſſionem, mortem, & reſurrectionem quod explicavi tom. 4. cap. 37. & de quo egi etiam ſupra Matih. 20.

*Septimò, Verſ.* 35. Juxta Jericho cæcum illuminat, quod explicavi tom 4. cap. 28.

Iudex *iniquus.*

*Luc.* 18.*n.* 1. Dicebat autem parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & non deficere.

*Num.* 2. Dicens: Iudex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur.

*Num.* 3. Vidua quædam erat in civitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de adverſario meo.

*VERSIONES.*

*Siriacus, n.* 1. In omni tempore orent, & non eis tædio eſſet.

*Arabicus.* Et non teperent.

*Pagnin* Et non defatigari.

*Perſicus.* Et non pigreſcerent.

*Siriacus. n.* 2. Et ab hominibus non ſe abſcondent.

*Perſicus.* Qui à Deo non timebat, nec ab homine pudorem habebat.

*Syriacus. n.* 3. Vindica me à Domino litis meæ.

*Arabicus.* Ab eo, qui me oppreſſit.

*Æthiopic.* Vindica me ab adverſario meo.

*Perſicus.* Oro ut jus meum capias.

*EXPOSITIO I.*

1. Dicebat autem parabolam ad illos: in fine ſuperioris capitis locutus fuerat Chriſtus D. de futuris perſecutionibus, de repentino adventu ad judicium, ne eos incautos apprehendat; ad hæc omnia aſſignat Chriſtus efficax remedium eſſe orationem: Oratione enim omnia impetrare poſſumus, omne malum evitare.

2. *Oportet ſemper orare, & non deficere:* Sic &
1. Theſſ. 5. Paulus ait 1. Theſſal. 5. n. 17. *Sine intermiſſione orate.* Quod non eſt intelligendum rigoroſè pro omni inſtanti, & momento, ſed ut rectè explicant D. Anſelmus, Carthuſian. Haymon. Albertus Magnus; & ut ait Euthym. *Oportet ſemper orare die, ac nocte congruis, & ordinatis temporibus*: hoc eſt aſſiduè, perſeveranter, inſtanter, moraliter, quantum præ aliis negotiis permittitur: Nam Paulus ſcribit 2. Theſſal. 2. num. 10. *Qui non vult operari, non manducet:* & Act. 10. n 2 dicitur, quod Cornel. Cent. Vir. Religioſus, *deprecans Deum ſemper*: & David dicebat: *Meditabor in juſtificationibus tuis ſemper.* Et tamen iſti comedebant, dormiebant, & David negotiis Regni attendebat &, Centurio ordinationi, ac diſpoſitioni ſuorum militū Oportet ergo ſemper orare, hoc eſt, aſſiduè, frequenter, & ſæpe: ſic & dicimus, bonus ſcholaſticus ſemper ſtudet, hoc eſt, frequenter, & aſſiduè,

D Anſelm. Carthuſian Haymon. Alb. Magn. Euthym 2 Theſſ 2. Actor 10.

3. Aliter etiam Beda, Strab. D. Bonav. Albertus Magn. ita ut nullum opus noſtrum faciamus niſi ſaltem præmiſſa oratione ordinando, ad dirigendum ipſum opus ad Dei gloriam & honorem. Hinc ait Beda, *Semper orat qui ſemper ſecundùm Deum operatur*: & Gloſſa, *ſemper orat, qui ſemper bene agit.*

Beda. Strabus. D. Bonav. Albl. Magn. Gloſſa.

4. Et ſubdit Chriſtus: *Et non deficere:* ſeu ut legit Pagninus: *Non defatigari*: Perſic. *Non pigreſcere*: Syriac. *Non tædio eſſe:* quamvis una, vel altera oratione, ac multiplici non obtineamus non proinde debemus deficere, ac defatigari, ſed ſemper inſtandum, ad quod tendit præſens parabola de Vidua: Deinde ut proficiamus in omni opere bono ſemper eſt orandum: humana virtus deficit, & languet, niſi aliunde reficiatur? Vnde elegantiſſimè dixit D Gregor. Nazianz. tract. 57. *Quem enim uſum cibus corpori affert, eundem animæ præſtat oratio*, Sicut enim cibus præbet corpori alimentum, quo omnes ejus facultates, ac potentiæ vires accipiunt ne deficiant? At ſimiliter oratio cibus eſt animæ, quæ omnes ejus virtutes alimoniam, ac calorem devotionis accipiant, qua nutriuntur, ne reficiant, ſed augeantur ut perſeverent.

Pagnin. Perſicus. Syriacus. D. Nazianz.

*Quod cibus corpori, hoc oratio animæ & virtutibus.*





*Iudex quidem erat in quadam civitate*: Magnum argumentum à minori ad majus proponit Chriſtus D. ad probandum efficaciam orationis, ut notat D. Auguſtinus ſerm. 36. de Verbis Domini ſecundùm Lucam: Si enim Judex ille cum eſſet iniquus ob importunas preces viduæ conceſſit ejus petitioni; quantò magis Deus cùm ſit eſſentialiter bonus: & miſericors annuet noſtris poſtulationibus? ſic & ipſe Dominus dixit ſupra Luc. 11. n. 13 *Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quantò magis Pater veſter de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe* Et majorem vim argumento adhibens, ſubdit Chriſtus; *Qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur*: Nam ut obſervat Theoph. Impij homines cùm Deum non videant illius metu non moventur: At cùm homines videant illorum oculorum aſpectum, maximè formidant: At omnium impudentiſſimus eſt, qui Deum non timet, & hominem contemnens non reveretur, ut erat hic impius Iudex, de quo ait D. Chryſoſt. l. 2. de orando Deo: *Pudorem omnem ex oculis abjecerat; & Dei timorem ex anima expulerat: Itaque nullo fræno, aut timoris, aut pudoris in officio continebatur.* 5.

D. Aug.

Luc 11.

Theoph.

D. Chryſ.

6. *Vidua autem quædam erat in civitate illa.* Viduæ exemplum propoſuit, quia hæc maximè ſolet eſſe deſerta, & deinde multis injuriis expoſita & maximè apud judicem iniquum, qui ſine timore Dei, ac hominum reverentia vivebat, quia ſi Deum timeret ad preces viduæ attenderet; & ſi homines revereretur, ut apud eos juſtus haberetur, cauſam viduæ ſuſciperet *Vindica me ab adverſario meo*: Non poſtulabat vindictam, ſed juſtitiam. Syriac. habet: *Vindica me à Domino litis meæ*, quia cùm eſſet potens erat Dominus litis, ut eam verteret quocumq; vellet: & inde Arab. legit. *Ab eo qui me oppreſſit*: Per vim, ac potentiam ſuam, Perſic. *Oro cauſam meam ſuſcipias*: Ut mihi juſtitiam facias cum litigatore meo; ſive Vidua intuliſſet cauſam contra illum, ſive illum contra viduam.

Syriac. *Vr potens Dominus eſt litis.* Arabicus. Perſicus.

QUÆSTIO I.

*Quare ad exprimendum hominem peſſimum, & iniquum nullus alius introducitur niſi judex quidam?*

IVdex erat, qui nec Deum timebat, nec homines reverebatur: Ecce introducendus erat homo ab omni timore, ac ratione juſtitiæ alieniſſimus; & maximè ſequeſtratus, & ad hoc proponitur homo judex: Cur, non magis proponitur publicanus, latro, homicida, aut quidam inhumanus homo; Cur his omiſſis judex in exemplum proponitur? De nullo hominum affectu tantum præſumitur, quod Dei timor ac reverentia in contemptu habeatur, ut de illis, qui mundiali poteſtate, ac regiminis faſtu eminent; ideo de is ait Iob. 21. num. 17 *Qui dicebant Deo: Recede à nobis, & quaſi nihil poſſet facere omnipotens, æſtimabant eum*: Sic enim 7.

*Impietas contemptum Dei ac ejus timoris generat.* Iob. 2.

enim imperiali faſtu inſaniunt, ut ſibi perſuadeant Deum per ſuam creatam poteſtatem poſſe devincere.

8. Cùm Nabuchodonoſor vidiſſet ſtatuam magnam, cujus caput erat aureum, pectus argenteum, venter æneus, crura ferrea, pedes ferrei fictiles; quam tamen lapis de monte nulla manu, impellente cadens, contrivit, ac pulverem redegit; inde ipſe ad imitationem illius, *Fecit ſtatuam auream altitudine cubitorum ſexaginta.* Daniel. 3.n.1. Et congregatis omnibus magnatibus cum univerſo, populo, eam præcepit ab omnibus adorari: Ipſe ex ſtatua: quam viderat, ad hoc motus eſt. Cur etiam non cogitat, quòd viderit in illo ſomnio, quomodo unus parvus lapis totam ſtatuam proſtraverit, ac ad pulverem cinerum adduxerit; Sic homo imperiali dignitate infatuatur; ac ſuperbo faſtu inſanus fit, ut nulla evidentia ante oculos poſita, nullaque experiētia manifeſto caſu valeat ſibi perſuadere, quòd aliquid poſſit contra eū ſtare, eumque à ſua dignitate dejicere, ac deturbare? imò & quod valeat Dei diſpoſitiones immutare, ac contra Deum ſe opponere; ut inſania fervens Babylonicus iſte Rex. Theodoretus ibi ait: *Quia Deus in ſomnis maximam illi imaginem oſtenderat, & quadruplici materia confectam, per quam ipſi quatuor regnorum ſucceſſiones declaravit, proprium factum quaſi caſtra Dei opponens: ipſe quoque ſtatuam conſtruit, ratus infelix iſte, falſas offenſurum ſe Dei prædictiones*: Perpende. *Proprium factum quaſi caſtra Deo opponens: Falſas oſtenſurus Dei prædictiones*: Vt ſua ſtatua perſeveraret & non corrueret.

*Daniel. 3.* — *Homo dignitate ita inſanit, ut ſibi perſuadeatur nihil contra eum poſſe ſtare.* — Theodor.

9. Reſpondeo ad Quæſtionem: ut proponatur homo facinoroſus in omni crimine depravatus, introducitur judex iniquus, qui ut impietate ferveſcit, nullo fræno nec timoris, nec pudoris afficitur, ut ſupra dixi in Expoſitione ex D. Chryſoſt. Ait Eccleſ. 3.n.16 *Vide ſub Sole in loco judicij impietatem, & in loco juſtitiæ iniquitatem.* Et Ait: *Vidi ſub Sole*: quaſi totum orbem conſiderans, & luſtrans; & in quo loco peculiariter, ac inſigniter inveni impietatem *In loco judicij*: Et ubinam inſigniter; ac peculiariter invenit iniquitatem? *In loco juſtitiæ*: in tribunali in quo facienda erat juſtitia, Vnde dicitur Daniel. 13.n.5 *Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylonia &, à ſenioribus judicibus, qui videbantur regere populum*: Perpende: ac *A ſenioribus judicibus.*

Eccleſ. 3. — *Iudex iniquus fomentum iniquitatis.* — Daniel. 18.

10. Iuſtus eſt Sanctus David, tamen apud eum ſic prævaluit nequiſſimus ſui Domini proditor Siba, ut totam rem innocentis Miphibozeth, non audita parte acciperet, & deinde etiam ejus proditione cognita, & Domini ſui innocentia manifeſta, adhuc bonorum medietatem recepit. Ait enim David: *Fixum eſt quod locutus ſum: Tu & Siba dividite poſſeſſiones:* 2. Reg. 19.n.29. In qua ſententia David peccavit, ut tenent Angelomus, Abulenſ Caietan. & alij. Cùm manifeſta eſſet innocentia Miphibozeth. De qua re ſic loquitur Petrus Damian. lib. 2. Epiſtol. 9. & ait: *Quid mirum? Si te licet prudentem, & ſanctum virum, potuit artifex ſervitus & verſuta decipere, & cum prophetico plenum ſpiritu Davidem Siba ſervos Saül callidè mentiens, compulit a juſtitia de linare. Tu inquit, & Siba dividite poſſeſſiones.* Valde mirum, quod David Vir Magnus, Sanctus, juſtus, & inſignis Propheta; modo ſententiam injuſtam profert, cùm perſonam judicis agit, ab ipſa humana conditione judicis quoddam inquinamentum hauſit, ut à vero deviaret, & inique litigantis poſſeſſionem divideret.

2. Reg. 19. Angelom. Abulenſ. Caietan. — Damian. — *Et conditione humana, qui judex eſt iniquus fit.*

*Luc.* 18.*n*.4. Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe: etſi Deum non timeo, nec hominem revereor.

*Num.* 5. Tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in noviſſimo veniens ſugillet me.

### *VERSIONES.*

*Syriacus. n.*4. Et ſi à Deo non timeo, nec ab hominibus me abſcondo.

*Arabicus.* At renuerat uſque ad aliquod tempus, & poſt hoc dixit in ſemetipſo.

*D. Auguſtin.* Nec homines erubeſco.

*Æthiopicus.* Et recuſavit eam, & moram fecit ei.

*Perſicus.* Et ob homines pudorem non habeam.

*Syriac. n.* 5. Ne veniens ſit mihi moleſta in omni tempore.

*Arabic.* Quandoquidem me vexat &c. ne veniat ad me ſingulis momentis ad fatigandum me.

*Vatabl.* Ne me vituperet.

*Æthiopicus.* Vindicabo eam, &c. non affligat me ſemper

*Perſicus.* Verùm propterea quod mihi compreſſionem deperi, vindictam ejus in me recipiam, ne veniat in poſtero.

*D. Auguſt. Beda.* Nec in finem veniens

*Græcus.* Ne in fine veniens.

### *EXPOSITIO. II.*

*ET nolebat*, eam vindicare, ac curam illius ſuſcipere, ut juſtitiæ illius attenderet, ut admonetur Iſai. 1.n. 17. *Defendite Viduam*: quod magis explicatur: *Per multum tempus*: ſeu ut magis explicat Græcus: *Per longum tempus*; debitum judicis officium illi denegabat. *Dixit intra ſe*: hoc eſt, ſecum cogitavit, ac ſi tantam ſuam iniquitatem erubeſceret ore proferre. *Etſi Deum non timeo, nec hominem revereor*: Hiſque fatetur iniquus judex, quod nec propter Deum, nec propter homines vult ſubvenire viduæ, ſed propter ſe, 11.

Iſai. 1. — Græcus. — *Ob importunationem multa faciunt homines contra ſuum affectum.*



ut moleſtiam, & importunitatem illius evitet, ut in ſimili parabola de amico pulſanti dicitur: *Si non dabit illi ſurgens eo quòd amicus ejus ſit propter improbitatem, tamen ſurget, & dabit illi*: Luc. 11.n.8. Sæpe homines ad evitandam moleſtiam, & importunitatem alicujus, multa contra proprium affectum, ac inclinationem faciunt, quod manifeſtè patet in poſtulatione Dalilæ ad Samſonem: *Cùm moleſta eſſet ei Dalila, & per multos dies jugiter adhæret, ſpatium ad quietem non tribuens defecit anima ejus*, (ſcilicet Samſonis) *ad mortem uſque laſſata eſt*: Iudic. 16.n. 16. & aperuit ei magnum ſecretum, in quo inerat virtus ejus contra propriam voluntatem in mortem, & interitum ipſius.

Luc. 11. — Judic. 16.

12. *Tamen Quia moleſta eſt mihi*: Vult facere judex iniquus ad evitandam ſuam moleſtiam, ut explicavi ſuperiori numero: *Vindicabo eam*: jus illi dicam; eam liberabo ab injuria ſui litigatoris, non quaſi his denotatur, quod nos noſtris precibus ſimus moleſti Deo, ipſe enim nullius moleſtiæ eſt capax, ſed denotatur, quod judex ille iniquus fecit ob importunitatem mulieris quantò magis Deus, qui eſt abundans in miſericordia faciet ob inſtantes noſtras orationes.

13 *Ne in noviſſimo veniens ſugillet me*: Quod ultimum verbum variè explicat D. Auguſt. lib. 2. quæſtionum Evang. cap. 45. & Epiſt. 121. ad Probam. cap. 8. & Beda in præſenti ſic exponunt, *ſugillet*, id eſt, aſſiduis precibus me trudat, & tædio afficiat. D. Bonaventura. Dicitur ſugillari, qui verbis, & rationi, hinc inde coarctatur, adeo ut vix loqui poſſit, nec reſpirare permittatur. Carthuſianus: *Ne ſugillet me*: id eſt: ne importunis ſuis clamoribus ſtrangulet me aut ſuffocet; at hæc expoſitio legitimo ſenſu verbi, ſugillanti, aliena eſt. Lyranus, ne Sugillando offendat me ſua importunitate.

D. Aug. — Beda. — D. Bon. — Carr. — Lyr.

14. *Sugillare*, Latinè propriè juxta Calepinum, Theſaurum linguæ Latinæ, dicitur qui alterius faciem pugnis, vel fuſte ita tundit, cædit, ut lividam reddat, & ſanguinis notis commaculet: Hinc metaphoricè dicitur, *ſugillare*: qui alicujus faciem ſuis clamoribus, ac rationibus tanquam fuſte percutit, ac ignominiæ, & infamiæ maculis deformatam reddit. Hinc Vatablus legit: *Ne me vituperet*: Arabicus: *Ne me vexet*: Sic enim communi phraſi latina dicimus multa verboſitate aures obtundere, & incompoſitis, ac duris verbis aures offendere, & caput illis ferire, ac flagellare ululatibus, ac clamoribus, pro juſtitia dicitur tanquam ictibus alterius faciem ſugillare.

Calep. Theſ. — *Verus ſenſus* Vatab. Arab.

15. *In noviſſimo*: ſeu *in fine*: quia fortè tunc erat in uſu, ut hodie eſt apud multas nationes, ut judices conſtituti ad certum tempus, poſtquam illud adimplent ab officio deponuntur, vel à ſucceſſore; vel ab alio judice de antecedentibus actis inquiritur, & ob mala acta condemnantur, & tunc iniquus judex timebat, ne à vidua eſſet delatus, & accuſaretur, & quamvis ille homines non reverebatur, hoc non faciebat propter homines: ſed propter ſe, ne puniretur.

*Iudex volebat evitare ſui pœnam*

*Luc.* 18.*n* 6. Ait autem Dominus, audite, quid judex iniquitatis dicit.

*Num.* 7. Deus autem non faciet vindictam electorum clamantium ad ſe die, ac nocte, & patientiam habebit in illis.

*Num.* 8. Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum: veruntamen filius hominis veniens, putas invenire fidem in terra.

### *VERSIONES.*

*Syriac. n.* 6. Et ſubdidit: Audite; quid judex ille iniquus.

*Syriacus.* Et protrahet ſpiritum ſuum contra illos.

*Perſicus.* Et longanimis erit erga illos.

*Arabicus.* Nonne ergo convenientius, Deus vindicabit electos ſuos, qui vocant eum die, ac nocte? patientiam habebit in illis.

*Euthymius.* Etiam cum tolerans fuerit ſuper illos?

*Æthiopicus.* Et patientiam exhibebit illis.

*Perſicus.* Nonne Deus magis jus capiet propter electos ſuos, & animum ſuum benignè in illos affectum habebit.

*Arias. n.* 8. Dico vobis in celeritate faciet.

*Syriac.* Inveniet fidem ſuper terram.

### *EXPOSITIO III.*

*AIt autem Dominus: Audite.* Hortatur Christus ſuos auditores, ut maximè attendant ad accommodationem parabolæ: nam ſi judex iniquus ſe facturum dicit, quod vidua poſtulat ob illius aſſiduas preces, quibus commotus eſt, quanto magis Deus juſtus judex, & miſericors Pater commovebitur. 16.

*Deus autem*: Qui juſtus eſt, & ut ait Theophylactus: *Dominus juſtitiæ Dux*, Albert. Magn. *totius juſtitiæ prima norma*: Ex verbis iniqui judicis hanc concluſionem infert Chriſtus D. quantò magis faciet Deus, qui tam propenſus, & inclinatus eſt ad ſuos juſtos. Vnde ait David Pſalm. 33.n.16 *Oculi Domini ſuper juſtos: & aures ejus in preces eorum*: Ex quo ait D. Auguſtin. lib. 2. quæſtion. Evangelic. q. 45. *Hinc iniquus judex, non ex ſimilitudine: ſed ex diſſimilitudine adhibitus eſt; ut oſtenderet Dominus quantò certiores debeant, qui Deum perſeveranter rogant fontem juſtitiæ, atque miſericordiæ, cum apud iniquiſſimum judicem, uſ-* 17.

Theophyl. Albert. — Pſal. 33. — D. Aug.

Arabic.

*quæ ad effectum implendi deſiderij, valuerit perſeverantia deprecantis*: Arabicus legit: *Nonne convenientiùs Deus vindicabit electos ſuos clamantes die ac nocte?* Hoc eſt perſeveranter, ac inſtanter congruo tempore, ut explicat Lyranus: *Et patientiam habebit in illis*, Perſicus Arabicus: *Patientiam exhibebit illis*: Græcs, *Longanimis erit*; Syriacus: *Protrahet ſpiritum ſuum*: Ita nempe, Deus erit tardus, lentus, ac diſſimulans in illis, ſcilicet, ſuis electis audiendis, & vindicandis. Ac ſi dicat, ita patienter ſuſtinebit ſuos electos affligi ac vexari ab impiis; eos tamen glorioſè liberabit, & impios graviſſimè puniet. Similis eſt locus ille Eccleſiaſtic. 35. n. 21. 22. *Oratio humiliantis ſe penetrat cœlos, &c Et Dominus non elongabit*: (Græcus: *Non tardabit*) *ſed judicabit juſtos, & faciet judicium, fortiſſimus non habebit in illis patientiam.*

Lyran. Perſicus. Arabic. Græcus. Eccleſ. 35. Græc.

18. Dico vobis, quia *citò faciet*: hoc eſt: opportuno & convenienti tempore juxta præfixum decretum ſuæ infinitæ ſapientiæ; ut dicitur Habacuc. 2. n. 3. *quia veniens veniet Dominus, & non tardabit*: Ac proinde ubi adeſt certus ille temporis articulus juxta altitudinem ſui conſilij opportunus ſuis electis adeſt ſubveniens. Quomodo autem juſti, ac Animæ Sanctorum in cœlo petant à Deo vindictam latè explicavi in Apocalypſi cap. 6. q. 26. Hoc autem poſtulant non ex odio, & ira, ſed ex zelo Divinæ juſtitiæ, ut oſtendatur; ex zelo Eccleſiæ Dei, ut à perſecutoribus liberetur, ac ut deſtruatur regnum peccati; & etiam ex zelo ipſorum iniquorum, ne in majorem damnationem, & pœnas incidant. Vide citatum locum.

Hab. 2. Apoc. 6.

## QUÆSTIO XI.

### *Quare Christus mandat orare pro conſervanda fide in mundi fine?*

19. Text.

AIt Chriſtus in præſenti: *Veruntamen filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra.* Poſtquàm Chriſtus D. exhortatus eſt ad orationem, introduxit ſermonem de fide in fine mundi; ait: *Filius hominis veniens.* Ad extremum nempe, ac finale judicium. *Putas?* interrogat, interrogando in paucis hominibus fidem in illo extremo tempore reperiendam docet,

20. *Inveniet fidem in terra*: De fide perfecta, viva, ac charitate formata loquitur Chriſtus D. Ita D. Auguſtin. ſerm. 36. de Verbis Domini ſecundùm Lucam: *Putas inveniet fidem in terra, de fide dixit, quæ perfecta eſt: ipſa enim vix invenitur in terra*: & lib. de venitate Eccleſiæ c. 15. ait: *Hoc nos intelligimus dictum, propter ipſam fidei perfectionem, quæ ita difficilis eſt in hominibus, ut in ipſis quoque admirabilibus Sanctis ſicut in Moyſe inveniatur*: Sic & Gloſſa Interlinealis. Hugo de fide perfecta. Lyran. de fide, charitate formata. Carthuſian de fide viva. Triplex eſt expoſitio hujus loci.

D. Auguſt. *Sermo eſt de fide perfecta.* Gl. Int. Hug. Lyr. Carthuſian.

21. Theoph. Primò, Theophylactus hic ait: *Meritò ſermoni de oratione ſermonem de fide connexuit, quia omnis orationis baſis, ac fundamentum eſt fides*: Tanquam Dominus declarans cur orationes multorum, & maximè in fine mundi, in graviſſima perſecutione non ſunt auditæ; quia nempe eorum fides erit imperfecta, debilis frigida, ac mortua, quia ut rectè ait D. Auguſtinus proximè citatus ſerm. 36. *Si deficit fides, oratio perit, quis enim orat, qui non credit.*

*Fides orationis fundamentum.* D. Aug.

Ex fidei magnitudine, ac conſtantia oratio ſuam vim, ac vires habet.

22. Secundò, Cùm dies Domini ſit valdè abſconditus, & ſecretus, futuruſque ſit præter omnium opinionem, dum homines ſe maximè ingurgitabunt deliciis, nuptiis, comeſſationibus ac ebrietatibus, ut patet ſupra Luc. 17. n. 24. Matth. 24. n. 25. Docet ergo Chriſtus, quòd ſemper ſit orandum, ne ergo in tam longa expectatione adventus ejus ac in tot deliciis, ac voluptatibus, eorum fides tepeſcat, ac frigeſcat, & pereat, ſicut in multis aliis, in quibus raro invenietur fides, ita D. Auguſtin citato ſerm. 36. de Verbis Domini, ita habet: *Ergo ut oremus, credamus, ut ipſa non deficiat fides, qua oramus, oremus: fides fundit orationem, fuſa oratio fidei impetrat firmitatem. Etenim ne in tentationibus deficeret fides, propterea Dominus ait*: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. *Quid eſt in tentationem intrare, niſi à fide exire? In tantum enim tentatio deficit, in quantum fides proficit*: Vt ergo tentatio deficiat, fides proficiat, præcipit Dominus: *Vigilate & orate ne intretis in tentationem.*

Luc. 17. Matth. 24. *Orandum ne in tentationem incidamus.* D. Aug.

23. Tertiò, *Putas inveniet fidem in terra?* id eſt, homines tenentes fidem, fideles, nempe; nam urgente perſecutione Antichriſti multi recedent à fide, & pauci eam conſervabunt hunc ſenſum tenet D. Ambroſius. Luc. 20. Euthym. in præſenti, & ait: *Oſtendit Chriſtus, quod tunc pauci fideles inveniantur*: Theophylact. inquit; *hac interrogationis figura, raros dicit Dominus inveniri fideles*: Et ſimilia habet Clemens lib. 6. Conſtitut. cap. 18. nam de illo ultimo tempore loquens Chriſtus D. ait Matth. 24. n. 12. *Quoniam abundabit iniquitas; refrigeſcet charitas multorum: qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Nam tunc erit tribulatio magna qualis nunquam fuit, neque erit; ut ipſe Evangeliſta explicat citato loco, n. 24. & ut ait D. Petrus Epiſtol. cap. 3. n. 3. *venient in noviſſimis diebus in deceptione illuſores, juxta proprias concupiſcentias ambulantes, dicentes, ubi eſt promiſſio, aut adventus ejus?* Vt explicat Franciſcus Lucas. Iſti tales deceptores, cùm jam inſtet Chriſti adventus eum negabant, & rationem apponit Apoſtolus: *Ex quo enim Patres dormierunt, omnia ſic perſeverant ab initio creaturæ.* Sic fides deficiet & pauci fideles erunt, ut iniqui perſuadeant, quod natura ſic condidit mundum, & eodem modo perſeverabit, ut à nulla Divina potentia excidatur, ne facta noſtra judicanda ſint, ut ita in ſuos errores inducant homines in tali tempore.

D. Ambroſ. Euthym. Theop. Clem. Mat. 24. 1. Pet 3. Franc. Luc. *In fine mundi graviſſimæ erunt tentationes.*

QUÆSTIO



## QUÆSTIO III.

### *Quare Chriſtus D. ad orationem requirit fidem?*

24. Theop. AIt Chriſtus: *Veruntamen veniens filius hominis, putas inveniet fidem in terra.* Vt patet ex ſuperiori quæſtione; poſtquam diſſervit de oratione interponit ſermonem de fide; quia ut ait proximè citatus Theophylactus: *Baſis & fundamentum orationes eſt fides*: Et ait D. Thomas. 2. 2. q. 82. art. 5. *Oratio efficaciam merendi habet à Charitate: at verò efficaciam impetrandi à fide*: quod optimè confirmat. D. Bernard. de diligendo Deo. ex illo D. Iacob. 1 n. 6. *Poſtulet in fide nihil hæſitans*: Sic ait Sanctus Doctor: *Quid enim niſi cùm omni fiducia poſtules à Deo, qui dat omnibus affluenter: Dubium ſiquidem non eſt, quod adſit libenter in neceſſariis, qui plerumque in ſuperfluis non deeſt.*

*Oratio cum fide impetrat* D. Bernard. Jac. 1.

25. Ad hanc fiduciam in oratione maximè nos exhortatur Chriſtus dum docet orare: *Pater noſter qui es in cœlis*: Matth 6. n. 9. non ait ut dicamus: Deus, vel Dominus noſter; ſed Pater: nam Dominus dicit relationem ad ſervum, ſicut filius ad Patrem; ut inde nos doceat, quod debemus petere non dubitanter, ut ſervus ad Dominum; ſed fiducialiter, ut filius ad Patrem. Caietanus, ait: *Magna dignitas cujuſlibet orantis habere patrem in cœlo: recurrere juberis ad Deum, non ut ſervus ad Dominum, ſed filius ad Patrem filiali affectu, filiali fiducia, imò ſecuritate.*

Mat. 6. *Nobis Chriſtus mandat orare cum multa fide.* Caiet.

26. D. Chryſ. Præclarè D. Chryſologus ſerm. 90. componit Zachariam patrem Baptiſtæ cum Davide Rege: Zacharias ingreſſus in templum hora incenſi, ut oraret; apparet ei Angelus Domini denuntians ei Baptiſtæ nativitatem, cùm ille verò non crederet, mutus redditur: ait ei Angelus: *Ecce eris tacens, & non poteris loqui, uſque in diem nativitatis ejus*: Luc. 1. n. 20. At David Pſalm. 115. n. 1. *Credidi propter quod locutus ſum*: Nempe, ad Deum in oratione; & quid inde; ſubdit: *Calicem ſalutaris accipiam*: cum omni pinguedine, ac abundantia cœleſtium donorum: Citatus D. Chryſologus ſic ait *Qui non credidit tacuit: Propheta, quia credidit, gloriatur*: Zacharias Sacerdos orabat ſed quia non credidit punitur amiſſa loquela. David verò, quia credens: orat & loquitur ad Deum maximè jucundatur, ac lætatur, omnium ſummorum bonorum calice accepto.

Luc. 1. *Oratio cum fide omnia impetrat, nil ſine illa.* Pſal. 115.

Abrahamus cum pulcherrima uxore ſua Sara ingreditur Ægyptum, & ſtatim ſublata eſt mulier, & ad regem delata, ut refertur Geneſ. 12. n. 15. *Sublata eſt mulier in domum Pharaonis, Abram bene uſi ſunt propter illam. Fueruntque ei oves, & boves, & aſini, & ſervi & famulæ, & aſinæ, & cameli. Flagellavit autem Dominus Pharaonem*, &c. In hoc raptu pulcherrimæ uxoris, valde mirabile eſt, quod Abrahamus vir magnus, & potens, in tam manifeſta violentia, ac injuria, valdè patienter ſe habuit, & minimè iraſcitur, nec ad arma confugit, quibus præoccupatam uxorem liberaret, & maxime paulo poſt, cùm agnoviſſet ſuum conſobrinum Loth captivum, quinque regibus, congregatis trecentis vernaculis ſuis bellum movet, & quinque regses ſuperavit, ac devixit: *Reduxitque omnem ſubſtantiam, & Loth fratrem ſuum cum ſubſtantia illius*: Geneſ. 14. n. 14. n. 16 Cur ergo in raptu ſuæ dilectiſſimæ uxoris, vernaculos ſuos non congregat, nec de bello cogitat, ſed valde quieto, ac pacato animo ſe habet? Abjecit milites, & arma, & ad fortiora inſtrumenta bellica recurrit, ad preces, nempe, cum multa fide, ac fiducia, quod ſicut ipſum liberavit Deus ab igne Chaldæorum. Geneſ. 11. n. 31. Sic etiam liberaret à præſenti infamia, ac violentia raptæ uxoris; Quod ponderat eleganter Egeſipp. lib. 5. cap. 16. & ait: *Cùm abductæ conjugis captivam videret pudicitiam Abrahamus; bello tamen abſtinuit: aſſumpſit pia orationis arma defenſorem adhibuit; qui dormientem, & vinceret, & expugnato hoſte intaminatam ſibi conjugem repræſentaret. Reddit Sara ſine armis, referens viro triumphalem victoriam.* Oratio cum fide ab omni anguſtia, labore, ac moleſtia liberat.

27. Gen. 12. Gen. 14. *Oratio cum fide liberat ab omni moleſtia, & anguſtia.* Egeſip.

# CAPUT XIX.

ET ingreſſus, perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipſe dives: 3. Et quærebat videre Ieſum, quis eſſet, & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. 4. Et præcurrens, aſcendit in arborem ſycomorum, ut videret eum: quia inde erat tranſiturus. 5. Et cùm veniſſet ad locum ſuſpiciens Ieſus, vidit illum, & dixit ad eum. Zachæe feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. 6. Et feſtinans deſcendit. & excepit illum gaudens. 7. Et cùm viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem divertiſſet, 8. Stans autem Zachæus dixit ad Dominum, ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus. & ſi quid aliquem defraudavit, reddo quadruplum. 9. Ait Ieſus ad eum quia hodie ſalus domui huic facta eſt: eo quòd & ipſe filius ſit Abrahæ. 10. Venit enim filius hominis quærere & ſalvum

ſalvum facere quod perierat. 11. Hæc illis audientibus adjiciens, dixit parabolam, eo quòd eſſet propè Ieruſalem, & quia exiſtimarent quòd confeſtim regnum Dei manifeſtaretur. 12. Dixit ergo Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reverti. 13. Vocatis autem decem ſervis ſuis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos, negotiamini dum venio. 14. Cives autem ejus oderant eum, & miſerunt legationem poſt illum, dicentes: nolumus hunc regnare ſuper nos. 15. Et factum eſt, ut rediret accepto regno: Et juſſit vocari ſervos quibus dedit pecuniam, ut ſciret quantùm quiſque negotiatus eſſet. 16. Venit autem primus: dicens, Domine mna tua decem mnas acquiſivit. 17. Et ait illi: Euge bone ſerve, quia in modico faiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem civitates. 18. Alter venit dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. 19. Et huic ait: & tu eſto ſuper quinque civitates. 20. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua quam habui repoſitam in ſudário. 21. Timui enim te, quia homo auſterus es: tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti. 22. Dicit ei, De ore tuo te judico ſerve nequam Sciebas quod ego homo auſterus ſum tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminavi: 23. Et quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, ut ego veniens, cum uſuris utique exegiſſem illam? 24 Et aſtantibus dixit: Auferte ab illo mnam, date illi qui decem mnas habet. 25. Et dixerunt ei. Domine, babet decem mnas. 26. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. 27. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me. 28 Et his dictis, præcedebat aſcendens Ieroſolymam. 29. Et factum eſt cùm appropinquaſſet ad Bethphage, & Bethaniam ad montem, qui vocatur Oliveti, miſit duos diſcipulos ſuos. 30. dicens: Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt, in quod introeuntes, invenietis pullum aſinæ alligatum, cui nemo unquam hominum ſedit, ſolvite illum, & adducite. 31. Et ſi quis vos interrogaverit: Quare ſolvitis? ſic dicetis ei, quia Dominus operam ejus deſiderat. 32. Abiurent autem qui miſſi erant: & invenerunt ſicut dixit illis, ſtantem pullum 33 Solventibus autem illis pullum dixerunt Domini ejus ad illos: Quid ſolvitis pullum? 34. At illi dixerunt: Quia Dominus eum neceſſarium habet: 35: Et duxerunt illum ad Ieſum, & jactantes veſtimenta ſua ſupra pullum, impoſuerunt Ieſum. 36. Eunte autem illo ſubſternebant veſtimenta ſua in via. 37 Et cùm appropinquaret jam ad deſcenſum montis Oliveti, cœperunt omnes turbæ diſcipulorum gaudentes laudate Deum voce magna ſuper omnibus quas viderunt virtutibus, 38. dicentes: Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelſis. 39. Et quidam Phariſæorum de turbis, dixerunt ad illum, Magiſter increpa diſcipulos tuos. 40. quibus ipſe ait, Dico vobis, quia ſi hi tacuerint lapides clamabunt. 41. Et appropinquavit videns civitatem flevit ſuper illam, dicens. 42. Quia ſi cognoviſſes, & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. 43 Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te & coanguſtabunt te undique. 44. Et ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt. Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoveris tempus viſitationis tuæ. 45. Et ingreſſus in templum, cœpit ejicere vendentes in illo, & ementes, 46. dicens illis, ſcriptum eſt, Quia domus mea, domus orationis eſt, Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum 47. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem Sacerdotum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum perdere: 48. Et non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus ſuſpenſus erat, audiens illum.

*ARGVMENTVM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Zachæus gaudens Chriſtum excipit hoſpitio, eique Dominus dat ſalutem? De quo tractavi tom. 4 cap 39.

*Secundò, Verſ.* 12. Proponit parabolam Viri nobilis, qui ſuas mnas inter ſervos diſtribuit, ab eiſque earum lucrum repoſcit; quod hîc eſt explicandum.

*Tertiò, Verſ.* 29. In die palmarum Ieruſalem cum triumpho, & acclamatione Hoſanna, ut verus Rex, ac Meſſias ingreditur? Quod explicavi tom. 4. cap. 40.

*Quartò, Verſ.* 41. Videns civitatem flet ſuper illam, prævidens ejus excidium per Titum. de quo dixi tom. 4. c. 41.



*Mnæ diſtribuuntur.*

*Luc. 19. n.* 12. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reverti.

*Num.* 13. Vocatis autem decem ſervis ſuis dedit eis decem mnas, & ait ad illos negotiamini dum venio.

*VERSIONES.*

*Syriac. n.* 12. Vir unus filius cognationis magnæ.

*Arabicus.* Homo quidam de genere nobili.

*Perſicus.* Magnus quidam natus genere magno cum exercitu multo

*Græcus.* Maximo ſtemmate natus.

*Æthyopic* Vt regem facerent eum.

*Perſic. n.* 13. Convocabat decem viros è juvenibus ſuis.

*Arabicus.* Mercamini his uſque ad tempus reditus mei

*Alter. Perſic.* Mercator quidam, &c. decem mnas pecuniæ dedit, &c. Mercaturam facite.

*EXPOSITIO I.*

1. Syriacus. D. Cyr.

HOmo quidam nobilis: Ipſemet Chriſtus D. ſignificatur nobilis; ſeu, ut habet Syriacus: *Filius cognationis magnæ*: Nobiliſſimus; nempe, ut ait D. Cyrillus citandus: ex Patre, ut pote, vero Deo: & ex matre, ex ſemine Regio, David, *Abiit*: nempè, è terra: *in regionem longinquam*: in cœlum, ſcilicet; quod maximè à terra diſtat: *Accipere ſibi regnum*: Nam quamvis ab æterno illud obtineat, ut verus filius Dei: tamen per Aſcenſionem ut verus filius Dei: tamen per Aſcenſionem ut homo accepit: Titus. Theophylact: Euthym, *Et reverti*: poſt longum temporis ſpatium ad judicium univerſale, juxta divinum decretum, ut Angeli dixerant in glorioſiſſimo Aſcenſionis die: Actor 1. n. 11. *Hic Ieſu, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlam: ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* De qua tes Petrus agens Actor. 3. n. 21. ait: *Ieſus Chriſtum, quem oportet quidem cœlum ſuſcipere; uſque in tempore reſtitutionis omnium.*

Titus. Theophyl Euthym. Actor. 1. Actor. 5.

2. *Vocatis autem decem ſervis ſuis*: Id eſt, quos domi habebat, nec enim omnibus omnia committenda ſunt, ideò non alios aſſumit, & hîc ponitur numerus certus pro incerto, ut notat Euthym, & ait: *Numerus denarius hoc loco multitudinis dumtaxat manifeſtarius. eſt, tam de ſervis, quam de mnis.* Et pergit Textus: *Dedit eis decem mnas*: Ac proinde ſingulis unam mnam. *Mna*, vox eſt græca, quæ apud latinos idem valet, ac *Mina*: libra pecuniaria erat. Mina autem erat duplex, una Attica, que continebat drachmas centum, Drachma autem idem eſt, ac Iulius Romanus, ſive regalis Hiſpanicus; ut teſtatur Budæus lib. de aſſe. Hebræa verò mina erat duplo major, continebat enim duas libras cum dimidia, Ezec. 25. n. 12. Mina ergo Hebræa argentea 240. Iulios Italicos, ſive regales Hiſpanicos habet: cum autem Chriſtus locutus fuiſſet Hebræa lingua de mina Hebræa intelligimus.

Euthym. *Valor pecunia Mna.* Budæus. Ezech 25.

3. *Et ait ad illos, negotiamini*: Vult Chriſtus D. ut talentis, donis, ac gratiis ab ipſo acceptis ſemper operemur, & nunquam quieſcamus; ſed ſemper nos exerceamus in Dei mandatis, ita ut vita noſtra neſciat otium, ſed perpetuum negotium lucri ſpiritualis. Hinc ait Apoſtolus 1. Corinth. 12. n. 7. *Vnicuique enim manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem*: Ad utilitatem, nempe tam ſui, quàm totiûs corporis Eccleſiæ, ad negotiumque ſpirituale; tam ſui ipſius quam proximorum. ut ibi explicant D. Chryſoſtom. D. Thomas, D. Remigius: *Dum venio*: Vult Chriſtus D. quòd quandiu ſumus in hac vita mortali, indeſinenter operemur donec ipſe veniat, non ſolùm ad Iudicium univerſale, ſed etiam particulare uniuſcujuſque.

1. Cor. 12. D. Chryſ. D. Thom. D. Remig.

---

QUÆSTIO I.

*Quare Chriſtus D. hic proponit hanc parabolam, cujus ſenſus magis hic explicatur?*

4. M. c. 25.

MVlti graves Auctores ut Maldonatus, Cornelius à Lapide, & alij tenent, quod hæc parabola eadem ſit cum illa de Talentis quam ſcribit D. Matth. 25. n. 14. 15. 16. quòd tamen diſtinguatur, ex multis verificatur, multiplicique differentia oſtenditur Nam illic talenta dantur ad negociandum, hîc mnæ, illic uni quinque, alij, duo, alij unum, hîc verò ſingulis ſingulæ dantur mnæ. Illic tres ſervi ſunt, hîc decem. Illic ſervus piger talentum abſcondit in terra, hîc aſſervat in ſudario. Illa parabola dicta eſt Ieroſolymis per ingreſſum Domini in Ieruſalem cum ramis palmarum, ut deſcribitur Matth. 21. Iſta verò prope Ieruſalem ante dictum ingreſſum, qui ſtatim deſcribitur ab Evangeliſta hoc capite à n. 29.

*Parabola diſtincta.* Matth 21.

5. Conveniunt doctores, quòd iſte homo nobilis, Chriſtus D. ſit D. Baſil. in Iſai. 53. & ait, *Quemadmodum generoſos dicimus eos, qui ex regali ſanguine prognati ſunt; ſic prænobilis & generoſus eſt, qui ex eſſentia Patris ſubſiſtit.* Euthym. inquit: *Seipſum ſignificat Chriſtus hominem quidem, qui hominem aſſumpſerat, præclarum verò genere, utpote filium Dei*: Beda ait, *Nobilem intelligit, id eſt, filium Regis Davidis, homo nobilis ille eſt; cui cæcus clamabat: Fili David miſerere mei.* Solus ſimpliciter Chriſtus dicitur nobilis ſecundùm divinitatem ex Patre; & ſecundùm humanitatem Regio ſanguine ex Matre.

D. Baſil. *Chriſti Vi nobiliſſimus* Euth. Beda.

6. Non verò ita conveniunt, quænam ſit iſta Regio longinqua, in quam homo abiit. Multi tenent,

tenent, quod ſit multitudo gentium, quæ longè erat à fide Dei, in quam abiit, ut ex ea congregaret regnum. Ita D. Auguſt. lib. 2. qq. Evangelic. q. 49. & ait: *Regio longinqua, eſt eccleſia gentium uſque ad fines terræ*: Et ſubdit D. Auguſtinus: in fine mundi revertetur congregandos diſperſos ex Iſraël, ac ad eos illuminandos: In eadem ſententia eſt Beda, D. Baſilius in cap. 31. Iſaiæ.

D. Auguſt. *Regnum, Eccleſia Gentium.* Beda. D. Baſil.

7. Communis & vera expoſitio; per terram longinquam, intelligit cœlum. Ita Titus Boſtrenſ. Theophylact. Euthym. D. Bonaventura. Albertus Magnus. Quid enim magis diſtat à terra quàm cælum? & quæ terra magis longinqua, quam cœleſtis? Vnde qui in cœlum volunt evolare à longinquo debent cor habere à terra: Hinc de Juſtis & Sanctis ait Iſai. 33. n. 17. *Regem in decore ſuo videbunt oculi, ejus cernant terram de longè.* Qui enim ita ſunt anima à terra ſeparati, ut terram diſtanter, ac remotiſſimè videant; ipſi regem Chriſtum in decore gloriæ ac majeſtatis ſuæ vident.

Tit. Boſt. Theophyl. Euthym. D. Bona. Alb. Magn. *Ad Chriſti regnum volant, qui terram deſpiciunt,* Iſai. 33.

8. Quæſtio tamen principaliter inquirit; quare Chriſtus D. in præſenti, hanc proponit parabolam; Ad quod reſpondemus ex communi Auctorum placito, quòd diſcipuli; & alij multi, qui aderant, putabant, Chriſti regnum eſſe temporale, ideoque inter eos contentio orta eſt, quis eorum eſſet major? Matt. 18. n. 1. & de Chriſti regno, 20. 21. indeque exiſtimabant Ieroſolymam petere, ut totius regni curiam, ac metropolim, ut ibi ſe regem declararet, ac manifeſtaret: Et tunc ipſi diſcipuli ſibi perſuadebant, ut notat Franciſc. Lucas, Magnos futuros. Hanc inanem, ac falſam eorum opinionem, præſenti parabola refutat Chriſtus, docetque regnum ſuum modo non eſſe manifeſtandum Ieroſolymis; ſed quòd modo abiit in regionem longinquam, nempè cœlum, accipere ſibi cœlum, & tunc in fine mundi revertetur, & regnum ſuum coram omnibus manifeſtabit? & quòd diſcipuli, tunc ſedebunt cum eo judicante, cum tot, ac tantis meritis, tunc erunt ſublimati.

*Verus ſenſus totius parabolæ.* Matt. 18. Fr Luc.

9. Tota hæc expoſitio patet ex Textu Evangeliſtæ, ſuperiori verſ. 11. Nam cùm Chriſtus dixiſſet, quod *venerat ſalvum facere, quod perierat*: ſubdit Evangeliſta: *Hæc illis audientibus adjiciens dixit parabolam, eo quod eſſet prope Ieruſalem, quia exiſtimarent, quòd confeſtim regnum Dei manifeſtaretur: Ait Homo quidam nobilis.* Chriſtus D. ut ait Theophylactus, ut verus Deus agnovit corda eorum, ut etiam notat Beda, hanc falſam opinionem eorum corrigit, eos diſſuadens à falſa ſua exiſtimatione, & veritatem nudam eis aperit, & hoc ſolum eſt Divinæ virtutis, & non humanæ.

*Senſus ex Textu apertus, ac manifeſtus.* Theophyl. Beda.

10. Cùm Holofernes, qui exiſtimabat ſe cœlum tangere, aſtris imperare, & orbem terrarum pedibus conculcare, veniſſet cum copioſo exercitu in terram Iuda, & cum vidiſſet quòd habitatores illius ſe præparabant ad prælium de hoc, ut pote, de re nova admiratus quæſivit; quænam gens eſſet illa? Achior Ammonita, ac dux Ammonitarum, multa magnalia dicit, ac narrat de populo Hebræo, & quanta miracula pro eis Deus in Ægypto operatus ſit & quòd ad ejus tranſitum mare rubrum ſit diviſum, & Iordanis dedit locum: qui tandem concludit quòd ſi ille populus eſt in amicitia Dei ſui: *Non poterimus reſiſtere illis, quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus opprobrium univerſæ terræ*: Quibus auditis, Tunc *irati ſunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum. Quis eſt iſte, qui filios Iſraël poſſe dicat reſiſtere regi Nabuchedonoſor, & exercitibus ejus?* Iudith. 5 n. 26. & ipſe Holofernes vehementer eſt indignatus Iudith. 6 n. 1. eò quòd illis prophetizaret malum. Sed unde homo Ammonita, ac alienigena audet prædicere coram toto exercitu Chaldæorum, præſente ſuperbiſſimo Holoferne, ac ejus elatione inflatis, quòd totum orbem uno ictu jugulare poſſent? ac tam diſertè eis prophetizare deſtructionem, devaſtationem ac opprobrium? Cartuſianus, Serrarius & alij docent, quòd hoc dixit homo motus, & excitatus à Divino Spiritu: nam homines multâ ſuâ præſumptione affectos, ac multâ ſpe conceptâ proſpera fortuna repletos, velle ab his diſſuadere, non humani eſt ingenij, ſed Divinæ virtutis: et nunquam Achior talia præſumeret, niſi Divina virtus eum commoveret, ac excitaret. Vnde de eo dicere poſſumus id quod David de ſe dicebat Pſal. 39. n. 11. *Non abſcondam veritatem tuam à concilio multo*: Cùm Dei gratia eſſet munitus, & roboratus, ut explicant D. Auguſtin. Incognitus, & alij, ſincerè veritatem dixit in concilio multorum.

Iudith. 5. Judith. 6. Carthuſ. Serrarius. *Diffundere virum à ſua præſumptione valde mirabile.* Pſal. 39. D. Auguſt. Incognit.

11. Cùm Joſeph eſſet in carcere, ſimul cum eo eſſent duo Eunuchi Regis Pharaonis, pincerna nempe, & piſtor; unuſquiſque vidit ſomnium ſuum. Pincernarum præpoſitus narrat ſomnium ſuum; quod de bona fortuna explicavit Ioſeph; quod videns piſtor narrat ei ſomnium ſuum, ſibi perſuadens ſimilem fortunam audire, ut advertit Lippoman. ad illa verba *Videns Piſtorum magiſter*, ait, *veriſimilia, & fauſta ratus ſuum ſibi ſomnium boni aliquid præſignare, ſperanſque ipſe grata audire, narrat ei ſomnij ſui viſionem.* Philo ait: *Deceptus bona ſpe alterius narrare incipit ſomnium.* Valde triſtia, & infauſta ei pronuntiat: *Tres adhuc dies ſunt, poſt quos auferet Pharao caput tuum*: Geneſ. 40. n. 18. Et quomodo Ioſeph homini, qui ſibi bene fortunata promittebat, tam clarè, & apertè horribilia, & triſtia denuntiat, ac declarat Ioſeph. Scribitur Geneſ. 49. n. 24. *Sedit in forti arcus ejus*, id eſt, ejus animus totus erat in Deo forti Iſraël; ut explicant Rupert. Abulenſ. Caietan, & alij, non timeret fratrum machinationes, carceris labores, ne unquam verba adulatoria, ac placentia diceret: & inde homo, qui totus erat in Deo forti Iſraël, audet in faciem diſſuadere hominem à falſa ſpe, ac vana præſumptione de fortuna, quam pro certo habebat. Cardinalis Vitalis, Verb. Prælatus. Refertur à Ionnne de la Hay hîc qui ſic ait: *Rectè quidem ſedit in forti, quem nec fœmina corrupit iniquitas, nec confregit adverſitas, nec adulationis decepit doloſitas.* Vt adularetur abſcondendo veritatem.

Lippom. Philo. Gen. 40. Gen. 49. Rupertus. Abulenſ. *Fortitudo Dei, ut homo à ſua præſumptione deponatur.* Vitalis.

QUÆSTIO



QUÆSTIO II.

*Quare iſte homo abiens in regionem longinquam dicitur nobilis, non verò ille peregrè profectus apud D. Matthæum?*

12. AIt Noſter Evangeliſta in præſenti: *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam*: Aliter apud Matth. 25. n. 14. in ſimili Parabola de talentis diſtributis dicitur: *Homo peregrè proficiſcens*: Quæſtio præſens eſt: Cur in hac noſtra parabola. Homo dicitur nobilis; non verò in illa alia Matthæi? quod maximè eſt inquirendum, cum in utraque parabola idem videatur ſignificari.

Matth. 25. *Difficultas quæſtionis.*

13. Reſpondeo, & rationem colligo ex ipſo textu; dicitur quod iſte *homo nobilis abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum*: Ac proinde pro magno decore, ac gloria ipſius regni dicitur, quod accipiens illud; nobilis erat; nam ut ait Eccleſiaſt. 10. n. 17. dicitur: *Beata terra, cujus Rex nobilis eſt*: Septuaginta: *Cujus Rex tuus filius ingenuorum*: Venatus: *Si Rex tuus fuerit filius nobilium.* Alii legunt: *Filius Heroum*: Vatablus; *Filius Candidorum*: Montan. *Beatitudines tuæ, ô terra, Rex filius heroum*: Ac ſi hoc non ſit tantum una beatitudo, ſed multiplex; Ad terræ felicitatem, ac regni beatitudinem maximè ſpectat Princeps & Rex ex illuſtri proſapia natus: veniunt enim cum ſemine mores.

*Ornamentũ regni nobilitas Regis.* Eccleſ. 10. Septuag. Venatus. Vatablus. Montan.

14. Naſcitur Moyſes in Ægypto ex humilibus, ac pauperibus parentibus ſub jugo Pharaonis viventibus; qui urgente regis præcepto, ipſum in fluminis ripa expoſitum deſeruerunt. Deo diſponente, advenit filia Pharaonis, ac regni Princeps ad fluminis ripam, eum è fluvio accepit, & in filium adoptavit, ut ſcribitur Exod. 2. n. 10. *Quem illa adoptavit in locum filii, vocavitque nomen ejus: Moyſes, dicens, quia de aqua tuli eum*, Maximè ſumma, & alta Dei providentia in hoc caſu reſplendet, ut puer ſervaretur in vitam, & à morte liberaretur, poterat inveniri à quodam paupere piſcatore, vel ab aliquo humili homine illac tranſeunte: ſed nullo alio invenitur niſi à filia Pharaonis, & à regia, ac principe Virgine Ordinabatur Moyſes à Deo, ut totius ſui populi eſſet princeps, & dux; & cùm ex vilibus parentibus eſſet natus, aſſumitur à filia Pharaonis in filium, ut Deo providente, viles natales, quos natura dederat, exuat, & nobiles; ac illuſtres, & regales parentes per adoptionem acquirat, ne ſine nobilitatis decore ad populi regimen, ac ducatum aſcendat, ne ex ſervili operè ad principatum aſſumatur. Ad hoc tendit Sanctus Macharius homil. 9. & ait: *Cùm Deus prænoſſet, & præordinaſſet Moyſem futurum ducem, & redemptorem populi, effecit, ut adoptaretur à filia Pharaonis*: Ne ex ſervo princeps crearetur, ideo adoptatur in filium à Regis filia, ut regali palatino more enutritus adaptaretur ad regiminis clavum.

Exod. 2. *Raro quis aptus ad prælationem ſine nobilitate.* Macharius.

15. In primo rerum molumine valde diverſimodè ſe habuit Deus in hominis creatione, ac dum alia producantur ait Deus: *Fiat lux, fiat firmamentum, germinet terra herbam virentem*: At cùm Deus accedit ad hominem formandum, ait: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit omni quod movetur in terra*: Geneſ. 1. n. 26. Cum alia fabricantur, veluti denotatur, quod ex præexiſtente materia fiant, ut lux firmamentum, ac virens herba: At dum ad hominem condendum acceditur, ſtylus mutatur, & ait Deus: *faciamus hominem*: ac ſi digito deſignans, quod hominem per ſe ipſum crearet, ac gigneret: Cur ergo præ aliis in homine componendo ſe voluit Deus oſtendere authorem, conditorem, ac genitorem? Rationem indicat illa particula: *præſit omne, quod movetur in terra.* Creabatur homo ad principatum; inde conveniens fuit ut præ cæteris, magis illius excellens nobilitas exprimeretur, ac declararetur, quantum homo ſuper cæteros creatione ac veluti generatione eminebat. D. Baſilius Seleucus Oratione 1. ait: *Oportebat hominem procreari, qui regali throno conveniret; Quapropter, vel nondum formatus homo à conditoris conſiderantia, Dei conſiliis commendationem, & pretium accepit. Faciamus hominem ad imaginem noſtram. Antiquiorem conditione ſua honorem ſuſcepit.* Optimè ſcit Deus, quod multum ad principatum conducit generis nobilitas, & ideo in primo exordio magnum nobis dat documentum, quod ad principatum non aſſumatur niſi illi, in quo generis claritas reſplendet; & inde tantam generis nobilitatem providit Adamo.

Gen. 1. *Ad præfecturam maximè conducit charitas generis.* D. Baſil. Sel.

16. Diſponens Deus Sacerdotes in populo mandat Moyſi Numer. 3. n. 10. *Aaron autem & filios ejus conſtitues ſuper cultum Sacerdotij*: Et cur tam eximius honor non ad filios Moyſis, ſed Aaronis defertur, cum Moyſes eſſet charior Deo, & principalior in populo, & operibus, ac miraculis illuſtrior? Cur ergo magis Sacerdotium filios Aaronis, quàm Moyſis deſignatur? Etſi Moyſes principalior eſſet; uxor tamen ejus Æthiopiſſa erat; Deus autem noluit, ut ille qui aſſumebatur ad Sacerdotii apicem maculoſo ſanguine, aut genere deturbaretur. Theodoret. in cap. 18. Judic. ait: *Solius Aaronis genus juſſit Deus fungi officio Sacerdotali; Exiſtimo propterea quòd legiſlator uxorem duxerat alienigenam; eos, qui ex ipſo nati erant, injurioſè referri in numerum Levitarum, aut Sacerdotum, ne contumelia afficeretur dignitas Sacerdotalis, ſi exprobraretur cognatio.* Habebant filii Aaronis matrem ex tribu Juda: Habebant & filii Moyſis Æthiopiſſam matrem: Ne ergo Sacerdotalis dignitas macularetur ex genere, illi ad tantum faſtigium elevantur, quorum nobilitas parentes commendabat.

Numer. 3. *Natalium nobilitas maximè decet primarios viros.* Theodor.

17. Vera tamen nobilitas non deſumitur tantum ex genere; ſed potiùs ex bonis, ac ſanctis operibus. De Jobo ſcribitur c. 1. n. 3. *Erat vir ille magnus inter omnes orientales*: In Catena Græca habetur. *Erat homo ille nobilis inter Orientales.* Origenes ſtatim citandus: *fuit homo de genere optimo ex partibus Orientis*? Quæ verba magnam

Job. 1. Græc.

magnam faciunt expoſitoribus quæſtionem; quomodo ſcilicet ipſe dicitur, *de genere optimo*, cùm eſſet Idumæus de genere Eſaü rejecto, ac reprobato? Cùm nec ipſe Eſaü filius ex illuſtriſſimo Iſaac, dicatur ex genere optimo; nec Simon, & Levi filii Jacobi ex tanta proſapia referantur, cui tam excellens titulus de Jobo ſcribitur? *Ex genere optimo*: cujus nullus pater proximus, nec avus, ſeu atavus optimus proponitur. Tamen ejus ſplendor non à majoribus, ſed à virtutibus, ac præclaris operibus deſumitur: illuſtriſſimum enim genus Virtus eſt. Origenes lib. 1. in Job. ait. *Meritò de genere optimo dicitur Job, non ex Eſaü, neque ex poſteritate Edom: ſed ex genere optimo dicitur, ex ſanctitate, & juſtitia, ex fide, ex miſericordia, ex Dei cultura, ex vero animo, ex corde puro, ex bonis cogitationibus. Ex iſtis ergo omnibus bene natus dicitur Job, ex iſtis omnibus generoſior reputatur, quaſi ex Dei familiaritate, tanquam qui Deo fuerit affinis propter animam veram, & fidem, atque juſtitiam integram. Bene natum eum reddunt, non terreni parentes, neque aut carnales ſed opera veritatis, atque officium ſanctitatis.*

*Nobilitas vera non à parentibus ſed à virtutibus.*

Origenes.

---

## QUÆSTIO III.

### *Quare dum dicitur, quod iſte homo nobilis abiit in regionem longinquam accipere regnum; exprimitur, quod abiit ad accipiendum ſibi?*

18. Text.

AIt Textus quod iſte *homo nobilis abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum*: Præſens quæſtio eſt. Cur non dicitur quod homo abiit accipere regnum, ſed inſuper exprimitur, quod abiit. *Accipere ſibi regnum*: Inde, ut moraliter dicam, quod ſi regio erat longinqua, proindeque conſequens erat, ut multi intervenirent labores in itinere, inde faciles, ac ſuaves reddebantur, quòd erant ſibi proficui, ac utiles, ut ſibi regnum compararet. A Divino Sponſo vocatur Anima Sancta, Cantic 4 n 8. *veni de Libano Sponſa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*: Et quomodo tenera Virgo veniret, per tot montium aſperitates Amana Sanir, & Hermon, inter rugientes leones, & ferociſſimos pardos? Vocabatur ad coronam ſibi præparatam cujus radiis omnes difficultates diſſipantur, ac deſtruuntur, & planæ redduntur.

*Facile quilibet pro ſuo augmento labores ſuſtinet.*

Cantic. 4.

19. Alb. Magn.

Secundò, Reſpondet Albertus Magnus ad literam cum communi ſententia locum exponens de Chriſto D. aitque. *Abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum. Non quidem ſibi in ſe, qui ſemper hoc habuit, ſed accipere ſibi hoc eſt, ſuis*: Cùm ergo dicitur, accipere ſibi, non intelligitur in ſe; quia ipſum cœleſte regnum jure hæreditario paterno, ab æterno habet; ſed accipere ſuis: cùm enim ipſe ſit caput noſtrum, noſque membra ejus; quod ſibi accepit, nobis accipit, omniaque ſua nobis communicat, eorum participes facit. Loquens Apoſtolus Paulus, de Gloria, quam juſti habent in Chriſto, ait: *Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur*: Hebr. 11. n. 40. Sic alta Dei providentia diſpoſuit, & ordinavit, ut Chriſti majeſtas in ſua reſplendenti reſurrectione, admirabili aſcenſione, ſublimi gloria ad dexteram patris, ampliſſima judiciaria poteſtate, non conſummarentur, niſi dum eorum nos participes facit. O perexcelſa ſupremi Regis Jeſu magnificentia! qui ſua magnalia tunc conſummata, & abſoluta reputat: cùm ad eas nos advocat, ac elevat.

Hebr. 11.

*Princeps tunc ſua magnalia conſummata reputat cum communicat.*

20 Ait Apoſtolus 1. Cor. 15. n. 20. *Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.* Valde mirabilis eſt conſequentia ex eo quòd Chriſtus reſurrexit ex quo tanquam neceſſarium infert Paulus, quod nos reſurgemus: Sed unde provenit tanta neceſſitas? Cur non potuit fieri, quòd ſicut Chriſtus D. eſt ſolus & unicus unigenitus Patris, ac naturalis & conſubſtantialis filius, & ſuppoſita morte, reſurrectio ex ſua natura ei debita erat, ipſe ſolus à morte reſurgeret? Ecce ſuprema, & alta beneficentia Chriſti D. quod ita ipſe reſurrexit, ut eandem reſurrectionem ſuis communicaret, ita ut ex ſua reſurrectione fieret ex divina providentia conſequens neceſſarium, quod etiam alii reſurgerent. D. Sophron. Orat. in Exaltat. Sanctæ Crucis apud Gretherium tom 2. & ait: *Neque enim particulare eſt reſurrectionis donum. Omnis namque creaturæ Deus, & Dominus erat, qui ſecundum humanam naturam, reſurrectionem in ipſa effecit. . . . nam cum veriſſimus ſit omnium rerum Dominus, in omnes gratias, ſalutiſque dona effudit; rationem habens ſuæ maginis, eamque perfectiſſimè renovat, quandoquidem omnis homo, nemine excepto, ad ſimilitudinem efformatus eſt.* Expende: *Neque reſurrectionis donum particulare erat*; ſed ſibi, & nobis voluit eſſe communé.

1. Cor. 15.

*Ex eo quod Chriſtus reſurrexit conſequens erat, ut nos reſurgeremus*

D. Sophron.

21. Cùm Divina Sponſa agnoviſſet ſuum dilectum Chriſtum Ieſum reſurrexiſſe, devicta morte, ejus abſentiam amoris ſtimulo non ſuſtinens in publicum prodit: *Surgam & circuibo civitatem: per vicos, & plateas, quæram quem diligit anima mea.* Cant. 3. n. 2. Quid eſt; quod Divina Sponſa olim ſuum dilectum quæſierat in cubiculo ſuo, *in lectulo ſuo*: Cantic 3. n. 1. Ipſumque introduxerat in domum matris ſuæ: ibid. n. 4. modò ut eum glorioſè redivivum agnovit, jam non quærit eum in lectulo, nec in domo matris, ſed per vicos, & plateas, in quibus vidit multos eſſe errore detentos, pravitate infirmos, & à via veritatis alienos; inde apud ſe pro certo ſtatuit ſponſa, quod Chriſtus glorioſus ad eos ſe contuliſſet: ut ſplendore ſuæ reſurrectionis eos illuminaret, ut depulſa tanta malignitatis miſeria, reſurrectionis gloria fierent participes, ac ejus regni conſortes. D. Bernard. ſerm 76. in Cantica, Sponſa Sancta, ait: *Arbitrata eſt, egreſſum de tumulo publicum mox petiiſſe; ut ſolitò doceret populos, ac ſanaret infirmos, & ut manifeſtaret gloriam ſuam in Iſraël*: Ut glorioſè ſurrexit è tumulo ad communes vias tendit, ut tanto ſplendore errantes perduceret ad ſalutem: *Arbitrata eſt, egreſſum de tumulo publicum petiiſſe, ut ſanaret infirmos*: ut ſubleventur ad gloriam.

Cantic. 2.

Cantic. 3.

*Chriſtus reſurgens ſua gloria nos vult participes facere.*

D. Bernard.



---

## QUÆSTIO IV.

### *Quare iſte homo vocat ſervos ſuos, & non alios, eiſque ſingulis dat unam Mnam?*

22. Text.

AIt Textus in præſenti, quòd iſte homo nobilis, vocatis decem ſervis ſuis: *dedit eis decem Mnas.* Ac proinde unicuique dedit unum talentum, ut querimonias inter eos evitaret, & ita in ejus familia Pax, ac Concordia maximè conſervaretur, quod ſummopere bonus Paterfamilias debet attendere. Circa hæc quæro aliqua.

23 Et Primò: Cur iſte homo nobilis, qui magnum erat acceptaturus regnum cum multos ſervos; & famulos haberet ad talenta accipienda tantum decem vocat? etſi ponatur numerus certus pro incerto: tamen moraliter inquiro, cur è tanta ſervorum caterva decem vocat? Reſpondeo, quòd quamvis magnæ celſitudinis, ac majeſtatis ſit multos habere ſervos; tamen ſingularis, & magnæ eſt prudentiæ, ad magni, nempe ponderis negotia, paucos eligere, ac advocare eos, nempe, de quibus magna, & plenaria eſt cognitio, & certum, ac manifeſtum experimentum.

*Illi miniſtri eligantur, quorum probitas eſt experta.*

24. Daniel. 2.

Daniele ſublimato à Rege Perſarum ad totius regni clavum, de eo dicitur Daniel. 2. n. 49. *Daniel autem poſtulavit à Rege, & conſtituit ſuper opera provinciæ Babylonis Sidrach, Miſach, & Abdenago*: In Babylonia tunc multi in magno numero erant Judæi ex regio ſanguine, & Danielis conſanguinei, & ætate ac canitie provectiores, & venerabiliores, & tamen ſolos illos tres juvenes eligit ad totius regni adminiſtrationem, ac ad graviſſima negotia determinanda, ac decidenda; ſolum illorum trium erat ei virtus, ac probitas nota, & manifeſta, qua ut à malo declinarent, reſtiterunt conſtantiſſimè Nabuchodonoſori, ne ejus ſtatuam adorarent, & inde generosè flammarum globos non timent, ſed inter medios ignes incedebant, Deum laudantes, hos quorum tam probata, & nota erat virtus tam largo experimento præ cæteris eligit Daniel ad Regni gubernacula. D. Hieronymus ibi, & ait: *Non obliviſcitur Daniel eorum cum quibus Dominum deprecatus eſt; & qui ſecum periclitati fuerant, itaque fecit eos judices provinciarum.* Quos ſecum in virtutibus expertus, hos curat eligi ad regiminis curam.

*Ad præfecturas non aſſumantur niſi miniſtri experti*

D. Hieron.

25. Secundò: Vocatis decem ſervis dedit eis decem mnas. Magnus, & excelſus princeps ſua talenta non vult ſolum ſecum habere, ſed ea in ſervos ſuos diſtribuit; & ait Deus Moyſi: *Congrega ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſraël, ut deſcendens, & loquar tibi, & auferant de ſpiritu tuo, & tradam eis.* Numer. 11. n. 17. Quod intelligitur de ſpiritu prophetico, ut patet infra ibi n. 25. & obſervant Abulenſ. Caietanus, Lorinus, & alii: Maximè tamen inveſtigandum eſt: Cur Deus hac phraſi utitur; *auferam de ſpiritu tuo* cum alium & valde diſſimilem poterat Deus creare? Moyſes erat totius populi dux, Princeps, ac Gubernator, & inde omnia ſua, & etiam ipſum eximium propheticum talentum, quod ei Deus tam largiter dederat, magnopere deſiderabat dividi, ac diſpartiri in populo: cùm ergo ipſe eſſet dilectiſſimus Deo cum quo ipſe loquebatur tanquam amicus ad amicum ſuum Exod. 33. n. 11. Ut ejus votis annueret, ejuſque optatis condeſcenderet, ait ei: *Loquar tecum, & auferam de ſpiritu tuo, & tradam eis.* Ad ejus rei guſtum Moyſes deprecans Deum pro populo peccante clamabat ad Deum Exod. 32. n. 31. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* Sic Moyſes omnia ſua exoptabat dividi cum populo, ut vix æſtimaret ſcribi in libro Juſtorum vitæ æternæ, ſi ſolus ipſe ſine ſuis eſſet ſcribendus. D. Ambroſ. Epiſtola ad Gaudentium, ait: *Vult perire cum pereuntibus, nec propria ſalute contentus; Gloria quippe regis multitudo populi*: Cùm eſſet dux, ac princeps populi volebat gloriam ſuam in alios derivari.

Numer. 1.

Abulenſ. Caietan. Lorin.

Exod. 33.

*Magnus. princeps omnia ſua vult diſpartiri in ſuos.*

D. Ambroſ.

26. Tertiò, Hic vir magnus, & nobilis, non uni dat omnia talenta, ſed per multos, ac omnes ſuæ familiæ diſtribuit, ac diſpartitur, in quo apparet ejus magnus, ac Divinus animus, non in uno coarctans ſua dona, ſed in plures, ac multos ea ſtagnans. Scribens. Paulus 1. Corinth. 11. n. 21. *Jam non eſt dominicam cœnam manducare, unuſquiſque præſumit ſuam cœnam ad manducandum.* Ait populus quod apud Corinthios non eſt jam tempus Dominicam Cœnam manducandi; & unde hoc infert, & colligit Apoſt. ex eo, *quia unuſquiſque præſumit ſuam cœnam ad manducandum*: cum ſuis à ſua familia; dominica autem Cœna non anguſtatur in uno, vel altero, ſed omnes recipit, ac cibat. Perbellè D. Anſelmus ibi, ait: *Non eſt manducare Dominicam Cœnam: quia unuſquiſque veſtrûm præſumit in Eccleſia manducare ſeorſum cœnam ſuam, cum Dominica Cœna communis debeat eſſe omnibus Chriſtianis, ſicut Chriſtus cum ſuis diſcipulis communiter cœnavit.*

1. Cor. 11.

*Magna beneficia non in una, ſed ad plures extendantur.*

D. Anſelm.

27. In Catalogo eorum, quæ Deus mandat eſſe abominanda ex avibus; in capite proponitur aquila Levitic. 1. n. 11. n. 13. ait Deus: *Hæc ſunt, quæ de avibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis. Aquilam*, &c. & cur aquila quæ eſt avium Regina, tam odioſa, ac execrabilis eſt Deo, & ſic mandatur ab hominibus rejici, ac deteſtari, & ſacris menſis prohiberi? Aquila hoc habet, quòd ſuos pullos portat in humeris ut eos foveat ac alimentet, alios verò ab unguibus ſuſpendit, & eos ad interitum præcipitat, ut pereant; & qui tantum eſt ſuis, & non aliis; abominabilis, & execrabilis eſt Deo. D. Gregorius Nazianzenus in Carmine ad Vitalianum nomine filii deſpecti, poſt multa carmina ſic ait.

Levit. 11.

*Deo abominabilis qui ſolum eſt ſuis non aliis.*

D. Nazian.

*Nam nobis tua tecta quidem ſunt clauſa, tuuſque,*
*Vultus, at his cunctorum odium hac ratione paraſti,*
*—— Neque enim patrem lenem uni vult Deus eſſe,*
*Durum alii, infenſumque animo vicibuſque frequenter.*

## QUÆSTIO V.

*Quare iſte nobilis vir dans ſua talenta ſervis, imponit eis, ut illis negotientur, donec ipſe veniat?*

28. DAtis talentis ait Dominus ſuis ſervis: *Negotiamini donec veniam*; in quo duo notanda ſunt. Et primò, mandat eis Dominus: *Negotiamini*; denotans, quòd boni ſervi ſemper ſint in perpetuo negotio, ſtudio, ac labore ſuæ ſalutis, ut in tali negotio nunquam quieſcant, ac otio ſe tradant. Ait Paulus de ſe ad Philipp. 3. n. 12. *Sequor autem ſi quomodo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Jeſu.* Illud verbum, *Sequor*, ex Græco juxta D. Chryſoſtom. ac Theophylact idem eſt ac *Perſequor*, Ut cum fugientia ſequimur, quæ capere maximè cupimus, nec per leve momentum deſiſtimus donec capiamus, ſic erat Paulus in negotio ſalutis; & ſubdit: *Si quo modo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Jeſu.* Explicant D. Thomas, Oecumenius. In quo à Chriſto Jeſu apprehenſus, ordinatus, ac diſpoſitus ſum, ut numquam quieſcam, ſed continuò ſim in perpetuis laboribus, per carceres, vincula, naufragia, flagella, per famem, & eſuriem; ad hæc omnia Apoſtolus ſe objicit, ut apprehendat ſalutis bravium, ne per unum inſtans quieſcens. Ex Chryſoſtom. Theophylactus: *Non dixit Apoſtolus, curro, ſed perſequor; Qui perſequitur, ſcitis quanta contentione perſequatur: neminem aſpicit, quoſvis impedientes magno impetu abjicit, mentem, & oculum, & robur, & animum, & corpus in unum contrahit, ad aliud nihil, niſi ad ſolum bravium intendens.* Tanto fervore ferebatur Paulus ad ſalutis bravium, inter tot, ac tantos labores, ac ærumnas, ut nec animo, nec mente, corpore, ac oculis ad aliud attenderet niſi ad ipſum comprehendendum.

Philipp. 3. — D. Chriſ. Theophyl. — D Thomas Oecumen. — *Salutis negotium inceſſanter, ac perſeveranter eſt agendum.* — Theophyl.

29. Et ſecundò ait Dominus: *Negotiamini donec veniam*: Nempe ad judicium, ut de talentis, ac donis datis accipiam rationem, & quantum unuſquiſque cum eis eſt operatus, ac lucratus. Hinc monet Jacobus Apoſtolus in ſua Canonica c. 2. n. 12. *Sic loquimini, & ſic facite ſicut per legem libertatis, incipiente judicari*: & ait, *judicari*, ut explicat Caietanus: *ſicut judicandi*, & ait: *per legem libertatis.* Nam ſicut lex vetus erat ſervitutis, ita lex Evangelica, lex libertatis, ac gratiæ; ac proinde cogitet homo, ut Chriſtianus, ac filius legis gratiæ, in qua tot, & tanta dona ſunt accepta. Moyſes maximè deplorabat miſeram ſortem ſui populi antiqui de oblivione hujus judicii. De illo peccante dicens: *Gens abſque conſilio eſt, & abſque prudentia. Utinam ſaperent, ac intelligerent, & noviſſima providerent*, Deuteron 32. n. 28. Etenim ſi illud noviſſimum judicium cogitarent, ac providerent, à peccatis omnino ceſſarent, quantò magis debent ab illis ceſſare Chriſtiani, cùm nunc in lege gratiæ tot, & tanta dona accipiant.

Jacob. 2. — Caietan. — *Ratio reddenda in extremo judicio, maximè cogitandi.* — Deut. 32.

30. Tertiò maximè pondera, quod ait Textus, quòd iſte homo vocatis *ſervis ſuis dedit eis decem mnas; & ait ad illos: negotiamini dum venio*: ſimul eis dat talenta, & rationem de eis reddendam in judicio proponit; Aliter ſe habet Dominus cum Petro qui ei tradidit Eccleſiæ regimen, dicens: *Paſce agnos meos, paſce oves meas.* Joan 21. n. 17. non tamen adjecit: *donec venio.* Nec ei explicat, quod talibus ovibus commiſſis poſtulanda ſit ratio. Et cur in tradendis talentis exprimitur memoria de futuro judicio? in committendis autem ovibus nulla apponitur mentio de venturo judice ad inquirenda uniuſcujuſque facta? Per talenta juxta D. Hieron D. Paſchaſ. D. Gregor. Interlineal. Lyran. Abulenſ. quos citavi tom 4. cap. 52. q. 1. n. 8. intelliguntur dona naturalia, præclarum ingenium, felix memoria, firma ſanitas, corporis robur, prudentia, induſtria, ac eloquentia; quæ dantur à natura abſque voluntatis interventu; at oves fideles paſcendæ non committuntur, nec dantur, niſi volenti, & conſentienti; ſi ergo Petro dum munus paſcendarum ovium traditur, illi aperiretur rigoroſum examen de illis in extremo judicio, tam ponderoſum onus maximè formidaret, ac forſitan recuſaret humiliter ſupplicans, ut ab illo liberaretur: ergo ut libens acquieſcat, pro tunc diſſimulandus fuit rigor venturi judicii. Hæc moraliter diximus, ut inde quiſquis ſapiens, & prudens, quàm timendum ſit rigoroſum judicium, quo eccleſiarum paſtores de ovibus ſibi traditis ſint examinandi, ſciat. Accipe D. Chryſoſt. apud Catenam D Thomæ ad c. 20. Matth & ait: *Primatum Eccleſiæ concupiſcere, nec juſtum, nec utile: nullus ſapiens vult ultro ſe ſubjicere ſervituti, & periculo tali, ut de ratione pro omni eccleſia, niſi forè, qui non timet Dei judicium.* Expende ultima verba maximè formidanda. Ubi eſt timor Dei à tanto jugo ſubterfugitur.

Joan. 21. — D. Hieron. D. Paſchaſ. D. Gregor. Interlin. Lyran. Abulenſ. — *Paſtores maximè timeant rationem de ſuis ovibus reddendam.* — D. Chryſoſt.

*Luc* 19. *n.* 14. Cives autem ejus oderant eum, & miſerunt legationem poſt illum dicentes: Nolumus hunc regnare ſuper nos.

*Num.* 15. Et factum eſt, ut rediret accepto regno, & juſſit vocare ſervos, quibus dedit pecuniam, ut ſciret quantùm unuſquiſque negotiatus eſt.

*VERSIONES.*

*Syrus*, *n.* 14. Filii ejus civitatis miſerunt legatos.

*Arabicus.* Miſerunt poſt veſtigia ejus nuntios.

*Perſicus.* Poſt eum epiſtolam miſerunt.

*Vatablus.* Nolumus eum regnare in nobis.

*Æthiopic. n.* 15. Juſſit ut adducerent ſervos, ut cognoſceret quomodo negotiati eſſent.

*Syrus.* Quibus dedit argentum, ut cognoſceret, quid unuſquiſque.

*Arabic.* Cùm accepiſſet regnum, & reverſus fuiſſet.

*Vatablus.* Negotiando confeciſſent.

*Perſicus.* Redderent rationem pecuniæ, quam acceperant quæſtus gratia.

*EXPOSITIO II.*

31. CIves autem: ſeu ut habet Syrus: *filii civitatis ejus*: ſcilicet Judæi, ut tenet communis interpretum Senatus qui erant ejus patricii, cognati, ac ejuſdem nationis cum eo; ſic ſæpe contingit, ut tui te oppugnent, & inſurgant contra te: *Filii matris meæ pugnaverunt contra me.* Cantic. *oderant eum*: Odium, quod in animo conceperant multis injuriis, blaſphemiis, ac aliis ſignis oſtenderunt: poſtquam enim Chriſtus Dominus è civitate Jeroſolyma abiit in regionem longinquam, nempe, cœlum per Aſcenſionem; Judæi qui oderant eum *miſerunt legationem poſt illum*: hoc eſt, fecerunt multas proteſtationes, conſiliabra, & acclamationes ad Pilatum, & populum, Matth. 28. n. 12 & actor 5 n. 34. Sicque miſerunt in Damaſcum Saulum cum Epiſtolis, ut omnes in Chriſtum credentes comprehenderet: *Nolumus hunc regnare ſuper nos*: Poſt Chriſti aſcenſionem Judæi omnibus viribus conati ſunt fidem Catholicam deſtruere, & Jeſus nomen exterminare, in quo incepit Chriſti regnum, quod complebitur, ac manifeſtabitur in fine mundi.

Cantic. 1. — Matth. 28. Actor. 5.

32. *Factum eſt autem, ut rediret accepto regno*: Arabicus: *Cum accepiſſet regnum & reverſus fuiſſet*: Accepto cœleſti regno à Deo Patre, cum rediret in fine nempe, mundi ad judicium, ut exponunt D Auguſtinus lib. 2. quæſtionum Evangelic. cap. 46. Titus, Euthym. Beda, Albertus Magnus *Juſſit vocare ſervos ſuos*: per Angelos, nempe, 1. Theſſal. 4. n 15. *Ipſe Dominus in juſſu, & voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendens de cœlo*: Vocans, ut explicat D. Hieronymus: Surgite, venite ad judicium: *Ut ſciret quantùm quiſque negotiatus eſt*: Sciant, ſciant homines, quod exactè reddituri ſunt rationem de his quæ egerunt in via mandatorum Dei, ac in negotio ſuæ ſalutis, quod ordinatum, ac diſpoſitum eſt à Deo ex alta ſua juſtitia, & infinita miſericordia ut reprimerentur homines à malo; quia ut ait D Auguſtin quæſt. 39. ex 2. parte in novum Teſt. *Qui non arguit, quem poteſt delinquendi præſtat fomitem.*

D. Auguſt. Titus. Beda. Euthym. Alb. Magn. 1. Theſ 4. D. Hieron. — D Auguſt — *Prælatus non puniens, delinquendi dat fomitem.*





## QUÆSTIO. VI.

*Quare tam pertinaciter cives dicunt; quod nolunt virum hunc nobilem regnare ſuper eos?*

SEnſum literalem jam dixi in expoſitione, quia Judæi JESUM-CHRISTUM verum Regem, ac Meſſiam promiſſum in lege, noluerunt recipere ſed oderunt perſequendo uſque ad mortem, & dicunt: *Nolumus hunc regnare ſuper nos.* Non moventur ratione, & jure, ſed propria voluntate, ac affectu, quia iniqui ut licentiosè abſque fræno agant, voluntas eſt eis pro ratione, & lege. Vide ſupra Marc. 6. n. 9. & 10. 33.

*Iniquis pro lege, ac jure eſt voluntas.*

Moralem ſenſum perſequamur Dixerunt: *Nolumus hunc regnare ſuper nos & oderant*: & unde tantum odium excitatum, & commotum eſt contra nobiliſſimum ac juſtiſſimum principem? quia cum in illa civitate ampliſſima eſſent multi, ille tantum ſuam pecuniam dedit decem, quia illos bonos, ac bene meritos judicavit, ut dicitur Matth. 25. n 14. *Dedit ſecundùm propriam virtutem*: Ac proinde, ut bonus princeps bonos ad munera eligit, & ut bonus princeps malos rejicit; Inde impii ex ſua nequitia, ac incapacitate fomentum odii contra juſtiſſimum principem excitarunt. Percuſſo Philiſthæo præcinebant mulieres ex univerſis urbibus: *Percuſſit Saül mille, & David decem millia; Iratus eſt Saül nimis, & diſplicuit in oculis ejus ſermo iſte*: 1. Reg. 18. n. 8. Ait Petrus Damianus alibi à me datus: *Iratus invidet Saül fauſtas mulierum acclamationes, non verò generoſam juvenis virtutem* 34.

*Indigni dolent ſi alii promoventur, & non ipſi* — Matth. 25. — 1. Reg. 18. — Damian.

Ait Paulus monens Theſſalon 1. cap. 5. n. 12. *Rogamus vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis*: ut agnoſcant cum multa reverentia, & veneratione eos qui laborant, & præſunt, ſane juſtum, & Sanctum eſt, ut qui laborat, præſideat; At vero ille, qui non laborat, præeſſe velle, res indigniſſima, & execrabilis; & ſtatim ſubdit Apoſtolus ſeq. n. 13. *Pacem habete cum eis*: Inſigniter, ac peculiariter commendat Apoſtolus, ut ſubditi cum ſuis præfectis, habeant pacem, quia frequenter ſubditi indignantur, ac murmurant de ſuis ſuperioribus, cum juxta eorum beneplacitum res non diſponuntur, nec munera diſtribuunt; vel ſi aliquando eorum malè facta arguunt, & reprehendunt. D. Anſelmus ibi ait pulchrè: *obviat Apoſtolus perverſitati eorum, qui dum pro culpis ſuis increpantur, aut verberantur, ſeu rejiciuntur, pacem, quam cum prælatis ſuis habebant, abjiciunt, ac diſcordias, & murmurationes faciunt.* 35.

1. Theſſal. 5. — *De bene actis Superiorum murmurant ſubditi.* — D. Anſelm.

Cum bene ſciret Apoſtolus hanc murmurationis peſtem frequenter vagari per ſubditos, dum ſuperioris facta pungunt; iterum de hac re ſermonem inſtituit ad Titum 3. n. 1. *Admonet illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare.* Hoc eſt, nemini maledicere, mala imprecari; quid eſt, quod cum Apoſtolus Titum exhortatur, ut ſuos ſubditos admoneat, quod ſint 36.

Titus. 3. — *Malus malè de Superiore obloquitur.*

 obedientes,

obedientes, ac humiliter præſtent officium ſuis præfectis, ac majoribus, ſtatim connectit, *ut neminem blaſphemare?* Sciebat Paulus quo morſu princeps carpitur, & Pontifex petitur ab inferioribus, dum eorum voluntati non obſequitur, & ſtatim ipſi blaſphemias, maledicentias in eum contorquent.

D. Anſelm.

D. Anſelmus ibi: *Quia plebs ſæpe detrahit Rectori ſuo, & male de eo loquitur.*

37\. 1. Reg. 14.

Cum Philiſthæi fugerent ab exercitu Iſraëlitico legem ſtatuit Saul: *Maledictus homo qui panem comederit, uſque ad veſperam*, 1. Reg. 14. n. 24. Quod ex bono Zelo, ac recto fervore ſtatuit Saül, ut fugientes hoſtes inſequeretur, ut notant Abulenſ. Serarius, Salian. Cornelius;

Abulenſ. Serari. Salian. Cornel.

Neſcit Jonathas quæ Pater juſſerat, fame tentatus, favum mellis edit; Occurrit miles, exponit quod Pater ſtatuerat; Tunc Jonathas juvenili furore ait: *Turbavit Pater meus terram*: ibidem num. 29. Caietan ait: Vere ex ſuo cerebro *Juvenili eſt ſententia*: & ut notant Abulenſ. Lyran. Sanchez; non peccavit mel comedendo; quia prohibitionem Patris ignorabat; peccavit tamen prohibitionem Patris publicè arguendo, ac reprehendendo; & ſic ſæpe contingit: quod Seniores, ac Majores juſtè, ac prudenter decernunt juvenes juvenili furore carpunt, ac cavillandi licentia rejiciunt, & reprobant.

Abulenſ. Lyran. Sanchez. *Carpunt liberè juvenes, quod ſenes maturè decernunt.*

*Luc. 19. n. 16.* Venit autem primus dicens: Domine mna tua decem mnas acquiſivit.

*Num. 17.* Et ait illi: Euge ſerve bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem civitates.

*Num. 18.* Et alter venit, dicens: Domimine mna tua, fecit quinque mnas.

*Num. 19.* Et huic ait, & tu eſto ſuper quinque civitates.

## *VERSIONES.*

*Syrus, n. 16.* Decem mnas lucri feci.

*Arabicus.* Mna tua factæ ſunt decem mnæ.

*Græcus.* Mna tua operata eſt.

*Æthiopic.* Decem mnæ tuæ, quas acquiſivi.

*Arabic. n. 17.* Optime ô ſerve bone, inventus es fidelis.

*Syriacus.* Eris dominans ſuper decem arces, vel pagos.

*Perſicus.* Conſtitutus eris ſuper decem provincias Maximus, & Princeps.

*Alii.* Inventus fuiſti fidelis ſuper paucas poteſtates, ſuper decem præſes eſto.

## *EXPOSITIO III.*

*Venit autem primus.* Qui in multiplicata pecunia alios antecedebat, & primus erat: *Domine*, Cum reverentia, ac veneratione, nec ex multiplicata pecunia, & lucro ſuperbeſcit, ſed humiliter loquitur: *Mna tua decem mnas acquiſivit.* Græcus: *Mna tua operata eſt.* Arabicus: *Mna tua factæ ſunt decem meæ.* Ac ſi ipſa gratia, ipſumque donum cœleſte acceptum, quæ hic intelligitur tantam operum, ac meritorum multiplicationem, operata eſt, ſicut à ſemine germinatur fructus; & in hoc apparet humilitas hujus ſervi, qui totum lucrum ex talento accepto, non ſibi tribuit, ſed Divinæ gratiæ; ut rectè docent Theologi, ad quodlibet opus bonum requiritur cooperatio liberi arbitrii, tamen tota vis, & efficacia ipſius operis meritorii eſt à Dei gratia; nam quod illud opus ſit liberum, eſt à noſtra voluntate; At vero quod ſit ſupernaturale, ac meritorium vitæ æternæ à Divina gratia eſt; ut Paulus docet 1. Cor. 3. n. 7. *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Et eadem Epiſtol. 15. n. 10. *Gratia Dei ſum id, quod ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit: ſed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, ſed gratia Dei mecum.* 38.

Græc. Arabic. 1. Cor. 3. 1. Cor. 15.

*Euge ſerve bone*: Euge interjectio eſt verbum græcum, & idem valet, ac *bone*: & ita Arabicus legit: *Optime ô ſerve benè.* Eutym. *Euge*: ſic explicat, Vox eſt græca benè precantis, ac laudantis. Eſt etiam *Euge*, vox gratulationis, gratulatur Dominus, & applaudit diligenti ſervo. Caietan. ait: *Internam lætitiam, quam Jeſus habet de profectu electorum interjectione applaudentis ſignificat adjunctis verbis laudis. Ut intelligamus, quam feſtivè, ſuſcipiat Chriſtus electos ſuos.* Et apponit rationem laudis, ac gratulationis: *quia in modico fuiſti fidelis*: Quamvis enim dona gratiæ: quæ Deus dat ſuis electis in hac vita, ſint magna, tamen dicuntur modica, & parva; reſpectu eorum, quæ dantur in cæleſti beatitudine: *Eris poteſtatem habens ſuper decem civitates.* Perſicus: *ſuper decem provincias*; & ponitur hîc decennarius numerus pro magno numero, ut notat Titus: *Decem, aut quinque civitatibus præficientur; hoc eſt, præerunt rurſus non iis tantum, quibus antea, ſed multis præterea aliis.* Quia tamen in cœlo Beati gubernandis civitatibus non præſunt; parabolicus eſt ſermo, quo denotatur ingens, ac honorificum præmium, quo beati remunerandi ſunt in cœlo, maximè qui lucratores animarum fuerunt. 39.

Arabic. Euthym. Caietan. *Omnia terrena parva reſpectu cæleſtium.* Perſicus. Titus.

---

## QUÆSTIO VII.

### *Quare primus ſervus venit ad ſuum Dominum, & ſimul cum tanta humilitate?*

*Venit primus*: Qui plus cæteris lucraverat, & qui meritis, ac operibus cæteros præcellit, optimo jure primus eſt loco, & dignitate, 40.



& venit primus animosè certus de ſuo lucro, ac comparatione. Albert. Magn. ait: *Venit confidenter, nihil dubitans, & nihil trepidans, & nihil excuſationis prætendens.* Dubitat, ac timet, qui ſuam iniquitatem, ac malitiam agnoſcit; Villicus iniquitatis cùm diſſipaſſet bona Domini ſui, cùm vocaretur ad reddendam rationem, timidus, ac dubius dicebat: *Quid faciam quia Dominus meus aufert à me villicationem*: Luc. 16. n. 3. Quod maximè confirmatur ex Sapient. 17. n. 10. *Nequitia timida eſt: ſemper enim præſumit ſæva perturbata conſcientia*, & inde multas excuſationes fabricatur ac machinatur, & ideo dicebat David. Pſ. 140. n. 4. *Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis*, Ubi regnat malitia ſtatim componuntur excuſationes in ſubterfugium peccatorum.

Alb. Magn. Luc. 16. *Iniqua conſcientia valde timida & perturbata.* Sap. 17. Pſalm. 140.

41\. At ubi juſtitia regnat, plena eſt quies, & ſecura conſcientia, ut iſte, qui lucratus eſt pecuniam Domini ſui, & ideo confidenter nihil dubitans venit. Cum ſeniores Iſraëlis prætenſi de Samuele, ac illius regimen tanquam reprobantes, regem requirent; Samuel congregato omni populo ait: *loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejus, utrum bovem cujuſque tulerim, aut aſinum, aut quempiam calumniatus ſum.* 1. Reg. 12. n. 3 Valde mirum ſane? quod Samuel vir prudentiſſimus coram ſuis inimicis, qui eum invidia, ac odio proſequebantur velit ſe ipſum ab omni crimine alienum oſtendere, cum in eorum oculis lux meridiana ſit caliginoſa & tenebroſa; De quibus ait David: *Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terram.* Pſ. 72. n. 9. Quomodo ergo non timet ſe eorum ori, ac linguæ exponere? *Ut dicant ſi quem calumniatus eſt, vel oppreſſit, ſi bovem, vel aſinum cujuſque tulerit?* Propheta certus de ſua juſtitia, ac integritate, maledicentium linguas contemnit, & nihil ab eis veretur. Præclarè dixit D. Auguſtin. Epiſtol. 118. *Sencera probitas, ubique ſecura nil timet.*

1. Reg. 12. Pſal. 72. *Virtus & probitas valde ſecura nil timet.* D. Auguſt.

42\. Secundo maximè ponderanda eſt humilitas hujus ſervi, ac reverentia in Dominum. Non enim dixit: Ego ſuper mnam tuam lucratus ſum decem mnas, ſed ait: *Mna tua acquiſivit decem mnas.* Totum tribuit talento, ac gratiæ divinæ, à qua tanquam à radice, tantum crevit ac multiplicatum eſt, ut dixi in expoſitione: Quidquid enim ſervus acquirit, donis, ac benevolentiæ Domini tribuendum eſt, qui ipſum ditavit, ac elegit. Scribens Paulus ad Galat. 2. n. 9. dicebat: *Cùm cognoviſſent gratiam Dei, quæ Data eſt mihi, Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis, ut nos in gentes.* Proindeque Paulus ſimul cum Barnaba mittitur in gentes ad prædicandum. Quomodo ergo Magnus Apoſtolus de ſe ſolùm ait: *Cùm agnoviſſent gratiam, quæ data eſt mihi*: Ac ſi totum illud gratiæ donum in illo prædicationis opere ſibi Paulus adſcribat: cur inquam non dixit: quæ data eſt mihi, & Barnabæ? Barnabas autem mirabiliter ſe habuit apud gentes in ſuo munere. Unde ſcribitur Act. 14. n. 12. *Vocabant Barnabam Jovem; Paulum verò Mercurium*: Veluti majorem divinitatem recognoſcentes in Barnaba, quam in Paulo: Cur ergo Apoſtolus donum gratiæ in converſione gentium, non illi etiam attribuit, ſed ſolùm ſibi. *Cùm cognoviſſent gratiam Dei, quæ data eſt mihi.* Paulus ad illud miniſterium elegit Barnabam, eumque docuerat, in multis & magnis myſteriis, ac documentis; inde quidquid Barnabas agebat, totum Paulo deputabatur, à quo talentum doctrinæ ac cognitionis acceperat. D. Nazianz. Orat. 20. n. 57. ait: *Quod ſi quid auxilii Barnabas, qui hæc loquitur, Paulo decertanti tulit, Paulo habenda eſt gratia, qui illum elegit, ac certaminis ſocium adhibuit*: Quia Paulus Barnabam elegerat, & docuerat; inde Barnabæ acta Paulo referuntur.

Galat. 2. Actor. 14. *Omnia tribuenda ſunt Domino qui eligit, & dat talenta.* D. Nazianz.

43\. Tertiò, Nobilis vir hic, nobiles habet ſervos. At iſte primus: *Mna tua decem acquiſivit mnas.* Et non ait, quòd inde pro tanto lucro ac mea induſtria, & labore dabis mihi. In quo oſtendit fidelitatem, & amorem erga Dominum ſuum, quia ſerviebat, & laborabat, non intuitu, ac ſpe lucri; ſed ut bona Domini ſui creſcerent, & augerentur: Non attendebat ad propriam utilitatem, ſed commodum Domini ſui Geneſ. 12. n. 1. Scribitur: *Dixit autem Deus ad Abraham: Egredere de terra tua, & cognatione tua, & de domo patris tui: Veni in terram, quam monſtravero tibi: Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi.* Iterum ut ſcribitur Gen. 22. n. 1. *Tentavit Deus Abraham, & dixit illi: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Iſaac, & offer eum in holocauſtum, ſuper unum montium, quem monſtravero tibi.* Conpone utrumque locum, inter ſe quando mandat Abrahamo, ut exeat de terra ſua, magnum ei proponitur præmium; *Faciam te in gentem magnam*, &c. At verò quando ei imperat filium ſuum ſacrificare cùm multo rigidius, ac gravius eſſet præceptum; nulla merces promittitur, ſed abſolute dicitur. *Tolle filium tuum in holocauſtum.* Cur hîc remuneratio ſupprimitur, cùm illic tam amplè explicatur? Philippus Abbas bonæ ſpei, lib de Obedientia Clericor. cap. 34. ex D. Auguſt. lib. 4. de Civitate Dei, ait: *Holocauſtum de Iſaac, quod Deus requirebat ab Abrahamo, ſupremum, & maximum opus erat.* Et ut opus eſſet maximum, & undique perfectum, obedientiæ affectu, & non mercedis gratia perſolvendum fuit; Nam mercedis intuitus corrodit obſequium, & minuit donum oblatum. Citatus Abbas ait: *Tunc quis corde puro & bona conſcientia diligit Deum, non quia ſuis dilectionibus, vel ſpiritualia, vel temporalia confert dona, ſed quia ſummè bonus natura eſt.* Vide ſupra Luc. 11. q. 10. n. 105.

Gen. 12. Gen. 22. Philipp. Alb. *Ad excellentiam obſequii pertinet, ut gratia & non intuitu mercedis fiat*

44\. Quartò, Valde mirabilis eſt iſte ſervus in humilitate, reverentia, fidelitate, diligentia, ac amore erga Dominum. Et unde tam mirabilis? quia nempe laborabat, non ut ſibi lucraretur, ſed ut mandatis Domini obediret, mandavit ei Dominus: *Negotiamini dum venio*: Et ſervus, qui non attendit ad ſuum lucrum, ſed ad Domini ſui mandatum mirabilia operatur. Poſtquam Rex Babyloniæ captivos ſecum adduxerat filios Iſraël, Iſraëliſque regnum gentibus impleverat, dictum eſt illi: *Gentes quas tranſtuliſti, & habitare feciſti in Civitatibus Samariæ ignorant legitima Dei terræ, & immiſit in eos Dominus leones.* 4. Reg 17. n. 26. Magna quæſtio hîc inſurgit; unde iſti deprehenderunt leones illos, miſſos fuiſſe à Deo, & non eos ſua naturali ferocitate invaſiſſe? Ex

4\. Reg. 17.

*Miniſter à Deo, nec de lucro, nec de cibo agit.*

eo tamen manifeſtè hoc intellexerunt homines illi, quia leones interficientes, ac laniantes plurimos, eorum corpora non attingebant, nec carnes comedebant, nec ſanguinem ſugebant, nec dentibus oſſa mordebant, & cum obſtruſo ore ad comedendum in corpora ſæviebant, in fruſta cædentes; hoc non à terrena natura; ſed à ſupernaturali Dei virtute venit; & miniſter, qui nec de ſuo lucro, nec cibo agit; hic non ab humana narura venit, ſed ab una Dei

Abulenſ.

manu. Abulenſ. ibi q 13. ait: *Fortè leones illi ſolùm occidebant viros, & fœminas, & nullius cadaver comedebant; ut tunc manifeſtè appareret, quòd Deus mittebat eos.* Et hoc confirmat ex Leone interficiente in via virum Dei, & ejus

3. Reg.13.

cadaver non comedente. Reg 13. n.14.

## QUÆSTIO VIII.

### *Quare Dominus tam prudenter, ac magnificè remunerat bonum ſervum?*

45. *Servus honorandus non verbis, ſed donis.*

AIt illi Dominus: *Euge ſerve bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem civitates*: In quo oſtenditur ejus prudentia ac magnificentia, honorat non ſolùm verbis; *Euge ſerve bone*, ſed etiam muneribus datis: *Eris ſuper decem civitates.* Sic & Aſſuerus honoravit Mardochæum regali purpurâ, & voce præconis: Eſther. 6. n. 8. Sic & Balthazar Daniel. 5. n.29.

Eſth.6. Daniel. 5.

46. Secundò, Ait illi: *In modico fuiſti fidelis*, Quia omnia quæ dantur in terris licet ſpiritualia, & ſupernaturalia in ſeipſis magna ſint, tamen comparatione eorum, quæ largiuntur in cœlis, parva, & exigua ſunt, ut dixi in ſimili parabola de quinque talentis, tom. 4. cap. 52. q 10. & ait illi: *Eris ſuper decem civitates.* Seu ut alii legunt: *Super decem provincias* Non ſtatim illi tantum regimen concedit, niſi poſt agnitam, & probatam ejus fidelitatem in negotiatione talenti traditi. Ait David de ſe: *De poſtfœtantes accepit eum. Paſcere Jacob ſervum ſuum*: Pſal.77. n.1. Ad regni gubernacula, non elegit eum è domo patris ſui, ſed de paſtorali ovium officio, & non de quibuſque ovibus ſed de fætantibus, hoc eſt, fætum habentibus; ut notat noſter Incognitus, quia ſuper has major eſt cura paſtorum, & ait: paſcere Jacob, quia ad imitationem illius ſic erat ſolicitus ſuper gregem ſuum, ut diceret: *Die, noctuque æſtu urebar, & Gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis*: Geneſ.31. n. 40. Exercitata, ac largo experimento tanta ſolertia, cura, ac diligentia ex pecuinis ovibus ad humanas regendas eligit Deus David. D. Auguſtinus, & noſter Incognitus inquiunt. *Intelligitur ad literam, quod David ex paſtorali officio pecudum ad regimen hominum tranſlatus eſt.* Vide ſuprà, q.4. n. 23. 24.

*Miniſter expertus eligendas.*

Pſalm.77.

Gen. 31.

D. Auguſt. Incognit.

47. Tertiò, pondera loquendi modum, *Eris poteſtatem habens ſuper decem civitates*, ſeu ut habet Syriac. *Eris dominans ſuper decem*; ſeu ut alii legunt, *Eſto præſes ſuper decem.* Non ait: Ego te conſtituo ſuper decem, ſed ait: *Eris poteſtatem habens*, ſed eris dominans; ſi verò iniquitas à quonam hanc poteſtatem, & dominatum habeat? à ſuis, nempè, meritis. Bonus, & præclarus judex, non dat ex affectu, ac voluntatè ſua, ſed prout merita exigunt, & requirunt. Ait ſupremus Iudex Chriſtus D. Joan. 5. n. 30. *Ego non poſſum à me facere quidquam, ſicut audio, ſic facio.* Domine, tu à Patre tuo conſtitutus es Judex vivorum, ac mortuorum, finalem, ac terminativam ſententiam in unum quemlibet profers, quomodo dicis, *Non poſſum à me facere quidquam?* O præexcelſus Judex! omnium Judicum regula, ac norma; non enim facit quidquam à ſemetipſo excogitatum, ſed ut à meritis eſt expetitum, ac exquiſitum, & ideo ſubdit: *Sicut audio, ſic facio*: Ac proinde ſicut ipſa merita poſtulant, ac flagitant; ſic ſententia à me promulgatur: ac declaratur, velut ſi dicat, non tantum credatur ſententia à meo ore exire, ſed potiùs à meritis, ac factis uniuſcujuſque naſci, & provenire. D. Ambroſius lib. 5. Epiſtol. 21. elegantiſſimè ait: *Non enim quaſi infirmus dicit*: Non poſſum ego à me facere quidquam: *Sed hoc loco quaſi judex loquitur: ut cognoſcamus homines in judicando, quod non ex voluntate noſtra, & poteſtate; ſed ex æquitate debemus formare ſententiam.* Juſtitia *in judicando, non potentia eſt in judicando. Ego non judico, ſed facta tua te judicant, Ipſa te accuſant; ipſa te condemnant, leges te judicant, quas judex non converto, ſed cuſtodio. Nihil ex me ego profero, ſed ex te forma judicij in te procedit*: Singula ſunt aurea verba, & maximè ad judicum documenta: *Ego non judico, ſed facta tua te judicant.*

Syriacus. Alia lectio.

Ioan. 5.

*Judex non proferat ſententiam, ſed merita.*

D. Ambroſ.

48. Cum David accepiſſet Abner interfectum à Joab ſe mundum oſtendens, ait 2. Reg. 3. n. 29. *Sanguis Abner, veniat ſuper caput Joab, & ſuper omnem domum Patris ejus*: Hoc eſt ſanguis, ac mors Abner ad capitalem ſententiam poſtulat Joabum, ut eſt communis ſententia Abulenſis, & aliorum; ut ita fieret manifeſtum, quòd mors, quam David præcepit filio ſuo Salomoni inferre Joab, non tantum ab illo proveniebat, ſed potius à delicto, ac crimine Joab, quod ipſum poſtulaverat ad mortem.

2. Reg.3.

*Luc.19. n.20.* Alter venit dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repoſitam in ſudario.

*Num.* 21. Timui enim te, quia homo auſterus es; tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti

## *VERSIONES.*

*Syrus.* Quæ apud me repoſita eſt in ſindone.

*Arabicus.* Eam involvi in ſudario.

*Perſicus.* In angulo abſcondi.

*Arabic. n.21.* Cùm ſis homo crudelis, & colligis ubi non diſperſiſti.

*Æthiopicus.* Quod homo ſis; qui rem, quam in loco non poſueras, tollis.

*Perſicus.* Homo durus corde.

*EXPOSI*



## *EXPOSITIO IV.*

49. Lyran.

ALTER *venit*: In quo repræſentantur mali & iniqui, ut advertit Lyran. qui non cogitant de reddenda ratione in judicio: *Ecce mna tua, quam habui repoſitam in ſudario*: hoc eſt, involutam linteo ſervavi, ut tibi integra, & ſalva ſit, ut eam mihi dediſti, ait Beda: *Pecuniam in ſudario ligare, eſt præcepta otio lenti torporis abſcondere.*

Beda.

50. *Timui enim te*: Rationem apponit iniquus ſervus deſumptam ex ſua malitia, ac nequitia, ex ſuaque puſillanimitate, ne bene ageret: *Quia homo auſterus es*, ſcilicet ſeverus, rigidus, durus, ut habetur Matt. 25. Timui te, quia in judicio diſtrictiſſimè quæris, ut ait Albert. Magnus, & jam de quolibet verbo otioſo: *Tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti*: Quia ut ait Lyran. in Prælatis Eccleſiæ non ſolùm requiruntur bona in propria perſona, ſed etiam ea, quæ ob omiſſionem ſuam in ſubditis non plantarunt.

Matth. 26. Alb. Magn.

Lyran.

## QUÆSTIO IX.

### *Quare iſte malus ſervus non in alio loco; ſed in ſudario reponit abſconditam pecuniam Domini ſui.*

51. VEnit iſte iniquus ſervus: *Domine, ecce mna tua, quam habui repoſitam in ſudario*: quem graviter pungit D. Hieronim. lib.2. contra Jovinian. & ait: *Quod autem Dominus, non iis contentus ſit quæ habemus, ſed ſemper majora deſiderat, dicens*: Quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum uſuris exegiſſem illam: *Quod quidem Apoſtolus Paulus ſciens, præteritorum obliviſcitur: & ad ea quæ ſunt, ſe extendit, ideſt, quotidie proficit, nec ſervat in ſudario delicatè gratiam quam accepit, ſed avarus negotiator renovatur de die in diem, & decreſcere ſe putat, niſi ſemper creverit*: Inde iſte ſervus damnatur, quia talentum acceptum recondit in ſudario, cum illo ſemper deberet negotiari, creſcere, ac proficere: quam doctrinam communis Patrum Senatus probat. D. Bernard. Epiſt. 91 ait: *Ubi incipis non eſſe melior, ibi deſiſtis eſſe bonus*: D. Leo ſerm. 8 de Paſſi. ait: *Qui non proficit deficit, & qui nihil acquirit, non nihil perdit.* Ad hunc ſenſum dicebat David Pſ. 118. n. 1. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et quomodo ambulantem in via dicit Beatum; dicente Eccleſiaſtico 11. n.30. *Ante mortem non laudes hominem quemquam*: Ac ſi diceret, ut ait D. Max. homil. 59. *Lauda poſt vitam magnifica poſt conſummationem*: Quomodo ergo ambulantes in via dicit Beatos? quia non ſtant, ſed ambulant: nam qui ſtant cadunt, qui ambulant procedunt, & ad majora ſe extendunt, ac elevantur.

D. Hieron. *Qui non proficit in virtute deficit.*

D. Bernard. D. Leo.

Pſal. 118.

Eccleſ. 11. D. Maxim.

52. Secundò, Ait: *Habui repoſitam in ſudario.* Hic piger ſervus in nullo alio loco reponit, niſi in ſudario, in quo ut notat Lyranus, corpora mortuorum involvuntur In tali loco ponitur hominis talentum otioſum, & non lucrativum, nec ſuo muneri correſpondens, quod notavit Theophylactus, advertens ſudarium inſervire ad mortuos involvendos; & ſubdit: *Meritò igitur ignavus illi in ſudario reconditum fuiſſe donum*, ait: *mortuum enim ille fuerat, & inefficax, non evolvens neque lucrum faciens*: Et apud D. Matt. 25 n.18 in parabola de talentis, quæ juxta graves Authores eadem eſt; dicitur, quod ſervus piger *abiens fodit in terram*. Talentum otioſum, & proficuum ſic à vivis exulat, ut non ſolum inter mortuos in ſudario involutum reputetur, ſed etiam jam ſub alta foſſa in terra humatum.

Lyran.

Theophyl.

*Nil operans mortuus, & non vivus eſt.*

Matth. 25.

53. Quod ex duplici ficulneæ parabola confirmo: Dominus vineæ veniens & videns ficulneam ſterilem ſine fructu per tres annos, dixit cultori vineæ: *Succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat*: Luc. 13. n. 7. terram occupat inutiliter ſine fructu; ac proinde ſuccidatur, & in ignem mittatur: Syriacus: *Ut quid terram otioſam occupat?* Idem eſt, quod ſit otioſa, ac inutilis, & ſolùm ad ignem ſerviens. Secundò, & ex altera parabola; cùm veniſſet Jeſus, & ſecus viam inveniſſet ficulneam ſine fructibus, maledixit ei, dicens: *Nunquam ex te fructus naſcatur, & arefacta eſt continuo ficulnea*: Matth. 21. num. 20. Marc. 11. num. 14. Chriſtus ſua maledictione percuſſit, ut fructus non germinaret, cur etiam ſua jucunda viriditate, foliorum ornatu, ramorum dilatatione, ac extenſione ſiccatur, ac privatur. Cur ergo dum fructibus ſpoliatur, etiam vitam amittit? Arbor inſenſibilis noluit vitam ſine fructibus; cum idem ſit fructibus viduari, ac vita omnium carere. Vide ſupra Matth. 21. q.5. num. 43. 44. 45.

Syriacus.

*Vita ſine operibus, non eſt dicenda vita, ſed mors.*

Matth. 21. Marc. 11.

## QUÆSTIO X.

### *Quare tam diverſo modo ſe habet Dominus cum hoc ſervo negligenti, ac cum illo, qui ſine veſte nuptiali eſt ingreſſus?*

54. COmpone nunc; quare tam diſpari exitu cum hoc ſervo deſide, ac cum illo, qui ſine veſte nuptiali, ſeu ſordida, ingreſſus eſt ad nuptias agitur; nam de hoc mandat Rex ſuis miniſtris: *Ligatis manibus, & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Matth 22. num 13. At verò huic ſervo otioſo quas pœnas illi imponit Dominus? dicit ſuis: *Auferte ab illo mnam*: Nunc modo tam clemens, & benignus eſt Dominus cum iſto ſervo inutili, qui Domini ſui mandatum præteriens, contempſit cum talento ſibi dato negotiari, & tam regidus cum illo qui forſitan ob paupertatem, meliorem veſtem non habeat: Nunquid Dominus iſte agit de more hominum hujus ſæculi qui pauperes opprimunt, & divites venerantur? Abſit: Sed rigidus ſervus negligens punitur dum aufertur ab eo mna: Tam ardenti deſiderio, ac ferventi

Matth. 22.

*Avarus plus amat aurum quam ſeipſum.*

amore

amore homines ad aurum rapiuntur, ut potiùs ligatis manibus, ac pedibus in horribiles tenebras conjici eligant, quàm aurum è manibus rapi, proindeque graviùs tormentum ſubit, dum ab auro depauperatur, quàm ille alter dum totius membris conſtrictis ad formidabilem carcerem traditur.

55. Profecturi filii Iſraëlis de Ægypto petierunt ab eis vaſa aurea, argentea veſtemque plurimam: *Dominus autem dedit gratiam coram Ægyptiis, ut commodarent eis, & ſpoliaverunt*
Exod. 12. D. Chryſoſt. *Ægyptios: & profecti ſunt*: Exod. 12. n. 6. D. Chryſoſtomus in Pſal. 135. affirmat hanc ſpoliationem inter cæteras plagas Ægyptiis immiſſas fuiſſe omnium graviſſimam, ac duriſſimam, quod mihi valdè grave, ac difficilè videtur: Nonne durius & gravius erat illis, quod
*Avarus plus æſtimat aurum, quam ſeipſum, ac filios ſuos.* aquæ verterentur in ſanguinem, ita ut non poſſent Ægyptii bibere aquam fluminis, & inde conſequens erat, ut multi præ ſiti perirent; Nonne gravius erat multitudo muſcarum, locuſtarum, Cyniphum, qui multis morſibus inflictis, magnis ulceribus Ægyptios premebant, & omnium atrociſſimum, ac duriſſimum primogenitorum mors. Quomodo ergo ſanctus Pater adſtruit, quod ſpoliatio Ægyptiis fuit omnium graviſſima plaga. Tanto amoris affectu tenebantur Ægyptii ad aurum, & argentum, ut levius, ac ſuavius eſſet illis vita privari, omnique illius commoditate, doloribus, ac vulneribus affligi, dilectiſſimiſque primogenitorum pignoribus ſpoliari, quàm auro, & argento depauperari, pluris homines æſtimant ſuas divitias, quàm ſemetipſos, filios ac cætera omnia. Pulchrè dixit de Juda proditore Drogo Oſtienſis lib. 1. de Paſſione Drogo.
Domini. *Ecce infelix, qualiter excæcatus eſt, maluit ſe ipſum perdere, quàm denarios perire: Denarios templo, ſe ipſum laqueo addixit.* De his multa in omnibus meis libris in Sibyllario. Verb. *Avaritia.*

Cætera quæ hîc ſcribit Evangeliſta explicata ſunt apud D. Matth. 25. quæſt. 7. 8. 9. & 20.

# CAPVT XX.

1. ET factum eſt: in una dierum docente illo populum in Templo, & Evangelizante, convenerunt principes ſacerdotum, & ſcribæ cum ſenioribus, 2. Et aiunt dicentes ad illum: Dic nobis, in qua poteſtate hæc facis? aut quis eſt qui dedit tibi hanc poteſtatem? 3. Reſpondens autem Jeſus; dixit ad illos: Interrogabo vos, & ego unum verbum: Reſpondete mihi. 4. Baptiſmus Joannis de cœlo erat an ex hominibus? 5. At illi cogitabant inter ſe, dicentes, quia ſi dixerimus de cœlo, dicet, quare ergo non credidiſtis illi? 6. Si autem dixerimus ex hominibus, plebs univerſa lapidabit nos: certi ſunt enim Joannem Prophetam eſſe. 7. Et reſponderunt ſe neſcire unde eſſet. 8. Et Jeſus ait illis, neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio. 9. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo plantavit vineam, & locavit eam colonis: & ipſe peregrè fuit multis temporibus. 10. Et in tempore miſit ad cultores ſervum, ut de fructu vineæ darent illi. Qui cæſum dimiſerunt eum inanem. 11. Et addidit alterum ſervum mittere; illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiſerunt inanem. 12. Et addidit tertium mitere: qui & illum vulnerantes ejecerunt. 13. Dixit autem Dominus vineæ, quid faciam? mittam filium meum dilectum: forſitan cùm hunc viderint, verebuntur. 14. Quem cùm vidiſſent coloni, cogitaverunt intra ſe, dicentes; Hic eſt hæres; occidamus illum, ut noſtra fiat hæreditas. 15. Et ejectum illum extra vineam occiderunt. Quid ergo faciet illis Dominus vineæ? 16. Veniet, & perdet colonos iſtos, & dabit vineam aliis. Quo audito dixerunt illi: Abſit. 17. Ille autem aſpiciens eos, ait: Quid eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt: lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? 18. Omnis qui ceciderit ſuper illum lapidem, conquaſſabitur; ſuper quem autem ceciderit comminuet illum. 19. Et quærebant principes ſacerdotum, & ſcribæ mittere in illum manus illa hora, & timuerunt populum; cognoverunt enim, quod ad ipſos dixerit ſimilitudinem hanc. 20. Et obſervantes, miſerunt inſidiatores qui ſe juſtos ſimularent: ut caperent eum in ſermone, & traderent illum principatui & poteſtati præſidis. 21. & interrogaverunt eum, dicentes: Magiſter, ſcimus quia rectè dicis, & doces; & non accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate doces. 22. Licet nobis tributum dare Cæſari an non? 23. Conſiderans autem dolum illorum dixit ad eos: Quid me tentatis? 24. Oſtendite mihi denarium: Cujus habet imaginem, & inſcriptionem? Reſpondentes dixerunt ei, Cæſaris. 25. Et ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo: 26. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere



reprehendere coram plebe: & mirati in reſponſo ejus, tacuerunt. 27. Acceſſerunt autem quidam Sadduceorum, qui negant eſſe reſurrectionem, & interrogaverunt eum. 28. dicentes: Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis, ſi frater alicujus mortuus fuerit habens uxorem, & hic ſine liberis fuerit, ut accipiat eam frater ejus uxorem & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. 29. Septem ergo fratres erant: & primus accepit uxorem, & mortuus eſt ſine filiis. 30. Et ſequens accepit illam, & ipſe mortuus eſt ſine filio. 31. Et tertius accepit illam. Similiter, & omnes ſeptem, & non reliquerunt ſemen, & mortui ſunt. 32. Noviſſimè omnium mortua eſt & mulier. 33. In reſurrectione ergo, cujus eorum erit uxor? Siquidem ſeptem habuerunt eam uxorem. 34. Et ait illis Jeſus: Filii hujus ſæculi nubunt, & traduntur ad nuptias: 35. Illi verò qui digni habebuntur ſæculo illo & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores. 36. Neque enim ultra mori poterunt: æquales enim Angelis ſunt: & filii ſunt Dei, cum ſint filii reſurrectionis. 37. Quia vero reſurgant mortui, & Moyſes oſtendit, ſecus rubum ſicut dicit: Dominum, Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Jacob. 38. Deus autem non eſt mortuorum, ſed vivorum: omnes enim vivunt ei. 39. Reſpondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magiſter, bene dixiſti. 40. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. 41. Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Chriſtum, filium eſſe David? 42. Et ipſe David dicit in libro Pſalmorum: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. 43. Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum? 44. David ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius ejus eſt? 45. Audiente autem omni populo dixit diſcipulis ſuis. 46. Attendite à Scribis qui volunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in conviviis. 47. Qui devorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem: Hi accipient damnationem majorem.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò. Verſ.* 1. Chriſtus Dominus quærentibus Scribis, quâ authoritate prædicaret, opponit teſtimonium Joannis Baptiſtæ, de ſe teſtificantis, quod à Deo miſſus ſit ad prædicandum: de quo jam dixi ſuprà Matth. 21.

*Secundò. Verſ.* 9. Proponit parabolam vineæ, in quâ coloni, ſervos Domini ſui, imò & filium ejus interfecerunt: De quo dixi tom. 4. cap. 43.

*Tertiò. Verſ.* 22. Tentantibus Phariſæis, an liceat tributum dare Cæſari? Reſpondet Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo: De quo egi tom. 4. c. 45.

*Quartò, Verſ.* 27. Sadducæos negantes reſurrectionem, redarguit, illamque eis ex Scriptura probat: De quo vide ſupra Matthæi 22.

*Quintò, Verſ.* 42. Eis demonſtrat ſe eſſe verum Meſſiam, ac verum Deum; eo quòd David Pſalm. 109. eum vocat Dominum: Quod habes explicatum tom. 4. cap. 46.

# CAPVT XXI.

1. RESPICIENS autem, vidit eos qui mittebant munera in gazophylacium divites. 2. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. 3. Et dixit verè dico vobis quia vidua hæc pauper, plus quàm omnes miſit. 4. Nam omnes hi, ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deeſt illi omnem victum ſuum quem habuit, miſit. 5. Et quibuſdam dicentibus de

de templo quod bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet, dixit: 6 Hæc quæ videtis venient dies in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. 7. Interrogaverunt autem illum dicentes: Præceptor, quando hæc erunt; & quod ſignum, cùm fieri incipient? 8. Qui dixit: Videte ne ſeducamini: Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego ſum, & tempus appropinquavit: Nolite ergo ire poſt eos. 9. Cùm autem audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri: oportet primùm hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. 10. Tunc dicebat illis; Surget gens contra gentem, & regnum adversùs regnum. 11. Et terræmotus magni erunt. 12. Sed ante hæc omnia injicient vobis manus ſuas: & perſequentur tradentes in ſynagogas, & cuſtodias, trahentes ad reges, & præſides propter nomen meum. 13. Continget autem vobis in teſtimonium. 14 Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari quemadmodum reſpondeatis. 15. Ego enim dabo vobis os & ſapientiam: cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes adverſarii veſtri. 16. Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis. 17. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: 18. Et capillus de capite veſtro non peribit. 19. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras 20. Cùm autem videritis circumdari ab exercitu Hieruſalem tunc ſcitote, quia appropinquavit deſolatio ejus. 21. Tunc qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes, & qui in medio ejus, diſcedant: & qui in regionibus, non intrent in eam. 22. Quia dies ultionis hi ſunt, ut impleantur omnia quæ ſcripta ſunt. 23. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus: Erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic. 24. Et cadent in ore gladii: & captivi ducentur in omnes gentes. Et Hieruſalem calcabitur à gentibus: donec impleantur tempora nationum. 25. Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis: & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum 26. areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſupervenient univerſo orbi: nam virtutes cælorum movebuntur: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & majeſtate. 28 His autem fieri incipientibus reſpicite, & levate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. 29. Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam, & omnes arbores. 30. Cùm producunt jam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas. 31. Ita & vos cùm videritis hæc fieri ſcitote, quoniam prope eſt regnum Dei. 32. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. 33 Cœlum & terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt. 34. Attendite autem vobis, ne forè graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ & ſuperveniat in vos repentina dies illa. 35. Tanquam laquens enim ſuperveniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ: 36. Vigilate itaque in omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. 37. Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliveti. 38. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò. Verſ.* 1. Affirmat Chriſtus viduam dantem duo minuta, plus ceteris dediſſe; quod expenſum eſt ſupra Matt. 12.

*Secundò. Verſ.* 9. Prædixit ſuis, quod audituri ſunt prælia, ſeditiones, & terræmotus; de quo dixi tomo 4. capite 47. & hîc etiam dicam.

*Tertiò. Verſ.* 20. Dat quædam ſigna prævia excidio tam Urbis Jeroſolymæ, quàm totius orbis: Explanatur tom. 4. cap. 47.

*Quartò. Verſ.* 25. Proponit quædam horribilia ſigna in ſole, Luna, & ſtellis ante diem judicii: explanavi tom. 4. cap. 50.

*Quintò, Verſ.* 34. Omnes adhortatur, ut vigilent in orationibus, ut ſe componentes ſint parati ad diem judicii; de quibus partim tom. 4. cap. 49. partim ſupra Matth. 24.





Prælia audienda.

## QUÆSTIO I.

### *Quare Chriſtus D. prædixit prælia & ſeditiones futuras?*

1 Textus.

AIt Chriſtus D. in præſenti num. 9. *Cùm audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri:* quod explicavi tom. 4. n. 48. Nunc verò adde; & primò inquirimus, cur hæc bella & ſeditiones futuras prædixit ſuis diſcipulis? & valde celebris eſt D. Greg. in hac materia, Homil. 35. in Evang. ubi ſic ait: *Perituri mundi præcurrentia mala denuntiat Dominus, ut eo minus perturbent venientia, quo fuerint præſcita: minùs enim jacula feriunt, quæ prævidentur. Unde dicit: Cùm audieritis prælia, &c. Bella ad hoſtes pertinent, ſeditiones ad cives; ut ergo nos indicet interiùs, exteriuſque turbari aliud nos fatetur ab hoſtibus aliud à fratribus perpeti.* Preme verba ſancti Doctoris: *Ut ergo nos indicet interiùs exteriùſque turbari.* Nam juſti non ſolùm exteriùs, ſed etiam interiùs multas tribulationes patiuntur excitante, ac commovente Satana. Unde ait Paulus 2. Corinth 12. num. 7. *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet:* Ad noſtram Quæſtionem: *Minùs jacula feriunt, quæ prævidentur:* Mittens Deus legatum Moyſem ad Pharaonem ſemel & iterum ait ei: *Ego durabo cor Pharaonis, ut non dimittat populum:* Exod. 4. num. 21. & cap. 7. n. 3 Moyſes multum recuſabat illud negorium ergo videbatur, quod viæ faciles & planæ eſſent ei proponendæ, & non difficultates ex corde regis obdurato, Tamen ei declarat Deus: *Indurabo cor Pharaonis:* Ut cum cor Regis obſtinatum, ac tam vehementer obduratum reperiſſet, ne quid novum ac inopinatum reputaret, ſed jam multò antea præſciret.

D. Gregor.

*Sancti multas perſecutiones patiuntur exteriùs, & interiùs.*

2. Cor. 12.

Exod. 4. Exod. 7.

*Quæ prævidentur minùs moleſta, & acerba ſunt.*

2. Secundo, ſi Dominus prædicit ſuis diſcipulis bella, ſeditiones, terrores, carceres, & opprobria, quæ paſſuri ſunt? etiam dicit eis magnum præmium, quod eis eſt præparatum, ac diſpoſitum. *Capillus de capite veſtro non peribit, in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras:* infrà: num. 28. Magnificus & excellens Dominus qui ſi ſuis prædicit labores, & perſecutiones etiam prædicit eis præmium, honores, & coronam. Denuntiat Angelus admirabilem triumphum Eliæ, & Henoch, & ſimilis non invenitur in tota ſcriptura, quomodo corpore & anima ante communem reſurrectionem, videntibus cunctis in nube aſſumuntur in cœlum. *Aſcenderunt in cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum:* Apocalypſ. 11. num. 12. Si de eis tam magnifica, ac ſublimis gloria denuntiatur, etiam de eis declarata fuit duriſſima ac acerbiſſima mors multis, & exquiſitis tormentis, magnis, & inauditis opprobriis: *Vincet illos, & occidit, & corpora eorum jacebunt in plateis:* Ibid. n. 8. non in platea, ſed in plateis, quia ſacra cadavera per eas funibus ad majorem ignominiam raptabuntur, & ubi tam ignominioſa mors exprimitur, etiam honorificus trophæus apponitur. D Thom. ibi: *Hoc erit, quia nobilitavit eos Dominus hoc privilegio, ut ante alios reſurgant, propter prærogativam gratiæ & meritorum in ſpeciali teſtimonio in vita, & doctrina, martyrio, ſub tempore tam acerbæ perſecutionis:* Expende illud: *In ſpeciali teſtimonio, & martyrio.*

*Dominus imperans, labores aſſignet etiam gloriam & coronam.*

Apoc. 11.

D. Thom.

3. Tertiò, Alb. Magn. ad confidentiam exhortatur; Quod ſic explico: Qui habet poteſtatem, & ſcientiam, ut prævideat futuras perſecutiones quod ſolus eſt Dei. Iſaias, 41. num. 23. *Annunciate, quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia dii eſtis vos:* Qui ergo habet poteſtatem, ut præcognoſcat futura, habet etiam poteſtatem ut vos cuſtodiat, & tueatur in omni labore, & preſſura. De Dan. inter leones loquens D. Chryſoſt. hom. 25. in Gen. præclarè dixit: *Daniel cum a leonibus circumdaretur, quaſi ab hominibus ſtiparetur, ſic intrepidè vivebat: Quandoquidem juſti fidentia ferarum naturam frænabat, nec ſinebat, ut facerent ea quæ facere ſolent:* Expende verbum, *Juſti fidentia ferarum naturam frænabat* fidentia in Deum omnia adverſa frænat, ligat, ac comprimit, ne malum inferant. Ait Iſaias 32. num. 18. *Sedebit populus meus in pulchritudinem pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Nota verbum, *in tabernaculis fiduciæ:* Sapienter M. Didacus de Baëza tom. 1. de Chriſto figurato lib 4. c. 3. § 40. locum expendens advertit. Ad quid inſerviunt tabernacula in loco munitiſſimo militibus, niſi ut eos cuſtodiant, & tueantur ab omni adverſitate, ac malo, ſic fiducia in Deum eſt fortiſſimum tabernaculum ut nos ab omni ingruente calamitate cuſtodiat, ac patrocinetur. Sicut tutus, & ſecurus verſaretur potens imperator in ſuo tabernaculo. ſic juſtus in mediis periculis Dei confidentia ſtabilitus, tutus, & ſecurus eſt à quacumque adverſitate.

Alb. Magn.

Iſai 41.

*Fiducia in Deum omnes feras, ac contrarietates ſuperat.*

D. Chryſoſ.

4. Iſai 32.

Baëza.

*Fiducia in Deum nos facit inſuperabiles.*

5. Navigabant Diſcipuli in navicula, dormiente Jeſu, paſſi ſunt vehementem tempeſtatem, urgentibus ventis, magna commotione maris conturbati, diſcipuli currunt ad dormientem clamantes: *Domine ſalva nos, perimus.* Matth. 8. num. 26. Illorum fidem tenuem arguens Jeſus ait: *Quid timidi eſtis modicæ fidei?* In quo illorum parva fides ſugillatur? Nonne ipſi ad Chriſtum conveniunt, ſalutem poſtulantes? Ipſi confugiunt ad Jeſum, ejuſque potentiam exorant, ut pote agnoſcentes, quod ejus virtute poterant à periculo liberari. In quo ergo parvam fidem oſtendunt? Sanè parva, & modica fides erat, cum ſubmitterent ſe creaturarum metui: nam vera fides in Deum, ſuper omnes creaturas audet, & omnem illorum vim, ac impetum parvi facit ac contemnit. D. Baſil. Seleuc. orat. 21. ait: *Vult Dominus fidei vim rebus conditis eſſe valentiorem, & ad fidei præſentiam, omnem ab anima deſperationem eliminari:* Fidei vis, ac fortitudo omnes creaturas *ſuperat & nil ab illis metuit.*

Matth. 8.

*Animus cum fiducia in Deum omnia ſuperat, nil timet.*

D Baſil. Sel.

## QUÆSTIO II.

*Quare in tanta rerum commotione mandat Chriſtus D. ſuis diſcipulis ne timeant.*

6. AIt Chriſtus D. ſuis diſcipulis: *Cùm audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri:* Et ſubdit: *Surget gens contra gentem, & regnum adversùs regnum, & terræ motus magni erunt per loca, & peſtilentiæ, & fames terroreſque de cœlo & ſigna magna erunt.* Ecce totius orbis commotio, prælia, ſeditiones inter homines, cives, & regna, terræ motùs horribiles in terra, peſtilentiæ, aëris nempe, corruptio, & fames, ingens oppreſſio, ac corporum vexatiò. Signa in cœlo valde terrifica in Sole, & Luna, & ſtellis; & tamen inter tot, & tantas contrarietates, ait Chriſtus: *Nolite terreri:* ſed fortes, & conſtantes eſtote in fide, prædicatione, ac officio veſtro, ut explicant de fide, Beda, Alb. Magn. & alii. Generoſa virtus nulli labori, ac calamitati cedit, & qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit.

*Generoſa virtus nulli labori cedit.*

Beda. Alb. Magn.

7. In ultima cœna ait Chriſtus D. ſuis Apoſt. *Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum.* Luc. 22 n. 28. 29. Expende copulativam illam, & connexionem: *Vos permanſiſtis mecum: & ego diſpono,* &c. illis diſponit, ac præparat regnum, qui cum ipſo permanent, ac perſeverant. Eleganter Beda ait: *Non inchoatio patientiæ, ſed perſeverantia cæleſtis regni gloria denotatur, Quia nimirum perſeverantia, quæ alio nomine, conſtantia vocatur, robur quoddam, & fortitudo mentis, cunctarumque eſt columna virtutum, quæ cum bene recta, & firma conſiſtit, nihil eſt certius, nihil tutius bonis moribus.* Et latè proſequitur explicans, quod ſi ipſa deficit totum ſpirituale ædificium corruit, & ad nihilum valet ultra.

Luc. 22.

*Perſeverantia, regnum cœleſte comparat, & virtutum columna eſt.* Beda.

8. Hebræus Pontifex geſtabat duodecim nomina Patrum filiorum Iſraël ſcripta in lapillis. *Habebuntque nomina filiorum Iſraëlis: duodecim nominibus cælabuntur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus.* Exod. n. 21. & cur talia nomina non ſcribebantur in tabulis ſed in lapidibus? Quod in tabulis ſcribitur, facile conſumitur, & à vermibus corroditur; At quod ſaxo exaratum eſt, perpetuò durat; quo ſignificabatur, quod ſunt ſcripti, ac deferuntur in pectore ſacerdotis cum ingrediebatur Sancta Sanctorum, hoc eſt, cæleſtem beatitudinem, qui habent firmitatem, conſtantiam, ut non deleantur, ſeu pereant. Arnold. Carnot. Tract. de ſeptem verbis ait: *Scribuntur in lapillis, quos nulla tribulatio, vel adverſitas cum inſculpti ſemel fuerint, eradere poterit, vel delere:* illi inſcribuntur, qui ab incepto non retrocedunt, ſed contempta omni adverſitate perſiſtunt, & perſeverant. Vide ſupra Matth. 9. quæſt. 7. num. 37. 38. 39. & Luc. 8. q. 3. num. 17.

Exod. *Perſiſtentes & firmati ſcribuntur in cælo.*

Arnoldus.

## QUÆSTIO III.

*Quare bella, & ſeditiones dantur, ut ſignum perituri mundi.*

AIt Chriſtus D. in præſenti: *Cùm audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri, tunc dicebat illis ſurget gens contra gentem, & regnum adversùs regnum.* Chriſtus adveniens in mundum, pacem in illum introduxit; & inde cantant Angeli; *& in terra pax hominibus.* Sicut ergo pax indicat regnum Chriſti exiſtens in mundo, ſic bella, & ſeditiones oſtendunt illud à mundo abire, ut notat Origenes homil. 28. in Matth. dicens: *Sicut adventus Chriſti in pluribus gentibus fecit pacem; ſecundùm, quod dicit Propheta:* Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna. *Sic conſequens eſt, ut propter abundantiam iniquitatis refriguerit charitas multorum, & ideo reliquerit eos Deus, & Chriſtus ejus, & iterum fieri prælia.* 9.

*Pax à Chriſto D. introducta eſt in mundo.*

Origenes.

Ingrediens Jeſus cum magno apparatu Jeroſolymam præcipit, ut ducant ei aſinam & pullum ejus: *Quod totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion; Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam:* Matth. 21 num. 4. Sed quomodo hoc cohæret? in hoc magnifico, & pompatico triumpho acclamantibus vocibus: *Benedictus Qui venit in nomine Domini.* Stratis itineribus hominum veſtimentis, ac arborum ramis; cur non aſſumitur ad illum equus generoſus; vel aureus currus, multo apparatu ornatus, cum in hoc triumpho, maximè deſignaretur, ac oſtenderetur præclariſſimum Chriſti regnum inde aſinus cum pullo eligitur? Equus animal ſuperbum, belligerum, ſanguine, lite, ac bello gaudens, ſicut & currus ad necem, & mortem olim erat inſtructus. At aſinus, humilis, manſuetus, & pacificus, inde præ cæteris à Chriſto aſſumitur denotans, ac denuntians regnum ſuum valde alienum eſſe à bello, & contentione, ſed totum fundatum, ac conſentiens in manſuetudine, pace, ac quiete. Eleganter Imperfectus. homil. 37 in Matth. ait: *Dominus aſcendens ad Jeroſolymam, magnam gratiam pacis, & concordiæ mundo univerſo, quaſi teſtamento reliquit. Non ſedit in curru aureo, pretioſa purpura fulgens, neque aſcendit ſuper fervidum equum diſcordiæ amatorem, & litis qui de longè oderat bellum, & gaudet ad vocem tubæ, & cum videritis ſanguineam pugnam, dicite in corde bene eſt factum, ſed ſedet ſuper aſinam tranquillitatis, & pacis amicam.* 10.

Matth. 21.

*Regnũ Chriſti totum eſt in pace, ac quiete.*

Imperfect.

De hac pace à Chriſto loquens Paulus ad Philipp. 4. n. 7. ait: *Pax Chriſti, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Jeſu.* Pax Chriſtiana & ſuperexcellens eſt, ut excedat omnem noſtrum ſenſum & intelligentiam noſtram; & in quo eſt tanta excellentia, ut ſit præſtantior omni alia pace; Quia hæc Pax Chriſti non ſolùm pacificat animos ad externa, ut nempe, cum proximo, ac cum alio habeamus pacem, ſed etiã pacificat appetitus ac ſenſus internos, ut ſuperiori rationi, ac legi Dei; & ejus mandatis acquieſcant, & obediant, ac conformentur. D. Ambr. l. 2. de 11.

Phili. 4.

*Pax Chriſti non ſolum ſe dat externos actus, ſed & internos.*





D. Ambroſ.

Jacob. de hac Chriſti pace ait: *Ipſius pacis fructus in nobis eſt, quæ eſt in mentibus ſingulorum, quæ tenetur affectibus. Ipſius pacis major eſt fructus, quo ſpiritualis nequitiæ tentamenta quo & arma hoſtilia repelluntur. Iſta pax ſublimior quæ corporalium paſſionum excludit illecebras, perturbationeſque mitigat quam ea quæ barbaricos ſedat incurſus. Plus eſt enim clauſo intra ſe hoſte reſiſtere, quam remoto.*

12. Ecce adveniente Chriſto; quanta pax, & quam excellens, ac exuberans nata ſit in mundo, ſic ipſo recedente conſequens eſt, ut ſint bella, contentiones, ac commotiones. Unde Theophil. exponens verba hujus Textus: *Cùm audieritis prælia, & ſeditiones:* Sic ait: *Quidam autem hoc, non ſolum in conſummatione futura, ſed & tempore captionis Jeruſalem fuiſſe impleta voluerunt; Auctore namque pacis perempto, merito in eis ſeditiones, & bella locum habuerunt.* Ubi cæleſtia recedunt ſtatim in mundo reſurgunt bella, & contentiones.

Theophyl. *Abſente Chriſto, prælia, & ſeditiones.*

13. Minabatur Deus populum ſuum. Deut. 28. n. 23. *ſit Cœlum coram te æneum, & terra ferrea:* Et quæ conſequentia eſt, ut ex cœlo æneo terra fiat ferrea, quia ſi cœlum denegat, ob peccata noſtra, rorem ſuæ benignitatis, gratiæ, ac ſupernorum donorum, ſtatim fit terra ferrea, ut producat ferrea inſtrumenta, gladios, lanceas, ſagittas, ac jacula ad bella, contentiones, ad necem, nempe, ac mortem. D. Ambroſ. Epiſt. 52. ait. *Jam ſic & offenſa inhabitantium hujuſmodi ſit, ut divina commotione iis inferantur prælia, verè terra eſt ferrea, telorum ſegetibus inhorrens, & ſuis nuda fructibus, fœcunda ad pœnam, ſterilis ad alimoniam.* Cùm cœlum clauditur ut æneum, pro fructibus, ac alimonia, terra parturit bellica inſtrumenta, ut non tritici, ſed armorum appareant ampliſſimæ ſegetes: *Verè terra ferrea, telorum ſegetibus inhorrens.*

Deut 28. *Si Dei gratia abſit bella, & ſeditiones.*

D. Amb.

## QUÆSTIO IV.

*Quare Chriſtus D. ait, quod ante ultimum diem oportet, ut fiant bella, & ſeditiones?*

14. AIt Chriſtus in præſenti: *Cùm audieritis prælia, & ſeditiones nolite terreri, oportet primum hæc fieri:* Ante, nempe, univerſale judicium, ut tanta vexatione, oppreſſione, ac labore juſti exerceantur ad majores virtutum proventus; & impii, ac peccatores convertantur ad Deum, ad ipſumque moveantur. Hinc David Pſ. 118. n. 71. *Bonum mihi, quia humiliaſti me, ut diſcam juſtificationes tuas.* Ipſa humiliatio in labore, preſſura, ac adverſitate, Dux, & baculus fuit ad diſcendam, ac implendam Dei legem.

*Per labores juſti ad virtutem, peccatores ad pœnitentiã.* Pſal. 118.

15. Ait Paulus 1. Cor. 3. num. 9. *Dei agricultura eſtis Dei ædificatio eſtis:* Quid habent juſti cum agricultura, ac ædificatione: & quæ combinatio inter unum & alterum? Multùm ſanè. In agricultura vi, ac ferro expurgatur terra ab inutilibus herbis, & vomere præſcinditur ad ſuſcipiendum ſemen: Sic juſtus, ferro tribulationum, vexationum, ac contrarietatum debet expolire animam ſuam ab omni vitio, ac inquinamento & ſimul pœnitentia ad ſuſcipiendum ſemen divini verbi, & tunc creſcit in ædificium ſpirituale, ac Dei habitaculum. D. Bruno ibi. *Vos eſtis agricultura Dei à quibus jam eradicatæ ſunt ſpinæ peccatorum, eſtis, inquam, agricultura per oblationem malorum, eſtis ædificatio per poſitionem virtutum.*

1. Cor. 3.

*Dei agricultur laboribus excolenda.*

D. Bruno.

16. Jeſus pertranſit benefaciendo, & ſanando omnes, & tam magnificè, ac liberaliter, ut etiam ſæpe abſque alicujus interventu, & poſtulatione: Sic Paralytico in piſcina dixit: *Vis ſanus fieri:* Joan. 5. num 6. Sic & filio viduæ nemine rogante, dat vitam: *Adoleſcens tibi dico ſurge:* Luc 7. n. 14. ſic & Lazarum quatriduanum mortuum ad vitam advocat. 11. n. 40. Sic & cæco à nativitate viſum, ſic leproſo clamante: *Si vis potes me mundare: Ait, Volo, mundare.* Matth. 8. n. 2. Poſtulat mater filiorum Zebedæi pro filiis: *Dic, ut duo filij mei ſedeant, unus ad dexteram, alius ad ſiniſtram in regno tuo:* Quibus ipſe reſpondet: *Non eſt meum dare vobis: poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Matth. 20. num. 22. Aliis etiam non petentibus magnifica dona concedit, ut pote, vitam, ſalutarem viſum, his autem duobus petentibus, & adorantibus poſtulata negat; maximè cum eſſent amici, cognati, conſanguinei, & eis tam auſterè reſpondet: *Non eſt meum dare vobis.* Et ſi aliis magnificentiſſima dona, ut ſalus, & vita abſque merito conferantur; at ſedes regni cæleſtis ex alta divina diſpoſitione, non gratis, ſed ſudore, ac guſtato paſſionis calice comparantur; & ſi temporalia dona abſque petitione merito dentur, non tamen cæleſte regnum nulli unquam datur, niſi cui fortiter certaverit. D. Baſil. Seleuc. orat. 24. *Monſtra meritum tuum, & meam intuere poteſtatem; ſi leproſus curationem petit, virtutem exero, volo, mundare; ſi cæcus luminis orbitatem gemit, ſecundùm fidem veſtram, fiat vobis. Quod ſi thronum verò quis petat, & regiam poteſtatem quærat, & ſedere ad dexteram affectet: tunc quid poſſet, curioſè deſpicio, ſudorem pro pietate ſudorem teſtibus repoſco; ſi repeřero, quod iis condignum ſi tunc eſt meum dare: vocant enim dantis poteſtatem, accipientis merita;* merita vocant, & ſollicitant poteſtatem dantis: ſi adſint merita, meum eſt dare? ſi abſint, non eſt meum dare.

Ioan. 5. Luc. 7. Ioan. 11. Matth. 8.

Matth. 20. *Et ſi Deus temporalia dona gratias concedet, non ſit cæleſte regnum.*

D. Baſil. Sel.

17. Ait Chriſtus D. Joan. 14. num 6. *Ego ſum via, veritas, & vita:* Tria de ſe Chriſtus: hic teſtatur ut latè explicavi tom. 5. l. 7. c. 11. *Via:* per quam debemus incedere, & ambulare per labores, & calicem paſſionis. *Veritas:* per ſuam divinam fidem, quam nobis communicat: *Vita:* per æternam ſalutem, quam dat. Qui ambulat cum divina fide, in ipſo invenit, & poſſidet æternam vitam. D. Leo ſerm. 16 de Paſſione, ait: *Merito ipſe Dominus factus eſt, quia niſi per Chriſtum non itur ad Chriſtum. Per ipſum autem ad ipſum tendit, qui per ſemitam patientiæ & humilitatis ejus incedit. In quo plane itinere nec æſtus deeſt laboris, nec procella formidinis:* & D. Ambr. lib. de bono mortis. c. 12 ait, *Tu enim via es, veritas, & vita; quia in via poſſibilitas, in veritate fides, in vita præmium: ſuſcipe nos quaſi via, confirma quaſi veritas, vivifica quaſi vita.*

Ioan 14.

*Ad habendam vitam in Chriſto per ejus paſſionem itinerandum.*

D. Leo.

D. Amb.

## Quæſtio V.

*Quare Chriſtus D. tam duram, & ſævam perſecutionem exprimit, & declarat ſuit diſcipulis?*

AIt Chriſtus D. in præſenti à num. 12. *Ante hæc omnia injicient vobis manus &*
18. Text. *perſequentur, tradentes in ſynagogas, & cuſtodias* &c. Quæ omnia, etiam appoſito Textu D. Luc. explicavi tom. 3. c. 8. per novem quæſt. à Quæſtione nempe. 9. uſque ad quæſt. 18. Nunc majoris doctrinæ gratia breviter addam.

19. Ait Chriſtus D. *Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis*: Ecce quid facit ſæva impietas, & tanquam ebria ſanguine, feram ebibit crudelitatem in fratres, cognatos, ac amicos. Ille ſervus qui apud cœlorum Regem, de ſibi creditis defraudatam rationem reddebat; inde valde humiliter miſericordiam deprecans, eam obtinuit, tamen non eam dedicit ab eo, ut in conſervos, ac fratres ſuos ſimilem haberet: *Egreſſus autem ſervus ille, invenit unum de conſervis ſuis qui debebat ei centum denarios, & tenens ſuffocabat eum, dicens redde, quod debes.*
Matth. 18. Matth. 18. num. 8. Unde, tam aſpera, & dura crudelitas in hoc homine adversùs ſuos converſos, & amicos, qui paulo ante tam manſuetus, ac humilis coram rege edſtabat? Rationem autem

*Qui à Deo recedit durus & crudelis eſt.*

deſignant verba illa: *Egreſſus autem* à facie, nempe Domini ſui, & cum ab illo receſſit, & ſe à Deo elongavit, ſtatim omnem benignitatem depoſuit, & omnem duritiem, ac crudelitatem ebibit & tanquam ſæva fera cõmutatus eſt in fra-
Theophil. tres, & conſervos, Theoph. ait: *Egreſſus ille ſtrangulat, ac premit conſervum Nullus enim, qui in Deo manet, compoſitionis expers eſt; ſed ille egreſſus erat, & à Deo nunc alienus erat, magnæ autem erat crudelitatis*: Expende: *ille autem egreſſus erat, magnæ autem erat crudelitatis.*

Secundò, D. Chryſoſt. homil. 1. ad Populum
20. D. Chryſoſt. Antioch. ait: *Multi enim, qui & bella bene geſſerant, & urbes ædificaverant, & aliis ejuſdem præmeruerant ſui temporis homines. Dii à multis æſtimati ſunt, & templis, & aris honorati. Et omnis gentilium Deorum numerus ex his omnibus conflatus eſt; Ne hoc & in ſanctis fieret permiſit ipſos Deus continuo pelli, flagellari in varios incidere morbos, ut nimia corporis imbecillitas, & tentationum turba præſentibus perſuaderet, quod homines erant talia edentes miracula*: Maximè

*Beneficentia maximè animos allicit ac trahit.*

ſanè conſideranda eſt altitudo divinæ Sapientiæ: Si Chriſtus D. conſtituebat ſuos Apoſtolos totius Orbis principes, fidei propugnatores, idolorum deſtructores, ac veri Dei, annunciatores; cur eos non fecit maximè amabiles ac plauſibiles, ſed ut eſſent odio omnibus hominibus; maximè cùm Apoſtoli eſſent cunctis benefici, infirmos ſanantes, mortuos ſuſcitantes, dæmones ejicientes ab hominibus, & multis ſuis neceſſitatibus ſubvenientes? Inde eos non fecit amabiles, ſed odibiles; quia ſi eſſent amabiles, cum tantis beneficiis fulgerent non ut homines, ſed Dii crederentur. Et inde idolatria nata eſt in mundo, ut aliquos beneficos tanquam deos venerati ſint populi, ſi ergo Apoſtoli tantis miraculis radiantes grati eſſent in mundo, gentiliſmi cæcitas creſceret, & non diminueretur, cùm tanquam Dii ab omnibus haberentur, ne ergo Apoſtoli ex beneficentia dii crederentur; ſed falſorum Deorum deſtructores, proviſum eſt, ut eorum beneficentiæ commune odium adjungatur. *Ne hoc in ſanctis fieret, permiſit Deus ipſos continuo pelli, flagellari*, &c.

Dat Paulus ſanitatem Claudo, quod tunc admirantes homines, vocabant Barnabam, Jovem, Paulum, Mercurium, quia ipſe erat dux verbi; Sacerdos quoque Jovis, qui erat ante civitatem, *Tauros & coronas afferens cum populis volebat ſacrificare*. Act. 14. num. 11. & 12. ſolemne ſacrificium Apoſtolis intendebant offerre; ideo tauros, & coronas afferebant, qua victimæ capiti imponere ſolebant; & unde illi homines in tantam dementiam venerunt, ut Deos eſſe putarent? ad hoc ſanè eos excitabat diabolus qui ut eos benefactores vidit, inde ſibi perſuaſit optimam natam eſſe occaſionem, ad idolatriam introducendam, ac perſuadendam: ſic præclarè pergit citatus D. Chryſoſt. & ait: *Paulo, & Barnabæ immolare agrediebantur. Vide diaboli malitiam. Per quos Dominus impietate ex mundo exturbare ſtudebat, per hos ipſam ille inducere curabat, rurſus perſuadens deos homines eſſe putare, quod & prioribus fecit temporibus. Et hoc maximè eſt, quod idolelatriæ principium & radicem introduxit, multi enim, qui urbes ædificaverant, dii arbitrati ſunt.* 21.

Act. 14.

*Ex Beneficentia homines dii reputantur*

D. Chryſoſt.

Cùm Agar ſe videret maximè moleſtatam, ac vexatam à domina ſua Sara, fugam iniit: Juxta fontem invenit eam Angelus, qui eam maximè recreavit magnis promiſſionibus de generoſa, ac ampliſſimè dilatata prole. Illa tantis donis gratificata. *Vocavit nomen Domini, qui loquebatur ad eam: Tu Deus, qui vidiſti me.* Gen. 16. num. 13. ut notat Rabb. Maur. *Angel. in forma hominis loquebatur ancillæ.* Si hominem videbat, & tanquam cum homine loquebatur; unde in hanc cogitationem devenit, ut eum diceret ac appellaret Deum; Ut eum ſuum benefactorem agnovit, ſtatim eum, ut Deum reputavit, ac tanquam Deum venerata eſt. *Tu Deus, vidiſti me*: D. Chryſoſt ibi. *Vides, ait, quomodo, & hæc vult perpetuam memoriam infigere loco, per vocabuli impoſitionem? & magnam gratitudinem declarare erga eum, qui tanta erga eam contulerat beneficia, tantaque illam cura, & ſtudio complexus erat.* 22.

Geneſ. 16.

*Ob beneficia homines tanquam dii cognoſcuntur.*

Rabbanus.

D Chryſoſt.

## Quæſtio VI.

*Quare Chriſtus Dominus ait, quod adverſarii non poterunt reſiſtere ori, ac ſapientiæ ſuorum diſcipulorum, cùm ab eis eſſe interficiendos dicat?*

AIt Chriſtus D. in præſenti ſuis Apoſt. *Ponite ergo in cordib. veſtris non præmeditari quẽmadmodũ reſpondeatis: Ego enim dabo vobis os, & ſapientiã, cui non poterunt reſiſtere, contradicere omnes adverſarii veſtri. Trademini autẽ* 23. Text.



*à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis,*
*Difficultas Quæſtionis.* *& morte afficient ex vobis.* Videntur hæc pugnantia inter ſe: nam ſi diſcipulis Chriſti datur ſapientia; & os cui non poterunt adverſarii reſiſtere, conſequens eſt, ut ad eorum verba, adverſariorum ora comprimantur, ut non valeant aliquid dicere. At ſi diſcipuli ſunt ab ipſis contrariis interficiendi, ſua ferocitate, ac iniquâ adminiſtratione; tunc potiùs eorum ora obmuteſcent, cùm poſt mortem nullus loquatur.

24. D. Baſil. Sel. Præclarè reſpondet D. Baſil. Seleuc. orat. 30. dum ait: *Mortem excipiunt quidem, nec piſcatu tamen abſtinent, vel obita morte: Quin etiam poſt acta Domini faciunt imperata, nec preſſi ſepulchro prædicationis obliti ſunt: Nam & ſepulchra, volente gratia, loquuntur*: Sanctorum ſapientiæ, ac ori nulla poteſtas adverſa poteſt reſiſtere; quia ſuâ efficacia, doctrina, ac veritate dum vivi clamant; omnes contrarios devincunt, ac comprimunt: etſi mortui ſunt, & ipſi ut mortui taceant, eorum ſepulchra pro cauſa Dei clamant, & loquuntur: *Nam & ſepulchra, volente gratiâ loquuntur.*

*Pro cauſa Dei Saxa & lapides loquuntur.*

Cùm, ingrediente Chriſto Jeroſolymam, omnes proclamarent ejus laudes dicunt; ad il-
25. Luc. 19. lum Phariſæi: *Magiſter, increpa diſcipulos tuos: Quibus ipſe ait: Dico vobis, quia ſi hi tacuerint lapides clamabunt*: Luc. 19. n. 40. Ad quæ ver-
D. Amb. ba ſic ait D. Ambr. ibi. *Neque enim mirum ſi laudes Domini contra naturam ſuam ſaxa reſpondeant*: Sic in negotio Dei omnis creatura ſtat; & pugnat, ut etiam natura muta elinguis, voces det, & clamet.

*Natura elinguis pro Deo clamat.*

26. Ut querimonia inter ambientes ſummum ſacerdotium ſedaretur per ſingulas familias datæ ſunt ſingulæ virgæ, quæ poſitæ ſunt in tabernaculo: *Sequenti die, Moyſes ingreſſus invenit germinaſſe virgam Aaron in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis*
Num. 7. *dilatatis in amygdalas deformati ſunt*: Num. 17. n. 8. Valde mirabile, quod virga ſine radice flores, & fructus germinet: Et quid eſt aliud, quòd virga abſque radice proferat flores, & fructus pro demonſtrando Aaronis ſacerdotio, & ſic Martyres ſine lingua verba proferebant pro declarando, ac manifeſtando ſupremum Chriſti ſacerdotium: Nam ſicut fructus à Virgæ radice pullulant, ſic à lingua in ore voces formantur.
D. Chryſ. D. Chryſoſt. hom. de S. Rom. loquente ſine lingua habitato. 6. ſic ait. *Aliquando Aaronis virga floruit: quomodo nunc os martyris germinavit? ſed quanam de cauſa, virga tunc Aaronis germinavit? Quando ſacerdos contumeliis afficiebatur: Quanam de cauſa, nunc os Martyris, germinavit? Quoniam blaſphemiis, & maledictis inceſſabatur magnus Pontifex Jeſus C.* Pro cauſa Chriſti ut ejus calumniatores repellantur etiam elingues loquuntur, & multa inſtrumenta dant voces;
Matth. 27. D. Paſch. Alb. Magn. Tert. Inde in Chriſti morte *Petræ ſciſſæ ſunt*: Matth. 27. num. 51. D. Paſch. Alb. Magn. ibi. *Centurio clamat: Petræ ſcinduntur magno terræ motu tanquam præ dolore clamorem dantes*: Sic ait Tertul. lib. de Anima. c. 50. Agens de Elia & Henoc: *Morituri reſervantur ut Antichriſtum ſanguine ſuo interficiant*: Si in eorum ſanguine eſt impreſſum, ac ſigillatum pro Dei gloria ſtare, ac pugnare, ut quamvis mortui ſint ad actiones vitales, ut videant, audiant, ac loquantur, tamen tanquam vivi ſunt, ut pro cauſa Dei decertent, & pugnent.

*Pro cauſa Chriſti etiam inſenſibilia loquuntur.*

## Quæſtio VII.

*Quare capillus, qui minima pars eſt hominis in tanta æſtimatione eſt apud Deum, ut non pereat?*

AIt Chriſtus in præſenti, quod ſui diſcipuli interficiendi ſunt à Tyrannis; & *Erunt odio omnibus hominibus propter nomen meum*, ſubditque *Capillus de capite veſtro non peribit*: Quod indicat ſupremam, & altam providentiam, circa minima etiam ſuorum diſcipulorum Beda hic ait: *Capillus de capite diſcipulorum Domini non peribit, quia non ſolum fortia facta, vel dicta ſanctorum, ſed & tenuiſſima cogitatio digna mercede donabitur*: Et ad hunc ſenſum explicavi cum communi ſententia illud Chriſti. D. ad ſuos diſcipulos: *Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt.* Matth. 10 n. 3 Luc. 12. n. 7. tom. 3. c. 9. q. 12. ibi vide alias expoſitiones de hac re. 27.

Beda.

*Supremæ Chriſti providentia erga minima ſuorum diſcipulorum.*

Matth. 10. Luc. c. 12.

Secundò, D. Greg. homil. 35. in Evang. ſic ait: *Capillus de capite veſtro non peribit, quia caro inciſa dolet, capillus inciſus non dolet. Ait ergo martyribus.* Capillus de capite veſtro non peribit: *Videlicet apertè dicens: cur timetis, ne pereat quod inciſum dolet, quando illud in vobis perire non poteſt, quod inciſum non dolet.* Magnam mercedem ſuorum juſtorum probat Chriſtus D. ſumpto argumento à capillis ſenſu doloris carentibus, ad membra dolorosè patientia: Si enim capillus expers doloris non perit expers mercedis, qualem recipient ſenſitiva membra, quæ pro ſui fortitudine tanquam ænea vel mortua videbantur? Ait Apoſt. Paul ad Col. 3. n. 3. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo*: Sic ad eos ſcribit tanquam vivos, quomodo eos mortuos appellat? Quia & non ſolùm mortui erant per baptiſmum, & mortui ad res mudanas, ac temporales ſed etiam tanquam mortui, ac veluti inſenſibiles ad ſuſtinenda immania Tyrannorum carnificia: Et unde tanta erat eorum fortitudo, ac conſtantia? *Quia vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto.* Quia mortui eſtis vobiſmetipſis; & ſolùm in Chriſto vivitis, in quem tota veſtra eſt transformata, ideo tanquam impaſſib. eſtis. D. G. Mag. l. 5. Moral. c. 3. *Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. Ut extinctus mundo lateat, & à cunctis exteriorum rerum perturbationibus intra ſinum ſe intimi amoris abſcondit.* Mortuus eſt homo: *Ut extinctus mundo, & perturbationibus*: Et quare? *Quia in ſinum intimi amoris ſe abſcondit.* 28.

D. Greg.

*Extollitur conſtantia martyrum, ac ſi eſſent inſenſibiles ad tormenta.*

Col. 3.

D. Greg.

Tertiò, Greg. citata homil. 35. ait: *Quia dura ſunt, quæ prædicantur de afflictione mortis, protinus conſolatio ſubditur de gaudio reſurrectionis; cùm dicitur: Capillus de capite veſtro non peribit*: Euſeb. Emiſſ. homil. de S. Martyribus, ait: *In hoc, quod eorum capillos numeratos eſſe dicit, totam hominis ſubſtantiam refugere, & nihil de ea perire ſignificat*: Beda apud Caten. D. Thomæ & maximè in rem noſtram ait: *Capillus de capite diſcipulorum Domini non peribit, quia non ſolum fortia facta, vel dicta ſanctorum; ſed etiam tenuiſſima cogitatio digna mercede donabitur*: Poſtquam D. Chriſtus prædixit ſuis Apoſtolis mala, opprobria, ac tormenta, quæ erant à carnificibus ſuſtinenda, & toleranda; eorum animos corroborat, ut generosè, ac fortiter 29. D. Greg.

Euſeb.

Beda.

*Etiam quodlibet minimum opus ſuum habet præmium.*





titer

titer non timeant, ſed contemnant tyrannorum cruciatus, apponit reſurrectionis præmium cujus intuitu ardua; & valde difficilia ſuperantur, cùm ſciant, & certò ſciant, quod non ſolùm magna, & præclara dicta, & facta ſed etiam minima, ac minutiſſima, tanquam unius capilli ſuperabundantem mercedem, recipient, quâ & coronabuntur.

Præclarè ait D. Juſtin. apud D. Damaſc. lib. 2.
30. D. Juſtin. Parall. c. 77. ubi ſic ait: *Quemadmodum corporibus omnibus à Deo procreatis hoc inſitum eſt, ut umbram habeant; ſic Deum quoque, qui juſtitia præditus eſt, tum iis qui virtutem ſibi colendam propoſuerint, tum iis qui vitium amplexari maluerint, pro cujuſque merito præmia, pœnaſque, tribuere conſentaneum eſt:* Sicut umbra indivulsè ſequitur corpus, ſive magnum, ſive parvum, ſive minimum ſit; ita ut unus capillus, vel filum unicum quodque ſuam faciat umbram: Ita Dei naturam condigna operum muneratio concomitatur: Et ſicut neceſſarium eſt corpori objecta luce umbram facere: ſic ex Divina providentia ordinatum, ut præmia, vel pœna pro qualitate factorum diſpenſentur, ſive in magno ſive in parvo.

*Omnia Divina providentia remunerantur.*

31. Pſ. 125. Ait Regius Vates. Pſ. 125. n. 6. de S. Apoſtolis loquens in ſua prædicatione: *Euntes ibant mittentes ſemina ſua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos:* Quid eſt, quòd lachrymæ fletus, ærumnæ ſemina dicit. Nam lachrymæ ab oculis cadunt, & veluti pereunt; Quid ergo habent cum ſemine, quod multiplicatum fructum producit? Semen etſi parvum, ac munitiſſimum ſit, ſuum profert fructum; ſic & minima lachryma, minimuſque labor ſuum producit manipulum, ac coronam: Ad quod reſpiciens D. Proſp. ait: *Tempus flendi, tempus ſeminandi, quia opera charitatis, quæ relevandis hominum miſeriis adhibentur, æternorum meſſem pariunt gaudiorum; de fructu enim bonorum operum pij coronabuntur, agricolæ prout ſeminaverint.* Vide tom. 3. c. 10. q. 9. n. 60. 61. 62. & in aliis in Sillabario, Verb. *Præmium.*

D. Proſpert. *Minutus labor meſſem producit.*

## QUÆSTIO VIII.

*Quare per patientiam, ait Chriſtus D. Quod anima poſſidetur, ac acquiritur?*

32. Syr. Perſ. Arab. AIt Chriſtus D. in præſenti: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras:* Syriacus. *Per patientiam veſtram poſſidebitis:* Arabicus: *Cum patientia veſtra;* Perſicus: *Cum patientia & tolerantia comparate animam veſtram:* Ex quo fit manifeſtum, quòd cùm Chriſtus ait. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras:* id eſt, ſalvabitis, ſalutem obtinebitis. Nam *poſſidere:* Phraſis Hebræa, ſæpe ſignificat comparare ſibi tanquam poſſeſſionem. Sic Eva Gen. 4. n. 1. ait: *Poſſedi hominem per Deum:* Sic & Petrus de Juda Act. 1. num. 18. *Poſſedit agrum de mercede iniquitatis:* Idem ad Simonem Magum. Act. 8. n. 20. *Exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri:* Poſſidere ergo animam ſuam, eſt animæ ſalutem acquirere, quod in alio loco dicitur animam invenire.

*Poſſidere animam eſt eam lucrari ac ſalvari.*

Gen. 4. Act. 1. Act. 8.

Secundò, Reſpondet D. Greg. Homil. 35. in Evang. ait: *Per patientiam igitur animas noſtras poſſidemus, quia dum nobiſmetipſis dominari dicimus, hoc ipſum incipimus poſſidere, quod ſumus. Idcirco autem poſſeſſio animæ in virtute patientiæ ponitur; quia radix omnium cuſtoſque virtutum, patientia eſt. Patientia verò eſt aliena mala æquanimiter perpeti; contra eum quoque, qui mala irrogat, nullo dolore morderi.* Impatiens animam ſuam videtur non poſſidere, ſed potiùs ipſa caret: Siquidem iræ impetu ſeipſum non valet refrænare, ac continere. At qui patientia nobilitatur, ipſum, quod eſt, ſuumque animum, verè poſſidet; quia ſibi ipſi dominatur: Magnum lucrum, & valde utile eſt ſeipſum poſſidere, & Dominum ſui exiſtere: Nam poſſeſſio dominium præſtat poſſidenti, quod dominium & poſſeſſionem ſui ipſius maximè præſtat patientia: quod ad præfata verba bene ponderat Caiet. & ait: *Eximium documentum poſſidendi non agros, non opes, non regna; ſed quod majus eſt omnibus, proprium animum virtute patientiæ.* Ergo patientia dat magnam & amplam poſſeſſionem ſui ipſius.

33. D. Greg.

*Per patientiam eſt homo ſui poſſeſſor, ac Dominus.*

Caietan.

34. Dum meus JESUS accuſaretur à principibus Sacerdotum, ac ſenioribus nihil reſpondit. *Tunc dixit illi Pilatus: non audis quanta adversùm te dicunt teſtimonia? & non reſpondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Præſes vehementer:* Matth. 27. num. 13. & 14. Non admiratur Pilatus dum audit Chriſti miracula, dumque videt, & ſentit tot mirabilia in ejus morte: cùm ſol ſit obſcuratus, terra tremore concuſſa, ac petræ ſciſſæ ſint: Tamen modo admiratur, dum videt quanta gravitate, generoſitate, conſtanti, & imperturbato animo Chriſtus tanquam ſui Dominus eſſet inter accuſatores ad judiciale tribunal. Ac ſi Chriſti majeſtatem, ac celſitudinem magis manifeſtet ipſa muta patientia, quàm quodcumque aliud mirabile, & miraculoſum prodigium. Origen. tr. 35. in Matth. ſic ait: *Miratus eſt autem præſes conſtantiam ejus, forſitan ſciens, quod idoneus eſſet pronuntiare crimen, & tamen videbat eum in tranquilla, & quieta ſapientia, & gravitate non turbabili ſtare: ſed & vehementer miratur: Dignum enim ei videbatur magno miraculo, ut exhibitus Chriſtus ad criminale judicium imperturbabilis ſtaret ante mortem, quæ apud omnes homines terribilis æſtimatur* Expende: *Magno miraculo imperturbabilis ſtaret.*

Matth. 27

*Generoſa patientia in Chriſti muta admirabilis.*

Orig.

35. Job auditis nuntiorum verbis, quod boves, oves, cameli cum ſuis paſtoribus perierant, & ſimul quod filii ejus, corruente domo erant occiſi: *Tunc ſurrexit Job, & ſcidit veſtimenta ſua.* Job. 1. n. 20. Cur tot, tantiſque malis oppreſſus non cecidit, ſicut & Heli audita filiorum morte cecidit? 1. Reg. 4. n. 18. At Job tot multiplicatis infauſtis nuntiis non concidit, ſed ſurrexit ut fortis, ac conſtans animo, nullâ tempeſtatum procellâ confractus, ſed ut firma turris inter furentes, ac tumeſcentes undas, eas contundens, ac confringens: Sic tantâ patientiâ erat Job; communitus corroboratus. D. Baſil. in Catena Græca ait. *Priori nuntio calamitatem narrante, poſterior interveniebat, qui acerbarum rerum ægritudinem, mœroremque afferebat: Calamitas è Calamitate erat apta: atque ærumnæ undarum curſionem imitabantur, nec dum prior lachrima deſereret, cum recentis cauſa afferebatur: Juſtus*

Job. 1.

1. Reg. 4. *Omnis calamitatum durities, firma patientia.*

D. Baſil.



*Juſtus autem quaſi ſcopulus conſiſtebat; ac vim tempeſtatis excipiens, fluctuum violentam incurſionem redigebat in ſpumam.* Videbis denſiſſimarum undarum molem ad ſcopulos impingentem, in quorum firmitate confracta tota illa moles in ſpumas abit. Sic tota illa furibunda calamitatum procella, marmoreum juſti pectus invenit, ita ut citò evaneſcat, & tanquam in ſpumas redigatur.

36. Iſai. 2. Ait Iſaias 2. n. 4. primævos Chriſtianos, ac ſanctos juſtos deſignans: *conflabunt gladios ſuos in vomeres, lanceas ſuas in falces:* Ipſi mittebantur tanquam oves ad occiſionem, & ubique verſabantur nudi, afflicti, anguſtiati in ſolitudinibus errantes, ita oppreſſi, ac ſi vivere eis non liceret? ad quid ergo falces, & vomeres, quæ ſunt inſtrumenta ad ſeminandum, & metendum? Quia ipſa ſua patientia in tantis afflictionibus, injuriis, ac cruciatibus ſerviebat ad ſeminandum ingentem juſtitiæ, fructum, ut colligerent ampliſſimos beatitudinis, ac gloriæ coronatos manipulos. D. Iren. lib. 4. c. 67. & ait: *Gladios, & lanceas bellatorias in aratra fabricaverunt ipſi & in falces, quas donavit ad metendum frumentum, & jam neſciunt pugnare, ſed percuſſi alteram præbent maxillam.*

*Patientia fœcundiſſimæ meſſis.*

D. Iren.

# CAPUT XXII.

1. APPROPINQUABAT autem dies feſtus Azymorum, qui dicitur
Paſcha: 2. & quærebant Principes Sacerdotum, & Scribæ, quomodo
Jeſum interficerent: timebant verò plebem. 3. Intravit autem Satanas in Ju-
dam, qui cognominabatur Iſcariotes unus de duodecim: 4. & abiit: & locu-
tus eſt cum Principibus Sacerdotum, & magiſtratibus, quemadmodum il-
lum traderet eis. 5. Et gaviſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare. 6. Et
ſpopondit. ut quærebat opportunitatem ut traderet illum ſine turbis. 7. Venit
autem dies Azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha. 8. Et miſit Petrum
& Joannem, dicens euntes parate nobis Paſcha ut manducemus. 9. At illi di-
xerunt, Ubi vis paremus; 10. Et dixit ad eos, ecce introeuntibus vobis in
civitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, ſequimini eum
in domum in quam intrat. 11. Et dicetis patrifamilias domus, dicit tibi Magiſter,
Ubi eſt diverſorium ubi Paſcha cum diſcipulis meis manducem? 12. Et ipſe oſten-
det vobis cœnaculum magnum ſtratum: & ibi parate. 13. Euntes autem invene-
runt ſicut dixit illis, & paraverunt Paſcha. 14. Et cùm facta eſſet hora diſcubuit &
duodecim Apoſtoli cum eo. 15. Et ait illis, Deſiderio deſideravi hoc Paſcha man-
ducare vobiſcum, antequam patiar. 16. Dico enim vobis, quia ex hoc non mandu-
cabo illud, donec impleatur in regno Dei. 17. Et accepto calice gratias egit & dixit;
accipite, & dividite inter vos. 18. Dico enim vobis quod non bibam de generatione
vitis, donec regnum Dei veniat. 19. Et accepto pane, gratias egit, & fregit: & dedit
eis, dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam com-
memorationem. 20. Similiter & calicem, poſtquam cœnavit, dicens: Hic eſt calix
novum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. 21. Veruntamen ecce
manus tradentis me, mecum eſt in menſa. 22. Et quidem filius hominis ſecun-
dùm quod definitum eſt vadit: veruntamen væ homini illi per quem tradetur. 23.
Et ipſi cœperunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. 24. Facta
eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major. 25. Dixit autem
eis, Reges gentium dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos, be-
nefici vocantur. 26. Vos autem non ſic: ſed qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor:
& qui præceſſor eſt ſicut miniſtrator. 27. Nam quis major eſt, qui recumbit, an
qui miniſtrat; nonne qui recumbit, ego autem in medio veſtrûm ſum, ſicut qui
miniſtrat. 28. Vos autem eſtis qui permaniſiſtis mecum in tentationibus meis. 29
Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum. 30. Ut edatis, &
bibatis ſuper menſam meam in regno meo: & ſedeatis ſuper thronos judicantes
duodecim tribus Iſraël. 31. Ait autem Dominus, Simon, Simon, ecce Satanas expe-
tivit vos ut cribraret ſicut triticum. 32. Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fi-
des tua: & tu aliquando converſus, confirma fratres tuos. 23. Qui dixit ei, Do-
mine, tecum paratus ſum & in carcerem, & in mortem ire. 34. Et ille dixit, dico
tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me. 35. Et dixit eis,
quando miſi vos ſine ſacculo & pera, & calceamentis: nunquid aliquid defuit
vobis; 36. At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis, ſed nunc qui habet ſacculum,
tollat, ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat

 gladium

gladium. 37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet
impleri in me. Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea quæ ſunt de me finem
habent 38. At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladii hîc. At ille dixit eis, ſatis
eſt. 39. Et egreſſus ibat, ſecundùm conſuetudinem in montem Olivarum. Secuti
ſunt autem illum & diſcipuli. 40. Et cùm perveniſſent ad locum: dixit illis, Orate,
ne intretis in tentationem. 41. Et ipſe avulſus eſt ab eis quantum jactus eſt lapidis,
& poſitis genibus, orabat. 42. Dicens: Pater, ſi vis transfer calicem iſtum à me.
Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat. 43. Apparuit autem illi Angelus
de cœlo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixiùs orabat. 44. Et factus eſt
ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. 45. Et cùm ſurrexiſſet ab
oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, invenit eos dormientes præ triſtitia. 46.
Et ait illis, quid dormitis: Surgite, orate, ne intretis in tentationem. 47.
Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Judas, unus de duodecim,
antecedebat eos, & appropinquavit Jeſu, ut oſcularetur eum. 48. Jeſus autem dixit
illi, Juda, oſculo filium hominis tradis? 49. Videntes autem hi qui circa ipſum
erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine; ſi percutimus in gladio? 50. &
percuſſit unus ex illis ſervum Principis Sacerdotum & amputavit auriculam ejus
dexteram. 51. Reſpondens autem Jeſus, ait, Sine uſque huc. Et cùm tetigiſſet
auriculam ejus ſanavit eum 52. Dixit autem Jeſus ad eos qui venerant ad ſe, Prin-
cipes Sacerdotum & Magiſtratus, Templi, & Seniores. Quaſi ad latronem
exiſtis, cum gladiis & fuſtibus? 53. cùm quotidie vobiſcum fuerim in templo
non extendiſtis manus in me: ſed hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum. 54.
Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum Principis Sacerdotum.
Petrus autem ſequebatur à longe. 55. Accenſo autem igne in medio atrii, &
circumſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. 56. Quem cùm vidiſſet an-
cilla quædam ſedentem ad lumen: & eum fuiſſet intuita dixit, & hic cum illo erat.
57 At ille negavit eum, dicens: mulier, non novi illum. 58. Et poſt puſillum alius
videns eum, dixit, & tu de illis es. Petrus verò ait: ô homo non ſum. 59. Et interval-
lo facto, quaſi horæ unius, alius quidam affirmabat dicens, Verè hic cum illo
erat Nam & Galilæus eſt. 60. Et ait Petrus, Homo neſcio quid dicis, Et conti-
nuò, adhuc illo loquente, cantavit gallus. 61. Et converſus Dominus reſpexit Pe-
trum. Et recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat, quia priuſquam gal-
lus cantet, ter me negabis. 62. Et egreſſus foras Petrus, flebit amarè. 63. Et viri qui
tenebant illum illudebant ei cædentes. 64 Et velaverunt eum, & percutiebant fa-
ciem ejus: & interrogabant eum, dicentes, prophetiza, quis eſt qui te percuſſit;
65. & alia multa blaſphemantes dicebant in eum. 66. Et ut factus eſt dies, conve-
nerunt Seniores plebis, & Principes Sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in
concilium ſuum dicentes. 67. Si tu es Chriſtus dic nobis. Et ait illis, ſi vobis di-
xero, non credetis mihi. 68. Si autem & interrogavero, non reſpondebitis mihi,
neque dimitteris: 69. Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis
Dei. 70. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? qui ait: Vos dicitis, quia
ego ſum. 71. At illi dixerunt: Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Ipſi enim
audivimus de ore ejus.

## *ARGUMENTUM cum Remiſſionibus,*

*Primò, Verſ.* 1. Deſcribit Evangeliſta Judæ proditionem, ejuſque pactum cum Judæis; de quo egi. tom. 5. lib. 7. c. 3.

*Secundò, Verſ.* 7. Diſponitur cœnaculum præparatum. De quo dixi citato lib. 7. cap. 4.

*Tertiò Verſ.* 14. Narratur ultima Chriſti cœna, in qua inſtituitur Sacra Euchariſtia. Explicavi citato. lib. 7. c. 7.

*Quartò Verſ.* 23. Contentio diſcipulorum de primo, à Chriſto reprehenſa, & eodem l. c. 8.

*Quintò, Verſ.* 31. Prædicitur Petrus negans, de quo dixi eodem lib. cap. to.

*Sextò Verſ.* 9. Deſcribitur Chriſtus orans in horto ad Patrem. De quo tractavi tom. 5. lib. 8. c. 2. & etiam ſup. Matth. 26. Apparet Angelus confortans de quo cit. lib. 8. cap. 2.

*Septimò Verſ.* 48. Refertur Chriſti comprehenſio; de quo diſſerui citato lib. 8 cap. 3. & ſupra. Matth. 26.

*Octavò Verſ.* 55. Proponitur Petrus ne-



gans, quod explicavi eodem lib. 8. cap. 5. & ſupra Matth. 26.

*Nonò Verſ* 63. Deſcribuntur multæ illuſ-ſiones, alapæ, ac blaſphemiæ in meum amantiſſimum Jeſum? de quo tractavi citato lib. 8. cap. 4.

# CAPUT XXIII.

1. ET ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum,
2. Cœperunt autem illum accuſare dicentes: Hunc invenimus
ſubvertentem gentem noſtram & prohibentem tributa dare Cæſa-
ri: & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. 3. Pilatus autem inter-
rogavit eum dicens. Tu es Rex Judæorum. At ille reſpondens, ait,
Tu dicis. 4. Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotum, & turbas: Nihil invenio
cauſæ in hoc homine. 5. At illi invaleſcebant dicentes, Commovet populum, do-
cens per univerſam Judæam, incipiens à Galilæa uſque huc 6. Pilatus autem audiens
Galilæam, interrogavit ſi homo Galilæus eſſet. 7 Et ut cognovit quod de Hero-
dis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolimis erat illis
diebus. 8. Herodes autem viſo Jeſu, gaviſus eſt valde; erat enim cupiens ex
multo tempore videre eum eo quod audierat multa de eo, & ſperabat ſignum ali-
quod videre ab eo fieri. 9. Interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ipſe
nihil illi reſpondebat. 10. Stabant autem Principes Sacerdotum, & Scribæ conſtan-
ter accuſantes eum. 11. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & & illu-
ſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. 12. Et facti ſunt amici Herodes, & Pi
latus in ipſa die: nam antea inimici erant ad invicem. 13. Pilatus autem convoca-
tis Principibus Sacerdotum, & Magiſtratibus, & plebe 24. dixit ad illos, obtuliſtis
mihi hunc hominem quaſi evertententem populum, & ecce ego coram vobis inter-
rogans, nullam cauſam invenio in homine iſto ex his in quibus eum accuſatis.
15. Sed neque Herodes, nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte
actum eſt ei. 16. Emendatum ergo illum dimittam. 17. Neceſſe autem habebat
dimittere eis per diem feſtum, unum. 18. Exclamavit autem ſimul, univerſa
turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. 19. Qui erat propter ſe-
ditionem quandam factam in civitate, & homicidium, miſſus in carcerem. 20.
Iterum autem Pilatus loquutus eſt ad eos, volens dimittere Jeſum. 21. At illi ſuc-
clamabant dicentes, Crucifige, Crucifige eum. 22. Ille autem tertio dixit ad illos.
Quid enim mali fecit iſte? nullam cauſam mortis invenio in eo? corripiam ergo il-
lum, & dimittam. 23. At illi inſtabant vocibus magnis poſtulantes ut crucifigere-
tur, & invaleſcebant voces eorum. 24 Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eo-
rum. 25. Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium & ſeditionem miſſus
fuerat in carcerem, quem petebant: Jeſum verò tradidit voluntati eorum. 26.
Et cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenenſem venientem
de villa; & impoſuerunt illi crucem portare poſt Jeſum. 27. Sequebatur autem
illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant; & lamentabantur eum.
28. Converſus autem ad illas Jeſus, dixit, Filiæ Jeruſalem, nolite flere ſuper me,
ſed ſuper vos ipſas flere, & ſuper filios veſtros. 29. Quoniam ecce, venient dies, in
quibus dicent, Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt; & ubera quæ non la-
ctaverunt. 30. Tunc incipient dicere montibus Cadite ſuper nos: & collibus;
Operite nos. 31 Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt; in arido quid fiet? 32. Du-
cebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interfecerentur. 33. Et poſtquam
venerunt in locum qui vocatur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum; & latrones unum
à dextris, & alterum à ſiniſtris. 34. Jeſus autem dicebat, Pater dimitte illis, non
enim ſciunt quid faciunt. Dividentes verò veſtimenta ejus miſerunt ſortes. 35. Et
ſtabat populus expectans, & deridebant eum Principes cum eis, dicentes; Alios ſal-
vos fecit, ſe ſalvum faciat, ſi hic eſt Chriſtus, Dei electus. 36. Illudebant autem
ei, & milites accedentes, & acetum offerentes ei. 37. Et dicentes; ſi tu es Rex Iu-
dæorum, ſalvum te fac. 38. Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis
Græcis & Latinis, & Hebraicis; Hic eſt Rex Judæorum. 36. Unus autem de his
qui

qui pendebant latronibus, blaſphemabat eum, dicens, ſi tu es Chriſtus, ſalvum fac temetipſum & nos. 40. Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicens Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. 41. Et nos quidem juſtè: nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſſit 42. Et dicebat ad Jeſum: Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum. 43. Et dixit illi Jeſus. Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo. 44. Erat autem ferè hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt in univerſam terram uſque in horam nonam. 45. Et obſcuratus eſt Sol: & velum Templi ſciſſum eſt medium. 46. Et clamans voce magna Jeſus, ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens, Expiravit. 47. Videns autem Centurio quod factum fuerat glorificavit Deum, dicens: Vere hic homo juſtus erat. 48. Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud & videbant, quæ fiebant percutientes pectora ſua revertebantur. 49. Stabant autem omnes noti ejus à-longè, & mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galilæa hæc videntes 50. Et ecce vir nomine Joſeph, qui erat decurio, vir bonus, & juſtus. 51. Hic non conſenſerat conſilio, & actibus eorum, ab Arimathæa civitate Judææ, qui expectabat & ipſe regnum Dei. 52. Hic acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu: 53. & depoſitum involvit Sindone, & poſuit eum in monumento exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. 54. Et dies erat Paraſceves: & Sabbathum illuceſcebat. 55. ſubſequutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum poſitum erat corpus ejus. 56. Et revertentes paraverunt aromata, & unguenta: & ſabbatho quidem ſiluerunt ſecundùm mandatum.

*ARGUMENTUM*

*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Proponitur accuſatio Judæorum contra Chriſtum cujus explicatio habetur tom. 5. lib. 8. cap. 7.

*Secundò, Verſ.* Aſtat Ieſus coram Herode, De quo citato libro cap. 8.

*Tertiò, Verſ.* 13. Ieſus aſtat ante Pilatum & Barrabas latro dimittitur. Quod habetur citato lib. 8. cap. 9.

*Quartò, Verſ.* 26. Bajulat Ieſus crucem, apprehenditur ſimon, ut poſt eum Crucem portet, & ſimul proponitur mulierum fletus. Explicavi tom. 5. lib. 8. cap. 12.

*Quintò, Verſ.* 33. Crucifigitur Ieſus inter latrones, De quo dixi citato lib. 8. cap. 13. & ſimul pro inimicis orat de quo.

*Sextò, Verſ.* 36. Apparet Titulus in cruce, & blaſphemiæ in ore Iudæorum. Hoc exponitur, citato libro. c. 14.

*Septimo, Verſ.* 39. Deſcribitur converſio ſancti Latronis. De quo multa dixi citato libro 8. cap. 16. & hic dicam aliqua.

*Octavo, Verſ.* 44. Proponitur ſacratiſſima Chriſti mors, prodigia facta in ſignum, ejus divinitatis. De quo ibidem, cap. 18.

*Nono, Verſ.* 50. Deſcribitur Chriſti ſepultura. De qua egi ibidem cap. 21.

---

## Bonus Latro.

### QUÆSTIO I.

*Quare Sanctus Latro videns Chriſtum Crucifixum, eum ut verum Deum fatetur?*

Unus ex Latronibus pendentibus in cruce Chriſtum blaſphemabat, dicens: 1.
*Si tu es Chriſtus ſalvum fac temetipſum & nos*, At vero Alter increpabat eum, dicens Textus.
*Neque tu times Deum, & nos quidem juſtè, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali geſſit: & dicebat ad Jeſum: Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum*: De hoc ſancto Latrone multa dixi tom. 5. lib. 8. cap. 16. per decem & novem quæſtiones. Nunc vero doctrinæ gratia aliquid addamus. Et in hac quæſtione inquirimus: Unde homo iſte latrociniis deditus divinitatem, ac regium ſplendorem in Chriſto crucifixo agnovit: ad quæſtionem.

Reſpondet S. Ambroſius ſerm. 45. de ſancto 2.
Latrone, & ait: *Cernat licet ejus hiantia vul-* D. Ambroſ.
*nera ſpectet ipſius ſanguinem profluentem, Deum tamen credidit, quem reum neſcit*: Tam ſublimis cognitionis ipſe rationem indicat: *Hic* *Eximia puritas divinitatis index.*
*verò nihil mali geſſit*: Ubi verò agnovit ejus eximiam peccati munditiam omni inquinamento liberam, & abſolutam, inde merito ejus divinum regnum, ac ſupremam poteſtatem credidit: *Deum tamen credidit, quia reum neſcit*: ſumma puritas, ac innocentia Divinitatis index.



3. Baptizato Chriſto ſcribit D. Marcus cap. 1.
Matth. 1. num 12. *Et ſtatim aſcendens de aqua vidit cælos apertos, & Spiritum Sanctum tanquam Columbam deſcendentem, & manentem in ipſo*: & cur Spiritus Sanctus deſcendit, & manet in Chriſto tanquam columba; cur non potius tanquam Aquila ſeu Pelicanus, ſeu alia nobilis avis; cur magis tanquam Columba: Quid habet columba ad tantum myſterium: Columba, ut ſatis notum eſt, temporibus Noë ceſſante diluvio emiſſa ab arca, & cum omnia eſſent plena,
Geneſ. 8. luto, ſpurcitia, ac immunditia, & non inve-
*Chriſtus D. puriſſimum Divinitatis habitaculum.* niſſet *ubi requieſceret pes ejus*: Geneſ. 8. num. 9. non ibi manſit, ſed ad arcam reverſa eſt: modo autem dimiſſa columba in terrenam Chriſti naturam, ibi deſcendit, & quieſcit; nam ſi olim fugerat à terrena ſpurcitia, ac immunditia, hic modo in Chriſto manet, ac quieſcet ob ſummam ejus puritatem, ac munditiam. No-
D. Cyrill. ſter D. Cyrillus Alexand. lib. de Unigenit. Incarnat. cap. 1 ait: *Unctus eſt igitur exemplo noſtro Dei filius innocentiæ laudibus, in ipſo natura hominis illuſtrata: & digna jam ſortiri Spiritum Sanctum, non deſcenſurum jam ſicut antea, ſed manſurum magis in ipſa, ideoque ſcriptum eſt, quod deſcendit quidem in eum Spiritus Sanctus, manſit autem ſuper ipſum*: Utpote puriſſimum Dei habitaculum.

Ab ipſa doctrina Noſtri D. Cyrilli non rece-
4. damus: Sancitum erat Levit 21. num. 11. de
Levit. 21. Pontifice maximo, *ſuper patre quoque ſuo & matre non contaminetur.* Hoc eſt quod ita ſit purus, ac mundus, ut per ſucceſſionem à parenti-
*Solus JESUS in ſumma puritate, & munditia.* bus nullam recipiat maculam, ac labem peccati: ſed quomodo fieri poteſt, ut homo per traducem humani generis expers ſit à pulvere lutuoſæ viæ, cum nullus ſit purus in hac vita, neque puer unicus diei, & etiam in ipſo Levitico conſtituitur, ut puer ad ſui purificationem quadraginta dierum ſpatio indiget; ſicque circoncìſio inſtituta fuit ut macula peccati abſtergeretur? quis ergo erit homo, qui de pulvere peccati non habeat inquinamentum, nec cuntagium; nunquid lex impoſſibile ordinabat, ac præcipiebat; At lex non attendebat hominem purum, ſed verum, & ſupremum Pontificem Chriſtum Jesum verum Deum cujus eſt proprium ab omni peccati ſpurcitie eſſe alienum, cum ſumma puritas ſit intrinſeca,
D. Cyrillus. & connaturalis ſoli ipſi Noſter D. Cyril. Alexandr. lib. 12 in Levitic. ſic ait: *Omnis qui ingreditur in hunc mundum in quadam contaminatione effici dicitur; propter quod ſcriptura dicit: nemo mundus à ſorde, nec ſi unius diei fuerit viri ejus . . . Omnis ergo homo in patre, & matre pollutus eſt. Solus enim* Jesus-Christus *Dominus meus in hanc generationem mundi ingreſſus in matre non eſt pollutus. Ingreſſus eſt enim corpus incontaminatum, ipſe enim erat, qui dixerat: Magis autem cùm eſſem bonus veni ad corpus incoinquinatum*, Solus enim Jesus peccati pulvere non eſt coinquinatus, à Patre Deo eſt eſſentialiter ſummè bonus, à matre etiam ſummè purus cum ejus corpus fuerit incontaminatum, ac immaculatum.

---

### QUÆSTIO II.

*Quare Sanctus Latro commotus eſt ad tam illuſtrem petitionem?*

Videbat Sanctus Latro Chriſtum crucifi-
xum, tamen ibi, ut verum Deum, ac 5. Textus.
Dominum confitetur: *Memento mei cum veneris in regnum tuum*: Unde ergo ad tam illuſtrem petitionem commotus, ac excitatus eſt? Ratio à priori, Divina gratia eum excitante, ac illuminante? & quo ad rationes morales, quas quærimus, multas dedi citato cap. 16. Nunc verò pro majori doctrinæ gratia adde.

Reſpondeo primò. Antequam latro pro- 6.
rumperet in tam admirabilem confeſſionem, conſidera, quæ ipſe dixit ad conſocium, n. 41.
*Nos quidem juſtè, nam digna factis recipimus*: *Patientia, ac conformitate mitigantur cruciatus.*
In quo cognoſcit ſe juſtè, ac debitè. & convenienti ratione cruciari propter delicta ſua, quæ talia promerebantur; ſeque æquanimiter legi, ac judiciali ſententiæ ſubjiciebat. Patientia cruciatus, ac calamitas lenitur, ac miteſcit? & conformitate adverſitas ſuaviter, ac facilè ſuſti-
netur, & ad magna diſponitur. Euſeb. Emiſſe- Euſebius.
nus homil. de Beato Latrone expendens citata verba; *Nos quidem*, &c. ſic ait: *Glorioſa voce præſentes temperat, cruciatus*: Cruciatus de voluntatis conformitate temperantur, & de patientia ſapiuntur; & ideo ſi ſocius volebat abſolvi, *Salva temetipſum & nos*: iſte non recuſabat tormenta amplecti ſibi debita.

Secundò, audenter Latro poſtulat Paradi- 7.
ſo: *Memento, &c.* Cùm tamen Deus ad cuſtodiendam viam ipſius paradiſi conſtituiſſet unum Cherubim obarmatum, poſt ab illo fructum Adamum: *Collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium; atque verſatilem ad cuſtodiendam viam*: Geneſ. Geneſ. 3.
3 num. 20. Cherubim nobiliſſimus ſpiritus aſtat ad januam, & Latro intromittendus eſt ad ipſam interiorem paradiſi amænitatem; An Cherubim ſtat tanquam deforis armatus ne quis ingrediatur? & latro ad medium, ac ad illius ſupremam jucunditatem penetrat: Unde illi tanta ſublimitas, ac celſitudo? Aſſumpſit Latro pœnitentiæ alas, illiſque ſuper Cherubim volavit, eumque trangreſſus eſt. Rever-
titur Prodigus ad Patrem pœnitentia compunctus, lachrymis profuſis clamat ad illum: *Pater peccavi in cælum, & coram te* à Patre benignè excipitur, qui ſtatim ſervis ſuis imperat: *Pœnitentia nos elevat ſuper Angelos.*
*Cito proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus, & calceamenta*
*in pedes ejus*: Luc. 15. n. 22. Theophylactus in Luc. 15.
Catena D. Thomæ ait: *Per ſervos; Angelos in-* Theoph.
*telligas adminiſtratorios ſpiritus.* Angeli nobiliſſimi, ac præclariſſimi ſpiritus, ut pote, qui aſtant ante Dominum in miniſterium miſſi etiam ipſi prodigo, qui luxurioſè vivens in tot, ac tantis peccatis ſe ingurgitaverat, debent, ut ſervi adminiſtrare, veſtes, ac calceamenta ad pedes. Quis eum ſic elevavit ac ſublimavit ut ipſos puriſſimos ſpiritus tranſcenderet, ut ei tanquam miniſtri in obſequium ſervirent? Pœnitentiæ humilitas, ac dilectio ſuper excelſos

ſpiritus

*Tertull.* ſpiritus elevat. Tertul. lib. de Pœnitentia. c. 8. *Pater peccavi coram te*, ſubdit: *Tantum elevat confeſſio delictorum.*

8\. Tertiò, Unde ſanctus Latro in latrociniis, ac criminibus enutritus tam generoſos ſpiritus bibit, ut ad Dominum convertatur de peccatis ſuis dolens, veniam quærens, ac remedium poſtulans. D. Chryſoſt. ſerm. 61: ait: *Tunc rapuit paradiſum, quando ob latrocinii ſui pœnas eſt appenſus, ut ſolveret*: Ob delicta, & crimina crucis pœna eſt, ei impoſita, & ſtatim Divina miſericordia effulſit, ut ei occulos aperiret, ac ad viam ſalutis produceret.

*D. Chryſol. Labores & calamitates, nos ducunt ad ſalutem.*

9\. *Mich. 4.* Loquens Propheta Michæas de miſera captivitate Iſraëlis in Babylonia, ubi omni moleſtia, ærumna, ac vexatione affligebantur, ait cap. 4. num. 9. *Nunc quare mœrore contraheris? Nunquia Rex non eſt tibi, aut conſilium tuum periit, quia comprehendit te dolor, ſicut parturientium.* Quid eſt quod illa procelloſa laborum tempeſtas non cum doloribus mortis confertur: ac dicebat olim David: *circumdederunt me dolores mortis*: ſed cum doloribus parturientis? Dolores partus & ſi vehementiſſimi ſint, tamen deſinunt per infantis nativitatem, ex qua magnum levamen, ac ingens gaudium deſumitur; ſic labores, ac afflictiones, maximè qui ex manu Dei veniunt frequenter magnum gratiæ, ac ſalutis fructum parturiunt, ex quo ingenti gaudio, ac lætitia exultat, ac jucundatur homo Noſter D. Cyrillus Alexand. ad citatum locum Prophetæ, ait: *O bona filia patiens eſto ad dolores, dura ad moleſtias, appropinquas ad partum: hoc eſt, non longe abieris ab iis, quæ expetuntur, ſed veluti mulier partui vicina, jam edulabis præ doloribus; ſed non te penitus conſolatione deſtitutam relinqueris.* Expende illud: *Appropinquas ad partum: ſed non te deſtitutam conſolatione relinqueris.*

*Dolores & labores pariunt æternam ſalutem.*

*D Cyrill. Alexand.*

10\. *Pſal. 21. Caietan. Chaldaic.* Ait Regius Vates Pſalm. 21. n. 16. *Aruit tanquam teſta virtus mea.* Caietanus, Aruit *vis mea.* Caldaïcus, *Humor meus.* Quænam combinatio datur in lutea teſta cum Davide Rege ſedente in regali ſolio; multum per omnem modum; nam Vas luteum, ac fictile, antequam ad ignem veniat, facile diſſolvitur, ac à ſua forma cadit; at in fornace ignis ab humore exſiccatur, & maximè dureſc t, ac ſolidatur; ſic David de ſe ait, quod poſitus in camino ardenti perſecutionum, ac laborum purificatus ac defæcatus eſt ab omni humore humanæ ſpurcitiæ, affectuum, & obduratus, ac obfirmatus contra dæmonum tentationes: & gratia, ac juſtitia corroboratus, ac ſolidatus. D. Gregor. homil. 22. in Evangel. ait. *Quid namque eſt teſta ante ignem, niſi molle lutum? ſed ei ex igne agitur, ut ſolidetur; Virtus ergo humanitatis ejus velut teſta exaruit: quia ab igne paſſionis ad virtutem incorruptionis crevit.*

*D. Gregor.*

## QUÆSTIO III.

### *Quare latroni petenti regnum Chriſtus promittit paradiſum ſimul cum ſua ſocietate.*

11\. PEndebant duo latrones ſimul cum Chriſto in cruce, & uterque ſuam petitionem Chriſto exponit; nam malus latro primo ſemper iniquus eſt maximè ſceleratus, & primus intentans dicebat ad Chriſtum: *Salva temetipſum, & nos*; Secundo & bonus latro ſubmiſſè, ac humiliter ſui memoriam poſtulaverat: *Memento mei cùm veneris in regnum tuum*: Primam petitionem negat Chriſtus; ſecundæ verò annuit; & utrumque ex ſumma pietate, ac miſericordia factum eſt; nam ille petebat vitam, ut eam latrociniis impenderet, pietatis ergo fuit petita denegare, ne in majoribus peccatis implicaretur, & inde in majorem pœnam demergeretur; Noſter autem latro petebat ſui memoriam ut per gratiam viveret, ac Chriſto D. intimo affectu uniretur; ergo ſicut ſingulare eſt beneficium donum ſpirituale gratiæ profuturum concedere, ſic etiam magnum eſt beneficium donum temporale nocivum, ac detrimentoſum ſpiritui denegare, in utroque ſemper viſitur Divinus affectus ad majus bonum noſtrum.

*Sicut Divinæ pietatis eſt dona concedere, ſic & aliquando denegare.*

12\. Quæſtio tamen præſens eſt: Quare cùm latro poſtulet regnum: *Memento mei Domine, cùm veneris in regnum tuum*: Chriſtus reſpondet: *Hodie mecum eris in paradiſo*: ille affectabat Chriſti regnum videre, Dominus eum vocat ad paradiſum. At quod rectè reſpondet D. Ambroſ. Epiſtol. 19. ad Horontium, & ait: *Chriſtus non de regno reſpondit, ſed ad cauſam: Hodie mecum eris in paradiſo, id eſt reformandum eſt autem, quod amiſſum eſt, & poſtea conferendum id, quod augendum eſt, ut per paradiſum ad regnum perveniatur.* Ille poſtulat regnum Chriſtus ei objicit paradiſum, ut in memoriam revocet mala, & peccata, quæ ex paradiſo in Adamo exorta ſunt, ut de illis dolens, ac pœnitentiam agens ad regnum cœleſte aſſumatur? non enim præcipitur initium bonorum, niſi extirpetur, ac deſtruatur malorum principium ac radix.

*D. Ambr. Ut ad ſalutem deveniatur principium malorum deſtruendum.*

13\. *Numer. 21* Ob grandia, ac prævia peccata, ut ſcribitur Numer. 21. num 7. *Miſit Dominus in populum ſerpentes ignitos, ad quorum plagas, & mortes plurimorum venerunt ad Moyſen, atque dixerunt: Peccavimus, quia locuti ſumus contra Dominum, & te: ora, ut tollat à nobis ſerpentes. Oravit Moyſes pro populo, & locutus eſt Dominus ad eum: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: & qui percuſſus aſpexerit eum, vivet.* Ecce Iſraëlitarum plaga è ſerpentibus ignitis; ecce remedium, & levamen à ſerpente æneo; & cur à ſerpente producitur calamitas, ab ipſoque provenit remedium; Serpens ignitus mordens populum indicabat ſerpentem antiquum mortiferum, qui primos parentes perdidit; à quo omnia mala in genus humanum ſunt introducta? At ſerpens in ligno denotabat, quod origo, ac cauſa malorum ſit ſuſpendenda ac crucifigenda ænea fortitudine, ac conſtantia, ut ſalus, & vita habeatur D. Ephrem. ſerm. de Pœniten. ait: *Ob quam cauſam ſubſtracti ſunt ſerpentibus? ut diſcant draconem, qui Adamo mortem conciliarat, etiam ipſis mortem intuliſſe. Propterea, & in ligno ſerpentem ſuſpendit, ut qui in eum aciem oculorum intenderent: ſalvarentur, non per ſerpentem, ſed propter pœnitentem.*

*Deſtructo principio malorum ſalus eſt in janua.*

*D. Ephrem.*

14\. Cùm Abſalom rebellaret contra Patrem ſuum Davidem, ita ut regnum vellet occupare; ventum eſt ad arma, præcepit tamen David ſuis militibus: *Servate mihi puerum Abſa-*





*lon*: 1. Reg. 18. n. 5. & cum David ejus mortem accepiſſet longo fletu eam eſt proſequutus. Forſitan David affectabat, quòd Abſolon vinceret? aut ſi ipſe eſſet victor gauderet? minimè. Mandat, ut Abſalon ſervetur ut devictus, ac à Patre detentus ad meliorem frugem veniret; nam cauſa, ac origo tot prævaricationum, ac malorum Abſalonis erat illius arrogantia, ac ſuperbia: huic malo David, ut bonus Pater voluit ſubvenire, ut ſuperbia depoſita devictus, ac humilitatus vivat, ut tanto morbo ſanaro ad ſalutem veniret. D. Auguſtin. lib. 22. contra Fauſtum, cap. 66. ait: *David juvenem filium parricidali furore præcipitem, qui & paternum cubile ſtupris nefariis maculaverat & contra Patrem ſceleſtum bellum gerebat, & vellet conſervatum, & fleret occiſum, animæ ſcilicet, tantis criminibus involutæ ſempiternas prævidens pœnas, quibus evadendis eum per pœnitentiam corrigendum vivere cupiebat humiliatum.* Expende & nota illud: *Eum per pœnitentiam corrigendum vivere cupiebat humilitatum.*

*Malorum origo amputanda.*

*D. Auguſt.*

## QUÆSTIO IV.

### *Quare tam citò, ac indilatè Chriſtus D. Latronis petitioni annuit?*

15\. STabat meus Jesus in Cruce pendens: ab eo ſui memoriam poſtulat latro: *Memento mei Domine*, largè beneficentiam Dominus concedit: *Hodie mecum eris in paradiſo*, pre quo audiendus eſt D. Leo ſerm. 2. de Paſſione. *Excedit humanam conditionem iſta promiſſio, nec tam de ligno crucis, quàm de throno editur poteſtatis; Ab illa altitudine præmium fidei datur in qua chirographum humanæ tranſgreſſionis aboletur.* Promiſſio hæc: *hodie mecum eris in Paradiſo*; non eſt tanquam ab homine pendente in patibulo; ſed potius in majeſtatis ſolio regnante; ſuprema majeſtas inter ſuprema ſuplicia, & infima abjectione ibi dat ſui ſplendorem, ac radios, cujus index eſt ipſa beneficentia. Ait Pater Æternus ad filium Jesum in forma ſervi per Iſaiam 49. num. 6. *& dixit: Patrum eſt, ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob, & fæces Iſraël convertendas, dedi te in lucem gentium*: Septuaginta legunt: *Et dixit: Magnum eſt tibi, ut voceris puer meus*, Propter nos ad ſervi & pueri formam redactus eſt & tamen in tanta abjectione, & humilitate ſuæ celſitudinis ſpeciem dat, ut fæces, ac minimos Iſraël ducat in ſalutem, & cunctis gentibus dat ſui lucem, ac ſplendorem. D. Auguſtin. in Præfat. Pſalm. 35. ſic ait: *Magnum tibi eſt, inquit, vocari puerum meum, ut ſtatuas tribus Jacob. Servat ubique ſuæ vocabula dignitatis; Magnus Deus, & magnus puer; neque in carne magnitudinis ſuæ nomen amittit.*

*D. Leo.*

*Vera magnificentia in omni abjectione manifeſtatur.*

*Iſai. 49.*

*D. Aug.*

16\. Præſens quæſtio eſt, quare tam citò, ac celeriter Chriſtus petitioni Latronis reſpondit? Conſidera textum, & rationem deprehendes; Malus latro blaſphemabat dicens ad Chriſtum D. *Salva temetipſum & nos*: Bonus increpat: *Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es*: & ſta im converſus ad Jeſum dicebat: *Domine memento mei*: Tunc ill Chriſtus: *Hodie mecum eris in paradiſo*: Ecce radix & cauſa, cur latro tam ſubitò, ac citò Dei ſpiritu impletur, ac tam eximie paradiſo donatur; ut notat Origen. homil. 35. in Matt. *Reſpondens Jeſus dixit ad eum, qui increpaverat blaſphemantem: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo*: Aperitur, ac manifeſtatur cauſa unde tot bona cœleſtia latroni collata ſint; nimirum: *Qui increpaverat blaſphemantem*: Maximè replendet Dei virtus ab increpatione, ac redargutione impiorum. Cùm Chriſtus D. latrones in domo Dei rapinas exercentes increparet, ac ab ee ejiceret: *Iudæi dixerunt ei: quod ſignum oſtendis, quia hac facit*, Joan. 2. num. 18. & quod majus ſignum inhabitantis Divinitatis, quàm quod latrones; & ſacrilegos increparet, ac argueret. D. Chryſoſt. homil. 1 in cap. 2. Joan. expendens verba: *Quod ſignum oſtendis nobis: quia hæc hæc facis.. O ſummam dementiam, quoniam ſigno opus erat, cùm malefacta corriperet, & Dei domus tanta purgaret ignominia. Zelus ille pro domus Dei honore maximum fuit virtutis ſignum, quod boni adverterunt.*

*Origen.*

*A Dei Spiritu venit corrigere, ac increpare impios.*

*Ioan. 2.*

*D. Chryſoſ.*

17\. Secundò, compone modò. Adeſt Jeſus in nuptiis Canâ Galilææ, cum ſua matre Sanctiſſima, & cùm vinum deficeret, ait Mater ad Jeſum: *Vinum non habent*; Cui ipſe reſpondet: *Nondum venit hora mea.* Joan. 2. num 4. Moram temporis interponens, miraculum differt; At modo cùm latro poſtulat, ſtatim ejus votis correſpondit: *Hodie mecum eris*: ecce quod in præſenti poſtulatur: *Vinum non habent*: in aliud tempus transfert: *Nondum venit hora mea*: & quod latro in futurum poſtulat: *Memento mei cùm veneris*: tanquam de præſenti ſubvenit: *Hodie mecum eris.* Quænam hujus diſcriminis ratio? ad magnam crucis commendationem, ac ſi poſtulata par matrem citiſſimè per crucem quodammodo impetrentur; ſed verſus dicam Chriſti dolor, alieno dolori acceleravit remedium; & ſi in ſplendida menſa auxilia bene paſtis differet: non ſic verò crucis angores patienti; ut ſcias quod propriis cruciatibus pietas nutritur, miſericordia commovetur, & clementia ad citiſſimam medelam provocatur. Favet Chryſoſt. apud D. Thomam, dum ait: *Attende celeritatem à cruce in cœlos, à condemnatione in paradiſum, ut noveris non ad benevolentiam illius: ſed ad clementiam Dominum totum feciſſe*: Cùm ſimul eſſet in cruce cum illo.

*Joan. 2.*

*Per crucem poſtulata facile obtinentur.*

*Cruciatibus vexatus facilis ut aliis miſereatur.*

*D. Chryſ.*

18\. Poſtquam Paulus dixit, quod Chriſtus D. Summus Pontifex penetravit cœlos, ſubdit: *Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit condolere infirmitatibus noſtris tentatum autem per omnia* Hebræor 4. num. 15. Vide conſequentiam Apoſtoli. Chriſtus cœlos penetravit, ibi glorioſè regnat: tamen ibi erit condolens, & compatiens noſtris infirmitatibus: quia, ut explicant D. Chryſoſtom. & D. Ambroſ. tentatus eſt per omnes dolores, & cruciatus: Gloſſa Ordinaria ait: *teneamus, & tenere debemus, quia cum ſit potens, eſt etiam miſericors noſtram, utpote, expertus infirmitatem*: At verò homines ſi ad regnum, & poteſtatem elevantur ſtatim miſerorum obliviſcuntur Quod bene noverat Princeps Jonathas cùm intelligeret Davidem regnaturum, ſic ad eum loquitur. *Sit Dominus*

*Hebr 4.*

*D Chryſ. D. Ambr. Gloſſ. Ord.*

*Humana felicitas miſerorum oblivionem generat.*

1. Reg. 21. *tecum, ſicut fuit cum Patre meo: & ſi vixero, facies mihi miſericordiam Domini*: 1. Reg. 21. n. 14. Cur non poſtulat à Davide miſericordiam ſuam; ſed tantùm Dei, cùm David eſſet valde miſericors in alios, ut patet in tot, ac tantis Saülis perſecutionibus ſuſtinendis, quem cum poterat in ſpelunca occidere, noluit, ſed abſtinuit appendebat Jonathas rem more hominum communi: Nam David multis tribulationibus vexatus, patiens, & benignus erat; At verò ad regnum elevatus facile erat, ut miſerorum oblivisceretur: & inde Aulicus Princeps, non illius miſericordiam, ſed Domini flagitat: & ideo noſter latro pendens in cruce à Chriſto poſtulat ſui memoriam in regno ejus, quia non noverat eum regem mundialem, ſed alterius, & ſuperioris conditionis. Euthymius in præſenti ait: Dicebat bonus latro, *Memento mei Domine cùm veneris in regnum tuum, quod ſupra mundanum eſt: nam veriſimile eſt eum quoque audiſſe de ſermone, quem ad Pilatum dixerat, regnum meum non eſt de hoc mundo.* Ex eo quod noverat Chriſti regnum non eſſe de hoc mundo, audet ſperare ab illo ſui patientis memoriam in regnó ſuo.

*Latro agneſcebat Chriſti regnum non eſſe mundiale, & inde ſui memoriam poſtulat.*

Euthym.

191 Tertiò, D. Ambroſ. apud Catenam D. Thom. ait: *Citò ignoſcit Dominus, quia citò ille convertitur, & uberior eſt gratia, quàm precatio: ſemper enim Dominus plura tribuit, quàm rogatur: ille rogabat, ut memor ſui eſſet, de Domino ſequitur, & dixit illi Jeſus: Amen, amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiſo*; Expende illud. *Uberior eſt gratia, quàm precatio*: Latro ſuorum criminum conſcius, timida confidentia tantum ſui memoriam poſtulat: *Memento mei*: At Dominus regali titulo correſpondens, ait, *Hodie mecum eris in paradiſo*: Beneficentia votis petentis ſuperat, & maturavit beneficium, & ſuper deſiderium latronis, quod ille animo non conceperat, regnum exoptatum largitur, ne ſupervacaneus regius titulus in cruce affixus videretur; inde *melior eſt gratia, quàm precatio.*

D. Ambroſ.

*Divina beneficentia petentium vota excidit.*

Ingreditur Zacharias in templum, ut poneret incenſum coram Domino ac pro communi populi bono, conſcius ſuæ propriæ ſenectutis, ac ſterilitatis futura proles non veniebat ei in mentem. Apparet ei Angelus Domini, & ait: *Ecce oratio tua audita eſt, & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem, & erit gaudium tibi, & multi in nativitate ejus, gaudebunt: Erit magnus coram Domino, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ*: Luc. 1. num. 13. & 14. Quid hoc magnificentius, ac ſplendidius? Zacharia ſolùm poſtulabat ſalutem populorum; & non ſolùm in hoc exauditur ejus oratio, & poſtulatum conceditur, ſed & multa alia adeo ſublimia, quæ in mentem hominis non poterant venire, quod non ſolùm ſuper ſenilem ætatem haberet filiũ, & tam præclarum, & excelſum, quòd eſſet magnus coram Domino, in cujus conſpectu omnes gentes quaſi nihilum ſunt, & quod præter legem filiorum Adæ eſſet repletus gratia ex utero matris ſuæ; ecce quàm largè divina beneficia non ſolùm excedunt petentis votum, ac petitionem, ſed etiam cogitatum. D. Ambroſius ibi: *Plena ſemper & redundantia ſunt divina beneficia non exiguo conſtricta numero; ſed uberi bonorum coacervata congeſtu, ut hic primo precationis fructus, deinde ſterilis partus uxoris, tum lætitia populorum, & magnitudo virtutis; Altiſſimi quoque Prophetia promittitur.* Vide ſupra Matth. 19. Expoſ. 8. n. 118. 119. 20.

Luc. 1.

*Divina beneficia ſuperant hominum petitiones, ac cogitationes.*

D. Ambroſ.

# CAPUT XXIV.

1. VNA autem Sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes, quæ paraverant aromata. 2. Et invenerunt lapidem revolu-
tum à monumento. 3. Et ingreſſæ, non invenerunt corpus Domini
JESU. 4. Et factum eſt: dum mente conſternatæ eſſent de iſto, ecce
duo Viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti. 5. Cùm timerent autẽ,
& declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis viventem cum mor-
tuis? 6. Non eſt hîc, ſed ſurrexit. Recordamini qualiter loquutus eſt vobis, cùm adhuc
in Galilæa eſſet, 7. dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum
peccatorum, & crucifigi; & die tertia reſurgere. 8. Et recordatæ ſunt verborum
ejus. 9. Et regreſſæ à monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim, & cæ-
teris omnibus. 10. Erat autem Maria Magdelene, & Joanna, & Maria Jacobi, &
cæteræ quæ cum eo erant, quæ dicebant ad Apoſtolos hæc. 11. Et viſa ſunt ante
illos ſicut deliramentum verba iſta, & non crediderunt illis. 12. Petrus autem ſur-
gens cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina ſola poſita, &
abiit ſecum mirans quod factum fuerat. 13. Et ecce duo ex illis ibant ipſo die in
Caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Jeruſalem, nomine Emmaus.
14. Et ipſi loquebantur ad invicem de his omnibus quæ acciderant. 15. Et factum
eſt dum fabularentur, & ſecum quærerent, & ipſe Jeſus appropinquans ibat cum
illis. 16. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoſcerent, 17. Et ait ad illos:
Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad invicem ambulantes, & eſtis triſtes? 18. &
reſpondens unus cui nomen Cleophas, dicit ei. Tu ſolus peregrinus es in Jeruſalem
& non cognoviſti quæ facta ſunt in illa, his diebus? 19. Quibus ille dixit; Quæ? &
dixerunt,



dixerunt, de Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere, & ſermone
coram DEO, & omni populo. 20. Et quomodo eum tradiderunt Summi Sacer-
dotes, & Principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. 21. Nos
autem ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus Iſraël: & nunc ſuper hæc om-
nia, tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt. 22. Sed & mulieres quædam ex
noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, 23 non in-
vento corpore ejus, venerunt dicentes ſe etiam viſionem Angelorum vidiſſe,
qui dicunt eum vivere. 24. Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum &
ita invenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum verò non invenerunt. 25. Et ipſe
dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti ſunt
Prophetæ: 26. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?
27. & incipiens à Moyſe & omnibus prophetis interpretabatur illis in omni-
bus Scripturis quæ de ipſo erant. 28. Et appropinquaverunt Caſtello quò ibant:
& ipſe ſe finxit longiùs ire. 29. Et coëgerunt illum dicentes, mane nobiſcum,
quoniam adveſperaſcit. & inclinata eſt jam dies, & intravit cum illis. 30. Et fa-
ctum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, &
porrigebat illis. 31. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum, & ipſe eva-
nuit ex oculis eorum. 32. Et dixerunt ad invicem, Nonne cor noſtrum ardens
erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? 33. & ſur-
gentes eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem, & invenerunt congregatos unde-
cim, & eos qui cum illis erant, 34. dicentes, quod ſurrexit Dominus verè
& apparuit Simoni. 35. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via, & quomodo cog-
noverunt eum in fractione panis. 36. Dum autem hæc loquuntur, ſtetit Ieſus in
medio eorum, & dixit eis, Pax vobis: ego ſum. Nolite timere. 37. Conturbati
verò, & conterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum videre. 38 Et dixit eis, Quid turbati
eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? 39. Videte manus meas, &
pedes, quia ego ipſe ſum, palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non
habet, ſicut me videtis habere. 40. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus &
pedes. 41. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit:
Habetis hîc aliquid quod manducetur? 42. at illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi,
& favum mellis. 43. Et cùm manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis.
44. Et dixit ad eos, Hæc ſunt verba quæ loquutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem
vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis,
& Prophetis, & Pſalmis de me. 45. Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scri-
pturas, 46 & dixit eis, Quoniam ſic ſcriptum eſt, ſic oportebat Chriſtum pati,
& reſurgere à mortuis tertia die. 47. Et prædicari in nomine ejus pœnitentiam,
& remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ieroſolyma. 48. Vos
autem teſtes eſtis horum 49. Et mitto promiſſum patris mei in vos: vos autem ſe-
dere in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. 50. Eduxit autem eos foras
in Bethaniam, & elevatis manibus ſuis benedixit eis. 51. Et factum eſt dum bene-
diceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cœlum. 52. Et ipſi adorantes regreſſi
ſunt in Jeruſalem cum gaudio magno. 53. Et erant ſemper in templo laudantes,
& benedicentes Deum. Amen.

*ARGVMENTVM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus reſurgens apparet piis fœminis; quod explicavi tom. 5. lib 9. cap. 1. & ſupra Matth. 28.

*Secundò, Verſ.* 13 Apparet duobus diſcipulis euntibus in Emmaus. Eodem libro c. 3. & hîc aliqua dicam.

*Tertiò, Verſ.* 36. Se Chriſtus manifeſtat duodecim Apoſtolis in cœnaculo Jeruſalem. Eodem libro explanavi. c. 4.

*Quartò, Verſ.* 50. Glorioſè Chriſtus aſcendit in cœlum De quo dixi eodem libro cap. 10. & ſupra Marc. 16.

Diſcipuli in Emmaus.

QUÆSTIO I.

*Quare dum cognoſcitur Jeſus à diſcipulis ſtatim evanuit ab oculis eorum.?*

HOc Evangelium latè explicavi tom. 5. lib. 9. c. 3. per decem & octo quæſtiones; modò doctrinæ gratia pondero ultima verba Textus, Quod cùm jam & dies eſſet inclinata 1.

coegerunt eum, ut cum ipſis remaneret: per veſperam, & diem inclinatam, intelligitur ultimus terminus vitæ; quia licèt homo debeat omni tempore adhærere Deo; hoc maximè convenit, & expedit, in ultima vitæ periodo,
Textus. & ait Textus num. 30 *Factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis, & aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum: & ipſe evanuit ab oculis eorũ.*

2. Nota primò, *Porrigebat illis, & cognoverunt eum.* licet Christus D. in via daret flammantia, & altiſſima verba *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via*: Tamen tunc non cognoverunt eum: ſed modo quando panem porrigebat illis; magis oſtenditur celſitudo, ac majeſtas, donis datis, ac operibus, quam verbis prolatis. Plus alliciunt munera conceſſa, quàm ſermones ſapientes; licèt optimè compoſiti. Hinc bonus ille Pater recipiens filium prodigum, nec unum verbum dixit ad illum, ſed ſervis mandat dare illi, *ſtolam, annulum, & calceamenta in pedibus*: Luc. 15. num. 22. ſuam clementiam erga illum declarans non verbis, ſed donis datis.

*Magnitudo magis cognoſcitur donis, quam verbis.*

Luc 15.

3. Secundò, & principaliter quæſtio inquirit id quod textus ait: *Aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum, & ipſe evanuit ex oculis eorum* Non cognoverunt eum dum ambulabant in via, dum cum is converſabatur, ac altiſſimo ſermone ſcripturas aperiebat, ſed quando evanuit, ac ſe abſentavit ab oculis eorum? rationem innuit D. Auguſtinus apud D. Thomam, & ait: *Neque clauſis oculis ambulabant, ſed inerat aliquid, quod non ſinerentur agnoſcere, quod videbant*: Et quodnam erat impedimentum, ut eum non agnoſcerent; id explicat Sanctus Doctor: *Quod videbant*: ac ſi ipſa viſio viſionis eſſet impedimentum; ipſa familiaris in via, ipſaque mutua converſatio, ac amica hoſpitalitas perſonam celabat, majeſtatem occultabat, reverentiam minuebat. Innoteſcit Dominus dum fugit; imo fugit ut innoteſcat; Magni viri, eorumque dotes eximiæ in præſentia non agnoſcuntur; abſentes verò cùm multa reverentia deſiderantur. In via tanquam unus ex reliquis eſt habitus, dum verò ſe ſubducit & abſentatur, ut Dominum, ac magiſtrum venerantur, nam ut rectè ait Tacitus: *Majeſtati enim major eſt è longinquo reverentia*: ita ille. 1. Annalium.

D. Auguſt.

*Abſentiæ ſolicitat majeſtatis reverentiam quam ex tinguit præſentia.*

Tacitus.

4. Cùm Deus mitteret Moyſen legatum ad populum pro agenda ſua libertate, rogat Moyſes de ejus nomine, quo legatio erat proponenda? Ait *Deus ad Moyſen, ego ſum, qui ſum; ſic dices filiis Iſraël, qui eſt, miſit me ad vos*: Exod. 3. num. 14 Caietan. juxta Hebræum ſic locum ſcribit *Ero, qui ero*: Unde ſic exponit Caietanus, & ſubſcribunt Docti in Hebraico idiomate: *Sic dices filiis Iſraël, ero miſit me ad vos... & ne minor ſubornaretur intelligentia divinæ naturæ, miſit me ad vos: dicendo; miſit, ſignificat, quòd ita ero, quod etiam fui.* Alte quidem Caietanus de Hebræorum aditis ſublimem honorificentiam Sanctiſſimi Dei nominis, auguſtiſſimamque ejus Sacroſanctæ eſſentiæ reverentiam elici: *Dicendo, miſit, ſignificat, quòd ita ero, quod etiam fui*: Præteritam durationem cum futura conjungens; præſentem verò videtur ſubjacere, ac ſilentio involvere; cum veriſſimum ſit, quod Deus ubique ſit præſens, ejuſque permanens exiſtentia elogium ſuæ infinitæ exiſtentiæ eſt; ſed quia apud homines, non ſolet tantum æſtimari illud, quod eſt præſens, quàm quod ut abſens proponitur, ideo ſuprema Dei majeſtas in præterito, vel futuro nominatur, ut tanquam de abſentia, ac ſeparatione majorem cultum, ac reverentiam fœneret: *Majeſtati major e longinquo reverentia.* Et ideo proponitur in præterito, ac futuro, & præſens tacetur.

Exod. 3.

Caietan.

*Ex abſentia fœneratur cultus, ac reverentias.*

Poſtquam Chriſtus D. quinque panibus ac duobus piſcibus ſatiavit quinque millia hominum; de turba ſtopefacta, de miraculi magnitudine, & divinitatem in manibus Chriſti agnoſcente, ſic dicitur: *Illi ergo homines cùm vidiſſent, quòd Ieſus fecerat ſignum, dicebant, quia hic eſt propheta, qui venturus eſt in mundum.* Joan. 6. n. 14. D. Chriſoſtom. ibi apud Catenam D. Thomæ, ſeu ingenij acumine rectè ponderat, quòd non videntur hi homines cohærenter loqui: *Hic eſt propheta, qui venturus eſt*: Si eum digito ut præſentem demonſtrant, quomodo tanquam in futurum, venturum dicunt? potiùs dicendum videbatur: hic eſt propheta à Iudæis expectatiſſimus & Meſſias promiſſus in lege: Tamen cùm magnum, & valde ſublimem Chriſtum recognoſcerent, ac dicerent, quamvis eum præſentem viderent, ad majorem æſtimationem tanquam abſentem recognoſcunt, & venerantur; & cùm magnum dicerent, quamvis præſentem, ut abſentem conſiderant; faciet D. Chryſoſtomus, dicunt; Hic eſt propheta, qui venturus eſt in mundum: *Et hoc autem quod dicunt, qui venturus eſt in mundum, manifeſtum eſt, quòd prophetam quendam principalem expectabant, & ideo dicitur, hic eſt propheta; in Græco cum adjectione articuli ponitur, ad oſtendendum; ſcilicet eum eſſe diſcretum ab aliis prophetis*: ideo majori reverentia tanquam venturum dicunt: *Majeſtati enim major è longinquo reverentia.*

Ioan. 6.

*Præſentiæ ob reverentiam, ut futura conſideratur.*

D. Chryſoſt.

---

## Quæstio II.

*Quare ſacri diſcipuli ſurgentes à menſa generosè revertuntur in Jeruſalem, à qua ut timidi fugiebant?*

Receſſerant hi duo diſcipuli à Ieruſalem conturbati, & timidi: conturbati, quia non viderant Magiſtrum ſurrexiſſe tertiâ die illa, ut ipſi ſperabant. deinde etiam timidi propter metum Iudæorum; & ideò Ieroſolymis recedebant. At verò, modò, ut à Divina menſa cœleſtem Euchariſticum cibum participarunt, ſupernaturali ardore flammeſcunt, adverſariorum rabiem non timent, indecoram mortem crucis contemnunt, & audaci animo revertuntur: tanta fortitudo, ac robur ab hoc divino epulo colligitur, ac participatur. Ait Iſai. 19. n. 19. *In Illa die erit altare Domini in medio terræ Ægypti; & erit ſignum Domino exercituum*: Nota: Non ait Domino creatori Cœli, & terræ, vel Domino Deo Iſraëlis, ſed *Domino exercituum.* Ubi apparet hoc divinum altare, ibi eſt ſignum, quod adſint omnes Domini exercitus 6.

*A Divina Euchariſtia generoſitas, & fortitudo.*

Iſai 19.



ad deſtruendas omnes adverſarias poteſtates. Hinc Alepuſius Archiepiſcopus Valentinus Oration. de Euchariſtia habita in Actis Concilij Tridentin. ſeſſione 13. Quæ eſt tertia ſub Iulio ait: *Eia Chriſti milites iſto pane corpus unum effecti, arma ſpiritualia reparate. Deſcendit arca Dei in caſtra, collata ſunt ſigna, nefas eſt ignaviter agere*: Ac ſi hic Divinus panis pro univerſis armis, militibus ſit abundans.

Alepuſius.

7. Secundò: & audiendus eſt de hac re Anaſtaſius Sinaïta lib. de Anagog. Contemp. in Hexam; qui ſic ait: *Deinde, quid ſi poſt ſumptam eſcam ſurgentes ipſa hora reverſi ſunt in Jeruſalem. Ecce etiam à caſu excitatio: ecce etiam pulchra ab errore reverſio: primo comederant deinde ſunt reverſi.* O præclara vis Sacræ Euchariſtiæ? ubi illam guſtarunt, ſtatim tepiditatem fidei, qua tenebantur: *Nos autem ſperabamus*: deperdunt: *Ecce pulchra ab errore reverſio.* Fervida fide concepta, recta via pergunt Jeroſolymam, quæ interpretatur *Viſio pacis ſeu Dei*, Ecce generoſi effectus, quos hæc cœleſtis menſa ingerit, ac in nobis generat, ut errore, ac pravitate depoſita ad cœleſtem Jeruſalem, ac Dei viſionem recta, ac directa via tendamus.

Anaſt. Sinaït.

*Ab Euchariſtia recta via tendimus in Dei viſionem.*

8. Ait Regius Vates Pſal. 67. num. 9. *Etenim cœli diſtillaverunt à facie Dei Sinaï, à facie Dei Iſraël: Pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ*: Ubi ad literam ſermo eſt de Manna populo Hebræo è cœlo dato; quod fuit expreſſa Sacræ Euchatiſtiæ umbra. D. Auguſt. ibi: *Hoc eſſe ſentiunt, quod cœli diſtillaverunt à facie Dei Iſraïl, quoniam Manna pluit populo ſuo; quod etiam eſt, quod ſequitur: Mons Sinai à facie Dei Iſraël*: Ita etiam noſter Incognitus, & alij; illud maximè notandum, quòd dum Manna Euchariſticus typus datur, dicitur, *à facie Dei Sinaï, à facie Dei Iſraël*: In Sina denotatur lex, in ipſo enim monte fuit data, In *Iſraël* autem, juxta ſuum ſignificatum, *Videns Deum*: Ab hoc cœleſti cibo hauritur legis Divinæ obſervatio, & ad æternam Dei viſionem elevatio; Hoc Divino Sacramento in obſervatione Divinæ legis corroboramur, & ad Dei viſionem nutrimur: ſic ait German. Conſtantinopolitan. in Orationem Dominicam: Panis iſte ſuperſubſtantialis eſt, qui dat vitam mundo, & nos æternæ vitæ facit eſſe participes.

Pſalm. 67.

D. Auguſt.

*Euchariſtia nos trahit ad Dei legem, ac ejus viſionem.*

Germa.

Juxta communem Patrum Senatum de Sacra Euchariſtia loquens Divinus Sponſus ad ſuam dilectam ait: Cantic. 4. num. 15. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.* Hoc eſt, à Sacra Euchariſtia fluunt omnes cœleſtes aquæ benedictionum, gratiarum, ac divinorum donorum cum magno, ac vehementi impetu, ac impulſu, ita ut omnia objecta impedimenta ſuperaret, ac devinceret: Sed ad quid tam impetuoſus, ac ſceleratus torrens, ut animam, nempe, deducat in ſignum ſuæ dilectiſſimæ Sponſæ cœleſtis Jeruſalem? Pulchrè Gillibertus Abbas ſer. 37. in Cantic. ait: *Ieſus Chriſtus, noſter eſt Libanus delectationes vivas effundens, cum impetu in ſinum dilectæ. Bonus ergo Libanus, in quem nihil inquinatum incurrit, & magnus impetus, qui nullo compeſci obiice poteſt.* 9.

Cantic. 4.

*Euchariſtia cum magno impetu nos ducit in patriam.*

Gillibert



# ADDITAMENTUM IN DIVUM JOANNEM APOSTOLUM, ac Evangeliſtam.

## PRÆFATIUNCULA.

*DE hoc Sacro Evangelio jam dixi tom 1.in Evangel in Proœmio cap 6. De motivo, Tempore, ac idiomate, quo ſcriptum eſt, Hoc Evangelium ultimum opus eſt Evangelicum, cum ſuâ Apocalypſi, ultimam manum, & coronidem, ac apicem impoſuit Joannes Evangelicæ Bibliæ, ac univerſæ Scripturæ Sacræ.*

D. Thom.

*Angelicus Doctor ſerm. de S. Joan. ait, quòd meritò ipſe Aquilæ comparatur, propter tria. Primò: quia Aquila ſtatim movetur, & excitatur ad Solem intuendum in rota, ſeu in ortu ſuo; ſic & Ioannes in exordio ſui Evangelij volat ad contemplandam æternam Chriſti generationem à Patre:* In principio erat

Tria in Aquila.

Verbum: *Secundò: Aquila videt longiſſima; ſic & Joannes videt remotiſſima, quæ futura ſunt in fine mundi ut ſcribit in ſua Apocaplyſi. Tertiò: Aquila volat ad ſublimia, & inferiora, ſic & Ioannes ſuper alios Evangeliſtas elevavit ſe ad ſupremum Trinitatis Myſterium, ad æternam generationem à Patre:* In principio erat Verbum: *ad illius conſubſtantialitatem in unitate eſſentiæ:* Verbum erat apud Deum: *Ad illiuſque Incarnationem:* & Verbum caro factum eſt: *Ad illiuſque humanitatis præſtantiſſima opera, ac ſui Amoris exceſſus Ioan. 13. num. 4 Ad hanc ergo cognitionem duplicis naturæ in Chriſto maximè evolavit Noſter Evangeliſta.*

Apoc. 1.

*Vidit Noſter Ioannes Chriſtum D. in ſua Apocalypſi, cap. 1. n. 14.* Caput ejus & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix, & pedes ejus ſimiles oricalcho, ſicut in camino ardenti. *Et cur à capite ad pedes*

1. Cor. 1. 1.

*tranſit Evangeliſta, Caput Chriſti, Divinitus, ut ait Paulus. 1. Corinth. 11. n. 3.* Caput verò Chriſti, Deus: *Per pedes verò ejus, humanitas denotatur: ſicut enim nihil ſuperius, quàm caput, ſic nihil infirmius ac humilius pedibus. Poſtquam Noſter Joannes contemplatus eſt, ac ſcripſit ejus Divinitatem, ad ejus humanitatem deſcendit inflammatam in camino amoris ardentis. De hoc magno Apoſtolo, ac inſigni Evangeliſta multa dixi tom. 5. in Evangelia, lib. 9. cap 8, & in Apocal. tom. 1. cap. 4. q. 31. & tom. 2. in Apocalyp. cap. 21 q. 27.*





# CAPUT PRIMUM.

IN principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Ver-
1. bum 2. Hoc erat in principio apud Deum 3 Omnia per ipſum facta ſunt
& ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt, 4 in ipſo vita erat, & vita
erat lux hominum: 5. & lux in tenebris lucet & tenebræ eum non comprehen-
derunt. 6. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes. 7. Hic venit in teſtimo-
nium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. 8. Non
erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. 9. Erat lux vera, quæ
illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum 10. In mundo erat, &
mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. 11. In propria venit,
& ſui eum non receperunt. 12. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis po-
teſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. 13. qui non ex ſanguini-
bus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. 14.
Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis (& vidimus gloriam ejus, gloriam
quaſi unigeniti à Patre) plenum gratiæ, & veritatis. 15. Joannes teſtimonium per-
hibet de ipſo & clamat, dicens: Hic erat quem dixi, qui poſt me venturus eſt,
ante me factus eſt, quia prior me erat. 16. Et de plenitudine ejus nos omnes
accepimus, & gratiam pro gratia. 17. Quia lex per Moyſen data eſt, gratia, &
veritas per IESUM CHRISTUM facta eſt. 18 Deum nemo vidit unquam: unigenitus
filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe narravit. 19. Et hoc eſt teſtimonium Ioannis,
quando miſeruut Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes, & Levitas ad eum, ut inter-
rogarent eum. Tu quis es? 20. & confeſſus eſt, & non negavit: & confeſſus eſt,
Quia non ſum ego Chriſtus. 21. Et interrogaverunt eum, quid ergo? Elia es tu?
& dixit, non ſum. Propheta es tu? 22. Et reſpondit, non: dixerunt ergo ei: quis
es, ut reſponſum demus his qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo? 23. Ait: Ego
vox clamantis in deſerto, dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias propheta. 24. Et
qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis. 25. Et interrogaverunt eum, & dixerunt ei,
Quid ergo baptizas ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta? 26. Reſ-
pondit eis Ioannes, dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrûm ſtetit
quem vos neſcitis. 27. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, cu-
jus ego non ſum dignus ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti. 28. Hæc in Betha-
nia facta ſunt trans Ioardanem, ubi erat Joannes baptizans. 29. Altera die vidit
Joannes IESUM venientem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit pecca-
um mundi. 30. Hic eſt de quo dixi poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia
prior me erat. 31. Et ego neſciebam eum: ſed ut manifeſtetur in Iſraël,
propterea veni ego in aqua baptizans. 32. Et teſtimonium perhibuit Ioan-
nes, dicens: Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, &
manſit ſuper eum. 33 Et ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua,
ille mihi dixit: ſuper quem videris Spiritum deſcendentem, & manen-
tem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu Sancto. 34 Et ego vidi: &
teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei 35. Altera die iterum ſtabat Ioan-
nes, & ex diſcipulis ejus duo. 36. Et reſpiciens Ieſum ambulantem, dicit: Ecce
Agnus Dei. 37. Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem, & ſecuti ſunt Ieſum.
38. Converſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe dicit eis: Quid quæritis? Qui
dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum, Magiſter) Ubi habitas? 39. Di-
cit eis: venite, & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & apud eum man-
ſerunt die illo: hora autem erat quaſi decima. 40. Erat autem Andræas frater Si-
monis Petri unus ex duobus qui audierant à Ioanne, & ſequuti fuerant eum 41.
Invenit hic primùm fratrem ſuum Simonem; & dicit ei. Invenimus Meſſiam,
(quod eſt interpretatum, Chriſtus.) 42 Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem
eum Ieſus, dixit: Tu eſt Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpre-
tatur Petrus. 43. In craſtinum voluit exire in Galilæam: & invenit Philippum.
Et dicit ei Ieſus: ſequere me. 44 Erat autem Philipus à Bethſaïda, civitate An-
dreæ & Petri. 45. Invenit Philippus Nathanaël, & dicit ei: Quem ſcripſit Moy-
ſes in lege, & Prophetæ, invenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth. 46 Et di-

xit ei Nathanël: à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe ? Dicit ei Philippus: veni, & vide. 47. Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe: & dicit de eo: Ecce verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt. 48. Dicit ei Nathanael: Unde me noſti ? Reſpondit Ieſus & dixit ei, Priuſquam te Philippus vocaret, cùm eſſes ſub ficu, vidi te. 49. Reſpondit ei Nathanael, & ait: Rabbi tu es Filius Dei, tu es Rex Iſraël. 50. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: quia dixit tibi, Vidi te ſub ficu, credis majus his videbis. 51. Et dicit ei: Amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei, aſ-aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis.

### *ARGUMENTUM cum Remiſſionibus.*

*Primò. Verſ.* 1. Deſcribit æterni Verbi generationem conſubſtantialem cum Patre, ejuſque omni potentiam, atque omniſcientiam; & tandem Verſ. 14. ejus incarnationem; ac gratiæ plenitudinem per ipſum: quod explicavi tom. 1. in Evang. lib. 1. c. 1.

*Secundò, Verſ.* 2. Teſtimonium Ioannis, & quod Deum nemo vidit unquam: quod hîc eſt explicandum, & quomodo unigenitus enarravit omnia:

*Tertiò Verſ.* 19. Teſtimonium Ioannis: quando interrogarunt eum Iudæi: *Tu quis es*: Quod explicavi tom. 1. lib. 3. c. 4.

*Quartò Verſ.* 28. Proponitur ſecundum Ioannis teſtimonium, digito Chriſtum oſtendentis, ac dicentis; *Ecce Agnus Dei*: de quo dixi tom. 1. lib. 3. cap. 5.

*Quintò, Verſ.* 37. Narrat Evangeliſta, quomodo duo Ioannis diſcipuli ad Chriſtum venerunt; ex quibus Andræas Simonem fratrem adducit ad Chriſtum; & Verſ. 43. ad ſe Dominus advocat Philiopum & Nathanaelem, & cætera uſque ad finem capitis eodem lib. 3. c. 6.

## Generatio æterna.

## QUÆSTIO I.

*Quare ſecunda perſona ſanctiſſimæ Trinitatis multis & variis nominibus dicitur, ac ſignificatur?*

1. *textus. & verſiones.*

AIт Noſter Evangeliſta in præſenti: *In principio erat verbum*: De hoc magno, & ſublimi Evangelio pro noſtra tenuitate diximus tom. 1. in Evang. lib. 1. c. 1. per ſexaginta quinque quæſtiones, & ut ibi dixi, & patet ex Verſionibus appoſitis. *In principio erat Verbum*: Alij pro Verbo legunt, *ſermo*: Alij, *Ratio*: Alij, *Definitio*: Alij *Realitas*, ſeu, *Veritas*, Alij, *Cauſa ſuppoſitio cujuſque rei*: Tot, ac tantis nominibus dicitur ſecunda Trinitatis perſona, ob ejus excellentiam, majeſtatem, ac virtutem, quia multipliciter, & variis modis fulget, & nitet. De qua re.

2. D. Ambroſ.

Nunc pro majori doctrinæ gratia adde ex D. Ambroſio l. 1. de Fide cap. 2. qui ait: *Ne quis poſſit errare, ſequatur ea quibus Scriptura ſancta, ut intelligere poſſimus filium ſignificat. Verbum dicitur, filius dicitur, Dei Virtus dicitur dicitur Dei ſapientia: Verbum, quia immaculatus: Virtus, quia perfectus: Filius, quia genitus ex Patre: Sapientia, quia unum cum Patre, unum æternitate, unum Divinitate. Non enim Pater ipſe, qui filius, ſed inter Patrem & filium generationis expreſſa diſtinctio eſt, ut ex Deo Deus, & ex manente manens, plenus ex pleno. Non ſunt igitur hæc nuda nomina, ſed operatricis virtutis indicia.* Variis nominibus ſecundo perſona Sanctiſſimæ Trinitatis dicitur Verbum, Filius, Virtus, Sapientia: *Non ſunt igitur nuda nomina ſed operatricis virtutis indicia.*

*Dei nomen plenum virtute & effectu.*

Exod. 3. D. Hieron.

Cùm Moyſes dum mittitur à Deo in Ægyptum ab ipſo interrogat ſuum nomen, ait Deus: *Ego ſum, qui ſum, qui eſt miſit me ad nos*: Exod. 3. num. 14, Circa quæ audiendus eſt eleganter. D. Hieronymus in Epiſtol. ad Epheſ. cap. 5. ſic ait: *Utique Angeli Cœlum, terra, maria, & ipſe Moyſes, cui Dominus loquebatur, & ipſe, & Ægyptij ad quos, & contra quos princeps, & adverſarius mittebatur, erant, & quomodo nomen ſubſtantiæ commune ſibi proprium vindicat Deus? Illa ut diximus, cauſa, quia cætera ut ſint, Dei ſumpſere beneficio.* Cùm omnia prædicta ſint, quid eſt, quod tanquam quid peculiare Deus ſibi appropriat: *Ego ſum, qui ſum*? meritò quidem, quia alia, ut cœlum, Angeli, Ægyptius ita habent eſſe, ut ſibi illud retineat; At Deus ita

*Dei nomen importat eſſe quod aliis communicat.*



ita gaudet eſſe, ut illud non tantum ſibi habeat, ſed etiam aliis det, communicet: *Quia cæteraut ſint, Dei ſumpſere beneficio.* At ille ſolus à ſe habet eſſentiam, illamque aliis communicat.

4

Chriſtus D. juxta Apoſtolum dicitur Petra: *Petra autem erat Chriſtus* 1. Corinth. 10. num. 1. Quod tamen nomen non ſibi tantum adicripſit; ſed etiam illud Simoni communicavit. Joan. 1. num. 24. *Tu vocaberis Cephas*: quod idem eſt, ac Petra; de quo eleganter ait D. Proſper. lib. 2. de vocatione Gentium. cap. 28 & ait: *Hæc fortiſſima petra ab illa principali Petra communicationem virtutis accepit. & nominis*: Ubi apparet nomen Divinum, ſtatim ejus latens virtus fulget, dum ſui communicatione in alios reſplendet, & nitet.

Ioan 1. D. Proſper.

*Nomen divinum fulget in opere virtutis*

## QUÆSTIO II.

*Quare ſecunda perſona ſacratiſſimæ Trinitatis, hîc potius dicitur Verbum quàm Filius?*

5. D. Baſil.

DE hac difficultate late tractavit citato c. 1. quæſt 7 8. 9. & 10 Ubi multas, & varias rationes de hac re dedi Nunc. accipe argute, & ſubtiliter D. Baſilium homil. 16. qui ait: *In principio erat Verbum; ſi dixiſſet: In principio erat filius: appellatione filij cogitatio de paſſione generationis ſubiiſſe: Quoniam apud nos genita & tempore, & paſſione generantur. Idcirco de induſtria Verbum dixit, vanis hominum ſuſpicionibus occurrens*: Alte & profundè loquitur D. Baſilius: filii generatio apud homines multas imperfectiones dicit ac denotat; nam fit motu, temporis ſpatio, ac paſſione dum unum corrumpitur; ut alterum generetur, ne ergo humana mens ob ſui imbecillitatem ex temporalibus generationibus de arcano Divinitatis aliquid ſiniſtrum conciperet; ideo profundiſſime noſter Joannes in lumine Evangelij præcavet nomen filij, ne ſtatim in principio quædam indecens cogitatio de Deo hauriatur, nam quæ primo adhærent alte radicantur; & vix aboleri poſſunt, cum ſemper illius reliquiæ ſuperſtites vivant. Dicatur ergo Verbum, quia ex intellectu procedit, quia ſine motu, ſine paſſione gignitur; Tandem Verbum quia imago genitoris, totum illum in ſe ipſo demonſtrans, & inde Evangeliſta in exordio ſui Evangelij ſecundam perſonam Verbum dicit, & à nomine filij abſtinuit, ne humanæ tenacitati occaſionem erroris daret, ne ex humana generatione ſimilem apprehenderet Divinam: *Ne appellatione filij cogitatio de paſſione generationis ſubiiſſet, quoniam apud nos genita, & tempore & paſſione generantur.*

*Prima cogitatio tenaciter apprehenditur, & difficile evellitur.*

6.

Cum Abrahamus veniſſet in Geram publicè, patenter *dixit de Sara uxore ſua, ſoror mea es* Inde Abimelechus rex Geraræ ob pulchritudinem mulieris tulit eam in domum ſuam; Apparet Deus nocte Regi, mandatque ei ut reddat uxorem viro ſuo; quod ille promptè exequitur diluculo conſurgens, mulierem tradidit viro ſuo Abrahamo: etiam muneribus datis; & ait Saræ, *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum.* Gen. 20. n. 16. Quomodo nunc fratrem dicit cùm jam è cœlo revelatum ſit ei, quod eſt maritus ejus; prima fama, ac vulgata opinio in urbe percrebuit, quod Sara erat ſoror Abrahæ, & ſic prima opinio imbuti erroris alte menti adhæret, ut etiam divinitus revelata conjugij veritate, & inde veritas bene in ſe agnoſcatur, tamen ex prima agnitione, ac opinione apprehenſa quodam abuſu ac errore introducto fratri denominatio, adhuc durat, & perſeverat. D. Chryſoſt. ibi ait. *Vide quomodo ejus*: ſcilicet, Abrahæ *dictis crediait, etiam ipſe fratrem hujus illum vocat*: Quia primo Abrahamum fratrem Saræ acceperat.

Gen. 20. *Sara prima dicitur ſoror Abrahæ, & revelato matrimonio, adhuc ſoror dicitur.*

D. Chryſoſ.

7.

Secundò, Cùm verbum hîc appoſitum. In principio erat Verbum: ex radice Græca, multa & alta ſignificet, ut jam notavi ſuperiori quæſtione in limine; & juxta aliquorum tranſlationem, idem eſt Verbum, ac definitio, ac proinde dicunt, *In principio erat definitio*: Ex quo ait Nicetas orat. 42. in Nazianzen. *Quam rationem habet definitio ad definitum, eandem habet filius ad Patrem; ipſum enim declarat, ſicut definitio id, quod ab ea definitur. Quam ob rem Chriſtus dicebat, Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum; Paternæ ſiquidem naturæ compendioſa demonſtratio eſt filius, omnis enim proles parentis ſui tacita eſt ratio ſive definitio*: Filius parentis adæquata, ac optima eſt definitio, illius naturam, conditionem, ac mores explicans, ac declarans; Filius ergo eſt Patris tacita *Ratio*, compendioſa *Demonſtratio*; expreſſiva *Definitio*, & elegantiſſima forma, & ideo Joannes in exordio Evangelij ponit *Verbum*, quod in radice Græca hæc omnia ſignificat, ut ex Verbo quod eſt imago Patris ejus naturam indicaret, ac manifeſtaret

Nicetas.

*Filius eſt compendioſa Patris demonſtratio ac definitio.*

8. Prov. 13. Lyran.

Dicitur Proverb. 13, num 1. *Filius ſapiens Doctrina Patris*: Ipſa doctrina, ſapientia Patris relucet in filio ſapiente. Lyran. ibi: *Filius ſapiens Doctrina Patris, quia in eo manifeſta relucet*: Ad hunc ſenſum ipſe Salomon Prov. 1. n. 1. ſic reſonat: *Parabolæ Salomonis filij David.* Deinde Eccleſ. eodem modo intonat. c. 1. num 1. *Verba Eccleſiaſt. filij David*: Ad quid dum Salomon incipit diffundere ſuam ſapientiam, illiuſque exhibere documenta; ſe Davidis filium dicit; de quo ſcribitur. 2. Reg 23 num 8. *Sedens in cathedra ſapientiſſimus*: tanquam à Patre bene inſtructum ſe verum filium illius dicit, à quo cum natura ſimul ſapientiam participavi, ſic D. Baſil. ibi; *Ut plane cognoſceretur quemadmodum ſapiens erat Salomon ex ſapiente Patre*: Cùm David procederet ad bellum contra Philiſthæum; eumque vidiſſet Saül, quærit ab Abner: *De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens?* 1. Reg. 17. num. 55. Valde ſolicitus, ac timidus erat Saul de exitu certaminis, & an David haberet vires ad pugnandum contra Goliath; inde de ejus progenitoribus interrogat, quia David ut ſe ſtrenuè gereret, à parente ſtrenuo debebat vires haurire. Abulen. q. 141. ait: *Ad ſciendum ſi erat fortis pater ſuus; quia pater robuſtus generat robuſtos filios*: Vide quæ dixi ſupra Luc. 13. q 6. n. 44. & in multis aliis locis. Vide ſequentem quæſt. ad finem.

Prov. 1. Eccleſ. 2.

2. Reg. 23. *Filius ſæpè patrem repræſentat.* D. Baſil.

1. Reg. 17.

Abulenſ.

## QUÆSTIO III.

*Quare cùm Æternus Pater ſit lux, de ſolo filio dicitur, quod ſit lux vera lucens in tenebris?*

9. Text. LOquens Evangeliſta de Verbo Incarnato ait in præſenti, num. 9. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* De quibus multa dixi citato cap. 1. & dicitur, quod ſit *lux illuminans omnem hominem*: & circa hæc multa ibi expſicavi quæſt. 36. 37. & 38. nunc adde.

10. Primo, cùm Æternum Verbum ſit lux hominum & Angelorum, omneſque ab eo lumen accipiant, tamen Joannes non eum dicit lucem Angelorum, ſed hominum & ratio litteralis eſt, quia Evangeliſta agebat de ejus adventu ad hominum redemptionem; aliter, & ingenioſè reſpondet Cajetanus & ait: *Deſcribit autem ſupremam lucem intelligibilem per hoc, quod eſt lux hominum potiùs quàm per hoc, quod eſt lux Angelorum, quid homo infima eſt creatura inter omnes creaturas intellectum habentes*: Natura Angelica multò ſuperior, ac illuſtrior natura humana, quæ inter intellectuales in infimo eſt gradu; inde ipſa humilitas, & abjectio inſervivit, & anſam dedit, ut Divina benignitas eam erigeret ac ſublimaret, ut cùm per eſſentiam, inferior ſit Angelis, per gratiam fieret præſtantior, ac illuſtrior, Ait Deus per Oſeam 11. num. 1. *Quia puer Iſraël, & dilexi eum*: Septuaginta: *Quia parvulus Iſraël ego dilexi eum*: perpende: *Quia*: Cum Jacob ſe humilem, ac abjectum valde reputaret, inde metuit à Deo eligi in principem fratrum: *Apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Exod. 3. num. 8. Cur non eligit altas Cedros, ſeu amœnos platanos, ſeu odoriferum cinnamomum? quia forte rubus inter cætera valde humilis, & abjectus.

*Caietan.* — *Humilis & abjectus à Deo exaltatur, ac ſublimatur.* — *Oſe. 11. Septuagint.* — *Exod. 3.*

11. Tamen principaliter Quæſtio inquirit: Cur Æterni Patris filius dicitur lux vera? *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem.* Æternus Pater ſimpliciter, & abſolutè dicitur lux, multoties in ſacra Scriptura Sapient. 7. num. 26. *Candor lucis æternæ*, id eſt, filius candor eſt æternæ lucis, ſcilicet Patris. Ubi filius eſt candor, Pater lux. Michæ. 7. num. 8. *Dominus lux mea eſt.* Jacobus in ſua Canonica cap. 1. num. 13. ait: *Datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum.* Ubi Pater luminum appellatur. Et noſter Evangeliſta de filio agens, non ſolùm eum dicit lucem, ſed lucem veram; & cùm certiſſimum ſit, quod Pater æternus ſit lux vera, cur tamen in præſenti de ſolo filio ſcribitur, quod ſit lux vera, de Patre tantum, quod ſit lux? Ad hanc difficultatem.

*Sapient 7.* — *Jacob. 1.* — *Michæ 7.* — *Difficultas quæſtionis.*

12. D Epiphan. Reſpondet D. Epiphanius in Ancoratu in principio, & ait: *Si enim qui ex ipſo genitus eſt genuinus filius, lux vera, filij genitor citra ambiguitatem, lux vera eſt ipſe, qui genuit ipſum ſine principio, & ſine tempore lucem veram*: Cùm de filio dicitur, quod ſit lux vera, ſupérfluum eſt de Patre prædicari, quod ſit lux vera; filius enim eſt lumen de lumine; & filius ut lux procedit à Patre, ut luce, filius enim per ineffabilem generationem procedit à Patre, & Pater ſuam lucem communicat filio; nec filius aliam lucem habet, quæ non ſit à Patre communicata ergo cùm de filio prædicatur, quod ſit vera lux, etiam de Patre prædicatur quod ſit vera lux.

*Gloria filij in Patrem transfunditur, cum ſit eadem.*

In feliciſſima nativitatis nocte magno ſplendore aſtat Angelus ad paſtores annuntians Chriſtum natum Luc. 2. num. 10. *Ecce Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis ſalvator mundi qui eſt Chriſtus Dominus, in civitate David, & hoc vobis ſignum, invenietis infantem*, & inde ipſi venerunt *feſtinantes*: cum magno, ac ingenti gaudio, ac lætitia; & tamen de ſanctis Magis tantùm ſcribitur Matth. 2. num. 11. *Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus*; Et tamen expreſsè non dicitur de eis, quod de puero invento gaviſi ſunt: Cur de paſtoribus apertè eorum gaudium magnum tot, ac tantis ſignis, ac demonſtrationibus declaratum circa puerum inventum prædicatur; non verò ſic de Magis? Erant Paſtores Abrahami filij; de quo dicebat Dominus, Joan. 8. num. 56. *Abraham exultavit ut videret diem meum, vidit & gaviſus eſt*: Abrahamus Chriſto viſo, magno gaudio repletus eſt, inde fieri debuit, ut inſigniter ſimile gaudium deſcenderet in filios ejus, in eadem virtute exiſtentes, ut veri filij Abrahæ. D Irenæus lib 4. cap. 25. ait: *Angeli autem gratulationem magnam vigilantibus nocte paſtoribus enuntiarunt; ſed & Maria ait: Magnificat anima mea Dominum, & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo: Deſcendente quidem exultatione Abrahæ, in eos, qui erant ex ſemine ejus*, &c. Idem gaudium agnoſcit ſanctus Pater in Beata Virgine, ut pote filia Abrahami; tamen gaudium Virginis excellentius, & præſtantius gaudio Abrahami tam ratione dignitatis, quàm meritorum illius. 13.

*Luc. 2.* — *Matth. 2.* — *Virtus parentis reluce in bonis filiis.* — *Joan. 8.* — *D. Iren.*

## QUÆSTIO IV.

*Quare lux Chriſti cùm eſſet fulgentiſſima, tenebræ eam non agnoverunt?*

AIt Noſter Evangeliſta num. 5. Quod *lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*: de quo dixi citato c. 1. q. 27. 28. 29. & 30. Nunc adde; valde mirum, quod lux Divina cùm eſſet fulgentiſſima, maximè ſeſe diffunderet, etiam in abditiſſima tenebrarum loca, & inter ipſos tenebroſos homines verſaretur; illi tamen eam non vident, nec attingunt? 14.

*Difficultas quæſtionis.*

Reſpondet D Bernard. ſerm. 1. de Purificatione ex illa 1. Joan. Epiſt. *lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem*: 15. D. Bernard



& lux, inquit, in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt: *Ac ſi dicat, & in plateis derivantur aquæ, & alienus non bibit ex eis*: & miſericordia in medio templi eſt, *nec tamen accedunt, quos manet æterna damnatio*, Medius veſtri ſtat, *ô miſeri*, quem vos neſcitis, *ut morientes, antequam videritis Chriſtum Dominum non in pace dimittamini, ſed potius quàm rapiamini à rugientibus præparatis ad eſcam.* O ſumma & extrema hominum miſeria! Cùm lux ſit fulgentiſſima, ac ſplendidiſſima in medio templi, in medioque ipſorum hominum, ſic obtenebrati ſunt, ut eam ante oculos habentes non videant; illamque ſolùm cognoſcunt, qui ex Deo ſunt, quia illam reverenter ſuſcipiunt, ad illamque ſe maxime præparant, ac diſponunt, qui autem alieni ſunt à Deo, & in ſua perverſitate obſtinati eam contemnunt, & ita obcæcati ſunt, ut videntes non videant ſuam damnationem æternam: *Ne in pace dimittamini, ſed potius rapiamini à rugientibus præparatis ad eſcam.*

*Gaudent ac replētur divinis donis qui ex Deo ſunt, & non alieni.*

16. Maximè decantatur de incarnata Dei ſapientia: *Hortus concluſus, fons ſignatus*: Cantic. 4. num. 12. ſed hoc videtur repugnare cum eo quod dicitur Proverb. 5. num. 16. *Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. Habeto eas ſolus, ne ſint alieni participes tui*: Ecce videtur manifeſta contradictio; ſi fons eſt ſignatus: aquæ illius ſunt concluſæ, ne exteriùs erumpant, & alii de illis participent: quomodo ergo in Proverbiis commendatur, ut aquæ foras in plateis dividantur, cùm plateæ omnibus ſint communes? quid ergo illa obſignatio & concluſio? Vide, quod ait Proverbiorum Textus: *Ne ſint alienis participes tui*: dona cæleſtia, ac divinæ gratiæ ſunt concluſæ, ac obſignatæ alienis, ac propterve obduratis, ac obſtinatis, ac ſunt potentiſſimæ, & irriguæ fluentes electis, ac bene diſpoſitis, & bene præparatis. Sic ait citatus D Bernardus *In communi poſita eſt* ſcilicet, Dei miſericordia *effunditur omnibus, & nemo illius expers, niſi qui renuit; Derivantur aquæ tuæ foras Domine Deus; Nihilominus tamen fons tuus, tibi proprius eſt, & non bibit alienus ex eo. Qui tuus eſt, non videbit mortem donec viderit Chriſtum Dominum, ut ſecurus dimittatur in pace*: & ſi largiter per publicas plateas fluant Dei benedictiones, & dona; tamen ſolùm de illis bibunt deſtinati ad vitam æternam, cùm quibus aquæ foras erumpentes dividuntur, à quibus excluduntur, ne bibant alieni, & protervi, quibus tuus, ô Domine fons obſignatus: ac concluſus eſt: *fons tuus tibi proprius eſt, & non bibit alienus ex eo.*

*Cant. 5.* — *Proverb. 5* — *Juſti cæleſtium donorū ſunt participes à quibus reprobi excluduntur.* — *D. Bernard.*

17. Jacob jam moriturus non ſolùm benedixit duodecim filios ſuos, ſed etiam duos Joſeph filios, Gen. 48. num 15. *Benedixit filiis Joſeph*, Unde Jacob tam largus in tantis benedictionibus impendendis in tantos filios, ac nepotes cùm tamen Iſaac pater ejus ſanctiſſimus habens duos filios ipſum Jacob, & Eſau maximè detrectat ac recuſat dare benedictionem Eſau Geneſ. 27. num 37. & Jacob valde benevolus filiis, & nepotibus dat benedictionem, imo ipſe filios ſuos ad hoc advocat, & congregat Geneſ. 49 num. 1. filii & nepotes Jacob uniebantur in unum populum, qui eſſet poſſeſſio Dei ad ipſum Dei laudandum, ac glorificandum; at verò Eſaü ordinabatur ad populum idololatram; ac alienam à Deo, & ideo alienus erat à Dei benedictionibus; at ex filiis & nepotibus Jacob facturus erat unus populus Dominus qui eſſet ejus poſſeſſio, & ideo tot, ac tantis benedictionibus impinguatur, ac locupletatur. Rupertus lib 9. in Geneſim cap 21. Poſtquam hanc quæſtionem proponit, ait: *Facilis eſt ſolutio, filii Iſaac in duos erant populos dividendi: plures autem filii Jacob una gens, & unus populus in unitate paternæ fidei Deum verum & vivum hereditate poſſeſſuri, vel ab ipſo erant poſſidendi*: Qui enim ſunt Dei multis, & largis benedictionibus ditantur; à quibus alieni excluduntur.

*Geneſ. 48.* — *Geneſ. 27.* — *Geneſ. 49.* — *Qui ſunt Dei benedictionibus ditantur; ab illis excluduntur alieni.* — *Rupertus.*

## QUÆSTIO V.

*Quare recipientibus Chriſtum datur, ut ſint filii Dei?*

AIt Evangeliſta num. 11. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*: De quo tractavi citato cap. 1. q. 45. 46 47. 48. 49 Hunc vero adde. *Quotquot autem receperunt eum*: nempe, per fidem, ac obedientiam, depoſito errore, ac protervia: *dedit eis poteſtatem*, &c. D. Auguſtinus in præſenti ait: *Ille venit Unigenitus, ut ſolveret peccata, qui peccatis implicabamur, ne adoptaret nos propter impedimentum eorum, quos ſibi fratres facere volebat, ipſe ſolvit; & fecit cohæredes.* Quomodo fieri potuit, ut homines peccatis gravati elevarentur ad ſortem, ac cohæreditatem filiorum Dei; Ipſe ſolvit eos à peccatis, ut eliminatis peccatis homines ſupra homines elevarentur ad tantum apicem filiorum Dei. 18. Textus.

*Auguſt.* — *Mundandus eſt homo à peccatis, ut divinorum fiat particeps.*

Videns Baptiſta Chriſtum Dominum ait: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: Joan. 1. num. 29. ſolùm Joannes de Chriſto prædicat, quod tollit peccata mundi, multo præſtantiora poterat dicere, quod dat gloriam, vitam æternam, & immortalitatem. Deinde Chriſtus Dominus valdè proficuus fuit in laudibus Joannis, nempe quod ipſe erat major inter natos mulierum; quod Angelus, Propheta, ac pluſquam Propheta, & columna firma, & immobilis: Quomodo ergo Joannes, tam curtus, ac abbreviatus eſt in prædicandis Chriſti magnalibus? cùm de Chriſto teſtatur, quod *tollit peccata mundi*: ipſum filium Dei dicit; quia ſolus filius Dei poterat mundum ab illis mundare, cum de eo dicit, quod *tollit peccata mundi*: Ibi de eo dicit, quod dat gratiam, vitam æternam, & gloriam; quia hæc ad emundationem peccatorum conſequuntur. D. Chryſoſtomus in Imperfecto homil. 27. in Matth. *Joannes quidem teſtificatus erat de Chriſto*, Ecce Agnus Dei; *ſed amplius recepit à Chriſto, quàm præſtitit; Joannes enim Chriſtum glorificans, humanam illi præſtitit laudem? Chriſtus autem Joanni divinam contulit gloriam. Nam iſte illum agnum oſtendit, ille autem Angelum prædicavit; Iſte minus laudavit in Chriſto, quàm erat. Nam non ſolum peccatum* 19.

*Joan. 1.* — *Matth. 11.* — *Ablatis peccatis conſequens eſt gloria, & vita æterna.* — *D. Chryſoſt.*

*peccatum mundi abſtulit: ſed etiam vitam æternam mundo donavit; ille autem iſtum ſuprà quàm videbatur, erexit: ut qui homo erat, Angelus diceretur.*

10. D. Leo. Secundò, D. Leo ſerm. 5. de Nativit. cap. ultimo ad hæc verba tanquam reſpiciens, ait: *Originem, quam ſumpſit in utero Virginis poſuit in fonte baptiſmatis:* ut per ſacrum lavacrum recompenſaret naturam quam ex noſtro aſſumpſerat, per illud *lavacrum regenerationis & renovationis*, ut ait Paulus ad Titum 3. num. 5. (Ad Tit. 3.) renaſceremur hæredes gloriæ, ac beatitudinis, ut ad illam elevaremur; cùm elevandus eſſet Elias in cœlum, cùm ipſe pergeret cum Eliſæo 4. Reg. 2. num. 8. (4. Reg. 2.) *Tulit Elias pallitum ſuum, & involvit illud: & percuſſit aquas, quæ diviſæ ſunt in utramque partem, & transierunt ambo per ſiccum.... Ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque, & aſcendit Elias per turbinē in cœlum:* Deus non ſolet facere miracula niſi ex magna neceſſitate, ac myſterio; ad quid neceſſe fuit, ut Elias aſcenderet in cœlum, quod tantum miraculum permittatur, ut aquæ Jordanis dividerentur, & per ſiccum præberent tranſitum, quando Elias eodem moodo poterat aſſumi ante aquarum diviſionem; ad quid hujuſmodi tranſitus per Jordanem? Deſignabatur jam inde neceſſitas Baptiſmi ad cœleſtem aſcenſum ad gloriam, quod non aliis præparabatur niſi tranſeuntibus per baptiſmum. D. Cyrillus Ieroſolym. Catech 3. ait: *Poſt diluvium fœdus percuſſum eſt cum Noë: fœdus & cum Iſraël in monte Sinaï, verum hæc non ſine aque, & lana rubea: & hyſopo. Elias aſſumptus eſt, & non ſine aqua: prius enim tranſivit Jordanum, deinde in cœlum raptus eſt:* Ecce nec datur fœdus cum Deo, uec aſcenſus in cœlum niſi ad illum pervenias per aquas baptiſmi, quod ut denotaretur Elias ut aſcenderet in cœlum prius tranſit aquas Jordanis.

*Per baptiſmum nos transfert Chriſtus in cœlum.*

D. Cyrillus. Jeroſ.

21. Tertiò, *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri:* Cùm ſcribitur quod ipſe ab hominibus accepit, à quibus receptus fide, cultu, ac veneratione, inde ex conſequentia certa ſequitur: *Dedit eis:* certum, & tanquam infallible erat, quod tantus Dominus daret magnificum, & excelſum donum, utpote filiationem Dei illis; à quibus aliquid etſi tantillum acceperat: D. Athanaſius homil. de Incarnatione Chriſti, ait: *Accipiens enim mortalem hominem patrem dedit hominibus ſuum patrem immortalem, quod eo dicto apparet: dedit eis poteſtatem filios Dei fieri:* Conſidera ſuperfluentem divinam beneficentiam, accepit ex hominibus mortalem patrem Adamum, ut filius Adami eſſet, & dicetur quid inde? dedit nobis ſuum immortalem Patrem ut filii Dei ſimus, & dicamur: *Accipiens enim mortalem hominem patrem, dedit hominibus ſuum Patrem immortalem.*

D. Athanaſ. *Deus naturam quam à nobis accepit cumulatiſſimè remunerat.*

22. Ait Iſaias 9. num. 6. *Parvulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Cùm ipſe ſibi totus eſſet, natus eſſet nobis, ut ſe totum nobis daret: *Parvulus natus eſt:* cùm eſſet magnus, parvulus natus eſt, ut nos parvulos magnos faceret: *Filius datus eſt nobis:* & cum eſſet filius Dei, factus eſt filius hominis, ut nos faceret filios Dei. D Bernard. ſerm. 4. ſuper *Miſſus eſt:* ſic ait: *Magnificetur à nobis parvulus magnus Dominus, quos ut faceret magnos factus eſt parvulus:* Euſebius Emiſſeuns homil 1. ait: *Natus eſt nobis, qui ſibi erat, datus eſt ergo ex Divinitate, natus ex Virgine:* ut nos faceret Divinos. Euſebius

23. Pſalm. 59. Decantat Regius Vates Pſal. 59 num. 10. *Moab olla ſpei meæ:* Quonam motivo Moab appellat ollum ſpei ſuæ? David à Moab per Ruth ortum trahebat, ex qua etiam conſequenter Chriſtus ſumpſit carnem, ut verus Davidis filius; Cum ergo David ſe peccatorem agnoſceret conſiderans Deum, ex peccatoribus Moabitis ſe velle carnem aſſumere, magnam deinde ſpem concipiebat, quia cum Deus de peccatoribus carnem ſumeret, ampliſſime remuneravit, peccata dolens: & multa alia bona largiens, cùm ipſe compendioſè valde beneficus ſit pro quolibet minimo obſequio. D. Paulinus Epiſtol. 3. ait: *Moab olla ſpei meæ: quia non ſolum ex Judæa, ſed ex Moab hoc eſt, non ſolum de Sanctorum ſed etiam de peccatorum origine corpus aſſumpſit Ieſus; qui decocta quaſi per ollam carnis noſtræ cruditate, ſanctificavit in æternum nobis cibum carnem ſuam. Ipſa eſt, & illa ſecundùm Ieremiam olla urens peccata, & illo igne conſumens de quo ait: ignem veni mittere in terram.* Pondera phraſim: *Moab olla ſpei meæ:* ſicut in olla cruditas carnium, igne appoſito, in decoctionem venit, ut fiat cibus aptus ad manducandum; ſic dum Deus deſumit carnem ex gente Moabita, cruditas, & obduratio, ac omnis diffidentia peccatorum igne ſpiritus tollitur, ac emolleſcit, ut fiant aptiſſimi, ac proportionatiſſimi cibi ad Divinam menſam in gloria.

*Cum Deus ex nobis aliquid aſſumit magna ſpes ad multa bona.*

D. Paulin.

## QUÆSTIO VI.

### *Quare illi aſſumuntur ad adoptionem filiorum Dei, qui nec ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis, neque ex voluntatè viri; ſed ex Deo nati ſunt?*

POſtquam Noſter Evangeliſta propoſuit adoptionem filiorum Dei; ſtatim ſequenti num. 13. quinam ſunt illi, qui ad tantam dignitatem ſunt eligendi, dicit: *qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; ſed ex Deo nati ſunt:* De qua re dixi citato cap. 1. ibi in Expoſitione, & quæſt. 5. Ubi hujus rei ſex interpretationes appoſui: illa communior, ac mihi aptior, quòd ſub *ſanguinibus* intelligit principia generalia generationis; per *carnem* mulierem: per *virum* maſculum; & quia omnis homo naſcitur ex fœmina, & maſculo; Denotat ergo Evangeliſta, quod homo aſſumitur ad tantam dignitatem filiorum Dei, non quia ex ſuis parentibus naturalibus habeat Originem, ſed quia ex Deo per gratiam naſcitur. 24.

Textus.

*Senſus literalis.*

25. D. Auguſt. Primò, Nunc D Auguſtinus tractat. 2. in Joan. ſic valde profunde locum explicat, & ita exponit: *In eo autem, quod ſequitur:* Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: *Carnem pro fœmina poſuit, quia de coſta eum facta eſſet Adam dixit: Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Poſuit ergo caro pro uxore, quemodo aliquando ſpiritus pro marito, quia ille imperare debet: iſta ſervire.* Valde ſubtiliter Auguſtinus explicat rixas, ac contentiones, quæ dantur inter conjuges metaphora *carnis & ſpiritus*: quia perpetuum eſt diſſidium inter carnem & ſpiritum, Teſtante Paulo ad Galatas 7. num. 17. *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum; ſpiritus autem adverſus carnem: hæc enim ſibi invicem adverſantur.* Undè illa Dei verba Gen. 2. n. 18. *Faciamus ei:* ſcilicet Adamo, *Adjutorium ſimile ſibi*, Caïetanus ex Hebræo legit: *Faciamus ei auxilium contra ipſum:* Nam maritus & uxor tanquam caro, & ſpiritus, ſibi multoties maximè adverſantur. Cùm ex victoria Philiſtæi filia regis eſſet promiſſa Davidi, qui maximè dilexit Michol, quod *nuntiatum eſt Sauli: & placuit ei:* Quid tunc: *Dixit Saul: dabo eam illi, ut fiat ei in ſcandalum.* 1. Reg. 1 num. 20. cum Saül multis modis inſidiaretur Davidi, ut eum honeſto prætextu perderet: dabat illi Michol in conjugem, tanquam inteſtinam bellum adversùs parans, Abulenſ, ibi. q. 2. ait: *Dabo eam ei in ſcandalum, id eſt, occaſionem cadendi in malum.* Ut ipſe explicat per inſidias ad mortem, quia ſæpe uxor ad maritum eſt occaſio cadendi in malum.

*Multoties inteſtinæ contentiones inter virum & uxorem.*

Galat. 5.

Gen 2.

Caietan.

1. Reg. 18.

Abulenſ.

26. Beda. Secundò, *Qui neque ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis*, &c. Bene advertit Beda, quod in ſcriptura, cùm ponitur ſanguis in plurali, peccatum denotari ſolet. Pſalm 50. num. 16. *Libera nos de ſanguinibus, Deus Deus meus:* Illud tamen maximè notandum: quòd ait: *Ex voluntate carnis*, Voluntas, proprietas eſt animæ & à carne eſt aliena; Quæ eſt ergo voluntas Carnis. Hugo ait: *Neque ex voluntate carnis: id eſt, neque ex amore carnali.* Arabicus legit: *Nec ex appetitu carnis:* Ipſe carnalis hominis appetitus calore libidinis æſtuans, tam vehementer, ac fortiter voluntatem rapit, ac attrahit, ut jam voluntas non ſit ſui domina, ſed ſi voluntas carnis, & voluntatem ſequatur, ac illi ſubjicietur. Unde Job. 31. num. 7. probans innocentiam ſuam dicebat, quod nunquam ſua voluntas, ſeu mens obſecuta eſt ſuorum oculorum concupiſcentiam, ſic ait ipſe: *Si declinavit greſſus meus de via, & ſi ſecutum eſt oculos meos cor meum:* Hebraicus: *Si oculo obſecutum eſt cor meum:* Tanta probitate eminebat, ut nunquam ejus cor, id eſt, voluntas ſecuta eſt oculos carnaliter concupiſcentes Philipp. ibidem. *Nec cor meum acquieſcens ſecutum eſt oculos meos; cùm concupiſcentiæ imagines illi auferentur.*

Hugo.

Arabic. *Appetitus carnis ad ſe trahit voluntatem.*

Job. 31.

Hebraic.

Philipp.

27. Tertiò, Poſtquam dicitur data poteſtas hominibus, ut fiant filii Dei, *qui neque ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri:* illi enim fiunt filii Dei, qui à rebus humanis, ita ſe abdicant, & ſeparantur, ut in eis nihil ſanguinis, nihil carnis, ac humani affectus appareat, & internoſcatur; Unde recte dicit Tertullianus lib. de pudicitia, Quod, *continentia angelificata caro eſt:* & Joannes Clymacus Gradu. 4. ait. *Exceſſiva naturæ abnegatio, corporiſque mortalis, atque corruptibilis, mirabilis re vera ad incorpoream, ſpiritualemque ſubſtantiam contentio:* ſcilicet, dum corpus per exceſſivam ſui abnegationem defæcatur: *ad quandam incorpoream, ſpiritualemque ſubſtantiam contendit.*

*Carnis continentia parit vitam ſpiritualem:* Tertull. Climacus.





Ad ſtabiliendum firmum fœdus cum Abrahamo præcipit Deus fieri circumciſionem, & ait: *Hoc eſt pactum meum, quod obſervabitis, inter me, & vos, & ſemen tuum poſt te. Circumcidatur ex vobis omne maſculum:* Geneſ. 17. num. 10. Valde extraordinarium eſt hoc fœdus: quod Deus introducit in poſteros Abrahæ! nam cùm inter principes conſtituitur amicitiæ fœdus ſigna pacis eliguntur, & omnis effuſio ſanguinis procul abigitur; nam ſanguinis nota bellum denuntiat, & pacem negat. Quomodo ergo Deus pactum iniens cum Abrahamo effuſionem ſanguinis interponit; fœdus veræ Religionis ac amicitiæ cum Deo, bellum denuntiat contra carnem, & ſanguinem, ut caro præſcindatur; & ſanguis mortificatione, ac pœnitentia effundatur. Lyppomanus in præſenti ait: *Religio vera contra carnem, & ſanguinem mutuam ſemper, Crux ſemper portanda docetur, libidines carnis amputandæ toto corpore.* Unde ait Paulus ad Galat. 2. num 20. *Chriſto crucifixus ſum cruci, vivo autem jam non ego, ſed vivit in me Chriſtus:* Ad quæ verba præclare ait Noſter D. Cyrillus Alexandr. lib. 12. in Joann. cap. 28. *Mundanæ namque converſationis mors, Evangelicæ vitæ origo, ac fundamentum.* 28.

Gen. 17. *Religio Chriſtiana bellum indicit contra carnem, & ſanguinem.*

Lyppoman.

Galat. 2.

D. Cyr. Alex.

De ſancta Eccleſia circumdata, filiis ſuis, ait Regius Vates Pſalm. 217. num. 3. *Uxor tua.* Dei dilectam, ac veram ſponſam cum vite comparat: Quænam hujus rei combinatio! Vitis ligatur, ligno amputatur, ac præſcinditur ferro, ac multis aliis preſſuris profert fructus ſuos: Sic & pia anima ex religioſa amputatione carnalium, ac ligata crucis mortificationi, ac multis mortificationum preſſuris producit ſuos fructus in vitam æternam D. Zeno, ſerm 6. in Iſaiam ſic ait: *Dominus Eccleſiam ſuæ pro voluntate plantavit, quam ſacerdotalibus officiis extollens, piaque putatione fecundans felici ligno ſuſpenſam uberrimam docuit afferri vindemiam.* 29.

Pſal. 127.

D. Zeno.

## QUÆSTIO VII.

### *Quare dicitur Verbum caro factum, & non potiùs anima, vel homo factus?*

NOſtra ſublimis aquila num. 14. valde ſublimia; & veneranda verba innotat: *Verbum caro factum eſt:* De quibus multa dixi citato cap. 1. quæſt. 51. 52. 53 54. 55. 56 57. 58. 59. & ibi omnia pro noſtra exiguitate dicta ſunt, pro majori doctrinæ gratia; adverte ut ibi dixi, quod ponitur hîc caro per ſynecdochen: denotans hominem, ponitur pars pro toto. 30.

Primò, D. Auguſtinus Epiſtol. 120. ad Honoratum: ait *O homines, nolite deſperare vos fieri poſſe filios Dei, quia & ipſe filius Dei, hoc* 31. D. Auguſt.

*eſt Verbum Dei caro factum eſt, & habitavit in nobis: reddite vicem, efficiamini ſpiritus: & habitate in illo, qui caro factus eſt, & habitabit in nobis*: Caro generaliter pro congenita proclivitate ad vitam ac hoſtilitatem virtutum, & pugnam contra ſpiritum malè audit apud homines: ergo Dei filius dicitur factus non *anima*, ſed *caro*; ut carnis ignominiam ſibi aſſumente, abſque ulla contagionis labe ex tanta ejus benignitate, ac pietate homines, conciperent ſpem, ac contenderent ſe ipſos filios Dei fieri tanquam ſi dicat, filius Dei factus eſt caro: *Reddite vicem, efficiamini ſpiritus, nolite deſperare vos fieri poſſe filios Dei*, nemo ergo deſperet, ut depoſitis carnis infirmitatibus, poſſit elevari ad ſublimitatem filiorum Dei, cum audit: *Verbum caro factum eſt*: Vide ſuprà q. 5.

*Filius Dei factus eſt caro, homo ſperet ſe fieri filiũ Dei.*

32\. Secundò, Noſter D. Cyrill. Alexandr. lib. de recta in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Fide. Sic ait: *Illud Verbum: quod inexplicabili modo ſupra omnem humanæ mentis captum eluxit; ex Deo Patre humanam naturam deſcendens, & in id, quod non erat, ſe dimittens, ex muliere quoque naſci dignatum eſt, non quod in ea exinanitione perſeveret*: Nota ſequentia: *Sed ut deum ſe oſtendat eſſe, atque in naturæ noſtræ forma in terris appareat*: Quid eſt, quod Divinum Verbum, nec dicitur homo, nec anima, ſed caro, quod eſt, quid valde abjectum & infimum, Vide conſilium Divinæ ſapientiæ: Deſcendit ad ſummam exinanitionem, ac demiſſionem naturæ humanæ: *Ut Deum ſe eſſe oſtendat*: In ipſa quoque objectione ſublimiſſimè fulget, ac nitet Divinitas, ac ſi tantæ humilitatis oſtentatio ſit aperta Divinitatis declaratio.

D. Cyrill.

*In humilitate innitet, ac fulget Divinitas Chriſti.*

33\. Ut Chriſtus Dominus ingrederetur Jeroſolymam pompatico triumpho, præcipit adduci ſibi, non equum, ſed aſinam, ait ſuis diſcipulis; *Invenietis pullum aſinæ alligatum, cui nemo unquam hominum ſedit, ſolvite illum, adducite*. Luc. 19. num. 30. Si Chriſtus communem hominum modum in omnibus ſectabatur? cur modo eligens aſinum tantam novitatem, ac ſingularitatem quærit in eo, ut non patiatur alteri ſerviſſe, aſellum: *Cui nemo unquam hominum ſedit*: Ut fieret manifeſtum quantum erat inter ejus, ac aliarum imperium, & quantum præter uſitatum morem; quia alij; ut oſtentarent ſuos triumphos quærebant nobiles equos, & currus ornatos, ac multum compoſitos, bellicaque inſtrumenta: At meus Jeſus novus Imperator, novo modo quærit humilem aſinum, quia ipſa ſua humilitate, ac abjectione ſubjecit, ac devicit omnes gentes, omnes populos, omneſque aëreas poteſtates, omnemque principatum viſibilem, ac inviſibilem ſua humilitate ſperavit, ac deſtruxit, Divus Chryſoſtomus homil. 97. in Matthæum ait: *Ecce rex tuus venit manſuetus, aſcendens ſuper jugalem, & pullum novum, non currus ut Reges cæteri agens, non vectigalia exigens, non elatus tumores, nec ſatellitibus conſtipatus: ſed magnam undique monſtrans humilitatem. Interrogant ergo Judæi quiſnam regum aſinæ vectus Jeroſolymam intravit; neminem profectò præter Chriſtum dicere poſſunt*. Vide in Indice, verbo *Humilitas*: ubi multa de hac re.

Luc. 19.

*In humili, & abjecto triumphat Chriſti majeſtas.*

D. Chryſ.

34\. Tertiò, Si ſcriberetur: Verbum factum eſt anima, vel homo, qui animam includit quæ fit à Deo per creationem: exprimeretur id quod Deus nobis dedit. At verò cùm apponitur caro factum, denotatur id quod ab hominibus accepit, nam Virgine ſanctiſſima cooperante, caro data eſt à natura humana, eximiæ magnitudinis eſt accepta propalare, conceſſa verò ſua dona ſilentio involvere ſuum catalogum initiat Divus Matthæus: *Liber generationis Ieſu Chriſti, filij David*: & pergens ſubdit, *David autem Rex genuit Salomonem*: Cur Rex introducitur ut pater Salomonis, non vero ut pater Chriſti? quia dum filius Davidis narratur: natura ab eo accepta manifeſtatur, ſi vero regis titulo inſignitus eſſet, corona à Deo conceſſa exprimebatur: *De poſt fœtantes accepit eum paſcere Jacob ſervum ſuum*: Pſalm. 77. num. 71. Vide tom. 1. in Evangel. lib. 1. cap. 1. quæſtione 61. num. 150. & cap. 5. quæſt. 57. num. 169.

*Magnificus commemorat accepta, tacet dona data.*

Matth. 1.

Pſal. 77.

35\. Quartò, Theophyl. *Addicimus ergo per hoc, quod dicitur, Verbum caro factum eſt, quia ipſum Verbum eſt homo, & filius Dei exiſtens factus eſt filius mulieris, quæ principaliter Dei genitrix nuncupatur, tanquam Deum in carne genuit*, tanquam rationem aſſignans Evangeliſta, cur ubi primum Verbi Divini incarnationem induxit, protinus non expreſſam mentionem Divinitatis, ſed carnis, quam & Mariæ Deiparæ carne Verbum aſſumpſerat, mutavit; *quæ principaliter Dei genitrix nuncupatur, tanquam Deum te carne genuerit*: tanquam de ipſa carne maximè oſtentationem faciens, de eoque ſe multum glorificans. Suas ſodales invitat Anima ſancta. Cant. 3. n. 11. *Egredimini & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater ſua, in die deſponſationis illius: & in die lætitiæ cordis ejus*. Diadema aſſumptum à matre, vocat humanitatem, quam Verbum Divinum in inſtanti Incarnationis aſſumpſit, ut tenent Philo, Caſſiodorus, Gregorius, Guilelmus, Honorius, Beda, Haymol. Alcuin. D. Bernard. ſerm. 2. de Epiphania. Itaque dum Verbum Divinum carnem aſſumpſit in Mariæ utero, dicitur coronari à Matre ſua, & cur caro aſſumpta ex Virgine Maria à Verbo dicitur illius corona; Corona ſignum eſt gloriæ, majeſtatis, ac magnificentiæ, in æſtimatione eſt caro Virginis Divino Verbo; ut ſit illi tanquam corona ſuæ gloriæ, magnificentiæ, ac oſtentationis, D. Ambroſius lib. de Virg. Inſtitut. cap. 16. ait: *Beatus eſt Mariæ uterus, qui tantum Dominum coronavit, quando formavit, coronavit eum quando generavit*. Suprema Divina majeſtas, à quo coronam accipit, quæ ſupremum regale principatus inſigne eſt à ſacratiſſimo, nempe utero Mariano? *qui tantum Dominum coronavit*. Vide tom. 1 in Evangelia tom. 3. & tom. 2. in Apocalypſ. in Sybillario. Verb. *Maria*.

Theophyl.

Cant. 3.

Philo. Caſſiodor. D. Gregor. Guillelm. Honor. Beda Haymo. Alcuinus. D. Bernard.

*Deus maximè gloriatur de carne Deipara.*

D. Ambroſ.

36\. Quantò, ad eadem verba: Theophyl. Factus eſt filius mulieris, *quæ principaliter Dei genitrix nuncupatur tanquam Deum in carne genuerit*: Ac ſi innuat Evangeliſta dum ait: *Verbum caro factum eſt*: ob eximiam puritatem carnis Virgineæ Mariæ, ac ſi illa ſumma puritas Deum ſollicitaverit ad eam ſibi hypoſtaticè uniendam, ut ex illa unus fieret homo Deus. Ad hoc tendit D. Gregor. Nyſſenus ſerm. de Ortu Chriſti, dicens. *O Beatam illam carnem quæ propter inſignem puritatem, bona ad ſe traxit: in aliis enim omnibus vix anima pura ſancti Spiritus adventum acceperit, hîc autem fit caro ſpiritus receptaculum*: O excelſa & ſuprema puritas Marianæ carnis, in aliis vix anima invenitur receptaculum Spiritus ſancti, At in ſanctiſſima Deipara non ſolùm ejus anima, ſed etiam ipſamet ejus caro fit receptaculum Spiritus ſancti, ac totius Trinitatis; *hîc autem fit caro ſpiritus receptaculum*.

Theophyl.



D. Nyſſen.

*Caro Virginis Receptaculum Divinitatis.*

37\. Ait Sanctus Doctor: *Propter inſignem puritatem bona ad ſe traxit*: Tam excellens & præclara eſt puritas Virginis Mariæ, quæ Deum ſummum bonum *ad ſe traxit*: ut ex ejus viſceribus Filius Dei naſceretur, & ex ejus carne *Verbum caro factum*. Sic Deus complacuit ſibi in tanta puritate, ac ſanctitate, ut Deum ad ſe traheret, ut talem carnem ſibi uniret: *Propter inſignem puritatem ad ſe traxit omnia bona*. Unde ſatis piè, & devotè Richardus de ſancto Laurent. lib. 6. de Laudibus Mariæ. *Sicut Maria dicere poteſt de ſapientia Dei, ex ea carnem aſſumente*. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa Sapient. 7. num. 11. *Sic & Chriſtus, de Maria venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, quia natus ſum mundus de munda, immaculatus de immaculata, & de Virgine Virgo*. Bene ſe habet, quod ſanctiſſima Virgo in filio ſuo Jeſu dicat: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*. At cum Deus ſit ſummum bonum in ſe continens omnes perfectiones, quomodo audet dicere Richardus quod Chriſtus verus Deus, & homo genitus ex viſceribus Mariæ dicat: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*: quantum, nempe, poterat inveniri in una pura creatura, ut excellentius quid non poſſit dari, ut de Virgine naſceretur Virgo, de munda mundus, de immaculata immaculatus, generoſus de regia matris ſtirpe, piè magnificus de eximia Matris pietate, & glorioſus, de tam ſublimi illius gloria, de tanta puritate, ac ſanctitate Mariæ Virginis. Plura vide in Sybillario Verb. *Maria*.

Richard.

Sap. 7.

*Tot bona in Deipara, ut dicatur, quod omnia venerunt cum illa.*

## QUÆSTIO III.

### *Quare cum dicitur Verbum caro factum ſtatim ſubditur, & habitavit in nobis?*

38\. NArrans noſter Evangeliſta æterni Verbi Incarnationem; poſtquam dixit verbum caro factum eſt, ſtatim adjungit: *& habitavit in nobis*: De quo egi citato cap. 1. quæſt. 60. 61. & 62. Nunc accipe Theod. homil. 2. de Nativitate Chriſti habita apud Epheſinam Synodum, & ait: *Si enim dignum Deo habitaculum te ipſum conſtitueris, in te quoque habitatum deſcendet; & ſi non ad eum modum, quo in Chriſto. In Chriſto namque omnis Divinitatis plenitudo inhabitat. Sed ô rei miraculum! Tota divinitatis plenitudo in eo inhabitat corporaliter, & nihilominus tamen reliqua omnia adimplet, ut univerſam creaturam excedat. Totus exiſtens in uno, & à nulla interim creatura ſeparatur*, Si te dignum Deo habitaculum præparavetis, ipſe in te habitaturus deſcendet, non ſicut in Chriſto in quo habitat omnis *plenitudo Divinitatis corporaliter*: Ad Coloſſenſes 2. numer. 9. ſed deſcendet per gratiam, ita in unoquoque, ut ab aliis non ſeparetur; divina enim dona non in uno coarctantur, ſed cumulatiſſimè in omnes ſtagnantur. Vide ſupra Luc. 2. quæſt. 3. num. 18. Luc. 11. quæſt. 11. numero 57. 58.

Theol.

*Divina beneficia in omnes.*

Coloſſ. 2.

39\. De Chriſto Domino ait Iſaias 9. num. 6. *Parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis*: Cùm dicitur filius, non dicitur natus, ſed datus, ut apertè videatur diſcrimen inter hunc filium, & alios; Alij filij naſcuntur parentibus; ſic nato Seth dixit Eva, *poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel*: Geneſ. 4. num. 25. ſic & Abrahamo de Sera, ait Deus: *Ex illa dabo tibi filium*: Gen. 17. num. 16. Sic & Gabr. dixit Zachariæ patri Joannis Baptiſtæ: *Uxor Elizabeth pariet tibi filium*. Luc. 1. num. 15. At Jeſus veniens in mundum non tantùm dicitur natus, ſed & datus omnibus in omnium ſalutem, & ideo idem Gabriel annuncians Incarnationem Domini Verbi Virgini Mariæ, ait: *Concipies, & paries filium*. Luc. 1. n. 31. Non dixit paries tibi ut dictum erat Zachariæ, quia hic Divinus filius Jeſus totus datus eſt nobis, & à ſuis parentibus datus eſt nobis, totus: *miſit Deus Filium ſuum in mundum, ut ſalvetur mundus per ipſum*, Joan. 3. num. 17. Ubi natus eſt ex viſceribus matris, non tenet eum in ſinu, ac amplexu, ſed *reclinavit eum in præſepio*: tanquam hominibus dans, & tradens; Unde ait Theodorus ſuprà citatus. *Dei genitrix Jeſum concepit, ut ſalvatorem ſæculorum*: Ex quo eleganter, ac pulchrè ait Euſebius Emiſſenus. homil. 1. *Natus qui ſentiret occaſum, datus qui neſciret exordium*: Dicitur natus, quia deſtinabatur ad mortem, datus tam largiter, veluti ante ejus exordium, ac nativitatem, à patre datus eſt ut ſalvetur mundus per ipſum, à matre conceptus, ut Jeſus, id eſt, Salvator: *Concipies, & paries vocabis nomen Jeſum*.

Iſa. 9.

Gen. 4.

Gen. 17.

Luc. 1.

*Jeſus totus datus nobis à Patre, & matre.*

Joan. 3.

Theodor.

Euſeb. Emiſ.

40\. Profundè conſidera. Quod de Chriſti adventu in carnem ait Regius Vates Pſalm. 18. num. 6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*: Si Deus dicitur, Solem inhabitare, cur non etiam dicitur, procedere tanquam ſol illuminans univerſum mundum? Cur ſolis habitator noluit procedere tanquam ſol? Nota quod Sol in cœlis, & de cœlis naſcitur, & inde totum ejus corpus inter cæleſtia ſigna continetur, & ad plurimum ſuos radios diffundit in mundum; At ſponſus, totus ſe ſponſæ communicat, tam in perſona ſua, quàm in bonis ſuis. Filius Dei veniens in mundum poſuit tabernaculum corporis ſui in ſole, utero, nempe, Mariano fulgentiſſimo omnium radiorum ſplendore puritatis, juſtitiæ, ac ſanctitatis; tamen ibi clauſus non manſit, ſed inde tanquam ſponſus proceſſit, ut ſecundùm ſe totum, ac ſecundùm omnia bona ſua ſe communicaret ſuæ ſponſæ Eccleſiæ, ac filiis ejus cum quibus inhabitat uſque ad finem mundi. D. Auguſt. ſerm. 5.

Pſal. 18.

*Chriſtus ſe totum communicat Eccleſiæ, ejuſque filiis.*

D. Aug.

ſerm. 5. dè Nativitate ait: *Intrat artifex mundi anguſtias ventris humani, efficitur gravida mater intacta; & ecce tanquam ſponſus de thalamo, Mariæ Chriſtus procedit ex utero*: Non ibi manet ut ſol in cælo ſuo, ſed ut ſponſus proceſſit, ut adhæreat uxori ſuæ, eique ſe totum communicet, ac tradat. Dum Chriſtus in hoc mundo converſabatur, eſt nobiſcum, & mundo in Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento.

*Gratia data, & revelata per unigenitum Dei.*

*Ioan. 1. num.* 5. Joannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat, dicens. Hic erat, quem dixi; qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me erat.

*Num.* 16. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

*VERSIONES.*

*Syriacus. n.* 15. Joannes teſtatus eſt de eo, & clamavit, quem dicebam: hic eſt, qui poſt me venit, fuit ante me, quoniam prior eſt, quàm ego.

*Arabicus.* Quia antiquior me eſt.

*Perſicus.* Hic eſt, quem dixi, quod me poſterior venit, & me prior eſt, quod me antiquior eſt.

*Æthiopic.* Quia anteivit me.

*Vatablus.* Qui cum me ſequeretur, anteceſſit me.

*Iſidorus Clarus.* Mihi antepoſitus eſt.

*Æthiopicus n.* 16. Quia ex abundantia ejus, accepimus nos omnes gratiam pro gratia, ſeu ſuper gratiam.

*Perſicus.* Et ſcaturigine abundantiæ ejus.

*EXPOSITIO I.*

41. Janſen. Luc. 3. IOannes *teſtimonium perhibet*: Hoc Joannis teſtimonium, Janſen. & alij, qui concordiam Evangelicam contexunt; datum eſt poſt Chriſti baptiſmum, ac jejunium; tunc Chriſtus ad Joannem venit, ut indicant illa verba demonſtrativa: *Hic eſt, quem dixit*, nempè Luc. 3. n. 6. & 16.

42. D. Chryſ. Alcuin. *Teſtimonium perhibet*: id eſt, perhibuit, valde familiare præſens pro præterito. Confirmat Noſter Evangeliſta; id quod dixerat de Verbo Incarnato. quod erat, *Plenum gratiæ, & veritatis*: ut notant D. Chryſoſt. Alcuin. & alij, Corroborat, & confirmat teſtimonio Joann. Bapt. quod ob illius ſanctitatem, auſteritatem erat magnæ æſtimationis, ac auctoritatis apud populum, cui nullus auderet contradicere; Ac ſi dicat Evangeliſta, non ſolùm non vidimus Jeſum plenum gratia, & veritate, ſed etiam hoc ipſum teſtificatur Baptiſta adimplens ſuum munus ad quod miſſus eſt, ſupra num 6. & 7. *Ut teſtimonium perhiberet de lumine*: & ſubdit Noſter Evangeliſta: *Clamat*: Alludens ad Vaticinium Iſai. 40. num. 3. *Vox clamantis in deſerto*: & ut ait D. Chryſoſt. homil. 12. in Joan. *Clamat cum propalatione, cum libertate, ſine ſubtractione omnia prædicat*. & noſter. D. Cyrillus in Concilio Epheſino: *Clamat*, ait, *quem non ipſe ſolus audivit, ſed latè per omnes ſparſus eſt clamor ejus, quia non in occulto; nec demiſſa, balbutientique voce, ſed tuba ſonantius clamat.*

*Ingens auctoritate Joannis Bapt.*

*Iſai. 40.*
*D. Chriſ.*

43. *Qui poſt me venturus eſt*: ad ſe manifeſtandum, prædicandum, ac docendum populum, cujus ego præcurſor ſum, parare Domino plebem perfectam: *ante me factus eſt*, id eſt; honore & dignitate, ac excellentia mihi antepoſitus eſt: ita Chryſoſt. Noſter D. Cyrillus, D. Auguſt. Theophyl. exponunt. Unde ait Beda: *Quod ait, ante me non ad ordinem temporis, ſed ad diſtantiam pertinet dignitatis*: & verbum Græcum, quo hîc utitur Joannes dignitatem ſignificat: *Qui prior me erat*: ſeu ut legunt Arab. Perſicus: *Antiquior me eſt*: ut ait Daniel. 7. num. 9. *Antiquus dierum*: ut verus Deus ab æterno, & Deus de Deo. Sic exponunt D. Chryſoſt. D. Auguſt. Euthym. Theoph. Rupert. Alb. Magn. ac proinde, *prior*, id eſt, potior, excellentior natura Divinitatis, ac majeſtate, D. Cyrill. Alexandr. citandus quæſtione ſequenti, & ſi hæc velis intelligere de Chriſto, ut vero Deo, ac homine, dic, qui prior me eſt, at caput, ac princeps omnium prædeſtinatorum, ſecundùm decretum divinæ prædeſtinationis, in ipſo enim omnes electi ſumus.

D. Chryſ.
D. Cyrill.
D. Auguſt.
Theoph.
Beda.
Arabicus.
Perſicus.
Daniel 5.
D. Aug.
D. Chryſ.
Euthym.
Theophyl.
Rupert.
Alb. Magn.
D. Cyr. Alex.

44. *Et de plenitudine ejus omnes nos accepimus*: Cujuſnam ſint hæc verba maximè dubitant ſancti Patres, ac Doctores, an ſint Joannis Baptiſtæ, vel Evangeliſtæ? De quo quæſtione 10. Confirmat Evangeliſta, id quod ſuperius dixerat de Verbo Incarnato; *Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis*: Quod adeo verum eſt, ut de plenitudine gratiarum ejus, nos Apoſtoli, ac omnes fideles acceperimus, Chriſtus enim eſt caput Eccleſ. influens in omnes fideles tanquam in membra, non ſecundùm omnem plenitudinem gratiæ ſuæ; ſed prout decens, ac conveniens eſt, Beda ait: *Sancti non plenitudinem ſpiritus ejus, ſed de plenitudine ejus, quantum ipſe donat, accipiunt.*

Beda.

45. *Gratiam pro gratia*: id eſt, nos de plenitune ejus accepimus gratiam noſtram pro gratia ipſius Chriſti, ſeu per gratiam Chriſti, quæ tanquam à capite in membra derivatur, ac dimanat; ſic ait Paulus Rom 5. n. 15. *ſi unius*, ſcilicet, Adam, *delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis* JESU CHRISTI *in plures abundavit*: &c. Gratia enim Dei abundavit in multis hominibus donata in Chriſto Jeſu, ſeu per gratiam Chriſti, ſeu pro gratia Chriſti ut ipſe Apoſtolus ad Epheſios 1. num 6. *Gratificavit nos Deus in dilecto filio ſuo*: Id eſt gratos nos fecit, gratiam nobis donavit per filium ſuum Jeſum Chriſtum ſeu pro gratia filii ſui.

Rom. 5
Epheſ. 1.



QUÆSTIO IX.

*Quare Joannes incipiens dare Chriſti teſtimonium, de Chriſto ait*: Qui poſt me venit, ante me factus eſt?

46. D. Auguſt. D. Cyrill. D. Athanaſ. EX his verbis: *qui poſt me venit, ante me factus eſt*: Impiè arguebant Ariani Verbum divinum eſſe factum, ac proinde creaturam; hanc impietatem refutant, ac rejiciunt omnes S. Patres D. Aug D. Chryſ. D. Athan. & alij ſupra citati in expoſitione; nam ante me factus, non dicit productionem, vel creationem ſed excellentiam, ſublimitatem, ac majeſtatem; At proinde *Poſt me, & ante me*, id eſt, *poſt me*: tempore manifeſtabitur: *Ante me* verò gloria, honore me præceſſit, & ante me erat; Unde ipſe ait infrà: *Cujus non ſum dignus corrigiam calceamenti ſolvere*: Noſter D. Cyrill. in Concilio Epheſino: *Joannes de Chriſto, quem prædicabat, ait: Qui poſt me venit, hoc eſt, poſt me in lucem prodit is; prior me eſt, hoc eſt, dignitate, & gloria me præſtare, ſed & ipſa quoque ſubſiſtendi ratione, ut Deus me antevertit, quomodo ergo Joannes prior, & poſterior ſecundùm tempus extitit; quia Verbum Deus erat, & factus eſt caro; priùs proinde erat, ut Verbum, poſteriùs verò, ut homo.*

*Quomodo Joannes ait de Chriſto poſt me, & ante me.*
D. Chriſ.

47. D Thomas Jerem 31. Non omittam hîc apponere expoſitionem D. Thomæ ſuo Commentario in Joan. ubi ait: *Ante me factus eſt homo*: perfectus, ſecundùm ſapientiam, & rationis uſum perfectum juxta illud Jerem. 31. num. 22. *Fœmina circumdabit virum.* Nam etſi Chriſtus poſt Joannem conceptus; tamen ante Joannem rationis uſum, & viri ſapientiam habuit; in primo conceptionis puncto conſtat quod Chriſtus ante fuit conceptus quàm Joannes eſſet natus, & perfectus homo & ideo dicit: *ante me factus eſt*: & quamvis concedamus, quod Joanni in ſua ſanctificatione datus eſt uſus rationis, hoc factum eſt virtute Chriſti exiſtentis in utero Virginis, ac poſt ejus conceptum.

*Altera expoſitio.*

48. Maximè ad quæſtionem: tria teſtimonia Baptiſta dat de Chriſto D. Primùm hoc præſens: *Qui poſt me venit ante me factus eſt*: Secundùm hoc cap. 1. num. 29. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*: Tertium n. 34. *Ego vidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt Filius Dei*: Non ſtatim Baptiſta in prima fronte ait de Chriſto, quod erat filius Dei; ſed paulatim ad tantam celſitudinem auditores diſponit primò dicens, quod *erat ante ipſum, & prior ipſo*: Secundò pro ſua ſuprema dignitate, *tollebat peccata mundi*: Tertiò apertè dicit, & clamat quòd *hic eſt filius Dei* naturalis; & ita paulatim eos diſponens eis aperit, & explicat ſublimia naturæ Divinæ in Chriſto D. Chryſoſt. homil. 12. in Joann. ait: *Non à principio dixit; quoniam hic eſt filius Dei unigenitus, ſed clamat dicens.* Hic erat quem dixit, qui poſt me venit, ante me factus eſt: quia prior me erat. *Quemadmodum enim matres avium non confeſtim pullos ſuos volationem docent, ſed primo quidem extra nidum ducunt, poſtea verò aliam multo velociorem volationem apponunt, ſic & Joannes non ſtatim Judæos ad alta ducit, ſed interim paulatim à terra eos evolare docuit dicens: quod Chriſtus melior eo erat, quod non parum interim erat.*

*Paulatim Joannes ſuos auditores docet, & illuminat.*
D. Chryſoſt



Præclarè prædixit Archangelus Gabriel de Joanne Baptiſta ad Patrem ejus Zachariam: *Replebitur Spiritu ſancto adhuc ex utero matris ſuæ*: Luc. 1. num 15. Inde ejus virtus tam eminenter reſplendet, & nitet, quia cum primus in opinione hominum haberi poſſet, primam Chriſto cedit, & eum primum ac majorem ſe eſſe profitetur; quod ſanè non de lege naſcentium; ſed ex peculiari gratia ipſius Dei dimanat. Guarricus Abbas ſerm. 3. & ait: *Nobis non ſolum miranda, ſed imitanda proponitur virtus humilitatis Joannis, qua major ſe credit, cum potuit, noluit, imo ne credentes, errarent, compeſcuit. Fidelis enim amicus ſponſi, magis amator Domini ſui, quam ſui: ſe minuit, ut ille creſceret, & de minoratione ſui gloriam illius augere ſatagebat: Ideo nimirum magna eſt gloria ejus in ſalutari tuo: in Jeſu tuo Domino.* 49.

Luc. 1.
Guarric.
*Non à natura, ſed à Dei gratia venit, alteri & minori cedere.*

Cùm multæ eſſent exortæ contentiones inter paſtores Abraham, & Lot; ait ei Abraham: *Ne quæſo ſit jurgium inter nos, fratres enim ſumus. Ecce univerſa terra coram te eſt, recede à me, obſecro: ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo; ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam.* Gen. 13. num. 8. Abrahamus gravior erat ætate, ac dignitate, utpote avunculus Lot, proindeque debebat ipſe meliorem terræ partem eligere, & aliam Lot permittere, ita videbatur rectus ordo poſtulare: Cur ergo Abrahamus primum locum Lot concedit, cum ei eſſet debitus: Præclarè D. Chryſoſt. hom. 33. ait: *Magna eſt juſti hujus Philoſophia, per omnia non vult eſſe oneroſus fratrueli, quaſi diceret, ut ceſſent contentiones; propterea te Dominum electionis, & arbitrum conſtituo, & omnem tibi poteſtatem do, ut terram, quam meliorem cenſes, tu eligas, & reliquam ſinas eſſe meam. Nam hoc quis unquam, vel æquali, vel fratri faciendum cenſuit id quod fratrueli Abrahamus? At excellentis virtutis ſuæ exhibet documentum.* Non à communi hominum lege, non à natura, ſed ab excellentiſſimæ virtutis gratia venit, quod inferiori, ac minori prima cedat. Expende verba ſancti Doctoris: *Excellentis virtutis ſuæ exhibet documentum.* Magna, & præclara ſuæ virtutis facinora edidit Abrahamus, ut exit de terra ſua, ac cognatione ſua, dumque peregrinos ad hoſpitium recipit, ac tandem cum unigenitum filium in holocauſtum offert; tamen modo cum inferiori prima dat, hoc ſuæ inſignis virtutis magnificè dicitur documentum, cum hoc ſit valde mirabile, ac præter communem hominum modum. 50.

Gen. 13.
D. Chryſ.
*Inter virtutum facinora valde mirabile minori prima cedere.*

## QUÆSTIO X.

*Quare dum ſit mentio de plenitudine gratiæ Chriſti, dicitur; quod nos omnes de ea accepimus?*

51. *Pro Evangeliſta.* D. Cyrill. D. Chriſ. Euthym. Beda. Lyran. Ianſen. Barradas.

DIcitur in Textu, quod de plenitudine gratiæ Chriſti: *nos omnes accepimus*: Et maximè dubitatur, an hæc verba ſint Joannis Baptiſtæ, vel Evangeliſtæ? Et quod ſint Joannis Evangeliſtæ, tenent D. Cyrillus D. Chryſoſt. Euthymius, Beda, Lyranus, Janſen. Barradas tom. 2. in Evang. lib. 2. cap. 12. Dicunt enim Evangeliſtam per parentheſim quandam, hæc verba interpoſuiſſe? *Joannes teſtimonium perhibet, qui poſt me venit*, &c. & iterum revertit ad id quod dixerat, *plenum gratiæ & veritatis.*

52. *Pro Bapt.* D. Baſil. D. Auguſt. D. Cypr. Rupert. Theophyl. Caietan. Tolet.

E contra vero D. Baſilius Pſalm. 28. D. Auguſtinus in Joann. tract. 13. & libro de Gratia, & libero arbitrio cap. 9. & lib. 5. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 9. De Cypria. lib. de Baptiſmo, Rupertus in Joan. Theophil. Caietanus, & Toletus, & alij; omnes hanc ſententiam tribuunt Joanni Baptiſtæ, & in hans ſententiam jam propendo; quia poſtquam Evangeliſta in præſenti proponit teſtimonium Baptiſtæ: *Ante me factus eſt, quia prior me erat*: adjungit præſentem ſententiam cum conjunctione copulativa *&* dicens: *& de plenitudine ejus*: quæ copulativa *&* indicat totam ſententiam prolatam eſſe ab eodem Auctore. Deinde ut argumentatur Origenes hic; quod Evangeliſta in præſenti, num. 15. & num. 19. ponat Joannis Baptiſtæ teſtimonia, & ſubitò aliis interjectis verbis ſeriem teſtimoniorum interrumpat; hoc videtur valde inconſequens, proindeque dicendum, quod id, quod Evangeliſta eructabat de Verbo Incarnato ipſum eſſe plenum gratia, & veritate, nunc teſtimonio Joannis Baptiſtæ confirmat.

Origenes.

53. *Chriſtus D. fons, & origo omnium bonorum, ac gratiarum.*

Et meritò de Chriſto Domino dicitur quod *de plenitudine ejus nos omnes accepimus*: Cùm enim Chriſtus D. ſit caput omnium electorum, ac totius univerſi, ab ipſo tanquam à capite fluunt omnia bona, gratia, juſtitia, & probitas in omnia ſua membra, & hoc non ſolum his qui fuerunt tempore Chriſti, & poſt ipſum, ſed etiam omnibus quibus ab exordio mundi, ut Adamo, Abel, Noë: Abraham, & cæteris; & omnibus illis, ex prævifis meritis Chriſti, data eſt gratia & juſtitia, ipſe enim eſt fons, & origo omnium bonorum. Sic ait de eo Noſter D. Cyrill. *Quaſi jugi fonte gratiarum donum ſcaturiens in ſingulas animas quæ dignæ ſunt, defluit*: Juxta illud Pauli ad Epheſ. 1. n. 3. *Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto*: id eſt, per Chriſtum. D. Bern. ſerm. 13. in Cantic. ait: *Origo fontium, & fluminum mare eſt; virtutem, ac ſcientiarum eſt Chriſtus*, D. Chryſoſt. in præſenti ait. *Ipſe fons eſt, & radix omnium bonorum, ipſe vita, & ipſe lux, & ipſe veritas, non in ſe ipſo ipſa divitias continens, ſed in univerſos diffundens, quibus diffuſis, plenus permanet, neque ex eo, quod aliis ſuppeditet, minuitur, ſed divitias ſuas largitur ſemper uberius.*

D. Cyrill. D. Bernard. D. Chryſ.

54. Perpende verba ſancti doctoris: *non in ſe ipſo bonorum divitias continens, ſed in alios diffundens*: Inde de plenitudine ejus nos omnes accepimus; Hæc eſt enim regalis majeſtas Domini mei Jeſu, quod quidquid in eo ſplendidum apparet, ac rutilat, ſuis quantum fas eſt, pro eorum capacitate communicat, ac largitur, cum ipſe ſit plenus gratia, ac veritate; inde omnes de ejus plenitudine accipiunt, & ditantur. De Chriſto D. dicitur Cantic. 5. num. 11. *Caput ejus aurum optimum, comæ ejus quaſi elatæ palmarum, nigræ quaſi corvus... manus ejus tornatiles aureæ.* In nullo alio loco, quantum capio, quod manus pro magno encomio dicantur aureæ, ab albedine frequenter laudantur: Cur ergo Divina ſponſa immemor albedinis, aureas manus decantat? agebat de manibus illius, qui omnium creaturarum eſt caput aureum; proindeque ipſa præſtantiſſima excellentia auri, non ſibi tantum retinet, ſed per manus aureas, tornatiles, tanquam veloces transfundit in ſua membra, ut in eis quidquid appareat, totum reluceat in auro. D. Nyſſenus homil. 14. in Cantic. ait: *Manus ejus tornatiles aureæ in hiſce verbis ſenſus manifeſtus eſt, ob quod caput laudatur, eadem manuum quoque encomium abſolvant, quod ſi caput hoc noſtrum appellatum fuit aureum immaculatum, itidem hic manus etiam vocantur aureæ.* Suprema excellentia, quæ per aurum denotatur reſplendet in capite omnium hominum, & Angelorum, etiam hæc fulget in manibus, ut eam in ſuos diffundat, illiuſque eos participes faciat: *ob quod caput laudatur, eadem manuum quoque encomium abſolvant.*

Cantic. 5. *Chriſtus ſua cæleſtia dona ſuis communicans.* D. Nyſſ n.

55. Pſal. 44. *Veſtis aurea ab ſponſo aureo.*

Ait Regius Vates Pſalm. 44. num 10. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato*: Eccleſia gentium, quæ in regione longinqua erat, turpiter, ac luxurioſè vivens omni ſpurcitia, ac ſqualore plena, omni decore denudata; unde tantum veſtimentum habuit? Aſtitit à dextris tuis, ex quo conjuncta eſt cæleſti ſponſo, cujus caput eſt aureum ipſa etiam veſtem auream participavit. D. Chryſoſtom. in eundem Pſalmum ait: *Hanc veſtem auream Rex texit, ſponſaque albam per baptiſmum induit. Antea enim erat nuda, turpis, & inboneſta, expoſita omnibus, qui tranſibant per viam; ex quo autem illam veſtem induit, evecta eſt ad illam altitudinem, ut à dextris ſtaret, & digna fuit viſa*, ut aurea veſte à ſuo ſponſo cujus caput eſt aureum, indueretur.

D. Chryſ.

56. D. Chryſ. Numer. 11.

Ait citatus Chryſoſtomus: *Non in ſeipſo divitias continens, ſed in univerſos diffundens quibus diffuſis plenus permanet*: Imò ſummæ majeſtatis majeſtas eſt, alios ſuis radiis illuſtrare, ac illuminare, eoſque ſplendore diteſcere. Ait Deus ad Moyſem. Num. 11. num 16. *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſraël, quos tu noſti, quod ſenes populi ſint ac magiſtri: & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, facies tibi ſtare tecum, ut deſcendam, & loquar tibi: & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, ut ſuſtentent tecum onus populi*: Cur omnipotens Deus qui de lapidibus iſtis poteſt ſuſcitare filios Abrahæ, & in infinitum multos, & varios ſpiritus



*Dona ſpiritualia tunc illuſtriora, & magis creſcunt cum communicantur.*

ſpiritus creare novum non producit, ſed mavult de ſpiritu Moyſis auferre, & aliis communicare: *Auferam de ſpiritu tuo, & tradam eis*? Ordinabat Deus, ne Moyſes propter novos Prophetas & ſocios ad regimen populi, minor reputaretur, ſed potius major, & excelſior in omnium oculis haberetur, inde dona illi data diſponit, ut alij illorum fiant participes; ad magnam enim celſitudinem pertinet, dona conceſſa cum aliis communicare, & inde ipſa magis illuſtriora apparent, & multum creſcunt, & augentur, & ideo hoc ad magnam Moyſis gloriam factum eſt Abulenſis ibi q. 45. ait: *Principaliter hoc fuit ad honorem Moyſis: ut videretur Moyſes ſemper manere; ut major in populo, ideo non dixit, dabo eis de ſpiritu meo: ne per hoc intelligeretur, quod dabat eis aliquem novum ſpiritum, vel majorem, quàm eſſet in Moyſe; ſed dixit, auferam de ſpiritu meo, quaſi dicam tu eris principalis, quia de tuo illi accipient, & iſta eſt veritas*: tanquam ſi ex hoc oſtenderetur Moyſes major, & principalior in populo, quia ſpiritus illius aliis communicabatur. *Tu eris principalis, quia de tuo illi accipient.*

Abulenſ.

## QUÆSTIO XI.

*Quare poſtquam Evangeliſta dixit, quod de plenitudine Chriſti omnes accepimus addit*; Gratiam pro gratia?

57. AIt in præſenti Evangeliſta n. 16. *De plenitudine ejus*: Scilicet, Verbi Incarnati? *Omnes accepimus gratiam pro gratia*: Propoſitio Græca, quam Interpres poſuit, & vertit: *pro*, viciſſitudinem indicat, & permutationem ſignificat, ut cùm una res pro altera datur, ac commutatur: ut cùm dicitur: *Oculum pro oculo, dentem pro dente* Deuteron. 19. num. 21. Ideo pro intelligentia horum verborum: *gratiam pro gratia*, variæ ſunt expoſitiones.

Radix. Græc. Deut. 19.

58. Hugo. Caietan.

Primò, duo Illuſtriſſimi Cardinales Hugo, & Caietanus ſic exponunt: *Accepimus gratiam pro gratia*: id eſt, accepimus gratiam gratis, ſine ullis meritis noſtris, ſed ex mera gratia Chriſti accepimus gratiam, Secundò, aliqui antiqui, & Joannes Alba electorum Sacræ Scripturæ: *Gratiam pro gratia*; hoc eſt, gratiam cumulatam, & maximam; ſicut dicitur Job. 2. *pellem pro pelle*: Id eſt, pellem ſuper univerſam pellem; id eſt, ſuper omnes pelles; ſic & in prophetis: *plaga pro plaga*: Ad hanc ſententiam videtur accedere Suarius tom. 1. in 3. part. q. 19 art. 4. diſp. 41. ſect. 2. *Gratiam pro gratia*, inquit hoc eſt, gratiam ſecundam pro gratia prima, hoc eſt, gratiam creſcentem, & majorem accipimus, omnes non tantum homines, ſed etiam Angeli; & hæc expoſitio inſervit ad multas theſes morales, de quo infra in hac quæſtione.

Ioan. Alb. Iob. 2. Suarez.

59. D. Auguſt. Beda.

Tertiò, D. Auguſtinus, Beda hîc in Joan. Pro gratia hujus vitæ, quam modo habemus in ſpe accipiemus gratiam vitæ æternæ, ac gloriæ beatificæ, ſic ait Auguſtinus: Pro gratia, *in qua ex fide vivimus recepturi ſumus aliam gratiam; Coronat enim Deus in nobis dona miſericordiæ ſuæ.*

60. D. Chryſoſt. Leontius. Theophyl. Euthym. Rupert. Lyran. Ianſen. Ribeira.

Quartò, D. Chryſoſtom. Leontius, Theophylactus, Euthym. Rupertus, Lyranus, Janſenius, Ribeira, inquiunt: accipimus magnam gratiam novi teſtamenti, pro minori gratia veteris teſtamenti; nam utraque lex gratis data fuit à Deo: Hæc expoſitio non placet, quia Evangeliſta ſtatim num. 17. opponit legem gratiæ ſicut Moyſem Chriſto: Ait enim: *Quia lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt*: Ergo Evangeliſta condiſtinguit legem antiquam à gratia, ac proinde ſub nomine illius non poteſt intelligi; & etiam Quintò id quod alii dicunt, ut Maldonatus, quod, unus accepit unam gratiam, alii aliam, & hoc minimè explicat præſentem ſententiam, quia unus, non accipit gratiam per alium, ſed unuſquiſque pro ſe ex Divina miſericordia.

Maldon.

61. *Vera ſententia.* Carthuſ. Vatabl. Claudius. Toletus.

Sexta, & vera ſententia, quam tenent Carthuſian. Vatabl. Claudius, Toletus, & alii, eamque ſecutus ſum in expoſitione: *De plenitudine ejus omnes accipimus gratiam pro gratia ipſius*: ſeu ex gratia ipſius nos accipimus gratiam. Nam verbum græcum, cujus loco noſter interpres poſuit, *pro*, idem valet, ac propter, & tunc plenus eſt ſenſus; ex plenitudine ejus nos omnes accipimus gratiam propter gratiam ipſius Chriſti; quæ tanquam à capite dimanat in membra, vel ut multis contendit Toletus Annotat. 51. & Cornelius in præſenti, quod verbum Hebraïcum correſpondens dictioni, *pro*, ſignificat quandam ſucceſſionem, tanquam in ſucceſſionem gratiæ ipſius: Nam ſicut Chriſti gratia fecit illum Deo gratum, ſanctum, & amicum, ac filium naturalem; ſic eadem gratia nobis communicata à Chriſto facit nos Deo gratos, ſanctos, amicos, ac filios adoptivos. Vide quæ dixi ſuprà in Expoſitione num. 45. Hæc juxta literam.

62. D. Auguſt. *Unum Dei beneficium aliud ſecum adducit.*

Tamen moraliter pro ſecunda ſententia Accipe, quod ita cumulatiſſimè ex plenitudine Chriſti, accipimus gratiam pro gratia, quod una gratia data ex meritis ipſius, ad majorem accipiendam nos inducat, ac diſponat ex benignitate ipſius. D. Auguſtinus ſerm. 176. de tempore, qui eſt 3. de Aſcenſione ait: *Ut fidelis quiſque, cùm jam tanta præceperit, per ea, quæ cognoſcit præſtita: diſcat ſperare promiſſa, ac Dei ſui præteritam, præſentemque bonitatem, qua futurorum teneat cautionem*: Significat Auguſtinus, Deum, prioribus donis datis, ad ea augenda, ac majoribus cumulanda, ſe veluti eſſe adductum, ac oppigneratum, ac ſi cautio, ac chirographum eſſet datum ad majora promerenda.

63. 2. Cor. 1. & cap. 5. Epheſ. 1. *Unum Dei donum pignus alterius.*

Inſigniter Apoſtolus Paulus appellat Divinum Spiritum: Signum ſalutis noſtræ 2. Corinth. 1. n. 22. *Qui & ſignavit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris*: & eadem Epiſtol. cap 5. n. 5. *Qui autem fecit nos in hoc ipſum Deus, qui dedit nobis pignus ſpiritus*: & ad Epheſ. 1. n. 14. *Credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ*, & tamen Divinus Spiritus ab Eccleſia decantatur, ac appellatur *Donum Dei Altiſſimi*: Si eſt pignus quomodo donum? Nam pignus datur in cautionem doni; ac proinde dono dato ratio pignoris ceſſat. Tamen Divinus Spiritus eſt donum Dei, & eſt pignus

Nam cùm Altiſſimus dat unum donum, ibi pro ſua magnificentia dat pignus ad cumulatius aliud magis largiendum. Unde perbellè

D. Baſil. Sel.

D. Baſilius Seleucus. Orat. 2. ait: *Divinæ bonitatis imber delatus poſterioribus donis obſcurat priora*: Quia prioribus poſteriora excellentiora ſunt, ac majora.

64\. Orans Chriſtus in horto, ad Patrem dicebat: *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte*:

Matth. 26.

Matth. 26. num. 39. Et tamen oratio non fuit exaudita, ac ſi quodammodo eſt impoſſibilis, & unde hoc proveniebat, rectè explicat D. Paſchaſ. in Matth. & ait: *Impoſſibilitas iſta de juſtitia venit, & bonitate Dei, quia ſic eſt omnipotens, ut & juſtus ſit, & bonus, & miſericors: & ideo quantum ad utramque naturam ſpectat, impoſſibile erat, ne nos bonitate ſua, ſuaque juſtitia, & miſericordia ſalvaret, quos crearat.* Totus D.

D. Paſchaſ.

Paſchaſ. eſt in explicanda impoſſibilitate: Cur Chriſti oratio non fuit exaudita. Et cognoſcit totam difficultatem provenire ex juſtitia, ac miſericordia divina: *Impoſſibilitas illa de juſtitia venit, & bonitate Dei*: quod Chriſti oratio non fuerit exaudita ob miſericordiam, & bonitatem Divinam, qua nos decrevit ſalvare, & proprio filio ſuo non pepercit, bene res intelligitur: At quomodo Paſchaſius, hoc etiam ad juſtitiam refert, dicens: *Impoſſibile erat, ne nos ſua juſtitia ſalvaret, quos crearat*: Imò in hoc videtur Paſchaſius ſibi contrarius: nam ſalvare, opus eſt pietatis, & miſericordiæ, ſicut & juſtitia tendit ad dandum unicuique jus ſuum: & quodnam jus habebat homo ad ſalutem, & redemptionem, *quos crearat*: Creavit nos ibi Deus, ex ſua intrinſeca bonitate dedit pignus, ac ſyngraphum, ut nos ſalvaret; & perire non ſineret; & ideo exorans, quia beneficio creationis erat jam Deus pignoratus ad hominum ſalutem; *Impoſſibile erat; ne nos ſua juſtitia ſalvaret, quos crearat.*

*Unum beneficium Divinum aliud ſecum adducit.*

*Joan. 1. n. 17.* Quia lex per Moyſen data eſt gratia, & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt.

*Num.* 18. Deum nemo vidit unquam, Unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit.

### *VERSIONES.*

*Syriac. n. 17.* Quoniam lex per manum Moyſis data eſt; Gratia, & veritas per manum Jeſu Chriſti fuit.

*Arabicus.* Gratia, & pax neceſſaria fuerunt per Jeſum Chriſtum.

*Origenes.* Gratia, & veritas exorta eſt per Jeſum Chriſtum.

*Arabicus. n.* 18. Deum non vidit eum aliquis, ille unicus.

*Syriacus.* In gremio Patris, ipſe annuntiavit.

*S. Cyrillus.* In Utero Patris.

*Æthiopicus.* Unicus Dei filius, qui fecit in ſinu Patris ejus, etiam ipſe nuntiavit nobis.

*Tertullian.* Ipſe diſſeruit.

*Græcus.* Unigenitus, qui eſt in corde, ſive pectore Patris.

### *EXPOSITIO II.*

Explicat Evangeliſta id quod ſuperiùs dictum, quod *de plenitudine ejus omnes accipimus gratiam, nempe, pro gratia* ipſius Chriſti: *Quia lex per Moyſen data eſt*: quia licet Moyſes fuiſſet magnus & princeps prophetarum inter Judæos, legem potuit dare, non ut illius promulgator, quæ lex licet oſtenderet Dei præcepta, non tamen dabat gratiam ad illa implenda; ſed tantum habebat quaſdam umbras, & figuras: *At gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt*: quia ipſe eſt auctor, & factor gratiæ, & veritatis; *Gratia*: quam nos reconciliando Deo per mortem, & paſſionem ſuam promeruit, dans nobis gratiam, ac remiſſionem peccatorum per ſeptem Sacramenta ab eo inſtituta, & etiam Auctor veritatis, quia abdita fidei myſteria Sanctiſſimæ Trinitatis, Generationis æternæ, Unionis hypoſtaticæ in ſua ſanctiſſima humanitate, ac multa alia, quæ de ipſo ſcripta erant, fugatis umbris, aperuit, ac manifeſtavit; vel etiam dicitur *Veritas*: per Jeſum Chriſtum facta, quia omnis Veritas prophetarum in ipſo Chriſto Jeſu vero Deo, ac Meſſia eſt facta, completa, & adimpleta. 65.

*Verus ac legitimus ſenſus.*

*Deum nemo vidit unquam*: Optimè comprobatur, id quod immediatè antea dictum erat: *Gratia, & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt*: Gratia per ipſum facta eſt, utpote, quia Chriſtus eſt auctor illius; & ſic & *veritas*: per ipſum facta eſt manifeſtata, utpote, quia ipſe ſolus eſt intimus agnitor, & penetrator ſecretorum; quia ipſum *Deum nemo vidit unquam*: Ac ſi dicat, quamvis lex data fuiſſet per Moyſen, tamen Deum nunquam vidit, ac proinde non potuit revelare, ac manifeſtare, ſed hoc ſolùm poteſt præſtare: *Unigenitus qui eſt in ſinu Patris*: Ex utero Patris, tanquam illi intimus, ac conjunctiſſimus, omniumque ſecretorum Dei conſcius, ac particeps; & in hoc ſenſu ait Chriſtus D. Joan. 6. num. 46. *Non quia patrem vidit quiſquam, ſed qui eſt à Deo, hic vidit Patrem*; Utpote, filius ejus, qui eſt ab eo. 66.

*Secreta Dei nobis unigenitus enarrat*

Joan. 6.

Et eſto demus cum D. Auguſtino, & Sancto Thoma, ut dixi cap. 1. Luc. q. 11. num. 49 quod Moyſes viderit eſſentiam Divinam; intellige quod fuit valdè imperfectè, ac diminutè, ut minimè ſciret, ac penetraret ſecreta, ac ſublimia Dei; Unde dictum eſt ei: *Videbis poſteriora mea; faciem autem meam videre non poteris.* Exod. 33. num. 22. 67.

D. Auguſt. D. Thom.

Exod. 33.

Quæſtio



## QUÆSTIO XII.

*Quare lex dicitur data per Moyſen? Gratia & veritas facta per Jeſum-Chriſtum.*

68\. Rectè Sanctus Joannes Baptiſta, ait in præſenti, quod lex *ſit data per Moyſen; gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta*: Et non ſolùm eum appellat Jeſum, quo nomine ſatis notus, & cognitus erat in populo; ſed etiam eum dicit Chriſtum, quo dictò cognomine Chriſtum, ipſum eſſe verum Meſſiam prædictum à Prophetis maximè deſideratum demonſtrat; & in his verbis: *Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Jeſum-Chriſtum facta*; Quod breviter oſtendo.

*Baptiſta demonſtrat Chriſtum eſſe verum Meſſiam.*

69\. Primò, Meritò condiſtinguitur lex data à Moyſe, à gratia facta à Jeſu Chriſto; quia lex vetus data per Moyſen nullam dabat gratiam ex opere operato, ſed ex opere operantis juxta uniuſcujuſque diſpoſitionem; Nam remedium legis naturæ inſtitutum fuit in Adamo; Circumciſio data fuit Abrahamo, Gen. 17. n. 10. Et hæc non dabant gratiam ex ſe, ſed ex meritis prævifis Chriſti, & fuerunt multo tempore antecedenter ante legem ſcriptam datam Moyſi; ac proinde in ipſa lege ſcripta nullum fuit proprium illius Sacramentum: nam illa legis tantum erant præcepta moralia, judicialia, & cæremonalia moralia pertinebant ad obſervationem legis; Judicialia, de quibus agitur in Exod. c. 21. 22. 23. pertinebant ad gubernationem populi, ac ad lites componendas, de quibus agit. D. Thomas 1. 2. q. 104. art. 1. Cæremonialia pertinebant ad ſacrificia, ac ad alios ſacros ritus; ac proinde per illa omnia, quæ erant propria legis antiquæ nulla dabitur gratia ex opere operato. Ita D. Thomas 3. p. q 62. art 6 ibid. Caietanus, Cabreira, Nunetius. Suarius tom. 3. ad 3. p. diſp. 10. ſect. 3. §. Dico 1. & Dico 2. Bellarminus lib. 2. de Sacram. cap. 13. & 14. & multi alii, quos citat, ac ſequitur Sararius lib. 5. cap. 7. quæſt. unic. art. 3. Unde Concilium Florentinum ait: quod *Sacramenta legis antiquæ non conferebant gratiam, ſed tantùm dandum ſignificabant per Chriſtum.* Et Paulus ait Hebræor. 7. num. 19. *Reprobatio fit præcedentis mandati, propter infirmitatem, & inutilitatem: nil enim ad perfectum adduxit lex.*

Gen. 17.

*Nihil erat in lege veteri, quæ gratiam ex opere operato daret.*

Exod. 21.

D. Thom.

Caietan. Cabreira. Nunetius Suar. Bellarmin. Sarar. Concil. Flor.

Hebr. 7.

70\. At gratia rectè dicitur facta per Jeſum Chriſtum, quia ipſe eam fecit, eamque nobis promeruit ſua morte, ac paſſione: *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi*, 2. Corinth. 5. num. 19. & ipſam gratiam nobis fecit, ac dedit in multa, & larga abundantia, ut ipſe dixit: *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant*: Joan. 10. num. 10. & hoc non uno modo, ſed per ſeptem Sacramenta, quæ ſunt ſeptem perennes fontes gratiæ. Iſai. 12. num. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris*: D. Hieronymus ex Hebræo legit: *De fontibus Ieſus.*

*Rectè dicitur gratia facta per Chriſtum.* 2. Cor. 5.

Ioan. 10.

Iſai 12. D. Hieron.

71\. Secundò, rectè opponitur gratia facta per Chriſtum legi antiquæ. De Ieſu Chriſto ait Petrus Actor. 4. num. 12. *Non eſt in aliquo ſalus: nec enim aliud nomen eſt ſub. cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri*, Et Apocalypſ. 1. num. 5. ait Joannes quod *Jeſus lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo*: lex autem vetus formaliter non dabat gratiam, cum formaliter non includeret merita Chriſti, ſed tantum reſpiciebat ut futuram; & Deus ex ſua benignitate, ex prævifis meritis Chriſti per anticipatam ſolutionem dabat gratiam; at Chriſtus veniens in mundum per ſua merita fecit, & dedit nobis gratiam, non per anticipatam ſolutionem, ſed ex pretio perſoluto, & inſtituit novam legem, quæ dicitur lex gratiæ, in qua datur gratia, quæ licet per reſpectum ad nos ſit mera gratia, & gratis data; tamen per reſpectum ad Chriſtum noſtrum caput eſt de juſtitia, quia ipſe de juſtitia eam promuerit, ac de toto rigore juſtitiæ ſatisfecit.

Actor. 4.

Apoc. 1.

Opponitur etiam Veritas facta per Chriſtum legi antiquæ: nam in illa omnia erant in figura, & umbra. Ait Paulus 1. Corinth. 10. n. 11. *Hæc omnia in figura contingebant illis*; & Hebræor. 10. n. 1. *Umbram habent lex futurorum*: & quidquid erit in lege, ac propheris, in figura, & umbra totum in Chriſto in veritate factum, & completum eſt. Unde ait Noſter Evangeliſta ſupra: *Verbum caro factum eſt, & vidimus gloriam ejus quaſi Unigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis*: plenum gratiæ, quæ ex ipſo refundebatur; & plenum veritatis; quia omnis veritas Scripturæ in ipſo videbatur facta, & adimpleta. Origenes ibi ad Catenam D. Thomæ: *Non incongruè pronuntiabit plenitudinem gratiæ novi teſtamenti, eſſe per Chriſtum donatam, & legalium ſymbolorum veritatem in ipſo eſſe impletam.* Unde recte vertit Arabicus, *Gratia & veritas neceſſariæ fuerunt per Jeſum Chriſtum.* 72.

1. Cor. 10.

Hebr. 10.

*Omnis veritas Scripturæ in Chriſto eſt facta.* Ioan. 1.

Origen.

Arabic.

Ex quibus, & multis aliis docent D. Thom. 1. 2. q. 106. art. 4. Suar. lib. 20. de leg. c. 7. num. 5. Salas 1. 2. diſp. 24 de leg. ſect. 1. Quòd lex nova inſtituta à Chriſto D. ſit perfectiſſima, ita ut pro ſtatu hominum viatorum de potentia ordinaria non poſſit eſſe perfectior lex in ratione promulgatoris, ac mediatoris, quia non poteſt dari perfectior mediator inter Deum & hominem, quàm Chriſtus unigenitus filius Dei, nec poteſt eſſe perfectior in ratione ſacrificii; nam in ſacrificio legis novæ, eſt ipſemet Deus, qui in eo offertur, nec poteſt eſſe perfectior in ratione cæremoniarum; nam noſtræ cæremoniæ ſunt Sacramenta, quæ conferunt gratiam ex opere operato. 73.

D. Thomas Suar. Salas.

*Lex gratiæ perfectiſſima.*

## QUÆSTIO XIII.

*Quare dum dicitur, quod unigenitus enarravit; ſimul de eo dicitur, quòd eſt in ſinu Patris?*

Poſtquam oſtendit Hîc Magnus Magiſter *quòd Deum nemo vidit unquam*: de quo latè differunt Theologi cum D. Thom. 1. part. q. 12. art. 11. & 12. ſubdit, *Unigenitus qui eſt in ſinu Patris enarravit nobis*; dicitur Unigenitus in ſinu Patris. *Syrus, in Gramio Patris.* D. Cyrill. *in utero Patris*; Alii ex Græco, *in corde*, ſeu *pectore Patris*, qui modus loquendi indicat, 74.

D. Thom.

Syrus. D. Cyril. Græcus.

quod

D. Athan. D. Chryſ. D. Ambro.

quòd ipſe Unigenitus eſt ejuſdem naturæ, ac ſubſtantiæ cum Patre; ut rectè docent Noſter D. Cyrillus lib. 1. in Joann. cap. 22. D. Athanaſ. lib. 3. de unica Trinitatis ſubſtantia. D. Chryſoſtomus homil. 14. in Joan. & D. Ambroſius lib. de Benedictionibus Patriarcharum cap. 1. & alludit ad illud Pſalm. 109. num. 4. *Ex utero ante luciferum genui te*; id eſt, ac ſi dicat Æternus Pater. De intellectu meo fœcundo genui te filium meum ejuſdem meæ naturæ. Ibi D. Hieronymus ait: *Ex utero, de mea ſubſtantia, de mea natura, de meis viſceribus, de medullis Divinitatis meæ. Totum quidquid eſt à te Divinitate dedi filio, quem generavi*: & ſimiliter ad eundem Pſalmum docept D. Auguſtinus, Theodoretus, D. Remigius, Caſſiodorus, Noſter Incognitus, & alii.

Pſal. 109.

D. Hieron.

D. Aug. Theodor. D. Remig. Caſſidor. Incogn.

75. Altiſſimo ergo diſcurſu probat Magnus Magiſter, quod ſolus Unigenitus Dei filius altiſſima Divinitatis myſteria nobis potuit aperire, & manifeſtare; *Deum nemo vidit unquam*: ſed unigenitus cùm ſit ejuſdem eſſentiæ, ac naturæ cum Patre per intimam conjunctionem, & identitatem cum ipſo penetrat omnia ſecreta, & abdita illius, ac proinde ille ſolus ea nobis potuit enarrare, ac *revelare*: ſimili diſcurſu utitur Paulus 1. Corinth. 2. n. 10. explicans ex quo principio, ac fonte ſuam doctrinam acceperit, & ait: *Nobis autem revelavit Deus per ſpiritum ſuum; Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei; quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita, & quæ Dei ſunt, nemo cognovit niſi ſpiritus Dei.* Aſſignat Apoſtolus rationem cur tam alta myſteria ſcribat, & doceat, quia ea accepit per revelationem Spiritus Sancti; qui Divinus Spiritus ſcrutatur etiam profunda Dei, id eſt, penetrat, cognoſcit, intuetur omnia etiam abditiſſima conſilia, decreta, ac determinationes Dei, ut explicant D. Tho. Theodoret. Theophylact. & ſicut *nemo novit, quæ ſunt hominis*; nempe, in corde, ac mente ſua, niſi ſpiritus hominis, qui idea eſt cum ipſo homine; ut explicant citati Patres cum D. Chryſoſtomo, D. Ambroſio.

*Chriſtus cognoſcit, ac penetrat omnia Dei ſecreta.* 1. Cor. 2.

D. Thomas Theodor. Theoph. D. Chryſoſt. D. Ambroſ.

76. Ita etiam alta & ſuprema myſteria Dei nobis enarravit, ac aperuit Unigenitus qui eſt in ſinu Patris, qui cum ſit idem naturâ cum illo eſt intimus ſcrutator, ac penetrator omnium conſiliorum, ac decretorum ipſius, eaque ipſe narravit, ac declaravit nobis; & quæ erant in Prophetis recondita, & in myſteriis Divinitatis abſcondita, ipſe aperuit, ac manifeſtavit. D. Irenæus lib. 4. cap. 37. ait: *Unigenitus qui eſt in ſinu Patris, viſiones Prophetarum, & diviſiones chariſmatum, & myſteria ſua, & Patris glorificationem, humano generi oſtendit*: Unde rectè ait idem Irenæus citato lib. 4. c. 14. *Deum ſcire non poteſt, niſi Deo docente.*

*Chriſtus cum agnoſcat ſecreta Patris, ea nobis revelat.*

77. Apocalypſ. 5. n. 5. apparet in dextera ſedentis liber ſignatus ſigillis ſeptem, & ipſe Joannes flebat multum, quia nullus inveniebatur, qui poſſet aperire librum, auditur vox de cœlo dicens: *vicit Leo de tribu Juda, radix David aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus*: liber continebat ſuprema, & alta myſteria divina, ac ſacramenta fidei, qui ita eſt clauſus, & ſigillatus omni intellectui creato; ut nec in cœlo, nec in terra eſt inventus, qui librum poſſet aperire, & ſolvere ſignacula ad ſui manifeſtationem; & quantumvis homo in hoc laboraret, fruſtra laboraret. Rupertus ibi, in ſuo Commentario ait: *Niſi ille*: ſcilicet Jeſus Chriſtus: *veniens, aperuiſſet, nemo intelligeret, & tanquam ſignacula firmiſſima ſolvere cupiens fruſtra laboraret.*

Apoc 5.

*Solus Chriſtus nobis aperit, & manifeſtat ſuprema myſteria.*

Rup. rt.

78. Sed quomodo dum Divinus Leo aperit librum tot myſteriorum, dicitur radix David; nam cùm Chriſtus D. ſit filius David, potiùs dicendus erat illius ramus; quàm radix? Nota, ut jam dixi ex D. Auguſtino, Noſtro Incognito. David habuit magnam, & excellentiorem cognitionem inter omnes Prophetas myſteriorum fidei, & inde Eccleſia omnia myſteria illius pſalmis celebrat; Hoc poſito verum eſt, quod Chriſtus D. ſecundùm naturam humanam ſit filius David; At ſublimia, & alta cognita myſteriorum cum cæteris donis, quæ data ſunt David, fuerunt ex prævifis meritis Chriſti; Ac proinde quamvis ſecundùm naturam humanam Chriſtus ſit filius Davidis, tamen Chriſtus eſt radix, ac origo ſcientiæ, ac intelligentiæ illius; nam ſolus Chriſtus, vel virtus eius, ſeu influxus aperit, & declarat myſteria. Thomas Angelicus ait: *Chriſtus dicitur radix David, quia multo ante, quàm naſceretur in terris, ut præviſis miniſtrabat gratiam, & cætera dona Patribus antiquis, ſicut radix humorem & nutrimentum miniſtrat trunco, & ramis.*

*Cur Chriſtus dicitur Radix Davidis.*

Th. Ang.

79. Ait Ezechiel. 2. num. 9. cùm non inelligeret divina myſteria: *Ecce manus miſſa eſt ad me, in qua erat involutus liber, & expandit illum coram me.* Et quænam manus fuit illa, quæ librum magnorum myſteriorum obſignatum aperuit, declaravit, ac manifeſtavit; manus, nempè, Chriſti D. teſte D. Gregorio homil. 9. in Ezechielem qui ait: *Salvator enim librum, quem involutum oſtenderat, expendit, cum hoc, quod per ænigmata loquebatur expoſuit.* Solus enim Chriſtus, qui eſt vera lux illuminans omnem hominem, poteſt dare lucem, & lumen ad cognoſcenda, & intelligenda Divina myſteria; Eleganter ait Philo Hebræus lib. de præmiis, & pœnis. *Solem hunc viſibilem; non alia re, quàm ſole ipſo adjuti cernimus; quid ſtellas? An non ſola ſtellarum ope aſpicimus? lucis aſpectum nonne luci debemus? Ad eundem ſanè modum etiam Deus per ſe ipſum illuſtrat ſui notitiam, cooperante nomine, quòd ea res excedant vires omnium.*

Ezech. 2.

D. Gregor.

*A ſolo divino lumine venit lux ſupernorum.*

Phylo.

CAPUT



# CAPUT II.

ET die tertiâ nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat mater Jeſu ibi. 2. Vocatus eſt autem Ieſus, & diſcipuli ejus ad nuptias 3. Et deficiente vino dicit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. 4. Et dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt mulier; nondum venit hora mea. 5. Dicit mater ejus miniſtris, quodcumque dixerit vobis, facite. 6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ, ſecundum purificationem Judæorum capientes, ſingulæ metreatas binas, vel ternas. 7. Dicit ei Ieſus implete hydrias aqua. Et impleverunt eas uſque ad ſummum. 8. Et dicit ei Ieſus, Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. 9. Vt autem guſtavit architriclinus aquam vinum factum, & non ſciebat unde eſſet: miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquam, vocat ſponſum architriclinus, 10. & dicit ei omnis homo primùm bonum vinum ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc quod deterius eſt. Tu autem ſervaſti bonum vinum uſque adhoc: 11. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ: & manifeſtavit gloriam ſuam, & crediderunt in eum dicipuli ejus. 12. Poſt hoc deſcendit Capharnaum ipſe, & mater ejus, fratres ejus, & diſcipuli ejus: ibi manſerunt non multis diebus. 13. Et prope erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam. 14. Et invenit in templo vendentes boves, & oves & columbas, & numularios ſedentes. 15. Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit de Templo, oves quoque, & boves, & numulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit. 16. Et his qui columbas vendebant, dixit. Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. 17. Recordati ſunt verò diſcipuli ejus quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comédit me. 18. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quód ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? 19. Reſpondit Ieſus, & dixit eis, Solvite templum hoc, & in tribus excitabo illud. 20. Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc & tu in tribus diebus excitabo illud? 21. Ille autem dicebat de templo corporis ſui. 22. Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli ejus, quia hoc dicebat, & crediderunt ſcripturæ: & ſermoni quem dixit Ieſus 23. Cùm autem eſſet Jeroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine ejus, videntes ſigna ejus, quæ faciebat. 24. Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum ei, eò quòd ipſe noſſet omnes, 25. & quia opus ei non erat ut quis teſtimonium perhiberet de homine, ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

*ARGVMENTVM cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1 Ieſus vocatur ad nuptias in Cana Galilææ, & erat ibi mater ejus, & aquam in vinum convertit. Quod explicavit tom. 2. in Evangelia cap. 1. & hîc etiam dicam.

*Secundò, Verſ.* 15. Facto flagello ejicit vendentes de templo. De quo egi tom. 2. in Evangel. cap. 2.

*Tertiò Verſ.* 18. Petentibus Judæis ſignum, quo demonſtret ſe à Deo miſſum eſſe; Hoc ſignat: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* De eodem cap. 2. à q. 17.

Ieſus in Nuptiis.

QUÆSTIO I.

*Quare Sanctiſſima Virgo nec rogata, nec rogans ſolum neceſſitatem vini deficientis proponit?*

VOcatur JESUS ad nuptias in Cana, & erat ibi mater ejus; de quo diſſerui tom. 2. cap. 1. per 35. Quæſtiones. Nunc addo; maximè notandum, quod Jeſus dum incipit ſe mundo manifeſtare, ac miracula facere, inter nuptias hoc exhibet, ac præſtat, ut notavit Noſter D. Cyrillus Alexand. hîc & ait: D. Cyrill.

*Oportebat*

*Oportebat certè quoniam totam naturam hominis ad melius reſtaurabat, non ſolum natis jam hominibus benedicere; verùm etiam naſcituris gratiam præparare, & aditum eorum ad vitam authoritate miraculi, & præſentiâ ſuâ ſanctum efficere.*

*Jeſus omnibus benedicit.*

Aſtat Jeſus nubentibus ſuâ ſingulari, ac divinâ præſentiâ, ut inde filii naſcituri multùm gloriæ, & honoris, ac benedictionis acciperent; Ut Jeſus valde magnificus in ſuis donis, non ſolùm benedicere præſentibus, ſed etiam futuris ac ſuccedentibus.

2. Cùm ergo deficeret vinum: *dixit Mater Jeſu ad eum: vinum non habent*: ut ſcribit Evangeliſta n. 3. de quo egi citato cap. 1. q. 11. 12. 13. 14. & 15. Adde nunc D. Bernard. ſer. 1. poſt Dominic. primam poſt Epiphaniam, qui ait: *Compaſſa eſt enim eorum verecundia, ſicut miſericors, ſicut benigniſſima quid de fonte pietatis prodiret, niſi pietas.* Sanctiſſima Deipara, ut agnovit neceſſitatem, quodam pietatis impulſu commota eſt ad ſubveniendum præſenti neceſſitati, tanquam impatiens, ut egentibus non occurreret, etiamſi ipſi ſuas miſerias neſcirent; & prius Sanctiſſima Virgo prævidit quàm egentes eas agnoſcerent.

D. Bernard.

*Virgo pia ex viſa neceſſitate impellitur ad ſubveniendum.*

3. Secundò, ait Virgo Sanctiſſima: *Vinum non habent*: Diſce in Matre Domini antevertendæ neceſſitatis feſtinantiam; Diſce magnam in mirabilibus fidem habere: Diſce in magna fide verecundiam retinere: Diſce verecundiâ decorare fidem, reprimere præſumptionem, non ut Mater imperat, ſed tanquam compatiens exponit neceſſitatem: *Vinum non habent.* D. Bernardus *ſuper ſignum Magnum*: Vinum non habent: *& iis quidem ſermo certiſſimus judex ingenitæ manſuetudinis, & virginalis verecundiæ fuit: aliorum quippe verecundiam ſuam reputans, ſuſtinere non potuit, non potuit vini diſſimulare defectum*: Expende verbum: *aliorum quippe verecundiam ſuam reputans*: valde verecundum erat nubentibus, quod in tanto nuptiarum apparatu, vinum invitantibus deficeret, illorum verecundiam Sanctiſſima virgo prævidens, noſtros defectus tanquam ſibi combibens, ac in ſe ipſa reſumens, & de illorum futuro pudore ipſa erubeſcens: *aliorum quippe verecundiam ſuam reputans.* Feſtinâ compaſſione præproperat defectui ſubvenire; quia ait Bernardus: *ſuſtinere non potuit*: friget charitas ſi compaſſio non urget, ac urit.

D. Bernard.

*Dei genitrix aliorum verecundiam ut ſuam reputans ſuſtinere non potuit.*

4. Scribit Paulus 2. Corinth. 11. n. 29. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror?* Ait Apoſtolus: *Quis infirmatur, & ego non infirmor*: Præ multa ſua charitate non tantum alienæ infirmitatis particeps fiebat, ſed illam totam per compaſſionem hauriebat, & ipſe pariter velut infirmus languebat, ſive de corpore, ſive animi infirmitate intelligas, & ſubdit: *Quis ſcandalizatur, & ego non uxor?* conſequenter videbatur dicendum: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non ſcandalizor*: hoc non ait Apoſtolus ſed ait: *Et ego non uror*: nam ſcandalizari, idem eſt, ac offendiculum, ſeu lapſum pati, quod dicit peccatum; & Apoſtolus aliorum infirmitates per compaſſionem ad ſe trahere poterat; at verò aliorum peccata non poterat ebibere, & ideò ait: *Uror*: Græcus *Igniſco, incendor; ardeo*; Æthiopicus, *& quis peccat, & ego non confundor*: ſic ex peccatis alienis charitate ardebat, ac incendebatur ad ſubveniendum, ac remedium adhibendum, ac ſi eſſet peccatum proprium & incenderetur. Theophylactus ibi ait: *& ſi ſcandalizatur aliquis, ego quoque ſcandalizari videor, doque operam, ut languorem, & affectionem iſtam curem, eique medear? haud ſecus atque meum foret iſtud malum.* Dum quis ſcandalizatur, ſeu peccat, ait Paulus: ego uror charitate, ut ſubveniam, ut quid in me eſt.

2. Cor. 11.

Græc.

Æthiop.

*Vera charitas dolet de alienis malis tanquam propriis.*

5. Ad hujus rei guſtum explicat D. Gregorius homil. 12. in Ezechielem: illud quod dictum eſt ipſi prophetæ à Deo cap. 4. num. 3. cùm ei repræſentatæ fuiſſent obſidiones, ac deſtructiones Jeruſalem ait Deus: *ſume ibi ſartaginem ferream*: Ad quid ei mandatur? per ſartaginem ferream, ſignificabatur animus Prophetæ, quia ruinâ, ac deſtructione Jeroſolymæ ſic animo anguſtiabatur, ac premebatur per compaſſionem, quaſi in ſartagine ferrea frigeretur dolens, & compatiens ſuper aliorum mala. Citatus D. Gregorius ait: *Quis ſcandalizatur, & ego non uror? ipſum ſuum cor quod animarum zelo ſuccenderat, ſartaginem fecerat Paulus, in quo amore virtutum, contra vitia ardebat*: ſuper aliorum mala per compaſſionem frigebatur.

Ezech. 4.

*Alienis calamitatibus maximè anguſtiatur Propheta.*

D. Greg.

6. Tertiò, D. Bernardus de Gradibus humilitatis, *Vinum non habent*, ait: *Quid modeſtius, quid fidelius? non defuit pietati fides, voci gravitas, efficacia voto, ſi ergo illa cùm mater ſit, ſe matrem oblita, non audet petere miraculum vini*: Adora in Dei genitrice petendi arbitrium, Conſidera modeſtiam in fide; ſuſpice, *in voto efficaciam*; non preces proponit, nec ſupplicationes exhibet; ſed neceſſitatem proponit; ipſiuſque neceſſitatis vocem, pro ſua ad filium ſupponit: *Vinum non habent.* Quid inde? *Si matrem oblita* eſt ad petendum, cùm penuria urget, neceſſitas clamat; & quamvis preces matris multùm prævaleant erga filium, tamen ubi exigentia inſtat, *Se matrem oblita*: ſufficit precaria neceſſitatis vox, ut optatum ſubſidium habeatur, & quamvis repulſam eſſet paſſa, miniſtris dixit. *Quodcumque dixerit vobis facite*: certo ſciens, quòd neceſſitatis vox repulſam non haberet, & in vacuum clamor ejus non abiret.

D. Bern.

*Vox neceſſitatis fortiſſima.*

7. In oratione Dominica petimus: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*: Luc. 11. num. 3. & ut ſuo loco dixi, meritò dubitat D. Gregorius lib. 24. Moral. cap. 7. *Ecce noſtrum dicimus, tamen ut detur oramus*: Si noſtrum quomodo petimus, & quiſnam eum noſtrum fecit? ipſa, nempe neceſſitas quo maximè indigemus, ſine quo vitam alere non poſſumus, & non petimus panem craſtinum, ſed hodiernum pro neceſſitate præſenti, & quod neceſſitas poſtulat, noſtrum eſt: nam Deus ex ſua benignitate illud negare non ſolet, urgentia noſtra Deum ex infinita pietate ad miſerendum urget.

Luc. 11.

D. Greg.

*Neceſſitas petens ſuum facit, quod petit.*

8. Quartò, D. Bernardus citatus de Gradibus humilitatis, ait: *Vinum non habent: ut diſcas in hujuſmodi magis piè gemere, quàm præſumptuosè petere, non defuit pietati fides, efficacia voto.* Tanquam dolens, ac compatiens Virgo benedicta exigentiam proponit, nec verbum dicit, nec preces adhibet; ſed tacet: *Ut diſcas*

D. Bernard.

*in*



*in hujuſmodi magis piè gemere, quàm petere.* In negotio moleſtiæ; ac afflictionis loquaciſſimus eſt dolor; & lingua obmuteſcat ubi dolor intervenit; ipſe efficaciter loquitur pluſquam omnis loquela. Cùm Eſther determinat ingredi ad regem Aſſuerum, & loquatur pro populo, in ſpiritu humilitatis Deum exorat: *Tribue ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu leonis*: Eſther. 14. n. 13. Cúmque jam introducta eſſet ad conſpectum Regis illius iram ſuſpicata exanimis corruit: *Cumque elevaſſet faciem ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, Regina corruit, & in pallorem calore mutato; laſſum ſuper ancillulam reclinavit caput*: cap 15. n. 10. Si ad conſpectum leonis tota terrore concuſſa conſternitur; qualis eſt ſermo compoſitus maximè à Deo exaratus ad talem occaſionem; Nunquid Deus contempſit ejus orationem, & eam non exaudivit, & negavit illi ſermonem compoſitum? Maxime exaudita fuit oratio, & efficacius medium dedit illi Deus ad inclinandum cor regis dum deliquium coram eo paſſa eſt, quo interna animi afflictio demonſtrabatur quæ attrahit, & demollit fortiter, & efficaciter obduratum leonis animum; inde videns eam Aſſuerus exanimem è ſolio exilivit, & totus clementia profuſus benevolo amplexu eam fovet. & recreat: *Ego ſum frater tuus noli timere, Eſther.*

Eſth. 14.

Eſth. 15.

*Dolor internus manifeſtatus efficacior omni voce.*

9. Peccat D. Petrus; & ut ſcribit D. Lucas, 22. n. 61. *Egreſſus foras flevit amarè*; flevit, nulla tamen ſcribuntur verba, quæ dixiſſet, notat D. Bernardus proximè citatus: De Gradibus humilitatis, & ait: *Petri poſt gravem lapſum lachrymam video ſed preces, non audio*: ait Jacob ad Angelum apud Oſeam, 12. n 4. *flevit, & rogavit eum* Fletibus ad unxit verba, ſed Petrus omittit verba, & in fletus prorumpit. Jacob procurabat ab Angelo benedictiones, & dona, & inde lachrymas, & preces effundit. At Petrus magno animi dolore premebatur, quod lachrimis manifeſtabat. & ſi ad dona & cætera bona preces, & fletus multiplicentur, at verò ad vehementem animi anguſtiam declarandam ſuperabundant fletus, & luctus; hi enim loquaciſſimi teſtes, & indices ſunt interioris anguſtiæ, quæ niſi fortis, & vehemens eſſet, tales lachrymarum imbres non emitteret D. Eligius Nevionenſis homil. 16. ait: *Beatum Petrum legimus culpam fleviſſe; quid tamen pœnitens in fletu dixerit non invenimus, lachrymatus eſſe dicitur; verum quod preces quoque ſatis faciens fuderit, non refertur. Cur hoc? niſi quia viliores ſunt preces lachrymarum, quam imploratio ſermonum. Qui ſermo in precando falli poteſt; ſermo enim interdum non totum hominis profert negotium; lachrymæ totum ſemper loquentis produnt affectum.*

Luc. 22.

D. Bernard.

Oſe. 12.

*Magis dolor & fletus quam verba, animum explicant.*

## QUÆSTIO II.

### *Quare tam ſeverè Chriſtus Sanctiſſimæ Virgini reſpondet.* Quid mihi & tibi mulier?

10 POſtquam Sanctiſſima Virgo expoſuit vinariam penuriam, ait illi Chriſtus D. *Quid mihi, & tibi mulier?* de quo latè egi citato *Sylveira in Evang.* Tom. VI. cap. 1. q. 16. 17. 18. 19. 20. nunc verò pro majori rei explicatione aliquid addamus.

11. Et primò, D. Bernard. ſerm. 1. Dominicæ 1. poſt octavam Epiphaniæ, ait: *Quid mihi & tibi mulier; ab indigentibus enim, & non à matre id quærendum erat*: Et paucis interjectis ſubdit: *Ille ergo matrem non incongruè increpat. Dixit enim, ſi non adeſt vinum, oportebat illos ipſos, quibus decet, accedere, & rogare, non te matrem.* Reſponſio data à Chriſto matrem non increpat, ſed Eccleſiam erudit, non matrem contemnit, ſed diſcipulos ſuos inſtruit, nam etſi preces matris in magna æſtimatione, ac pretio erga Deum habeantur, ut par eſt, & non experimur; tamen Divinus Magiſter altè docere vult, quòd qui neceſſitatibus vexantur ad preces confugiant; & non ab illis ferientur, & ideo *ab indigentibus: & non à matre id quærendum erat.* Ac ſi dicat, re ipſa: ô Mater libenter tibi annuam, & preces tuas libenter excipio. At ſpecie increpationis; homines moneo, & erudio, ut cùm humanis neceſſitatibus premuntur ad orationis aſylum ſe recipiant, ut illa; & per illam ab omni irruente calamitate liberentur, & opportunam medelam in omnibus habeant. Vide ſuperiorem Quæſtionem.

D. Bernard.

*Docet Dominus in neceſſitate ad orationem confugere.*

12. Secundò, Valde mirum, quòd cùm Virgo Sacratiſſima tam durum verbum à filio audit *Quid mihi & tibi mulier?* ipſa tamen miniſtris ait: *Quodcumque dixerit vobis, facite*: Ac ſi nihil dubitaret de re obtenta? ita miniſtris imperat, ut mandata exequantur? cur audito tam auſtero verbo, ô Virgo, non cunctaris, ut meliora reſponſa à filio obtineas, ſed tanquam certam, & ſecuram de effectu te exhibes, Noſter D. Cyrillus Alexand. hic ait: *Magnam certè auctoritatem, dignitatemque deferri ſibi à Domino Mater non ignorabat, quæ perſuaſio, ut par erat, filio miniſtros præparat, hortaturque, ut omnia faciant, quæ ipſe imperabit.* Bene noverat Sanctiſſima Virgo quantam auctoritatem, ac efficaciam haberet erga filium ſuum, ac proinde quamvis audiat ab illo auſterum verbum, non veretur; ſciebat enim, & optimè, ſciebat, quòd ſi verbum auſterum proferebatur, non hoc erat ſui cauſa, ſed ob eruditionem aſtantium, ut multis magna documenta accipiant, ut dixi citato cap. 1. Et hîc etiam dicam, proindeque incipit omnia diſponere de re conceſſa, & data, ut ipſa petebat; de qua auctoritate miratus Propheta Regius Pſal 44. n. 10. ait: *Aſtitit Regina à dextris tuis*: Multi in præſenti legunt: *Aſtat Regina à dextris tuis*; Semper aſtat, & nunquam recedit ab eo. Sapientiſſimus Idiota: *Aſtat à dextris ob ſuam eximiam dignitatem, ob eximium filij amorem erga eam, ob continuam interceſſionem: quæ pro nobis loquitur: & exorat*: Et ipſa orante, omnia nobis ſunt felicitate plena.

D. Cyrill.

Pſal. 44.

Idiota.

13. Tertiò, dum Dei genitrix exponit: *Vinum non habent*: Chriſtus ad ſpeciem duriuſculè reſpondit: *Quid mihi & tibi mulier? nondum veni, hora mea.* Quænam erat hæc hora illius? Illam, nempe, ſuam appellat, non in qua convertenda erat aqua in vinum, ſed in qua vinum in ſanguinem ſuum erat demutandum, & ideo veluti dolebat quodammodo urgeri ſe ad miraculum de vino patrandum in uno angulo; in una domo privata: *Cùm eſſet dives in omnes qui invocant nomen ejus*: Rom. 10. n. 12. & ma-

Rom. 10.



ximè

ximè ad rem præſentem expendens auſterum Chriſti verbum : *Quid mihi & tibi mulier* : ſic ait D. Maximus homil. 1. de Epiphania. *Idcirco, reor, quia Mater de defectu carnalis poculi ſuggerebat, qui venerat totius orbis gentibus novum ſalutis æternæ calicem propinare.* Idcirco tam auſterè Chriſtus reſpondit, quia mater de corporali vino loquebatur; ipſe autem venerat, ut daret in hora ſua, ſcilicet ſuæ paſſionis, ſalutiferum vinum germinans Virgines nempe, ſuum pretioſum ſanguinem, non uni tantum populo in Cana Galilææ : *Qui venerat totius orbis gentibus ſalutis æternæ calicem propinare* : Non enim anguſta hominibus, ſed auguſta Chriſti menſa eſt.

D. Maxim. — *Modo optabat Chriſtus Euchariſticam menſam omnibus dare.*

14. De Magnifico pane, quo Deus paſcebat populum ſuum in deſerto loquens David Pſ 77. n. 24. ait : *Pluit illis manna ad manducandum.* Et hoc didicit à Deo Exod. 16. n.4. *Pluam vobis panes de cœlo* : Quando Manna de cœlo mittitur tam in Exodo, quàm in Pſalmis, ſub pluviæ metaphora dicitur, ac explicatur. Quid pluvia cum Manna ? pluvia aqua defluens, Manna cadens in uno loco perſiſtebat; Aqua ſicut non eſt alimentum, ita nec ullum ſaporem habet, at Manna præſtantiſſimè vires corporis reficiebat, & omnium ſaporem referebat, quid ergo pluvia cum Manna ? pluvia in omnes æqualiter diffunditur in montes, & valles, in civitates : villas, ac vicos : Sic & Chriſti menſa omnibus patet; Magnis, ac humilibus, magnatibus, & puſillis. Rupertus l.3. in Exod. cap. 10. ait : *Verbum ipſum*, ſcilicet pluo, *quo utraque ſcriptura uſa eſt, eandem ubique terrarum paratam omnibus puſillis, & magnis copiam ſignificat, ut de ſe ipſo magnus Propheta dicit : Paraſti in conſpectu meo menſam* : Pſalm. 22. n.5. *Ac de nobis ſcilicet minimis ait : Edent pauperes & ſaturabuntur*, Pſal. 21. n.27. Ecce Chriſti menſa quanta beneficentia ad omnes ſe extendit, eaque Magni Cæſares, vileſque recreantur pauperculi.

Pſal. 77. — Exod. 16. — *Communis eſt pluvia, communis Euchariſticus panis.* — Rupertus. — Pſal. 22. — Pſal. 21.

151 Quartò, Interveniente vini defectu Chriſtum Mater urget : *Vinum non habent* : auſterè Chriſtus reſpondet : *Quid mihi & tibi mulier* ? tanquam ſi dolenter acciperet moneri ſe de curando vini defectu, quod placet D. Juſtino q.156. & ait : *Non ad objurgationem hoc dictum eſt; ſed quaſi hoc demonſtrare vellet : non ij ſumus, qui curam ſuſceperimus, quod in nuptiis conſumitur.* Alienum enim eſt à viro magno, & illuſtri agere de menſa, & queri de cœna ineptè parata. Nam brutum comedit ad ſaturitatem ? homo verò ad vitæ nutrimentum & alimentum.

D. Iuſtino.

16. Cum aliqui ex filiis Prophetarum pro ſe, ac ſociis collegiſſent herbas ad coctionem, ut in menſa apponerentur; & eum guſtatæ inventæ eſſent amariſſimæ, ita ut cogitarent quod aliquid noxium, ac venenoſum in eis eſſet : atque inde clamarunt : *Mors in olla Vir Dei. Et non poterant comedere* : 4. Reg.4. n.40. Tunc Eliſæus, quamvis Præfectus, patienter tulit, nec [illegible]vit, nec conqueſtus eſt, nec miniſtros [illegible]guit, nec trahentes herbas reprehendit, quod incautè abſque delectu, quaſcumque herbas attuliſſent, quod pulchrè notat D. Hieron. Epiſtol. 21. ad Euſtochium, ubi ait : *Homo Dei, non eſt iratus coquis; lautioris enim menſæ non habebat conſuetudinem* : &c. Cùm omnia eſſent tam malè diſpoſita, ac præparata ad cibum, ac menſam, cùm Eliſæus eſſet vir Magnus, ac præclarus, neminem graviter pulſat; tanquam magnitudine, de his, quæ pertinebant ad menſam & cibum nihil agens, ſed veluti ea contemnens, nec unum verbum de tali re profert : *Homo Dei non iratus eſt coquis.*

4. Reg.4. — D. Hieron. *Vir magnus non agit de cibo, & potu.*

17. Magiſter Deus Scholam Apoſtolicam vehementer admonet, ne curam intendat nimiam de victu parando. Luc.12. n.22. *Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis* : pergit ultra bonus Magiſter n. 29. *Et vos nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis.* Et apud Matth 6. n. 34 *Nolite cogitare in craſtinum* Ex græco legitur : *Nolite accuratè cogitare.* Cur toties recommendat curam de cibo, & potu non quærendo ? Rupert. lib.6. in Matth. *Quid adhuc tertiò repetit; niſi quia magnum eſt negotium quod intendit* : Creabat Chriſtus ſuos Apoſtolos valdè magnos, fundamenta Eccleſiæ, Princeps univerſi, luces mundi, ac omnium judices : & à viris magnis valdè aliena eſt cogitatio, & etiam excogitatio de menſa componenda, cum qualibet parva re debeant acquieſcere. Caietan. in Lucam. *Dedecet enim Chriſti diſcipulum conſentire hujuſmodi appetitionis, & multò magis dedecet quærere.*

Luc.12. — Matth.6. Græcus. — Rupert. — *Diſcipuli Chriſti de cibo non curant.* — Caietan.

18. Si autem Principes de re nulla re alia agunt niſi de cibo, & potu, valde miſera eſt Reſpublica. Unde Eccleſiaſtes ejus miſeram conditionem lamentatur, cap.10. n.16. *Væ tibi terra, cujus Rex puer eſt, & principes mane comedunt.* Paraphraſis Nazianzeni vertit : *Ventri ſunt dediti* : ita ut de mane uſque ad veſperam de nulla re alia agant niſi de cibo, & potu.

Eccleſ. 10. — D.Nazianz *Execrabilis Princeps, qui ſolum de ventre agit.*

## QUÆSTIO. III.

### *Quare Chriſtus D. Sanctiſſ. Virginem hîc mulierem appellat ?*

19. CUm Sanctiſſima Virgo præſentem neceſſitatem proponit : *Vinum non habet* : Auſtero verbo reſpondet Chriſtus : *Quid mihi, & tibi mulier* : nec Matrem, nec Mariam dicit, ſed mulierem De quo egi citato cap.1. q.18. Ubi ſeptem rationes de hac re dedi. Nunc verò breviter adde.

20. Et primò, rationem depromo ex D. Joanne Chryſ. homil 20. in Joan. qui poſt alias rationes datas citato loco ait : *Alia præterea cauſa afferri poteſt, non minus neceſſaria, ne qua ſuſpicio orivetur.* Cum Sanctiſſ. Deiʒ genitrix proponit vini defectum, tanquam miraculum expectans, ac poſtulans à filio ſuo, ipſe duriuſculè reſpondit : *Quid mihi & tibi mulier* ? & cur Ait S.Doctor : *Ne qua ſuſpicio orietur* : quod miraculum precibus ac interventu Virginis fiebat, & cur talem ſuſpicionem ab hoc opere Chriſtus removere vult. Hoc miraculum fecit Jeſus, ut ſubdit Evangleiſta : *Initium ſignorum ſuorum, & manifeſtavit gloriam ſuam* : Ergo cum hoc miracuium fuiſſet primum, & ad manifeſtandam ſuam gloriam, expediebat, ut eſſet valde magnum, & præclarum, ad illius magnitudinem ſpectabat, ut fieret abſque alicujus precibus etiam Matris (quamvis illis fuerit maximè promotus,) inde auſtere reſpondet, ut omnis ſuſpicio excludatur, miraculum perpetrari non precibus impetratum; ſed liberaliter datum: *Preces, & rogationes magnitudinem beneficij corrodunt*, Quintilianus.

D.Chryſoſt. — *Beneficium ex precibus obtentum diminuitur.* — Quintilian.

21. Duæ famoſiſſimæ Matronæ in urgentiſſimo periculo populum Iſraëliticum ab eminente neceſſitate, ac devaſtatione liberarunt Judith, & Eſther : tamen ſi ſcripturam attentè legas; magnos totius populi applauſus invenies erga Judith Joachim ſummus Pontifex, & Presbyter cum omni populo benedixerunt Judith : *Tu gloria Jeruſalem, Tu lætitia Iſraël, Tu honorificentia populi noſtri*: &c. c.15. n.10 *Et diebus feſtivis procedebat cum magna gloria*, c.16. n.27. & poſt mortem luxit eam populus diebus multis, n.29. Tales acclamationes, ac luctus non invenies apud Eſther : cùm ipſa valde mirabiliter liberaſſet populum non in una civitate Bethuliæ ut Judith, ſed in univerſo magno imperio Aſſueri Eſther populum ab eminentiſſimo periculo liberavit, inſtante, ac urgente Mardochæo : *Et quis novit, utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris* ? Eſther 4. n.14. At Judith ſponte, nemine cogitante, ac adhortante ad Holofernis mortem proceſſit, & inde gratiùs, ac præjucundiùs fuit beneficium Judith populo, utpote ſpontaneè exhibitum, & non precibus extractum. Inde populus in gratulatione magis ſe aſtrinctum Judith, quàm Eſther agnovit.

Judith. 15. — Judith. 16. — *Beneficium gratius ſine precibus, quàm cum illis.* — Eſther. 4.

22. Secundò, doctiſſimus Didacus de Baëza tom. de Chriſto figurato lib 9. cap 6. §.7. ſic exponit : *Quid mihi & tibi mulier* : & ait : Mulierem vocat, non matrem, nec Mariam; ſola enim qua mulier in communi erat, ut logicè loquar : non qua Maria Deipara, & magnorum miraculorum operatrice virtute erat ſeparanda Ubi enim maximum aut magnum miraculum ſpectabatur, ibi jam adumbrabatur Maria. Ardebat in monte, nec comburebatur rubus, quod miraculum miratus Moyſes ait Exod 3. n.3. *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam* Unde magna niſi quia ibi fulgebat Maria; Andreas Cretenſ. homil 2. de Aſſumpt. inquirit : *De te reſonarunt omnes ſpiritus interpretes, Moyſes primus cùm vidiſſet rubum, te prædixit : Tranſiens videbo magnam hanc viſionem.* Ubi magna apparebat viſio ibi debuit Maria adumbrari.

Baëza. — *Omnia magna, Mariæ attribuuntur* — Exod. 3. — Andr. Cret.

23. Tertiò, Reſpondit Chriſtus : *Quid mihi & tibi mulier* ? ſenſum literalem dixi citato cap.1. id eſt, Quid mihi & tibi in hoc opere. Liran. ait : Videtur quòd Chriſtus tanquam extraneæ reſpondeat matri, & hoc quoad ſpeciem, ex altiſſima ratione ſuæ infinitæ ſapientiæ : Et ideo nec Mariam nec Matrem ſed mulierem appellat; cùm ipſe ſuper omnes filios ſit intimè conjunctiſſimus cum ſua Sanctiſſima Matre : Pro quo audiendus eſt D. Anſelmus. lib. de excellentia Virgin. cap. 4. *Amorem quem Pater, & Mater ſinguli debent filio ſuo, debet hæc feliciſſima Matrum ſoli filio ſuo : amorem etiam, quem debet filius ſimul patri & matri, ille filius veræ virginis ſuæ debet ſoli matri : Nam ſicut alij filij naſcuntur ex patre, & matre, ita filius ejus natus eſt ex ſola matre : Excedit itaque omnes amores parentum in filios, aut filiorum in parentes, amor iſtius matris in filium ſuum.* Hic diviniſſimus filius habet ſolam matrem abſque patre terreno, & temporali ? nam ipſe habet Patrem Deum, in cujus ſubſtantia, ac eſſentia idem eſt cum illo.

D. Anſelm. — *Eximia correſpondentia amoris inter Deiparam & filium.*





24. Ait Regius Vates Pſalm. 72. n. 26. *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum* : Quæ verba interpretatur Caſſiodorus de Sanctiſſima Virgine in myſterio Incarnationis : *Deus cordis mei* : Ac ſi dicat, ut vulgariter dicam : *Dios de mi coraçon* : ſed alia ſuperiori ratione, quia corpus Chriſti compoſitum eſt ex ſanguine cordis Sanctiſſimæ Virginis, ut placet Salmeironi cum aliquibus; alij infantes in utero materno componuntur ex ſanguine venoſo; at corpus Chriſti coalitum eſt ex ſanguine cordis Deiparæ, qui ſanguis eſt puriſſimus, ac perfectiſſimus totius corporis, *Pars mea Deus* : quia ille ſanguis cordialis Virginis eſt pars illius deduxit ad organizandum corpus Chriſti, & illius pars manſit in corde Virginis ad illius alimentum, & ita totus Chriſtus eſt concorporatus, & conviſceratus cum ſanctiſſima ſua Dei genitrice, & veluti quadam identitate cum illa. *In æternum*, quia ut multorum fert opinio, & alibi dixi; portionem illam carnis & ſanguinis, quam Deus hypoſtaticè ſibi aſſumpſit in utero Virginis; nunquam per nutritionem dimiſit, ſed uſque hodie, & in æternum conſervat, exinde optimâ ratione habet Chriſtus cum ſua Matre Sanctiſſima quandam identitatem. Unde Cardinalis Petrus Damianus ſerm.2. de Nativit. quod Deus variis modis habitat in creaturis per eſſentiam, ſeu conſervationem, vel per gratiam ut in Juſtis; Tunc ſubdit Damianus. *Alio modo ineſt Deus uni creaturæ videlicet Mariæ matri, identicè quia idem eſt cum illa. Hic taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis immenſitatem. Habitat Deus in Virgine, cum qua unius naturæ habet identitatem* : Pondera ultima verba.

Pſal. 72. — Caſſiod. — Salmeiron. — *Chriſtus ſuper omnes filios maxim unicus Matri.* — Damian.

## QUÆSTIO IV.

### *Quare Sanctiſſ. Virgo dixit miniſtris, quod facerent quodcunque Filius ejus mandaverit ?*

25. POſtquàm Chriſtus D. reſpondit Virgini valde auſterum verbum : *Quid mihi eſt tibi mulier* ? non deſtitit Virgo, ſed certa de eventu, *dixit miniſtris : quæcunque dixerit vobis facite*; de quo diſſerui citato cap.1. q.21. 21. ubi explicavi ex quo principio Sanctiſſima Virgo agnovit voluntatem filij ſui. Nunc verò adde.

26. Satis altè, & profundè reſpondet Guarricus Abbas ſerm. 14. de Aſſumpt. & ait : *Ipſa Virgo voluntatem Patris in tantum faciebat, ut de ea prædicaret pater* : Iſai.62. n. 4. Vocaberis voluntas mea : *Igitur ubi eam filius negligere videtur* (ait hic, Quid mihi, & tibi mulier;) *ubi amplius honoraſſe invenitur ? dum ei; ſcilicet Materni nominis honor duplicetur, pro eo quod eundem filium, quem alvo geſtaverat, incarnatum etiam nunc animo geſtabat inſpirat*[illegible] to ſtylo; & *ubi eam filius negligere* [illegible] non matrem, ſed mulierem appellans. Ibi ampliùs, & maximè honorat : *Deum ei, ſcilicet, materni nominis honor duplicatur.* Semel namque dum ipſum *alvo geſtabat* : in *Incarnatione ſua* & iterum *Incarnatum etiam num animo*

Guarricus. — Iſai. 62.

*Dum Christus denegare videtur magis matrē honorat.* *animo geſtabat inſpiratum.* Ipſummet ſuum filium incarnatum, ejuſque voluntatum inſpiratam, ſecum in animo geſtabat Virgo: Inde merito ait Guarricus: *Materni nominis honor duplicatur*: tum quia ipſum ex ſuis viſceribus geſtavit in utero, tum quia ut filius honorans matrem, omnem ſuam voluntatem habet inſpiratam, & communicatam cum illa; & inde ipſa loquitur ſic miniſtris: *Quæcunque dixerit*
Theophl. *vobis, facite*: Unde rectè dixit Theophylactus, ad illa verba, *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Ac ſi dicat Virgo Maria, *Tabula ſum pictoria*, nempe, divini pictoris; id quod eſt in divino pictore in hac tabula, ſeu charta depingitur ac ſcribitur.

27. Ait Chriſtus D. Matth. 28. n. 18. *Data eſt*
Matth. 28. *mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*: cùm ait: *Mihi*: non ſibi ſoli præcisè intelligit, ſed ſimul cum matre ſua, quæ cum filio intelligitur, quæ cum eo unum, & idem eſt, ſi non in
Guarricus. perſonna in natura, & carne. Guarricus Abbas ſerm 3. de Aſſumpt. B. Mariæ ait: *Perge Maria, perge ſecura in bonis filij tui, fiducialiter age tanquam Regina, mater Regis, & Sponſa, requiem quærebas, ſed amplioris gloriæ eſt, quod tibi debetur, regnum, & poteſtas indivi-*
*Poteſtas & imperium Matri, & filio commune.* *ſum habere tecum cupit imperium, cui tecum in carne una: & uno ſpiritu indiviſum fuit pietatis, & unitatis myſterium*: Data eſt Chriſto D. *Omnis poteſtas in cœlo & in terra*: Non ipſi ſoli, ſed ſimul cum matre ſua: *tibi debetur regnum, & poteſtas*: & quare *indiviſum habere tecum cupit imperium*? Sicut enim tecum indiviſam habet unitatem in carne, & ſanguine, ac ſpiritu; ſic etiam indiviſam vult habere poteſtatem, ac imperium. *Cui tecum in carne una, uno ſpiritu indiviſum fuit pietatis, & unitatis myſterium.*

28. Cantic. 2. n. 16. Hæc amoroſa vox Divinæ
Cantic. 2. Sponſæ auditur: *Dilectus meus mihi, & ego illi*: id eſt, totus dilectus meus mihi eſt, &
Alb. Magn. ego tota illi ſum: Explicat Albertus Magn. ſuper *Miſſus eſt*: *Dilectus meus mihi, & ego*
*Voluntas filio, & matris eadem.* *illi amore, effectu, ac voluntate*: Ita ut hæc communia ſint utrique: indeque voluntas filii eſt voluntas matris; & voluntas matris, eſt voluntas filii: Inde Sanctiſſima Virgo certiſſima de voluntate filij, ait miniſtris: *Quæcunque dixerit vobis facite*: Sciebat quòd voluntas ſua, erat filii voluntas.

29. Appoſitè D. Bernardinus Senenſis tom. 3.
D. Bernard. ſerm. 9. art. 3. cap. 2. ait: *Mater in nuptiis Cana Galilææ interpellat, ac ſi ad eam curam omnium pertineret, & omnium hominum advocatam ſe ſentiens, quæ præ omnibus creaturis, cunctarum, facta fuerit Virgo Mater, officium advocationis, & piæ auxiliatricis aſſumpſit, etiam non rogata.*
Sap. 6. Præclarè & apte citatus Albertus Magnus ac-
*Virgo etiam non rogata omnium curam agit.* comodat Sanctiſſimæ Virgini Mariæ Sap. 6. n. 8. *Cura eſt illi de omnibus*: Siquidem à filio gratiam impetrat: *Etiam non rogata, ab ſi ac illam omnium cura pertineat.*

## QUÆSTIO V.

### *Quare Chriſtus D. mandat implere hydrias aqua?*

Aderant in domo ubi nuptiale convivium peragebatur, ſex hydriæ, capientes ſingulæ meteras binas, vel trinas: Dato Matri reſponſo dixit Jeſus miniſtris: *Implete hydrias aqua*: de quo dixi citato cap. 1. q. 27. 28. 29. Et maximè nunc ponderandum, cur Evangeliſta tam exactè ſcribat hydriarum capacitatem, ſecundùm quam vinum miraculosè producendum fuit; magis videbatur ad miraculi pompam ſpectare; quòd abſque menſura, vini exuberantia largiretur. At abſque dubio ad majorem miraculi illuſtrationem pertinet, ut certus numerus, ac determinata menſura exprimatur. Valde enim ſuſpecta eſt felicitas, ſi medium neſciat, menſuram non ſerviat, ſine modo exorbiat & per ſe cadit, ac ruit. Tertullian. de Habitu Muliebr. cap 9. *Vitium aliud extenditur immoderatione habendi; quod ſi forte habendum ſit, modus tamen debetur*: Sine modo enim nibil durabile habetur: Daniel. 4. n. 8. deſcribitur. *Ecce arbor in medio terræ, & altitudo ejus nimia, magna arbor, & fortis, & proceritas ejus contingens cœlum aſpectus ejus uſque ad terminos univerſæ terræ.* Quid inde factum eſt; ecce Angelus fortiter clamat: *Succidite arborem, præcidite ramos ejus, excutite folia ejus, & diſpergite fructus.* Nimia altitudo cœlum attingens, larga ramorum dilatatio abundentiſſima fructuum copia, inde infallibilis caſus, & ruina conſequens erat. 30.

*Felicitas nimia ſine termino ſecum affert ruinam.*
Tertull.
Daniel. 4.

Ad Quæſtionem, ſic in præſenti ait Hugo: 31.
*Quare non fecit ſignum ante impletionem? mirabilius enim eſſet, ipſum vinum ex non entibus facere, quam qualitatem mutare?* Reſpondet ipſe. *Etſi mirabilius eſſet de nihilo vinum creare: non tamen ita credibile*: Si ex nihilo vinum produceretur, miraculi origo eſſet ignota; imò aliquis poterat ſuſpicari, vinum eſſe in hydriis, at cùm ipſæ aqua implentur manifeſta eſt aquarum converſio in vinum. *Etſi mirabilius eſſet de nihilo vinum creare non tamen ita credibile*: Ut ergo miraculi Origo agnoſcatur, & ipſum fiat evidens in omnium oculis, maximè; quia fortè jam ibi aliqui aderant, non bene affecti Chriſto D. ut inquam omnis ſuſpicio excludatur, omniſque anſa celſitudinem miraculi calumniandi, ac detrahendi amputetur, impleantur hydriæ aqua, ut miraculum magis credibile, & manifeſtum fiat. Mittens Deus Moyſen ad Pharaonem pro populi libertate, ait illi: *Ego indurabo cor Pharaonis, & non dimittet populum.* Exod. 4. n. 21. Et multis plagis multiplicatis maximè cor ejus erat obduratum; & aggravatur, ut dixit etiam Deus Moyſi cap. 10. num. 1. *Ego induravi cor ejus, & fervorem illius, ut faciam: ut educam Iſraël in manu forti, & potenti*: Exod. 23. num. 3. Cùm Deus omnia *fortiter & ſuaviter diſponat*: ut dicitur Sapient 8. num. 1. cur hîc tanta fortitudine utitur ut à captivitate educat populum? Erant Iſraëlitæ obdurato corde, & dura cervice, ut agnoſcant quanta,

Hugo.
*Opus ut undique magnum appareat, fit a ſine ſuſpicione contraria.*
Exod. 4.
Sap. 8.





Dei virtus operata eſt ob eorum liberatem induratur cor Pharaonis, ut fiat evidens, quod non educuntur voluntate Pharaonis, nec indu-
Abulenſ. ſtria humana, ſed manum Dei potente operante. Abulenſ. ad citatum cap 10. Ac ſi dicat Deus: *Licet vos, Iſeraëlitæ, fide teneatis me eſſe Deum,*
1. Cor. 1. *volo tamen quòd ſignis mirabilibus comprobetur; nam Hebræi ſemper fuerunt duri, & ſine ſignis non credunt*: *Unde ait Paulus* 1. Corinth. *Iudæi ſigna petunt.*

Secundò, ad quid tanta aquarum copia in
D. Hil. Arel. hydriis ut vino repleantur? Rationem indicat D. Hilarius Arelatenſ. homil. 5. de Paſch. & ait: *Quando Dominus nuptiali tempore, id eſt, quando Sponſus Eccleſiæ ſuæ, paſchali exul-*
*Per Euchariſtiam veniunt gentes ad Chriſtum* *tatione jungendus aquas in venia convertit, manifeſtè præfigurabat multitudines gentium de ſanguinis ſui gratia eſſe venturas*: Aquæ con-
Apoc. 17. vertuntur in vinum ad obſequium nuptiarum? Aquæ ſignificant gentes, & populos: *Aquæ multæ populi multi*: Apocalypſ. 17. n. 15. ſignificabatur ibi quod gentes & populi erant adducendi ad obſequium Divini Sponſi Chriſti Jesu cum ſua Sponſa Eccleſia virtute vini Euchariſtici, cum quo erant uniendi, ac concorporandi per cujus ſumptionem participantes reduntur concorporei, ac conſanguinei ipſius Chriſti, ut ita loquar; ait D. Cyrill. Jeroſolymit. cathecheſ. 4.

33. Ait Deus per Oſeam 11. n. 3. *Ego quaſi nu-*
Oſe 11. *tritius Ephraim portabant eos in brachiis meis; In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis*: Et ſi Auctores conveniant, quod in vinculis charitatis interpretatio antecedentis,
Septuag. Syr. Symm. Theod. *In funiculis Adam*: maximè tamen controvertitur inter eos, quid per funiculos intelligatur; & cum Septuaginta Syrus, Symmach. Theodor. legant: *Traham eos in funiculis hominis*: proindeque Adamus proponitur pro nomine communi hominum: Et quinam ſunt hujuſmodi funiculi, quibus Deus tanquam nu-
Ruffinus. tritius ad ſe traxit homines? Ruffinus tenet, eſſe beneficia, quæ Deus exhibuerat populo in
Delr. deſerto, ut Manna, aqua de petra, quibus
*Euchariſtia efficaciſſimè homines expiantur.* ſignificabatur, ut tenet Delrius in Adagiis, Sacra Euchariſtia, Et quid habet Sacra Euchariſtia ad homines alligandos, ac concatenandos? Maximum quid ſanè: dum enim Chri-

ſtus D. carne, & ſanguine ſuo alimentat ſuum populum, ibi per vehementiſſimum charitatis
Pſal. 4. D. Aug. vinculum eos ad ſe alligavit, ac traxit unde David decantat: *A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati ſunt*: Pſalm. 4. n. 8. D. Auguſtin lib. 12. contra Fauſtum, ait: *Vidimus honorem Chriſti erogatione frumenti ſui ſibi omnia ſubjugantis.*

Tertiò, D. Hilar. Arelatenſ. homil. 1. in 34.
præſenti, ſic ait: *Quodammodo in aquis ipſis* D. Hil. Arel.
*ſimilitudo Baptiſmatis, & regenerationis exponitur dum enim aliud ex alio intra ſe efficitur, dum inferior creatura in ſpeciem meliorem ſecreta converſione transfunditur, myſterium ſecundæ nativitatis peragitur, mutantur ſubitò aquæ, homines poſtmodum mutaturæ*: Ex mutatis aquis miraculosè producitur vinum; hoc fuit primum Chriſti miraculum; jam ibi deſignabatur initium Chriſtianæ vitæ: Aquæ enim baptiſmi mutaturæ erant homines in filios Dei: ideo altiſſima ratione diſpoſitum eſt, ut aquæ priùs in ſe mutationem in mulius recipiant; & inde poſtea aliis mutationem præſtent: *Mutantur ſubito aquæ, homines poſtmodum mutaturæ*: Id quod homo intendit aliis præſtare, prius in ſe ſuſcipiat, & exequatur.

*Quod ab aliis exquiris in te præſtare prius intende.*

Ait Iſai. 7. n. 14. *Ecce Virgo concipiet, &* 35. Iſai. 7.
*pariet filium*: Quod valdè rarum, novum, & inauditum fuit à ſæculo condito: Ad quid filius Dei tam novum, extrordinarium naſcendi modum elegit, ut ex puriſſima, & integerrima Virgine naſceretur, novo conceptus modo, ſi ipſe communem vivendi hominum modum ſibi appropriavit; cur tam novum ortum ſibi diſpoſuit? Veniebat Chriſtus D. ut in hominibus plantaret novum nativitatis exordium, ut ex filiis iræ naſcerentur filij Dei, & inde novum nativitatis modum in ſe ſuſcepit D. Leo ſerm. 2. de Nativit. c. 2. ait: *Venit Chriſtus, uti omnem languorem corruptioni, univerſa vulnera ſordentium curaret animarum propter quod oportuit, ut novo naſceretur ordine, & qui novam impollutæ ſinceritatis gratiam humanis corporibus inferebat*: Cùm novam regenerationis formam inferebat hominibus; ſic & ipſe novum naſcendi exortum ſibi deſtinavit: *Ut novo naſcatur ordine, qui novam ſinceritatis gratiam humanis corporibus inferebat.*

*Quod ab aliis ſuſcipere vis, prius in te exequaris.*
D. Leo.

# CAPUT III.

1. Erat autem homo ex Phariſæis; Nicodemus nomine Princeps judæorum. 2. Hic venit ad Jeſum nocte, & dixi ei: Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti Magiſter: nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. 3 Reſpondit Jeſus, dixit ei: Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei 4. Dixit ad eum Nicodemus: Quomodo poteſt homo naſci cùm ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iteratò introire & renaſci? 5. Reſpondit Jeſus: Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei. 6 Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos naſci denuo. 8. Spiritus ubi vult ſpirat: & vocem ejus audis, ſed neſcis unde veniat, & quò vadat: Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. 9. Reſpondit Nicodemus, & dixit ei:

Quomodo poſſunt fieri ? 10 Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Tu es Magiſter in Iſraël & hæc ignoras ? 11. Amen, amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis. 12. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis ? 13. Et nemo aſcendit in cœlũ, niſi qui deſcendit de cœlo, Flius hominis, qui eſt in cœlo. 14. Et ſicut Moyſes exaltavit ſerpentẽ in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. 15. ut omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam. 16 Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret : ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam, 17. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum. 18. Qui credit in eum, non judicatur, qui autem non credit, jam judicatus eſt ; quia non credidit in nomine unigeniti filij Dei. 19 Hoc autem judicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim eorum mala opera. 20. Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem ut non arguantur opera ejus 21. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifeſtentur opera ejus, quia in Deo ſunt facta. 22. Poſt hæc venit Jeſus & diſcipuli ejus in terram judæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. 23. Erat autem & Ioannes baptizans in Ænnon juxta Salim : quia aquæ multæ erant illic & veniebãt & baptizabantur. 24. Nondum enim miſſus fuerat Joannes in carcerem. 25 Facta eſt autem quæſtio ex diſcipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. 26. Et venerunt ad Ioannem & dixerunt ei : Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti; ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. 27. Reſpondit Joannes & dixit. non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cœlo. 28. Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis, quod dixerim : Non ſum ego Chriſtus ſed quia miſſus ſum ante illum. 29. qui habet Sponſam, Sponſus eſt : amicus autem Sponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem Sponſi. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt. 30. Illum opportet creſcere, me autem minui. 31. Qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt. qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. qui de cœlo venit ſuper omnes eſt. 32. Et quod vidit, & audivit, hoc teſtatur, & teſtimonium ejus nemo accipit. 33. Qui accipit ejus teſtimonium, ſignavit, quia Deus verax eſt, 34. quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur, non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum. 35. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu ejus. 36. qui credit in filium, habet vitam æternam : qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

## ARGUMENTUM
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus Nicodemum docet, generationem ex aqua, & Spiritu Sancto eſſe neceſſariam ad conſequendum regnum cœlorum : de quo dixi tom. 2. cap. 3. De quo hîc etiam dicam.

*Secundò, Verſ.* 14. Proponit exaltationem ſui corporis in cruce, inſtar ſerpentis ænei à Moyſe exaltati, ut mundum ſalvet. Explicavi eodem cap. 3. à quæſtione 33. & deinceps. Et hîc aliqua dicam.

*Tertiò, Verſ.* Proponit ſummam Dei dilectionem, qui dedit filium ſuum Unigenitum pro noſtra ſalute ; de quo dixi eodem cap. 3. à quæſt. 58.

*Quartò, Verſ.* 22: Baptizat Ioannes in ænnon ſuos diſcipulos Chriſti baptiſmo, obmurmurantes reprehendit aſſerens Chriſtum eſſe Eccleſiæ Sponſum, & quod ille, qui credit in eũ habet vitam æternã. Quod hîc eſt explicandum.

---

Jeſus & Nicodemus.

## QUÆSTIO I.

*Quare Nicodemus dum venit ad Chriſtum, dicitur Peinceps Iudæorum ?*

1. Textus.

Ait Noſter Evangeliſta in præſenti : *Erat homo ex. Phariſæis Nicodemus nomine, Princeps Iudæorum* : Hoc magnum & altum myſterium. latè tractavi tom. 2. in Evangelia per 57. quæſtiones, & ibi latè quæſivi, cur Nicodemus dicatur ab Evangeliſta homo ex Phariſæis princeps? q. 1. 2. n. 3. & 11. Nunc ad honorem ſanctæ Crucis adde.

*Crucem venerari regum ac principum eſt.*

Dicitur, *Princeps Iudæorum*, & meritò ſanè, nam nunc primum Chriſtus cum eo cœpit agere de ſua cruce : *Sic exaltari oportet filium hominis* : Maximè notandum, quod primus ſermo habitus à filio Dei in carne humana apparente de ſua ſanctiſſima Cruce eſt nunc cum Nicodemo, quem notanter advertit Evangeliſta quod erat *princeps ex Phariſæis*: Nam agere, ac tractare de cruce ſancta maximè ad principes, dynaſtas, ac reges pertinet ; ſancta Crux defoſſo in loco per multum tempus abſcondita fuit Iudæis, idololatris, ac inimicis Chriſti nominis, donec Helena ſancta ex regio ſanguine nata Conſtantini Imperatoris mater Deo diſponente, eam invenit, & quo conſilio urget Deus Helenam rerum Dominam ad crucem quærendam. Pariter Deus crucem

D. Paulin.

loco ſubterraneo abſconditam eſſe uſque ad Conſtantini principatum. Reſpondet. D. Paul. Epiſtol. 1. poſt narratam Helenæ hiſtoriam, quod ſic diſpoſuit Deus ; *ut tunc inveniretur, cum religiosè quæreretur* : Quia crucem venerabiliter, ac magnifico cultu tractare ſolùm regij ſanguinis eſt, ad magnateſque pertinet.

3.

Cùm Jacob pergeret in Meſopotamiam, *vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum, & Angelos aſcendentes & deſcendentes* : Gen. 28. num. 12. Variis & multis modis ſe Deus oſtentavit Noemo, Abrahamo, & Iſaaco; nunquam tamen ſimili modo ut Jacobo cum ſcala ; Cur tam raro, & extraordinario modo nunquam audito cum Jacob ? Quid in hoc apparet peculiare ? Promittebat Deus Jacob : *Dilataberis ad Occidentem, & Orientem, & Septentrionem, & Meridiem* : Ibidem num. 14. In quo juxta communem interpretationem promittebat ei reges, & principes dominantes in orbe : Inde apparet Deus Iacob in ſcala, quæ erat figura, & typus crucis Chriſti, ut docet Germanus Patriarcha Jeroſolymit. Orat. in exaltat. ſanctæ crucis apud Grethſerum ubi ſic ait : *Opera crucis ex terrâ in cælum uſque ſublevamur: Horum gratia, ſcala etiam ſimilitudinem crux habere videtur.* Promittebantur principes, & reges ; inde umbra crucis apparet, quia ſolùm ſub illius radiis principes, & Magnates creantur ut inde ſe maximè agnoſcant debitores ad illius cultum & honorem : inde alta Dei diſpoſitione crucis inventio, & exaltatio, ut notant ipſe German. *Regibus addicta eſt.*

Gen. 28.

Germ. Patr.

*Sub cruce Chriſti reges creantur ad ejus venerationem.*

4.

Chriſto pendente in cruce in oſtentationem mæſtitiæ, luctus, ac reverentiæ multa ſigna ediderunt cælum, & terra : *Erat hora fere ſexta & tenebræ facta ſunt in univerſam terram & ſol obſcuratus eſt* : Luc. 23. num. 44. At verò quando terra tremuit ſcribit D. Matth. 27. num. 50. *Ieſus clamans voce magna emiſit ſpiritum, & ecce velum templi ſciſſum in duas partes à ſummo uſque deorſum, terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt* : Ecce quamvis cæleſtia, & terreſtria dent ſigna mæſtitiæ, ac reverentiæ pro ſuo conditore pendente cruce ; non tamen eodem tempore, nec eadem hora : Nam ſol obſcuratur hora ſexta, hoc eſt meridiana, adhuc Chriſto vivente : Terra verò tremore premitur Chriſto moriente, hora nona, nempe, tertia poſt miridiem ; & cur non ſimul & eodem tempore ? Salmeiron. tom. 10. Tractat. 47. ait : *Nobiliora citius vim Divinitatis, ac ejus radios ſenſerunt.* Serò terra commovetur ad necem Domini venerandam, citius verò Solem triſti velo tectum video ; Sol præſes, ac princeps inter cætera temporalia, & aſtra, inde velociùs movetur pro cultu mortis Domini ſui. Tenentur enim qui præſtant dignitate, præſtare pietate.

Luc. 23. Matth. 27.

*Nobilis prior ad venerationem.*

Salmeiron.

---

## QUÆSTIO II.

*Quare cum Nicodemus non intelligit alta Chriſti myſteria, ei proponit Dominus ſuam exaltationem in Cruce ?*

5.

Exponit Chriſtus D. Nicodemo, quòd ad ingrediendum regnum Dei neceſſe eſt renaſci denuo ; quod Nicod. non capiebat ; Unde dicebat : *Quomodo poteſt homo naſci cùm ſit ſenex* ? Unde tantus Magiſter tam hebes eſt in percipienda cæleſti doctrina, non ſcrutabatur ſacras Scripturas, ſed humana ratione ducebatur, humaniſque teſtimoniis inhærebat. Theophanes Ceramæus Oratione de Cruce habita tom. 2. apud Grethſer. ait. *Tu quidem Nicodeme cæleſtis inſtitutionis capax non es, quia forte humanum teſtimonium in his, quæ affirmo, requiris & expetis* : & de hac re multas rationes dedi citato cap. 3. per multas quæſtiones. Nunc vero adde.

Theophan. *Qui humana ratione ducitur non intelligit divina.*

6. Tertull.

Primò, Tertullianus lib. de Baptiſmo, ait : *Nihil adeo eſt, quod obduret mentes hominum quàm ſimplicitas divinorum operum, quæ in actu videntur ; & magnificentia quæ in effectu repromittitur : ut hic quoque ; quoniam tanta ſimplicitas ſine pompa, ſine apparatu novo aliquo, denique ſine ſumptu homo in aqua demiſſus, inter pauca verba tinctus mentior, ſi non è contrario, idolorum ſolemnia, vel arcana de ſuggeſtu, & apparatu, deque ſumptu fidem, & auctoritatem ſibi extruunt.* O quantum diſtat Divina ſimplicitas, à temporali pompa ! ad cæleſte regnum, ad filiationemque Dei ille eligitur, qui expoliatus omnibus, nudus invenitur, neceſſe eſt, ut nudus ſit, qui mergitur aquis, & in ea nuditate ſtat comparatio omnium cæleſtium divitiarum ; non ſic poteſtas ſæculi, ac idolorum, quæ à veſtium fulgore, à miniſtrorum pompa, ac apparatu, & ſumptu totam ſuam auctoritatem vendicare ſolent, quæ omnia tanquam à vento diſſipantur ; At Divina poteſtas in nuditate ac rerum abdicatione fulget. Hinc de meo Jeſu reclinato in præſepio ait Theodotus homil. de Nativitat. tom. 6. Concil. Epheſin. Append. 5. cap. 5. *Omnia paupera, & vilia elegit, omnia mediocria, & plurimum obſcura, ut divinitatis ſola cognoſcatur Orbem transformaſſe terrarum.*

*Mundialis poteſtas in externo apparatu, Divina vero in nuditate fulget.*

Theodot.

7.

Secundò, Reſpondet Chriſtus Nicodemo : *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto* :

*Sancto non poteſt introire in regnum Dei*, & cur in
aqua ponitur exordium, ac incunabula filio-
rum de quo multas rationes dedit citato c. 3.
Matth 22: quæſt. 15. & 17. Nunc vero recole, quod in
aquis præceſſit quædam umbra Chriſti paſſi?
ſic dicitur. Matth. 12. num. 40. *Signum non
dabitur eis niſi ſignum Jonæ Prophetæ*: Cum er-
go ſignum Jonæ fuerit in aqua tanquam in
figura, & umbra Chriſti, inde non eſt miran-
dum, quod ab aquis omnia bona, ac incremen-
D. Ambroſ. *Ab umbra Chriſti cuncta bona confluunt in hominem.* ta hominibus proveniant, ac naſcantur. D.
Ambroſ. lib. 5. Hexamer. cap. 11. ait. *Terra-
rum ſalus in mari, ante præceſſit, quia ſignum fi-
lij hominis, ſignum Jonæ, ſicut iſte in utero ceti,
ſic Ieſus in corde terræ, in utroque remedium,
majus tamen in mari pietatis exemplum*: Sine
dubio omnia bona omneque remedium, ac
pietatis exempla fluent ab aquis in hominem,
quando in aquis eſt manifeſta Chriſti umbra
Chriſtique myſteria in aquis fulgent. Ductus
Ioſeph in Ægyptum, cùmque eſſet in domo
Putiphar, & in cunctis prudenter ſe gereret:
*Benedixit Dominus domum propter Ioſeph. & mul-*
Geneſ. 39. *tiplicavit cunctam ejus ſubſtantiam.* Gen. 39. n.
5. nec hoc mirandum cùm Ioſeph eſſet Chri-
ſti figura ſub ejus umbra cuncta proſperan-
tur, & augentur.

8. Tertiò, Cùm Nicodemus maximè ad ſuper-
na myſteria cæcutiret, nec ea caperet, objicit
ei Chriſtus D. Crucis myſterium: *Exaltari
oportet filium hominis*; Crux enim maximè te-
nebras depellit, cæcitatem excludit; mentem
Luc. 15. illuminat, viſum, acuit. Ait Chriſtus D. Luc.
15. n. 8. *Quæ mulier habens drachmas decem ſi
perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucer-
nam, & everrit domum donec inveniat.* Com-
parat ſe Chriſtus in deſiderio quærendi animas
peccatrices cum muliere quæ perdidit dracham
unam; ſed cur hæc mulier ad quærendam rem
perditam accendit lucernam, nonne meliùs erat,
ut aperiret januas, & feneſtras, ut ingredien-
tibus ſolariis radiis, qui fulgentiſſimi ſunt,
meliùs, & clariùs quæreret; Quæ ergo lucer-
*Crux lucerna abſcondita manifeſtat.* na eſt hæc, quam Chriſtus D. accendit, ut
clariſſimè tenebras depellat, & ut homines
illuminet ad viam ſalutis inveniendam; lucer-
na hæc fulgentiſſima extitit Chriſti crux, quæ
D. Chryſ. ſuper omnia homines illuminat; Accipe D.
Chryſoſt. Orat. in cæmeterij appellationem,
& crucem tom. 6. dicentem: *Quemadmodùm
enim ſi quis lucernam in domo quapiam tenebris
obſita accendat, & in altum ſtatuat, tenebras
de repente fugat: ſic tenebris per univerſum or-
bem ſparſis Chriſtus tanquam lampadem quandam,
crucem accendit, & in altum erexit omnemque
caliginem totius terræ diſſipavit.*

9. Scribit D. Luc. 23. n. 44. *Erat hora fere ſex-*
Luc. 23. *te: & tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram,
& ſol obſcuratus eſt*: Quæ tenebræ fuerunt den-
ſiſſimæ, quia Sol non ex una parte, ſed per
totum corpus ſuum fuit obſcuratum; ita ut
ſtellæ apparerent, ut fit in nocte obſcura, ita
ut graves Doctores, ut Cornelius à Lapide,
Exod. 10. dicant quod fuerint, ſicut tenebræ Ægypti, de
quibus ſcribitur Exod. 10. n. 22. *Quod nemo
vidit fratrem ſuum, nec movit ſe de loco ſuo*:
De quo latius egi tom. 5. in Evang. lib. 8. c.
19. q. 1. n. 9. ex quo inſurgit grandis difficultas,
Matth. 27. quia pendente Chriſto in Cruce ſcribit D. Matt.
27. num 55. *Erant ibi mulieres multæ à longè*
aſpicientes ea quæ fiebant, & titulus in ſum-
mitate crucis affixus à multis legebatur, ut
ſcribit D. Joan. 19. n. 20. *Hunc ergo titulum* Joan. 19.
*multi Judæorum legerunt, quia prope civitatem
erat locus, ubi crucifixus eſt Jeſus*: Quomodo
ergo hæc potuerunt fieri, urgentibus tenebris
tam caliginoſis, & denſis? Sol & inſenſibilia,
magna luctus, mæſtitiæ ſigna dederunt in mor- *Crux diſſipat tenebras & lucem dat.*
te ſui conditoris diffuſa tanta obſcuritate;
tamen Chriſtus D. alta ſua providentia ac
cendit lucernam ſuam; crucem, nempe quæ
illuminaret omnes, illiſque lucem daret, ut vi-
derent, ac legerent myſteria, quæ ibi tunc in
cruce fiebant: ſic & maximè ad rem. D. Chry-
ſoſt. proximè citatus: *ſic tenebris per univer-* D. Chryſ
*ſum orbem ſparſis Chriſtus tanquam lampadem
quandam crucem accendit, & in altum erexit,
omnemque caliginem totius terræ diſſipavit.* 10.

Quartò, Cùm Nicodemus non intelligeret
ſublimem Chriſti doctrinam: *Reſpondit Jeſus:
Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex
aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire re-
gnum Dei*: Et cum adhuc ille hebes eſſet, vult
ei Chriſtus D. aperire, & declarare vivificam
aquam, illiuſque ſalutiferam virtutem, quæ
excluſo peccato, nobis dat gratiam, vitam, ac
regnum Dei; & proponit ſuam crucem, quæ
nobis reddit ſalutiferas aquas cum magna af-
fluentia aquæ ac omnium cæleſtium dono-
rum. Benedicens Moyſes Joſeph reſpiciens in
illum Chriſtum D. ait: Deus 33. n. 17. *Cornua* Deut. 33.
*rhinocerotis, cornua illius: in ipſis ventilabit gen-
tes*: Satis vulgare eſt cornua rinocerotis, ſeu
Unicornij, omne excludere venenum; adeo ut
animalia ad aquas concurrentia, ipſam non
audeant attingere, ſed expectant ut veniat
rhinoceros, & cornu aquis immergat, ut ab
omni veneno purificentur: & quænam ſunt
Chriſti cornua quæ nobis ſalutares aquas ef- *A ligno Crucis omne venenum excluditur. & ſalus nobis eſt.*
fecit? cornua, nempe crucis, quæ omne pec-
cati venenum exſufflavit, & aquas ſalutiferas
ad vitam & ſalutem reddidit & aperiens fontem
vitæ æternæ. Julius Firmicus de errore profa-
næ Religionis c. 22. ait *Hæc ſunt Crucis cornua* Jul. Firm.
*quibus omnia, & ſublevantur pariter, & conti-
nentur: His cornibus bene hominum vita nititur.
Ad hæc cornua humili veneratione confugite: ut
veneranda præferentes inſignia conſecrati fontis
majaſtate gaudeatis.*

---

## QUÆSTIO III.

### *Quare Chriſtus D. ſuam crucifixionem dicit exaltationem.*

AIt Chriſtus D. in præſenti: *Sicut Moyſes* 11.
*exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exalta-
ri oportet filium hominis*: de quo egi citato c. 3.
qu. 34. 35. 36. & 37. Cur etiam Dominus ſuam
crucifixionem dicit exaltationem, tam hoc lo- Joan. 12.
co, quàm Ioan. 12. num. 31. *Et ego ſi exul-
tatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum*:
Jam ibi diſputavi & tractavi tom. 4. c. 42.
quæſt. 15. Adde nunc. 12.

Et meritò ſanè Chriſtus in cruce dicitur exal-
tatus, quia ibi maximè apparuit ejus ſubli-



Pſal. 92. mitas, majeſtas ac celſitudo. Ait Regius Vates
Septuag. Pſalm. 92. num. 1 *Dominus regnavit*: Septuag.
D. Hieron. legunt: *A regno, decorem indutus eſt.* D. Hiero-
Arias. nymus legit: *Gloria indutus eſt.* Arias: *Celſitu-*
Prat. *dinem induit*: Pratus: *Magnificentiam induit.*
*Crux gloria & magnificentia Chriſti.* Quia in ligno crucis oſtendit ſuum regnum,
ſuam gloriam, celſitudinem, ac magnificen-
tiam, tanta obedientia erga patrem tam im-
menſa charitate erga genus humanum, copioſa
redemptione tot ſignis, & prodigiis in cœlo &
in terra. Hinc cùm Chriſtus poſtulat à Patre
ſalvifica me, clarifica nomen tuum, venit vox
de cœlo dicens: *Et clarificavi & iterum clarifica-*
Ioan. 12. *bo* Joan. 12. n. 28. ſed in quo Pater eum clarifi-
cavit exaltavit, & ſublimavit: in cruce, nempe,
Euthym. ut ex Euthymio explicat Toletus Annotat. 10.
Tolet. Crux enim extitit Chriſti exaltatio, & ſubli-
matio.

13. Chriſtum natum venientes Magi adorare
quærunt Jeroſolimis: *Ubi eſt, Qui natus eſt
Rex Judæorum? vidimus ſtellam ejus in Orien-
Matth. 2. te, & venimus adorare eum.* Matth. 2. num. 2.
D. Ful. Ad quæ verba ait Fulgentius ſerm. de Epi-
phania: *Quis eſt iſte Rex Judæorum, pauper,
& dives, humilis, & ſublimis.... Parvulus in
præſepio, immenſus in cœlo, vilis in pannis pre-
tioſus in ſtellis*: Meus Jeſus apparet parvulus
in præſepio, & vilis in pannis, *pretioſus in
D. Chryſ. ſtellis*: & cur à D. Fulgent dicitur, *pretioſus in
ſtellis*? Accipe D. Chryſoſtomum in imperfect.
*Chriſtus in Cruce habet veluti quandam pretioſitatem.* homil. 2. in Matth ait: *Stella illa benedicta
apparuit Magis ſuper montem illum Victoria-
lem, habens in ſe formam quaſi pueri parvuli,
& ſuper ſe ſimilitudinem crucis.* Ecce dum
Chriſtus Jeſus Filius Dei apparet exultanti-
bus, & cantantibus Angelis feſtivè tripudian-
tibus paſtoribus, regibuſque Magis adoranti-
bus: vel in præſepio reclinatus, vel in gremio
matris recumbens, vilis, ac parvulus habetur;
Nota at ſignum crucis habens, *pretioſus*, ac ſi ipſum
crucis vexillum quandam pretioſitatem filio
Dei videatur communicare; pro quo attende
quod in præſepio parvulus, & in ſtella parvu-
lus: *Habens in ſe formam quaſi pueri parvuli*:
& tamen in præſepio vilis, in ſtella pretioſus;
in præſepio ſine cruce vilis reputabatur; at in
ſtella cum Croce *pretioſus* decantatur, etſi par-
vulus; quod ita altè diſpoſuit pro honoranda
ſua cruce.

14. Poſtquam Abrahamus obtulit filium ſuum
Deo in holocauſtum, à quo Dei juſſione pro-
hibitus eſt. *Appellavit nomen loci illius, Do-
minus videt: Unde uſque hodie dicitur: In
Gen. 22. monte Dominus videbit*: Gen. 22. n. 14. ſeu ut
D. Ambroſ. legit D. Ambroſius citandus: *Dominus appa-*
Sept. *ruit*. Septuaginta: *Dominus videbitur.* Et cùr
inter cætera loca in quibus Dominus ſanctis
antiquis ſe manifeſtavit, hîc peculiariter ac
inſigniter tanto nomine nobilitatur, ut dica-
tur: *Dominus apparuit*, & cur non potius tam
illuſtri appellatione condecoratur locus, quan-
do ei apparens, mandavit exire de terra ſua
promittens ei ineffabile Incarnationis myſte-
rium: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.*
Gen. 12. Geneſ. 12. num. 3 vel in valle Mambre quando
Gen. 18. tres Angelos hoſpitio ſuſcepit Gen. 18. n. 2. &
in figura ſanctiſſimæ Trinitatis: *Tres vidit &
unum adoravit*, vel quando in deſerto filiis Iſ-
raël dedit Manna in typum ſacræ Euchariſtiæ
Exod. Exod. 16. n. 15. Quid ergo habuit hic mons ad
tam ſublimem appellationem: *Dominus appa-
ruit.* In illo vidit Abrahamus, *Arietem inter* Gen. 22.
*vepres hærentem cornibus*: Gen 22. n. 13. in ty-
pum Chriſti pendentis, ac hærentis brachiis;
ſeu cornibus crucis. D. Ambroſius lib. de Abra- D. Ambroſ.
hamo ad citatum. c. 22. ſic ait: *In monte Domi-
nus apparuit, hoc eſt, quod apparuerit Abra-
hamo revelans ſui paſſionem corporis, qua mun-* *Chriſtus in cruce glorioſior cæteris myſteriis*
*dum redemit, demonſtrans etiam onus paſſionis:
cum ſæpe ſum oſtendit cornibus arietem. Virgul-
tum illum patibulum crucis eſt*: Non ergo mirum,
quòd mons iſte excelſior cæteris in appellatione
ſit, cùm in eo ſe oſtentat Chriſtus in figura in
ſua cruce inhærens; & Chriſtus in ſua cruce
glorioſior, ac veluti mirabilior, quàm in quo-
cunque alio myſterio, ſive Incarnationis, ſive
Trinitatis, ſive Euchariſtiæ, & ideo loca, in
quibus tam ſublimia myſteria revelantur, non
ſublimantur tam excelſa appellatione: *Dominus
apparuit*: ac quando cum ſua cruce prodit. Vide
admirabile Sacramentum Divinæ Sapientiæ, ut
id quod erat abjectiſſimum apud homines, ipſe
pro noſtra redemptione ſibi ut glorioſiſſimum
elegit.

Inſtigante diabolo clamabant Judæi, pen- 15.
dente Chriſto in cruce: *Si Rex Iſraël eſt, deſ-*
*cendat de cruce*: Matth. 27. n. 42. In quos gra- Matth. 27.
viter invehitur D. Chryſoſtomus homilia de
Cruce & Latrone, dum ait: *Conſidera nunc* D. Chryſ.
*vocem filiorum diaboli: quomodo imitantur vo-* *Diabolus invidet regiam chriſti dignitatem in cruce.*
*cem paternam. Diabolus dicebat, ſi filius Dei
es, mitte te deorſum, & Judæi dicunt: Si filius
Dei es, deſcende de cruce, credimus ei.* Eadem
eſt vox filiorum diaboli, ac ipſius diaboli; Dia-
bolus dicebat ad Chriſtum: *Mitte de deorſum*:
filij diaboli clamabant: *deſcende de cruce.* Glo-
riam crucis invidentes, ſi enim ipſe deſcenderet
de cruce, mitteret ſe deorſum; quia tota ſua
gloria, illiuſque ſumma dignitas in cruce poſita
eſt, & inde Regis titulus quem ſæpe recuſavit
Joan 6. n. 15. permittunt ut in cruce affigatur. Joan. 6.

Hinc Chriſtus ſupremus Rex ſub ſigno cru- 16.
cis ſuam magnificentiam aperit, & manifeſtat:
ſub illius ac paſſionis ſuæ memoria Sacram Eu- *Crux ratio & cauſa liberalitatis divinæ.*
chariſtiam inſtituit, in cruce exaltatus teſtamen
tum condit, ut Arnoldus conſiderat latronem Arnold.
cœlo infert, lictores vindicat ab ira paterna,
dum pro eis rogat; Matrem Diſcipulo commen-
dat & cæco viſum ſpiritualem, & corporalem
dedit, juxta multorum ſententiam, ut tantis
magnificentiæ ſuæ ſignis crux eſſet honorata D.
Chryſoſtomus homil. de cruce ait: *Volo in ligno
mea largitas demonſtretur.* Ut inde adhortemur,
ut ad crucem confugiamus in qua maximè Do-
mini liberalitas panditur. Unde ait idem Chry- D. Chryſ.
ſoſtom. homil 6. *Cum ſuam erga homines libe-
ralitatem oſtendiſſet, addit hujus cauſam, hoc eſt,
crucem.* Crux cauſa eſt totius liberalitatis divi-
næ, unde oſtendens ſuam liberalitatem erga Ni-
codemum illius cauſam ei proponit, ſcilicet cru-
cem ſuam.

Quæſtio

## QUÆSTIO IV.

### *Quare ſerpens à Moyſe exaltatus in deſerto dabat vitam & ſanctitatem?*

17. Num. 21. SAtis vulgaris eſt hiſtoria Num. 21. num. 8. Quod cùm populus Iſraëliticus in deſerto obmurmuraſſet contra Moyſen; miſit Dominus in populum ſerpentes ignitos, quorum morſu moriebantur, tunc Moyſes ex Dei mandato exerit in ligno ſerpentem æneum; *quem cum percuſſi aſpicerent ſanabantur*: Unde illi ſerpenti tanta virtus? Quia ille ſerpens in ligno figurabat Chriſtum Dominum exaltatum in cruce, ex cujus aſpectu, ac virtute ſanantur omnes, ac à peccatis mundantur. Ita communiter omnes ſancti Patres Divus Chryſoſtom. Noſter D. Cyrillus, D. Auguſtin. & multi alij quos citavi præallegato c. 3. quæſt. 33.

D. Chryſ. D. Cyrill D. Auguſt.

18. Umbra enim crucis maximè ſalutifera, & omnia bona ſecum involvit. Hinc ſancta Dei dilectrix dicebat: *Sub umbra illius, quem deſideraveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo*: Cantic. 2. num. 3. Videntur enim hæc inter ſe magnam repugnantiam involvere; quomodo dicit fructus ejus dulces in ore, cum ſedeat in umbra; qui fructus vult guſtare, non quieſcit in umbra, ſed arborem conſcendit, manus extendit ad ramos, ut inde fructus valeat colligere, ut comedat, quomodo fieri poteſt, ut ſedens ſub arbore dulcedinem fructuum guſtet? Arbor illa erat Crux ſancta ſub cujus umbra, & protectione omnis abundantia gratiæ, ac cæleſtium donorum defluit, ac dimanat ut guſtetur. Honorius ait: *Arbor, vitæ, ſcilicet, malus eſt crux, fructus ejus Chriſtus, umbra tutela, ſeu refrigerium humani generis*: Qui ſub umbra, ſeu tutela crucis eſt, de ejus fructu, qui eſt Chriſtus fit Particeps. *Malus crux, fructus ejus Chriſtus.*

Cant. 2.

*Umbra, ſeu protectio crucis omnia bona ſecum adducit.*

Hon.

19. Urgente fame cùm à muliere Sarepthana Elias panem petiiſſet, ait illa quod non habebat niſi parum farinæ: *En colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, ut comedamus, & moriamur.* 3. Reg. 17. num. 12. Ad quam ait Propheta: *Hæc dicit, Dominus Hydria farinæ non deficiet quoadusque Dominus daturus eſt pluviam ſuper faciem terræ.* Unde fieri potuit quod mulier Idololatra, aliena à Dei fide, & cognitione, dum ad mortem ſe præparat, vitam inveniat? collegerat duo ligna quæ figuram crucis exprimunt; & cùm in ſe haberet umbram crucis, conſequens erat, ut mortem effugeret, & vitam cum magno tutamine inveniret. D. Auguſt. lib. 12. contra Fauſt. c. 34. ait: *Quia duo ligna crucem faciunt; quærebat moritura, unde ſemper eſſet victura*: Cùm mortem cogitaret ex figura crucis vitam invenit.

3. Reg. 17.

*Crux mortem excludit, vitam adducit.*

D Auguſt.

20. Iſai. 65. Ait Iſaias 65. num. 22. *Secundum dies ligni, erunt dies populi mei*; Ac ſi dicat dies populi mei, ac electorum meorum computandi ſunt à diebus, in quibus lignum apparuit ac prodiit; & quod lignum eſt hoc ex quo dies ſalutis numerandi ſunt? Theodoretus in Gloſſa ibi ait: *Fuit nobis lignum vitæ crux Domini.* Illud tamen altè ponderandum, quod ait Iſaias: *Secundùm dies ligni erunt dies populi mei*: & cur dies electorum menſurandi ſunt per dies ligni? ſicut per ſolis umbras dies naturales computantur, ſic per ſalutiferæ crucis umbras dies æternæ felicitatis numerantur à diebus, quibus ſanctiſſima crux erecta eſt, ac in mundo apparuit; ab his noſtra ſalus, ac vita exordium deſumit; ab his omnis noſtra felicitas in nos eſt derivata. Didymus in Catena Lyppomani ad illa verba Pſ. 1. *Erit ſicut lignum*: ſic fatur, *Juxta dies ligni erunt dies populi mei, verè, ac perpetuo duraturi; ſiquidem vir juſtus in æternum vivit cum ligno vitæ ſimulque illum ſimilitudo ipſa omnibus animi perturbationibus exuit*: Ecce ſalutiferi ligni fructus, ita ut ſolius umbra omne auguſtum bonum germinet, & omnem pertubationem excludat.

Theod.

*A diebus quibus crux apparuit noſtra felicitas numeranda.*

Didym.

---

## QUÆSTIO X.

### *Quare Chriſtus, ut omnes ad ſe traheret exaltandus fuit in cruce?*

AIt Chriſtus D. in præſent. num. 14. *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* De quibus omnibus, ac de hoc ſerpente æneo multa dixi citato cap. 3. à quæſt. 33. uſque ad q. 39. Deinde nunc. 21. Text.

Ait Dominus in præſenti: *Ita exaltari oportet filium hominis*: de altiſſimo myſterio Chriſti Crucifixi multa dixi tom. 5. in Evang. lib. 8. c. 13. Nunc vero maximè ponderandum, quòd ait, quod oportet eum exaltare, ut omnes trahat ad ſe ipſum, nullus pereat, à Chriſto in cruce quantum ex ipſo eſt omnes habent ſalutem, & benedictionem. Ait Regius Vates Pſal. 144. n. 15. *oculi omnium in te ſperant Domine, tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Maximè celebrandus eſt David cum Dei largitatem tam magnificè celebrat, qua omne animal implet benedictione: cur tamen ad hoc ad Dei manum recurrit: *Aperis tu manum tuam*: Cur non potiùs ad Dei verbum, quo in primo rerum molimine benedixit piſces maris, & volatilia cæli Gen. 1. num. 22. & hominem ipſum quem creavit: Ibid. 28. Unde ille illuſtris Dei Centurio non Dei manus, ſed unum illius verbum petebat. *Tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus*: Matt. 8. n. 8. Cur ergo David non oris Dei, ſed manus apertionem exorat, ac petit: *Aperis manum tuam*? Requirebat David largiorem, ac majorem gratiarum, ac donorum fontem, lignum, nempe Crucis, in quo Chriſtus extendit, & aperuit manus ſuas, & manus per foratas, ut largiter, abundanter fluerent, pro quo nota, quod in prima creatione, benedictio ab ore Dei veluti diviſim venit in varias animalium ſpecies; Primo benedixit volatilia cœli, piſces maris, deinde, ac tandem hominem, ut patet ex proximis locis citatis: Adum 22.

Pſ. 144. Gen. 1. Matth. 8.

*A cruce larga & ampla benedictio in omnes.*



dum in cruce extendit manus largo ac abundantiſſimo donorum flumine, in omnes benedictionem infundit D. Germ. homil. in feſto S. Crucis media quadrageſima, & ait: *Canamus cum Davide: Oculi omnium in te ſperant, & tu das eſcam illis in tempore opportuno: Sacrificatus enim, & ſuſpenſus propriam carnem edendam apponis illis, qui in te ſpem ſalutis reponunt: Aperis tu manus tuas expendens eas in cruce, & imples omne animal Patris tui bene placito.* Cum expandit manus ſuas in cruce, tam amplam & largam benedictionem nobis impendit, ut nobis dederit ſuam carnem, ſanguinem, & vitam, & omne animal cæleſti benedictione citavit.

Germ

23. Cum Iſraël egreſſus eſſet de Ægypto, & deveniſſet ad oram maris rubri, & à tergo reſpexiſſet inſequentes Ægyptios in manu valida & forti, maximo timore totus populus Iſraëliticus erat conſternatus: *Tunc Deus imperat Moyſi, Tu autem eleva virgam, & extende manum tuam ſuper mare & divide illud*: Exod. 14. n 16. Cur Deus mandat ut Moyſes virga dividat mare? Nonne facilius erat uno verbo illud imperare? Nonne Parens Elias uno verbo clauſit cælum? 3. Reg. 17 n. . Ad quid Deus diſponit, ut illud fiat interveniente virga? Illa maris diviſio fiebat ut hoſtes Dei ſuffocarentur, ac perirent; & ut ejus electi incolumes, ac ſalvi conſiſterent ab omni periculo, ac timore liberati, ac cum magna victoria, & trophæo exultarent magnis ſpoliis ditati; inde conveniens fuit, ut elevata virga illud fieret; quia virga umbra, ac figura crucis erat, de cujus protectione ſalus, & vita, ac tutamen in omnes dimanat, magno cæleſtium donorum augmento. D. Ambroſ. in exhortat, ad virgines, ait: *Verſate manibus veſtris crucem Domini Jeſu, & in veſtris eam operibus ablevantes, calcate hujus mundi profundum; & quicumque noluerit perſequens comprehendere vos; demergatur.* Cum cruce ſecuri ſumus ab omni contrario, ac adverſario.

Exod. 14. 3. Reg. 17.

*Umbra crucis mali deſtruuntur & electi ſalvantur.*

D. Ambroſ

24. Laborans populus aquarum penuria, volens Moyſes petram emollire ut aquas educeret: *Percuſſit virga bis ſilicem, & egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ*: Num. 20. n. 1. Ut Moyſes emolliret petram ad dandam aquam, ut populus biberet & aqua repleretur, illaque maxime abundaret, ſub qua magna & alta miſteria donorum gratiæ agnoſcunt, S Patres: *Percuſſit bis ſilicem*: Non ſemel, vel tertiò, ſeu quartò, ſed bis in crucis figuram; quia ſub illius umbra omnia aſpera, & dura emolliuntur, & omnium cæleſtium fontes abundanter fluunt, & exundant. Severian. apud D. Damaſc Orat. 3. de imagine, & ait: *Percuſſit ſemel, & bis ut crucis formam deſcriberet, ut natura crucis notam veneraretur. Nam ſi regis imago gaudium explet eamque magiſtratus adorat, multo magis immortalis regis imago, poteſt non modo petram, ſed cælum, & terram univerſam perfringere.*

Numer. 20.

*Sub cruce obdurata emolliuntur, & cæleſtia dona fluunt.*

D. Dam.

52. Pſ. 149. Unde merito decantat Regius Vates Pſ. 149. n. 5. *Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis*: Alij ſic legunt: Exultant ſancti *cum magnificentia*: vel *ſumma gloria*: ſeu *decore*: vel *ſumma lætitia*: D. Hieron. ſic ſcribit, ac exponit locum: *Exultabunt ſancti in cruce*: Crux eſt ſumma magnificentia, gloria, lætitia, ac decus ſanctorum.

Ait lectio. D. Hieron.

*Crux lætitia, ac gloria Sanctorum.*

### *Joan. Baptizans teſtimonium dat de Chriſto.*

*Joan. 3. num. 22.* Poſt hæc venit Jeſus & diſcipuli ejus in Judæam terram, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.

*Num. 23.* Erat autem Joannes baptizans in Ænon juxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur.

*Num. 24.* Nondum enim fuerat miſſus Joannes in carcerem.

## *VERSIONES.*

*Syriac. n. 22.* In terram Judææ, & ibi converſans erat.

*Arabicus.* Verſabantur.

*Perſic. n. 23.* Et Joannes etiam in fonte Ænon, qui juxta Salim eſt, baptizabat, eò quòd aqua ibi multa eſſet, homines igitur illic baptizati ſunt.

*Syriacus num. 24.* Non enim adhuc cadens fuerat in domum vinctorum.

*Arabicus.* Nondum fuerat projectus.

## *EXPOSITIO I.*

POſt *hæc* colloquia, nempe, cum Nicodemo: *Venit Jeſus in Judæam terram*: habuit ſermonem cum Nicodemo Jeroſolymis, quæ erat præcipua civitas, & caput Judææ quomodo ergo ait Evangeliſta, quod *abiit in terram Judæam*? Reſpondet Beda & Janſen. quod finito colloquio cum Nicodemo abiit in Galilæam, & poſtea venit in Judæam, ſed hoc abſque fundamento aſſeritur? melius ergo dicendum cum D. Auguſtino, Theophylacto, Lyranno, Carthuſiano, Caietano Noſtro Beauxames, quod abiit ad alia loca regni Judææ, relicta Jeruſalem: & *illic demorabatur*: degebat verſabatur, docens populum, ac multa miracula faciens, *& baptizabat*: non tam per ſe, quàm per diſcipulos ſuos, ut dicitur cap. 4. num. 2. Quos tamen ipſe Chriſtus priùs per ſe, majori ex parte baptizavit. De quo dicam quæſtione ſequenti. 26.

Beda. Janſ. D Aug. Theop. Lyran. Carth. Caiet. Beaux.

*Erat autem Joannes baptizans*: Hoc contigit poſt baptiſmum Chriſti nondum deſierat Baptiſta baptizare, nam baptizavit quoadusque miſſus eſt in carcerem; Ac proinde Joannes, ac diſcipuli Chriſti ſimul baptizabant diverſo baptiſmo, ut dicam quæſtione ſequenti; & diverſo in loco, ut in præſenti notat Noſter D. Cyrillus Alexand. & ait: *Baptizabat Chriſtus per diſcipulos ſuos, Joannes quoque, ipſe non per alios,* 27.

D. Cyr. Al.

*alios, ſed manibus ſuis, nec in eiſdem fontibus in quibus Chriſtus, ſed juxta Salim, & in fonte quodam certo, atque vicino, quia aqua erant multæ ibi*: Non indicat Evangeliſta loca, in quibus Chriſti diſcipuli baptizabant, quia cùm ipſi ſequerentur Chriſtum, qui circuibat varia loca, & Caſtella prædicans, & annuncians regnum: Ipſi autem diſcipuli per varia loca baptizabant, Chriſtum ſequentes, ac concomitantes.

28 Locus autem, in quo Joannes baptizabat, exprimit Evangeliſta, qui erat *in Ænon juxta Salim*: Cum prius baptizaret in Jordanis flumine juxta Bethaniam, ut patet ex Joan. 1. num. 18. multi putant talem locum ceſſiſſe Jeſu, ut ipſe ibidem baptizaret, & ſe tranſtulit *in Ænon juxta Salim*: Ænon nomen eſt duarum civitatum, ut notat Toletus; una erat quatuor miliaribus diſtans à Sichem civitate, altera erat juxta terminos Damaſci. Evangeliſta ut explicat civitatem apponit *juxta Salim*: quæ coincidit cum Salem, in quo regnavit Melchiſedech Rex Salem; ut indicat D. Hieronym. in quæſt. Hebraicis, eamque docent, & explicant Ribeira in cap. 7. ad Hebræos à num. 1. Pereira in cap. 14. Geneſ. à num. 67. cum Joſeph & aliis antiquis, de quo vide Mendoçam tom. 3 in 1. Reg. cap. 9 verſ. 4. n. 13. & recte convenit nomen loco, in quo Joan. baptizabat *Salem*: & Hebraice idem eſt ac *ſanitas, integritas & pax*.

(Joan. 1. — Tol. — D. Hieron. — Ribeir. Pereira Mendoça.)

29. *Et veniebant & baptizabantur*: multi ſcilicet, qui ad ipſum veniebant: *nondum enim Joannes miſſus fuerat in carcerem*: Illa particula: *nondum*: ut notat D. Chryſoſtom. hom. 28. apertè demonſtrat, quod adhuc baptizante Chriſto, Joannes baptizabat uſque ad ſuam Incarnationem, & conſtanter ſuum præcurſoris munus uſque ad mortem præſtitit. Divino autem conſilio factum eſt, ut Chriſto Baptizante, adhuc Joann. baptizaret, ut multis rationibus probat D. Thomas 3. part. quæſt. 38 artic 5 & ait: Prima, ex D. Chryſoſtom. quia ſi ceſſaſſet Joannes baptizare Chriſto baptizante, exiſtimaretur, quod zelo, vel invidia hoc faceret Baptiſta, ſeu ira. Secunda, quia diſcipulos ſuos in majorem zelum excitaſſet. Tertia, quia perſiſtens in baptizando ſuos auditores, qui ad ipſum confluebant, ad Chriſtum mittebat. Quarta, quia, ut Beda dicit: adhuc permanebat umbra veteris legis, nec debuit præcurſor ceſſare ſtatim, donec veritas clariùs manifeſtaretur. Hæc D. Thom.

(D. Chryſoſt. — D. Thomas. D. Chryſ. — Beda.)

## QUÆSTIO VI.

*Quare Chriſtus communiter non baptizabat, ſed tantùm per ſuos diſcipulos: & qualiſnam erat eorum baptiſmus?*

30. Quæſt. 1. PRimo, Quæro: an Chriſtus baptizaret? Reſpondeo quod Chriſtus communiter non baptizabat, ſed tantùm Diſcipuli ex ejus mandato, ac commiſſione, Ita expreſsè habetur Joan. 4. num. 2. *Jeſus non baptizabat, ſed diſcipuli ejus*: Ita communiter omnes ſancti Patres D. Cyrillus citatus in expoſitione n. 27. D. Auguſtin. Epiſt. 118. ait: *Chriſti erat Baptiſmi Sacramentum; ad Diſcipulos autem baptizandi miniſterium pertinebat*: Et hic tract. 15. in Joan. ait: *Baptizabat Chriſtus, quia ipſe mundabat: non Baptizabat, quia ipſe non tingebat; præbebant diſcipuli miniſterium corporis*: & ad hoc fuerunt multæ rationes convenientes, Primo ut videretur differentia inter Chriſti & Joannis baptiſmum; quia ut ait D. Cyrillus citatus in expoſit. Joannes ut ſervus baptiſmum miniſtrabat ſolum ſuis manibus; Chriſtus ut Dominus per ſuos miniſtros. Secundò ut docent ibidem D. Cyrill. D. Auguſt. ut oſtenderetur vis, auctoritas, ac duratio utriuſque baptiſmi. Nam baptiſmus Joan. erat ad tempus determinatum ejus vitæ; at verò baptiſmus Chriſti uſque ad finem ſæculi, & inde per ejus miniſtros, ac ſucceſſores dabatur. Tertiò Theophylact. quia Chriſtus in majoribus occupationibus verſabatur docendo; concionando, ſanando infirmos, dæmones expellendo

(Ioan. 4. — *Chriſtus cõmuniter non baptizabat.* — D. Cyrill. D. Auguſt. — *Multæ convenientia.*)

31. Dixi quod Chriſtus communiter non baptizabat quia Chriſtus D. baptizavit Sanctiſſimam Deiparam matrem ſuam. Euthym in hoc cap. 3. Joan. ait: *Scribunt quidam Apoſtolorum temporibus proximi: quod Chriſtus Petrum ac Virginem Matrem baptizavit, Petrus vero reliquos Apoſtolos*: & valde conveniens fuit; ut docet Suarius tom 2. ad 3. part. diſ. 18. ſect. 2 § *Alterum Caput*: Ut Virgo Sanctiſſima eſſet baptizata à filio ſuo Jeſu ad exemplum aliorum; & quia per baptiſmum conſtituuntur, & ſignantur membra Eccleſiæ à Chriſto inſtituta, cujus perfectiſſimum membrum debuit eſſe Virgo Sacratiſſima.

(Euthym. — Suar. *Chriſtus baptizavit Matrem Virginem.*)

32. B. Evodius, qui poſt Divum Petrum Epiſcopus fuit Antiochiæ, ut refert Nicephorus lib. 2. cap. 3. ait, quod *Chriſtus manibus ſuis baptizavit Petrum tantummodo, Petrus vero Andræam, & filios Zebedæi, id eſt Joannem, & Jacobum; hi deinceps reliquos Apoſtolos. Septuaginta autem diſcipulos Petrus & Joannes baptizarunt*. D. Aug. Epiſtol. 108. affirmat Apoſtolos baptizatos fuiſſe à Chriſto, & non exprimit, quod ſolum Petrum baptizaverit; Chriſtus etiam baptizavit Joannem Baptiſtam: poſt quam ab eo eſt baptizatus, ut docent D. Chryſoſt. homil. 4. in imperfecto D. Gregorius Nazianz. Orat. 39. & D. Thomas 3. part. quæſt. 38. art. 6. ad 3.

(Evodius. Nicephor. — D. Aug. *Chriſtus baptizavit. Petrum.* — D. Chryſ. D. Greg. D. Thom.)

33. Quæſt. 2. Secundò, Quæro: An Baptiſmus diſcipulorum Chriſti habuerit eundem effectum, vel præſtantiorem baptiſmo Joannis? Reſpondet D. Chryſoſtom. homil. 28. in Joan. non fuiſſe præſtantiorem, & ait: & *Si quis interroget quid ampliùs in Joannis baptiſmate, quàm diſcipulorum fuerit? nihil reſpondebimus: utrumque enim ſimiliter ſpiritus expers erat*: Similiter Euthymius, Theoph Tertull. lib. de Baptiſmo cap. 11. exiſtimat diſcipulos baptizaſſe baptiſmo Joannis, & ait: *Tingebant diſcipuli Chriſti, ut miniſtri, ut Joannes antepræcurſor eodem baptiſmo Joannis*: Similiter Rupertus hic ait: *Baptizabant diſcipuli, quomodo à Joanne baptizati fuerant*: Confirmatur hæc ſententia, quia, ante Chriſti glorificationem Spiritus ſanctus non eſt datus, juxta illud Joann. 7. num. 39. *Nondum erat ſpiritus datus, quia nondum*

(*An diſcipulorum baptiſmus eſſet idem cum baptiſmo Joannis.* — D. Chryſ. Euthym. Theophl. Tertull. Rupert. Ioan. 7.)



*dum erat Jeſus glorificatus*: Ergo baptiſmus diſcipulorum ante reſurrectionem non erat in Spiritu Sancto.

34. At contraria ſententia eſt vera, & communis quod nempe, baptiſmus diſcipulorum Chriſti erat præſtantior baptiſmo Joannis, gratiamque conferebat; ita communiter Theologi cum Magiſtro in 4 diſt. 3 D Thom. 3 p. q. 66. ar. 2. Probatur, quia diſcipuli baptizabant baptiſmo Chriſti: atqui baptiſmus Chriſti erat perfectior baptiſmo Joan. ergo erat excellentior. Major oſtenditur, quia diſcipuli baptizabant ex mandato Chriſti, ut docet D. Aug. datus in limine quæſtionis: *Chriſti erat baptiſmi ſacramentum, ad diſcipulos autem baptizandi miniſterium pertinebat*. Nec enim talia facerent diſcipuli niſi ex Chriſti mandato. Minor eſt manifeſta, quia Joannes hoc ponit diſcrimen inter ſuum, ac Chriſti baptiſmum, quia ipſe de ſe ait: *Ego baptizo in aqua* Joan. 1. n. 26. & de Chriſti baptiſmo ait: *Hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto*. Ibid. n. 33. ergo cùm Joanni baptiſmus eſſet in aqua, Chriſti in Spiritu S. evidenter perfectior, & dans gratiam.

(*Diſcipulorum baptiſmus excellentior eſt baptiſmo Joannis* — Magiſter. D. Thom. — Joan. 1.)

35. Confirmatur: quia hoc tempore, quo diſcipuli baptizabant jam ſacramentum baptiſmi erat inſtitutum à Chriſto; fuit autem inſtitutum in baptiſmo Chriſti Matth 3. n. 15 Ibi materia aquæ fuit indicata ibi; etiam forma indicata eſt quæ eſt invocatio Sanctiſſimæ Trinitatis, nam perſona Patris indicata fuit in voce Patris; Perſona filii manifeſtata fuit his verbis: *Hic eſt filius meus dilectus*: Perſona Spiritus S. indicata fuit per ſpeciem, & figuram columbæ. Ita D Thom. 3. p. q. 66 ar. 2. Pezanti, Cajet. Bellarm. Capreolus, Sayrus, Vivaldus Suarius Vaſq. & alii, multi quos in magno numero citat, & ſequitur Bonacina tom. 1. diſp. 2, q. 2. punct. 1. n. 2. Unde Chriſtus poſt reſurrectionem Matth. 28. 19. mandat baptiſmum prædicari, & ſuſcipi in toto orbe.

(*Baptiſmus inſtitutus in baptiſmo Chriſti.* Math. 3. — D. Thom. Peſanti. Caietan. Bellarm. Capreol. Sayrus. Vivaldus. Suar. Vaſques.)

36. Ergo quando diſcipuli ex mandato Chriſti baptizabant, erat, baptiſmo jam ab ipſo inſtituto; ad quid alius baptiſmus erat mandandus Illud autem fundamentum oppoſitæ ſententiæ: *Spiritus nondum erat datus*: viſibili ſigno, ut factum eſt in die Pentecoſtes poſtquam Chriſtus cœlos aſcendit, & inviſibiliter multis antea fuit datus divinus Spiritus ſanctificationis, ut Matthæo, Zachæo, Magdalenæ; & hoc totum proveniebat ex meritis Chriſti præſentibus, & futuris in paſſione ſua; ſicut ante mortem ſuam per ſaciam Euchariſtiam ſanctificavit Apoſtolos; ita D. Auguſt. hic D. Thom. D. Bonaventura Richard Scot. Sotus; quos citat & ſequitur Vaſques 3. p. diſp. 140. cap. 3. p. 66. art. 3.

(Bonacina. Mat. 28. *Solutio fundamenti contrariorum.* — D. Auguſt. D. Thom. D. Bonav. Richard. Scotus. Sotus. Vaſques.)

37. Quæſt. 3. Tertio Quæro: ſub qua forma diſcipuli Chriſti miniſtrabant baptiſmum? nam Joannes Baptiſta ſub nulla forma miniſtrabat baptiſmum, ſic & aliqui dixerunt de Chriſti diſcipulis, vel quod miniſtrabant ſub nomine Chriſti D. Ita Sotus, Canus tract. de baptiſmo. Barrad. tom. 2. lib. 4. cap. 6 § *Doctor Fandinandus*: Tamen data hac ſententia, dicendum erit, quod duplex baptiſmus inſtitutus eſt à Chriſto, nam diſcipuli baptizabant, ut fuerunt mandati, ac edocti à Chriſto: ergo duplex eſt baptiſmus, unus ſub nomine Chriſti, alius ſub nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti. Deinde ipſe Ieſus præcepit diſcipulis ſuis; *Ut nemini dicerent, quod ipſe erat Jeſus Chriſtus*: Matth. 16. num. 20. Quomodo ergo fieri poteſt, ut Chriſtus præciperet ſuis diſcipulis, ut baptizarent in nomine ejus, nec Baptiſta debebat baptizare Chriſtum in nomine ipſius, ex quo minus audiendus eſt Franciſcus Lucas aſſerens, quod baptizabant ſub hac forma: *Pœnitentiam agite, appropinquavit regnum Dei*.

(*Sub qua forma miniſtrabatur baptiſmus.* — Sotus. Canus. Barrad. — Matth. 16. — Franc. Luc.)

38. Mihi verò dicendum videtur, quod baptizabant ſub hac forma: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*. Quia ut ait D. Auguſtin. citatus: Diſcipuli baptizabant ex mandato Chriſti, & ut ejus miniſtri inſtructi ſanè ab ipſo: ergo baptiſmo quem ipſe Dominus inſtituit; Nam harum perſonarum Patris, Filii, & Spiritus ſancti aliqua cognitio confuſa erat in ipſis diſcipulis, quia illi paſſim, ut patet ex toto Evangelio, audierant Chriſtum loquentem de Patre, deinde de Filio, deinde Spiritu ſancto: ergo in eis ex tam frequenti locutione debebat eſſe aliqua cognitio confuſa, & in hac ſententia eſt Cornelius à Lapide, quamvis non multùm ſe explicet.

(D. Auguſt. — *Propria ſententia* — Cornel.)

*Joan. 3. num. 25.* Facta eſt autem quæſtio ex diſcipulis Joannis cum Iudæis de Purificatione.

*Num. 26.* Et venerunt ad Joannem, & dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum trans Jordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

### *VERSIONES.*

*Syriacus. n. 25.* Orta eſt quæſtio uni &c. cum Judæo uno de purgatione.

*Arabicus.* Inter diſcipulos &c. & inter Iudæos.

*Græcus.* Igitur facta eſt.

*Perſicus.* Inter unum ex diſcipulis Joannis, & Judæum quendam diſceptatio fuit de purificatione lotionis.

*Syriacus n. 26.* Magiſter noſter, is, qui tecum erat in tranſitu &c. cujus tu teſtatus es de eo, veniunt ad eum multi.

*Arabicus.* Et dicebant ei &c. de quo tu teſtis factus es &c. & omnis venit ad eum.

*D. Baſilius.* Et plures diſcipulos facit.

### *EXPOSIO II.*

FACTA *eſt autem*: Græcus: *Igitur facta eſt*: Quia Joannes & diſcipuli Chriſti baptizabant

zabant inde orta eſt quæſtio, & controverſia ex diſcipulis Joannis, cum Judæis. Syriac. Compluteuſ. Perſic. legunt in ſingulari *Quæſtio venit cum Judæo uno*: & ita legunt D. Chriſoſt. Nonnius, Theophyl. At cum noſtra: *ex diſcipulis Joannis cum Judæis*: legunt omnes Latini, & ex Græcis Noſter D. Cyrill. & utrumque fieri potuit; Unus quæſtionem excitavit, & deinde, ut fieri ſolet plures ſecuti ſunt. Hæc autem quæſtio tota orta eſt, ut notant D. Chryſoſt. Euthym. Theophyl. D. Aug. Lyran. de excellentia baptiſmi; Diſcipuli Ioan. pro ſuo magiſtro pugnabant; Iudæi verò pro baptiſmo diſcipulorum Chriſti *de purificatione*: Quiſnam baptiſmus magis conveniens eſſet ad animam purificandam, ac ad Gratiam diſponendum? Hæc autem controverſi, ut rectè notat noſter D. Cyrilus lib. 2. cap. 59. ex alta divina diſpenſatione facta eſt, quia ut ait Paulus 1. Corinth. 3. *Permittit autem Deus mala, ut veniant bona*, ut ex hoc duo conſecuta ſunt, unum, quo Iudæi magis confirmati, ac roborati ſunt in Chriſti baptiſmo ex aliorum defenſione, Alterum eſt, quod ex hac occaſione Ioannes præclarum dedit de Chriſto teſtimonium, quod ejus diſcipuli, & alii magis Chriſto adhærerent, ejusque
40. excellentiam recognoſcerent.

Venerunt ad Ioan. & dixerunt, ab eo quærentes quæſtionis reſolutionem: *Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti*: Eorum verba proponit Evangel. quo autem animo dixerint non explicat; Tamen D. Chryſoſt. hom. 28 Euthym. Theoph. Rupert. Alb. Magn. & communiter Auctores exponunt quod hæc retulerunt ad Joannem ex quadam animi imbecillitate, indignatione, ac ambitione, & Zelo indiſcreto ſui Magiſtri; quod ut clarius fiat expendamus eorum verba.

41. *Rabbi*: hoc eſt; Magiſter; ut hoc veluti nomine eſſet obligatus; ac pignoratus ad ſuam maiorem auctoritatem tuendam, ad ſuosque diſcipulos defendendos D. Aug. tract. 14. in Ioan. ait, quod hæc dixerunt; *Ut Ioannes interrogaretur & quaſi invido animo narraverunt: Ecce ille facit plures diſcipulos, quàm tu*, ex ſuo invido animo invidum Ioannis animum præſumebant falsò: *Qui erat tecum trans Jordanem*: D. Chryſoſt. hom. 28. Qui erat tecum trans Iordanem *hoc eſt, qui in diſcipuli loco habitus eſt, qui nulla ex parte nobis ſuperior eſt, is abs te diſcedens baptizat*. D. Thomas: *Commemorans humilitatem ſtatus præteriti, qui erant, inquiunt tecum, quaſi unus ex nobis*. Præclarè notat D. Chryſoſt. Non dixerunt, quem tu baptizaſti; ne in memoriam Joannis revocarent vocem Patris auditam: *Hic eſt filius meus dilectus*: Nec Spiritum ſanctum in columbæ ſpeciem venientem ſuper Chriſtum. *Cui tu teſtimonium perhibuiſti*: hoc eſt, quem tu tanto teſtimonio ſublimaſti, ac honore affeciſti, ut utar hoc verbo ut ingratum Chriſtum ſugillarent. Euthymius: *Ille de quo tanta, ac talia teſtificatus es, quem tuo teſtimonio glorificaſti, hic tuum munus contra te exercet, tuamque rapit gloriam*: Similiter Theophylactus, D. Thomas, Albertus Magnus, *& hic baptizat* tuum exercens munus; ut modo notavi ex Euthymio, ac ſi dicerent: baptizare ad te pertinet, quia tu tale officium incepiſti. *Et omnes veniunt ad eum* Rupertus, ac ſi dicerent: *Ecce omnes, te neglecto, veniunt ad eum tuumque baptiſmum parvi pendentes, illum juniorem certatim expetunt*: proindeque tuo honori, tuæque auctoritati conſule.

*Ioan. 3. num.* 27. Reſpondit Joannes, & dixit: Non Poteſt homo accipere quidquam, niſi fuerit ei datum de cœlo.

*Num.* 28. Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis, quod dixerim: non ſum ego Chriſtus, ſed quia miſſus ſum ante illum.

*Num.* 29. Qui habet ſponſam ſponſus eſt: amicus autem ſponſi qui ſtat, & audit eum gaudio gaudet propter vocem ſponſi; hoc ergo gaudium meum impletum eſt.

*VERSIONES.*

*Syriacus. n.* 27. Ex voluntate ſui ipſius quicquam facere.

*Perſicus.* Filius hominis non poteſt à voluntate ſua quicquam facere, niſi de cælo ipſi aliquid donatum ſit.

*Arabicus.* Arrogare quin id illi concedatur.

*Syriacus. n.* 28. Vos teſtes eſtis mihi

*Arabicus* Vos teſtamini mihi.

*Æthyopicus.* Miſſus ſum ante illum, prædicare illum.

*Perſicus.* Teſtimonium præbetis &c. ſed legatus ſum ante eum.

*Syriacus n.* 29. Is, cui eſt ſponſa, ſponſus &c. qui ſtat & attendit ei.

*Perſicus.* Qui ſponſam amat, is eſt, qui cum gaudio ſtat, & aurem voci ſponſi præbet, & cum audierit vocem ejus lætatur.

*Arabicus.* Aſſiſtens, auſcultanſq; eum.

*EXPOSITIO III.*

INTELLIGENS Ioan. ſuos diſcipulos maximè dolere, quod Chriſtus ipſi Joanni 42.
præferatur, altiſſimè reſpondet, quod nullus ſe poteſt debitè in dignitatem intromittere, niſi ei datum ſit deſuper: Heb. 5. n. 4. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aron.* & ait Ioan. in præſenti: *Non poteſt homo accipere quidquam niſi fuerit ei datum de cælo.* Sancti Patres quidam referunt hæc verba ad Chriſtum, quidam ad Joan. D. Chryſoſt. hom. 28. cum ſuis Euthym. ad Theopyl. de Chriſto dicta intelligunt, ac ſi dicatur: Nequaquam Chriſtus talem poteſtatem baptizandi, ac omnes trahendi ad ſe haberet, niſi ei datum fuiſſet de cœlo. Ait Euthym. *Manifeſté demonſtravit Ioannes, quod a Deo acceperat Chriſtus, ut glorificaretur, omnes que traheret.* At verò Noſter D. Cyrill. A. ex lib. 2. cap. 60 D. Auguſt. tr. 13. D. Tom. Lyran. Ianſen. Beauxames, Tolet. de ipſo Ioan. interpretantur hoc modo, ac ſi dicat: Non poteſt quiſquam aliquid habere, niſi acceperit a Deo: ego non accepi à Deo, ut ſim Meſſias, ſed tantùm illius denunciator, ac præcurſor præparans, ac diſponens vias ante enim in pœnitentiam, ac remiſſionem peccatorum, mei autem eſt hoc meum officium adimplere, præclarè Noſter D. Cyrillus *Decet enim hominem conceſſa ſibi de cœlo menſura eſſe contentum.*

*Ponitur propria ſententia.*

43. Humiliter tamen bona venia dicam, quod uterque ſenſus à Ioan. fuit intentus, & inde ille altiſſimo conſilio reſpondit: *Non poteſt homo quidquam accipere, niſi ei fuerit datum de cœlo.* Ac proinde contenditis de meo baptiſmo, ac Chriſti baptiſmo; nec ego, nec Chriſtus poſſumus habere aliquod donum, niſi ſit datum à Deo. Chriſtus habet donum, ut ſit filius Dei naturalis ut ipſe Ioan. dixit: *Hic eſt Filius Dei*: veruſque Meſſias, qui pabtizat in remiſſionem & juſtificationem peccatorum: Ego autem, ait Ioan. cùm non ſim dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus, accepi à Deo, ut ſim illius præcurſor, & ideo ſubdit immediatè: *Non ſum Ego Chriſtus.*

*Ioan. convincit ſuos diſcipulos ex eorum dictis.*

*Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis.* Expli-
44. cat Ioannes menſuram muneris ſibi dati, & quia diſcipuli dixerunt ſupra n. 26. *Cui tu teſtimonium perhibuiſti*, hoc aſſumit Ioannes, revocans in memoriam teſtimonium, quod ipſe dederat de ſe: *Non ſum ego Chriſtus*: Ioan. 1. n. 20. Et revocat etiam in eorum memoriā teſtimonium, quod de Chriſto dederit, quod ſit *Agnus Dei* & inſuper ait: *Qui baptizat in Spiritu ſancto, & ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei.* Ioann. 1. num. 34. Ac proinde ex eorum verbis ſuos diſcipulos redarguit, & convincit Ioannes, *Cui teſtimonium perhibuiſti*: Ex ipſomet meo teſtimonio tenemini agnoſcere veritatem quantus ſit Chriſtus ut pote verus filius Dei, & quod ejus baptiſmus excellentior ſit quàm meus, nam ipſe baptizat in Spiritu S. *Ego autem pabtizo vos in aqua*: ut ipſe dixit Ioan. 1 n. 26. *Miſſus ſum ante illum*: Hìc explicat Ioannes ſuum præcurſoris munus, ut notant D. Cyrill. D. Auguſt. D. Chryſoſt. & alii.

*Aliè probat Ioan. veritatem.*

45. *Qui habet ſponſam ſponſus eſt*: Diſcipuli Ioannis rem de baptiſmo Chriſti ad ipſum Joannem retulerunt exiſtimantes, quod Chriſtus officium pabtizandi uſurparet, quod Ioan. illud ægrè ferret. Tunc Ioannes ſuperiori verſu ex teſtimonio à ſe dato probat quod non ſibi ſed Chriſto convenit baptizare, idque modo optima parabola confirmat, oſtendens, quod baptizare pertineat ad Chriſtum, de quo ipſe non dolet, ſed gaudet.

Et ait: *Qui habet ſponſam ſponſus eſt*: ut ex ea generare, ac creare filios valeat ſponſus Chriſtus D. eſt, qui ſibi deſponſavit Eccleſiam ex
46. omnibus gentibus congregatam, ex qua multos filios generat per baptiſmum, & fidem, ut notant D. Cyrill. Alex. Alcuinus, D. Aug & Alii de quo quæſtione ſequenti. *Amicus autem ſponſi*: ſe ipſum Ioannes intelligit, qui non eſt ſponſus ut doleat de generatione filiorum ab ſponſo, ſcilicet Chriſto, ſed ut amicus de illa maxima gaudet, & cùm ſupra Ioann. dixiſſet, quod ut ſervus non erat dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus; nunc verò ſe dicit amicum, ut notat D. Chryſoſt. hom. 28. in Ioan *Non quidem propter honoris æqualitatem, ſed multitudinem gaudii repræſentare volens.* Nam ſervi aliquando invidēt felicitati Dominorum; Amici verò minimè, ſed illi cooperantur. *Qui ſtat*: ut ſervus ad obediendum D. Auguſt. tr. 13. in Ioan. *Quare ſtat? quia non cadit, quia humilis eſt.* Quamvis amicus non ſuperbeſcit, ſed in humilitate perſiſtit, *& audit*: D. Chryſoſt. citatus ait, *hoc dicit ut oſtendatur, qualiter hæc ſponſalia fiant per vocem, & doctrinam; fides enim eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei.*

47.

*Gaudio gaudet*: Quæ duplicatio, magnum gaudium ſignificat: *Propter vocem ſponſi*: jam ſonantis & præſentis Chriſti Domini qui eſt verus Meſſias maximè deſideratus. Theophylactus ait: *Unde gaudet, quia ſcilicet omnes illum attendunt, ſi enim non acceſſiſſet ad ſponſum ſponſa, id eſt, populus, tunc dolorem ego paranymphus*: & inſuper addit: *Hoc ergo gaudium, meum impletum eſt*: id eſt, undique plenum eſt, tunc ut amicus ſponſi ob honorem illi debitum, tunc ut paranymphus, ac præcurſor quia omnes ad eum veniunt, ut ſalutem, ac remiſſionem peccatorum habeant, ac proinde gaudium impletum eſt undique tam ex charitate Dei, quàm proximorum.

*Gaudium Baptiſtæ plenum ex charitate erga Deum & homines.*

## QUÆSTIO VII.

*Explicantur Nuptiæ celebratæ à verbo Divino cum natura humana.*

COmmuniter Patres aſſerunt, ut dixi to- 48
mo 4 cap. 44. Expoſit. 1. cum natura humana celebrata fuiſſe ſponſalia à Verbo Divino, quæ duplicia ſunt; Priora cum natura humana in Incarnatione, quam in unitatem perſonæ aſſumpſit Ut ſponſus perſona Verbi, ſponſa natura humana dicatur, quæ ipſi Verbo eſt unita inſeparabiliter. De quibus agit D. Gregorius homil. 38. in Evangelia, in his nuptiis interceſſit velut paranymphus Archangelus Gabriel.

*In Incarnat. nuptiæ celebratæ.*

Poſteriora ſponſalia ſunt, in quibus Chri-
ſtus D. verus Deus & homo inivit cum Ec- 49.
cleſia per fidem, gratiam & charitatem, quam ad tantam dignitatem evexit ut eſſet ſibi ſponſa dilectiſſima; de his nuptiis meminit Paulus ad Epheſios. 5. num. 31. *Erunt duo in carne una, ſacramentum hoc magnum: Ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia*: Et in his eſt magna quædam analogia ad ſponſalia corporalia, & terrena; nam in his fit

*Nuptiæ cum Eccleſia.*

unio corporum, & animorum; Eccleſia autem maximè Chriſto unitur, ita ut cum eo unum corpus myſticum conficiat, & ſimus unuſquiſque membrum de membro; ut explicat Paulus 1. Cor. 12. (1. Cor. 12.) Eſt etiam in his magna animorum unio, magnumque fidei, & charitatis vinculum; ut nihil velimus, niſi quod voluntas Divina indicat; nihil audiamus, nec credamus, niſi quod Deus docet, nihil diligamus niſi quod Deus diligendum mandat; eſt tertia Proles ampliſſima, quia Eccleſia innumeras gentes Chriſto peperit: Convivium nuptiale, Chriſtus in Euchariſtia; Harum nuptiarum paranymphus Joan. Baptiſta. De his nuptiis loquitur Oſeas 2. n. 10. (Oſe. 2.) *& ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in juſtitia, & judicio, & in miſericordia, & in miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide.* Ibi multa Expoſitores.

## QUÆSTIO VIII.

### *Quare in his nuptiis celebratis à Chriſto cum Eccleſia Joannes inſigniter dicitur Amicus ſponſi.*

50. CUm inter Verbum Divinum Incarnatum ac naturam humanam celebratæ fuiſſent nuptiæ, & ipſum Divinum Verbum ſit ſponſus; in præſenti tamen inſigniter Joan. Baptiſta dicitur Amicus ſponſi; & omiſſis multis quæ antiquitus fiebant in celebritate nuptiarum: de quibus latè Joſephus Laurentius (Ioſeph. Laur.) de moribus Romanorum lib. 2. à cap. 13. Illud maximè notandum, quod ad præſens inſtitutum pertinet.

51. *Amici vocabantur ad nuptias.* In celebritate nuptiarum vocabantur amici Geneſ. 29. num. 22. Laban. *Vocatis multis amicorum turmis ad convivium fecit nuptias,* & 1. Machabæorum cap. 9. num. 39. (Geneſ. 29. 1. Mach. 9. Marc. 2.) *ſponſus proceſſit & amici ejus, & fratres ejus:* & Chriſtus Dominus Marc. 2 num. 19. *Nunquid poſſunt filij nuptiarum, quandiu cum illis eſt ſponſus, jejunare?* Fili nuptiarum ſunt amici vocati ad nuptias, & inter hos amicos ſponſi vocatos, (1. Mach. 11.) unus erat princeps, qui propter eminentiam familiaritatis abſolutè, & ſine addito *Amicus* nuncupabatur, dicitur Machabæorum 1. cap. 11. num. 27. Demetrius rex fecit Jonathan *principem amicorum:* & Daniel. 14. n. 1. (Daniel. 14.) *Daniel conviva Regis, & honoratus ſuper omnes amicos ejus.*

52. *Primus & ſummus amicus præparabat omnia.* In feſtis ergo nuptialibus, qui coryphæus, ac princeps erat amicorum, ſolebat ſponſus committere ei omnia, quæ ad ipſam nuptialem celebritatem pertinebant, tanquam rem, quæ maximè ad ejus honorem, auctoritatem, ac decentiam ſpectabant. Rupertus (Rupertus. Janſen.) Abbas lib. 2. in Joannem ad cap. 2. ad illa verba: *& dicit, Haurite:* Tunc ſic ait: *Architriclinus dicitur is, qui eſt ſponſi amicus: qui ſponſo vacante, & feriato à cunctis negotiis: nuptiis præeſt, res neceſſarias prævidet, convivantibus, ac universæ domui præeminet:* & ad hunc ſenſum explicant Maldonatus, & Janſen. (Maldonat.) illud Eccleſiaſtici 32. n. 1. (Eccleſ. 32.) *Rectorem te poſuerunt? noli extolli: eſto in illis quaſi unus ex ipſis, curam illorum habe, & ſic conſidera, & omni cura tua expleta recumbe, ut læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam.* Dicitur: *Omni cura tua expleta:* Abſolutis, nempe nuptialibus conviviis.

53. *Joann. coryphæus ac ſummus amicorum Chriſti.* Venit Jeſus Chriſtus Unigenitus Filius Dei in hunc mundum, ut in ſponſam ſibi aſſumeret gentium Eccleſiam, eligendus fuit intimus, ac ſummus amicus ipſius ſponſi, omnium amicorum coryphæus, cui committerentur ea, quæ ad majeſtatem, auctoritatem ac dignitatem ſpectabant; eligitur Joannes per antonomaſiam, & ſine addito Amicus ſponſi, ut diſponeret, & præpararet, quæ ad tam magnificas, ac ſupremas nuptias requirebantur; & inde ipſe venit: *ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam juſtorum parare Domino plebem perfectam.* Luc. 1. n. 17. (Luc. 1.) & inde ipſe clamabat. *Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus, omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas, & videbit omnis caro ſalutare Dei.* Luc. 3. (Luc. 3.) n. 5. Explicant D. Auguſt D. Greg. D. Bonav. *Videbit omnis caro ſalutare Dei*, ipſum adorans, venerans, ac recipiens.

54. Joannes verè & abſolutè amicus ſponſi præſtitit, quod nullus alius exhibuit, ſe voluit humiliare, ac deprimere, ut Chriſtus exaltaretur, ac agnoſceretur, ut verus Deus ac Meſſias. Joan. 1. n. 20. (Joan. 1.) Ex quo magnam excellentiam Joannis inter cæteros ſanctos conſidera. Alii ſancti vexati, afflicti, odia, perſecutiones, ac moleſtias, imò, & mortem ſuſtinuerunt, quia noluerunt adorare Gentilium Deos Jovem Mercurium, & alios; At Joannes odia, opprobria, perſecutiones ſuſtinuit, quia noluit adorari, nec Deus reputari. Guarric. Abb. ſer. 3. (*Joan. magna excellentia inter cæteros ſanctos.* Guarricus.) de Joanne ait: *Nobis non ſolùm miranda, ſed imitanda proponitur virtus humilitatis Joannis, quâ major ſe credi cum potuit, noluit: fidelis enim amicus ſponſi magis amator Domini ſui, quàm ſui, ſe minui, ut ille creſceret, optabat; & de minoratione ſui, gloriam illius augere ſatagebat.* Expende illud, *minoratione ſui:* quippe ſe deprimens, ne Deus putaretur, gloriam unigeniti filii Dei augere intendebat.

55. Cùm Adamus eſſet creatus à Deo cum juſtitia originali, magnàque gratia donatus, omnique ſcientiarum illuſtratione imbutus, armatur contra eum diabolus omni fraudulentia, aſtutia, ac nequitia; ut notat Julius Firmicus Metropolitan. Mediolan. c. 27. (Jul. Firm.) de Errore prophanarum Religion. & ait: *Mihi credite nihil prætermiſit diabolus, quod hominem miſerum, aut debilitare, aut perdere poſſet.* Quid ergo diabolus in tota ſua nequitiarum machinatione fortius, ac validius invenit, ut hominem projiceret à ſua felicitate, ac in peccatum impelleret? Nullum aliud tentamentum niſi ei perſuadere, quod poterat fieri Deus. *In quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij:* Geneſ. 3. num. 5. (Gen. 3.) citatus Julius: *Hoc erat, ait, quod Evam perderet magnopere polliceri, eritis ſicut Dij.* Ex noſtro appetitu ſemper homo majora ſe quærit:





*Ubi primus homo cadit ibi Joannes erigitur.* At hoc telum fortiſſimum, quod diabolus conjecit in Adamum in ſtatu innocentiæ, ut eum perderet, volens retorquere in Joannem incaſſum laboravit; nam firmiſſimam columnam, etiam in natura lapſa invenit, ita ut nullo jaculo commoveri poſſet; Alii contemnunt humanas dignitates; Joannes verò Divinas. D. Auguſtinus Tractat. 4. (D. Auguſt.) in Joann. ait: *Cùm ille poſſet fallere homines, & putari Chriſtus, & haberi pro Chriſto tanta gratia, tantaque excellentia fuit in eo & confeſſus eſt tam apertè, & dixit: non ſum ego Chriſtus.*

*Joan. 3. num.* 30 Illum oportet creſcere, me autem minui.

*Num.* 31. Qui de ſurſum venit ſuper omnes eſt, qui eſt de terra, terra eſt, & de terra loquitur, qui de cœlo venit ſuper omnes eſt.

*Num.* 32. Et quod vidit, & audivit, hoc teſtatur, & teſtimonium ejus nemo accipit.

### *VERSIONES.*

*Syriacus. n.* 3. Illum eſt conveniens creſcere.
*Perſicus.* Ut auctior ſit, & diminutus ſim.
*Tertullian.* Illum augeri & me diminui.
*Syriacus. n.* 31. Qui de ſupernis venit, ſuper omnes eſt.
*Arabicus.* Quia qui venit ab excelſo, ipſe eſt excelſior qualibet re &c. & qui de terra eſt, ipſe quidem terrenus eſt, &c.
*Æthiopicus.* Terreſtria loquitur.
*Perſicus, & Græcus.* Qui de cœlo venit; omnibus altior eſt, ipſe eſt ſuper omnia.
*Æthiopic. n.* 32. Et de quo vidit, & de quo audivit, teſtatur &c. & nemo eſt qui recipiat.
*Perſicus.* Teſtimonium dat.
*Syriacus.* Non homo recipit.
*S. Proſper.* Hoc teſtificatur.

### *EXPOSITIO IV.*

56. ILLUM *oportet creſcere:* Joannes in ſuperiori oſtendit Chriſtum eſſe verum ſponſum Eccleſiæ, ſeque illius amicum: Et quia omnes non intelligebant parabolam, nunc apertè ac diſertè totam rem explanat: Nam (*Cum adverſariis diſtrictè agendum. Genuinus ſenſus.* Syriac.) cum adverſariis diſtrictè eſt agendum, *Illum oportet creſcere me autem minui:* Et ait, illum oportet, ſeu ut legit Syriac. *Conveniens eſt creſcere:* Vera, ac certa fidei cognitione, quod ille ſit verus Deus, veruſque Meſſias: *Me autem minui:* Vera, & certa cognitione, quod non ſim Chriſtus, ut vos falsò exiſtimatis, ſed ſervus, & amicus ſponſi, illum oportet creſcere, non gratia, & virtutibus, nam Chriſtus à primo inſtanti ſuæ Incarnat. illarum habuit omnem plenitudinem, ſed creſcere in auctoritate, æſtimatione, ac adoratione hominum illorumque opinione. *me autem minui.* Non meritis, & gratia, ſed in opinione, ac æſtimatione hominum ſecundùm quam reputabatur Chriſtus, quam debent deponere, & ſolùm me, ait Baptiſta, cognoſcere, ut ejus præcurſorem, de quo latius quæſtione ſequenti.

57. *Qui de ſurſum venit:* Et ne liberè videatur dictum, quod Joannes affirmat illius rationem aſſignat; cur Jeſum *Creſcere oporteat, ſe autem minui*, quia inter Jeſum & ipſum magnum eſt diſcrimen; quia *qui de ſurſum venit:* nempe de cœlo ſuperioris, & divinæ naturæ eſt ſecundùm originem; ſic ait Noſter D. Cyrillus: (D. Cyrill.) *Qui ex ſuperiori germinavit radice, paternam conſervans naturam*, ut unigenitus filius Dei, *ſuper omnes eſt:* Non ſolùm ſuper me, ſed etiam ſuper omnes Angelos, *& homines:* ut notat D. Chryſ. (D. Chryſoſt.) in præſenti. Græc. & Perſic. legunt, (Græc. Perſicus.) *ſuper omnia:* In neutro, quod magis dicit, ac ſi dicat non ſolùm eſt major ſuper me, ac ſuper omnes homines & Angelos; ſed etiam ſuper omnes creaturas, ut omnium conditor.

58. *Qui eſt de terra, de terra eſt:* Et qui de terra eſt factus, ac formatus, à terra habens ſuam originem, nullam præſtantiam majorem poteſt habere, quæ conveniat his, qui ſunt de terra, proindeque ejus doctrina, & quidquid illius eſt, de terra eſt, & hic triplex eſt expoſitio ſanctor. Patrum Primò D. Cyrill. Rup. (D. Cyrill. Rupert.) exiſtimant hæc verba dicta generaliter de omnibus puris hominibus, qui ex terra habent ſuam originem; & de terra loquitur. Secundò, D Aug. Tr. 14. in Joan. exiſtimat quod Baptiſta de ſe loquatur, ut pote homo terrenus, ſi verò D. Auguſt. (D. Auguſt.) objicias quod Joan. non locutus eſt terrena ſed valdè divina, & ſuperna, Reſpondet: *ſi quid Divinum audiſtis à Joan. illuminantis eſt non recipientis:* ac proinde Joannes loquebatur divina, non prout homo ex terra, ſed ut illuminatus à Deo. Tertiò, D. Chryſoſtomus (D. Chryſoſt.) homilia 28. hoc refert ad Joannis humilitatem, nam quamvis Joannes magna & alta diceret de Chriſto, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, & multa alia, tamen comparata hæc cum altiſſima Chriſti doctrina, quaſi parum, ac humi reptans reputabat, ſic ex Divo Chryſoſtomo ait Euthymius: (Euthym.) *Joannes de terra ſe loqui dicit, in comparatione ſupernaturalium Chriſti ſermonum, oſtendens ſua eſſe parva, & vilia, ſi ad ejus quæ illius erant conferantur.* Ita Theophylactus, D. Thomas, & alii. (Theophyl. D. Thomas.)

59. Secunda expoſitio D. Auguſt. mihi aptior videtur, quia Joannes ſecundùm ſuam naturam purè ſumptam, ut pote terrenus, ſolùm de terrenis poterat loqui; At verò ut illuſtratus divinâ gratia multa & alta, & ſuperna dixit, ac (*Germana interpretatio.* Joan. 1.) prædicavit, ut ipſe teſtatur Joan. 1. num. 34. *Et ego neſciebam, ſed qui miſit me, ille dixit mihi:* Et addit Baptiſta: *Qui de cœlo venit ſuper omnes eſt:* Opponens illius dicta his, qui de terra ſunt; Nam doctrina, & ſcientia ſequitur

naturam; qui de terra eſt, terrena loquitur, de cælo cæleſtia.

60. *Quod vidit, & audivit, hoc teſtatur*: Ipſe qui de cælo eſt, vidiſſe dicitur omnia propter ſupernam evidentiam, & claritatem ſcientiæ, audire autem à Patre, quoniam per generationem æternam à Patre ei communicatur ſapientia; Quod enim auditur, ab alio accipitur. Theophylact ait: *Quæcunque ſcit filius, à Patre naturaliter ſcit, quaſi illi conſubſtantialis, ejus gratia dicitur à Patre audire, quæ ſcit*: & ſic frequenter Chriſtus loquitur de auditis à Patre Joan. 15. num. 15. *Quæcunque audivi à Patre meo, nota feci vobis*. Joan. 5. num. 40.

Theophyl.

Joan. 15.
Joan. 5.

61. *Et teſtimonium ejus nemo accipit*: Ait Noſter D. Cyrill. lib. 2. cap. 67. in Joann. *Quod his verbis concutiens quaſi caput Baptiſtæ, & pedes manibus ædens, incredulitatem hominum magnam admiratur*, & his verbis, *Teſtimonium ejus nemo accipit*: ut notat D. Chryſoſtom. arguit Joannes malitiam, ac nequitiam Judæorum; qui teſtimonia Chriſti nolebant accipere, & quamvis ſupra dixiſſent Diſcipuli Joannis num. 6. de Chriſto: *Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum*: tamen ſua malitia obcæcati ejus dictis non acquieſcebant. Unde dicitur: *teſtimonium ejus nemo accipit*: Explicat Lyranus, id eſt pauci comparativè, ſicut communiter dicitur, Nemo eſt in foro, id eſt, pauci; quia pauci Judæorum acceperunt Chriſti teſtimonium, & crediderunt in ejus adventu.

D. Cyrill.
D. Chryſoſt.
Lyran.

---

## QUÆSTIO IX.

### *Quare Joannes teſtificatur, quod Chriſtum oporteat creſcere, ſe autem minui?*

62. VErum ſenſum literalem jam dedi in Expoſitione, nempe, Chriſtum oporteat creſcere in vera fidei cognitione, adoratione, auctoritate, ac veneratione populorum, cum ipſe ſit verus Deus, veruſque Meſſias. Ipſum autem Joan. oporteat minui cognitione fidei, ac veneratione quia ipſe non eſt Meſſias, ſed præcurſor illius; ac proinde ipſo apparente ejus præcurſoris munus ceſſat, & terminatur; ita ex D. Cyrill. D. Chryſoſt. Theoph. & al: *Imminuitur gloria præcurſoris, ſicut lucifer à ſole occultatur; & videtur quidem multis, quod extinctum ſit lumen, at revera non eſt extinctum, ſed à majori occultatur. Ita & præcurſor veluti Lucifer à ſole ſpirituali occultatus, minui dicitur*. Ita & ſimiliter D. Auguſt. ſerm. 21. de ſanctis. D. Ambr. in Natali Domini, D. Gregor. homil. 20. in Evangelia.

*Ratio litteralis.*

D. Cyrill.
D. Ambroſ.
Theophyl.

D. Auguſt.
D. Ambroſ.
D. Gregor.

63. Secundò, idem D. Aug. Tract. 14. in Joan. ait: *Etiam paſſionibus ſuis ſignificaverunt Chriſtus & Joan. Nam Joan. capite minutus eſt: Chriſtus in cruce exaltatus: Ut ibi appareret, quid eſt*: Illum oportet creſcere, me autem minui: *Deinde natus eſt Chriſtus cum jam inciperent creſcere dies; natus eſt Joannes, quando cœperunt minui dies. Atteſtata eſt ipſa creatura, & ipſæ paſſiones verbis Joannis dicentis. Illum oportet creſcere, me autem minui*. Ipſæmet paſſiones, ipſique rerum concurſus teſtificantur, id quod in myſterio agebatur; & tam impreſſum, ac ſigillatum erat in Joanne teſtificari Chriſti excellentiam, ut non ſolùm vita, ſed etiam morte, ac ſanguine effuſo teſtificetur, quod Chriſtum oporteat creſcere, ac ipſum minui, dum Chriſtus in Cruce exaltatur; ipſe verò capite minutus dat vitam.

D. Auguſt.

*Joannes non ſolum vita, ſed etiam morte teſtificat de Chriſto.*

64. Tertiò; D. Thomas in Joan. ait: Moraliter oportet eſſe in unoquoque noſtro intelligendum. Oportet Chriſtum in te creſcere, ut ſcilicet, *in cognitione, & amore ejus proficias quod in quantum magis eum potes cognoſcendo, & amando percipere, tanto magis Chriſtus creſcit in te, ex hoc oportet ſic proficientes minui in ſua reputatione, quia quanto plus cognoſcit quis de altitudine divina tanto minorem reputat parvitatem humanam*. His verbis oſtendit Joannes ſe altiſſimam cognitionem Divinitatis Chriſti habere; quanto enim quis magis intelligit de altitudine divinæ majeſtatis, tantò magis apud ſe firmat debere creſcere in cultu, adoratione, ac veneratione: quia omnis noſter cultus, illi impar: Hinc bene ſuæ infirmitatis conſcius infert, quantum ipſe debeat minui, minorari, ac pro nihilo reputari.

D. Thomas.

*Quanto quis cognoſcit de Deo, tanto magis ſe minuit.*

65. Quartò: D. Bernardus ſerm. in Nativit. Joannis Baptiſtæ: *Quomodo*, inquit, *minui? ſplendore, utique non fervore. Retraxit radios, recolligit ſe, ne fieret ſicut is, qui totum profert ſpiritum ſuum*: Illum, ait, oportet creſcere: *Qui exhauriri non poteſt ac cujus plenitudine omnes accipiunt*: me autem minui: *Cui datus eſt ſpiritus ad menſuram, danda magis opera, ut ardere ſemper valeam, quam lucere; Præceſſit ſolem tanquam ſidus matutinum, abſcondi neceſſe eſt orto jam ſole, non eſt mihi niſi modium olei, quo ungar, volo illud in vaſe tutius, quàm in lampade poſſidere*. Altè & cautè loquitur Joannes; ac ſi dicat ſol ſemper luceat, qui ſol eſt, qui Chriſtus, & inde ejus immenſa gratia *exhauriri non poteſt*: Aliis ſe totum impendat, qui reliquis plurimus ſibi deeſſe non poteſt, & ideo illum oportet creſcere, & lucere in omnium oculis, ſine ſui diminutione: *Me autem oportet minui; cui datus eſt ſpiritus ad menſuram, danda magis opera, ut ardere ſemper valeam, quàm lucere*: Qui habet ſpiritum cum menſura, ac limitatione cautè ſe habeat, & magis intendat ardere charitate, ac meritis, quam ſplendeſcere operum oſtentatione, ne dum aliis lucet, ſibi conſumatur, & deſit: *Non eſt mihi niſi modium olei, volo illud in vaſe tutius, quàm in lampade poſſidere*, ut dum aſtantibus lucet, perdatur, nemo aliis naſcitur moriturus ſibi: Joannis cautela ſit nobis documentum.

D. Bernard.

*Joannes magis intendit ardere, quàm lucere, ne oleum in vaſe perdatur.*

66. Quintò, D. Cyrill Alexandr. lib. 2. in Joann. cap. 63. Ait: *Illum oportet creſcere me autem minui: Creſcit enim quotidie, orbemque ſplendor ſuus illuſtrabit, ego verò minuar nec datam mihi menſuram excedam, ſed in eiſdem permanens, tanto minui videbor quanto ad majorem ille percurret*: Quia ut ibi explicat ipſe Cyrillus: Joannes minuatur in æſtimatione Judæorum per comparationem ad Chriſtum; indeque Chriſtus creſcebat, nec

D. Cyr. Alex.



nec virtutibus, nec gratia; quia primo inſtanti omnem illorum plenitudinem habuit, ſicut & Joannes non minuebatur gratia & donis; ſed Chriſtus creſcebat in opinione, ac æſtimatione Judæorum, in qua & Joannes decreſcebat, ac minuebatur; ſic frequenter ſe res habent apud homines ut detractio gloriæ unius, alimentum eſt alterius, & inde majeſtas gloriæ Chriſti ab exiguitate Joannis apud homines incrementum videtur haurire; hoc fert mortalis conditio, ut moraliter dicam, ut incrementum unius foveatur ex impenſis alienis. Videns Moyſes quod rubus arderet, & non combureretur, dixit: *Ibo & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus*. Exod. 3. n. 3. Magna ſanè erat viſio, quia in illa apparebat Deus, ſed cur Deus cum primò apparet Moyſi oſtentans ſuam ſupremam majeſtatem hoc præſtat in rubo ardenti; quid magnificum & Divinum ibi relucet; *Ardebat & non comburebatur*. Et ignis qui fulget & non conſumit materiam, non eſt humanus, ſed Divinus, nam terrenus ſplendor de aliorum conſumptione paſcitur.

*Apud homines augmentum unius augmentatur ex depreſſione alterius.*

Exod. 3.

61. Sextò, Guarricus Abbas ſerm. 3. de Joan. Baptiſta ait: *Se minui, & ille creſcere optabat, ante Apoſtolum opere, & veritate, dicens*: Non noſmetipſos prædicamus, ſed Dominum JESUM CHRISTUM: *Ideo nimirum magna eſt gloria ejus in ſalutari tuo, in Jeſu tuo Domine, cujus juſtitiæ, & bonitatis eſt diligentes ſe diligere, & glorificantes ſe glorificare. Magna prorſus gloria ejus in Jeſu, qui apud ſe glorificavit eum conſortio gloriæ ſuæ*. Jeſus degens in mundo maximè intendit gloriam Patris exaltare, & ſe ipſum ſubmittere, ut Æternus Pater glorificaretur; hinc Pater ad dexteram ſuam collocavit filium ſuum Jeſum; Jeſus cujus *eſt glorificantes ſe glorificare*: Joannes ſe ipſum minuit, ut magis Chriſtus in omnium opinione creſceret, inde in gloria eum ad dexteram ſuam collocat; *Magna prorſus gloria ejus in Jeſu, qui apud ſe glorificavit eum conſortio gloriæ ſuæ*.

Guarricus,

*Joannes ſe demittens, ut Jeſus glorificetur ad dexteram illius ſedet.*

68. Tam alta & ſublimis res extitit quòd Joannes ſe minueret, ut Chriſtus creſceret, & exaltaretur, quòd ab ipſomet Chriſto Joannes hoc didicerit. Cùm quidam adoleſcens interrogando diceret ad Chriſtum, *Magiſter bone, quid faciam ut vitam æternam percipiam? Jeſus autem dixit ei, quid me dicis bonum, nemo bonus niſi unus Deus*. Marc. 10. n. 17. & Luc. 18. n. 19. habet: *Nemo bonus, niſi ſolus Deus*. Maximè laborant interpretes in hujus difficultatis ſolutione: Cur Chriſtus D. ſolum ſuum Æternum Patrem dicit bonum, cum ipſe eſſentialiter ſit bonus cum Patre & Spiritu Sancto, in quibus eſt tantum una numerica natura? Cajetanus ad cap. 19. Matth. & ait: *Quid me dicis bonum, unus Deus bonus ſolus; & ait, dixit hoc ad docendum exemplo ſuo, quod cùm laudamur, retorquere proprias laudes in divinam debeamus*: Ex ſua alta & profunda humilitate, ac ex ſua ſumma charitate erga Patrem non admittit appellationem boni, cùm ipſe eſſentialiter ſit bonus; in omnium oculis vult ſe demittere, ac minorari, ut pater magis glorificaretur, ac in omnium opinione ejus auctoritas magis creſceret, dum comparatione Patris, nullus qui eſſet alienæ naturæ bonus dici poterat, & reverentiam quam Chriſtus exhibebat erga Patrem ſuum Æternum ediderat Joannes, ut ad ejus imitationem, ſimilem Chriſto impendat. Idem de Beatiſſima Virgine dixi tom. 4. in Evangelia cap. 32. q. 2. n. 12.

Cajetan.

*Joannes Chriſtum imitatur in reverentia, quam habuit erga Patrem.*

*Joan.* 3. *n.* 33. Qui accipit ejus teſtimonium, ſignificavit, quia Deus verax eſt.

*Num.* 34. Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur, non enim ad menſuram dat Deus Spiritum.

*Num.* 35. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu ejus.

*Num.* 36. Et qui credit in filium habet vitam æternam, qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

### *VERSIONES.*

*Syriac. Æthiopic. n.* 33. Obſignavit eum Deus, quia verax eſt.

*Arabicus.* Jam obſignatus eſt.

*Perſicus.* Qui teſtimonium recipit, fidem facit, quod Deus veritas eſt.

*Æthiopic. n.* 34. Verbum Dei loquitur, quoniam non in menſura eſt is, quem dat Deus, Spiritus.

*Perſicus.* Sermonem Dei loquitur.

*Syriacus.* Non enim fuit in menſura Deus donans.

*Arabicus.* Profecto verba Dei loquitur, non enim cum menſura,

*Perſic. n.* 35. Pater amore complectitur filium, & omnem rem in manum ejus dabit.

*Arabicus.* Poſuit in manibus ejus.

*Æthyopicus.* In manibus ejus.

*Syriac. n.* 36. Qui credit in filium eſt ei vita æterna, & is, qui non acquieſcit, &c. Ira Dei manebit.

*Arabicus.* Qui non obedit filio, &c. Ira Dei habitabit ſuper ipſum.

*Arias.* Qui non eſt perſuaſibilis filio.

*Æthiopic.* Flagellum Dei manet ſuper eum.

*Perſicus.* Qui in filio fidem habuerit, vitam æternam invenit, qui verò filio caput non ſubmiſerit, & ei obſecutus non fuerit, &c.

*EXPOSITIO V.*

69. *QVI accipit ejus teſtimonium:* His verbis indicat Joannes, quod aliqui crediderunt, & acceperunt ejus teſtimonium, ex his, nempe qui baptizabantur. *Significavit :* Græcus & multi Codices : *obſignavit*, ſeu, *ſigillavit* : Fide, nempe ſua, quaſi chirographo, ac ſigillo quodam obſignat, ac profitetur Deum loquentem per os Chriſti, veracem eſſe ; ſicut cum quis aliqua narrat, quæ ſolus ipſe vidit, ſi dictis ejus credam, illud mecum credere eſt ſignum, & quaſi ſigillum, quo confirmo, me illum reputare veracem, in verbis, dictis, ac miraculis : Nam ſi talem non reputaſſem, fidem ejus dictis non adhibuiſſem. Et ad hunc ſenſum loquitur Joannes Epiſtol. 1. cap. 5 n. 10. *Qui credit in filium habet teſtimonium Dei in ſe, qui non credit filio, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium, quod Deus teſtificatus eſt de filio ſuo ; & hoc eſt teſtimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio ejus.*

*Genuinus ſenſus.*

1. Ioan. 5.

70. *Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur,* Oſtendit Joannes quòd debito jure, ac optata ratione agit, qui credit Jeſu, & ſua fide, ac credulitate ſignat ejus teſtimonium ut verum; quia cum Deus Pater miſiſſet filium ſuum Jeſum, *verba Dei loquitur* : ita ut Deus per ejus os loquatur, & vera Jeſu ſint verba Dei Patris; Sicut ipſe dixit: *Sicut audio ſic judico :* Joan. 5. num. 30.

Ioan. 5.

71. *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum:* ac ſi dicat Joannes, quidquid Chriſtus loquitur, ac dicit : *verba Dei loquitur :* Tam in ſua doctrina, quàm in promiſſionibus, quàm in his quæ dicit de futuro non dat Deus illi Spiritum cum menſura, ſed largiſſimè, ac ampliſſimè : Quomodo autem hæc verba : *Non ad menſuram dat Deus Spiritum*, ſint intelligenda ? maximè laborant Interpretes. D. Cyrill. lib. 2. in Joan. cap. 72. D. Chryſ. homil. 29. in Joan. Euthymius : hoc referunt ad Chriſtum prout Deus; ſed ut ſic valde impropria eſt locutio ; quia Pater non dat filio ſpiritum, ſeu naturam gratis, ſed quod dicit Verbum *dare:* naturaliter per æternam generationem totam ſuam naturam ei communicat.

D. Cyrill. D. Chryſoſt. Euthym.

72. Alij hæc verba referunt ad homines, ut Toletus, & notat, quod abſolutè dicitur *non ad menſuram dat Deus, Spiritum.* Et non dicitur, *ei* ſed abſolutè, quia Deus ſua beneficia hominibus non dat cum menſura, cum eis dederit filium ſuum, qui omnem menſuram excedit: At Janſenius, & Barradas referunt ad Joannem, ac ſi diceret ipſe Joannes ſuis diſcipulis: Non exiſtimetis, quod Deus hominibus dat ſpiritum ad menſuram; quamvis multa det uni, multa plura poteſt dare alteri ; ac proinde quamvis Deus mihi plurimum Spiritus ſui imperti verit, non exiſtimetis, quod non poſſit longè plus donare JESU. Illud his ſententiis accommodat, quod Joannes immediatè in antecedentibus, ac ſubſequentibus loquitur de Chriſto ; ad quid intermediat hæc verba ad homines, vel ad Joannem ?

Toletus. Ianſen. Barradas.

73. Tenenda eſt communis Patrum ſententia, quòd hæc verba referantur ad Chriſtum. Ita D. Cyrillus. D. Chryſoſtom. citati. D. Gregor. Nazianz. Orat. 36. & communiter recentiores; Ac proinde *dat Deus Spiritum ad menſuram.* Sed largiſſimè, & abundantiſſimè; quod optimè explicat D. Auguſtin. tract. 14. in Joan. & ait : *Hominibus dat Deus Spiritum ad menſuram ; unico filio non dat ad menſuram. Quomodo ad menſuram ? ait Paulus 1. Corinth. 12. n. 8.* Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ; alij ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alij fides in eodem ſpiritu ; alij prophetiæ ; alij diſcretio ſpirituum ; alij genera linguarum, alij donatio curationum ; *Aliud habet iſte, aliena habet ille, & quod habet ille, non habet iſte, menſura eſt, diviſio quædam donorum eſt : ergo hominibus ad menſuram datur; ſed Chriſtus qui dat, non ad menſuram accipit.* Aliis dat Deus ſua dona diviſim, ac cum menſura; uni dat unum donum alteri alterum donum ; At Chriſto D. dedit Pater cumulatiſſimè, ampliſſimè, ac latiſſimè omnia dona, omnem gratiam, juſtitiam, ac ſanctitatem, prout conveniens erat univerſali capiti omnium hominum, ac Angelorum, qui in omnia membra ſua debebat talia dona influere.

D. Cyril. D. Chryſoſt. D. Gregor. D. Auguſt. 1. Cor. 12.

*Legitima & vera ſententia*

Nec ex his inferas, quod gratia Chriſti erat infinita : Negatur ; quia illius non erat capax anima Chriſti cum eſſet creata, & finita, ut tenet communis ſententia Theologorum cum D. Th. 3. p. q. 7. art. 11. & 12. Datur ergo Chriſto Spiritus ſine menſura, hoc eſt, abundantiſſimè ac largiſſimè cum omni gratia, & dono, prout conveniens erat univerſali capiti totius Eccleſiæ, & ut jam notavi Luc. 1. q. 11. n. 56. Quod propoſitiones univerſales in Scriptura, ut illud Pauli ad Philipp. 2 *Omnes ſua quærunt, non quæ ſunt Dei:* & 2. Timoth. 4. n. 16. *Omnes dereliquerunt* : & Iſai. 13. n. 4. *Vox multitudinis in montibus, ut diſperdat omnem terram.* Et Geneſ. 41. n. 57. *Omnes provinciæ veniebant in Ægyptum, ut emerent eſcas :* non ſignificant omnimodè omnia abſque alicujus exceptione, ſed ſignificant magnam multitudinem, copiam ac quantitatem, & ita Deus ſine menſura dat Spiritum Chriſto prout decens erat de lege ordinaria univerſali capiti totius Eccleſiæ. 74.

D. Thom.

*Propoſitiones univerſales quomodo intelligendæ.* Philipp. 2. 2. Thim. 4. Iſai. 13. Gen. 41.

*Pater diligit filium, & omnia dedit ei in manu ejus :* Sunt aliqui, qui hæc referunt ad eſſentiam Divinam communicatam à Patre, quibus videtur facere D. Auguſtinus tract. 14. in. Joan. Hæc autem expoſitio ſubſiſtere non poteſt: Nam dare in manu, idem eſt, ac dare in poteſtate ejus ; ſubſtantialia autem Patris non ſunt in poteſtate filij cum ſint illi eſſentialia, ac intrinſeca : ergo de Chriſto, homine intelligendus eſt locus. Ita communiter Patres, ut notat Toletus annot. 40 *Pater diligit filium:* & quia probatio amoris exhibitio eſt operis; *omnia dedit in manu ejus :* Omnia dedit, & ideo ſine menſura dedit omnia dona Divini Spiritus, ut diſtribuat, & dividat pro ſuo arbitrio, dat etiam omnia creata, tam cœleſtia, quàm terreſtria, ut ſint ſub illius poteſtate, jure, ac donatione, ut vices ipſius Patris gerat. Noſter D. Cyrill. Alexand. lib... in Joan. cap. 73. ait : *Pater diligit filium, & omnia dedit ei in manu ejus. Suum filium diligit, cujus dilectionis ſignum, eſt quia omnium rerum tradidit ei poteſtatem. Omnia enim ipſe ait Matth. 11. mihi tradita ſunt à Patre meo.* 75.

D. Auguſt. Toletus.

*Amor operibus demonſtratur.*

D. Cyr. Alex

*Qui credit in filium Dei, habet vitam æternam.* 76.



Loquitur Joannes de fide viva, ac formata per gratiam ; hiſque verbis, ut ait Theophylact. *Suos diſcipulos, & alios omnes inſtruit Joannes, ne invideant Chriſto, ſed ut Deo auſcultent.* Et quia noſtra humana conditio, maximè præmio movetur, & allicitur ; hoc proponit Joannes, & valde maximum. *Habet vitam æternam* : loquitur de præſenti, *habet*: Quia fides, & gratia ſemen eſt gloriæ, & qui habet fidem formatam, jam in radice habet vitam æternam, & jus ad illam ; & per ipſam fidem formatam, ac cognitionem Dei, habet jam ſpiritualiter ipſam vitam inchoatam. Juxta illud Joan. 17. n. 3. *Hæc eſt vita æterna* inchoativè, ſcilicet, *ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.*

Theophyl. Joan. 17.

*Qui autem incredulus eſt filio non videbit vitam :* Rectè advertit D. Thomas ; quod exprimitur hîc pœna damni, & pœna ſenſus; *Pœna damni* : dum dicitur : *non videbit vitam :* Ecce privatio beatitudinis, quæ eſt pœna damni : *Sed ira Dei manet ſuper eum :* Ecce pœna ſenſus : Suprema Dei ira apud inferos æterno cruciatu afficiet miſeros. 77.

D. Thom.

*Pœna damni & ſenſus.*

# CAPUT IV.

UT ergo cognovit Jeſus, quia audierunt Pharisæi quod Jeſus plures diſcipulos facit, & baptizat, quàm Joannes 2. (Quanquam Jeſus non baptizaret, ſed diſcipuli ejus.) 3. Reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam. 4. Oportebat autem eum tranſire per Samariam. 5. Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar : juxta prædium quod dedit Jacob Joſeph filio ſuo. 6. Erat autem ibi fons Jacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fontem. Hora autem erat quaſi ſexta. 7. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Jeſus. Da mihi bibere. 8. Diſcipuli enim ejus abierant in civitatem ut cibos emerent. 9. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Judæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana ? non enim coütuntur Judæi Samaritanis. 10. Reſpondit Jeſus, & dixit ei. Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forſitan petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam ? 11. Dicit ei mulier : Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt : unde ergo habes aquam vivam ? 12. nunquid tu major es patre noſtro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij ejus, & pecora ejus ? 13. Reſpondit Jeſus, & dixit ei : Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum : qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. 14. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. 15. Dicit ad eum mulier ! Domine da mihi hanc aquam : ut non ſitiam, neque veniam huc haurire : 16. Dicit ei Jeſus : Vade voca virum tuum, & veni huc. 17. Reſpondit mulier, & dixit : Non habeo virum : Dixit ei Jeſus : Bene dixiſti, quia non habes virum. 18. Quinque enim viros habuiſti ! & nunc quem habes, non eſt tuus vir, hoc verè dixiſti. 19. Dixit ei mulier : Domine, video quia Propheta es tu. 20. Patres noſtri in monte hoc adoraverunt: & vos dicitis, quia Jeroſolymis eſt locus ubi adorare oportet. 21. Dicit ei Jeſus : Mulier crede mihi, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Jeroſolymis adorabitis Patrem. 22. Vos adoratis quod neſcitis : nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Judæis eſt. 23. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu, & veritate. Nam & Pater tales quærit qui adorent eum. 24. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare. 25. Dicit ei mulier, ſcio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus: cùm ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia. 26. Dicit ei Jeſus : Ego ſum qui loquor tecum. 27. Et continuò venerunt diſcipuli ejus : & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, Quid quæris aut quid loqueris cum ea ? 28. Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus : 29. Venite, & videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci, nunquid ipſe eſt Chriſtus ? 30 Exierunt ergo de civitate, & veniebant ad eum. 31. Intereà rogabant eum diſcipuli, dicentes : Rabbi, manduca. 32. Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare quem vos neſcitis 33. Dicebant ergo diſcipuli ad invicem : Nunquid aliquis attulit ei manducare ? Dicit eis Jeſus : Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus qui miſit me, ut perficiam opus ejus. 35. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit ? ecce dico vobis, levate

oculos

oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem. 36. Et qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, ut & qui ſeminat, ſimul gaudeat & qui metit. 37. in hoc enim eſt verbum verum, quia alius eſt, qui ſeminat, & alius eſt qui metit. 38. Ego miſi vos metere quod vos non laboraſtis: alij laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis. 39 Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunque feci. 40. Cùm veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et manſit ibi duos dies 41. Et multo plures crediderunt própter ſermonem ejus. 42. Et mulieri dicebant, quia jam non propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audivimus, & ſcimus quia hic eſt verè Salvator mundi. 43. Poſt duos autem dies exiit inde: & abiit in Galilæam. 44. Ipſe enim Jeſus teſtimonium perhibuit, quia propheta in ſua patria honorem non habet. 45. Cùm ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidiſſent, quæ fecerat Jeroſolymis in die feſto: & ipſi enim venerant ad diem feſtum. 46. venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus cujus filius infirmabatur Capharnaum. 47. Hic cùm audiſſet quia Jeſus adveniret à Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut deſcenderet, & ſanaret filium ejus, incipiebat enim mori. 48. Dixit ergo Jeſus ad eum: Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis. 49. Dicit ad eum regulus, Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus 50. Dicit ei Jeſus, vade filius tuus vivit. Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Jeſus, & ibat. 51. Jam autem eo deſcendente ſervi occurrerunt ei, & nuntiaverunt dicentes, quia filius ejus viveret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. 52. Et dixerunt ei, quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. 53. cognovit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Jeſus Filius tuus vivit, & credidit ipſe, & domus ejus tota. Hoc iterum ſecundum ſignum fecit Jeſus, cùm veniſſet à Judæa in Galilæam

### ARGUMENTUM
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Scribit Evangeliſta, quod Jeſus multos diſcipulos faciebat, qui baptizabant; Quod explicavi ſuperiori cap. 3, q. 6.

*Secundò, Verſ.* 5. Narrat Evangeliſta colloquium cum Samaritana, quo Chriſtus eam docet Deum adorandum eſſe in ſpiritu, & veritate, ſeque eſſe Meſſiam quod mulier annuntiat in civitate, ex qua multi confluunt ad Chriſtum, qui ab ipſo convertuntur; quod latè, & amplè explicavi tom. 2. in Evang. cap. 5.

*Tertiò, Verſ.* 46. Sanat filium reguli, quo miraculo ipſe, & domus ejus tota credidit. Quod expendi tom. 2, in Evang. cap. 6.

# CAPUT V.

POST hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam 2. Eſt autem Ieroſolymis Probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraïcè Bethſaïda, quinque porticus habens. 3. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum: 4. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundũ tempus in piſinam, & movebatur aqua. Et qui prius deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. 5. Erat autem quidam hòmo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. 6. Hunc cùm vidiſſet Ieſus jacentem, & cognoviſſet, quia jam multum tempus haberet, dixit ei: Vis ſanus fieri? 7. Reſpondit ei languidus, Domine hominem non habeo, ut cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: dum venio enim ego, alius ante me deſcendit: 8. Dicit ei Jeſus: Surge, tolle grabatum tuum & ambula.

9. Et



9. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum, & ambulabat. Erat autẽ Sabbathum in die illo. 10. Dicebant ergo Judæi illi qui ſanatus fuerat, Sabbathum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. 11. Repondit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum, & ambula. 12. Interrogaverunt ergo eum: Quis eſt ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum & ambula? 13. Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Jeſus enim declinavit à turba conſtituta in loco. 14. Poſtea invenit eum Jeſus in templo, & dixit illi: ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. 15. Abiit ille homo, & nuntiavit Judæis quia Jeſus eſſet qui fecit eum ſanum. 16 Propterea perſequebantur Judæi Jeſum, quia hæc faciebat in Sabatho. 17. Jeſus autem reſpondit eis, Pater meus uſque modo operatur; & ego operor. 18. Propterea ergo magis quærebant eum Judæi interficere; quia non ſolùm ſolvebat Sabbathum, ſed Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. 19. Reſpondit itaque Jeſus, & dixit eis: Amen amen dico vobis non poteſt filius à ſe facere quicquam niſi quod viderit Patrem facientem; quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit. 20. Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit & majora his demonſtrabit ei opera, ut vos miremini. 21. Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos, & vivificat; ſic & filius quos vult vivificat. 22. Neque enim Pater judicat quemquam ſed omne judicium dedit filio. 23. Ut omnes honorificent filiũ, ſicut honorificat Patrem, qui non honorificat Filium, non honorificat Patrẽ qui miſit illum. 24. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meũ audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternã, & in judicium non venit: ſed tranſiet à morte in vitam. 25. Amen autẽ dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt quando mortui audient vocẽ filij Dei & qui audierint, vivent. 26. Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo. 27. & poteſtatem dedit ei etiam judicium facere, quia filius homini eſt. 28. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocẽ filii Dei: 29. & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionẽ vitæ: qui verò mala egerũt, in reſurrectionẽ judicii. 30. Nõ poſſum ego à meipſo facere quicquam. Sicut audio judico, & judicium meum juſtũ eſt, quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me. 31. Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum. 32. Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me: & ſcio quia verum eſt teſtimonium ejus, quod perhibet de me. 33. Vos miſiſtis ad Joannem: & teſtimonium perhibuit veritati. 34. Ego autem non ab homine teſtimonium accipio: ſed hæc dico ut vos ſalvi ſitis. 35. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluiſtis ad horã exultare in luce ejus. 36. Ego autem habeo teſtimonium majus Joanne. Opera enim quæ dedit Pater ut perficiam ea: ipſa opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me. 37. Et qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me: neque vocem ejus unquam audiſtis, neque ſpeciẽ ejus vidiſtis. 38: Et verbum ejus non habetis in vobis manens, quia quem miſit ille, huic vos non creditis. 39. Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt, quæ teſtimoninm perhibent de me. 40. Et nunc vultis venire ad me ut vitam habeatis. 41. Claritatem ab hominibus non accipio. 42. Sed cognovi vos quia dilectionem Dei non habetis in vobis. 43. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: ſi alius venerit in nomine meo, illum accipietis. 44. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriã ab invicẽ accipitis, & gloria, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis; 45. Nolite putare quia ego accuſaturus ſim vos apud Patrem, eſt qui accuſat vos, Moyſes in quo vos ſperatis. 46. Si enim crederetis Moyſi, crederetis, forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit. 47. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

### ARGUMENTUM
*cum Remiſſionibus.*

*Primò. Verſ.* 1. Chriſtus ad probaticam Piſcinam ſanat ægrum paralyticum per triginta octo annos. De quo dixi tom. 3. in Evangel. cap. 1 & infrà aliquid dicam.

*Secundò, verſ.* 19. Iudæis calumniantibus quod ipſe die Sabbathi curaſſet, Reſpondet ſe omnia cum Patre operari, omniaq; illius auctoritate facere, à quo omnium judex eſt conſtitutus, &

inde licitum eſſe ægrum Sabbatho ſanare. De quibus omnibus dixi tom. 3. cap 2.

*Tertiò, V.rſ.33.* Tribus teſtimoniis probat ſe eſſe Meſſiam. Primò, teſtimonio Joannis Baptiſtæ: Secundò, teſtimonio propriorum operum, & miraculorum: Tertiò teſtimonio Moyſis. Quod expendi citato cap. 2. à q. 11.

---

Paralyticus in Piſcina.

## QUÆSTIO I.

*Quare Angelo movente aquas unus tantùm ſanabatur?*

1. Textus. AIT Evangeliſta in præſenti: *Erat dies feſtus Iudæorum; eſt autem Ieroſolymis probatica piſcina:* De hoc magno Chriſti miraculo egi tom. 3. in Evangel. c. 1. per 28. quæſtiones. Nunc quærimus: Quare ex tot languentibus cum aquæ moverentur ab Angelo unus tantum ſanabatur, qui ad aquas deſcendebat? quia ſolùm per aquas pœnitentiæ ſalus acquiritur. De quo plura dixi multis in locis. Ad quæſtionem.

2. Primò: *Qui prior deſcendebat in piſcinam poſt aquæ motionem, ſanus fiebat.* Utramque Textus miſcet operam Angeli, & hominis, ut ſalute integra conſiſtat, juvanda enim Dei manus manu hominis. Magnus militum princeps Joſue cùm bellum ordinaret, ad capiendam Jerico, mittit exploratores, qui terram circuirent & inſpicerent, ut inde revertentes in caſtra renuntiarent, quæ ex loci munitionibus deprehendiſſent. Cap. 2. n. 1. dicitur: *Miſit Joſue duos viros exploratores in abſcondito.* (Ioſue 2.) Prudentiſſimè Ioſue. ſilentium exploratoribus imperat, ne re manifeſta ita totum negotium periret, tamen ſuperflua, ac inepta videtur cura explorandi terram, cum princeps de magno Dei auxilio eſſet certus, ac de felici eventu ſecurus; hoc enim Deus Ioſue promiſit cap. 1. n. 9. *Confortare & eſto robuſtus: noli metuere, & noli timere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris:* (Ioſue 1.) Ter magnus dux hoc loco confortatur à Deo, ut patet ex Textu; tamen ipſe bene conſcius divinarum rerum, ſuam curam interponit, & ſui quod eſt officij præſtat ad felicem rei eventum, Rupert. lib. 1. in Ioſue cap. 10. ait. *Non ergo quiſquam, in ullo negotio tantum de cœleſtibus præſumet præſidiis, ut non etiam ipſe ſibi prior adſit vigilando proprii facultate ingenii, & laborando proportione:* Quamvis enim Deus ſuam promittit opem, tuam non excludit operam.

*Deo fidendũ, manu laborandum.*

Rupert.

3. Unus ſanabatur movente Angelo aquas, unus tantùm ſanabatur; at de uno JESU, illiuſque aquis, omnes ſalutem haurire poſſunt: *Omnes ſitientes venite ad aquas* Iſai. 55. n. 1. Poſtquam Pharao conſtituit Ioſeph Principem, ac Gubernatorem Ægypti: *Vertit nomen ejus, & vocavit eum (lingua Ægyptiaca) Salvatorem.* Gen. 41. n. 45. At Ieſus natus lingua Angelica, quæ eſt omnium univerſaliſſima vocatur Salvator; & ait Angelus paſtoribus: *& dixit illis Angelus: ecce Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus.* Luc. 2. n. 11. Ioſeph dicitur Salvator lingua Ægyptiaca; Ieſus lingua Angelica; ille ut homo & miniſter uni tantum populo erat ſalus; at Ieſus univerſo mundo, & inde voce Angelica, quæ in toto orbe reſonat, ac ſonat, & inde cum annuntiatur ait Angelus *Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo:* D. Bonaventura ibi: *Quod erit omni populo. Et hoc ad differentiam gaudiorum mundanorum, quod non eſt univerſale.* Vide Luc. 2 q. 3. n. 18. & 19. & Luc. 44 p. 1. n. 5.

Iſai. 55.

Gen. 41.

Luc. 2.

*A ſolo Ieſu ſalus univerſis.*

D. Bonav.

4. Tertiò: Valdè notandum, quód ut unus ſanaretur, magnâ moles aquarum erat movenda ab Angelo: At verò modo in baptiſmo modica aqua ſufficiens eſt ad ſalutem plurimorum: Quod ponderat Tertullian. lib. de Baptiſmo ubi ait: *Proficiente in hominibus gratia Dei plus aquis, & Angelis acceſſit, qui vitia corporis remedabant; nunc ſpiritum medentur, qui temporalem operabantur ſalutem, nunc æternam reformant, qui unum ſemel in anno liberabant, nunc quotidie populos conſervant.* Cur ergo modo parva aqua ſi ſanat, quando tunc tanta aquarum copia requirebatur, ut unus ſanitatem reciperet. Tunc Angelus movebat Aquas, nunc Deus præſens eſt in aquis, & quæ à Deo veniunt, et ſi minuta, veluti parva guttula, ingentes virtutum cumulos parturiunt, ac per multos diffunduntur; *Qui unum ſemel in anno liberabant, nunc quotidie populos conſervant*

Tertul.

*Parva venientia à Deo ingentes fructus germinant.*

5. Urgente fame, cum filij Jacob deſcenderent in Ægyptum ut triticum compararent, cumque eo aſportato, pervenirent in domum Patris; cumque ſuos ſaccos aperirent; *Et frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias:* Gneſ 42. n. 35. Cumque iterum reverterentur in Ægyptum, ſecum duplicem pecuniam ferunt, & id quod contigerat narrant diſpenſatori domus, ne quid mali ac furti in eis ſuſpicaretur, quibus ille reſpondit *Pax vobiſcum, nolite timere: Deus veſter, & Dij patris veſtri: dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris.* Gen. 43. n. 23. Unde fieri potuit, quòd parva pecunia poſita in ore ſaccorum, & ab eis inventa, bonus homo theſauros nominet: *Dedit vobis theſauros:* Illa pecunia parva erat, cùm pro comparando pane eſſet perſolvenda: Theſaurus autem magnam rerum copiam denotat: Cur ergo parvam pecuniam theſauros dicit? Aſſerebat homo pecuniam eſſe datam à Deo; merito ergo theſauros nuncupat. Philo lib. de Joſeph: *Cùm inveniſſent Deo providentia, etiam impluiſſe in ſaccos pecuniam:* Quælibet minima, quæ à Deo veniunt ingetes afferunt divitias.

Gen. 42.

Gen. 43.

*Quælibet Dei minima, ſecum afferunt magnas divitias.*

Philo.

6. Cùm dives avarus cruciaretur in gehennalibus flammis clamabat ad Abraham: *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam ut refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma:* Luc. 16. n. 24. Miſer refrigerium

Luc. 16.



gerium quærebat in ſempiternis ardoribus & illud expectabat ab extremo digitulo Lazari intincto in aqua: Et cur in tam æternis, ac perpetuis cruciatibus levamen, ac refrigerium exquirebat à tam exigua, ac parva aquæ portione? Quid digitulus in tanta tormentorum mole poterat levamen, ac refrigerium diſtillare? D. Auguſt. apud Catenam D. Thomæ, ait: *Extremum digiti vel minimam operationem ſignificat, qua per Spiritum Sanctum ſubvenitur:* digitus quem dives avarus exoptabat, virtus erat Spiritus Sancti, & quidquid minimum, & tantillum ſit, veniens à virtute Spiritus Sancti, poteſt totum miſeri incendium levare, ac refrigerium illi afferre.

*Minimum Dei poteſt levamen dare omnibus tormentis.*

D. Auguſt.

---

## QUÆSTIO II.

*Quare Chriſtus D. non rogatus rogat Paraliticum,* Vis ſanus fieri?

7. Textus. SCribit Evangeliſta, quòd erat *ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate:* Et cur tot annis homo morbo premitur? Quia frequenter mala fortuna virtutũ eſt Schola. Exclamat Jeremias Thren. 2 n. 4. *Tetendit arcum ſuum, quaſi inimicus firmavit dexteram ſuam, quaſi hoſtis effudit iram ſuam.* quomodo tam ſæva indignatio in populum ſibi maximè dilectum, de quo dicebat: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei:* Quomodo tanta dilectio in tantum furorem verſa eſt, ut dicatur, *tanquam inimici, & hoſtis?* Pro quo nota, quòd non ait: tetendit arcum inimicus, & hoſtis, ſed, *quaſi inimicus, & quaſi hoſtis:* Quia quamvis in præparando arcu, & effundendo iram videretur inimicus revera non erat inimicus, nec hoſtis, ſed quaſi inimicus, cùm in rei veritate eſſet Pater flagellans: ut ad vitam & ſalutem induceret. Ibi D Paſchaſ. lib. 2. *Ut Synagoga ad Deũ flagellata redeat:* Hinc David Pſ. 77. n. 34. canit: *Cum occideret eos, quærebant & revertebantur, & diluculo veniebant ad eum.* Hebreus habet: *Primò ſtatim mane exurgentes aſcenderunt ad eum.* Qui in felicitate, ac proſperitate contra Deum obmurmurabant: ut de Manna: *Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo.* Num. 11. n. 5. At verò percuſſi, flagellati, ac vexati, ſtatim mane ſurgentes ad Deum veniebant, & ipſum quærebant. Unde ait Caſſian. collat. 3. cap. 41. *Propter quam ad Deum, quem ſequi in rerum proſperitate contempſimus, ſaltem inviti properare compellimur.*

Thren. 2.

*Adverſa fortuna virtutũ Schola.*

D. Paſchaſ.

Pſal. 77.

Hebræus.

Num. 11.

Caſſian.

8. Ad quæſtionem, ait Dominus paralitico: *Vis ſanus fieri?* Non expectat Dominus, ut infirmus, poſtulet, ac roget, ſed ipſe non rogatus rogat, N. D. Cyril. in Joan. ſic ait: *Magnum miſericordiæ Chriſti eſt argumentum, non expectare ſemper laborantium preces, ſed ſua miſericordia prævenire.* Vocales preces non ſemper Chriſtus expectat, quia ipſa infirmitas, ipſa calamitas, ipſaque miſeria apud Chriſti miſericordiam precaria eſt, & ſilenter loquitur. Ait Eccleſ. 5. n. 1. *Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo.* Maximè tota Scriptura clamat, ut in neceſſitatibus clamemus ad Deum, ad ipſumque orationem tanquan ad ſacram anchoram confugiamus: Quomodo ergo nunc Eccleſiaſtes non commendat, ut cor noſtrũ non ſit velox coram Deo ad loquendum, ac exorandum? & notandum quod non ait, neque lingua tua ſit velox, *Sed neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem.* Quia quamvis non ſolum lingua, ſed etiã cor tuum ſit velox ad deprecandum, velocior eſt ipſa neceſſitas ad clamandum, ut miſericordiam impetret, ipſa miſeriarum vox, lingua, ac corde tacito maximè deprecaria eſt: Unde rectè ait Tertull. lib. 4. adverſus Marc. c. 12. Tanquam de paralytico loquens, *Humanam apponit neceſſitatem, tanquam deprecatricem:* Ac ſi ubi humana neceſſitas deprecaretur, nil aliud exquiratur. Vide ſuprà Joan. 2. q. 2. n. 6. & 7.

D. Cyrill.

Eccleſ. 5.

*Ipſa neceſſitas maximè clamat, & deprecaria eſt.*

Tertull.

9. Secundò, ad eadem verba D. Cyrill. *Magnum miſericordiæ Chriſti eſt argumentum, non expectare laborantium preces.* Dum Chriſtus infirmum interrogat de ſanitate præſtanda, ejus deſiderium exacuit, & ſanationi præbet occaſionem, ac initium; in quo negotio ſuam inſignem clementiam oſtendit, quæ ab ægro non rogatus eum prævenit, & ſanare ſatagit; Deſideriũ beneficij Chriſtus ſollicitat, ut nihil de eo cogitans ſanitatem accipiat; ſicq; Chriſti clementiam extollit Caſſiodor. lib. 12. variar. Epiſt. 12. *Non admonitus facit, quod vix rogatus impleret:* Hinc ait Regius Pſal. 40. n. 1 *beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus:* *Non* ait: qui rogantem audit pauperem, ſed qui non rogatus pauperis inopiam intelligit, ad præſtandum illi opportune ſubſidium. Hanc pauperum intelligentiam maximè extollit D. Ambroſius lib. 2. Officior. cap. 15. dum ait *Non enim ſolas aures præbere debemus audiendis precantium votis, ſed etiam oculos conſiderandis neceſſitatibus, plus clamat operatori bono debilitas, quàm vox pauperis. Videndus eſt ille, qui te non videt, requirendus ille, qui erubeſcit videri. Ille etiam clauſus in carcere occurrat tibi, ille affectus ægritudine mentem tuam perſonet, qui aures non poteſt.* Ut quis magnam beatitudinem impetret, ut in die tremenda non timeat, ſed liberet eum Dominus ab ira mala; non tantùm voces pauperum audiat, ſed etiam eorum inopiam intelligens, ad eam intendat: Unde ipſe Regius Vates ipſam Domini clementiam nobis in exemplum proponit. Pſ. 10. n. 20. *Deſiderium pauperum exaudivit Dominus, præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Non voces. ſed deſiderium, non ſolùm deſiderium, ſed præparationem, & diſpoſitionem ad petendum audivit Dominus. Vide ſup. Joan. 2 q. 3. n. 20. 21.

D. Cyrill.

Caſſiodor.

Pſal. 40.

*Beatus dicitur non qui audit; ſed qui intelligit neceſſitatem.*

D. Ambroſ.

Pſal. 10.

10. Tertiò: *Vis ſanus fieri?* Videtur ſuperflua interrogatio & importunũ quæſitum Quis enim morbo gravatus eſt, qui ſanitatẽ maximè non exoptet; Interrogat tamen Chriſtus, ut liquidò pateat hominum conditio, qui aſſiduo malo ita quieſcunt, ut ipſummalum ſit mali ſolatium ejuſque perſiſtentia ſit eorum conſolatio, ac levamen. Unde dixit Seneca ad Helviam c. 2. *Unum habet aſſidua infelicitas boni, quos ſæpe vexat, noviſſimè indurat.* Erant Hebræi in Ægypto tanquam in fornace ferrea ſub dura captivitate ac veluti ergaſtulo coquentes lateres ſub crudeli flagello: tamen Deo operante per multa mirabilia datur eis libertas à Pharaone, ut exeant de terra: At Hbræi valdè moroſè, ac lentè ſe habent, ita ut dicatur: *Urgebant*

Seneca.

*gebant Ægipεii populum de terra exire velociter*: Exod. 12. n. 33. Hebræus habet: *Invaluit Ægyptus; apprehendit Hebreum, ac ſuperavit.* Sic tenaciter adhærebat populus Ægypto, ut vi, & impulſu vehementi extrudendus fuit ex loco: quid mirabilius! Cur non velociter, ac pedibus pernicibus currunt, cum exeant ex immani: ac continuo labore, ſudore, ac captivitate, adepta libertate, quâ nihil gratius eſt hominibus, & abeant in terram ac patriam ſuorum majorum fluentem lac & mel; & tamen tanquam inviti nolunt excutere jugum, & tot bonis frui: Sic affecti, ac addicti erant ſuo labori; ac miſeræ captivitati, ut ex ipſa conſuetudine ſuavis fieret ille vivendi modus, & potius mallent ſervitutem in illa ſumma ærumna ferre, quàm in libertate cum melle & lacte delectari.

Exod. 12. H. bræus.

*Dolorem minuit dolor aſſiduus.*

11. Ingrediens Chriſtus in Synagogam in qua ipſe fecerat multa miracula, erat ibi homo mendicans, habens manum aridam, eumque mandat Dominus ſurgere, ut in medio ponatur, deindeque ipſum interrogat in rebus magnis: Valde mirum ſane; quòd videns & cognoſcens homo iſte multa, & magna miracula, quæ Chriſtus faciebat, & quod ipſe erat, cum quo tam benignè loquebatur, in ipſumque oculos ſuos intendebat, non poſtulat tamen ab ipſo ſanitatem in manu ſua arida; ſed Chriſtus ex ſua infinita pietate ait illi: *Extende manum tuam, & reſtituta eſt manus illi*: Marc. 3. n. 5. Tamen valde mirabile eſt, quod homo iſte videns, & agnoſcens Chriſti potentiam, pro ſanitate manus ſuæ non deprecetur. Mihi nunc eſt ratio, quia de morbi incommodo commodum reportabat; & maluit manum aridam ad mendicandum, quàm manum extenſam ad laborandum. D. Athanaſ. homilia de ſemente: Ac ſi Chriſtus dicat: *Surge, neque per occaſionem manus aridæ mendica, ſed illam recuperans ſanam: jam deinceps operare.* Fortè homo iſte bene ſuo cum morbo convenerat, ut ſine labore nummos cogeret, quos adepta ſanitate cum labore debebat comparare.

Marc. 3.

*Sanitatem pauper non petit ne cogetur laborare.*

D. Athanaſ.

# QUÆSTIO III.

## *Quare dum languidus interrogatur à Chriſto, an ſanus velit fieri; ipſe reſpondit quod hominem non habebat?*

11. AIt Chriſtus D. Paralytico; *Vis ſanus fieri?* Reſpondet ipſe: *Domine, hominem non habeo*: de quo dixi citato c. 1. q. 15. 16. & 17: Et non mirum ſane; quia cùm homo eſſet pauper diuturno morbo laborans, ab omnibus deſtituebatur; quia ut ait Iuſtinus lib. 5. *Eò enim favor, quò ſe fortuna inclinat.*

Iuſtinus.

13. Primò, ad quæſtionem: Chriſtus interrogat hominem: *Vis ſanus fieri?* Ipſe reſpondet: *Hominem non habeo*: Valde inconſequens videtur reſponſio: nam ad interrogationem vera & opportuna reſpōſio erat, volo, vel nolo ſanus fieri Sed quid facit ad rem, *Hominem non habeo?* ſeu ut ait Hugo: *Miniſtrum non habeo*: qui ſe, dulamêpe, ac opportuna ope mihi ſubveniat, indeque his indicat jam omnem ſpem obtinendæ ſalutis depoſuiſſe, cum experientia tot annorum deprehendat, ſe nullum habere patronum, ſed ab omnibus neglectus ſit; & inde nulla recuperādæ ſalutis fiducia ei ſupereſt, cū *hominem non habeat ſeu miniſtrum, impeditur enim à potentioribus præventus*: Ait Hugo: Qui patronum non habet, nihil ſperet, ſed ſemper neglectus jaceat. Exhortans Chriſtus ſuos diſcipulos ad parvulos, & puſillos honorandos, & non contemendos, ait illis: *Videte ne contemnatis unum ex his puſillis; Dico enim vobis, quod Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem Patris mei.* Matth. 18. n. 10. Cum commune ſit omnibus beatis Angelis Deum videre, inſigniter dicitur de Angelis parvulorū tutelaribus quòd vident faciem Patris in cœlis: per quod denotatur, quod tales Angeli ſint ex primis, nobilioribus, ac propinquioribus Deo, ut cum communi ſententia ex D. Chryſo. dixi tom. 4. c. 10. q. 1. n. 109. ut ex his quiſq; inſtruatur, parvulos, ac humiles non contemnere, ſed in magno pretio habere, cùm habent præclaros patronos ac tutelares, qui eorum cauſas agant, negotia pertractent, ac pro eis loquantur. Confirmatur: Ait Salomon prov. 30. n. 28. *Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.* Stellio parvum, & exiguum animal, ut obſervant Ariſtoteles lib. 6. Hiſtoriæ Animal. c. 1. Plinius lib. 11. c. 26. nullas habet alas & tamen habitat in domibus regum. Cur non potius in talibus magnificis Palatiis conſtituit ſuum habitaculum Aquila, quæ præpetes habet alas ad volandum? Stellio, etſi parvum ſit animal, & ineptum ad volandum, tamen obtinet ſui ſuſtentaculum, cui innitatur, & adhæreat, & inde in ampliſſimis ac altiſſimis regalibus ædibus reſidet, à quibus exular Aquila, etſi à natura alis donata ſit cum ſui fulcimento, cui adhæreat, careat. Huic cogitationi favet D. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 5. ubi ait: *Stellio manibus utitur, plerumque enim aves, quas ad volandum penna ſublevat, in vepribus reſididen. Stellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus regis ædificium tenet.* Aquilæ, ſeu aves, *quas ad volandum penna ſublevat*, cùm non habeant ſui fulcimentum, in quo enitantur per ſylveſtria, & agreſtia *in vepribus reſident.* At ſtellio, qui ex ſui conditione *ad volatum pennas non habet*, cum ſui ſuſtentaculo gaudeat, ut ad ſuperna incedat; *nitens manibus regis ædificium tenet.*

Hugo.

*Qui patronum non habet contemnitur, & nihil ſperat.*

Matth. 18.

Prov. 30.

Ariſtot. Plinius.

*Cum ſuſtentaculo parvus volat ſine illo magnus deprimitur.*

D. Gregor.

Secundò, dura ait Paralyticus: *Hominem non habeo*: de communi malo conqueritur; nam alij, qui in piſcina extabant pauperes, & mendici, cū eſſent, ſibimetipſis homines erant hominumque vices ſibi præſtabant, ut ad ſanitatem aquarum concurrerent; nam ſi variis morbis tenebantur, greſſibus ſuis ibant: *Alius ante me deſcendit*: ſi claudi baculo innixi utcumque movebantur; ſi cæci palpando, ac ligneo fulcimento ibant; At paralyticus ſibimetipſi non erat homo, nec vices hominis ſibi præſtare poterat; nam paralyſis quâ membra torpebant, illorum uſum impediebat hominemque ſibi ipſi inutilem reddebat. Ecce ſumma hominis miſeria, quòd nullū ſibi poſſit præſtare auxilium, nullaque induſtria ſibi ſubvenire; & ideo forte ex magna multitudide languentium, qui in piſcina jacebant, ad hunc maximè ſe inclinavit pietas Chriſti, quia nec ab aliis adjuvamē habebat, nec ipſe ſibimet ad eſſe poterat. Cùm Jacob iter faceret in Meſopotamiam, noctis jam tempore jacet humi ſomno deditus. *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum; Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ*: Geneſ. 28. n. 12. Valde celebris eſt hæc viſio inter cæteras; quæ habentur in veteri teſtamento: Et cur viſio tot & tantis myſteriis abundans ſit in ſomnis; cum non in vigiliis et multoties Deus aliàs apparuit ipſi Jacob; ut Geneſ. 32. n. 24. & Gen. 46. n. 3. Cur ergo tam magnifica viſio in qua Deus apparet, & ipſum cœlum inclinatur, & Angeli tanquam nuntij aſcendunt, & deſcendunt non [illegible] Jacobo vigilanti, ſed dormienti? D. Ambroſius lib. de Jacob ait: *Neceſſarius [illegible] dormientibus, quia [illegible] poſſunt.* Jacob vigilans [illegible] ſibi poterat ſubvenire in his, quæ ad ipſum ſpectabant, & ei neceſſaria erant; at dormiens, ſopitis omnibus facultatibus, tanquam ab illis deſtitutus ſibi adeſſe, ac providere non poterat: [illegible] Deus non vigilanti, ſed dormienti levamen, ac adjuvamen exhibet: *Quia dormientes ſibi [illegible] non poſſunt.*

14.

*Præclarum elogium ſubvenire miſero, qui ſibi ſubvenire non valet.*





Gen. 28.

Gen. 32. Gne. 46.

D. Ambroſ.

15. Tertiò: Interrogat Jeſus hominem, *Vis ſanus fieri?* [illegible] fama virtutis Chriſti, qui [illegible] ſanando [illegible] infirmos, ac oppreſſos à Diabolo; [illegible] homo hunc divinum medicum coram ſe, & interrogante eo, *Vis ſanus fieri?* cur non exclamat, volo ſanari? cur non ait, te Domine deprecor, miſerere mei, da mihi ſalutem, ut multis aliis dediſti? Sed tam diuturna infirmitas, tam dira vexatio tot annorum, ſic animum hominis effœminavit, ac dejecit, ut nihil virile, ac utile ſuſpicaretur, ac ſibi ſperaret. Cùm duo ex palatinis Pharaonis eſſent in carcere, per noctem ſomnia quædam viderunt. *Ad quos cùm introiſſet Joſeph mane, & vidiſſet eos triſtes, ſciſcitatus eſt eos dicens: Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra? qui reſponderunt: ſomnium vidimus*: Geneſ. 4. n. 6. & 7. Propter ſomnium triſtantur, & animo decidunt, cùm ſaltem unus eorum nihil inauſpicatum, ſed potius quid maximè felix vidiſſet; & tamen propter imaginatiom ſomnium, tanto animi angore turbatur. Abulenſis ibi ait: *Facies eorum ex expectatione futuri mali eventus, triſtiores factæ fuerant.* Iſti duo palatini, cùm ſe ipſos ab officiis ſuis depoſitos, à gratia Pharaonis exturbatos, & in vinculis cojectos agnoviſſent; inde quemvis unus eorum vidiſſet, quid maximè auſpicatum, ac exoptatum, quod intra triduum eſſet reſtituendus in ſuum officium; tamen tot, ac tantis calamitatibus, ita eorum animi erant proſtrati, ac dejecti, ut nihil utile, ac proſperum ſibi promitterent, ſed omne infauſtum, ac execrabile ſperarent: *Ex expectatione futuri mali eventus triſtiores factæ ſunt.*

*Diuturna vexatio ſic animos proſternit, ut nil boni, ſed omne malum meditentur.*

Gen. 40.

Abulenſ.

16. Judic. 13. n. 1. ſcribitur: *Rurſum filii Iſrael fecerunt malum in conſpectu Domini, qui tradidit eos in manus Philiſthinorum quadraginta annis*: Dum ergo ſub jugo Philiſthinorum tenentur Iſraëlitæ quadraginta annis; interea apparet Angelus Manue annuntians Samſonis nativitatem filiumque magnum ac præclarum ei promittens. Quid tunc; Manue clamans ad uxorem ait: *Morte moriemur, quia vidimus Dominum*: ibid. n. 22 Unde tam infauſta mortis calamitas potuit homini in mentem venire. Angelus denuntiabat filium magnum, & virtutis illuſtrem, quod maximè ad levamen, & conſolationem ſpectabat; deinde agnovit Angelum Sanctum, & bonum Domini qui mentiri non poterat, nulli ex his acquieſcens mortem dicit, & eam ſibi ſperat; ſic captivitate, ac jugo Philiſthinorum erat animus tribulatus, ac depreſſus, ut etiam cum aperta evidentia, ac [illegible] non quieſceret, ſed omne infauſtum [illegible] cum ingenti mortis terrore [illegible] D. Ambroſius Epiſto. [illegible] *ſuper ſubjectionis, [illegible] ut nullus [illegible]* Labor, vexatio [illegible], ac [illegible] ſed omnia in ſiniſtram partem interpretantur.

Iudic. 13.

*Aſſidua calamitate, omnia in malum interpretantur.*

D. Ambroſ.

# QUÆSTIO IV.

## *Quare languido mandat Dominus tollere grabatum ſuum?*

17. VIdens Chriſtus Dominus ſuâ infinitâ pietate ſummam hominis miſeriam, ait, illi: *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula*: de quo dixi citato cap. 1. q. 18 19. & 20 Nam breviter ex ibi dictis Nota, quòd prius hominem ſanat, eique ſalutem confert, quàm imponat curam ferendi lectulum; prior eſt Chriſtus in largiendo, quàm in jubendo, ut facilius alliciat ad obſequium. Præcepit Deus Adamo: *Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas*: Gen. 2. n. 16. magnifica largitate multa & ampla concedit prius; deinde præcepto unum interdicit. Bernard. ſerm. 2. de Chriſto Circumciſo; nec à D Bernardo diſtat Repertus lib. 2. in Geneſ. cap. 30. ubi ſic ait: *Magna largitas donorum, & non grave largitoris mandatum. Levis in tanta copia fuiſſet continentia ſi non fuiſſet continentia dux benevolentia.*

*Princeps prius ſit in largiendo, quàm imperando.*

Gen. 2.

D. Bernard.

Rupert.

Ad quæſtionem primò: Cur paralytico qui modò à languore ſurrexerat tam grave ac ponderoſum onus imponitur, ut ferat grabatum, in quo modò infirmus requieſcebat; paralyticus eſt peccatorum ſymbolum, ut ſatis vulgare eſt, eique dicitur per pœnitentiam ſurgere, & etiam ſimul, ut lectulo ſuæ infirmitatis gravetur, ac prematur; quod poſt D. Gregorium datum citata Quæſtione 20. notat Cardinalis Hugo, & ait: *Surge à peccatis recedendo. Tolle grabatum tuum, delectationem peccati in onus pœnitentiæ aperiè convertendo.* O magna pænitentiæ idea quam nobis Chriſtus hîc proponit! Lectulus in quo peccator quieſcens jucundabatur, ac deliciabatur, ubi primùm per pœnitentiam à peccatis recedit, ac ad Deum convertitur; grabatum, quod erat delectationis fomentum in moleſtum, ac pergrave onus vertitur; ut quòd olim inſervierat ad delectationis iritamentum ſit acerbum totius gravaminis, ac doloris excitamentum

Hugo

*Pœnitenti, quod ſerviverat ad peccatum, eſt ad dolorem.*

mentum. Hinc David dicebat : *Lavabo per*
Pſal. 6. *ſingulas noctes lectum meum :* Pſalm. 6. n. 7.
Et cur potius lectulum tam abondanti lachry-
Eccleſ. 2. marum copia rigat, cùm ipſe inſervierat ad de-
licias ad lachrymas provocabat. Ait Ecleſia-
ſtes cap. 2 n. 3. *Cogitavi in corde meo abſtrahere*
*à vino carnem meam* : & tamen ſtatim verſ. 4.
ſubdit : *Plantavi mihi vineas* : Nunquid tam
breviter Salomon inconſtans eſt ſibi ; ſi ſibi
proponit abſtinere à vino, ad quid plantat vi-
*Pœnitenti* neas ? in quo multùm laborant interpretes.
*ſuave vinum* Hæc loquitur Salomon magna pœnitentia
*eſt mordax* compunctus, inde à vino, in quo eſt luxuria
*acetum.* vult abſtinere, plantat vineas, non ut ferant
generoſum vinũ ad delicias: ſed acre, & durum
acetum ad compunctionem, & mortificatio-
D. Cyprian. nem. Ad hoc tendit D. Cyprianus ſerm. de
Cœna Domini, conſtituens differentiam inter
vinum Euchariſticum, ac vinum delitiarum, &
ait : *Qui de ſacro calice bibit amplius ſitit , &*
*ad Deum vivum erigens deſiderium , inde omnis*
*ſapor delectamentorum carnalium , fit ei quaſi*
*rancidum , radenſque palatum acutæ mordaci-*
*tatis acetum*, Pœnitentia hominem in alium
transfert, & quod erat ad delicias, eſt ei ad pœ-
nam, dolorem, ac mortificationem, ut vinum
non ſit ei ſaporiferum, & ſuave ; ſed aſperum,
& acre acetum.

Secundò, ait illi *Ieſus: Surge , tolle graba-*
19. *tum tuum , & ambula : ſurrexit & ſuſtulit gra-*
*batum ſuum , & ambulabat.* Multa hic notan-
da veniunt : cùm Chriſtus Dominus ei dixiſ-
ſet : *Surge , tolle grabatum tuum :* nil reſpon-
dit, ſed prompta obedientia omnia exequi-
tur ; & quamvis onus eſſet grande, tamen
cùm ſuum eſſet, inde leve fit, ut dixi tom 4.
ad illa verba : *Tollat crucem ſuam :* & cùm
tantum ſanitatis beneficium accepiſſet, nul-
lum verbom gratulatorium dixit Chriſto, nec
pro tanto beneficio accepto gratias egit, ſed
mandatum ſibi injunctum exequitur *& ſuſtu-*
*Perfecta* *lit grabatum ſuum & ambulabat* : Magnum
*gratiarum* obſequium Deo præſtamus, & illa eſt ei gra-
*actio legem* tiſſima gratiarum actio, dum mandatis ejus
*divinam ad-* obedimus, ac illius præcepta implemus. Ma-
*implere.* gna & præclara beneficia, & valdè ſumma, ac
magnifica Deus contulit Abrahamo, ipſum
Gen. 11. liberavit de igne Chaldæorum Gen. 11. n. 31.
demagnaque injuria in Ægypto apud Pharao-
Gen. 12. nem Geneſ. 12. n. 16. eique promittit filium
Gen. 18. expotatiſſimum Geneſ. 18. n. 10. & quod ſum-
mum, & maximum omnium eſt, ei promitit
ſemel & iterum Æternum Verbum Incarna-
Geneſ. 12. tũ ex ſemine ſuo. Gen. 12. n. 3. & Gen. 22. n. 18.
Et tamen pro tot ac tantis beneficiis non in-
venies, quod Abrahamus aliquod gratitudinis
ſignum erga Deum perſolviſſet, nam arietem
in monte poſt filium, obtulit ante promiſſio-
nes : Cur ergo tantus vir Aabrahamus in omni
virtute perfectiſſimus ſuæ gratitudinis non dat
ſigna ? nec enim veriſimile eſt, quod præcla-
riſſimus Abrahamus hoc præteriret. Perbellè
D. Cyrill. Noſter D. Cyrillus Alexandr. lib de Regina
ait : *Continuus Dei famulatus, perennis erat gra-*
*tiarum actio :* Ipſa tota vita Abrahæ cum per-
petua obſervatione Dei mandatorum, erat
perfectiſſima gratiarum actio, quâ nulla eſt
præſtantior, quàm legem Dei adimplere, & in
nullo ab ea recedere.

Quod maximè confirmatur in noſtro para- 10.
lytico, qui nullum verbum gratulatorium
Chriſto dixit, niſi tantum exequi mandatum
promptè ſibi impoſitum, tollere grabatum,
cùm ipſe eſſet gratiſſimus : nam cùm repre-
henſus eſt à Judæis, quod die Sabbathi ſarci-
nam portaret, ipſe in ſui defenſionem, ac
excuſationem dixit : *Qui me ſanum fecit , ille* *Beneficiis*
*mihi dixit : Tolle grabatum tuum , & ambula ,* *obligatus. mandatis*
Tanquam ſi diceret nullo modo poſſum aliter *obedit.*
agere, quàm mihi mandatum eſt ab eo, qui
mihi magnum ſanitatis beneficium contulit,
ut notat D. Auguſtinus, tract. 17. in Joan. & D. Auguſt.
ait : *Calumniantibus auctorem ſanitatis objicie-*
*bat : : : qui , inquit , fecit me ſanum , ille mihi*
*dixit Tolle grabatum tuum , & ambula. Non*
*acciperem juſſionem , à quo acciperem ſanita-*
*tam ?* Sic aſtrictus ſuo benefactori agnoſcebat
ut apud ſe ſtatuerat, quod nullo modo man-
datum illius præterire poterat, *non acciperem*
*juſſionem , à quo acciperem ſanitatem.* Si tantum
beneficium in me impendit, quomodo illius
voluntati, ac mandato reſiſtam ? Vide ſuprà
Matth. 8. q 4. n. 21. 22. 23.

Tertiò, ex Chriſti mandato tulit homo gra- 21.
batum ſuum in humeris cum omnibus, quæ ad
ipſum ſpectabant; lectulum, culcitram lineam,
cum linteis, ac omnibus, quæ ad ipſum ſpe-
ctabant ; ita ut nihil omitteret, quæ ad Dei
mandatum, ac obſequium pertinent, omnia
perſolvenda, & ne minimum quid prætereun-
dum ; ſed exactiſſimè uſque ad ultimum pun-
ctum perſolvenda. Bis Magdalena in Chriſti
obſequium effudit pretioſum unguentum, ſe-
mel in domo Phariſæ; Luc. 7, n. 38. *Lachrimis* Luc. 7.
*cœpit rigare pedes ejus , & capillis capitis ſui*
*tergebat , & oſculabatur pedes ejus , & unguen-*
*to ungebat.* Iterum Matth. 26. n. 7. de illa ha- Matth. 26.
betur : *Acceſſit ad Ieſum mulier habens ala-*
*baſtrum unguenti pretioſi , & effudit ſuper ca-*
*put ipſius recumbentis.* Tunc ſtatim addit Je-
ſus n. 13. *Amen dico vobis ubicumque prædica-*
*tum fuerit hoc Evangelium in toto mundo dice-*
*tur ; quod hæc fecit in memoriam ejus :* In do- *In his quæ*
mo Phariſæi dum ſancta mulier ungit pedes *ad Dei obſe-*
Jeſu, non dicitur facinus prædicandum in toto *quium per-* *tinent , totum*
mundo, ut modò in Bethania apud Matthæum. *eſt impen-*
Et cur modò potiùs tam illuſtre factum dici- *dendum.*
tur celebrandum in toto mundo, cùm utro-
bique unguentum pretioſum offerebat in
Chriſti obſequium ; Cur ergo etiam in utro-
que loco non eſt æqualis commendatio ? In
primo eventu offerebat alabaſtrum, & ex
eo ſumpto unguento ungebat pedes JESU :
non tamen declaratur an aliquid unguenti
remaneret in vaſe : At in ſecundò totum
unguentum plenè eſt effuſum : *Habens ala-*
*baſtrum unguenti pretioſi , effudit ſuper caput*
*ipſius recumbentis :* Ac proinde quidquid
erat in vaſe totum eſt effuſum, & nec parva
gutta remanſit : ac inde hoc facinus magna
ſui commendatione, ac prædicatione in toto
Univerſo celebratur, in quo totum nec aliquo
minutiſſimo reſervato, in Dei obſequium ex-
penditur: Quod obſervat Origenes homil. 33. Origen.
& ait : *De muliere ſecundum Lucam non eſt*
*dictum* ; Amen dico vobis ubicumquee prædi-
catum fuerit Evangelium hoc in toto mundo,
dicetur, quod hæc fecit in memoriam ejus :
*De*



*De muliere autem ſecundum Matthæum , hoc ſcriptum eſt : Iuſtum enim erat , non de illa , quæ unxerat pedes , ſed de hac , quæ unguentum effuderat ſuper caput ejus dici ; Ubicunque prædicatum fuerit Evangelium hoc in toto mundo dicetur , quod hæc fecit in memoriam ejus :* Maximè inſignis hujus facti eſt commendatio cùm unguentum totum effuſum fuerit, ut nihil illius in vaſe remanſerit. In his quæ ad Dei famulatum ſpectant totum eſt impendendum, ac perſolvendum, & ne minimum quid eſt prætermittendum.

# CAPUT VI.

POſt hæc abiit Jeſus trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis : 2.
Et ſequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna quæ fa-
ciebat ſuper his, qui infirmabantur. 3. Subiit ergo in montem Jeſus :
& ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. 4. Erat autem proximum Paſcha,
dies feſtus Judæorum. 5. Cùm ſublevaſſet ergo oculos Jeſus, & vidiſſet quia
multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum : Unde ememus panes,
ut manducent hi ? 6. Hoc autem dicebat tentans eum ; ipſe enim ſciebat quid
eſſet facturus. 7. Reſpondit ei Philippus : Ducentorum denariorum panes non
ſufficiunt eis, ut unuſquiſque modicum quid accipiat. 8. Dicit ei unus ex diſ-
cipulis ejus, Andræas frater Simonis Petri : 9. eſt puer unus hîc qui habet
quinque panes hordeaceos, & duos piſces : ſed hæc quid ſunt inter tantos ? 10.
Dixit ergo Jeſus : facite homines diſcumbere. Erat autem fœnum multum in lo-
co. Diſcubuerunt ergo viri, numero quaſi quinque millia. 11. Accepit ergo Jeſus
panes ; & cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus : ſimiliter & ex piſci-
bus quantum volebant. 12. Ut autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis : colli-
gite quæ ſuperaverunt fragmenta, ne pereant. 13. Collegerunt ergo, & im-
pleverunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis
& duobus piſcibus quæ ſuperfuerunt his qui manducaverunt. 14. Illi ergo ho-
mines cùm vidiſſent quod Jeſus fecerat ſignum, dicebant : quia hic eſt verè
Propheta, qui venturus eſt in mundum. 15. Jeſus ergo cùm cognoviſſet quia
venturi eſſent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in mon-
tem ipſe ſolus. 16. Ut autem ſerò factum eſt, deſcenderunt diſcipuli ejus ad
mare 17. Et cùm aſcendiſſet navim venerunt trans mare in Capharnaum ; &
tenebræ jam factæ erant, & non venerat ad eos Jeſus. 18. Mare autem, vento
magno flante, exurgebat, 19. Cùm remigaſſent ergo quaſi ſtadia viginti quin-
que, aut triginta, vident Jeſum ambulantem ſupra mare, & proximum navi
fieri, & timuerunt. 20 Ille autem dicit eis : Ego ſum, nolite timere. 21. Volue-
runt ergo accipere eum in navim : & ſtatim navis fuit ad terram in quam ibant
22. Altera die turba quæ ſtabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi
niſi una, & quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Jeſus in navim, ſed ſoli diſci-
puli ejus abiiſſent. 23. Aliæ verò ſupervenerunt naves à Tyberiade juxta locum
ubi manducaverunt gratias agentes Domino. 24. Cùm ergo vidiſſet turba, quia
Jeſus non eſſet ibi, neque diſcipuli ejus, aſcenderunt in naviculas, & venerunt
Capharnaum quærentes Jeſum. 25. Et cùm inveniſſent eum trans mare, dixe-
runt ei : Rabbi, quando huc veniſti ? 26. Reſpondit eis Jeſus, & dixit : Amen
amen dico vobis ; quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex
panibus, & ſaturati eſtis, 27. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet
in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater ſignavit
Deus. 28. Dixerunt ergo ad eum : quid faciemus ut operemur opera Dei ? 29.
Reſpondit Jeſus, & dixit eis : hoc eſt opus Dei ut credatis in eum quem miſit
ille. 30 Dixerunt ergo ei : quod ergo tu facis ſignum ut videamus, & credamus
tibi ? quid operaris ? 31. Patres noſtri manducaverunt manna in deſerto ſicut
ſcriptum eſt : Panẽ de cœlo dedit eis manducare. 32. Dixit ergo eis Jeſus : Amen,
amen dico vobis : non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat
vobis panem de cœlo verum 33. Panis enim Dei eſt qui de cœlo deſcendit, &
dat vitam mundo. 34. Dixerunt ergo ad eum : Domine ſemper da nobis panem
hunc. 35. Dixit autem eis Jeſus : ego ſum panis vitæ : qui venit ad me, non eſu-
riet : & qui credit in me, non ſitiet unquam. 36. Sed dixi vobis, quia & vidiſtis
me, & non creditis. 37. Omne quod dat mihi Pater ad me veniet, & eum qui

venit ad me, non ejiciam foras: 38. quia deſcendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me, 39. Hæc eſt enim voluntas ejus qui miſit me Patris: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die. 40. Hæc eſt autem voluntas Patris mei, qui miſit me: ut omnis, qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die 41. Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixiſſet: ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. 42. Et dicebant: Nonne hic eſt Jeſus filius Joſeph, cujus nos novimus patrem, & matrem? quomodo ergo dicit hic: Quia de cœlo deſcendi? 43. Reſpondit ergo Jeſus, & dixit eis: Nolite murmurare invicem: 44. nemo poteſt venire ad me niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. 45. Eſt ſcriptum in prophetis, & erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me. 46. Non quia patrem vidit quiſquam, niſi is qui eſt à Deo, hic vidit Patrem. 57. Amen, amen dico vobis qui credit in me, habet vitam æternam. 48. Ego ſum panis vitæ. 49. Patres veſtri manducaverunt Manna in deſerto, & mortui ſunt. 50. Hic eſt panis de cœlo deſcendens: ut ſi quis ex ipſo manducaverit, non moriatur. 51. Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducaverit ex boc pane: vivet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. 52. Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? 53. Dixit ergo eis Jeſus: Amen, amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem: non habebitis vitam in vobis. 54. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. 55. Caro enim mea verè eſt cibus & ſanguis meus verè eſt potus. 56. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in manet, & ego in illo. 57. Sicut miſit me vivens Pater & ego vivo propter patrem: & qui manducat me, & ipſe vivet propter me. 58. Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit. Nõ ſicut manducaverunt patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. 59 *Hæc* dixit in Synagoga, docens in Capharnaum 60. Multi ergo audientes ex diſcipulis ejus dixerunt: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? 61. Sciens autem Jeſus apud ſemetipſum quia murmurarent de hoc diſcipuli ejus, dixit eis: hoc vos ſcandalizat? 62. Si ergo videritis filium hominis aſcendentem ubi erat prius? 63. Spiritus eſt qui vivificat, caro non prodeſt quicquã. Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. 64. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jeſus qui eſſent non credentes, & quis traditurus eſſet eum 65, Et dicebat: Propterea, dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me niſi fuerit ei datum à Patre meo 66. Ex hoc multi diſcipulorum ejus abierunt retro, & jam non cum illo ambulabant. 67. Dixit ergo Jeſus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? 68. Reſpondit ergo ei Simon Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: 69. Et nos credimus, & cognovimus, quia tu es Chriſtus filius Dei. 70 Reſpondit ei Jeſus, Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis unus diabolus eſt; 71. Dicebat autem Judam Simonis, Iſcariotem: hic enim erat traditurus eum, cùm eſſet unus ex duodecim.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus*

*Primo, Verſ.* 1. Chriſtus D. quinque panibus, & duobus piſcibus quinque millia hominum paſcit; quod explanavi tom. 3. in Evangelia, cap. 33. De quo hîc etiam aliquid dicam.

*Secundò, Verſ.* 17. Grandi tempeſtate urgente ambulat Jeſus ſuper mare; quod expendi tom. 3. cap. 34. & vide de hac re ſupra Matth. 14.

*Tertiò, Verſ.* 26. Agit Chriſtus de cibo ſpirituali animæ, & inde grandem ac gravem ſermonem inſtituit de *Sacra Euchariſtia*: Dequo latè dixi tom. 3. in Evangel. cap. 35. & hic etiam dicam.





Saturantur quinque millia.

## QUÆSTIO I.

*Quare Chriſtus Dominus omnia ſciens conſilium init cum Philippo, & non cum Iuda, vel alio ex Apoſtolis?*

1. SCRIBIT Noſter Evangeliſta in præſenti, quod *abiit Jeſus trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis*: De hoc præclaro Evangelio, ac magno miraculo latè tractavi tom. 3. c. 93. per q. 27. & ex ibi dictis pro ampliori doctrina, nunc inquiro.

2. Primò: *dicit ad Philippum*: *Vnde ememus panes ut manducent hi?* Conſiliũ à miniſtro exigit bonus princeps, verè ſapiens; cum ipſe tamen optimè ſciret-*Quid eſſet facturus*: ſic monet Salomon Proverbior. 19. n. 10. *Audi conſilium, & ſuſcipe diſciplinam*: ad cujus rei inſtructionem magnum documentum nobis præbet ipſe omnipotens Deus apud Iſaiam, magno collecto Seraphinorum ſenatu cap. 6. n. 8. diſquirit: *Quis ibit nobis*? pro noſtra cauſa, ac negotio agendo, quod conſultandi forma eſt, teſte D. Hieronymo; quod autem Deus conſultat, ait ibi Lyranus: *Non ex ignorantia, ſed ad injungendum negotium convenientius*: Deus omnia ſciens optimè noverat quid agendum; ut diſcant homines magna magno cõnſilio diſponere, ac ordinare, inde tanquam conſilium init Deus. Hinc Salomon ſapientiſſimè à Deo inſtructus 3. Reg. 4. num. 30. & tamen ſenes magnos ſibi conſiliarios voluit adjungere; ut exprimit Text. 3. Reg. 12. num. 6, Ubi Roboamus: *Init conſilium cum ſenioribus: qui aſſiſtebant coram Salomone patre ſuo cum adhuc viveret*: quibus ſenatoribus Præfectum Azariam docet Pineda lib 5. de Salom. c. 13. ex text. 3. Reg c. 4. n. 5. Ubi dicitur: *Erat Azarias ſuper eos, qui aſſiſtebant regi.*

Prov. 19. — Iſa. 6. — D. Hieron. — Lyran. — *Deus conſilium init ut nos inſtruat.* — 3. Reg. 4. — 3. Reg. 12. — Pineda. — 3. Reg. 4.

3. Secundò: *Dicit ad Philippum*: Cur potius Philippum, quàm alium ex Apoſtolis in conſilium vocat Chriſtus? Multa de hac re dixi citato cap. 33. quæ. 8. 9. & 10 quæ non ſunt repetenda, cur non Judam, quia ut ibi dixi ex Joanne. 12. num, 16. *Fur erat, & latro*: & inde pecuniæ cupidus maximè ineptus conſiliarius; nam ut ait Liv. Decad. 5. *Privatæ res ſemper efficere, efficientque publicis conſiliis*: & Cæſar. in Catilin. *Haud facilè animus verum providet, ubi pecuniæ officiunt*: Volens Apoſtolus oſtendere excellentiam ſuæ doctrinæ, recta, ac ſancta conſilia, & documenta, quæ dabat de ſalute, ſic ſcribit ad Theſſalonicenſes 1. cap. 2. n. 5. *Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, neque in occaſione avaritiæ, Deus teſtis eſt*: Ut Apoſtolus ſuis dictis magnam auctoritatem conciliet utrumque à ſua doctrina excludit, nam qui occaſionem avaritiæ quærit, adulando, placentia dicit, ut ſuum lucrum facilè valeat comparare qui opes tradit, adulari neſcit, ad quod maximè movetur auri affectus; ubi enim ille regnat nulla poteſt eſſe ſancta, & vera doctrina, nec ſanum, ac bonum conſilium, Valde miribile! quod homines horrendam, ac terribilem beſtiam adorarent, habetur Apocalypſ. 13. num. 1. Apparet beſtia habens capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper cornua ejus decem diademata, & quæ corpore referebat pardum, pedibus urſum, ore leonem, ad tale horibile ſpectaculum quid fecerunt homines? *adoraverunt beſtiam, dicentes quis ſimilis beſtiæ*? Ibid. n. 4. unde homines in talem cogitationem devenire potuerunt, ut tremendam ac formidoloſam beſtiam adorarent, à cujus aſpectu maximè videbatur fugiendum? non mireris! habebat *diademata decem*, quæ ut multis placet, erant aurea, & ubi aurum reſplenduit commune, inter homines conſultum fuit beſtiam honore ſacro venerari, totusque illius formidoloſus horror auri colore temperatus in elegantem pulchritudinem verſus eſt: Rup. lib. 8. in Apocalypſ. ait: *Qui Mammonæ jam dudum ſervi fuerant, quid miraris, quod beſtiam adoraverunt habentem divitias, & valentem dare aurum, & argentum.*

Joan. 12. — Livius. — Cæſar. — Theſſ. 2. — *Conſiliarius, auri cupdus ineptus.* — Apoc. 13. — *Aurum adorant homines.* — Rupert.

## QUÆSTIO II

*Quare Chriſtus Dominus tamſollicitè interrogat, Vnde ememus?*

4. CHriſtus Dominus omnia ſciens, valdè ſedulè à ſuis interrogans quærit: *Unde ememus?* quod multis tractavi citato cap. 33. Nunc verò inquiro Cur Dominus noſcens turbarum famem ac panis paucitatem apud ſuos exiſtentem, voluit ſecum in deſerta loca tantam multitudinem extrahere cum bene agnoſceret eorum blaſphemicam conditionem, nam patres eorum fameſcentes in deſerto contra Dominum dixerunt Pſalm. 77. num. 19. *Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? quoniam percuſſit petram & fluxerunt aquæ ... nunquid panem poterit dare?* Quam blaſphamiam ex fame in deſerto, ut dominus tolleret radicitùs eos in deſertum traxit, oſtendens de ipſa ſterilitate poſſe producere magnam abundantiæ copiam, cum ibi adſit Jeſus omnium Dominus D Baſilius Seleuc orat. 33. & ait *Aderat qui terræ latera ad fructificandum excitat: Diſſolvit antiquam Iudæorum criminationem, & inſatiabilem voracitatem. Non enim amplius dicere valuerunt, Nunquid & panem poterit dare in deſerto? ecce enim præ panis copia coanguſtiatur eremus.* Ipſum deſertum ſterile ſolum, & ipſammet rerum penuriam ditare volens, eos Dominus adducit in deſertum, ut antiquam ſuorum patrum calumniam confundat, & comprimat, dum eos Dominus tanta abundantia paſcit, ut ipſum deſertum eſſet anguſtum, & limitatum ad tantam panis copiam capiendam: *ecce enim præ panis copia coanguſtatur eremus*: ibi enim maximè relucet Divina omnipotentia dum ex ipſa rerum penuria, ac ſterilitate facit abundantiam *Cumque elevaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ* Num. 20.

Pſal. 77. — D. Baſil. Sel. — *Divina omnipotentia ex penuria facit abundantiam* — Num. 20.

num. 11. non percuſſit petram aliquam, ut Exod. 17 num. 6. ſed *ſilicem*: quæ eſt petra duriſſima valdè ſicca ſine ullo humore inepta ad quam, & valdè prompta ad generandum ignem, ut ibi notant Abulenſis, & alij, ut ita ibi maximè reluceret divina virtus, dum ex ipſamet ſterilitate aquarum illarum fluenta prorumpunt.

Exod. 17.

Abulenſ.

5. Secundò: Solus Chriſtus Dominus agit de paſcendis his hominibus, ipſe duxerat eos in deſertum, & erant filij eorum, qui antiquitus obmurmuraverunt contra Deum dicentes: *Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto?* ne antiquam ſuorum majorum blaſphemiam repetant, ideo de eis paſcendis Dominus providet. Iterum redeat citatus Baſilius, *Non autem amplius dicere valuerunt, nunquid & panem poterit dare in deſerto*: Filij enim à ſuis parentibus mores ebibunt, ac trahunt. Vide ſupra Matth. 23. quæſt. 5. n. 55 56. 57. & Luc. 13. quæſt. 6. num. 44. & Joan. 2 quæſt. 2. n. 7. & 8.

Pſal. 77.

D. Baſil. Sel.

*Filii parentum mores ebibunt.*

6. Tertiò: Chriſtus ſuis auditoribus, ac aſſeclis ſublimem & altam doctrinam dabat, nunc verò maximè ſollicitum ſe oſtendit, ac præbet pro eis paſcendis, ac alimentandis. *Unde ememus panes?* ut normam det paſtoribus, ut Eccleſiarum prælatis, quod non ſolum debent ſpiritualia, ſed etiam temporalia ſubſidia ſuis ſubditis providere, ſuiſque pauperibus ſubditis cibos parent ad alimoniam. Maximè Chriſtus Dominus laudat in ſua dilecta ſponſa: *Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa pulchriora ſunt ubera tua vino*: Cantic. 4 num. 10. Non unum pectus, ſed duo: *mammæ ubera*: laudat Dominus in ſua ſponſa, cùm in ipſa unum tantùm oculum commendet: *Vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum*: Cantic. 4. num. 6. Oculus unus, ubera duo; Quid his ſignificatur? Oculus unus, qui ſpectat ad regimen, ac gubernationem, ut ſuos habeat in unitate, charitate, ac conformitate, at ubera duo habeat Eccleſiaſticus prælatus ad ſuos nutriendum, ac alimentandum tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus, ut ita lacte doctrinæ, lacte que ſubſidij eos paſcat, ac reficiat. Gillibertus Abas ſerm. 31. in Cantica ait: *His uberibus geminis erga ſubditos abundare debet, qui doctoris, & patris in Eccleſia locum occupat, his muniri mammis à dextris, & à ſiniſtris, ut qui ei commiſſi ſunt, potentur à lacte, & ſatientur ab uberibus conſolationis ejus. Harum alteram reputa ſiniſtram, alteram dexteram; ſiniſtram in temporalibus ſubſidiis, dexteram in ſpirituali conſolatione.*

Cant. 4.

Cantic. 4.

*Prælati Eccleſiaſtici ſuis præbeant ſubſidia in ſpiritualib. ac temporalibus.*

Gillibert.

7. Obiicies tamen: Ad populum Iſraeliticum loquens Iſaias Propheta 60. num. 16. *Mamilla regum lactaberis*: Ecce ſuperioribus unam tantùm mamillam attribuit Propheta, & non duas: ergo una tantùm eſt neceſſaria; Aliud eſt loqui de Regibus, aliud loqui de prælatis Eccleſiaſticis, Rex unam tantùm mamillam habet, ad ſuos ſubditos in temporalibus fovendos: *mamilla regum lactaberis*: non enim debet ſe intromittere in ſpiritualibus, quia hoc ad prælatos Eccleſiaſticos ſpectat qui in ſpiritualibus, ac temporalibus debent providere; ſic pergit citatus Gillibertus: *Mamilla, inquit Iſaias, non mamillis eò quòd regum eſt temporalibus præcipuè bonis Eccleſiam fovere; hæc enim ſiniſtra ejus eſt, in qua ſunt divitiæ, & gloria.* Sicut ad principes Eccleſiaſticos pertinet, in utroque foro ſuos fovere; ſic & ad res ſæcularias; & extra meſſem non debent mittere manum.

Iſai. 60.

*Rex in ſecularibus, non ſpiritualib. ſe intromittat*

Gillibert.

8. Quartò: in tanta rerum neceſſitate, qua tanta multitudo gentium premebatur, nullus eſt qui cogitet de remedio, nec aliquis ex Apoſtolis, nec aliquis ex tanta multitudine, ſed ſolus Jeſus *Unde ememus panes?* Ipſe meus Jeſus, ut ait Paulus 2. Corinth. 8. num. 9 *Propter nos egenus factus eſt*: Inde multas incommoditates pertulit in corpore; exinde maximè allicitur ad miſerandum ſuper his, qui talia patiuntur; ut ait ipſe Apoſtolus Hebræor. 4. n. 15. *Non enim habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris tentatum per omnia*: inde ad hos maximè afficitur, ut eis provideat, non ſolùm temporali, ſed etiam cæleſti pabulo. Ait Iſaias. 55. num. 1. *Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite.* Cùm Univerſalis omnium Dominus omnes invitet, tamen ſpecialiter, ac inſigniter eos, qui non habent argentum. Quare ij præ cæteris vocantur quando in hoc convivio erant omnes cœli divitiæ acquirendæ; Unde tantus affectus in eos, qui non habent argentum? Chriſtus pro nobis egenus factus eſt, argentum non habens, merito ergo ad ejus convivium, ac conſortium hi vocantur præ cæteris, qui in abnegatione argenti ei conformantur, ac ſimiles fiunt D. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto. c. 18. ait: *Manducare ſine argento, ut cum acquirat, qui non habet argentum.* Qui pauper & ſine argento eſt, maximè Chriſto proportionatur ſingulariter ad eum afficitur, ut illius particeps fiat.

2. Cor. 8.

Hebr. 4.

*Maximè allicitur Chriſtus ad neceſſitatibus laborantes*

Iſais 55.

D. Ambroſ.

---

## QUÆSTIO III.

### *Quare Chriſtus Dominus ad ſatiandam tantam hominum multitudinem, gratias agens, panes in manibus accipit?*

9. Ait noſter text. *Accepit Ieſus panes, & cum gratias egiſſet diſtribuit diſcumbentibus.* De quo multa dixi citato c. 3. q. 17. 18. 19. & ut ibi notavi Expoſitione 9. Cum dicitur Accepit panes, & diſtribuit; idem ſimiliter intelligitur de piſcibus præparatis, & apti ad manducandum; nam ſub pane, tanquam principali alimento cætera obſonia intelliguntur; ut ex illis verbis dictis Adamo Gen. 3. n. 16. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*: id eſt: Omne, quod terra parturit. Colligit D. Greg. Nyſſen. Orat. Domini 4. dicens: *In ſudore vultus tui veſceris pane. Vides Verbi ſermonis primam obſonii confectionem? ſufficit tibi, ad hunc uſum uſque mente occupare.*

Text.

*Sub pane cætera alimenta intelliguntur.*

Gen. 3.

D. Nyſſen.

10. Ait Evangeliſta: *cùm gratias egiſſet, panes diſtribuit*: ad tantum miraculum præmittens orationem. Pro qua re profundè audiendus eſt Tertullian. in Apologetic. c. 36. & ait: *Non prius diſcumbitur, quàm oratio ad Deum prægu-ſtetur, Editur quantum eſurientes capiant, bibitur quantum pudicis eſt utile*: Non enim prius proponenda, ac deſcribenda eſt menſa, *quàm oratio ad Deum prægustetur*: Nam cum ipſa oratione jam ſuaviter cibus delibatur, antequam apponatur, Oratio eſurientibus elimoniam præſtat, & expetitas epulas palato reddit ſuaves, ac utiles. Hanc Chriſtus D. *non prius deſcribitur*: ad miraculum operandum, *quàm oratio ad Deum prægustetur*; Ut eſurientes paſcat: nam oratio ab ipſa divina benignitate quidquid vult, extorquet. Dicitur Jonæ 2. n. 2. *Erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus, & oravit Ionas ad Dominum Deum ſuum, de utero piſcis, & dixit: Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me*: Fuit propheta in utero belluæ tribus diebus, per quod tempus, à quo cibus ei proviſus eſt; ab ipſa nempe oratione, quæ eum alimentavit: *Editur, quantum eſurientes capiant.* Illud tamen maximè ponderandum, quod ait: *Oravit Ionas ad Dominum Deum ſuum de utero piſcis, & dixit: Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me*: Ille orabat ad Dominum pro exitu ab illo periculo; & tamen cum adhuc eſſet intra ventrem belluæ, & actualiter in ipſomet periculo. Unde noscit, ac deprehendit, quòd oratio ſua erat exaudita, ac ſi à tanto diſcrimine jam evaſiſſet; Ex eo quòd oravit firmâ fide, quâ interpoſitâ felicem rei eventum jam credidit obtentum, & maximè cùm jam per tres dies in utero belluæ ſervabatur incolumis, quod totum effectum eſſe ſuæ orationis bene agnoverat Theophylactus: *Per hoc quod in utero ſervatus eſt, incipit credere, quod vitam denuò ſit recepturus.* Ac ſi unum beneficium ab oratione perveniens multa ſecum adducat.



*Oratio ante menſam cibos parat.*

Ionæ. 2.

*Oratio quidquid exquirit, jam habet.*

Theopyl.

11. Ad quæſtionem: *Accepit panes, & diſtribuit diſcumbentibus quantum volebant*: Alij Codices habent: *Quantum volebat*: Per quod oſtenditur, ut citato capit. 3. Expoſit. 9. notavi, ſumma eorum obedientia erga Chriſtum, ſummaque conformitas voluntatum eorum cum Chriſti voluntate; ita ut iſti Aſſeclæ nihil aliud volebant, quàm id quod Chriſtus volebat. De quo vide ſupra Matth. 8. q 1. n. & cap. 20. q 2. n. 7. & Luc. 23. n. 6.

*Valde præclara eſt conformitas cum divina voluntate.*

12. *Accepit Ieſus panes*: quæ verba præclarè ponderat D. Baſilius Seleuc. Orat. 33. & ait: *O quas tunc res videre fuit, panes pariebant panes, & menſæ alimento extemporario differtæ erant: panes abſque ruſticano ſudore parti, non de ſpicis erumpebant, ſed de Domini manu efflorebant.* Unde tam ampla panum ſeges exorta fuit nullus, ager cultus, nulla hominum induſtria valuit tantam panis abundantiam exhibere; ſed una Dei manus tantam multiplicationem dedit: *Sed de Domini manu efflorebant.* Ubi una Dei manus adeſt, nihil aliud exigitur ut ampliſſimæ omnium rerum ſegetes exurgant. Dicebat illa Dei dilectrix. Cantic. 4. n. 16 *Surge Aquilo, & Veni Auſter; perfla hortum meum, & fluent aromata illius*: Et ſtatim immediatè cap 5. n. 1. ait: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum*: Modò tanto affectu Auſtrum exoptabat, ut ejus placidiſſimo flatu hortus fœcundaretur, in magnos flores & fructus germinaret; at modò jam Auſtrum non requirit, ſed tanquam illius oblita, ſolùm de ſuo dilecto eſt ſollicita: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum*: Gillibertus ſerm. 11. in Cantica: *Veniat, inquit, dilectus meus in hortum ſuum: Ad me quid Auſtrum invitat? Ipſe veniat, & ſufficit mihi. Ipſe Auſter eſt meus, Ipſe aroma eſt meum.* Qui pauca & limitata quærit, Auſtrum & ventos deſideret: At qui ſuperabundantem exuberantiam affectat, ſolum Deum exquiret, qui pro omnibus aliis eſt abundans, & ingentes, ac uberes proventus elargitur.

*Non ex creaturis, ſed ex Deo ingens abundantia.*

Cantic. 4.

Cantic. 5.

Gillibert.

13. Tertiò: Iterum veniat citatus D. Baſilius Seleucus: *Cùm accepiſſet ergo Ieſus panes, dedit diſcipulis ſuis. O quas tunc res videre fuit, panes pariebant panes*: &c. Accepit Jeſus panes in manibus, quos unus puer ſecum afferebat, in copioſam, aut magnam ſegetem dedit dicipulis, ut diſtribuerent Per turbas, *in quantum volebant*; Ecce ex paucis panibus Jeſus datis, ingentes panis ſcaturigines dimanant. Ecce ſublimis, & alta conditio magni principis! Si pauca accipit, multiplicato fœnore magna impendit, ac largitur. Sub ſpicie trium Angelorum venit Deus ad Abraham, ejus domum intrat, oblato prandio, ex ejus madato componit Sata tria ſata farinæ, & ipſe Abrahamus ad armentum cucurrit, & inde tulit vitulum tenerrimum, quem coxit, & apponit ad menſam: *Cumque comediſſent, dixerunt ad eum, Ubi eſt Sara uxor tua?* : : : *Revertens veniam ad te tempore iſto, vita comite: & habebit filium Sara uxor tua*: Geneſ. 18. n. 9. Valde notandum: Intrat Deus tugurium Abraham, aſtatque ibi per tempus conſiderabile, dum, nempe vitulus de armento tollitur, ac componitur ad menſam, ſicut & panes ex farina, & nullum benevolentiæ verbum legitur habitum cum Abrahamo: At verò, *cùm comediſſent*, vitam, & filium exoptatiſſimum promittunt, quod nihil ei gratius poterat eſſe. Cur non antea cum per tantum tempus morantur in domo, ſed modo *cum comediſſent*? Ut inde Abrahamus cognoſceret majeſtatem, & excellentiam ſui hoſpitis, quod ex paucis acceperat, magnas & amplas gratiaram largitates effundebat; pauca recipit, & largiſſima impendit. Eleganter D. Chryſologus. ſerm. 69. ait: *Cùm ad Abraham velut hoſpes adventat, invitatus tota dignatione ſuccedit, oblata non reſpuit. Hinc eſt, quòd emortua mox ſenis membra reviviſcunt, ſterilis vetulæ jam viſcera ſuſcitantur extincta, & natura in vivo cadavere jam ſepulta, proditura ſuum reſurgit authorem, & generat plurimos tranſacto jam tempore*: Ex quo Deus ab Abrahamo cibum ſumpſit, nullus valet numerare quot, & quanta beneficia in ipſum ſint collata; ex parvo dono magna gratiarum flumina exundarunt in ipſum.

Gen. 18.

*Magnus Princeps ex accepto multa largitur.*

D. Chryſol.

14. Circa oblata Deo facienda mandavit Deus Moyſi Numer. 19 n. 2. *Iſta eſt religio victimæ, quam conſtituit Dominus. Præcipe filiis Iſraël, ut adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ*: Quæ verba ſic legit D. Cyrillus cap. 4. in Oſeam. *Loquere filiis Iſraël, accipiant ad ſe vaccam rufam*: Quomodo hæc cohærent? ſi lex præcipit, ut hoſtiam Sacerdoti adducant ad offerendum, quomodo dicitur, quod ipſe offerens accipiat? Citatus D. Cyrillus: *Oblatum enim Deo, & paratum in ſacrificium ad emundationem, dicebatur accipi: & poſitum eſt*

Num. 19.

D. Cyrill.

*Quod Deo das adauctū recipis.*

*eſt vocabulum huic rei exprimendæ imprimis idoneum*: Appoſito vocabulo, id quod Deo aufertur, dicitur accipi ab ipſo offerente, *accipiens ad ſe*. Et valde cumulatè, nam aufertur tanquam quid temporale, accipitur tanquam quid ſpirituale ad emundationem, ac ſanctificationem: *Oblatum enim Deo, & paratum in ſacrificium ad emundationem.*

15\. Joan. I. Joan Baptiſta unum teſtimonium dedit de Chriſto: Joan.1.n.29. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Quod præclariſſimum teſtimonium erat Divinitatis Chriſti: *Quis enim* Luc. 5. *poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus?* Luc. 5. num. 21. At cum Joan. eſſet in vinculis multa, & præclara teſtimonia, ac encomia Chriſtus proclamat de ipſo Matth. 11. n. 7. *Cœpit dicere de Joanne. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam ... Quid exiſtis videre? prophetam? etiam dico vobis, pluſquam prophetam. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam ... Amen dico vobis non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta.* &c. Ecce grata Chriſti viciſſitudo erga Joan. Pro uno verbo illius prolato, multam eructat Divinű Verbum in Joan. laudem. Rup. lib. 9. in Matth. ait: *Præterire non libet, qui teſtimonium teſti ſuo Joan. pulchra viciſſitudine reddens teſtis iſte congruum initium ſumpſit.*

Matth. 11.

*Ampla Dei viciſſitudo ad noſtra obſequia.*

Rupert.

---

## QUÆSTIO IV.

*Quare tam diligenter magnificus Dominus mandat colligere fragmenta?*

16\. Ait Noſter Evangeliſta: Cùm impleti fuiſſent dixit *Jeſus ſuis diſcipulis: colligite, quæ ſuperaverunt fragmenta*: Quod latè explicavi citato c. 3. à q. 20. uſque ad 26. Nunc verò aliqua hic etiam proferamus, & à primò, mandat ſervari illa ad perpetuam memoriam tanti beneficij, nam homines utpote ingratiſſimi beneficij heri accepti hodie obliviſcuntur, Exemplum eſt in promptu in hoc cap. 6. Joan. n. 11. ex panibus, ac piſcibus. *Diſtribuit Ieſus quantum volebant*: & tamen ſequenti die, cum Chriſtus D. altiſſimum ſermonem habuiſſet de pane ſpirituali, dicűt Judæi ibid. n. 30. *Quod tu ſignum facis, ut videamus & credamus? Quid operaris? Patres noſtri manducaverunt manna*, &c. O ingratiſſima hominű cődito! heri Chriſtus ſupremum, ac magnificum miraculű edidit in eorum oculis, dum ex quinq; panibus quinq; millia hominum fameſcentium in deſerto ſatiavit, & tamen hodie malignè dicunt: *Quod ſignum facis quid operaris?* Ac ſi tam prodigioſum miraculum non fuiſſet magnum ſignum, magnumque opus. Euthymius: *Dicunt: Quid operaris? &c. ac ſi nihil accepiſſent, obliviosi & ingrati*: Sic frequenter homines panem comedunt, ventrem implent, & memoriam ex accepto beneficio evacuant.

Ioan. 18.

*Homines beneficio quod heri acceperunt, hodie obliviſcuntur.*

Euthym.

17\. Secundò: *colligite, quæ ſuperaverunt fragmenta, & collegerunt duodecim cophinos.* O præclarum documentum divitibus, & magnatibus! Comedant qui ſunt invitati, & hi ad quos menſa ſpectat; ſuperſint tamen fragmenta, ut in pauperes diſtribuantur. Ex quo diſcant divites à menſa ſua pauperibus elargiri; ideo dives ille Avarus ſepultus eſt in inferno, quia *epulabatur quotidie ſplendidè*: Et nec unam micam panis pauperi Lazaro dabat Luc. 16. Ex quo rectè monet Jacobus Apoſtolus in ſua Canonica c. 5. n. 5. cum divitibus loquens: *Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt.* Syrus legit: *Opulentia veſtra corrupta eſt, & fœtet, & veſtimenta veſtra conſumpta ſunt à tinea*: Illud corrumpitur, ac fœtet, & conſumitur à tinea veſtimentum, quod non evolvitur: evolvant, evolvant divites divitias ſuas ad manus pauperum, ne corrumpantur, ſed ut bonum odorem exhalent, & illæſæ in cælo ſerventur. Oecumenius ait: *Divitiæ veſtræ, quas ſicut ignem theſaurizaſtis, comedent carnes veſtras; putredo autem divitiarum, & comeſtio indumentorum à tineis, & ærugo auri, & argenti contra vos teſtificabuntur, & avaritiam veſtram arguent, quòd minimè eas diſtribueritis volentibus. Iratus in extremis diebus, adveniet, ſcilicet, Domini, divitias veſtras ſicut ignem, in perniciem veſtram recondidiſtis, & theſaurizaſtis reperietis.* Vide verb. *Eleemoſyna: Pauper.*

Luc. 19. Jacob. 5.

*Pereunt opes ſi pauperib. non communicantur.*

Oecumen.

18\. Tertiò mandat Dominus: *Colligite quæ ſuperaverunt fragmenta*, quæ erant ex panibus ſacris cùm ergo Chriſtus D. panes illos accepiſſet in manib. ſuis ſanctiſſimis eos maximè conſecravit indeque jubet colligi fragmenta, ne illa, quæ erant ſacra in uſus profanos converterentur. Phariſæi & ſacerdotes Judæorum non videntes à Juda nummos in templum refundi, dicebant: *Non licet eos mittere in corbonam quia pretium ſanguinis eſt. conſilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum.* Matth. 27. n. 7. Cur homines avariſſimi, & appetitu pecuniæ maximè fervidi, non magis ſibi nummos attribuunt, & apud ſe retinent? Hoc autem ex divino afflatu factum eſt. Horret enim ſemper meus Ieſus quod pretium ſanguinis ſui, qualia ſunt bona temporalia Eccleſiaſtica, ac ei conſecrata, profanis inſumantur ſumptibus, & non potiùs ad pauperum uſum convertantur D. Ambr. ſerm. 51. ait: *Providentia Dei factum puto ut pretium Salvatoris, non peccatoribus ſumptum præbeat, ſed peregrinis requiem miniſtret.*

Matth. 27. *Eccleſiaſt. profanis rebus non applicanda.*

D. Ambroſ.

---

## QUÆSTIO V.

*Quare duodecim cophini colliguntur nec plures, nec pauciores.*

19\. Text. Ait Evangeliſta in præſenti: *Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum*: de quo diſſerui c. citat. 33. q. 24. 25. de hoc adæquato duodenario numero maximè admiratur Chryſoſt. hom. 41. in Joan. & ait: *ego autem non ſolum admiror multitudinem panum, quæ facta eſt, ſed certitudinem ſuperfluorum quia neque plus, neque minus fecit ſuperfluum eſſe.* Magno doctori Chryſoſt. magna ſuperfluorum admiratio eſt, ut ex tanta millium menſa, nec plus nec minus ſupereſſet quàm

D. Chryſoſt.

*Mirabile duodecim cophini,*



adæquatè duodecim cophini pro duodenario Apoſtolor. numero, ut & ipſius Chryſoſt. & aliorum eſt communis ſententia, de quo multa dixi citata q. 25. nunc verò adde.

20\. Reſpondeo primò: Sacri Apoſt. jejuni, ac fameſcentes, ſicut cæteri de turba, in panibus diſtribuendis fuerunt optimi miniſtri, adimplentes Domini mandatum, nihil ſibi aſſumentes, nec reſerantes: inde Divina providentia factum eſt, ut ſupereſſent duodecim cophini, in magnum documentum noſtrum; quia ſi miniſter fideliter, ac purè communia bona diſpenſat, ipſa ſuperſunt, & abűdant, ut alij, & ipſe, ac domus ejus comedat, impleatur, & nullius rei indigeat. Prævidens Joſeph venturam famem per ſeptem annos magnam copiam frumenti congregavit in Ægypti horreis, ſupervenienti fame per ſeptem annos, omnes provinciæ veniebant in Ægyptum ut emerent panem: Gen. 41. n. 5. & quæ horrea poterant capere panem pro alimentando toto Ægypto totoque orbe, Gen 47. n. 13. per ſpatium ſeptē annor. Joſeph diſpenſabat frumentum pro omnibus cum pondere, & menſura, ut conſtat ex citato c. 42. Et notant Expoſitores Abul. Lyran, Oleaſt. Pereira etiam cum eo pondere, ac menſura providebat ſuis: Gen 47. n. 12. dicitur: *Et alebat eos, omnemque domum patris præbens cibaria ſingulis.* Cajet ex Hebr. legit: *Præbens cibaria ſingulis, panem ori parvulis*: & eſt ſenſus, ait Cajet. *Quod pavit domum patris ſui pane tanquam dando ori parvulorum*: Id eſt, cum ſtricta, ac determinata menſura dividit, ac partitur pro ſuis, ac aliis, ſemper bona ſuppetunt pro ſe, ſuis, ac aliis, & toto orbe; æqualis fidelitas miniſtri parturit ſatietatem, & ut nullus indigus ſit.

Gen. 41.

Gen. 47.

Abulenſ. Lyran. Oleaſter. Pereira. Hebr. Cajetan.

*Servus fidelis providet ſibi, ſuis, ac omnibus:*

21\. Secundò: *Colligite, quæ ſuperaverunt fragmenta, & impleverunt duodecim cophinos.* Pro ſacro numero Apoſtolor. ſic Chriſtus alimentavit, ac ſaturavit quinque millia hominum, ut etiam providerit ſuis Apoſt. alimenta in ſaturitate Diſcant, diſcant principes bonis humanarum rerum ſuos miniſtros reficere, ne ex inopia aliena rapiant. Mandavit Deus Exod. 25. n. 31. *Panes ſuper menſam pones in conſpectu meo ſemper*: Et cur Deus tam exactè mandabat ut ſemper, ac quotidie panes ponerentur in menſa; ut Levitici ſervientes haberent panes ad manducandum, ne aliàs cogerentur rapere de his quæ pertinebant ad templum Oleaſt. ait: *Conſidera qualiter ſuos miniſtros cibat Deus.*

Exod. 25. *Cibos provide miniſtris, ne communia rapiant.*

Oleaſter.

22\. Alta & ſumma cura Deus providebat de alendis ſervis: præcipiebat lex Levit. 22. n. 10. *Quæ ſacerdos emerit, & qui vernaculus fuerit veſcetur ex iis*: nempe, quæ offerebantur in ſacrificio; & cur tanta providentia eſt Deo de ſervis alimentandis; Cùm ſervus domi vivat ſi quid negatur à Domino ſordidè ab ipſo invito facile rapit. Philo lib. 2. de Monarch. ait: *Servus nihil lucratur niſi ex Domino cujus ipſe eſt poſſeſſio, ut neceſſe ſit ſervum alere ſacris proventibus. Nam ſervi, dum volumus, nobiſcum verſantur perpetuo, & ſi non apertè deſumunt, certè clam ſurripiunt, neceſſitate cogente.* Nam leges non audit venter vacuus; ſi continere ſervum ac miniſtrum à furto velis, cibos para, & hominem recrea.

Lev. 22.

*A furto abſtinet paſtus ſervus.* Philo.

---

Sermo Euchariſticus.

## QUÆSTIO VI.

*Quare Chriſtus Dominus tam amplus eſt in commendando Divino Euchariſtico Epulo?*

23\. Textus. Ait Noſter Evangeliſta in præſenti referens Chriſti verba; *Caro mea verè eſt cibus*: De hoc altiſſimo Euchariſtico ſermone latè tractavi t. 3. c. 35. per ſexaginta tres quæſt. & de hoc altiſſimo myſterio multa dixi in omnibus meis libris, & maximè tom. 4. c. .., Et t. 5. lib. 7. c. 24. de admirabili ejus inſtitutione & tom. 2. in Apocal. n. 19. ferè per totum, per multas quæſtiones; & quidquid dicitur ab humana lingua de tam ſublimi, ac alto myſterio, parum & nihil eſt.

24\. Poſtquàm Anima ſancta toto affectu, ac vehementi ſollicitudine quæſivit ſuum dilectum & ipſum invenit Euchariſtia, ut exponunt D. Greg. Nyſſen. hom. 6. Ambr. lib. 3. de Virg Richard. & Hugo de ſanct Victore ſubdit. Cantic. 3. n. 4. *Inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam*: Ad quæ verba ſic loquitur D. Bern. ſerm. 35. in Cant. & tanquam de anima pia Chriſtum recipiente, ait: *Quod quidem fit cum mens ineffabili Verbi illecta dulcedine quodammodo ſe ſibi furatur, imò rapitur, atque elabitur à ſe ipſa, ut Verbo fruatur. Dulce commercium, ſed breve momentum, & experimentum rarum, quærere utique animam Verbum, quo fruatur ad jucunditatem: frui autem Verbo quod ſit, non docet lingua, ſed gratia.* Maximè ſibi complacet anima, ac gratulatur, quia invenit ſuum dilectum Jeſum in Euchariſtia, in qua eſt omnis ſuavitas, dulcedo, ac ampliſſima copia omnium bonorum, ut nihil ultra ſit deſiderabile. Si verò ab ipſa quæras, quænam ſit hæc dulcedo, ſuavitas, ac affluentia bonorum Reſpondet ipſa: *Frui autem verbo, quid ſit, non docet lingua, ſed gratia.*

Cantic. 3. D. Nyſſen. D. Ambroſ. Richard. Hugo. D. Bernard.

*Euchariſticum dulcedinem non docet lingua ſed gratia*

25\. Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur tam amplè & latè eſt Chriſtus D. in hoc altiſſimo ſermone in commendando diviniſſimo ſacramento ſui corporis, ac ſanguinis præ cæteris myſteriis noſtræ fidei, cum in nullo alio tam amplè, & latè ſe habuerit Chriſtus D. in ejus recommendatione, & in præſenti dicat: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus*: Sæpe repetit in hoc ſermone: *Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit*: Iterum: *Iſte eſt panis vitæ*: Iterum: *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum*; Iterum: *Non Moyſes dedit vobis panem de cælo verum, ſed Pater meus dat vobis panem verum*: Et alia ſimilia ſæpe. Hic noſter D. Cyrill. ait: *Complacet ſibi Chriſtus in hoc ſacramento*: Tot, ac tanta de hoc myſterio teſtificat, ac proclamat, quia in eo maximè deliciabatur, ut pote, quia erat ſupremum opus Divinæ omnipotentiæ, abditum arcanum divinæ ſapientiæ ſingulare, ac eximium demonſtrativum ſui amoris ſignum, præclarű ſalutis humanæ remedium, ac omnium malorum efficax antidotum.

D. Cyrill. *Chriſtus ſingulariter ſibi complacet in Euchariſtia.*

Cænan

26. Matth. 26.

Cænantibus autem eis ſcribit D. Matth. 26. n. 27. *Accepit Jeſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait, Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum: Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis*: Quid eſt, quod Chriſtus morti proximus, in manibus vivificum calicem Euchariſticum apprehendens, cum illum potandum dat diſcipulis, *gratias egit*; cuinam, an ſibi, quia ut Deus donat? an hominibus, quia tantum donum accepturi erant? D. Remigius præfata verba exponens, ait: *Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis. In quo oſtendit quantum de noſtra ſalute gratulatur*: Sibi vero Deo, ac hominibus acipientibus gratulatur: Sibi ut vero Deo gratulatur, cùm ex ordinatione ſui Æterni Patris tantum donum ſuæ infinitæ charitatis oſtenſivum hominibus porrigat, ut ait Tertull. in Apol. c. 9. *De ſanguine inter viſcera ſepulto*: Hominibus etiam gratulatur tantum accipientibus ſacramentum, ut jam nutriantur non alimento temporali, ſed cæleſti, ac æterno pabulo.

D. Remig. *De Euchariſtico Sacramento ſibi, ac hominibus gratulatur Chriſtus.* Tertull.

27. Pſal. 21.

In perſona Chriſti ait Regius Vates Pſal. 21. n. 27. *Vota mea reddam in conſpectu timentium eum, edent pauperes, & ſaturabuntur.* Si verò inquiras, quæ vota ſunt hæc Chriſti? Reſpondet D. Aug. ad ſimilia verba in Pſ. 115. n. 15. Chriſti votum eſſe Sacramentum Euchariſticum, interpretatur citatus Aug. & ait: *Quæ ſunt vota ejus? Sacrificium, quod obtulit Deo; noſtis quale ſacrificium? norunt fideles vota, quæ reddit coram timentibus eum.* Sacrificium Euchariſticum quod coram Apoſt. timentibus Deum obtulit ſuo Æterno Parenti, eſt votum ejus. Hoc divinum Sacramentum eſt deſiderium, ſeu compendium omnium deſideriorum Chriſti, quo inſtituto omnia ejus deſideria ſunt completa, in illo namque oſtendũtur divitiæ illius amoris; inde pergit Pſalmographus, *edent pauperes, & ſaturabuntur*: Inſtituto hoc admirabili ſacramento, quinam fuerunt qui de illo participarunt, ac comderunt? ſunt ſacri Apoſtoli; qui omnes excepto Juda erant in gratia juxta illud Joan. 3. n. 10. *Vos mundi eſtis, ſed non omnes; ciebat enim quiſnam eſſet, qui traderet eum; propterea dixit, non eſtis mundi omnes*: Cùm ergo Apoſt. eſſent tantis divinis donis cumulati, ac modo ſacerdotes, ac principes inſtituti, quomodo dicuntur pauperes: *edent pauperes, & ſaturabuntur*: quia omnis donorum gratia, quæ juſtis communicabatur facta comparatione cum ea, quæ per ſacram Euchariſtiam largitur, modica pauperies quædam eſt, Tam ampla ac ſuperabundanti omnium gratiarum affluentia hoc cæleſti pabulo animæ impinguantur, ut qui illius non ſunt participes, veluti pauperes videantur, licet aliàs juſti exiſtant. Quod autem ſacra Euchariſtia dicatur Chriſti deſiderium conſtat ex illo Luc. 22. n. 15. ait Jeſus: *Deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* Id eſt ſemper ſummo deſiderio deſideravi hoc Paſcha, agnum nempe, paſchalem, non materialem ſed Euchariſticum manducare vobiſcum ante paſſionem meam: Ac ſi dicat, jam tempus eſt, ut hoc meum deſiderium adimpleatur inſtituto hoc divino Sacramento. Vide quæ dixi tom. 5 lib. 7. c. 7. Expoſ. 1. n. 3.

D. August.

*Euchariſtia compendium deſideriorum Chriſti.*

Joan. 13.

*Sic datur gratia abundanter ex Euchariſtia, ut quæ ſine illa modica,*

Luc. 22.

28. Beda.

Alto & profundo ſtylo expendit Beda illa verba Paſtorum nato Chriſto. *Tranſeamus uſque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod fecit Dominus, & oſtendit nobis*: Luc. 2. n. 15. Tunc ſic ſcribit Venerabilis Beda: *Uſque ad conſummationem ſæculi Dominus in Nazareth concipi, & in Bethlehem naſci non deſinit; Nazareth florem, Bethlhem domum panis ſignificat*: Concipitur in Nazareht, quæ florem deſignat, naſcitur in Bethlehem, id eſt, in domo panis, quia ille Divinus flos, Verbum nempe Divinum deſcendens ex ſinu Patris in Nazareth, in utero Virginis, ſecum omnem odorum fragrantiã, ac omnem fructum gratiarum, cæleſtium donorum, ac divinarum rerum deferens naſcitur, panditur, ac communicatur in Bethlehem domo panis, ac in hoc divino, ac cæleſti pane: Omnis namque theſaurus Divinitatis in hoc Chriſtifero pabulo habetur, ac continetur

Luc. 3.

*In Euchariſtia dat nobis Chriſtus omnia bona.*

---

## QUÆSTIO VII.

### *Quare panis Euchariſticus dicitur,* Verè eſt cibus?

29.

AIt Chriſtus D. in præſenti: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus*: de quo dedi multas rationes citato c. 35. per multas quæſt. Nunc deinde accipe. Verè cibus eſt panis iſte, reficit, ac nutrimentum præſtat omnibus viribus tam animæ, quàm corporis; Docet nos Chriſtus D. orare: *Panem noſtrum ſuper ſubſtantialem da nobis hodie*: Matth. 6. n. 10. Quod non ſolùm de pane temporali, ſed etiam ſpirituali, ac Euchariſtico intelligitur à multis Patribus, ut ſuo loco dixi: Pro quo audiendus eſt Germ. Conſtantinopolit. in Orat. Dominica, & ait: *Panis ſuper ſubſtantialis eſt Chriſtus, qui eſt, & prius erat, in æternum permanet, qui ultro ſe mundo præbet, atque ſemper ſupereſt inconſumptus, vitamque mundo dat, quam omni tempore accipere, habere, & manducare, poſſimus.* Nota verba, *quippe qui eſſentiæ noſtræ conveniat.* Cùm eſſentia noſtra non ſolùm ſit corporalis, ſed etiam ſpiritualis hic divinus panis, non ſolùm corroborat potentias corporeas, ſed etiam ſpirituales animæ: *Quippe qui eſſentiæ noſtræ conveniat.*

Matth. 6.

Grem. Conſt.

*Euchariſticus cibus maximé noſtræ eſſentiæ convenit*

30. Exod. 12.

Peracto ſacrificio Agni paſchalis mandat Deus Moyſi Exod. 12. n. 7. *Et ſumant de ſanguine ejus*, Agni nempe, *ac ponent ſuper utrumque poſtem, & ſuperliminaribus domorum, in quibus comedet illum*: Illa antiqua Hebræor. cærimonia totum noſtrum Euchariſtic. Agnum adumbrabat, cujus Divinus ſanguis dum ſumitur à nobis ponitur ſuper liminaribus, ac poſtibus noſtræ domus noſtri coporis, hoc eſt, in ſenſibus exterioribus, ac interioribus noſtris ad eos purificandos, ac ſanctificandos, ut Deo conſecrati, ac dedicati ſint. Theod. ad literã ſic exponit præfata verba. *Hæc autem univerſa myſteriorum noſtrorum ſunt ænigmata: nam eo nos ungimus, ac Agni noſtri ſanguine, non ſolùm limen, ſed utrumque poſtem purgantes, & ſanctificantes exterius linguam, & labia: Interius autem ſecundum intellectum, pro limine rationalem partem pro utroque poſte facultatem iraſcendi & concupiſcendi.* Per hunc divinum ſanguinem purificatur omnis pars tam rationalis, quàm ſenſitiva, ut perfecta ſanitate, ac integri-

*Euchariſtia humanos ſenſus purificat.*

Theodoret.



tate Deo ſerviant. Noſter D. Cyrill. Alex. lib. 4. in Joan c. 17. explicans illa Joan. verba. 6. n. 51. *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*: Sic ait: *Non ſolummortẽ, verùm etiam morbos omnes depellit, & ſedat, cùm in nobis maneat Chriſtus; ſævientem membrorum noſtrorum legem, & perturbationes animi extinguit, pietatem corroborat, ægrotos curat, colliſos redintegrat.*

D. Cyrill. *Euchariſtia morbos pellit*

31. Pſal. 2. Septuag. Theodor. Cantic. 1.

Et propius veniamus ad ipſius animæ facultates, & primò ad intellectum, qui maximè per ſacram Euchariſtiam illuſtratur. Ait Regius Vates Pſalm 12. num 12. *Apprehendite diſciplinam*: Septuaginta legunt: *Oſculamini filium* Juxta Theoderetum: *Oſculamini filium*, idem eſt, ac in ſacramento altaris carnem ejus ſumere, & in hoc ſenſu explicat, ipſe illud Cant. 1. n. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſuis* Euchariſtia ſacra ore accipitur, & inde quodamodo Chriſtus & anima in ejus acceptione mutuò ſe ſe oſculantur, ac conjunguntur; ſed ſurgit grande dubium inter Commenratores, cùm idem ſit *Apprehendere diſciplinam* ac *Chriſtum oſculari* ſeu in Euchariſtia ſumere, quia dum anima hoc divino edulio reficitur, mens illuſtratur ad omnia alta, & ſuprema myſteria penetranda, ac intelligenda: Accipe Theodoretum in Pſalm. 21. & ſic ait *Divinum cibum ſpiritus Doctrinam ſcimus, & myſticum, atque immortale convivium, quod ſacris initiati agnoſcunt.* Tam abundè, ac ſuperaffluenter hoc Divinum convivium mentem illuminat, ut omnem Spiritus Sancti doctrinam in nobis confirmet, & non unum-donum, vel alterum, ſed omnia illius dona, totiuſque Spiritus ſancti doctrina eſt.

*Euchariſtia illuminat mentem in omni doctrina Spiritus ſancti.*

32. Pſal. 2.

Ait Regius Vates citato Pſalm. 2. num. 10. *Et nunc reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram; ſervite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, apprehendite diſciplinam.* Multipliciter hic regibus, ac magnatibus intelligentia, ac eruditio ad judicandum datur; ſimulque ad ſerviendum, ac exultandum in Domini timore, ac tremore, ad tantam intelligentiam, ac eruditionem, quodnam medium eſt apponendum? *Apprehendite diſciplinam*: Tyroboſcus ex Græco vertit: *Apprehendite frumentum*: Et ut notat D. Hieronymus ibi, verbum Græcum ibi appoſitum ſignificat etiam *triticum*: Ut ergo Reges, principes, ac Prælati erudiantur in omni ſapientia, âc intelligentia, & agnoſcant ea, quæ ad ſui munus exequendum ſunt neceſſaria, apprehendant frumentum, & triticum Euchariſticum, quo mens illuſtratur, ac illuminatur in omni juſtitia, & ſanctitate. De hoc pane per reſpectum ad juſtum dicitur Eccleſiaſtic, 15. n. 3. *Cibavit illum pane vitæ & intellectus.*

Tyroboſc. D. Hieron.

*Euchariſtia dat intelligentiam ad judicandum.*

Eccl. 15.

33. Cantic. 5. Septuagint.

Voluntatem hoc Divinum Sacramentum ſatiat & adimplet. Ait Anima ſancta Cant. 5. num. 1. *Comedi favum* Septuag. legunt: *panem, cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite amici, & bibite, & inebriamini Chariſſimi*: Quem locum de altiſſimo Euchariſtico Sacramento interpretantur D. Nyſſenus, Pſellius, Philo Carpatius, Rupertus Ambroſius, & alij; & illud in primis notandum, Qui ad hanc menſam vocantur, non ſolùm dicuntur amici, ſed etiam chariſſimi, quo denotatur ſummus Amoris affectus in eos

D. Nyſſen. Pſellius. Carpatius. Rupert. D. Ambroſ.



Multi ex Hebræo legunt *Amores*, Ac ſi dicatur: *Inebriamini Amores*: Qui dignè ad hanc menſam accedunt, tam eximiè diliguntur à Chriſto, ut ejus amores dicantur: *Inebriamini*, id eſt, ut exponunt citati Patres præ dulcedine hujus mellis, ac lactis, quæ in hoc pane, & vino continetur, obliviſcamini omnium aliarum rerum ſive naturalium, ſive ſupernaturalium. Illud tamen nunc altius inquirendum eſt, quod eodem verbo, eadem phraſi, qua Spiritus ſanctus utitur ad exprimendam ſummam delectationem, ac eximium gaudium, quo Beati fruuntur in patria videntes Deum facie ad faciem· Pſ. 35. n. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ*: eodem verbo, *inebriari*, ut in præſenti: *Inebriamini chariſſimi*: & Pſalm. 21. n. 5. *Calix meus inebrians quàm præclarus eſt*, utitur idemmet Spiritus ſanctus ad denotandam eximiam ſuavitatem, ac dulcedinem, quam anima dignè communicans participat in hoc ſacramento: Et maximè ſanè; quia quemadmodum anima videns Deum in patria perfunditur omni jucunditate, ut nihil amplius ſit aliquid appetibile; ſic & in via deguſtans hoc cæleſte convivium, omni dulcedine reficitur, ut jam non amplius habeat aliquid deſiderabile, & inde meritò felicitas utriuſque ſtatus eadem phraſi, eadem methodo declaratur. Inebrietatem hujus divinæ menſæ maximè laudat D. Ambr. in Pſ. 118. ſerm. 13. & ait: *Bona ebrietas, quæ ad meliora, atque iucunda facit quendam mentis exceſſum, ut immemor ſollicitudinum animus noſter vino jucunditatis hilaretur; bona menſa ſpiritualis ebrietas.*

Hebr.

*Dignè communicantes Chriſti Amatores.*

Pſal. 35.

Pſal. 21.

*Per gaudium Beatorum explicatur ſuavitas Euchariſtiæ*

Ambroſ.

34. Pſal. 105.

Memoria maximè locupletatur ad decantandas Dei laudes. Ait Regius Vates Pſal. 105. num. 2. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus?* Quæ verba de ſacra Euchariſtia interpretatur D. Chryſoſt. Hom. 38. in Matth. ubi ſic ait: *Quo non oportet igitur eſſe puriorem tali fruentum ſacrificio?.. Quod Angeli videntes horreſcunt, nec liberè audent intueri propter emicantem inde ſplendorem, hoc nos paſcimur, & facti ſumus unum Chriſti corpus, & una caro. Quis loquetur potentias Domi, & auditas faciet omnes laudes ejus.* Hoc poſito alta indagine inquirendum eſt, quo pacto Regius Vates ad hoc myſterium omnes Dei potentias, & laudes advocat? cùm Dei potentia una ſit tantùm in ſe, tamen in plurali dicit. Dei potentias ut notant noſter Incognitus, Lorinus, & alij, ad inſigniter & ſingulariter denotandam amplitudinem, ac magnitudinem Divinæ potentiæ in hoc opere, ſuper omnia alia opera, indeque omnes Dei laudes, quæ Divinæ potentiæ, ac ejus magnitudini ſunt preſolvendæ in hoc Euchariſtico Myſterio, tanquam in compendio recapitulantur, ac habentur.

D. Chryſoſt.

*Euchariſtia reſplendet ſuper omnia Dei opera & ibi omnes ejus laudes.*

* *
*

CCc. QUÆSTIO

## QUÆSTIO. VIII.

### *Quare caro & ſanguis Chriſti verè cibus & potus eſt dum communicatur?*

35 AIt Chriſtus D. in præſenti: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus*: qui excellentiſſimos præſtant in hominibus effectus, itaut dicat Clemens Alex. 1. Pædagog. c. 6. *Caro Domini qui eſt panis de cœlo eos, qui ex hominibus ſunt, cæleſtes ad incorruptionem nutrit*: Tamen ut ita dicam, per analogiam ad cibum temporalem, qui ut præſtet ſuum effectum multam requirit corporis diſpoſitionem, ac præparationem, aliter inutilis eſt corpori: Sic & divinus panis Euchariſticus, ut excellentiſſimos effectus in nobis generet, magnam requirit animæ, ac ejus potentiarum diſpoſitionem, ac præparationem.

Clem. Alex. *Euchariſtia nos facit cæleſtes.*

35. Volens Chriſtus D. in ultima cœna inſtituere hoc divinum Sacramentum ait duobus diſcipulis: *Ite in civitatem ad quendam, & dicite ei: Magiſter dicit, tempus meum prope eſt: apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis.* Matth. 16. num. 8. Multi ſunt Expoſitores inquirentes, cur Chriſtus D. hunc nominatim non dicit? Chryſoſtomus reſpondet, quia ad hominem ignotum eos deſtinabat. D. Hillarius Cant. 20 in Matth, ait: *Ideo hominem cum quo celebraturus erat paſcha non nominat: non enim Chriſtiani nominis honor credentibus erat præſcitus.* Et ſi ille homo, in cujus domo tantum myſterium erat celebrandum eſſet nominatiſſimus, tamen cum jam ad ejus habitaculum tantum myſterium adveniſſet, ſic erat homo innovandus, & in alium tranſmutandus, ut iam ipſum antiquum nomen amitteret, & alio novo eſſet dicendus; *non enim Chriſtiani nominis honor credentibus erat præſcitus*, & ideo cum novum nomen ejus adhuc non eſſet notum, inde eum proprio nomine non dicit.

Matth. 26. D. Chryſoſt. D. Hilar. *Qui ad Euchariſtiam accedit maximè eſt innovandus*:

37. Iam inſtante paſſionis tempore (ut ab hoc hominis cænaculo non diſcedamus) mandat Chriſtus in prædicto cænaculo præparare ad celebrandum Paſcha & dum mittit ſuos diſcipulos ad herum illius, ait ei; *Ipſe vobis demonſtrabit cænaculum grande ſtratum & illic parate nobis*: Marc. 14. n. 15. Græc. Syriac. & Arabic. addunt? *Paratum*: Hoc eſt cœnaculum grande ſtratum paratum, Deus altâ ſuâ providentiâ indidit menti hominis illius; ut cænaculum illud maximè componeret pretioſis gazis, ditiſſimis taperibus omni auro, & argento intextis, & ut ait Theophyl. *Quod hoc nihil habet vanæ gloriæ, & tumoris*; Valde mirabile eſt! cum Chriſtus D. inter breviſſimas horas, ſe ipſum eſſet traditurus in manibus ſuorum inimicorum, ad omne opprobrium, & ignominiam, ut corpus ſuum verberibus, ſputis, colaphis, ſpinis, cruce, & clavis afficeretur, multis & innumeris tormentis ſeſe ſubjiciens; tamen tam ſolerter vult magnificè omnia præparari ad celebrandum corporis ſui ſacramentum, ut inde nos præmoneret, quod ſi tam auguſtum cultum cum tanta decentia ornatum diſponebat ad peragendum myſterium Euchariſticum brevi tempore; quantò altius requirebat in anima, in quam intrabat, ut diutius habitaret, ac in ea permaneret.

Matt. 14. *Euchariſtia altiſſimam diſpoſitionem requirit in anima.*

Ait Chriſtus D. Matth. 13. n. 44. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito; in argo, quem cùm invenit homo abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit univerſa quæ habet, & emit agrum illum*: Ut homo compararet illum theſaurum inventum, non ſat erat, quod venderet aliqua. Deinde vel cur ſaltem non ſecum conſiderat, quæ erant neceſſaria ad emendum illum argum, ſed abſolutè abſque alia præmiſſa conſideratione, vendit univerſa, quæ habet omnibuſque ſe ſpoliat? quinam eſt iſte theſaurus pro quo tanta, & talia tam ſolerter homo exhibet? Theſaurus iſte eſt ſacra Euchariſtia in quo reconduntur omnes divitiæ cæleſtes. D. Paſch. lib. de Corpore & Sanguine Domini ſic ait: *iſto agro corporis Chriſti theſaurus abſconditus vernat floribus immarceſſibilibus, reddet odorem ſuavitatis, quem cum invenit homo vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum*: Qui ſacram Euchariſtiam intendit ſibi acquirere, ac comparare, neceſſe eſt, ut vadat & à ſemet ipſo exeat, & ideo notanter dicitur, *vadit*: Deinde neceſſe eſt, ut omnia, tam quæ actu, poſſeſſione, & affectu tenebat; dimittat, & abiiciat, ut ita expeditus ab omnibus, Euchariſtiam participet, & accipiat, in qua omnia habet. 38.

Matth. 13. D. Paſcaſ. *Ad accipiendam Euchariſtiam exeat homo à ſe ipſo, & dimittat terrena.*

Scribens Paulus 1. Cor. 10. n. 2. de Patribus Judæorum ait: *Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in Mari; & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducaverunt.* Nota eſt hiſtoria ex Exod. 15. quod populus Hebræus, duce Moyſe, ſicco pede tranſivit mare rubrum, viam oſtendente columna nubis, qua die obumbrabat ab æſtu, & nocte lucebat ut ignis. Hoc poſito ſic Theod. commentatur citata verba Apoſtoli, & ait. *Illa erant noſtrum typus; mare enim imitabatur piſcinam, ſeu lavacrum; Nubes autem gratiam Spiritus S. Moyſes verò Sacerdotem*: Apoſt. in præſenti dicit, Iſraelitas baptizat, ſeu mundat in mari tanquam baptiſmi figura purificatos igne nubis, tum per umbram gratia Spiritus S. ac tandem per Moyſem ut ſacerdotalem miniſtrum; deinde ſubdit: Quod *Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducaverunt*: Ad quid Apoſtolus tantam mundationem proponit? Mundationem per baptiſmum per miniſtrum, & per gratiam Spiritus S. Manducandum erat Manna typus Euchariſticus, & inde tam alta & ſuperna diſpoſitio, ac præparatio requirebatur, ac ſi una mundatio, ac purificatio non ſufficeret, ſed multiplex exigebatur per baptiſmum, per miniſtrum, ac gratiam S. Spiritus. Unde idem Apoſtolus eadem Epiſt. c. 11. n. 28. ait: *Probet autem ſe ipſum homo, & de pane illo edat, & de calice bibat*: Nota illud *Sic*, ut ibi explicant D. Chryſoſt. D. Ambr: ut nec minimum peccatum veniale in ſe ſentiat, & agnoſcat. 39.

1. Cor. 10. Theodoret. *Omnis mundatio, ac purificatio ad Euchariſtiam pauca videtur.* 1. Cor. 11. D. Chryſoſt. D. Ambroſ.

* *
*

QUÆSTIO



## QUÆSTIO IX.

### *Quare inter Chriſtum communicantes, ac ipſum datur tanta unio?*

40. Textus. AIt Chriſtus D. in præſenti. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in illo*: per quod denotatur ſumma unio, quæ datur inter Chriſtum, ac ipſum participantes in Echariſtico ſacramento: Quam unionem latè explicavi citato cap. 35. per decem Quæſtiones, nempe, à quæſtione 38. uſque ad quæſtionem 48. & apertè hanc Chriſtus Dominus ſatis explicavit oratione habita in cænaculo Joan. 17. n. 21. dum pro ſuis ad Patrem orat, dicens: *Ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me & ego in te, ut & in nobis unum ſint.* Quam intimam unionem dari inter nos, & Chriſtum, & per Euchariſticum ſacramentum, docent D. Hilarius lib. 9. de Trinitate. Noſter D. Cyrillus Alexandr. lib. 11. in Joan. cap 26. illa propoſitio: *Sicut* dum ait: *Sicut tu Pater in me* &c. non denotat omnimodam identitatem, ut perperam dicebant Arriani, ſed quandam ſimilitudinem; nam inter Patrem & filium datur ſumma identitas per eamdem numero naturam, & eſſentiam: Inter communicantes ac Chriſtum datur quædam unio per charitatem, ac amorem, & conſenſum voluntatum; Tamen Chriſtus ad explicandam intimam unionem, quam communicantes habent cum ipſo, hoc admirabile nobis proponit exemplum; nam ſicut ſumma unio, quæ datur inter divinas perſonas eſt per naturam & ſubſtantiam; ita ſumma unitas, quæ datur inter hominem & Deum per charitatem, & conſenſum voluntatum, eſt in hoc Euchariſtico Sacramento; In quo homo manet ſpiritualiter in Chriſto, & Chriſtus in ipſo homine.

Ioan. 17. D. Hilar. D. Cyrill. *Eximia Unio datur inter Chriſtum, & ipſum communicantem.*

41. Conſidera quàm altè, & ſupremè Chriſtus Dominus deſtruit malignantis diaboli conſilium, quo primos parentes dejecit, ac tentavit, ut comederent pomum vetitum, & dixit Evæ: *ſcit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum*: Gen. 3. num. 4. Ad quæ verba audiendus eſt Rupertus lib. 6. Exod. & ait, *tentatus eſt homo à diabolo, & victus eſt ut illius tentatoris fraudem vincat tali antidoto juxta naturam morbi, competenter vitæ ſuæ ſubveniat. Tentati ſunt primi homines à diabolo dicente*: Comedite, & eritis ſicut Dij: *& crediderunt ipſi, pluſquam Deo dicenti*; In quocumque die comederitis ex eo, morte moriemini: *Proinde tentatur à filio Dei dicente*: Comedite, hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus: *Comedite, & eritis ſicut Dij*: Diabolus deiecit primos parentes ſuggerendo contra Dei mandatum, quod ſi comederent, erunt ſicut Dij. Deus deſtruens diaboli conſilium, per eum ad ſe hominem ineſcare vult dum nobis proponit corpus & ſanguinem ſuum, dicens: *Comedite, & eritis ſicut dij*: hoc eſt Chriſtiferi, ac Deifici Chriſtum in nobis habentes; *Manet in me & ego in eo*: Si primi parentes contra Domini mandatum crediderunt in ſuam perditionem, credamus & nos Chriſto ſupremæ veritati, viam ſalutis oſtendenti. *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.*

Gen. 3. Rupert. *Ex perditionis via Chriſtus nobis parat ſalutem.*

42. Ait Chriſtus in cap. 6. Joan. num. 57. *Sicut miſit me vivens Pater; & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe vivet propter me*: Ecce iterum Chriſtus Dominus explanat intimam unionem, quam habent cum ipſo participantes de myſterio corporis & ſanguinis ſui, ſicut enim Æternus Pater, qui eſt fons vitæ, peracto Incarnationis arcano, eum miſit in mundum: *& ego vivo propter Patrem*; homo factus vitam habeo à Patre, non ſolùm humanam, ſed etiam Divinam, propter intimam unionem, ac coniunctionem ſubſtantialem, quam habeo cum eo proportionaliter, ait: *Qui manducat me vivet propter me*: Pariter etiam qui particeps fit mei corporis, ac ſanguinis propter unionem, ac coniunctionem Charitatis, ac affectus erga me vivet, non ſolùm ſpiritualiter, ſed etiam æternaliter conſortio meæ beatitudinis. Unde ait D. Dionyſ. Areop. de Eccleſiaſtica Hierarchia c. . Sacerdotem *In Deitatis conſortium tranſire*. & c. 2 Communionem appellat *Deificam*. & c. 3. eos, qui dignè communicant *per vitæ ſinceræ, ac Divinæ ſimilitudinem*, cum Chriſto compaginari.

Joan. 6. *Per Euchar. unimur cum Chriſto in conſortium beatitudinis.* D. Dionyſ. Areopag.

## QUÆSTIO X.

### *Quare hic Divinus panis dicitur de Cœlo deſcendens?*

43. AIt Evangeliſta in hoc ſacro Evangelio num. 58. *Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit*: de quo multa dixi citato c. 35. à quæſt. 49. uſque ad qu. 54. ubi ſatis explicavi excellentiam hujus panis Sacramentalis, cùm dicitur deſcendens de cælo; Tamen hîc maximè notandum eſt, litigantibus Judæis de pane eis dato in deſerto: *Patres noſtri manducaverunt Manna in deſerto ſicut ſcriptum eſt* Pſ. 77. n. 24. *Panem cæli dedit eis manducare ut* Reſpondet Chriſtus Joan. 6. n. 32. *Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed* Pater *meus dat vobis panem de cœlo verum.* Reſpondetur cum noſtro incognito, & Caſſiod Nam Manna erat deſcendens de cœlo aëreo, & umbra, & figura hujus Euchariſtici panis, qui non venit de cœlo aëreo ſed de cælo empyreo, imò de ſinu Patris, qui dat æternam vitam hominibus.

Joan. 6. Pſal. 77. *Panis Euchariſticus ſimpliciter deſcendit de cœlo.* Incognit. Caſſiodor.

44. Redeat iterum citatus Pſal. 77. num. 24. & 25. *Panem cæli dedit eis*: *Panem Angelorum manducavit homo*: Manna dicitur panis Angelorum, quia conficiebatur ac diſtribuebatur cadens de cœlo aëreo miniſterio Angelorum, ut notant D. Auguſtinus; Noſter Incognitus Caſſiodorus, Liranus, & alij. Ex quo mihi non vulgaris venit difficultas: Cur cum pro populo Iſraëlitico, tam in Æypgto, quàm in deſerto multa mirabilia operata ſūt interveniente virga Moyſis; Ipſa élevata, aquæ convertuntur in ſanguinem. Exo. 7. n. 10. Ipſaq; dum percutitur pulvis terræ, exurgunt cyniphes Exo 8 num. 16.

Pſalm. 77. D. Auguſt. Incognit. Caſſiod. Lyran. Exod. 7. Exod. 8.

Exod. 9. Exod. 14. Exod. 17. Num. 10. *Sacra Eucharistia inservire, non hominum, sed Angelorum est.*

num. 16. Ipſa elevarat in cœlum fiunt tonitrua, grandines, & fulgura Exod. 9 n. 23. & alia; Dũ Virga extollitur, mare dividitur ad ingreſſum populi Exod 14. num. 16. Percuſſaque petra vi gâ ſemel in Raphidim, & iterum in Cades dedit fluenta aquarum, Exod. 17 num 6 & Num. 20 num. 11. At verò ut Manna cadat de cælo adeo non fit Virga Moyſis, ut fulgura, grandines, & diviſio maris, ſed Angelis miniſtrantibus; Manna typus Euchariſticus, & inde valdè ſublimis, & excelſus eſt, ut ad ejus miniſterium non Vocentur homines, ſed Angeli, quia maximè deliciabantur, ac delectabantur umbra, ac repreſentatione tanti ſacramenti; vel quia ob ſui majeſtatem illi inſervire, ac obſequia exhibere magis Angelorum, quàm hominum eſt. Vide quæ dixi tom. 3. c. 35. q. q. 24. n. 168.

45. Pſal, 77.

Iterum ad Pſalmum citatum; *Panem Angelorum manducavit homo, cibaria miſit eis in abundantia*: Nunquid Angeli corporali cibo paſcuntur, aut aliqua inedia premuntur, quomodo ergo cibus Angelorum dicitur? Rupertus lib. 3 in Exod. dubium proponit & ſolvit, dicens: *Quiſnam hic panis cœli, panis Angelorum? Nunquid Angeli pane illo cibantur in cœlo quem populus ille colligens frangebat mola; ergo panis cœli, panis Angelorum ille eſt, qui in Evangelio ſuo dicit; ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi: ſi quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* Conſideratione perpende ſequentia verba: *Hic enim victus, & vita Evangelicæ ſubſtantiæ: nam in eum deſiderant Angeli proſpicere: quia quod contempſit Angelus, cecidit, & factus eſt diabolus, qui hujus panis ſempiternam patitur inediam, ſemper eſt pallidus, & mors illum ſequitur*, Manna dicebatur panis Angelorum, prout erat figura, & typus Euchariſtici panis; de quo ait Chriſtus: Ego ſum panis vivus. *Hic enim victus eſt, & vita Angelicæ ſubſtantiæ*: nam in contemplatione, ac delectatione hujus cæleſtis panis, qui eſt Deus, tanquam quodam alimento, tota ſpiritualis vita Angelorum conſtat, & perſeverat; nam dum hic panis Deo plenus guſtatur ab Intellectu Angelico tanquam victu quodam alimentatur ſpiritualiter, & ſuâ gloriâ, beatitudine empyreâ exultat, ac jucundatur, & quia hujus divini pabuli malus Angelus non habuit inediam, inde cecidit & factus eſt diabolus, qui hujus panis ſempiternam patiens famem, inde ſemper eſt pallidus, & mors illum ſequitur.

Rupert.

*Euchariſticus panis victus Angelicæ beatitudinis.*

46. Inde Angeli maximo affectu intendunt hominibus inſpirare, ut ad Euchariſticam menſam vehementi deſiderio ferantur. Nato Domino apparet Angelus paſtoribus: *Ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno, & dicit illis Angelus: nolite timere; ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſalvator, & qui eſt Chriſtus Dominus in civitate David, & hoc vobis ſignum, invenietis infantem pannis involutum.* Luc. 2. num. 9. Tamen his auditis, ſubdit Evangeliſta ibidem num. 15. *Paſtores loquebantur ad invicem, tranſeamus uſque Bethlehem* Angelus dixerat. *Civitatem David*: Cur ipſi non eodem modo dicunt locum, ſed Bethlehem appellant? cur non eodem nomine, ac Angelus, utuntur? Angelus dixerat *civitatem David*: forte quia hoc nomine magis notus erat locus ille, & ideo idem Evangeliſta citato cap. 2. num 4. ait, quod *Joſeph aſcendit in civitatem David*: Tamen paſtores relicto vocabulo Angeli, Bethlehem dicunt, id eſt, domus panis, quia ipſi paſtores claritate Dei, quæ circumfulſit illos, illuminati, præſentiaque Angelorum, ac hymno cæleſti excitati maximè ferebantur, ac requirebant non tantùm, ut infantem præſentia corporali jacentem in præſepio viderent, ſed etiam panem vivum, ac divinum, cujus halitu maximè recreentur, ac foveantur & mirificè exultent. Titus Boſtrenſ. ait: *Divina claritate, cæleſtique gloria circumfulſi, nec non Angelorum exercitu conſpicati, ſpiritualique eorum hymno recreati paſtores magno mox ardore feruntur in Bethlehem, quæ interpretatur domus panis? Tranſeamus uſque Bethlehem, inquiunt ſacerdotio initiatos adumbrantes. Horum namque munus eſt cæleſtem panem ſtudioſè inquirere.* Paſtores recreati præſentiâ Angelicâ, nil aliud prius intendunt niſi cæleſtem panem, ut maximè eo pinguefiant; ſacerdotes adumbrantes, quorum totus affectus eſt cæleſtem panem quærere.

Luc. 2.

*Angeli maximè nobis inſpirant menſam cæleſtem*

*Maximè recreantur paſtores in halitu Euchariſtico.* Titus Boſtr.

## QUÆSTIO XI.

### *Quare manducanti hunc panem promittitur Æterna vita?*

47. Text.

IN hoc cap. num. 58. ait Chriſtus D. *Qui manducat hunc panem vivet in Æternum*, de quo multa dixi citato cap. 35. à Quæſtione 55. & deinceps. Vivet vita ſpirituali & æterna, ac perenni felicitate in cæleſti patria. Imo noſtrorum corporum reſurrectio, quæ fiet in noviſſimo judicij die à Noſtro Divo Cirillo Alexandr. hîc videtur tribui Euchariſtiæ, ſeu communicantibus corpus, & ſanguinem Domini; ſic ait ſanctus Doctor. *Et ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die; Ergo; dixit, id eſt, corpus meum, quod comedetur reſuſcitabo eum. Non alius ipſe eſt, quàm caro ſua: Non id dico: quia natura non ſit alius, ſed quia poſt Incarnationem, in duos ſe dividi filios minimè patitur. Ego igitur, inquit, qui homo factus ſum, per meam carnem in noviſſimo die comedentes reſuſcitabo*: Itaque corpus Chriſti in Euchariſtia ſumptum, corpora noſtra in die noviſſimo reſuſcitare perhibetur, velut inſtrumentum morale, ut hoc etiam titulo juſtorum corpora ad beatam & perennem vitam glorioſè reſurgant, ut explicat Suarius Tom. 3. ad 3. p. Diſp. 68 ſect. 2. & dixi tom. 3. cap. 35 numero 176. Unde merito Concilium Nyſſenum Euchariſtiam appellat *Symbolum reſurrectionis*, & S. Ignatius Epiſtol. 4. ad Epheſios vocat *pharmacum immortalitatis*: & D. Nyſſenus Orat. Catecheſ. cap. 38. addit: *Corpus noſtrum non poſſe conſequi immortalitatem, niſi corpori huic immortali Chriſti fuerit conjunctum*: Magnifica ſanè Euchariſtici corporis laus! quod corporibus noſtris beatæ, & glorioſæ reſurrectionis prærogativam efficiat, vitamque multipliciter conferat. *Lignum vitæ*: Gen. 3. n. 22. Alij ex Græco legunt: *lignum vitarum*: quod typum fuiſſe ſacræ Euchariſtiæ, ſatis vulgare eſt? hoc Divinum Sacramentum multiplicem vitam dat.

D. Cyrill.

*Euchariſtia noſtris corporibus efficit reſurrectionem.*

Suarez.

Conc. Nyſſ. D. Ignatius. D. Nyſſen.



Gen. 3. Græc. *Corpus Chriſti dat multiplicem vitam.*

48. Coloſſ. 3.

Ait Apoſtolus Paulus ad Coloſſ. 3. num. 1. *Si conſurrexiſtis cum Chriſto... Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo*, Quomodo mortalis homo cum Chriſto reſurget ad immortalem, ac glorioſam vitam? Et quomodo vita noſtra abſcondita eſt cum ipſo Chriſto in Deo? Hanc magnificam reſurrectionem adſcribit D. Auguſt ſacræ Euchariſtiæ in Pſalm. 34. Et ait: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, dicit fidelibus corpus, & ſanguinem Domini accipientibus; ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, ſapite ubi Chriſtus eſt in dextera Dei Patris ſedens, non quæ ſuper terram: mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Etſi Euchariſtia ſit Memoriale perenne Paſſionis Chriſti, etiam eſt ſimbolum ejus reſurrectionis, non amplius morituri, & communicantis glorias ſuæ reſurrectionis cum manducantibus, ac bibentibus corpus & ſanguinem ſuum, ita ut cum eo aſcendant, & ſedeant ad dexteram Patris: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, dicit fidelibus corpus & ſanguinem Domini accipientibus*: Et ita cum eis unum efficitur, ut eos ſecum adducat ad dexteram Patris: *Quæ ſurſum ſunt ſapite, ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei*: Tamen ad hoc deberis eſſe mortui mundo, & vita veſtra abſcondita cum Deo, quia mundus hunc vivendi modum piè, ac ſanctè non cognoſcit, nec intelligit.

D. Auguſt.

*Chriſtus reſurgens Euchariſtiam recipientes ad ſe adducit*

49. Pſal. 67.

Ait Pſalmographus Pſalm. 67. num. 9. *Terra mota eſt, etenim cœli diſtillaverunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſrael: pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ*: Ubi eſt ſermo de Manna cadente de cœlo; typus, ac figura Euchariſtici ſacramenti, ut multis ex communi ſanctorum Patrum ſententia explicavi tom. 3. cap. 35. qu 7. 8. & 9. Inde hic pro magnitudine tanti myſterii multa ſunt conſideranda. Et dicitur, *Terra mota eſt*: ſeu timore concuſſa eſt D. Auguſtinus ait; *Unde mota eſt; etenim cœli diſtillaverunt à facie Dei*: Forſitan terra mota eſt, & contremuit, cum umbram, ac figuram Euchariſtiæ eſſet receptura, *A facie Dei*, hoc eſt, ab ejus præſentia, quia quamvis Deus ubique, & in omnibus ſit præſens, tamen inſigniter in hoc magno Euchariſtico opere declaratur præſens: *à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſraël*: dicitur Deus *Sinai*, Incognitus *Qui legem Patribus dederat in monte Sinai*. Iſrael autem interpretatur, *Videns Deum*: Qui enim hoc divinum Euchariſticum pabulum accipit obſervatione divinæ legis, ejuſque mandatorum, jam præmaturè ad Dei viſionem fertur, illiuſque jam habet præclariſſimum pignus, ejuſque dulcedinem tanquam in ſuo proprio fonte deguſtat, *Pluviam voluntariam*: Cajetanus legit: *Pluviam voluntatum*: ut inde denotetur, quod in hoc divino Sacramento ſint omnes Chriſti voluntates, ac delectationes, ejuſque oblectationes.

D. Auguſt. Incognitus.

*Qui Euchariſtiam accipit jam dulcedinem beatitudinis deguſtat.*

*In Euchariſtia omnes Dei voluntates.*



## QUÆSTIO XII.

### *Quare cum hoc divinum miſterium ſit Sacramentum vitæ, multis eſt ad mortem?*

50.

QUi manducat hunc panem vivet in æternum: Tamen mors eſt malis, vita bonis; quod totum provenit ex diſpoſitionum diſparitate. D. Auguſt. ſerm. 1. de Tempore, & ait *Mutet vitam, qui vult accipere vitam. Nam ſi non mutet vitam, ad judicium accipiet vitam: & magis ex ipſa corrumpitur, quàm ſanatur, magis occiditur quàm vivificatur.* Ecce impœnitentes ex vitæ æternæ fonte, mortem corporis, & animæ exhauriunt: Ergo *mutet vitam, qui vult accipere vitam.*

D. Auguſt. *Qui vult accipere vitam mutet vitam.*

51.

Filii Iſrael poſt longam peregrinationem ſicco pede tranſeuntes Jordanem, devenerunt in terram optatiſſimam promiſſionis, tunc circuncisi ſunt: Joſue 5 n. 8. Tunc ut ibi ſubditur n. 10. *Manſerunt in Galgalis, & fecerunt Phaſe*: Et obtulerunt in ſacrificium, agnum: Cur modo, & non antea, cum tot mirabilia eſſent experti, ita ut ad eorum tranſitum, Jordanis eſſet diviſus; & per tot miracula deveniſſent in terram promiſſionis, fluentem lac, & mel; ſed modo in Galgalis ſacrificium Deo offerunt, & cum antea tantis beneficiis ſe aſtrictos agnoſcerent, tamen cùm eſſent coinquinati abominationibus Ægyptiorum, extabant improportionati & inepti: At verò cùm tanto circumciſionis Sacramento mundati, ac purificati ſunt, tunc jam habiles erant, ut ſacrificium Euchariſtiæ adumbraticum peragerent. Origenes relatus in Gloſſa ait: *poſtquam ablatum eſt opprobrium Ægyptiorum, fecerunt filij Iſrael Paſcha? nec enim ante circoncisionem, nec poſt antequam ſanarentur, poterant carnes Agni comedere: Vides quia nemo immundus facit Paſcha, nemo incircunciſus.*

Ioſue. 5. *Purificandus eſt homo, ut ad Agnum accedat.*

52.

Peccavit David in Deum dum præ arrogantia numeravit populum; Tunc ex Dei mandato venit Propheta Gad ad regem, ut ex tribus ſuppliciis fame, peſte & bello eligat unum: Ex quibus electa peſte, apparet Angelus ſtricto gladio ob regis peccatum percutiens populum: Unde miſeri homines catervatim cadebant: *Tunc ad Dominum dixit David cum vidiſſet Angelum cædentem populum: Ego ſum qui peccavi & ego iniquè egi: iſti qui oves ſunt, quid fecerunt? vertatur obſecro manus tua contra me, & contra domum Patris mei: Venit autem Gad ad Davidem in die illa, & dixit ei: Aſcende, & conſtitue altare Domino*: 2. Regum 24. numero 17. Modò Propheta dat hoc verbum, ut erigat altare ad ſacrificium Domino offerendum, cur hoc non inſinuavit, quando primò venit ad intimandam peccati pœnam? Cur tunc non dat tam ſalubre conſilium ut ſacrificij victimam Deo immolet

2 Reg. 24.

*Præparatio virtutum ad Echariſticum Agnum.*

ad tantam mortuorum ſtragem evitandam; Cùm primò venit propheta, erat David inquinatus, & pollutus peccato ex vanitate numerati populi; & ideo ineptus ad ſacrificium faciendum: unde nec verbum de hoc cum eo habet Propheta: At verò modò David totus pœnitentia compunctus erat, lacrimis profuſis pro Peccato Deum exorans: *Ego ſum, qui peccavi, ego iniquè egi*: ita ut pro ſuo populo ſe morti offerret, & ut David ſe lacrymis mundavit, ac virtute ita exornavit, ut totam pœnam in ſe poſtularet converti, ut populus ab ea immunis evaderet, jam ad altare admittitur, dignuſque judicatur, ut ſacrificium Deo valeat offerre D. Ambroſius Apolog. 1. cap. 7. ſic ait: *Quàm illud etiam admirabile quod Angelo ferienti plebem obtulit! Hoc facto, ſtatim dignus ſacrificio judicatus eſt*: Ante pœnitentiam improportionatus, poſt illam maximè habilis inventus ad umbram Euchariſtici Agni: *Statim ſacrificio dignus judicatus eſt.*

D. Ambroſ.

53. Cantic. 2. Arabic.

Ait Anima Sancta Cantic. 2. n. 3. *Sub umbra illius quem deſideraveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo*: Arabicus: *Concupivi umbrari umbra illius, cujus fructus dulciſſimus eſt ejus palato.* Hic fructus dulciſſimus, Sacra Euchariſtia eſt, quia Chriſtus omnium bonorum fons nos paſcit, ac nutrit, ut interpretantur Aponius, D. Bernardus ſerm. 48, Rupert. Carthuſianus? & D. Gregorius lib. 33. Moralium cap. 3. Et in hoc maximè notandum, quòd priùs poſtulat umbram ſui dilectiſſimi Sponſi, ſub qua ſedeat, & tunc ejus fructus omnem ſuavitatem, ac dulcedinem transfundit in guſtum, tamen antecedenter poſtulat umbram illius; pro quo audiendus eſt citatus D. Gregorius. *Sub umbra illius, quem deſideraveram ſedi: ac ſi dicat; ab æſtu deſiccat deſideriorum carnalium: ſub adventus ejus protectione requievi.* Umbra ſignificat Gratiam, ſeu protectionem divinam: Cùm ergo pia anima æſtuaret cupiditatibus deſideriorum carnalium, hos maximè poſtulat divina gratia in ſe extingui, ac eradicari; & hoc ſedens cum perſeverantia, ac conſtantia, ut ita dulcedinem, ac ſaporem Euchariſtici fructus valeat percipere, ac guſtare.

Aponius. D. Bernard. Rupertus Carthuſian. D. Gregor.

*Ab æſtu carnalium ſe vult expedire, ut ad menſam accedat.*

54. Iſai. 55.

Ait Iſaias 55. n. 1 *Omnes ſitientes venite ad aquas; & qui non habetis argentum properate, emite, & comdite: Venite, emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum, & lac.* Septuginta pro *lac* legunt *adipem*: & ita juxta eos dicendum: *Vinum, & adipem*: Quod D. Hieronymus, Cirillus, Procopius, Hector Pintus, Leo à Caſtro, de Sacra Euchariſtia interpretantur. Hebæi adipem vocant, quod in qualibet re eſt excellentiſſimum, ac perfectiſſimum, ac ſi in ordine gratiæ hoc diviniſſimum Sacramentum ſit perfectiſſimum, ac excellentiſſimum: Inde mirabile eſt id quod ait Propheta: *Venite, emite abſque argento, & abſque ulla commutatione.* Cùm ergo tam excellens ſit, quomodo comparandum, ac habendum, fide, nempe, ac devotione, & magna præparatione; Sic ſcribit Euſebius Emiſenus homil. 5. & ait: *Verè unica, & perfecta hoſtia, fide æſtimanda, non ſpecie, nec exteriori cenſenda viſu ſed interiori affectu.* Vel dicitur: *Abſque argento & commutatione ulla*: quia omnis noſter affectus, devotio, ac diſpoſitio parum, ac nihil eſt ad tantum Sacramentum accipiendum, & guſtandum.

Septuagint

D. Hieron. D. Cyrill. Procopius. Hect. Pintus Leo à Caſtr.

Emiſenus,

55. Apoc. 4

Vidit Joannes in ſua Apocalypſi c. 4 Deum ſedentem in ſolio majeſtatis. Et Iris erat in circuitu ſedis; *Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores, ſedentes, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum corona aurea*, n. 4. Et etiam juxta thronum ſtabant quatuor animalia, *& requiem non habebant die, ac nocte, dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus*, &c. n. 8. Et cùm hæc animalia Dei laudes intonarent: *Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſecula ſeculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum*: n. 10. Ex quo inſurgit magna difficultas, ſi animalia in nullo inſtanti ceſſabant à laudibus Dei intonandis *Requiem non habebant die, ac nocte.* Et ſeniores tunc ſe proſternebant ante thronum mittentes coronas ſuas; quonam tempore viſi ſunt, eas in capite habere, ac ſedere ſuper thronos; Sedens in ſolio. chriſtus D. eſt; ut exponunt Haymo, Ansbert. Inde dicam: *Iris in circuitu ejus*: Hoc eſt Chriſtus in Sacramento Altatis ſpecierum nube velatus; Cumque ob tanti ſacramenti majeſtatem ſeniores ſeipſos ſervos, ac famulos illius proteſtarentur, procumbunt, miſſis coronis ante ejus conſpectum: Inde meritò coronæ, throni, ac regalia indumenta, de illis aſtruuntur, ac publicantur. Servitutis proteſtatio ergo ſacram Euchariſtian, quædam præclariſſimæ celſitudinis notio manifeſta eſt.

Haymo. Ansbert.

*Servire Chriſto in Euchariſtia regnare eſt.*

56

Inde graviſſimè delinquunt, maximèque contra ſe divinam juſtitiam provocant, qui ad Euchariſticam menſam indignè accedunt. Narrans Apoſtolus Petrus pœnam inflictam Judæ, ob nefanda ejus ſcelera, ait de ipſo: *Suſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus*, Actor. 18. Deus iratus ultione contra Judam procedens, cur potius à ſupremo Deo viſcera, quàm manus ſupplicio mulctantur? Verum eſt, quòd Judæ manus, Jeſum unigenitum filium Dei pecunia accepta, in poteſtatem inimicorum tradiderunt; ſed viſcera corpus ejus Euchariſticum condignè ſuſceperunt, ſupremo Divino dictamine gravior judicata eſt offenſa Chriſtum pollutæ animæ ſuſcipienti, quàm ipſum ad crucifigendum pecunia accepta tradenti.

*Chriſtum in Euchariſtia indignè ſumere ſuper omnia crimina punitum.*

CAPUT



# CAPUT VII.

POST hæc autem ambulabat Jeſus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere. 2. Erat autem in proximo dies feſtus Judæorum, Scenopegia. 3. Dixerunt autem ad eum fratres ejus, tranſi hinc, & vade in Judæam, ut & diſcipuli tui videant opera tua quæ facis. 4. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe: ſi hæc facis, manifeſta te ipſum mundo. 5. Neque enim fratres ejus credebant in eum, 6. Dicit ergo eis Jeſus, tempus meum nondum advenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. 7. Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala ſunt. 8. Vos aſcendite ad diem hunc, ego autem nundum aſcendam ad diem feſtum iſtum: quia meum tempus nondum impletum eſt. 9. Hæc cúm dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. 10. Ut autem aſcenderunt fratres ejus, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in occulto. 11. Judæi ergo quærebant eum in die feſto & dicebant, Ubi eſt ille? 12. Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, quia bonus eſt. Alij autem dicebant: Non, ſed ſeducit turbas. 13. Nemo autem palam loquebatur de illo propter metum Judæorum. 14. Jam autem die feſto mediante aſcendit Jeſus in templum & docebat. 15. Et mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cúm non didicerit. 16. Reſpondit eis Jeſus, & dixit: Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me. 17, Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcet de doctrina, utrum ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar, 18. qui à ſemetipſo loquitur gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam ejus qui miſit eum, hic verax eſt, & injuſtitia in illo non eſt. 19. Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? quid me quæritis interficere? 20. Reſpondit turba, & dixit, Dæmoniũ habes. Quis te quærit interficere? 21. Reſpondit Jeſus, & dixit eis, Unum opus feci, & omnes miramini. 22. Propterea Moyſes dedit vobis circumciſionem: non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus, & in Sabbatho circumciditis hominem. 23. Si circumciſionem accipit homo in Sabbatho, ut non ſolvatur lex Moyſi: mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in Sabbatho? 24. nolite judicare ſecundúm faciem: ſed juſtum judicium judicate. 15. Dicebant ergo quidam ex Jeroſolymis. Nonne hic eſt quem quærunt interficere? 26. Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt Nunquid verè cognoverũt principes quia hic eſt Chriſtus? 27. Sed hunc ſcimus unde ſit, Chriſtus autem cùm venerit, nemo ſcit unde ſit, 28. Clamabat ergo Jeſus in templo docens, & dicens: & me ſcitis & unde ſim ſcitis, & à me ipſo non veni, ſed eſt verus, qui miſit me, quem vos neſcitis. 29. Ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. 30. Quærebant ergo eũ apprehendere, & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus: 31. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus cum venerit, nunquid plura ſigna faciet quàm quæ hic facit; 32. audierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc, & miſerunt Principes Sacerdotum & Phariſæi miniſtros ut apprehenderent eum 33. Dixit ergo eis Jeſus: adhuc modicum tempus vobiſcum ſum: & vado ad eum, qui me miſit, 34. Quæretis me, & non invenietis, & ubi ego ſum, vos non poteſtis venire. 35. Dixerunt ergo Judæi ad ſemetipſos: Quò hic iturus eſt, quia non inveniemus eum? Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes? 36. Quis eſt hic ſermo quẽ dixit. Quæretis me, & non invenietis: & ubi ſum ego vos non poteſtis venire? 37. in noviſſimo autem die magno feſtivitatis ſtabat Jeſus, & clamabat, dicens: Si quis ſitit veniat ad me, & bibat. 38 Qui credit in me ſicut dicit Scriptura: flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. 39. Hoc autẽ dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum, nondum enim erat Spiritus Sanctus datus, quia Jeſus nondum erat glorificatus, 40. ex illa ergo turba cùm audiſſent hos ſermones ejus, dicebant: hic eſt verè Propheta. 41. Alij dicebant hic eſt Chriſtus. Quidã autem dicebant: Nunquid de Galilæa venit Chriſtus 42. Nonne Scriptura dicit, quia ex ſemine David, & Bethlehem caſtello



ubi

ubi erat David, venit Chriſtus? 43. Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter
eum. 44. Quidam autem ex ipſis volebant apprehendere eum: ſed nemo miſit
ſuper eum manus. 45. Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices, & Phariſæos; & di-
xerunt eis illi: Quare non adduxiſtis illum? 46. Reſponderunt miniſtri: nun-
quam ſic loquutus eſt homo ſicut hic homo loquitur. 47. Reſponderunt ergo
eis Phariſæi: Nunquid & vos ſeducti eſtis? 48. Nunquid ex Principibus aliquis
credidit in eum, aut ex Phariſæis? 49. Sed turba hæc quæ non novit legem ma-
ledicti ſunt. 50. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui unus
erat ex ipſis. 51. Nunquid lex noſtra judicat hominem, niſi prius audierit ab
ipſo, & cognoverit quid faciat? 52. Reſponderunt & dixerunt ei: Nunquid &
tu Galilæus es? ſcrutare ſcripturas, & vide quia in Galilæa propheta non ſur-
rexit. 53. Et reverſi ſunt unuſquiſque in domum ſuam.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus à Galilæa aſcendit Jeruſalem ad feſtum Scenopegiæ, quod explicavi tom. 4. cap. 14.

*Secundò, Verſ.* 12. Murmurantibus de ſe Judæis, reſpondit Jeſus ſe eſſe miſſum à Patre ut doceret, & ægros curaret; quod etiam explicavi eodem c. 14. à q. 5.

*Tertiò, Verſ.* 32. Phariſæi volentes occidere Chriſtum, mittunt ſatellites ad eum comprehendendum; qui auditâ Chriſti doctrinâ, & admirati, revertũtur dicentes: Nunquam ſic locutus eſt homo; de quo dixi eodem c. 14. à q. 11

*Quartò, Verſ.* 50. Nicodemus Jeſum defendens à Phariſæis arguitur tanquã Galilæus, & amicus, ac fautor Jeſu. De quo eodem cap. 14. à quæſt. 17.

# CAPUT VIII.

JESUS autem perrexit in montem Oliveti: 2. & diluculo ite-
rum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & ſe-
dens docebat eos. 3. Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi mu-
lierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio,
4. & dixérunt ei: Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. 5.
in lege autem Moyſes mandavit nobis hujuſmodi lapidare, Tu ergo quid di-
cis? 6. Hoc autem dicebant tentantes eum, ut poſſent accuſare eum: Jeſus au-
tem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. 7. Cùm ergo perſevera-
rent interrogantes eum: erexit ſe & dixit eis, Qui ſine peccato eſt veſtrum,
primus in illam lapidem mittat. 8. Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terra. 9.
Audientes autem hæc unus poſt unum exibant, incipientes à ſenioribus, &
remanſit ſolus Jeſus, & mulier in medio ſtans. 10. Erigens autem ſe Jeſus, di-
xit ei, Mulier ubi ſunt, qui te accuſabant? nemo te condemnavit? 11. quæ
dixit, nemo Domine. Dixit autem: Nec ego te condemnabo. Vade, &
jam amplius noli peccare. 12. Iterum ergo locutus eſt eis Jeſus, dicens: Ego
ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen
vitæ. 13. Dixerunt ergo ei Phariſæi: Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſti-
monium tuum non eſt verum. 14. Reſpondit Jeſus, & dixit eis: etſi ego te-
ſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum, quia ſcio unde
veni, & quo vado: vos autem neſcitis unde venio, aut quò vado. 15. Vos ſe-
cundùm carnem judicatis: ego non judico quemquam. 16. Et ſi judico ego, ju-
dicium meum verum eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me, Pater.
17. Et in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum
eſt. 18. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhi-
bet de me, qui miſit me, Pater. 19. Dicebant ergo ei: Ubi eſt Pater tuus? Reſ-
pondit Jeſus, neque me ſcitis, neque Patrem meum: ſi me ſciretis, forſi-
tan, & Patrem meum ſciretis. 20. Hæc verba locutus eſt Jeſus in gazophyla-
cio,



cio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora
ejus. 21. Dixit ergo iterum eis Jeſus: ego vado, & quæretis me, & in peccato
veſtro moriemini; quò ego vado, vos non poteſtis venire. 22. Dicebant ergo Ju-
dæi: nunquid interficiet ſemetipſum, quia dicit: quo ego vado, vos non poteſtis
venire 23. & dicebat eis: vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mũ-
do hoc eſtis; ego non ſum de hoc mundo. 24. Dixi ergo vobis quia moriemini
in peccatis veſtris: ſi enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in pecca-
to veſtro. 25 Dicebant ergo ei: Tu quis es? dixit eis Jeſus: Principium qui &
loquor vobis 26. Multa habeo de vobis loqui & judicare, ſed qui me miſit ve-
rax eſt? & ego, quæ audivi ab eo, hæc loqor in mundo. 27. Et non cognoverunt
quia Patrem ejus dicebat Deum 28. Dixit ergo eis Jeſus: Cùm exaltaveritis
filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum, & à meipſo facio nihil, ſed ſicut
docuit me pater, hæc loquor. 29. & qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me
ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper. 30. Hæc illo loquente multi
crediderunt in eum. 31. Dicebat ergo Jeſus ad eos qui crediderunt ei Judæos: ſi
vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis, 32. & cognoſcetis veri-
tatem, & veritas liberabit vos. 33. Reſponderũt ei: Semen Abrahæ ſumus, & ne-
mini ſervivimus unquam; 34. quomodo tu dicis, liberi eritis? Reſpõdit eis Jeſus,
Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. 35.
Servus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. 36.
Si ergo vos filius liberaverit, verè liberi eritis. 37. Scio quia filij Abrahæ eſtis, ſed
quæritis me interficere, quia ſermo meus non cadit in vobis. 38. Ego quod vidi
apud Patrem loquor, & vos quæ vidiſtis apud patrẽ veſtrum facitis. 39 Reſpon-
derunt & dixerunt ei, Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Jeſus: Si filij Abrahæ
eſtis, opera Abrahæ facite. 40. Nunc autem quæritis me interficere hominẽ: qui
veritatem vobis locutus ſum, quam audivi à Deo: hoc Abraham non fecit. 41.
Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non
ſumus nati, unum Patrẽ habemus Deum. 42. Dixit ergo eis Jeſus, ſi Deus Pater
veſter eſſet, diligeretis utique me: ego enim ex Deo proceſſi, & veni, neque
enim à me ipſo veni, ſed ille me miſit. 43. Quare loquelã meã, non cognoſcitis,
quia non poteſtis audire ſermonẽ meum. 44. Vos ex patre Diabolo eſtis, & de-
ſideria patris veſtri vultis facere, ille homicida erat ab initio, & in veritate non
ſtetit, quia non eſt veritas in eo, cùm loquitur mendacium, ex propriis, loquitur,
quia mendax eſt, & pater ejus 45. Ego autem quia veritatem dico, non creditis
mihi, 46. Quis ex vobis arguet me de paccato. Si veritatem dico, quare vos non
creditis mihi? 47. qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos nõ auditis, quia
ex Deo non eſtis. 48. Reſponderũt ergo Judæi, & dixerunt ei: Nonne bene di-
cimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? 49. Reſpondit Jeſus: ego
dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me.
50. Ego autẽ non quæro gloriam meã, eſt qui quærat, & judicet. 51. Amen, amen
dico vobis, ſiquis ſermonẽ meum ſervaverit, mortem non videbit in æternum.
52. Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus quia dæmonium habes; Abraham
mortuus eſt & prophetæ, & tu dicis, ſi quis ſermonem meum ſervaverit, non
guſtabit mortem in æternum. 53. Nunquid tu major es Patre noſtro Abrahã, qui
mortuus eſt? & prophetæ mortui ſunt. Quem te ipſum facis? 54. Reſpondit
Jeſus, ſi ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt, eſt Pater meus qui glorificat
me, quem vos dicitis quia Deus veſter eſt, 55. & non cognoviſtis eum, ego
autem novi eum. Et ſi dixero quia non ſcio eum: ero ſimilis vobis, mendax. Sed
ſcio eum, & ſermonem ejus ſervo. 56. Abraham pater veſter exultavit, ut
videret diem meum, vidit, & gaviſus eſt. 57. Dixerunt ergo Judæi ad eum:
quinquaginta annos nondum habes, & Abrahã vidiſti? 58. Dixit eis Jeſus, amen
amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego ſum. 59. Tulerunt ergo lapi-
des, ut jacerent in eum, Jeſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo,

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Jeſus adulteram à Scribis accuſatam abſolvit. Quod explicavi tom. 4 cap. 15.

*Secundò, Verſ.* 12 Affirmat ſe eſſe lucem mundi; ac Judæos niſi in ipſũ credant eſſe in pec-

catis

ca ; morituros ; de quo egi tom. 4. cap. 16.

*Tertiò, Verſ.* 21. Agit Chriſtus de ſua morte, quòd vadit ad Patrem ; docétque Iudæos incredulos, in ſuis peccatis eſſe morituros, ut natos ex patre Diabolo ; quod explanavi citato cap. 16 à quæſt. 6.

*Quartò, Verſ.* 46. Prædicat Chriſtus veritatem ; dicentibus Judæis ipſum eſſe Samaritanum ac dæmonium habere ; Reſpondet Chriſtus ſe dæmonium non habere ; quod explanavi tom. 4. cap. 17. De quo hîc etiam aliqua dicam

---

Veritas prædicatur.

## QUÆSTIO I.

*Quare Iudæi tam impudicè Chriſtū dicunt Samaritanum, ac demoniacum ?*

AIT Chriſtus D. in Præſenti : *Quis ex vobis arguet me de peccato ?* de magno hoc Evangelio multa dixi citato c. 17. per viginti ſeptem quæſtiones : Nunc verò pauca addo. Oſtendit Chriſtus ſuam infinitam, & ſummam puritatem, quæ ſuis radiis ſuperabat Solis claritatem, *In ſole poſuit tabernaculum ſuum* : Pſalm. 18. n. 6. quaſi in Sole ſe poſuit, ut tanto lucis ſplendore vitæ, nihil contra ſe potuit opponi. Euthymius *In Sole poſuit tabernaculum illic : quod Chriſtus in homine habitat, in eo, inquam, homine, qui virtutum radiis coruſcavit* : Deinde oſtendit efficaciam ſuæ doctrinæ, contra quam nihil poterat opponi : Tandem arguit Chriſtus eorum nequitiam : *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.*

Pſalm. 18.

Euthym.

2. Tot ac tantis Judæi convicti, cum ſuis argumentis rationum nervos non poſſunt ſecare, nec habent aliquid ad reſpondendum, ad convitia, ac opprobria confugiunt, dicentes : *Samaritanus es tu, dæmonium habes*, Quod arguè notavit Rupertus lib. 6. in Joannem : *Igitur quia cauſa ceciderunt, & ratione ſuperati ſunt, furioſè ad convitia prorumpunt. Quomodo ſi Athletam fortiſſimum victus, & ſolo dejectus adverſarius ; quia ferire non poteſt armis, petat ſpumis, & dentibus.* Qui valde ſuperbè de ſua ſcientia tumet, & ſe exiſtimat in ſenatu philoſophico primas habere, tunc indignatione debacchatur, & mavult contentione, quàm ratione agere ; & fortè de hac humana ſapientia loquitur Eccleſiaſt. 1. n. 18. dicens : *Eò quod in multa ſapientia multa eſt indignatio* : Inde ſæpe ex hac humana ſapientia lites, & diſcordiæ naſcuntur, ut notat D. Gregor. 3. part. Paſtoral. cap. 23. & ait : *Sæpe dum quoſdam, major ſcientia erigit, à cæteris disjungit ; & quoplus ſapiunt, à concordia virtutis deſipiſcunt.*

Rupert.

*Malignus in diſputatione devictus convitia jactat.*

Ecclef. 1.

D. Gregor.

Cùm Paulus altiſſima doctrina præclara, & magna de Chriſto dixiſſet, de ſua vita, doctrina, morte, ac miraculis, omneſque jam Apoſtolos veluti in ſuam doctrinam adducere videretur, Feſtus Præſes provinciæ miſſus à Romanis : *Magna voce dixit : Inſanis, Paule, multæ te literæ ad inſaniam convertunt.* Act. 26. n. 24 Hæc dixit *Feſtus furore, & indignatione plenus* : ut ait D. Chryſoſtomus ; nam ipſe gentilis, & idololatra cum videret cultum & adorationem ſuorum Deorum deſtructam, & novam Chriſti religionem altiſſimè proclamatam, ad quod ipſe non habebat aliquid, quod reſponderet, ac diceret ; tunc contumeliam irrogat, ac Gentium Doctorem inſanum appellat, ejuſque profundiſſimam, & altiſſimam doctrinam, inſaniam dicit : De his loquitur Theodoricus lib. 1. Epiſtol. 27. *Ad injurias tunc proſiliunt, cum ſe ſuperatos turpiter erubeſcunt.*

Actor. 26.

D. Chryſoſt.

*Magiſter cum ſe convictum agnoſcit contumeliam irrogat.*

Theodor. ic

4. At verò Paulus divinâ ſapientiâ plenus politè, ac modeſtè reſpondet, dicens : *Non inſanio, optime Feſte, ſed veritatis ac ſobrietatis verba loquor* : Ibidem n. 25. Gentilis Apoſtolum dixerat inſanum : ipſe verò eum appellat optimum, & præclarum : Inde meritò ait Jacobus Apoſtolus in ſua Canonica cap. 3. n. 17. *Quæ enim de ſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudi a eſt, deinde pacifica* : Eſt pudica, ac verecunda in dicendo, ac reſpondendo ; ſolùm ſuam cauſam tuetur, & nihil torvum dicit, ſed modeſtè audit, & reſpondet. Divinus Sponſus ait Cantic. 4. n. 4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea ; omnis armatura fortium* : Ecce collum, ſeu guttur per quod eructatur, ac efformatur vox, collatum cum ſapientiæ turri : & cùm hæc turris ſit munita, ac ſtructa omni fortium armatura ſolùm tamen in ea exprimuntur clypei : cur non etiam alia arma, ut gladii, lanceæ, jacula, & ſagittæ, ſed tantùm clypei ? inter unum, & aliud hæc eſt differentia, quia alia arma, ut gladij, ſagittæ, ac lanceæ ordinantur ad feriendum, ac moleſtandum : at clypeus tantùm inſtitutus eſt ad defendendum, ac ſuſtinendum aliorū tela, ac ſagittas. In arce ſapientiæ inſigniter apponitur, ac viſitur clypeus, ut ſapienti maximè neceſſarius ad ſufferendum, ac ſuſtinendum incompoſita verborum jacula, ac ſagittas acutas vociferationum, quas impudenter inſipiens extorquet.

Actor. 26.

Jacob. 3.

Cant. 4.

*Vir ſapiens multa patientia pellet.*

5. Apoſtolo Paulo cohæret D. Stephanus cùm ipſe altiſſimè prædicaret, ita ut Judæi non poſſent reſiſtere ſapientiæ, ac ſpiritui, qui loquebatur in eo : Convocantur teſtes falſi, qui aſtruant eum dixiſſe blaſphemiam in Deum, & Moyſem : *Concurrentes rapuerunt eum & adduxerunt in concilium* : Actor. 6. n. 12. clamantes accuſant eum ut blaſphemum, & valde criminoſum, Tunc Stephanus ſic ad eos habet verba Actor. 7. n. 2. *Viri fratres & patres audite* : Cùm tanquam reus blaſphemiæ, ac falſæ doctrinæ trahitur ad judicium, valdè modeſtâ, & minimè pugnaci apologiâ calumniam excuſſit, nec verbum offendiculum excidit, quod adverſarios pungeret, imo *& fratres & patres*, amoris, ac honoris cauſa appellat conſultiſſimè, Quod ibi bene notat Oecumenius & ait : *Eſt autem verè ſapiens, ac animi magnitudine plenum*

Actor. 6.

Actor. 7.

*Qui peccati doctrina calumnias refutat abſolutus vir.*

Oecumen.



*plenum exordium. Nominum etenim proprietate demonſtrare intendit, prudentis non eſſe injurioſum quippiam, aut quod damnum afferat adverſus fratres, & patres inducere : id autem adferre, quod & gloriam novit, & lucrum pareret, hoc donum eſt viri à natura abſoluti, qui que ſalutiferè ad eos loquitur, ad quos eſt ſermo*, Sic pacatè, ac humanè ad inhumanos calumniatores, in re doctrinæ loquitur : *Viri eſt à natura abſoluti quique ſalutiferè ad eos loquitur* Angelus ille, qui in Apocalypſi apparuit tanquam perſonam Magiſtri agens, *Habebat in manu ſua libellum apertum* : Apoc. 10. n. 2. & ut ibi dicitur n. 1. *Iris in capite ejus* : Quæ eſt ſignum fœderis & pacis : Gen. 9. n. 13. *Arcum meum ponam in nubibus & erit ſignum fœderis.* Hoc ſigno oſtenditur quòd Magiſter cum pace, ac quiete doceat, & audiat.

Apoc. 10.

Gen. 9.

---

## QUÆSTIO II.

*Quare dum Iudæi Chriſtum blaſphamant magis ipſum extollunt ?*

6. BIs in præſenti dicunt Judæi JESUM Dei filium, habere Dæmonium, n. 4. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes* ; Et iterum n. 52. dicunt : *Nunc cognovimus, quia dæmonium habes* : Tam inſtanter, & perſeveranter perſiſtunt in ſua malitia, ac iniquitate ; & ratio in promptu eſt Quia dicebat veritatem ; reprehendebat vitia. Mandat Deus Ezechieli prædicare ad filios Iſraël, ad gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt ab ipſo, vias iniquas, & depravatas inquirentes, & ſubdit : *Cum ſcorpionibus habitas verba eorum ne timeas* : Ezech. 2. n. 6. Cùm propheta degat inter homines mundanos, & peccatores, ait ei, quòd habitat cum ſcorpionibus ; quorum venenum valde crudele eſt : & ut multi volunt, immedicale ; qui enim inter mundanos verſatur, eorum peccata reprehendens, & veritatem dicens, ſciant, quod non cum hominibus, ſed cum ſcorpionibus agunt, quorum venenum immedicabile eſt, ut uſque ad mortem te perſequantur.

Ezech. 2.

*Qui prædicat veritatem cum ſcorpionibus agit.*

7. Certè magna laus eſt Chriſti, ejuſque diſcipulorum, quod eorum vita, ac doctrina, ob eorum integritatem, ac bonitatem, iniquis diſpliceat. Ex quo maximè laudat magnum Auguſtinum D. Hieronymus Epiſt. 80. quia ejus doctrina Hæreticis maximè diſpliceret, & ſic ait : *Catholici te conditorem antiquæ rurſus fidei venerantur, atque ſuſpiciunt, & quod ſignum majoris eſt gloriæ, omnes hæretici deteſtantur, & me perſequuntur odio, ut quos gladio nequeunt, voto interficiant.* Magna laus eſt Auguſtino, quod ejus doctrinam omnes Catholici venerantur : *Et quod ſignum majoris eſt gloriæ omnes hæretici deteſtantur* : Communem Vir bonus, ac Deus cauſam tuentur, & communem ſubeunt aleam ; proindeque nemo è Patrum ſenatu eſt, qui à malis hominibus non impugnetur ; & nemo, qui non contemnat morſus graves hominum, & turpes eorum criminationes. Ait Gregorius Nazianz. Orat. 13. *Hoc enim ex omnibus, quæ patimur illuſtriſſimum, atque magnificentiſſimum eſt, quod cum Deo periclitamur.* Nec curandum bono viro eſt, an malis diſpliceat, quibus ingrata Dei bonitas eſt. Hoc argumento rectè Severum Paulinus ſolatur amicè Epiſt 6. *Gratulamur iiſdem nos diſplicere, quibus & Deus non placet.*

D. Hieron.

*Argumentū boni viri malis diſplicere.*

D. Nazianz.

D. Paulin.

8. Ex Dei mandato egreditur Abrahamus de Chaldæa & venit in terram Chanaam, ubi Dei viſione recreatur, promiſſionem ab ipſo divino Numine accipit, quòd illam terram daturus ſit ſemini ejus ; & ipſe in tanti beneficij accepti gratitudinem, *Ædificavit ibi altare Domino* : Gen. 12. n. 7. & ſtatim ſubdit Textus n. 8. *& inde tranſgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel* : Abrahamus diſceſſit ex Chaldæa, quia Deus hoc ei præcepit : At verò cur diſceſſerit ex Chanaan, maximè fatigantur interpretes, præcipuè cum ibi illuſtri Dei viſione nobilitatus ſit, & præclaram promiſſionem acceperit, illam, nempe, terram à filiis ſuis poſſidendam, proindeque jam illa regio hæreditas ejus erat, & inde maximè debebat gaudere in ea, ac ibi perſiſtere : cur ergo inde tranſgreditur ad montem ? D. Chryſoſtom. homil. 32. in Geneſ. ait ; *Quare inde diſceſſit ; forte videbat incolis non placere adventum ſuum.* Abrahamus vita Sanctus, integritate morum probus, unius veri Dei cultor ; At Chananæi idololatræ, dæmonum cultores, ac in omni vitiorum voragine demerſi, & cum tantum vita, moribus ac religione diſcreparent, non poterant animo convenire ; & quid mirum ; quod Abrahamus Chananæis non eſſet acceptabilis, cum Deus Abrahami eis diſpliceret ?

Gen. 12.

D. Chryſoſt.

*Si Deus diſplicet iniquis, inde conſequens : & juſtus diſplicet.*

In primo Canticorum introducitur Anima Sancta vel Eccleſia primitiva mirificè ſe laudans, & multa glorioſè decantans de ſe in quantis ab ſponſo ſuo Chriſto Jeſu ſit exaltata, & nobilitata ; ait : *Introduxit me Rex in cellaria ſua* ; Intimo ac ſecretiori cubiculo ſuo, à quo magnis donis eſt ditata, & locupletata, ita ut ejus ſodales dicant : *exultabimus & lætabimur inte memores uberum tuorum.* Cant. 1. n. 4. Deinde de ſe ait ; *Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis* : & ait quod ſit veluti ſuffuſca labore, ac ſollicitudine in dirigendis, gubernandis, ac cuſtodiendis filiis ſuis ; ſicut Paſtor curam habet in paſcendis ovibus circa ſua tabernacula ; *ſed formoſa* : pulchra, ac elegans, ſicut ipſum cœlum veri Salomonis *extendens cælos ſicut pellem* : Pſal. 103. n. 2. Ut explicant ibi Origenes. D. Bernard. ſerm. 27. & ſtatim ſubdit n. 9. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me* ; filij matris meæ Evæ, ſcilicet Gentiles intelligit Lyranus *Filij matris meæ* : Judæi, ſcilicet ; hi enim cum ea ex eadem matre Synagoga veniunt. Ita Origenes, Beda, Juſtus Orgel. Haymo, Anſelmus, D. Bernard. ſerm. 29. exponunt *filij matris meæ* : dicunt alij, quod ſint hæretici, quia cum baptizati ſint in Eccleſia, ab ea receſſerunt. Ita Ambroſius, Anſelm. & alij. Quid eſt, quòd dum primitiva Sancta Eccleſia ſuorum magnalium facit compendium, ac epilogum, & quòd multis & magnis donis ditata ſit à ſuo Divino Sponſo, quibus ita pulchra & elegans eſt veluti cœlum, & quod maximè ſollicita, & diligens ſit in ſuo munere adimplendo, etiam commemorat, quòd à ſuis inimicis

Cantic. 1.

Pſal. 103.

Origen.
D. Bernard.
Beda
Orgelitan.
Haymo.
Anſelm.
D. Bernard.

*Eccleſia gloria maximè reſplendet dum impugnatur.*

inimicis gentilibus, Judæis, ac hæreticis impugnata ſit; *filij matris meæ pugnaverunt contra me*; Quia ſicut ad magnam exaltationem, & ſublimitatem Ecleſiæ, quòd tot, ac tantis donis locupletata ſit à ſuo divino ſponſo Chriſto Jeſu; ſic; & non minùs gloriam ejus exaltat, quod à perverſis, & iniquis hominibus impugnetur, ac odio habeatur.

---

## QUÆSTIO III.

*Quare cùm Iudæi dicunt Chriſtum Samaritanum, & dæmonium habere; Chriſtus ſolùm reſpondet; ſe dæmonium non habere?*

10. JUdæi pro magno opprobrio, ac ignominia Chriſtum appellarunt Samaritanum, ac dæmonium habere, nam ſicut magna erat ignominia dæmonium habere; ſic erat & apud Judæos Samaritanum dici. Nam Samaritanus idem erat apud illos, ac hæreticus ſchiſmaticus, & appoſtata, ut notavi citato cap. 17. q. 11. n. 55. inter tot ac tantas injurias Chriſtus D. valde pacatè, ac modeſto animo ſe habet, cùm tamen contumeliarum verba maximè viro ingenuo duriſſima ſint. Hinc Iob amicos ſuos contumelioſos ut corrodentes vermes appel-

Iob. 19. lat Job. 19. n. 22. *Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini?* planè vermes è corpore ſcaturientes carnibus ejus ſaturabantur, amici nullum illi inferebant malum, ſed ſolùm illum injuſtum, & peccatorem dicebant, & tamen eorum verba adeo gravia exiſtimabat Job, ut putaret contorta ab omnipotenti Deo, non tanquàm vermes à corpore, & natura prodeuntes, & tanquam à furore, ac irâ Divinâ inflictos acerrinè corrodentes, ac carnes dilacerantes; verba enim contumelioſa plus cruciant, quàm omnes crudeles feræ. Author Catenæ Græcæ ait: *De carnibus meis ſaturamini: præſertim cum probroſi ſermones ad depaſcendos artus ſatis per ſe valeant; Itaque contumelias ipſi vereri debebamus, cum illis fratres noſtros verberari intelligamus.* Convitia & opprobria ſuper omnia viros ingenuos torquent.

*Opprobria & contumelia duriſſima Viro ingenuo.*

Author. Caten. græcæ.

11. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quòd cùm Judæi pro magna contumelia Chriſtum dixiſſent Samaritanum, & dæmonium habere, ad primum nihil reſpondet, ſed illam injuriam diſſimulat? Ad quod octo rationes dedi citato tom. 4. cap. 17. q. 17. Deinde nunc adde. Samaritani apud Judæos reputabantur ut homines abjectæ & infimæ notæ; Inde cùm Dominus repellat notam, qua dæmonium habere dicebatur, non repellit, quod Samaritanus ſit dictus? ut inde ſui habeant documenta, quòd de carnali nobilitate non multùm præſumant, nec de illa ſoliciti ſint.

*Non multùm præſumendum de carnali nobilitate.*

1. Referens D. Matthæus primam, ac ſplendidiſſimam Judeorum genealogiam, de Juda prima Regum radice ſcribit c. 1. n. 3. *Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar*: & quidem Thamar gentilis & ethnica fœmina erat, deinde fornicaria labe notata, inceſtuosè furata fuit ſoceri concubitum. Cur ergo in primo limine, ac in prima radice ſplendidiſſimæ proſapiæ tam vile, ac defectuoſum fundamentum ſupponitur? Alto divino dictamine hæc fiunt. Gavebat jam Dominus in ſuis majoribus vanam jactantiam, ac præſumptionem de generis nobilitate. Gennadius in Catena Græca ait: *Totam hanc hiſtoriam de Iuda Moyſes inſeruit inter ea, quæ de Ioſeph narrat, cur? quòd primus ille ſcopus erat, genealogiam Domini referre ſecundùm corpus, nec abs re Propheta hoc in loco ſuos Iudæos nobilitate ſuperbientes arguit, ex dimidia parte Chavanæos eſſe*: Nullus multùm glorietur de ſua nobilitate, nam ſi reſpiciat ad ſuos atavos nulla eſt tam illuſtris proſapia, quæ in aliquo non claudicet, & fucum habeat; ſic & illuſtris proſapia regum Juda Chananæo ſanguine inficitur: *Propheta Iudæos de ſua nobilitate arguit ex dimidia parte Chananæos eſſe.*

Matth. 1.

Gennad.

*Deus excludit à ſuis jactantiam de nobilitate generis.*

Maximè his cohæret id quod refertur 3. Reg. 14. n. 12. loquens Sacer Textus de Salomonis filio Roboamo, qui ei ſucceſſit in regnum Iſrael, ait: *Nomen autem matris ejus, Namaa Ammonitis.* Valde abominabile, ac execrabile erat apud Judeos genus Ammonitarum: Nam Ammonitæ multas clades, contumelias, opprobria, ac mala intulerunt Judæis, ut patet ex toto cap. Judic. 10. & ex 1. Reg. 12. & 2. Reg. 12. n. 9. Inde valde abominabilis erat gens Ammonitarum, utpote ethnica, ac inimica: Et tamen filius illuſtriſſimi Regis, ac regni hæres, ex tali muliere naſcitur, ex Dei providentia; quia ſi Roboamus ſuperbiret ex illuſtri genere patris, ac ex ſingulari ejus ſapientia, etiam deprimaretur ex vili, & abjecto genere matris. Theodoretus q. 38. ibi ait: *Sufficit autem hoc ad evertendam Iudæorum abominationem, qui ſe jactant de nobilitate generis, & eos qui ex gentibus crediderunt Salvatori, nominant alienigenas. Invenitur genus eorum, genus Regum ex alienigenis.* Illuſtriſſimum eorum genus, regale genus, & tamen alienigenarum gentium ſanguine erat fœdatum, & maculatum.

13.

3. Reg. 4.

*Quolibet illuſtriſſimũ genus claudicat ex aliqua parte.*

Theodor.

Vera enim nobilitas non ex ſanguine, ſed ex meritis deſumitur, quæ viliſſimos, & abjectiſſimos ſplendidiſſimos facit. De Job ſcribit Sacer Textus n. 1. *Vir erat in terra Hus, nomine Iob.* Et ſtatim de eo ſubdit: erat vir ille *Magnus inter Orientales*: ſeu ut alij legunt, *Vir maximus*: Job Huſita, ſive Idumæus erat ex profaniſſimo genere Eſaü, ut tenet communis Patrum ſententia apud Sanchez; ſed qui adeo vilis genere erat, & ex vitiata, ac reprobata radice, quomodo ſcribitur *Magnus*, ſeu *Maximus*, inter Orientales? etſi abjectiſſimus eſſet genere, tamen eminentiſſimus erat virtute, inde non cum addito, ſed ſimpliciter, & abſolutè dicitur *Magnus*, qui enim virtute fulget in omni magnitudine verè reſplendet. D. Hieron. de vera Circunciſion. ait: *Ubi es in ſola carne circonciſa Judæa? Confer cum Jobo pedem, & contende gloriâ, attolle te majorem ſuperbâ virtute? Job adverſum te procedit in medium? ſanguinis authores non erubeſcens, neque per Eſaü in conceſſam benedictionis ſortem transfuſione mentitus. Ac proinde ei proſit, quod in his vincat te omnibus; & procedit, plus ſibi de virtute vendicans propria, quo minus ex gloria promittit aliena*: Ecce nobiliſſima Judæorum natio ex benedicto ſemine Abrahæ propagata, atavis candidiſſimis maximè illuſtrata. Idumæa abjecta natio, utpote ab Eſaü reprobato originem trahens ex cujus genere veniens Job Idumæus, etſi vilis ſanguine, virtute tamen ita valdè ſublimis, ut inter omnes Orientales Magnus publicetur, cujus defectu Abrahamides maximè obſcurantur,

14.

Job. 1.

*Virtutum decor viliſſimos extollit.*

D. Hieron.



# CAPUT IX.

ET præteriens Jeſus vidit hominem cœcum à nativitate: 2. & interrogaverunt eum diſcipuli ejus, Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus naſceretur? 3. Reſpondit Jeſus, neque hic peccavit, neque parentes ejus, ſed ut manifeſtẽtur opera Dei in illo. 4. Me oportet operari opera ejus qui miſit me, donec dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt operari. 5. Quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi. 6. Hæc cùm dixiſſet, expuit in terrã, & fecit lutũ ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus, & dixit ei. Vade, lava in natatoria Siloë, quod interpretatur Miſſus, 7. Abiit ergo & lavit, & venit videns 8 Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat dicebant. Nonne hic eſt qui ſedebat, & mendicabat? alij dicebant, quia hic eſt. 9. Alij autem nequaquam, ſed ſimilis eſt ei. Ille verò dicebat, Quia ego ſũ. 10. Dicebant ergo ei, quomodo aperti ſunt tibi oculi? 11. Reſpondit: ille homo qui dicitur Jeſus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi, vade ad natatoriam Siloë, & lava. Et abii, & lavi, & video. 12. Et dixerunt ei, Ubi eſt ille? ait: Neſcio. 13. Adducunt eum ad Phariſæos qui cæcus fuerat. 14. Erat autem Sabbathum quando lutum fecit Jeſus, & aperuit oculos ejus. 15. Iterum ergo interrogabant eum Phariſæi; quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis: Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & lavi, & video. 16. Dicebant ergo ex Phariſæis quidã. Non eſt hic homo à Deo, quia Sabbathum non cuſtodit. Alij autem dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere, & ſchiſma erat inter eos. 17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu, quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? ille autem dixit, quia propheta eſt. 18. Non crediderunt ego Judæi de illo, quia cæcus fuiſſet & vidiſſet: donec vocaverunt parentes ejus qui viderat. 19. & interrogaverunt eos, dicẽtes: Hic eſt filius veſter quẽ vos dicits quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? 20. Reſponderunt eis parentes ejus, & dixerunt: Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt: 21. quomodo autem nunc videat, neſcimus, aut quis ejus aperuit oculos nos neſcimus: ipſum interrogate, ætatẽ habet, ipſe de ſe loquatur. 22. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos. Jam enim conſpiraverant Judæi, ut ſi quis eum cõfiteretur eſſe Chriſtum extra Synagogam fieret. 23 Propterea parentes ejus dixerunt, quia ætatem habet, ipſum interrogate. 24. Vocaverunt ergo rurſum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriã Deo, nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. 25. Dixit ergo eis ille, ſi peccator eſt, neſcio: Unum ſcio, quia cæcus cùm eſſem, modo video. 26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? 27. Reſpondit eis, Dixi vobis jam, & audiſtis: quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis diſcipuli ejus fieri 28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu diſcipulus illius ſis: nos autem Moyſis diſcipuli ſumus, 29. Nos ſcimus, quia Moyſi locutus eſt Deus: Hunc autem neſcimus unde ſit 30. Reſpondit ille homo & dixit eis, in hoc enim mirabile eſt, quia vos neſcits unde ſit, & aperuit meos oculos: 31. Scimus autem quia peccatores Deus non audit: Sed ſiquis Dei cultor eſt, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit, 32. A ſæculo non eſt auditum quia quis aperuit oculos cæci nati 33. Niſi, eſſet hic à Deo, non faceret quicquam. 34. Reſponderunt, & dixerunt ei, in peccatis natus es totus, & tu doces nos? & ejecerunt eum foras. 35. Audivit Jeſus quia ejecerunt eum foras; & cùm inveniſſet eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei? 36. reſpondit ille, & dixit: Quis eſt Domine, ut credam in eum. 37. Et dixit ei Jeſus, & vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt, 38. At ille ait: Credo Domine, & procidens adoravit eum. 39. Et dixit ei Jeſus, in Judicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident; videant, & qui vident cæci fiant 40. Et audierunt quidam ex Phariſæis qui cum ipſo erant: & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci ſumus? 41. Dixit eis Jeſus: Si eſſetis cæci, non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis: Quia videmus. Peccatum veſtrum manet.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

In toto hoc capite Evangeliſta narrat, quomodo Chriſtus D. cœcum à nativitate die Sabbathi illuminaverit: Unde Verſ. 14. Phariſæi Chriſtum, ut Sabbathi violatorem arguunt: At cœcus jam videns Chriſti ſanctitatem defendit: Ex quo Phariſæi verſ. 34. extra Synagogam ejiciunt; eumque Chriſtus recipit, & cœcus procidẽs adorat eum. Quod totũ explicavi to. 4. c. 14. per multas qq.

# CAPUT X.

AMEN, amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ovile ovium
ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. 2. Qui autem intrat per
oſtium, paſtor eſt ovium. 3. Huic oſtiarius aperit, & oves vocem ejus
audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas. 4. Et cùm
proprias oves remiſerit, ante eas vadit, & oves illum ſequuntur; quia ſciunt vocẽ
ejus 6. Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non noverunt vo-
cem alienorum. 6. Hoc proverbium dixit eis Jeſus. Illi autem non cognoverunt
quid loqueretur eis. 7. Dixit ergo eis iterum Jeſus: Amen, amen dico vobis, quia
ego ſum oſtium ovium 8. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones: ſed
non Audierunt eos oves, 9 Ego ſum oſtium: Per me ſi quis introierit, ſalvabitur,
& ingredietur, & egredietur, & paſcua inveniet. 10. Fur nõ venit niſi ut furetur,
& mactet, & perdat. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. 11.
Ego ſum paſtor bonus: Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis. 12. Mer-
cenarius autem, & qui non eſt paſtor, cujus non ſunt oves propriæ, videt lupum
venientem, & dimittit oves, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oves 13. Merce-
narius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus.
14. Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ. 14. Sicut
novit me Pater, & ego agnoſco Patrem, & animam meam pono pro ovibus
meis 16. Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & alias oportet me ad-
ducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus paſtor. 17. Propte-
rea me diligit pater, quia ego pono animam meam, ut iterum ſumam eam. 18.
Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me ipſo, & poteſtatem habeo po-
nendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatum accepi
à Patre meo. 19. Diſſenſio iterum facta eſt inter judæos propter ſermones hos. 20.
Dicebant autẽ multi ex ipſis, Dæmonium habet, & inſanit: quid eum auditis?
21. Alij dicebant, hæc verba non ſunt dæmonium habentis, nunquid dæmonium
poteſt cœcorum oculos aperire? 22. Facta ſunt autem Encænia in Ieroſolymis:
& hyems erat, 23. Et ambulabat Jeſus in templo, in porticu Salomonis. 24 Cir-
cumdederunt ergo eum Judæi, & dicebant ei: Quouſque animã noſtram tollis?
Si tu es Chriſtus dic nobis palam. 25. Reſpondit eis Jeſus, loquor vobis, & non
creditis. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibẽt
de me. 26. Sed vos non creditis, quia nõ eſtis ex ovibus meis, ſicut dixi vobis. 27.
Oves meæ vocem meam audiunt, ego cognoſco eas, & ſequntur me, 28. Et
ego vitam æternam do eis: Et non peribunt in æternum, & non rapiet eas
quiſquam de manu mea. 19. Pater meus quod dedit mihi majus omnibus eſt, &
nemo poteſt rapere de manu Patris mei. 30. Ego & Pater unum ſumus. Suſtule-
runt ergo iterum lapides Judæi, ut lapidarent eum. 31. Reſpondit eis Jeſus. 32.
Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me la-
pidatis 33. Reſponderunt ei Judæi, de bono opere non lapidamus te, ſed de blaſ-
phemia, & quia tu homo cùm ſis, facis te ipſum Deum. 34. Reſpondit eis Jeſus,
Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, quia Ego dixi, dij eſtis? 35. Si illos dixit deos:
ad quos ſermo Dei factus eſt; & non poteſt ſolvi Scriptura: 36 Quem Pater
ſanctificavit, & miſit in mundum, vos dicitis: Quia blaſphemas: 37. quia dixi,





filius Dei ſum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. 38. Si autem
facio & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoſcatis & credatis
quia Pater in me eſt, & ego in Patre. 39. Quærebant ergo eum apprehendere;
& exivit de manibus eorum 40. Et abiit iterum trans Jordanem in eum locum
ubi erat Ioannes baptizans primùm; & manſit illic. 41. Et multi venerunt ad eum,
& dicebant: Quia Joannes quidem ſignum fecit nullum. Omnia autem quæ-
cumque dixit Ioannes de hoc, vera erant 42, Et multi crediderunt in eum.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, Verſ.* 1. Chriſtus D. duas parabolas proponit, Unam oſtij: Aliam paſtoris Ovium; & utramque ſibi attribuit, & ideo verſ. 7. ait: *Ego ſum oſtium oviũ* & verſ. 11. etiam de ſe ait: *ego ſum Paſtor bonus* &c. & utrãque parabolam jã explicavi tom. 4. c. 19. & etiam hîc dicam

*Secundò, Verſ,* 22. Cum facta eſſent Encænia, & hyems eſſet, ambulat Ieſus in porticu Salomonis; quærunt ab eo Iudæi; an ipſe eſſet Meſſias; Reſpondet ſe eſſe Chriſtum, & Iudæos noluiſſe eum cognoſcere: Ex quo Iudæi tollunt lapides adverſus Chriſtum; ipſe verò inviſibiliter elabitur è manibus eorum; quod totum explanavi uſque ad finem Capitis tom 4 cap. 31. & hîc etiam dicam nonnula.

Bonus Paſtor.

## QUÆSTIO I.

*Quare omnes fideles ad Chriſtum venientes Oves dicuntur?*

DE hoc Evangelio boni Paſtoris multa dixi citato tom. 4. cap. 19. Nunc verò aliqua prælibanda ſunt: Et ait Chriſtus in præſenti n. 2. *Qui autem intrat per oſtium paſtor eſt Ovium; & Oves vocem ejus audiunt, & vocat eas nominatim.* Sub Chriſto omnes dicuntur Oves, dum ſ ipſe nominatim vocat. Recogita id quod dicitur Geneſ 2 n. 19. *Formatis igitur Deus de humo cunctis animantibus terræ, & univerſis volatilibus Cœli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea.* Ecce Leo, Urſus, Lupus, & Aquila, Ovis, Bos veniunt ad Adam, ut ab eo nomen accipiant; Apud

Gen. 2.

Adamum commemorantur univerſæ beſtiæ, ut ab eo nomen accipiant: At apud Chriſtum ſolùm referuntur Oves, quæ ab ipſo nominatim dicuntur, & agnoſcuntur Hi qui ad Chriſtum veniunt, etſi antea eſſent moribus feræ beſtiæ, rugientes leones, rapaces lupi, laſcivientes urſi, & feroces tauri; tamen ut ad Chriſtum accedunt, ejus Eccleſiam ingrediuntur omni ferocitate, ac pravitate depoſita, fiunt pacificæ, humiles, ac mites oves. D. Athanaſius Sinaita lib. 9. Hexamer. ait: *Nominavit quando eas adduxit ad Adam, ut videret quid eas vocaret; ſed quando congregabantur quidem; dicebantur beſtiæ, quando autem introductæ ſunt in paradiſum, & in ſtabulum boni Paſtoris, effectæ conformes Agno Chriſti ſtatim oves nominatæ ſunt omnes.* Tanquam in figura præceſſit, quod beſtiæ aliàs natura ſanguinolentæ, ut paradiſum attigerunt, manſuetè ac unanimiter, & concorditer venerunt ad Adamum, ut ab illo nomen acciperent: Sic homines lupinis moribus dediti, cùm ad domum Dei veniunt mutantur in Oves, ac ſi cuncti eſſent ejuſdem conditionis, ac naturæ.

*Domus Dei omne mutat in melius.*

Sinaïta.

Dicebat illa Sponſa: *Nigra ſum ſed formoſa,* Cant. 1. n. 5. Si nigra & deturpata facie erat, unde fieri potuit, quòd eſſet elegans, ac formoſa? Quia Jeſus eam dilexit; ad ſe illam traxit, adſeque ſociavit; quia animas, etſi turpes, quas Jeſus diligit in miram ac admirabilem pulchritudinem transfert. D. Nyſſen, homil. 2. in Cant. ſic ait *Ipſa diſcentibus addit miraculum, quod in ſe factum eſt, ut magis diſcamus ſponſi benignitatem, qui dilectæ indidit pulchritudinem: Nolite, inquit, mirari, quod me dilexerit rectitudo; ſed quòd cum nigra eſſem peccato, & per opera affinis eſſem, & conjuncta tenebris; me pulchram facit per dilectionem, ſua pulchritudine communicata, cum mea turpitudine:* Hæc eſt mutatio dexteræ dei excelſi, quæ ſola poteſt animas deformes, depulſâ ſ. â turpitudine, pulchras, & elegantes reddere.

Cant. 1.

*Deus, depulsâ noſtra deformitate nos pulchros facit.*
D. Nyſſen.

Pro quo Nota, quòd Moyſes duxit in uxorem Sephoram filiam Sacerdotis Madian. Exod. 2. n. 21. Et ſemper nigra, & Æthiopiſſa dicta eſt, Num. 12. n. 1. At Anima licet eſſet nigra; ubi tamen Dei domum attigit, ipſique juncta eſt, nunquam amplius dicta eſt nigra, ſed ſemper dicta formoſa, pulchra, pulcherrima inter mulieres, Cant. 1. n. 7. *Tota pulchra es & ſine macula,* Cant. 4. n. 7. Et ſæpeſæpius ejus elegantia maximè decantatur in toto Cantici libro, quòd ſit formoſa, pulchra, ſpecioſa, & columba: Quid eſt hoc, quòd hæc Anima Canticor. licet eſſet Nigra, tamen amplius nunquam talis dicta, ſed ſemper formoſa, pulchra, ſpecioſa, & columba? uxor verò Moyſis cùm eſſet nigra, & Æthiopiſſa ſemper talis permanſit, & dicta eſt? Hæc eſt virtus ſolius Dei, & quæ ſolùm in ejus Eccleſia cernitur, quæ gratia ipſius ſpõ ſi id habet, ut quos admittit, in meli' cõvertat, depulſâ

Exod. 3.
Num. 12.
Cantic 1.
Cant. 4.

*Qui ad Eccleſiam veniunt mundantur.*

D. Bernard.

omnia ſuâ antiquâ vetuſtate. Ad rem præclarè D. Bernard. ſerm. 2. in Dominicam I. poſt Epiphaniam, hæc ait: *Moyſes quidem Æthiopiſſam duxit uxorem, ſed non potuit ejus mutare colorem. Chriſtus verò, quam adamavit ignobilem adhuc & fuſcam, glorioſam ſibi exhibebit Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam.*

---

## QUÆSTIO II.

### *Quare oves vocem ſui Paſtoris audiunt & tam ſedulò ipſum ſequantur?*

AIt Sacer Textus in præſenti, n. 3. de bono Paſtore agens: *Oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas, & cùm proprias oves remiſerit, ante eas vadit & oves illum ſequuntur.* Ante eas vadit, ut eas à leone, lupo, ac latrone defendat, & ad optima paſcua adducat, ut laté explicavi citato cap. 9 q 3 pro quo adde, quòd de bono paſtore dicitur, quòd oves vocem ejus audiunt; & eas vocat nominatim, nomine ovium, & proprio ſuo nomine; de mercenario autem, & malo paſtore, non dicitur, quòd oves vocem ejus audiant, & quod eas vocet nominatim.

*Difficultas quæſtionis*

5. Rupertus.

Pro qua re audiendus eſt Rupertus lib. 9. in Io. qui ſic ait malis paſtoribus, *Illi nequaquã oves vocant nominatim; ſed è contra perverſis utuntur nominibus, dum dicunt bonum malum, & malum bonum, dum vocant tenebras lucem, & lucem tenebras, ut juſtificent impium, & juſtitiam juſti auferant ab eo, quemadmodum fures, & latrones. Non ita iſte, ſed proprias oves vocat nominatim ... Id eſt, cum ſint oves, & non hædos vocat, ſed ut ſint oves blandè ac familiariter appellat, & ſi quando hœdi fuerint, non hoc maledico ore tyrannizando improperat illis.* Ecce diſcrimen inter tyrannicam, & legitimam poteſtatem: Nam tyrannica & illegitima cum violentia agit, injuriis, & contumeliis bonum afficiens; & ideo oves vocem ejus non audiunt, nec eas nominatim dicit, ſed ut hœdos appellat, flagello, ac verbere utens. At legitima poteſtas paſtoritiam lenitatem amat, nec baculo, nec pugnis ferit, nec verbis, ac contumeliis pungit ſed voce leni, ac manſuetâ errantes admonet, ut ad bonam frugem trahat, ad quod nos optimo exemplo boni paſtoris inducit D. Lucas 15. n. 5. Siquidem bonus paſtor poſtquam multa paſſus eſt, quærens errabundam ovem, quâ inventâ, nec duro verbo, nec aſpero flagello utitur. *Sed cum invenerit eam imponit in humeros ſuos gaudens:* Tanquam feſtivè eam amplectens: Qua de re elegantiſſimè D. Nyſſenus de pœnitentia fatur, & ait: *Errantem invenit, inventam autem non verberavit, nec urgendo vehementius ad gregem compulit, ſed humeris ſuis impoſitam, leniter tractans ad gregem geſtavit.* At Roboamus dum duro verbo, & inhumanis flagellis utitur gregem diſſipat; Reg. 12. n. 14. & 15.

*Illegitima poteſtas durè; legitima affabiliter agit.*

Luc. 15.

D. Nyſſen.

3. Reg. 12. 6.

Secundò: Vocem ſui Paſtoris oves audiunt. *Et ipſum ſequuntur:* In hoc ſumma ovium obedientia cum eximio amore erga ſuum paſtorem demonſtratur: Iterum redeat citata parabola boni Paſtoris, qui poſt multam fatigationem, ac laborioſum iter, *Cum invenerit, imponit in humeros ſuos gaudens:* Luc. 15. n. 5. Contemptu fatigationis diſpendio, ovem in humeros elevat cum ingenti animi hilaritate. Quid mirum ergo, quòd tam promptè vocem paſtoris audiant, & tam avidè ipſum ſequantur, cum ejus ſollicitudinem, curam ac amorem erga ſuas oves agnoſcant, cùm contempto proprio labore ſubjectorum commodis incombat, cùm denique, tanquam ſui oblitus de ſuorum utilitate ſit ſollicitus?

Luc. 15. *Sollicitudo, ac cura Domini devincit ſubditorum animos.*

Acceſſit Centurio ad Chriſtum rogans, ac humiliter petens, ut ſanaret puerum ſuum infirmum, intendens non quod Dominus deſcendat in domum ſuam; ſed tantùm quòd verbo imperet ſanitatem; & ad hoc proponit exemplum ſuorum ſervorũ ob ſequelam commendans. *Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites; & dico huic, Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & ſervo meo Fac hoc, & facit:* Matth. 8. n. 9. Etſi mandata ſint diverſa; omnia tamen æquali, & promptâ obedientiâ adimplentur, & in tanta militum copia nullus eſt, qui obmurmurans truculentâ ferociâ, mandata reſpuat, ſed omnes gaudentes ad ejus executionem volant: Et quænam hujus rei cauſa? Benigna humanitas Centurionis in ſuos, pro ſalute unius pueri miſit legatos ac rogatores ad Chriſtum: Luc. 7 n. 3. Deinde ipſe profundâ humilitate deprecans, ac exorans venit, omnemque lapidem movet pro ſui famuli incolumitate: His ſtudiis maximè alliciebat animos, & ingenuè omnium devinciebat affectus ut voluntas ejus eſſet omnium voluntas. D Baſil. Sel. orat. 19. ſic ait: *Pro ſervo legationem obit; neque ſervum ſprevit per agritudinem corpore detabeſcentem, neque ſervi contempſit afflictionem, herili faſtu turgens, neque præ voluptate, quam ex numeroſo ſatellitio capiebat, pueri immobilis oblitus eſt: Verum obibat inveſtigans periculo remedium:* Etſi Centurio magno militum numero eſſet ſtipatus; tamen unius pueri infirmi non erat oblitus; & cum ſervi viderent Dominum tam ſollicitum pro ſuorum commodis, inde omnes maximè ſtimulari ſatagebant ejus obſequiis inſervire, & ab ejus minimo nutu non deficere. 7.

Matth. 8.

Luc. 7.

D. Baſil. Sel.

*Benignitas Domini in ſuo ſtimulus eſt ad obſequia.*

Tertiò, expende præfata verba: *Ante eas vadit, & oves illum ſequuntur.* Quæ verba commentans Gloſſa apud D. Thom ſic ait: *Emittit ſiquidem de tenebris ignorantiæ ad lucem, cum ante eas vadit, quaſi in columna nubis & ignis,* Bonum Paſtoris exemplum confert Magnus Doctor cum miraculorum nube, quæ nocte eximio fulgore depellebat tenebras, & die ab æſtu, ac ardore Solis obumbrabat, & viam aſperam, & inaquoſam, ut planam & tritam oſtendebat Hebæis: Exod. 13. n. 21. Sic paſtor dum ante oves vadit ſuo exemplo mira, ac miraculoſa præſtat, caliginoſa lucida fiunt, calore æſtivo, ardentia tepida, & lenia apparent; aſpera, montuoſa, florida & directa redduntur. Quot miracula nubes præſtabat Hebræis, tot nunc paſtoris exemplum ovibus exhibet. 8.

D. Tum.

Exod. 13.

*Paſtoris exemplum miracula præſtat erga oves.*

Diabolus invidia ſtimulatus videns hominem creatum in tantâ juſtitiâ, ac perfectione intentat eum in ruinam præcipitare; *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecit Dominus Deus, qui dixerat ad mulierem:* Gen. 3. n. 1. Et ad ſuum effectum conſequendum, non Adamum, ſed mulierem aggreditur; & tamen ipſe diabolus ſua arte bene ſciebat, quod pactum ad transfundendum peccatum in genus humanum, radice vitiata, tantum erat cum Adamo, & non cum Eva: Unde ſi mulier peccaret guſtato pomo vetito, & Adamus non comederet; nulla macula originalis transfunderetur in poſteros. Cur ergo primò rem habet cum muliere, ut eam alliciat ad peccandum? cur ergo non prius omni ſua arte, ac machinatione in hominem irruit, ſed prius in mulierem, ut comederet, & comedens daret Adamo? *Tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo qui comedit;* ibid. n. 6. pro certo habuit diabolus, quòd efficacius erat ad prævaricationem inducendam mulieris exemplum comedentis, quàm omni ſua aſtutia, arte, ac machinatione conficta. Lippoman. ait: *Accepit non ſerpens ſed mulier de fructu ligni ... Conſenſit in opus prohibitum, peccandoque proficiens conſortem ſceleris ineſcando virum.* Eva ſeducta eſt colloquio; Adamus verò præcipitatus exemplo, Vide ſup Luc, quæſt. 1. n. 16. & in omnibus meis libris Verb. *Exemplum.* 9.

*Plus prævalet exemplum ad perdendum, quàm omnis aſtutia diaboli.*

Lippoman.



---

Encænia facta

## QUÆSTIO III.

### *Quare Divina Providentia diſpoſuit, ut in hyeme Encænia fierent?*

10. AIt N. Evangeliſta in præſenti. n. 22. *Facta ſunt encænia in Jeroſolymis & hyems erat:* de quo latè tractavi tom. 4. c. 31. per duodecim qq Deinde accipe iſtud magnâ conſideratione dignum, nempe quòd Encænia, ſeu feſtum renovationis fieret in Hyeme. Nonne melius erat tempus Veris ad renovationem? nam totus mundus Vere renovatur, primũque novæ formationis ſplendorem induit; Hyeme verò vigent tempeſtates, procellæ, ac turbines, quæ magis ſunt aptæ ad conſumẽndum, ac deſtruendum, quã ad innovandum. Cur ergo Deus alta ſua ſapientia diſponit, ut templi renovationes fiant Hyeme. & non Vere? Ut tali documento homines inſtruerentur, quod tutiores, ac ſecuriores adverſus furentes, ac ſævientes mundi tempeſtates fierent, ſi in renovationem novæ vitæ cõſurgerent, cum novo virtutis flore ſeſe componentes, ac exornantes, novam vitam reſumentes. Theophyl. apud Caten. D. Thom. ait *Satages tu quoque dum Hyems imminet, ideſt, vita præſens turbinibus iniquitatis concuſſa, ſpirituales encænias tui templi celebrari, ſemper renovando te ipſum.* Ad crudeles tempeſtates, ac reflectentes ventos, cavendos, ac ſuperandos, quibus adverſarij te impetunt, hoc magnum, & ſingulare præſidium eſt, te ipſum innovare, ac indumenta primævæ, ac novitiæ virtutis aſſumere.

*Maximè ſecurus eſt homo ſi primævæ virtutis fervores aſſumit.*

Theophyl.

11. Joan. 17.

Cùm Chriſtus D. iam eſſet iturus ad paſſionis ſuæ certamina, cum crudeliſſimis adverſarijs ad Patrem orat: *Nunc clarifica me tu Pater apud te metipſum, claritate quam habui, priuſquam mundus eſſet.* Joan. 17. n. 5. Cùm iam ad violentas hoſtium manus veniret, non petit à Patre duodecim legiones Angelorum, ut illis defendatur, ſed primæ ſuæ generationis ſplendorem poſtulat ſuæ humanitati communicari: *Antequam mundus eſſet:* D. Hilar. in Pſal. 2. ait. *Non aliena deſiderat, eſſet talis, qualis fuerat poſtulat, & precatur id ſe, quod antea erat eſſe, gigni, ſcilicet, ad id, quod fuit.* Prima illa cunabula æternæ generationis in humanitate ſplendeſcere exoptat; quo ſolo ſecurus, & triumphator inter hoſtium luctamina iret; ut nos ſuo exemplo informaret, ut inter debacchantium adverſariorum tempeſtates, toto affectu intendamus noſtræ primæ nativitatis incunabula, quæ habuimus in baptiſmate, & his muniti omnia adverſaria ſuperabimus.

*Si habeas primam puritatem omnia ſuperabis.* D. Hilar.

Joanni loquitur Angelus: *Veni oſtendam tibi ſponſam uxorem Agni:* Apoc. 21. n. 9. Maximè notandum quòd vocat ſponſam, & uxorem, cùm inter hæc magnum ſit diſcrimen, Nam ſponſa, illa nuncupatur, quæ tunc primo traditur viro, & adhuc extat, & perſeverat in nuptiali feſtivitate; & tunc recens in domo viri, ac ejus thalamo introducta eſt; uxor verò, illa nuncupatur, quæ iam grandeva eſt, & valdè remota à feſtivitate nuptiali, & per multum tempus perſeverat in domo viri: Quomodo ergo dicitur Sponſa & Vxor? Si uxor eſt, ad quid neceſſe eſt, eam ſponſam nominare? Hoc habent illæ beatæ animæ, quæ Divino Sponſo adhærent, quòd licèt per multum tempus illi ſint adiunctæ, nunquàm amoris fervore feneſcunt; ſed ſic tanto vigore, ac animi ſolertia ſe habent adversùs turbines, ac contrarietates inſurgentes, acſi tunc primò & noviter adiungerentur; nunquam enim in ſuo amore veteraſcunt. Rupert lib. 12. in Apoc. ſic ait: *Quare utrumque dixit, & Sponſam, & uxorem Agni? Videlicet, quia etiam illic, ubi iam uxor erit, ſponſa nihilominus permanebit; quia nimirum in illa beata copula ſemper uxor cum filijs ſemper ſponſa erit, permanentibus nuptiis, & ſponſalibus feſtis.* Perpende verba: *Ubi iam uxor erit, ſponſa nihilominus permanebit:* Etſi iam ab antiquo Anima ſit Deo adiuncta, non inde frigeſcit, ſed ita quotidie innovatur, ac ſi tunc recenter adveniſſet & eſſet copulata. 12.

Apoc. 21.

*Virtutis affectus ſemper ut recens innovatur.*

Rupert

Cùm mittitur Jeremias ad prædicandum populo incredulo, ac contumaci, ait ei Deus c. 1. n 18 *Ecce dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & murum æneum:* At Iſaias de ſe dicebat c. 16. n. 11. *Venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit, & viſcera mea ad murum coctilateris.* Quæ verba ſic leguntur à Nicæta in Nazianz. orat. 43. *Venter meus ſuper Moab quaſi cithara ſonabit, & præcordia mea quaſi murus, quem innovaſti* Nunquid hujuſmodi duo Prophetæ ſibi adverſantur? Nam ut valentia, ac conſtantia Jeremiæ exprimatur, declaratur per murum æneum. At Iſaias non murus æneus, ſed murus innovatus dicitur, forſitan, quia ipſe infirmior eſt Jeremia? Abſit hoc; ſed idem eſt apud Deum murus æneus, ac murus innovatus, & id quod in Jeremia exprimitur per murum æneum, in Iſaia ſignificatur per murum innovatum; nam validiſſima ſunt apud Deum ea, quæ quotidie innovantur ad confringendas omnes adverſas, & aëreas poteſtates. D. Nazianz orat. 43. ait: *Innovatur etiã apud alium Prophetam murus æreus, hoc eſt, ni fallor anima firma, & aurea, recenſque ad partem compacta.* Quod enim uni præſtabat murus æreus, alteri conferebat murus innovatus: & per utrumque ſignificatur anima firma & conſtans apud Deum. 13.

Ierem. 1.

Iſai. 16.

Nicætas.

*Innovatio, ac renaſcentia in virtute multùm proficit.*

D. Nazianz

## QUÆSTIO. IV.

*Quare Jeſus non ſedebat, ſed ambulabat?*

14\. NOn ſedebat, nec ſtabat, ſed ambulabat, tanquam denotans, quòd ex illo loco, ac templo eſſet tranſiturus ad novum populum, novamque Eccleſiam congregatam ex gentibus; vel ambulabat, quia ut dixi citato cap. 31. q. 2. n. 14. & innuit N. D. Cyril. Alex. cùm dicitur hyems, innuitur cauſa cur ambulabat; nam hyemale tempus frigidum eſt; & cùm motus ſit cauſa caloris, ideò multis placet, ut ibi dixi quòd ambulabat ad expellendum frigus: & quamvis Chriſtus D. ſuâ Divinâ virtute poſſet ſe ab omni temporis injuria tam frigoris, quàm tempeſtatis, ac cunctorum defendere, noluit tamen; ſed communibus mediis utitur; ut inde nos doceat, miraculum non eſſe expectandum in his, quæ arte, ac induſtria humana vinci poſſunt.

D. Cyril.

*Non requirendum miraculum in his, quæ poſſunt fieri arte humana.*

15\. Poſtquam Elias Divinâ virtute ſublatus eſt in cœlum, & Eliſæus habitaſſet in Jericho, convenerunt viri civitatis illius ad eum, & dixerunt. *Ecce habitatio civitatis huius optima eſt:, ſicut tu ipſe Domine perſpicis: ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis. At ille ait: Afferte mihi vas novum, & mittite in illud ſal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanavi aquas has, & non erit in eis mors, neque ſterilitas, & ſanatæ ſunt aquæ uſque in diem hanc.* 4 Reg. 2. n. 19. 20. 21. Habitatores civitatis duo incommoda loci illius propoſuerunt Eliſæo, tanquam ab eo divina ope remedium poſtulantes: unum de vitio aquarum: *Aquæ peſſimæ ſunt*: Alterum de malignitate terræ: *Et terra ſterilis*: At Propheta agit de ſalubritate aquarum: *Sanavit aquas has*: Et nihil agit de terra. Tam neceſſarium erat unum, quàm alterum ad humanam vitam: nam ſicut aqua eſt neceſſaria ad bibendum; ſic & fructus terræ ad comedendum, quos terra ſterilis non poteſt parturire. Cur ergo Propheta ſolùm agit de aquis ſanandis, non verò de fertilitate terræ Extinguere qualitatem peſtiferam, ac venenoſam in aquis, non eſt humanæ facultatis, ſed ſolùm Divinæ poteſtatis; at terram ſterilem fœcundam reddere artis, ac induſtriæ eſt humanæ, ac illius agriculturæ, glebas conterendo, ac ſtercore fovendo; ut factum legimus in arbore quadam apud Luc. 13. n. 8. Inde Proph. Divino afflatu, aquarum vitium: quod excedebat vires humanas, & ſolius Divinæ poteſtatis erat, expulit; At terræ ſterilitatem, quæ humana agricultura, ac arte in frugiferam poterat commutari, ejus induſtriæ, ac labori relinquit. Sic ait D. Auguſt. lib. 22. de Civit. *Pertinet ad ſanam doctrinam, ut quando habet homo, quæ faciat, non tentet Dominum Deum ſuum.*

dixerunt

4. Reg. 2.

*Propheta ſanat aquas, terram relinquit agricolis.*

D. Auguſt.

16\. Cùm populus Iſeraëliticus egreſſus de Ægypto, reſpexiſſet Pharaonem poſt tergum venientem contra ſe in manu forti, ac valida, magna militum copia, multiſque armatis curribus maximo timore correptus eſt; quibus ait Moyſes: *Nolite timere: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*: Exod. 14. n. 14. explicat Agellius in Pſ. 27, *Neque enim ideo dixit vos tacebitis, quaſi illi muti futuri eſſent, ſed quia nihil laboraturi, ac facturi erant.* Et tamen non multùm poſt, cùm Amalec armatus veniſſet ad pugnandum contra Iſraël, ait Moyſes Joſue: *Elige viros, & egreſſus pugna contra Amalec*: Exod. 17. n. 9. Quid eſt, quòd quando pugnandum eſt contra Pharaonem, Moyſes divino afflatu ait populo: *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*: id eſt, Dominus totum pondus belli aget, & vos nihil facturi eſtis: At verè contra Amalec, ait Joſue: *Elige viros*, Fortiores nempe ac robuſtiores totius exercitus ad bellum, Pugna contra Pharaonem agenda erat maris diviſione, quam ſolùm valida Dei manus poterat exhibere, at contra Amalec robore virium, ac animi generoſitate, ac audacia decertabatur; quod facultatis humanæ eſt Quod humanas vires excedit, Dei eſt negotium, ejuſque potentia deprecanda; at quod inter humanam ſphæram clauditur, humanâ arte, ac induſtria perſolvendum: Indeque pugna contra Pharaonem Dei erat; contra Amalec verè bellatorum exercitus.

Exode 14. Agellius.

Exod. 17.

*Pugna cum Pharaone ſolius Dei, cum Amalec, hominum.*

## QUÆSTIO V.

*Quare Chriſtus in porticu Salomonis ambulabat, & non in alio loco?*

17\. DE hac porticu Salomonis multa ſcribunt Auctores, ut latè referunt Lorin. Cornel. Act. 3. n. 2. quæ erat ante templum ad portam ſpecioſam. In hac ſedebat mendicus claudus, quem Joannes & Petrus ſanarunt; in eaque reſpiciebantur pauperes ad petendam eleemoſynam: Dicta eſt autem porticus Salomonis, quia in communi deſolatione civitatis, Ieroſolymitani Templi, ac Sancta Sanctorum, à Salomone extructæ; ſola hæc porticus integra, vel ſecundùm ſui majorem partem, ſalva perſeveravit, ut docent Theophyl. ad citatum c. 3. Actor. & alij apud citatos Auctores: Ex quo conſidera quantâ benignitate Deus proſequitur loca, in quibus exercentur opera charitatis, ac eleemoſynarum; nam pereunte templo, & Sancto Sanctorum, ſolùm hic locus ſalvus, & incolumis reſervatur. Vide multa verbo, *pauperes*, verb. *Eleemoſyna*. Et inde ad decorem hujus loci maximè Chriſtus in eo ambulabat.

Lorin. Cornel. Actor. 3.

*Deus valde benevole afficitur ad loca pia.*

Theophyl.

18\. Secundò Chriſtus D. omnia ſciens, noluit modò adeſſe in templo, ſed in porticu Salomonis: prævidebat enim ſuâ infinitâ ſapientiâ quòd Judæi ejus ſuprema doctrina confuſi, blaſphemias eſſent jacturi, & ſumptis lapidibus in manibus, contra eum inſurrecturi: Et piiſſimus D. voluit evitare occaſionem ſanctum templum Domini prophanandi. Nam templum prophanatum ſupremum malum, & totius regni deſolatio, ac deveſtatio. Proponit Propheta Nahum opulentiſſimam Ninivem maximè ſuis muris munitam, clauſam adverſus ſuos hoſtes; & inde ſubdit cap. 2. n. 6. *Portæ fluviorum apertæ ſunt & templum ad ſolum dirutum*: Septuaginta legunt: *Portæ civitatum apertæ ſunt, & regalia conciderunt*: Ubi noſtra Vulgata habet: *Templum dirutum*, Septuaginta legunt, *Regalia omnia cecidiſſe*, ac periiſſe; cum templorum religio violetur, infallibiliter conſequens eſt, quòd omnia jura regnorum deperdantur. D. Hieronymus ibi ait, *Quid juvat claudere*

Nahum. 2.

Septuaginta.

*Dum perit templorum religioſa obſervatio perit & regnum.*



*clauſtra portas, quas Dominus reſerat? portæ ſunt apertæ Ninive quod ad inſtar fluminum, habebat civium multitudinem, & templum, id eſt, regnum ejus deſtructum eſt, & miles captivus adductus eſt.* Ac idem valet, quod dicitur: *templum, id eſt, regnum deſtructum eſt*: Ac ſi idem valeat templum deſtructum, ac regnum deſtrui & deſolari. Pereunt regna, dum in eis perit Religioſa templorum veneratio.

D. Hieron.

19\. Prædixit Chriſtus D. ſuis Apoſtolis illius magnifici templi Jeroſolymitani devaſtationem, ac deſolationem ab hoſtibus faciendam: Tunc diſcipuli curioſitate ſtimulati quæſierunt à divino Magiſtro: *Dic nobis quando hæc erunt?* Matth. 24. n. 3. Tunc ſtatim inchoat Dominus ſermonem de die Judicij: *Videte, ne quis vos ſeducat* &c. Nam templi prophanatio, totius mundi, ac omnium regnorum eſt deſolatio. Ait Euſeb. in Catena Græca in c. 2. D. Luc. *Magnum erat Aſſyriorum regnum, longiſſimoque quoque tempore floruit: à Nemrod enim inchoans ad Nabuchodonozorem uſque perduravit; nec prius deletum eſt, quàm Ieroſolymis Dei templum violaſſet: hoc enim facto, Medi ſtatim Aſſyriorum regnum diſſolverunt*: Magnum & præclariſſimum extitit Aſſyriorum regnum, nam inter quatuor orbis Mornarchias in auro, argento, ære, ac ferro in illa magna ſtatua deſignatas, in auro demonſtrabatur: *Caput aureum tu es ipſe Rex*: Deinde per valde diuturnum, ac longum tempus perduravit per tot centurias annorum à Nemrod uſque ad Nabuch. tamen tam præclarum, ac diuturnum regnum quando, & quomodo corruit? cum ipſe ſcilicet Nabuchod. deſtruxit, ac deſolavit Ieroſolymit. templum: *Non prius deletum eſt, quàm Jeroſolymis Dei templum violaſſet.* Unà cum templo Dei ab Aſſyriis violato, ac profanato totum illud aureum imperium, quod tot annis ampliſſimè floruerat, cecidit, & corruit.

Matth. 24.

Euſebius.

Daniel. 2.

*Templi profanatio regnorum devaſtatio.*

## QUÆSTIO VI.

*Quare Dum Chriſtus D. ait Judæis quod ipſi eum non credunt, illi ad lapides concurrunt?*

20\. CIrcumſtant Judæi Jeſum, & quærunt ab eo quare palam non loquatur, ut eis dicat ac aperiat, an ipſe ſit Chriſtus? Ad quod ipſe Divinus Magiſter reſpondet num. 25. *loquor vobis, & non creditis*; Ad quæ verba ſic ait Rupert. lib. 10 in Joan. *Ac ſi dicat: non creditis mihi, jam non docendi eſtis, ſed de peccato arguendi; qui jam dudum teſtimoniis evidentibus non credidiſtis*: Grandes enim pœnas dabit, qui de ſuo officio, ac obligatione admonitus, illi non ſatis facit. Unde rectè ait Theodoricus apud Caſſiodorum lib. 4. Epiſtol. 27. ad Angelicum. *Non enim veniæ locum habet, qui delinquit admonitus.*

Rupert.

*Maximè damnandus: qui admonitus delinquit.*

Theodor.

21\. Ait Dominus ad Jeremiam 1. n. 12. *Quid vides? Virgam vigilantem ego video*: Quia ipſe Dominus erat tanquam Virga vigilans ſuper populum ſuum, ut eum admoneret, ac argueret de ſuis peccatis: Et ſtatim ſecundò ait Dominus ad Prophetam n. 13. *Quid tu vides? & dixit: Ollam ſuccenſam ego video.* Et quomodo tam cito, ac breviter virga vigilans verſa eſt in ollam pice, & igne oppletam, & quænam hujus rei occaſio: Qui enim videt virgam directionis gubernationis, ac admonitionis ſupremi judicis vigilantis, ac inſpicientis cunctas ſuas actiones; & tamen non emendatur, ac reſpicit in ollam ſuccenſam gehennalis ignis, cadet, & ruet, D. Hieron. ait: *Quibuſdam gradibus tormenta peccantibus tribuuntur, ut paulatim venient ad ſalutem. Qui noluerint percutiente virga emendari mittuntur in ollam ſuccenſam*: Ex quo D. Bern. virgam componit cum malleo; de quo ait Jerem. c. 23. 29. *Nunquid verba mea, non ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram*: Ex quo ſic ait D. Bern. ſerm. 10. in Pſ. 90. *Suſtinete virgam corripientem, ne ſentiatis malleum conterentem.*

Ierem. 1.

*Gravius punitur, qui peccat admonitus.*

D. Hieron.

Ierem. 23.

D. Bernard.

22\. Aſperè, & durè eos reprehendit Chriſtus: *Vos non creditis mihi, quia non eſtis ex ovibus meis*: n. 26. Sed tanquam ex Patre Diabolo ut ſupra dixerat Joan. 8. n. 44. & merito, tam durè ac ſeverè eos arguit, & increpat Chriſtus, quia ipſi erant maximè obdurati ac obfirmati in ſua nequitia, ac malitia. Audivit Heli omnia mala, quæ faciebant filij ſui univerſo Iſraeli, quomodo impudicè ſe agebant cum mulieribus, & multas violentias quas faciebant offerentibus ſacrificia. Tunc ipſe ait filijs ſuis: *Quare facitis res hujuſmodi, quas ego audio res peſſimas ab omni populo: Nolite filij mei, Non enim eſt bona fama, quam ego audio; ut tranſgredi faciatis populum Domini?* 1. Reg. 2. n. 23. Ecce manifeſta, & aperta reprehenſio; & tamen ipſe punitur, & arguitur à Domino, quod filios ſuos non reprehenderit. *Magis honoraſti filios tuos, quàm me*: ibid. n. 29. Manifeſta extitit illius objurgatio, & reprehenſio in filios; quomodo arguitur tanquam ſi illam omiſerit. Rectè ibi Theod. quæſt. ſolvit, dicens: *Horum iniquitas, non egebat levibus medicamentis, ſed accerrimis*, Iniquitas filiorum Heli erat maximè obdurata, ac obfirmata in animis eorum, & ideo durata, & aſpera correptione indigebat, & non levi, ac tenui, & cum talis data fuiſſet à Patre, ac ſi nulla fuiſſet judicatur.

Joan. 8.

*Animo obdurato reprehenſio ſit dura,*

1. Reg. 2.

Theodor.

23\. Tunc Judæi furibundi, auditâ Chriſti reprehenſione, *ſuſtulerunt lapides ut lapidarent eum*: n. 31. Sic facit depravata, & conſummata iniquitas, cum medicinalem admonitionem tanquam duram, & acerbam contumeliam reputat quod eſt ſupremum, & extremum malum, quod maximè provocat iram Dei. Cùm adveniſſet Propheta Hanani ad Aſam regem Judæ arguens, & increpans eum quod ſpem, ac fiduciam ſuam contra ſuos adverſarios non poſuerit in Deo vero, ſed in exercitibus Regis Syriæ, ſic loquitur Propheta ad Regem Judæ Aſam: *Stulte igitur egiſti, & propter hoc ex tempore præſenti adverſum te, bella conſurgent. Iratuſque Aſa adverſus videntem, juſſit eum mitti in nervum. Valde quippe ſuper hoc fuit Dominus indignatus, & interfecit de populo in tempore illo plurimos.* 2. Paralip. 16. n. 9. & 10. Nota, quod non tantùm dicitur Dominus iratus, ſed *valde*, quod denotat ſummam, ac ſupremam iram, & dicitur indignatus ſuper hoc, & non tantum, ut ait Cajet. quia Propheta miſſus eſt in carcerem, ſed, ut ait Salvian, lib. 3. de Gubernat. *Prophetam corripientem ut hoſtem accepit*: Admonitionem

*Admonitionem ſalutis reputati ut contumeliam ſummum malum.*

2. Paral. 16. Cajetan. Salvian.

monitionem, quæ erat ad ſalutem amore paterno, reputavit ad injuriam, tanquam ſi eſſet ex hoſtili odio.

24. Phariſæi videntes cæcum illuminatum, ac ſanatum à Chriſto D. ita & odio ſtimulati, Chriſtum dicunt peccatorem, qui ſabbathum non cuſtodiebat; & dicunt cæco: *Da gloriam*
Joan. 9. *Deo, nos ſcimus, quia homo peccator eſt.* Joan. 9. n. 24. Tunc cæcus cauſam Chriſti ſuſcipit dicens, quod Deus peccatores non exaudit, ſed ſi quis ejus cultor eſt, & voluntatem ejus facit, & ſubdit: *Niſi hic homo eſſet à Deo, non poterat facere quidquam.* n. 33. Supernaturale & miraculoſum, ut ex Euthym exeplicavi tom. 4. c. 18. q 17. Quid tunc Judæi? num forſitan rationibus tam efficacibus ſecũndùm omne jus tam divinum, quàm naturale, acquieſcunt? imò admonitionem ſanctam prolatam à cæco tanquã injurioſam calumniam ſuſcipiẽtes eum tanquã publicum peccatorem, ac excommunicatum ejiciunt extra ſynagogam: Dixerunt *ei, in peccatis natus es, totus, & tu nos doces? & ejecerunt eum foras.* n. 34. D. Chryſoſtom. 57. in Joan. ait: *Quando magis admirari eum oportebat, tunc eum condemnant & dicunt, in paccatis natus es totus;* nempe á pueritia, ac prima ætate tua.

Euthym. *Admonitionem pro contumelia reputant.*

D. Chryſoſt.

# CAPUT XI.

ERAT autem quidam languens Lazarus à Bethania de caſtello Mariæ & Marthæ ſororum ejus. (2. Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, & exterſit pedes ejus capillis ſuis, cujus frater Lazar. infirmabatur) 3. Miſerunt ergo ſorores ejus ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. 4 Audiens autem Jeſus dixit eis: infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur Filiu Dei per eam. 5. Diligebat autem Jeſus Martham, & ſororem ejus Mariam, & Lazarum. 6. Ut ergo audivit quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus: 7. deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis: Eamus in Judæam iterum. 8. Dicunt ei Diſcipuli: Rabbi, nunc quærebant te Judæi lapidare: & iterum vadis illuc? 9. Reſpondit Jeſus. Nonne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, *non offendit, quia lucem hujus mundi videt,* 10. *Si autem* ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo. 11. Hæc ait: Et poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado ut à ſomno excitem eum. 12. Dixerunt ergo diſcipuli ejus: Domine ſi dormit, ſalvus erit. 13. Dixerat autem Jeſus de morte ejus? illi autem putaverunt quia de dormitione ſomni diceret, 14. Tunc ergo Jeſus dixit eis manifeſtè: Lazarus mortuus eſt. 15. Et gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi: ſed eamus ad eum. 16. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus ad condiſcipulos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo 17. Venit itaq; Jeſus, & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem. 18. (Erat autem Bethania juxta Jeroſolymam quaſi ſtadiis quindecim.) 19. Multi autem ex Judæis venerant ad Martham & Mariam, ut conſolarentur eas de fratre ſuo. 20. Martha ergo ut audivit quia Jeſus venit, occurrit illi: Maria autem domi ſedebat. 21. Dixit ergo Martha ad Jeſum: Domine ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus 22. Sed & nunc ſcio, quia quæcumque popoſceris à Deo dabit tibi Deus. 23. Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. 24. dicit ei Martha: ſcio quia reſurget in reſurrectione in noviſſimo die. 25. Dixt ei Ieſus. Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me; etiam ſi mortuus fuerit, vivet. 26. Et omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? 27. Ait illi Utique Domine, ego credidi quia tu es Chriſtus Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. 28 Et cùm hæc dixiſſet, abiit & vocavit Mariam ſororẽm ſuam ſilentio, dicens, Magiſter adeſt, & vocat te. 29. Illa ut audivit, ſurgit citò, & venit ad eum 30. Nondum enim venerat Ieſus in caſtellum, ſed adhuc erat in illo loco ubi occurrerat ei Martha. 31. Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam cùm vidiſſent Mariam, quia citò ſurrexit & exiit, ſecuti ſunt eam dicentes, quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi 32. Maria ergò cúm veniſſet ubi erat Ieſus, vidẽs eum cecidit ad pedes ejus, & dicit, Domine ſi fuiſſes hîc, non eſſet mortuus frater meus. 33. Ieſus ergo ut vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu & turbavit ſeipſum, 34 & dixit: Ubi poſuiſtis eum, Dicunt ei, Domine, veni, & vide 35. Et lachrymatus eſt Jeſus. 36. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce Quomodo amabat eum 37. Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati facere ut hic non moreretur? 38. Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum: Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus



poſitus erat ei. 39. Ait Jeſus: Tollite lapidem, dicit ei Martha ſoror ejus, qui mortuus fuerat: Domine jam fœtet, quatriduanus eſt enim: 40. Dicit ei Jeſus: Nõne dixi tibi quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei? 41. Tulerunt ego lapidem, Jeſus autem elevatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me. 42. Ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter populum qui circumſtat, dixi, ut credant quia tu me miſiſti. 43. Hæc cùm dixiſſet, voce magna clamavit: Lazare, veni foras. 44. Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Jeſus: Solvite eum, & ſinite abire. 45. Multi ergo ex Judæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Jeſus, crediderunt in eum. 46. Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos &, dixerunt eis, quæ fecit Jeſus. 47 Collegerũt ergo Põtifices, & Phariſæi conciliũ, & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? 48. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum: Et venient Romani, & tollent noſtrum regnum & gentem 49. Unus autẽ ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet Pontifex anni illius, dixit eis, Vos neſcitis quicquã, 50. nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. 51. Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cúm eſſet Pontifex anni illius, prophetavit quod Ieſus moriturus erat pro gente: 52. Et non tantùm pro gente, ſed ut filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in unum. 43. Ab illo ergo die cógitaverunt ut interficerent eum. 54. Jeſus ergo jam non in palam ambulabat apud Judæos, ſed abiit in regionẽ juxta deſertum in civitatem quæ dicitur Ephrem & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. 55. Proximum autem erat Paſcha Judæorum, & aſcenderunt multi Hieroſolymam de regione, ante Paſcha, ut ſanctificarent ſe ipſos. 56. Quærebant ergo Jeſum; & colloquebantur ad invicem, in templo ſtantes, quid putatis, quia non venit ad Diem feſtum? Dederant autem Pontifices & Phariſæi mandatum, ut ſi quis cognoverit ubi ſit, indicet, ut apprehendant eum.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò, à Verſ.* 1. Refertur Lazarus infirmus, & mortuus, quem quatriduanum Chriſtus mirabiliter ſuſcitat; quod latè explicavi tom. 4. c. 35 per quæſt. 26.

*Secundò, Verſ.* 47. Pontifices Chriſto invidentes concilium contra eum cogunt, in quo Caiphas cúm eſſet Pontifex, prophetizat expedire, ut Chriſtus moriatur pro populo; Quod tractavi tom 4. c. 36. per quatuordecim quæſt.

# CAPUT XII.

IESUS ergo ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitavit Jeſus 2. Fecerunt autem ei cænam ibi, & Martha miniſtrabat: Lazarus verò unus erat ex diſcumbentibus cum eo. 3. Maria ergo accepit libram unguenti nardi piſtici, pretioſi, & unxit pedes Jeſus, & exterſit pedes ejus capillis ſuis, & domus impleta eſt ex odore unguenti. 4 Dixit ergo unus ex diſcipulis ejus, Judas Iſcariotes, qui erat eum traditurus. 4 Quare hoc unguentum non veniit trecentis denariis, & datum eſt egenis? 6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat 7. Dixit ergo Jeſus, ſine illam; ut in die ſepulturæ meæ ſervet illud. 8 Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis 9. Cognovit ergo turba multa ex Judæis quia illic eſt: & venerunt, non propter Ieſum tantùm, ſed ut Lazarum viderent, quem ſuſcitavit à mortuis. 10 Cogitaverunt autem Principes ſacerdotum, ut & Lazarum interficerent: 11. quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum. 12. In craſtinum autem turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent, quia venit Ieſus Ieroſol, 13. acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obviam ei, & clama

clamabant.Hoſanna , benedictus qui venit in nomine Domini , Rex Iſrael. 14.Et invenit Jeſus Aſellum , & ſedit ſuper eum , ſicut ſcriptum eſt 15. Noli timere filia Sion:rex ecce tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ 16. Hæc non cognoverunt diſcipuli ejus primum ſed quando glorificatus eſt Jeſus , tunc recordati ſunt quia hæc erant ſcripta de eo , & hæc fecerunt ei: 17.teſtimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumento , & ſuſcitavit eum à mortuis : 18. propterea & obviam venit ei turba; quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum.19. Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos , videtis quia nihil proficimus ? Ecce mundus totus poſt eum abiit.20.Erant autem quidam gentiles ex his qui aſcenderant ut adorarent in die feſto.21.Hi ergo acceſſerunt ad Philippum qui erat à Bethſaida Galilæ , & rogabant eum dicentes : Domine volumus Jeſum videre, 22. Venit Philipp.& dicit Andreæ : Andreas rurſùs & Philip. dixerunt Jeſu. 23. Jeſus autem reſpondit eis dicens : Venit hora ut clarificetur filius hominis.24.Amen,amen dico vobis,niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit,ipſum Solum manet ; ſi autem mortuum fuerit , multum fructum affert. 25.Qui amat animam ſuam perdet eam,&qui odit animam ſuam in hoc mundo , in vitam æternam cuſtodit eam.26.Si quis mihi miniſtrat , me ſequatur: & ubi ſum ego , illic & miniſter meus erit.Si quis mihi miniſtraverit , honorificabit eum Pater meus.27 Nunc anima mea turbata eſt , & quid dicam ? Pater ſalvifica me ex hac hora , ſed propterea veni in horam hanc. 28. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo , dicens : Et clarificavi , & iterum. clarificabo. 29, Turba ergo quæ ſtabat , & audierat , dicebat tonitruum eſſe factum. Alij dicebant, Angelus ei locutus eſt.30. Reſpondit Jeſus , & dixit : Non propter me hæc vox venit,ſed propter vos 31. Nunc judicium eſt mundi : nunc princeps hujus mundi ejicietur foras,32.Et ego ſi exaltatus fuero à terra , omnia traham ad meipſum ,33. Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus ) 34 Reſpondit ei turba, nos audivimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis , oportet exaltari filium hominis? 35. dixit ergo eis Jeſus.Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis,ut non vos tenebræ comprehendant & qui ambulat in tenebris,neſcit quò vadat.36. Dum lucem habetis, credite in lucem ut filij lucis ſitis,Hæc locutus eſt Jeſus : &abiit , & abſcondit ſe ab eis. 37 Cùm autem tanta ſigna feciſſet coram eis,non credebant in eum:38.Ut ſermo Iſaiæ Prophetæ impleretur, qui dixit , Domine, quis credidit auditui noſtro , & brachium Domini cui revelatum eſt? 39. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias 40.Excæcavit oculos eorum & induravit cor eorum : ut non videant oculis & non intelligant corde , & convertantur & ſanem eos.41. Hæc dixit Iſaias quando vidit gloriam ejus , & locutus eſt de eo.42.veruntamen, & ex principibus multi crediderunt in eum : Sed propter Phariſæos non confitebantur, ut è ſynagoga non ejicerentur 43 Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam Dei 44. Ieſus autem clamavit , & dixit, qui credit in me , non credit in me,ſed in eum qui miſit me.45.E qui videt me , videt eum qui miſit me.46-Ego lux in mundũ veni : ut omnis qui credit in me , in tenebris non maneat , 47. & ſi quis audierit verba mea,& non cuſtodierit:Ego non judico eum: non enim veni ut judicem mundum , ſed ut ſalvificem mundum 48.Qui ſpernit me , & non accipit verba mea : habet qui judicet eum.Sermo quem locutus ſum , ille judicabit eum in noviſſimo die , 49. Quia ego ex meipſo non ſum locutus , ſed qui miſit me Pater , ipſe mihi mandatum dedit quid dicam , & quid loquar ? 50. Et ſcio quia mandatum ejus vita æterna eſt.Quæ ergo ego loquor , ſicut dixit mihi Pater , ſic loquor.

*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.*1. Ieſus in Bethania convivio excipitur, in quo Magdalena , Chriſtum ungit , eamque contra Judam murmurantem defendit , quod explicavi tomo 5. lib.4 cap. 1.

*Secundò Verſ.* 12 Chriſtus Dominus ſequenti die, id eſt, Dominica Palmarum aſino vectus triumphali pompa,ut verus Meſſias Jeroſolym.ingreditur, de quo egi to.4 c. 40.

*Tertiò Verſ.*10.Refert Evãgeliſta quodmodo,Judæi cogitaverunt Lazarum



Lazarum interficere ; & Verſ.20 Quomodo quidã Gẽtiles convenerunt ad Jeſum videndũ quod hîc eſt expendendum.

*Quartò Verſ.*24 Per parabolã grani frumenti, quod moriens,cũ magno fructu reſurgit ; prædicit ſuam inſtantẽ paſſionem , tunc vox de cælo intonans eum clarificat, ut exaltatus à terra omnia trahat ad ſeipſum ; de quibus partim dixi tom. 4. cap 42. & iterum etiam hîc dicam.

*Quin.Verſ.*37. Deſcribitur Judæos tot ſignis Chriſti viſis nõ credidiſſe in eum,aliquos tamen crediſiſſe , ſed occultè ; quod hîc eſt expendendum.

*Cogitant Iudæi Lazarum interficere.*

*Ioan. 12. n.* 9. Cognovit ergo turba multa ex Iudæis,quia illic eſt, & venerunt non propter Ieſum ſolùm , ſed ut Lazarum viderent, quem ſuſcitavit Ieſus.

*Num.*10. Cogitaverunt autem principes ſacerdotum , ut & Lazarum interficerent.

*Num.* 11. Quia multi propter illum abibant ex Iudæis,& credebant in Ieſum

*VERSIONES.*

*Æthiopic.n.*9.Et multi ex Judęis erant , qui cognoverunt , quod fuit ibi,&veneruntad eũ.

*Arabicus.* Quem de medio mortuorum ſuſcitavit.

*Perſicus.* Quomodo de mortuis eum excitaverat.

*Syriacus , n.* 10. Concilium inierunt principes Sacerdotum.

*Arabicus.* Conſultaverunt ſummi Sacerdotes

*Æthiopicus.*Ut trucidarent Lazarum.

*Perſicus.* Et maximi ſacerdotes cum turba deliberaverunt.

*Burgen.n.*11. Multi deficiebant ex Iud.

*Perſicus.* Propterea quod Iudæorum multi venirent,& ob eum ad Jeſum.

*Arias* Subibant ad Jeſum.

*EXPOSITIO I.*

COGNOVIT *ergo turba multa* : Cùm Chriſtus D.eſſet in Bethania, ubi Martha , & Lazarus eum convivio exceperunt, & Magdalena pedes Jeſus unxit unguento pretioſo ; de quo Judas obmurmuravit, ut latè explicavi tom.2.lib 7 c.1.

*Cognovit ergo* : dicit relationem ad ſuperiorem actum de unctione : *Turba multa ex Judæis*: tam qui erant ex Ieroſol. quàm qui ad Ieroſolym. convenerant ad celebrandum feſtum paſchale , quod in próximo erat , ut patet ex primo verſu. *Ante ſex dies Paſchæ* : Et cauſam cur tot convenerant exprimit Evangeliſta, *non propter Jeſum tantum* : ut ab eo monita ſalutis acciperent:*ſed ut Lazarum viderent,quem ſuſcitavit à mortuis*:ut rectè ait D. Aug.hîc. *Curioſitas eos adduxit , non charitas*: Ut Lazarum redivivum viderent:audirent,& interrogarent,ubi, & quando , quomodo & qualiter fuit poſt mortem. Ita D. Cyril. Theoph D Thom. & ut etiam de alia vita interrogarent, ut notant Lyranus, Caïet. & alij. 2. D. Auguſt. D. Cyrill. Theophyl. D. Thomas Lyran. Caietan.

*Cogitaverunt* : Ex Græc.Syriac. Arab. Vatabl. *Conſultaverunt , ſeu concilium inierunt*: Principes Sacerdot. quibus incumbebat de bono ſalutis animarum agere , *ut & Lazar interficerent* : O perverſa, & depravata malitia ! quia, ut ait D. Chyſoſt.*Cui beneficium accipere crimen eſt*, Invident Lazaro vitam, Jeſu gloriam. quæ ex tanto miraculo adaugebatur ; & univerſo populo ſuum Salvatorem,ac Redemptorem, qui tanto miraculo oſtendebatur. 3. Syric. Arabic. Vatabl. D. Chryſoſt.

*Quia multi propter illum*: nempe Lazar. ſuſcitatum,compulſi tam magno, ac magnifico miraculo: *Abibant ex Iudæis*:Burgen. legit:*deficiebant ex Iudæis*: & relictâ eorum doctrinâ,ac errore tranſibant ad doctrinam , ac ſcholam Chriſti;ac proinde ex duplici ſtimulo,ut notat Noſter D.Cyrill, eorum invidia provocabatur, tum quia multi non ſolùm ipſos principes deſerebant,ſed etiam quia ad Chriſtum veniebant , & convertebantur. 4. Burgen. D. Cyril.

QUÆSTIO I.

*Quare Iudæi tam impiè conſulentes cogitabant Lazarum interficere ?*

COgitaverunt & conſilium fecerunt Principes Sacerd. quomodo Lazar. interficerent : Et apertam rationem huis rei aſſignat Textus ſequenti verſ. 11. *Quia multi ex Iudæis propter illum* ( ſcilicet,Lazarum) *abibant,& credebant in Jeſum*: Et ita propter tam inſigne miraculum , multi recedebant á Judæis , & ad Chriſtum convertebantur, & inde maximè dolebant ſacerdotes, quòd eorum ſecta minueretur , & gloria Chriſti dilatata exaltaretur , ut latius explicavi in Expoſitione, 5.

Horum ſacerdotum dementiam meritò arguit D,Aug. Tr.50.in Io.*O ſtulta cogitatio* ait: *& cœca ſævitia ! D.Chriſtus , qui ſuſcitare potuit mortuum,non potuit occiſum? Quando Lazaro inferebatis necem , num auferebatis Domino poteſtatem ? ſtultiſſimum, & dementiſſimum ſcelus Iudæi etiam de occidendo Lazaro , corde perdito conceperunt*: Suprema ſtultitia,ac ſumma inſania talis cogitatio qua interdicitur mortem inferre Lazaro, adimereque illi vitam, quam Deus liberaliter ei dederat, ſed animus ira, & odio repletus nil ſapir intelligere , nec capere ſed cogitat 9. D. Auguſt. *Animus ira & odio repletus cogitat ſe poſſe opponere contra Deum.*

gitat ſe contra Deum poſſe opponere, eiuſque dona auferre & diminuere.

7. Niſi aliter velis dicere, quòd vix Lazar. huius vitæ aurafuitur, & ſtatim principes Sacerd. inſidias ejus vitæ moliuntur. Pro quo præclarè audiendus eſt D. Chryſol. ſerm. 66. ad finem, ubi ſic ait: *Quaſi Lazar. ad hoc deſiaeratus advenerit, ut iteratæ mortis pericula ſuſtineret.* Lazarus vitam recuperat, ſed mortis pericula non evadit; quia quandiu quis degit in hac vita, etiamſi magnis Dei donis ſit locupletatus; ſemper tamen ſubiacet magno diſcrimini, inimicorum odio, ac eorũm inſidiis. Unde dicebat Job. 3. n. 2. *Pereat dies in qua natus ſum.* Orig. legit: *Maledictus dies ille in qua natus ſum.* Et ut optimè notat ipſe Orig. lib. 3. in Job: *Non maledicitur dies mortis, neque dies finis, neque dies exitus de hoc ſæculo: eſt namque conſummatio, & requies, & dolorum omnium tranſitus.* At dies nativitatis, exordium, ac ingreſſus eſt ad omnem laborem, dolorem, ac afflictionem: & inde dies nativitatis execratur, cùm oſtium aperiat ad tot, ac tantas calamitates, quæ undiq; circundant hominẽ.

*D. Chryſol.*

*Humana vita multis periculis obnoxia.*

*Job 3. Origenes.*

8. Dicebat & ipſe Iob 10 n. 15. *Si impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, non levabo caput, ſaturatus afflictione, & miſeria:* Ac ſi dicat. Undiq; me circonſtant labores per quamcumque viam incedam. Duæ enim ſunt viæ, per quas quilibet homo graditur. Una eſt impietatis, Altera iuſtitiæ. Si impietatis viam arripiam nihil eâ laborioſius, ac ærũnioſius eſt: Et ſane poſt tot tribulationes, ſuprema, ac extrema manet dãnationis æternæ. Dimiſſa impietate, ſi iuſtitiæ me dedero, *no levabo caput meum.* Sic laborum, ac dolorũ onere, ac põdere depreſſus ero, ut non valeã caput ſurſũ erigere, nec aërẽ ſumere, vel reſpirare: *Saturatus afflictione & miſeria:* Saturatus, phraſis eſt hæbraica, ut notat Sanch. & ſignificat magnam copiã, ac abundantiã tãtarũ miſeriarũ. Et quidẽ in hac vita undiq; non deſũt homini ærumnæ.

*Job. 10.*

*Homini in hac vita undiq; ſunt ærumnæ.*

*Sanchez.*

9. Pendẽte Chriſto in cruce, *Et crucifixi ſunt cum eo duo latrones, unus à dextris, & alter à ſiniſtris.* Matth. 27. n. 38. Aderat meus Jeſus in cruce ad ſe omne humanum genus advocãs, ut notat D. Hilar. Cant. 33. Sic ipſe ait infra in cap. n. 32. *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipſum* Et tamen qui vocãtur per dexterã, vel ſiniſtrã debent venire: & hi, qui ſiniſtram eligunt, quod laborẽ, & crucem inveniant, non mirandum. At qui nihil habent ſiniſtrum, ſed omnia dextera, quomodo Crucẽ, & paſſionem invenient? Hæc eſt hujus mundi miſeria, quod ſive per dexteram, ſive per ſiniſtram incedas, numquam hujus mundi ærumnas effugies. Ad quod reſpicit Orig. hom 35. in Matth. ubi ſic ait: *Mundus enim ſummos viros ſemper perſequitur, & punit:* & ſuis ſectatoribus Dei judicio etiam non parcit.

*Matth. 27.*

*Nunquam homini deſicunt labores in hac vita.*

*Origenes.*

---

## QUÆSTIO II.

*Quare Judæi potius Lazarum cogitant interficere, quàm quemcumque alium miraculo illuſtratum à Chriſto?*

10. Quia Lazarus fuerat à Chriſto ſuſcitatus *Cogitaverunt Principes Sacerdotum eum interficere.* Valde mirum! Chriſtus D. innumeros ſuis miraculis illuſtravit, nullum eorum intentant occidere, nec paralyticum ſanatum in piſcina, nec cæcum à nativitate illuminatum, nec filiam Archiſynagogi, nec filium viduæ ſuſcitatos, ſed ſolùm hanc cogitationem concipiunt contra Lazarum.

*Difficultas quæſtionis.*

11. Ad quæſt. reſpondet primò Lyran. poſtquam dubitationem proponit & ſic ait: *Dicendum, quod hoc erat, quia Lazarus erat homo nobilis, & famoſus, & ideo miraculum in ipſo factum erat magis publicum, ac famoſum, & inde magis omnium voce, ac opinione divulgabatur, ac celebrabatur, & ideo ad occultandum miraculum, ipſum volebant interficere.*

*Lyran.*

12. Sanat Dominus languidum in piſcina, & obmurmurant Judæi, quod eſſet factum in die ſabbathi Joan. 5. n. 9. Sanat cæcum à nativitate, & calumniabantur Judæi, quod eſſet in die ſabbathi: Joan. 9 n. 16. Suſcitat filiam principis in occulto: Matth. 9. n. 24. Et inde fortè aliqui maligni Iudæorum non credebant: ſuſcitat filium viduæ, ſed adhuc in pheretro: Luc. 7. n. 14. At ſuſcitat Dominus Lazarum ſepulchralibus faſciis conſtrictum, & jam per quatriduum ſepulchro clauſo lapide traditum, & cum contra tantum miraculum non poſſent aliquid dicere, nec illud calumniari. *Cogitant Lazarum interficere.* Si inimicus in fama, ac honore, non poteſt te fœdare, ac deturpàre, eius odium nõ quieſcit, ſed inſidias machinatur, ut te valeat perdere, ac vita privare. Accuſavit Ioſeph. fratres ſuos apud Patrẽ crimine peſſimo, ex quo ipſi *Oderant eum, & non poterant ei quidquam pacificè loqui:* Geneſ. 37. n. 4. ſi tam crudeli odio habebãt Ioſeph; eo quod apud Patrem eos deferret de execrabili crimine: cur etiam ipſi impoſito & commentito crimine eum non arguunt? Ioſeph omni virtute, puritate, ac charitate erat valde conſpicuus, & ideo à Patre ſuper omnes diligebatur; ut notant D. Chryſ hom. 61. in Gen. Theod. Lyppom. Quæ virtus ita erat cunctis nota, ut advertit Thom. Aug. *Ut etiam ipſi crudeles, & invidioſi fratres non auderent in aliquo Ioſephum calumniare, nec etiam commentitum crimen imponere.* Non poſſunt Ioſeph detrahere, nec in aliquo ejus famam, ac nomen deturpare, nec ejus virtutem occultare: quid inde conſequens fuit; cogitant eum interficere: *Ecce ſomniator venit, venite occidamus eum.*

*Joan. 5. Joan. 9. Luc 7. Matth. 9.*

*Si inimicus non poteſt te deturpare, cogitat occidere.*

*Gen. 37.*

*D. Chryſoſt. Theodor. Lyppoman. Thom. Aug.*

13. Tertiò nullum ex aliis cogitant interficere, ſed ſolum Lazarum, Præclarè D. Chryſolog. ſerm. 63. rationem indicat, dicens: *Circa Lazarum, quod geritur totum ſingulare eſt, cujus mors, cujus reſurrectio, commune nil habet cum prædictis, circa quam, & vis tota mortis impleta eſt, & forma reſurrectionis plena reſplendet.* Lazari reſurrectio cæteris glorioſior, in illa enim inferni leges, ſepulchri jura præ cæteris evertuntur, & quæ tam ſingulariter reſplendet, ſingulare ſubit diſcrimen: Iuvenis reſurrectio, puellæ vita, ſepulchri latibula non attingunt, nec ſub lapidi appoſio clauduntur, nec ad quatriduanum tempus pervenit. *Lazari reſurrectio commune nil habet cum prædictis:* In illa omnia, quæ ad funebrem pompam requiruntur ſunt adimpleta; *& ideo in ea forma reſurrectionis plena reſplendet:* Quæ tanta ſingularitate eminet periculoſior cæteris: & inde aliis parcunt, Lazaro necem machinantur: Quia quod *circa Lazar. geritur; totum eſt ſingulare:* Inter invidorum

*D. Chryſoſt.*

*Singularia dona maximè contra ſe provocant aliorum inviđiam.*



vidorum morſus ob ſingularia dona, maximè hominis honor, vita & fama naufragatur.

14. Anima ſancta multa de ſe prædicans, ait: *Introduxit me Rex in cellaria: exultabimus, & lætabimur in te, memores uberum tuorum ſuper vinum: Recti diligunt te.* Cant. 1. n. 1. Dicit de ſe quod peculiariter fuerit introducta in intimum cubile ſupremi regis, á quo magnis & ampliſſimis muneribus ditata eſt; ita ut etiam in illos valeat transfundere, & & ſubdit: *Recti diligunt te:* Et cur non omnes, cum ipſa in omnes eſſet benefica: Quia fortè inter ſodales aliquæ invidebãt illi & dolebãt, quod ipſa ſola fuiſſet introducta, ut conſiderat D. Bern. ſerm. 24. in Cant. ubi ſic ait: *Recti diligunt te puto propter aliquas de numero ipſarum, quæ non idem ſaperent licet pariter currere viderentur, quæ ſua ſunt quærentes, & non ambulantes ſimpliciter, neque ſincerè, ſed ſpeciali gloriæ matris invidentes, & captantes occaſionem murmurandi adverſus eam, ex eo nimirùm, quod ſola in cellaria introiſſet,* Licet ipſa Sancta anima eſſet virtutibus, meritis, & gratia valde illuſtris ubi tamen ipſa ſola ad Dei favores aſſumitur, ubi ipſa ſola divinis muneribus ditatur, ac ſublimatur, conſequens fuit, ut in eam invidorum murmur proſiliret: *Captantes occaſionem murmurandi, ex eo nimirum, quod ſola in cellaria introiſſet.*

*Cantic. 1.*

*Præſtantia in donis invidorum linguas contra ſe provocat.*

*D. Bernard.*

15. Poſtquam Joſeph ſe manifeſtavit fratribus ſuis, eoſque magnifico convivio excepit, ſingulos oſculatus, eos ampliſſimis muneribus locupletat, dans ſingulis ſtolas binas: Beniamin verò trecentos argenteos cum ſtolis quinque, & inſuper plauſtra, frumenta, & omnia neceſſaria ad iter, in ultimo tandem amplexu, *Proficiſcentibus ait: ne iraſcamini in via:* Gen. 45. n. 23. Ioſeph viderat fratres ſuos maximè concordes, ac unanimes; unde eis venit in mentem, ut taliter eos admoneret: *Ne iraſcamini in via:* Recordabatur Joſeph, quod ex eo quia Pater ſuus fecit ei tunicam polymitam Gen. 37. n. 5. inde maximè invidia, ac odio in eum ſunt commoti fratres, unde timuit ne cum ipſi viderent Beniam in ſuper cæteros peculiariter remuneratum quinque ſtolis, cum unuſquiſque eorum ſolùm accepiſſet binas, timuit inquam ex ſingularitate donorum, ne ſingulariter ferveſceret ira contra Juniorem fratrem: inde intimè eis recommendat: *Ne iraſcamini in via:* D. Amb. lib de Ioſeph. c. 13. ait: *Quàm bene docet ab iracundia præcavendum, quod ea etiam poſſet amantes ſui ſeparare germanos.*

*Geneſ. 45.*

*Singularitas donorum invidiam acuit.*

*D. Ambroſ.*

### *Gentiles veniunt ad Chriſtum videndum.*

*Joan. 12. n. 20.* Erant autem gentiles ex his qui aſcenderant, ut adorarent in die feſto.

*Num. 21.* Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galil. & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Jeſum videre.

*Num. 22.* Venit Philipus, & dixit Andreæ; Andræas, & Philippus dixerunt Jeſu.

*Num. 23.* Jeſus autem reſpondit eis dicens: Venit hora, ut clarificetur filius hominis.

### *VERSIONES.*

*Æthiopic. n. 20.* Gentes ex hominibus Græciæ, quæ aſcenderant ad feſtum.

*Arias.* Gentes ex aſcendentibus,

*Syrus. n. 21.* Illi cúm veniſſent acceſſerunt ad Philippum, & dicunt: Vellemus Jeſum videre.

*Perſicus.* Qui de Bethſaïda Galilææ erat, & ab eo rogarunt, & dixerunt: Domine, cupimus, ut Jeſum videamus.

*Arias.* Acceſſerunt Philippo illi.

*Æthiop. n. 22.* Et venerunt Andræas, & Philippus.

*Syriac. Arab. n. 23.* Iam venit hora, in qua glorificandus eſt.

*Perſicus.* Venit hora qua, filius hominis glorificetur.

*Euthymius.* Venit tẽpus, ut glorificetur

### *EXPOSTIO II.*

16 ERANT *autem quidam gentiles:* ſeu alij legunt, *Græci,* ſeu Ethnici, nam gentiles ſeu ethnici, dicebantur Græci, ut patet ex Paulo Rom. 2. n. 10. *Pax omni operanti bonum, Iudæo* D. Chyſ. hom. 65. Euthym. Theoph. exiſtimant quod hi gentiles ad Iudaiſmum tranſire volebãt, & qui ritum Iudaic. ſuſcipiebant, dicebantur proſelyti, & proſelytos jã eſſe, tenet Gloſ. Interlin. Tamen cum Noſter Evang. ſimpliciter eos dicat Gentiles; tales fuiſſe exiſtimandum eſt, & quod venerint Jeruſalem ad adorandum Deum in templo Jeroſolymit. ob ſui magnam reverentiam ut docent D. Cyrill. Leont. Theophyl. D. Thom. ſic & Eunuch. Reginæ Candacis venit adorare in Jeruſalem, ad quem Angelus miſit quendam Philippum Diac. non Apoſtolum, ſed alium, qui eum ad Chriſtum convertit: Act. 8. n. 36. Sic & Cyrus mandat ædificari templum Domino in Jeruſalem. redditis tẽpli vaſibus, Eſdræ 1. c. 1. n. 2. & cap 6. n. 1. Seleucus, & alij Reges Aſiæ templum Jeroſolymitanum magnis muneribus illuſtrarunt. 3. Machabæorum 3. n. 2. & 3. & Heliodor. oblata cũ magnis votis Deo dedit, ibidem n 35. Tamen ut notant Lyranus, & Toletus, iſti gentiles, qui aſcendebant in Jeruſalem ad adorandum in die Paſchatis, non admittebantur ad eſum Agni Paſchalis, niſi prius dimitterent ritum gentilitatis.

*Rom. 2. Gal. 3. D. Chryſoſt. Euthym. Theophyl. Gloſ. Intel.*

*D. Cyrill. Leontius. Theophyl. D. Thom.*

*Actor. 8.*

*Eſdr. 1. c. 1. & 6.*

*2. Mach. 3.*

17. *Hi ergo* nempe gentiles commoti fama ſanctitatis ac operum Chriſti, *Acceſſerunt ad Philipum qui erat à Bethſaida Galilea:* Et cur potius ad Philippum, quàm ad alium: Reſpondent D. Cyrill. Leont. Tolet. quòd Philippus erat Galilæus, & in quadam parte Galileæ habitabant Gentiles, ex qua parte erant iſti, ſed conjectura non eſt firma, quia alij Apoſtoli etiam

*D. Cyrill. Leont. Toletus.*

etia n erant Galilæi; & Petrus & Andr. erant ex eadem civitate Philippi, ut notat Noſter Evangeliſta ſuprà, c 1.n.44. Ratio genuina eſt, quia Philippus aliàs notus erat iis, vel quia primus occurrit, vel quia præſeferebat quandam benignitatem, ac lenitatem, quæ dabat anſam, ut omnes ad illum accederent. *Domine, volumus Ieſum videre*; Ex quo patet, quod ipſi non aderant in triumphali ingreſſu in Ieruſalem; cur ergo iſti non audent accedere ad Chriſtum, dum ipſe Ieſus clamaret ſupra Joan. 7.n.37. *Si quis ſitit veniat ad me*? Reſpondent D. Cyrill. D. Chryſoſt. Alb. Magn. non fuiſſe auſos ad Chriſtum accedere; quia Gentiles ſciebant, quod Judæi conſortium gentium fugiebant, & hac de cauſa mediatorem quærunt, vel quia hîc iam denotabatur quanto cultu, ac reverentia erat á Gentibus venerandus.

Joan 1. Joan. 7. D. Cyrill. D. Chryſoſt. Alb. Magn.

18. *Venit Philipp. & dixit Andr.* tanquam ſeniori, & antiquiori in Apoſtolatu, ut ait D. Chryſoſt. & Philipp rem potius confert cum Andrea, quàm cum alio Apoſtolo, ut docent idem Chryſoſt. D. Cyrill. Leont. Theoph. Alb. Magn. quia ipſe Andreas erat ætate ſenior, & Apud Chriſtum magnæ auctoritatis quia primus omnium vocatus eſt ad Apoſtolatum, & fratrem ſuum Petrum ad Chriſtum adduxit, ſupra Joan. 1.n.40. Ex quo bene admonet Noſter D. Cyrillus, hîc nobis præbere magnum exemplum, nil à nobis aggrediendum, etiam in rebus bonis, niſi prius habito conſilio cum viris magnis. *Andreas rurſum, & Philipp. dixerunt Ieſu*: Ex quo conſidera ſummam obedientiam erga divinum magiſtrum, quia præter ejus voluntatem, nihil intendebant facere; quia ab ipſo cæleſti magiſtro audierant. *In viam gentium ne abieritis.* Matth. 10 n. 5. Ideo gentiles ſine ejus nutu non audent admittere.

D. Chryſoſt. D. Cyril. Leontius. Theophyl. Alb. Magn.

*Prudentis eſt quærere conſilium.*

Matth. 10.

91. An verò Chriſtus locutus fuiſſet gentilibus; Evangeliſta non ſcribit. Ganeus negat dicens, illos veniſſe curioſitate ductos, ut de Herode ſcribit D. Luc. 3 & quia Chriſtus mandaverat recedere, & non converſari gentibus. Jam appoſita ſententia mihi videtur probabilior: Eam tenet Barrad. tom. 3. lib. 7. c. 12. Nam Chriſtus mandaverat non abire in viam gentium; hoc eſt ne eorum mores, ac errores ſequerentur, nam gentiles ipſe ad ſe admiſit, ut patet in Centurione, Matth. 8 & in Chananæa, Matth. 15 Et hoc maximè cohæret cum ſubſequentibus ubi Chriſtus reſpondens ait: *Venit hora ut filius hominis clarificetur*; ſeu glorificetur, non ſolùm á Iudæis, ſed etiam á gentibus per mortem ſuam quæ eſt in omnium ſalutem. Unde ait: *Niſi granum frumenti*, &c.

Ganeus. *An Ieſus locutus fuiſſet gentilibus.* Luc. 23. Barradas Matth. 8. Matth. 15.

20. *Ieſus autem reſpondens eis, ait: Venit hora, ut filius hominis clarificetur*, ſeu glorificetur Hic adventus gentilium: eorumque acceſſus ad Chriſtum, mediantibus Apoſtolis, magnum myſterium denotabat; quod omnes gentes mediante ſuâ paſſione eſſent adventuræ ad Chriſtum mediantibus verbis prædicationum Apoſtolor: Ita D. Aug. Tract. 51, ait: *Videbat Gentiles poſt paſſionem, & reſurrectionem ſuam eſſe credituros, ex occaſione iſtorum gentilium, qui eum videre cupiebant, annuntiat plenitudinem gentium.* Deinde ait: *Venit hora*, ſeu tempus, *ut filius hominis clarificetur*: ſeu ut alij legunt: *Glorificetur*: Nam ſi in initio prædicationis meæ dicebam vobis: *In viam gentium ne abieritis ex eo hoc dicebam. Quia non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt, domus Iſraël*: Matth 15 n 24 & quia Evangelium repulerunt; quibus primum prædicandum, ideo convertimur ad gentes: Act. 13. n.46. Ait ergo nunc Chriſtus: *Iam venit hora*: iuxta mei Patris diſpoſitionem, ac decretum *ut filius glorificetur*: non ſolum à Iudæis credentibus, ſed etiam á gentibus converſis poſt meam mortem: & ideo ad hoc proponit parabolam de grano frumenti, ut latius explicabo quæſtione ſequenti, & etiam alij Auctores extendunt, per reſurrectionem, Aſcenſionem in cælum ac Spiritus S. miſſionem; & ita per veſtram prædicationem ô Apoſtoli mei ero glorificandus, venerandus in toto orbe, ut verus Meſſias, ſalvator, ac filius Dei. Sic ait D. Aug. ſerm. 176. de tempore: *Nos Chriſti mors viſicavit: nos reſurectio erexit, nos Aſcenſio conſervavit*: Et ſerm. 184. *Cùm Chriſtus aſcendit, Spiritus S. ad nos deſcendit.*

D. Auguſt. Matt. 15. Auctor. 13. Matt. 45.

---

## QUÆSTIO III.

*Quare Chriſtus D. ait, quod jam eſt hora, ut filius hominis clarificetur*

21. CUm Gentiles convenirent ad videndum Chriſtum, ipſe ait, quod iam venit hora ut filius hominis glorificetur, ac honorificetur à Gentibus; quod futurum erat interveniente morte ſua; & ideo ſubiungit parabolam de grano frumenti, quod mortuum multum fructum affert; nam mors ejus magnum ſalutis, redemptionis, ac æternæ vitæ fructum protulit in toto orbe. Ita D Aug D Cyrill. D Chryſ. Theophyl. Euthym Beda, D Thom. & D. Bonav. & ferè omnes, quos legi; ex quibus multi hoc etiam extendunt ad reſurrectionem, & aſcenſionem; quia tales glorificationes, ac exaltationes ſunt fructus mortis Chriſti. Card. Hugo ait: *Ut Clarificetur, id eſt, ut patiatur, & crucifigatur; crucem enim gloriam appellat.*

D. Auguſt. D. Cyrill. C. Chryſoſt. Theopyl. Euthym. Beda. D. Thom. D. Bonav. Hugo.

22. D. Thom. in præſenti exiſtimat, quod Chriſtus D. in ſua paſſione fuiſſet glorificatus, ſiquidem in ejus morte Sol obſcuratus eſt, petræ ſciſſæ ſunt, velumque templi, & de tartareis hoſtibus triumphavit: Tamen Chriſtus loquitur de glorificatione conſecuta ex ſua morte, ut oſtendit parabola de grano frumenti, quod ſi mortuum fuerit multum fructum affert.

D. Thom.

23. Meritò tamen in hac re audiendus eſt D Cyrill. Ieroſ. Catech. 13 qui hæc Ioan. verba. *Venit hora, ut clarificetur filius hominis*, ſic ipſe legit: *Nunc glorificabitur filius*: & in hunc modū pergit Sanct Doct. *Non quod prius non haberet gloriam; glorificatus enim erat, gloria ante mundi conſtitutionem; ſed glorificabitur tanquam Deus ſemper; nunc verò glorificatus eſt, patientiæ ferens coronam*: Verum eſt quod Chriſtus, ut verus filius Dei ante mundi conſtitutionem glorificatus erat apud Patrem ut ipſemet dixit infra, c.17. n.1. Tamen nunc dicit ſe glorificandum, nempe, corona patientiæ mortis, ac crucis; & hanc abſolutè dicit glorificationem ſuam: in tanta æſtimatione eſt illi mors, crux ac paſſio pro ſalute generis humani, ut ſimpliciter, & abſolutè hanc

D. Cyr. Ieroſ.

*Inter omnia mors & crux Chriſti glorificatio.*



hanc dicit glorificationem, & hanc dicit, & vult appellari glorificationem ſuam.

24. Ad hujus rei guſtum ait Paulus ad Galat 6. n. 14 *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Ubi maximè notandus eſt ille modus dicendi: *Mihi autem abſit*: Ac ſi dicat: *Abſit* ut alia mihi gloria ſit, niſi ea, quam fert per ſe crux Chriſti; Unde præclarè ait D. Auguſt. ſerm. 20. de verbis Apoſtoli, expendens præfata verba. *Poterat Apoſtolus gloriari in ſapientia Chriſti, & verum diceret, poterat in majeſtate, poterat in poteſtate, & verum diceret: ſed dixit in cruce; ubi mundi philoſophus erubuit, ibi Apoſtolus theſaurum reperit.* Poterat Apoſtolus in multis magnalibus Chriſti gloriari, in ſua infinita ſapientia, majeſtate, ac poteſtate, ſed his omiſſis, ſolùm in ejus cruce gloriatur: *Ibi Apoſtolus theſaurum reperit*: Ac ſi ipſa claritas, honorificentia, ac ſublimitas Chriſti magis manifeſtatur à ſua cruce, quàm à ſua ſapientia, poteſtate, & majeſtate: Unde perbellè ait D. Cyrill. Jeroſol. citata Catecheſ. 13. *gloriatio ſanè Eccleſiæ Catholicæ eſt omnis Chriſti actio; gloriatio verò gloriationum eſt Crux; quod ſciens Apoſtolus ait: mihi abſit gloriari, niſi in cruce.* Ac ſi dicat D. Cyrillus: Gloriatio, quæ eſt in ſapientia, majeſtate, ac poteſtate, & quidquid gloriæ, & hominis eſt, totum recapitulatur, continetur, ac habetur in Cruce, in qua eſt theſaurus divinarum rerum.

Galat. 6. D. Auguſt.

*Crux, & paſſio Chriſti, gloriatio gloriationum ejus.*

D. Cyr. Ieroſ.

25. Cùm Chriſtus D. vult diſcedere ex cænaculo ad paſſionem, & mortem ſuam, ſublevatis oculis in cælum orat Patrem, dicens: *Pater venit hora, clarifica filium tuum*: Joan. 17.n.1. Arab. legit: *Glorifica filium tuum*: Quæ verba commentans D. Chryſ. hom. 5 in Job. ſic ait: *Quid dicis? ad crucem duceris cum latronibus, tumulorumque foſſoribus, maledictam ſufferre mortem conſpuendus, cædendus colaphis, & hæc gloriam appellas? ita, inquit pro dilectis ipſe patior, merito hæc eadem gloriam exiſtimo.* Ad ignominioſam mortem vadit, exquiſitis, ac magnis tormentis plenam, & tamen hanc gloriam dicit: *Pro dilectis ipſe patior*, & doloroſam mortem quam pro dilectis patiebatur? auguſtam & magnificam gloriam reputabat. Profundè conſiderat, quæ ſubdit D. Chryſoſt. *Si enim Dominus meus miſeros, & ærumnoſos amans, glorioſam rem vocat, etiam id patrio throno magis adiicit gloriæ, multò ipſe magis hæc gloriam exiſtimare debeo.* Quid dicis, magne Doctor: *Etiam id patrio throno magis adiicit gloriæ.* Thronus æterni Patris immutabilis eſt, nihil ei poteſt addi, vel ex eo minui? quomodo dicitur, quod Chriſtus per ſuam paſſionem, & mortem, dum miſeros ſalvat. *Id patrio throno magis adiicit gloriæ*: Mortem, & crucem pro tam magnifica, ac honorifica gloria reputat, ac ſi per illum quodammodo, & quoad noſtrum dicendi modum ipſi aliquid gloriæ adiiceretur, dum miſeros, ac ærumnoſos ſalvat.

Joan. 17. Arabic. D. Chryſoſt.

*Mors & paſſio Chriſti Divinitatis ornamentum.*

26. Ad Animam ſanctam dicetur Cantic. 1.n.10: *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Bona pars Interpretum, per Murenulas, intelligunt colli ornamentum, quo dicitur, torques, vel aurea catena; ſingulare honoris, ac divinitatis ornamentum, Geneſ. 41. num.42. Iudic. 8 num. 26. Proverb. 1.n.9. Daniel. 5.n. 7. & Septuag. apud Philon. Carpatium habant: *Cum variis notis*: ſive *ſtigmatibus argenti*: Et quænam ſunt iſta ſtigmata? Ipſe Philo explicat, dum ait: *Vide notas argenti, ſive puncta ſive ſtigmata eſſe poſita poſt aurum: quæ quidem ſtigmata, ac notæ flagella, ac tormenta pro Chriſto Ieſu paſſorum, apertiſſimè declarant, quod Paulus confirmat, cum dicit: ego ſtigmata Ieſu in corpore meo porto*: Per aurum, valdè tritum, ac vulgare eſt in ſacris literis, ſignificari Divinitatem, ad quid ergo ipſum aurum componitur, acornatur punctis, ſeu ſtigmatibus argenteis; quæ ſignificant Chriſti vulnera: nam plagæ Chriſti fuerunt quoddam decoramentum, ac ornamentum Divinitatis, quibus maximè pulchreſcit in omnium oculis: dicuntur autem ſtigmata argentea ob candorem puritatis, ac innocentiæ Chriſti.

Cantic. 1. Gen. 41. Iudic. 8. Prov. 1. Daniel. 5. Septuag. Philo Carp.

*Chriſti vulnera quodāmodo ornamentum Divinitatis.*



---

Niſi granum frumenti.

## QUÆSTIO I.

*Quare Chriſtus D. in hoc Evangelio ter diſcipulos ſuos ad patientiam exhortatur.*

AIt Chriſtus D. in præſenti n. 24. *Niſi granum frumenti cadens in terram*: Hoc Evangel. explicavi tom. 4. c. 41. per 10. q Hunc verò pro majori doctrina adde, quòd poſtquam Chriſtus D. ſuperiori verſu dixit: *Venit hora ut filius hominis clarificetur*: nempe per mortem ſuam, quam dixit ſuam glorificationem, ut dixi ſuperiori q. Hanc glorificationē ſuæ mortis, magis explicat præſēti parabola Grani frumēti quod *ſi mortuum fuerit multum fructum affert.* 27.

Textus.

In quæſtionem tamen vocamus; cur Chriſtus ter ſuos diſcipulos hîc admonet ad laborum tolerantiam, ac patientiam? Semel cùm ait, *Niſi granum frumenti mortuum fuerit*; Iterumque repetit: *Qui odit animam ſuam*: ac tandem ſubdit: *me ſequatur*: Ad quid toties iterata repetitio? quia dum homo à ſe ipſo deficit, dum ſibi ſemetipſum negat per mortem: *mortuum fuerit*: ſemetipſum cū ſuis appetitibus contemnit *Odit animam ſuam*: & non á ſua, ſed à voluntate Dei ducitur: *ſequitur me*: Hic maximè proficit, reviviſcit, creſcit, & augetur. D. Greg. hom. 32. in Evāg ſic ait: *Quia niſi quis à ſemetipſo deficiat ad eum, qui ſupra ipſum eſt, non appropinquat; nec valet apprehendere, quod ultra ipſum eſt, ſi neſcierit mactare, quod eſt, ſic olerum plantæ tranſponuntur, ut proficiant, atque ut ita dixerim eradicantur, ut creſcant. Sic ſemina rerum in terra admixtione deficiunt, ut in reparatione ſui generis, uberius reſurgant, Unde enim videntur perdidiſſe, quod erant, inde incipiunt apparere, quod non erant.* Dum quiſque à ſe ipſo deficit, ipſo ſuo defectu, ac compreſſione, è diverſo ipſe creſcit, & augetur, & dum in ſemetipſo homo moritur, inde arcana virtute reviviſcit, ac floreſcit, & cùm ſemetipſum contemnit, altius aſſurgit ad Deum: *Nec valet homo apprehendere, quod ultra ipſum eſt: ſi neſcierit mactare, quod eſt*: Inde homo accipit incrementum, unde credebatur extinctus. 28.

D. Gregor.

*Homo dum ſibiipſe ſe negat, ac deficit, tunc creſcit & augetur.*

 Unde

*Unde enim videntur perdidiſſe, quod erant, inde incipiunt apparere, quod non erant.*

29. Tres viri illi famoſi, Sidrach, Miſach, & Abdenago mittuntur in medium camini ignis ardentis, colligati: *Et ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Domino*: Daniel. 3. num. 24. Unde illis tanta potentia, ac vis, ut valeant calorem ignis, ejuſque activitatem reprimere, ac extinguere, ne eos lædat, ſed obſequium præſtet, ut ligaturas diſſolvat? Præclarè Euſebius Emiſſenus hom. 3. de Epiphania ait: *Illic juſti velut per amœnos gurgites, incendiis naturam ſuam mutantibus, tranſmeabant, intacta ignibus corpora ipſis honorificanda pœnis, quia non ſunt onerata peccatis: In illos enim ſævis æſtibus nil licebit, quos antea libidinum flamma non attigit; & quibus puritas contulit reverentiam, inferre neſcit rationabilis ardor injuriam*: & poſt pauca ſubdit: *& quia non inveniet, ubi neceſſe habeat exercere judicium ſponſo præbebit obſequium.* Unde in illis tanta poteſtas ac dominatio in globos igneos, ut flamma nullum nocumentum præberet, ſed potius famulatum? Illi libidinum, ac cupiditatum flammam contempſerunt, ac concuſcaverunt, ut illis omnino ſuperiores exiſterent. *Quos antea libidinum flamma non attigit*: Hinc externus ignis eos non audet lædere, ac affligere, ſed obſequium cum reverentia præſtat, ſponteque præbet obſequium.

Daniel. 3. Emiſſenus.

*Qui libidinum flãmas evincit, flãmas externas ſuperat.*

30. Secundò, ad quæſtionem: Ter exhortatur ſuos ad patientiam, ut notavi ſupra in limine quæſtionis; per quod eis commendat conſtantiam, & perſeverantiã in laboribus, ac perſecutionibus patientiam. Animam ſanctam fuſtibus, ac verberibus cuſtodes murorum verberarunt: *Percuſſerunt ac vulneraverunt me & tulerunt pallium meum*: Cant. 5. n. 7. Et tam ſæva ac fædâ fortunâ Virgo clamat, ac conqueritur, nec de tanta injuria à Deo poſtulat vindictam? Minime: Imo ſuas ſodales obteſtatur, ac obſecratur, ut erga ſuum dilectum ſui amoris effectus explicent, n. 8. *Ut annuntietis ei, quia amore langueo.* Et ſtatim de eo mille laudes decantat ac evulgat n. 10. *Dilectus meus, candidus, ac rubicundus, electus ex millibus; caput ejus aurum optimum.* Ac ſi tot, & tantis laudibus decantatis gratificetur Deo datam occaſionem labores patiendi, injurias ſuſtinendi, ac vulnera reportandi; quod jam pridem gratificata fuerat Deo, quod à fraterna invidia pateretur, ait ipſa Cant. 1. n. 5. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me*: Quod dixit non querens, ſed potius glorians. D. Bernard. ſerm. 29. in Cant. ait: *Non quaſi gemens, ſed quaſi laudans, & gratias agens, inſuper & gratulans.*

Cantic. 5.

*Patientia foris pro Deo & in laboribus gaudet.*

Cantic. 1.

D. Bernard.

31. Componit Propheta Habacuc cap. 3. Orationem; & licet noſtra vulgata habeat pro titulo, *pro ignorantiis*: in Græco habetur: *Oratio cum cantico*: & pergens Vates, ſævas tempeſtatum calamitates annuntiat, morbos, cælo corrupto, graves, & devaſtantẽ ubiq; locorum mortem. n. 16. *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſuper me ſcateat*: extremamq; fructuum, ſegetum, ac camporum ſterilitatem, n. 17. *Ficus non florebit, & non erit germen in vineis. Mentietur opus olivæ: & arva non afferent cibum*: Deinde ovium, ac boum, armentorumque denuntiat ultimam peſtem, ac mortem ibidem. *Abſcindetur de ovili pecus: & non erit armentum in præcepibus*: Et inter tot & tam diverſa, qualiter ſe habet Propheta? triſtatur, aut affligitur? Minimè: imo totus lætitia profuſus, ait n. 18. *Ego in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo*: pro tanto exercitio laborum, ac pro tot occaſionibus patiendi. Unde rectè ait D. Gregor. Nazianz. ad Carmen de Præcep. Virg.

Habac. 3. Græc.

*Juſtus Deo gratificat occaſiones patiendi.*

D. Nazianz.

*Triſtibus ille magis gaudet; quàm rebus opimis.*

## QUÆSTIO V.

### *Quare Chriſtus D. in ſuis martiribus ſe comparat grano frumenti?*

32. CHriſtus D. in morte, ac paſſione ſua ſe comparat grano frumenti: & meritò ait Albert. Magn. *Nam granum frumenti inter grana cibo naturali convenientia, ſolum perfectum eſt, figura columnale, colore rubeum, quantitate magnum, in ſubſtantia purum, complectione conveniens ad nutrimentum, dulce ad guſtum.* Quod ipſe Albertus latè proſequitur, breviter ſic expendo: *Inter grana cibo naturali convenientia*: Ad ſalutem noſtram maximè conveniens eſt hoc divinum granum, Chriſtus D. noſter, illiuſque Mors: ſolum illud perfectum eſt, & omnia alia, illius comparatione, nihil ſunt: *Figura columnale*: quæ maximè inſerviunt ad defenſionẽ, & protectionem, ut patet in columna quæ præbebat ducatum filiis Iſraëlis: Exod, 12. *Colore rubeum*: quia moriens, & cadens in terram, maximè nos incendit, & inflammat in Divino amore. *Quantitate magnum*: quod accipiendum eſt juxta D. Aug. apud ipſum Albert. Magn. pro quantitate virtutis, quia magnum exiſtens, magnam præſtat virtutem. Dicitur Deuteron. 33. n. 28. *Oculus Jacob in terra frumenti, vini, & olei*: Deinde ait: *In ſubſtantia purum*: quia non ſolùm ipſe in ſe eſt purum; ſed etiam ipſe ſua morte, ac ſanguine puros, & immaculatos facit coram Deo; conveniens maximè ad nutrimentum gratiæ, ſalutis, ac vitæ æternæ. Hæc dixi, quia ad varias theſes poſſunt inſervire.

Alb. Magn.

*Granum frumenti multas habet excellentias*

Exod. 12.

Deut. 33.

33. Cum grano frumenti, quod quidpiam eſt, & ſenſu carens, merito huic S. Martyres comparantur, quia ita fortes, ac conſtantes erant inter tyrannorum tormenta, ac ſi impaſſibiles, & ab omni dolore expertes fuiſſent. Thren. 3. n. 28. dicitur? *Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia levavit ſuper ſe*: De juſto inter tribulationes, ac carnificia tyrannica hujus ſæculi, eſt ſermo, ut exponunt D. Ambroſ. in Catena apud Griſerium, Theod. Olymp. Vatabl. Petr. Dam. epiſt. 130. & ait Propheta, *Sedebit*, nempe, per aliquod tẽpus inter tribulationes, ac perſecutiones: *Solitarius*; tanquam deſertus ab omnibus amicis, & cognatis: *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*: Et ſubdit Propheta. *Et tacebit*: quomodo inter tot ærumnas, ac vexationes tacebit, ut ne gemebumdam vocem exhibeat? Paſch. *Tacebit tanquam doloris expers*: ac ſi nullo doloris ſenſu commoveatur: Et unde illi tanta animi generoſitas, ac conſtantia; Unde illi tanta fortitudo; ac firmitas? explicat Vates: *Quia levavit ſuper ſe* Quod interpretatur Vatabl. quia *elevavit* Deus ipſum *ſuper ſe*, ſuper omnem nempe conditionem naturæ

Thren. 3.

D. Ambroſ. Theodor. Olympod. Vatablus, Damian.

Paſchaſius, *Martyr ſic inter tormenta, ac ſi eſſet inſenſibilis.* Vatabl.



naturæ humanæ, ac ſuper omne iugum tribulationum, ac omnium tormentorum hujus ſæculi: Aliter expendunt Rabb. Rup. Lyran. Hugo: *Levavit ſe ſuper ſe*: nempe, levavit ſe à terrenis ad cæleſtia, & ſeipſum ſupergreſſus liberavit ſe à terrena infirmitate, illiuſque puſillanimitate, totus in cælum tranſportatus, & elatus D. Bernard, ſerm. 1. de SS. Petro, & Paulo: ait *Levavit ſe ſuper ſe, quia non reſpicit ad ſe, ſed ad illum, qui eſt ſuper ſe: ſedebit enim & tacebit, etiam modo à ſtrepitu diabolicarum ſuggeſtionum, à ſtrepitu carnalium deſideriorum, à ſtrepitu mundi: Felix anima, quæ linguas iſtas non exaudit.*

Rabban. Ruper. Lyran. Hugo.

D. Bernard

34. Ait Job. 19. n. 7. Ecce *clamabo, vim patiens, & nemo audiet*: quomodo clamabit cum dicat, *nemo audiet*? Quiſnam eſt iſte clamor, qui nullius aures excitat? Non eſt clamor oris, ſed cordis, quo tanquam gratificans Deo gratias agit Hæc verba: *clamabo vim patiens*, Græc. ſic legit, *ridebo opprobria*: ac ſi dicat: quidquid acerbitatum diabolus inferat, & omni ſua maligna arte univerſa tormenta conglomerata immitat in me, riſu excipiam, lætus feram, gaudens ſuſtinebo.

Job: 19.

Græcus. *Iuſtus ridet inter tormenta.*

35. Mittens Deus Ezech. ad prædicandum ait: *Ut adamantem, & ut ſilicem dedi faciem tuam*: c. 3. 9. Valde diſſimiles natura ſunt huiuſmodi lapides! Adamas in magno pretio; ſilex in vili, & abiecto: Adamas pulcher, candidus, & maximè periucundus, lætificat videntes, ſilex nigra obſcura, magnam triſtitiam tanquam per ſe annuntiat: quomodo ergo Propheta pergens ad prædicandum utique lapidi confert? Quam diverſimodê ſe habet Juſtus: & ſervus Dei in cauſa propria, ac in negotio Dei. Adamas perfectiſſimum eſt patientiæ ſymbolum, ut expendit D. Cyprianus ad martyres, nam quantumvis percutiatur, & obtundatur, perfert, ſilet, nullumque non tolerantiæ ſignum edit: at ſilex aliter ſe habet, primo ictu excandeſcit, multum, ardet, ac flammantes ſcintillas ſpirat: Ecce qualis facies Vatis! dum pro ſua propria perſona tormentis, iniuriis, ac contumeliis afficitur, ut monet Paulus 2. Theſſal. 3. n. 12. Silet, ac obmuteſcit in ſilentio: At verò ſi res agatur in his, quæ ad Dei cultum, ac honorem pertinent: *Deus noſter ignis eſt*: qui in ejus pectore latet tunc proſilit in medium, firmis lateribus reſpondet, ſcintillantia verba emittit, aſtateſque illuminare, atque etiam inflammare contendit.

Eccle. 3.

D. Cyprian.

*Iuſtus in tormentis pro ſe tacet. in cauſa Dei generoſè loquitur.*

2. ad Theſſ. 3.

## QUÆSTIO VI.

### *Quare dum Chriſtus D ſuos exhortatur ad paſſionem, & mortem, ait, quod ipſum ſequatur?*

36. AIt Chriſtus Dominus in præſenti: *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur*: nempe, per mortem, crucem, ac paſſionem: & hoc non ut difficile, ſed ut facile debet apparere, cum ipſe Chriſtus præceſſerit cruce, morte, ac paſſione: ait Paulus 1. ad Theſſ. 4. n. 13, *Credimus, quod Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo.* Mortem & paſſionem agnoſcit Apoſt. in Chriſto in ſuis aſſeclis; tamen magno diſcrimine loquitur de utraque, in Chriſto dicit mortem: *Quod Jeſus mortuus eſt*: in aliis non mortem, ſed ſomnum appellat: *Qui dormierunt per Jeſum*: Nam vita, ac conſideratâ morte, ac paſſione Chriſti, iam non conſideratur mors, ſed ſuavis, ac levis ſomnus D. Baſil. Sel. orat. 12. ſic ait: *Chriſti finem, mortem appellavit: bellum ſiquidem illi fuit contra mortem viventem aliorum, qui poſt Chriſtum ſomnum agnoſcit non mortem; inde factum, ut viros pro religione concertare videamus, puellos mortem riſui habere, puellos eam adire ludibundos*: Mors Chriſti ſic mortis amaritudinem fugavit, ut iam mors non ut terribilis, timenda, ſed ut levis ac ſuavis amplectenda ſit.

1. ad Theſſ. 4.

*Poſt Chriſti mortem mors iam ſuavis; & levis eſt* D. Baſil. Sel.

37. Ait Chriſtus D Luc. 13. n. 19. *Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis*: Cur infinita Dei ſapientia, ſemetipſam cum ſinapis grano confert? ex grani ſinapis contuſione provenit, ut alioquin carnes inſipidæ, quæ ut tales erant reiiciendæ, ac contemnendæ, ſaporentur, & fiant guſtui delectabiles, ut ſuaviter mandi poſſint. Sic de Chriſti Domini contuſione, ac paſſione ad nos devenit, ut omnia pænalia dolorifera ſuavitatem ſaporem, ac facilitatem haurirent ut propulſata omni moleſtia, & ærumna, ut levia, ac dulcia haberentur. D. Chryſ. ſerm. 98. ait: *Chriſtus eſt regnum cælorum, qui velut granum ſinapis in hortum Virginei corporis miſſus, orbe toto crucis in arborem crevit, ac tantum dedit fructus ſui ſaporem, cum teritur paſſione; ut quidquid eſt vitale ſuo ſaporaret, & condiret actu.* Nihil eſt tam durum, & acre, quod à Chriſti paſſione, ac morte non ſuave fiat, ac dulceſcat.

Luc. 13.

*A Chriſti morte omnia fiunt ſuavia, ac levia.*

D. Chryſoſt.

38. Ait Chriſtus: *Ubi ego ſum, illic & miniſter meus*: Chriſtus eſt in gloria Dei Patris, ad illius dexteram ſedens; quis ergo timeat mortem cum ad Chriſtum glorioſum, ac redivivum ſit aſſumendus. Cùm Stephanus ad mortem rapiebatur, elevans oculos in cælum, ait: *Video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei*: Act, 7. n. 29. Morituro Stephano aperiuntur cæli, & filius hominis, qui mortuus fuerat redivivus ad dexteram Patris ſedens apparet, cujus conſpectu Stephanus recreatus, nihili mori reputat, quando videt Chriſtum mortuum in tanta gloria ſuſcitatum: Unde ipſe lætus vadit in mortem, tantæ gloriæ, ac reſurrectionis ſpe animatus, D. Aug. hom. 95. de Diverſis: *Ad Chriſtum flagrantiſſimo amore ſuſpenſus, carnem quantoties relinquere deſiderabat, & ad ipſum cupiebat evolare, nec mortem iam timebat quia Chriſtum, quem per ſe occiſum ſciebat viventem videbat; ac per hoc feſtinabat, etiam ipſe mori pro illo, ut viveret cum illo.* Feſtinabat Steph. mori ut etiam redivivus, redivivo Chriſto aſſiſteret.

Actor. 7.

*Reſurrectionis expectatio facit nos lætos ire in mortem.* D. Auguſt.

*Ioan. 12. n. 27.* Nunc anima mea turbata eſt & quid dicam? Pater ſalvifica me ex hac hora: ſed propterea veni in horam hanc.

*VERSIONES.*

*Syriacus.* Ecce turbata eſt, quid dicam,

mi Pater, libera me, ſed propter hoc veni.

*Æthiopicus.* Pater ſerva animam meam ab hora hac.

*Arabicus.* Verum propter hanc horam

*Perſicus.* Ecce anima mea hac hora turbata eſt &c. Pater me ab hac hora ſerva &c.

*EXPOSITIO III.*

39. SUPERIUS immediatè antea egit Chriſtus de ſua morte, poſt tres dies immediatè inſtante: Nam hæc dixit feria ſecunda poſt Dominicam palmarum. Tunc conſideratione, ac horrore ipſius mortis, permiſit ſecundùm partem ſenſitivam, ac inferiorem excitari quendam horrorem, ac timorem, ut contigit in horto, & communiter fit in nobis, ut ſe verum hominem oſtenderet. *Quid dicam?* in tanta hac agonia? *Quid dicam*, quo me vertam *Pater ſalvifica me ex hac hora*: ſeu ut habet Siriacus: *Mi Pater libera me*: Perſicus: *ſerva me*: ab hac nempe agonia, & horrore mortis, ita exponunt D. Cyrill. D. Aug. Beda, D. Thom.

Syriacus. Perſicus. D.Ciril. D. Auguſt. Beda. D.Thom.

40. *Sed propterea veni in horam hanc*: Ecce ſecundùm partem ſuperiorem corrigit, ac revocat id quod ſecundùm partem inferiorem dixerat: *Pater ſalvifica me ex hac hora*: Ac ſi dicat, Pater, etſi ut verus homo habeam mortis horrorem, tamen ſimpliciter, & abſolutè hic meus affectus naturalis non adimpleatur, cùm bene ſciam quòd ad hoc veni & ad hoc me miſiſti in mundum, ut *veniam in hanc horam* mortis, ut crucem ſubeam, & calicem paſſionis bibam. Ita D. Chryſoſtom. Theophyl. Beda, Rupertus.

D.Chriſoſt. Theopbyl. Beda. Rupert.

41 Omnes ſancti Patres, ac Doctores notant, quod hic locus ſimilis eſt illi alteri in hora Matth. 26. n. 38. In horto mortem horrore quodam naturali exhorruit; & dixit: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Similem in modum hîc mortem timuit, & inde ait: *Nunc anima mea turbata eſt.* In horto Patrem orans, ait: *Si fieri poteſt, transfer calicem hunc à me* Hic hoc pacto Patrem orat. *Pater ſalvifica me ex hac hora*: In horto deſiderium vitæ naturale Patris voluntati ſubiecit; inquit enim: *Veruntamen non mea, ſed tua voluntas fiat*: ſic & in præſenti ait, *Pater clarifica nomen tuum*: nempe, per mortem & paſſionem meam.

*Locus ſimilis orationi in horto.* Matth. 26.

## QUÆSTIO VII.

*Quare Chriſtus Dominus nunc voluit turbari.*

42. CHriſtus D. ſupremâ ſuâ dominatione, habebat ſuos affectus in ſua poteſtate, & nullum invitus patiebatur. D. Aug. tract. 49. in Ioan. ait: *Tu turbaris nolens; Chriſtus turbatus eſt, quia voluit: in illius poteſtate erat, ſic, vel ſic affici, vel non affici*, &c. D. Athanaſ. lib. de Carne Chriſti, ait: *Dominus locutus eſt*: Nunc anima mea turbata eſt *Illud autem*: Nunc *tunc fuit*, *cum ipſe voluit* Quæſtio tamen præſens eſt, cur Chriſtus D. voluerit in ſe permittere hunc affectum turbationis, ac trepidationis?

D. Auguſt. D. Athanaſ.

43. Reſpondent primo D. Auguſt. & ex eo Beda, Chriſtum D. Ducem ac caput noſtrum timuiſſe: ac trepidaſſe, non tantum pro ſua perſona, ſed pro noſtra infirmitate, & timorem noſtrum à nobis in ſe tranſtuliſſe; ut firmitatem, ac fortitudinem ſuam in nobis tranſplantaret: Ne nos mortem timeremus, ipſe mortem timuit. Sic D. Auguſtinus tract. 52 in Ioan. ait. *Nos in ſe tranſtulit; nos in ſe ſuſcepit: caput noſtrum membrorum ſuorum ſuſcipit affectum*: Et poſt pauca ſubdit: *Video in rogatione mea, reſpondentem mihi Dominum meum quodammodo dicentem: Magis ſequeris, quia ſic me interpono, ut ſufferas. Audiſti ad te vocem fortitudinis meæ? Audi in me vocem infirmitatis tuæ. Vires ſuggero, ut curras nec reprimo, quod acceleras, ſed transfero in me, trepidas, & ſubſterno, qua tranſeas.* Præcepit Chriſtus ut eum ſequeremur; & quia natura humana eſt valde debilis, & infirma, ipſe in ſe ſuſcipit infirmitatem noſtram, & dat nobis ſuam fortitudinem: *Transfer in me, quæ trepidas, & ſubſterno, qua tranſeas.*

Beda. D. Auguſt.

*Chriſtus ſuſcipit in ſe infirmitatem noſtram, & dat nobis ſuam fortitudinem.*

44. Secundò: Idem D. Auguſtinus, & moraliſſimè, notat, quod poſtquam Chriſtus Dominus dixit: *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur*: ſtatim Dominus ſubiungit: *Nunc anima mea turbata eſt*: Quæ verba ſic gloſſat D. Auguſtinus: *Sequi jubes animam meam, ſed turbari video, animam tuam*: Sed dum iubet, quod eum ſequamur, cur turbatur? *Video turbari animam tuam.* Videbat Chriſtus, quod pro hominum amore, largum, ac vaſtiſſimum ſuæ paſſionis, ac mortis dolorum, ac tormentorum, & iniuriarum pelagum ingrediebatur; & tamen quod homines pro ſui cauſa, ac ſequela minima, etiam & parva contemnerent, & levi negotio ab ipſo receſſuri, ut mundo adhærerent, & hac conſideratione, ut ſuo loco expendi, multi tenent, quod dixit Chriſtus Dominus: *Triſtis eſt anima mea*: Videns hominum ingratitudinem & quod pauci de ſua morte, ac paſſione fructum ſalutis erant recepturi.

D. Auguſt.

*Turbatur videns hominum tepiditatem in ſui ſequela, ac amore.*

Matth. 26.

45. Tertiò: D. Cryſoſt. hom. 66. in Ioan ſic ait, *Ne diceretur ipſum humanis carere doloribus: facile de ſubeunda morte philoſophari, & in tuto nobis perſuadere: oſtendit, quod licet mortem formidet cum, tamen uſus poſcat, non recuſat*: Cùm ad ſui ſequelam ſuos exhortatur Chriſtus, tunc præ agonia turbatur, ut aliquorum falſam opinionem rejiat; quod ipſe habebat corpus phantaſticum, ac extra dolorem exiſtentem; & tunc facile ei erat ad mortem exhortari; ex conſideratione mortis turbatur, oſtendens corporis veritatem, ſentientis vexationem mortis, ac dolorum. Quartò: Idem Chyſoſt. citato loco. *Ex his nos admonet Dominus, ut ſi aliquando affligimur, ſi quid timeamus, non ita reſiliamus à propoſitis.* Magnum ſane documentum viris magnis quod licèt multum timeamus ex malis eminentibus; tamen ab incepto propoſito non eſt deſiſtendum, ſed fortiter, ac generosè perſiſtendum.

D. Chryoſt.

*Qui ad labores exhortatur, labores non recuſat*

D. Chryſoſt. *Ab incepto non deſiſtendum.*

46. Quintò & genuinè Noſter D. Cyrill D. Auguſtin. Rup. ut dixi in expoſitione: Cùm Chriſtus D. ageret de ſua morte, dicens: *Niſi granum frumenti*: ſtatim ſubdit: *turbata eſt anima mea*: Ex conſideratione ſuæ mortis in proximo appropinquantis, ut ſe verum hominem oſtenderet, ut verus homo mortem timuit, ac trepidavit. Cardinalis Cajetan. ſic ait: *Voluit Chriſtus excitatare in ſe ipſo has propaſſiones: ut verum hominem ſe probaret; nec ſolùm verum hominem ſed paſſibilem, non corpore ſolum, ſed etiam animo ne parvipenderemus, quod voluntarius ibat ad mortem, tanquam habens animam Stoïcam, ſeu impaſſibilem,*



Cajetan.

47. Ait Chriſtus D. *Nunc anima mea turbata eſt Quid dicam? Pater*: Chriſtus ut verus homo timet, ac trepidat mortem imminentem: tamen cùm optimè ſciret ſibi impoſitum eſſe á Patre preceptum moriendi, et ſi horrore mortis timet: tamen ait: *Quid dicam Pater*: Non habeo quid dicam, niſi colla ſubjicere, & calicem paſſionis bibere: & quomodo hoc? Nonne poterat ipſe à Patre diſpenſationem poſtulare, & quod non videbatur decens ut tantus filius, tot ac tantis tormentis traderetur; cum una guttula illius Sacratiſſimi ſanguinis abundantiſſima erat ad totius generis humani redemptionem; nihil horum dicit, ſed tantum *Quid dicam Pater*? D. Chryſoſt. homil. 66. in Joan. ait: *Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? quaſi dicat: non habeo quid dicam, ereptionem quærens. Propterea enim veni in hanc horam.* Valde mirum quod corporata Dei ſapientia infinita, non habet quid dicat: *ereptionem quærens*: & quot, & quantas excuſationes fabricaret garrulla infatuitas humana, ſed unigeniti filij ſapientia ſtante præcepto Patris ſic addicta, ac ſubjecta eſt. *Ut non habeo quid dicam, ereptionem quærens*: ſed mandatum exequi, mortem ſubire.

*Vera obedientia excuſationes non quærit, ſed mandatum adimplet.*

D. Chriſoſt.

48. Cùm meus Jeſus penderet in cruce, clamat. *Deus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me.* Matth. 27. n. 46. Non tanquam cum Patre loquitur, quem ſciebet Patrem ſuum; ſed Dominum vocat, cùm tamen in eodem conflictu ſemel, & iterum Patrem dicit Luc. 23. n. 24 *Pater dimitte illis, non enim ſciunt, quid faciunt.* Et paulò poſt pro ſe n. 46. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Et quando è cruce orat, bis Patrem dicit; cur ergo ad explicandam acerbitatem ſuorum tormentorum, ac gravitatem ſuarum injuriarum non Patrē, ſed Deum appellat? cum pro ſe ac inimicis orat, confidentia filij ad Patrem loquitur, ut valeat optata impetrare; at verò cùm de ſuis pœnalitatibus agit, quæ erant ſub præcepto, nō Patrem, ſed Deum dicit; tunc non ſe veluti filiū agnoſcit, ut roget, ac interpellet, ſed ut ſervus clauſo ore obediat, & impleat mandatum; cùm enim dolores illi eſſent præceptæ; non habet in illis quid dicat, ut filius, ſed ut ſervus obediat & exequatur. Eleganter Arnoldus Carnotenſ. tractat. ad illa prima verba: *Deus meus*: ſic ait: *Non improperat Patri, nec derelictum ſe dicit, quaſi contumelia crucis contra propoſitū videatur appoſita, ſed quantum ſit obedientiæ fundamentum, & culmen interrogationis innuit, cùm ſe minorem, & æqualem oſtendit. Deſeritur humilitas, adeſt majeſtas; ſecundum formam ſervi, legationis ſuæ miniſterium non erubeſcit.* Expende illud: *Sed quantum ſit fundamentum, & culmen obedientiæ innuit ſecundum formam ſervi.* Ad culmen obedientiæ ſpectat, quòd diſſimulatis rationibus, & prætermiſſis objectionibus, ac interpolationibus te habeas ut ſervum, qui ſolùm expectat ut Domini præceptum veniat. Vide ſupra Matth. 2. q. 13. n. 67. 68. 69. & Marc. 16 q. 4. n. 16.

Matth. 27.

Luc. 23.

*Perfectus obediens ſe tanquam ſervum conſiderat, ut nihil dicat.*

Arnoldus Carnot.

*Vox de cœlo.*

*Ioan. 11. n.* 28. Pater clarifica nomen tuū. Venit vox de cœlo, & clarificavi, & iterū clarificabo.

*Num.* 29. Turba ergo quæ ſtabat, & audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus eſt.

*Num.* 30. Reſpondit Jeſus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos.

*VERSIONES.*

*Syriac. n* 28. Glorifica nomen tuum, &c. Et audita eſt vox, Glorificavi, & iterum glorificabo.

*Vatab.* Illuſtravi & iterum illuſtrabo.

*D. Hilar.* Honorificavi, & iterum honorificabo

*Æthiopic.* Pater glorifica nomen tuum, & filium tuum, &c. glorificavi, & adhuc glorificabo.

*Perſicus.* Atque etiam, ô Pater nomen tuum glorifica, & vocem é cœlo audierunt: Jam quidem glorificatum eſt, & rurſus glorificabo.

*Syriac. n.* 29. Audierunt, & dixerunt, &c. Angelus collocutus eſt; & populi, qui aſtabant, & dicebant tonitruum eſt.

*Arabicus.* Sanè factum eſt tonitruum, & dixerunt.

*Æthiopic. n.* 30. Non propter me fuit.

*Perſicus.* Hæc quidem vox, non propter me facta eſt.

*D. Hilar.* Vox venit de cœlo.

*EXPOSITIO IV.*

PAter *clarifica nomen tuum*: etſi ob horrorem mortis imminentis maximè anima mea turbata ſit; tamen efficaciter illud oro, & peto: *Pater clarifica*, ſeu ut habet Syriacus: *glorifica nomen tuum*: Per mortem & paſſionem meam à te decretam, ac determinatam, & á me libentiſſime acceptatam: in qua ipſe Pater eſt glorificatus, & per conſequens ego ipſe filius ejus, qui idem ſum in ſubſtantia cum Patre; nam per paſſionem meam divulgatam prædicatione Apoſtolorum, notitia Patris, & Filij, ac Spiritus Sancti diffuſa per totum orbem, omnes gentes, ac etiam Judæi ipſum reverenter adorabunt, ac cognoſcent, verum Deum, ejuſque infinitam bonitatem predicabunt, 49.

Perſicus. D.Cyrill. D. Chryſoſt. D. Auguſt. D. Thomas. Lyran.

bunt Perſicus legit: *Pater glorifica nomen tuum & filium tuum.* Ita explicant D. Cyril D. Chryſoſt. D. Auguſt. D. Thom. Lyranus.

50. *Deus humilibus miſcet magna.*

*Venit ergo vox de cœlo,& clarificavi, & iterum clarificabo.* Nota illam particulam, *ergo*, quæ refertur ad antecedentia, quia ſupra horrore mortis anima Chriſti turbata eſt; nunc verò agitur de ejus glorificatione; ſemper enim Deus alta, & ſublimia admiſcet humilibus *Vox de cœlo*: nempe, aëreo; ut ſuprà diximus de Baptiſmo. *clarificavi, & iterum clarificabo*: hoc eſt, te declarabo, manifeſtabo, honorificabo, ac glorificabo: Quæ verba Æterni Patris ad Chriſtum, referunt Patres, ac Doctores, quos legi: *Clarificavi*: in Nativitate ex Virgine, in Baptiſmo & Transfiguratione voce Patris delapſa: *Hic eſt filius meus dilectus*; & multis miraculis, & operibus admirabilibus, *Et clarificabo*: in morte, multis prodigiis, ſole obſcurato, terra tremente, ac petris ſciſſis; *Et glorificabo*; glorioſa reſurrectione, Admirabili Aſcenſione, ac Spiritus Sancti Miſſione: de quo latiùs q. 8. ſequenti.

51. *Turba ergo, quæ ſtabat, & audierat*, hanc, ſcilicet, vocem, *dicebat tonitruum eſſe factum*: quod ex eo dixerunt, nempe ob magnitudinem ipſius vocis; quod notat Evangeliſta ut indicet, vocem non fuiſſe ſubmiſſam, tacitam & obſcuram, ut à ſolo Chriſto audiretur, ſed fuiſſe magnam, & altam, ita ut ab omnibus aliis fuerit audita: Hæc autem vox dearticulata, & ſignificativa erat; ſed an omnes diſtinctam ipſam perceperint? dubitatur; & quòd à multis fuerit accepta, ut vox confuſa inſtar tonitrui docet D. Chryſoſtomus in præſenti, qui ſic ait: *Aperta quidem, & ſignificativa erat vox, ſed craſſis, & carnalibus cito evolavit, tantumque ſonum retinuerunt.* Et ſubdit: *Qui quod articulata quidem eſſet, noverunt, ſed quid ſignificaret, non capiebant.* Similiter Theophylact. Euthym, & etiam D.Thom. Lyranus, Caietan. Janſen. Probabilius tamen Rupertus tenet, quòd omnes hanc vocem articulatam, & ſignificativam intellexerint dicentem Chriſtum eſſe verum filium Dei, verumque Meſſiam, ac Salvatorem; Quidam tamen ob magnitudinem vocis dixerunt tonitruum eſſe factum, alij Angelum loquentem; omnes tamen cognoverunt, vocem non eſſe humanitùs, ſed divinitùs prolatam. In hanc ſententiam me ducunt ſequentia Chriſti verba: *Hæc vox venit non propter me, ſed propter vos.* Si Æternus Parens dedit illam vocem propter circonſtantes, taliter eam dedit, ut ipſi circunſtantes eam caperent, ac intelligerent; aliàs fruſtranea eſſet vox. Cur autem Apoſtoli in monte Thabor diſtinctè, & clarè vocem Patris cognoverunt, non verò hæc ſuperba turba? reſolvi ex D Paſchaſio in tom. 4. cap. 8. q. 30 n. 252.

*An vox fuerit ab omnibus audita.*

D. Chryſoſt. Theophyl. Enthym. D. Thom. Lyran. Cajetan. Janſen. Rupert.

52. *Reſpondit Ieſus & dixit: Non propter me hæc vox venit*: Ego enim illa non indigeo, cum certus ſim de mea Divinitate, ac glorificatione, *ſed propter vos*: Ut credatis me eſſe verum filium Dei, verùmque Meſſiam, multis mirabilibus glorificatum, ac glorificandum à Patre. Ita D Auguſtinus, D. Cyrillus, D. Chryſoſt, Beda, Rupert. & alij.

D Auguſt. D. Cyril. D. Chriſoſt. Beda. Rupertus.

## QUÆSTIO II.

*Quare Chriſtus D. quamvis ſit turbatus horrore mortis; tamen Patrem orat, ut clarificet nomen ſuum?*

53. QUamvis Chriſtus D. ut ſe verum hominem oſtenderet, dixiſſet, quod anima ejus turbata eſſet horrore mortis; tamen abſolutè, & efficaciter petit à Patre, ut dixi in Expoſitione, ut clarificet, ſeu glorificet nomen ſuum per mortem, & paſſionem ejus: Si enim Chriſtus loquens de Petri morte; ut notat N. Joan. 21. n. 19. *Hoc dixit ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum*: dum enim Petrus moritur pro fidei veritate, ac confeſſione Dei, Deum clarificavit, ac glorificavit: Quanto magis Chriſtus D. æqualis Æterno Patri, dum ipſi Patri obediens ſe obtulit in ſacrificium, ac victimam pro ſalute generis humani, Patrem clarificavit, ac glorificavit.

Ioan. 21.

54. Quâ etiam morte, & paſſione ipſemet Chriſtus eſt à Patre clarificatus, declaratus, ac honorificatus, & ita Pater immediatè reſpondit: *Clarificavi*: Multis miraculis editis, ut dixi in Expoſitione: *& clarificabo* te morte & paſſione, ac cruce tua. D. Chryſoſt. apud Catenam D. Thomæ ait: *Non dico eripe me ex hac hora, ſed contrarium dico. Clarifica nomen tuum. Oſtendit enim, quoniam pro veritate moritur, & gloriam Dei hoc vocans, & hoc evenit: futurum enim erat, ut poſt crucem converteretur Orbis terrarum, & cognoſceret nomen Dei, & coleret, non ſolum Patris, ſed etiam filij*: ſcilicet nomen. Cùm Chriſtus à Patre petit ſui nominis claritatem, mortem non recuſat ſed petit, quia pro certo erat gloria paterni nominis, maximè per crucem, ac paſſionem dilatanda: Crux & paſſio Divinum nomen maximè prædicavit, ac evulgavit per omnes nationes. Meritò ergo cum Deus Pater filium exaudit, ait. *Iterum clarificabo*: quia per crucem, ac paſſionem filij, Pater ipſe clarificatur: *Ut poſt crucem converteretur Orbis terrarum, & cognoſceret nomen Dei, & coleret, non ſolùm* Patris, *ſed etiam filij.* Nam ante Chriſti mortem ſolùm *Notus in Judæa Deus, & in Iſraël magnum nomen ejus.* Pſal. 75. n. 1. & poſt Chriſti crucem & mortem: *à ſolis ortu uſque ad occaſum magnum eſt nomen ejus in gentibus*: Malach. 1. n. 11.

D. Criſoſt.

*Per mortem, & paſſionem Chriſti, Deus manifeſtatus in toto mundo*

Pſalm. 75.

Malac. 1.

55. Juxta Septuaginta ait Habacuc Propheta 3. n. 1. *Domine. audivi auditionem tuam, & expavi, in medio duorum animalium cognoſceris.* Quæ autem ſint hæc duo animalia, variæ ſunt ſententiæ, in quibus Deus maximè cognoſcendus eſſet. D. Hieronym. ait: *Simplex interpretatio, & opinio vulgi de Salvatore intelligit, quòd inter duos latrones crucifixus agnitus ſit.* Ac proinde iuxta Sanctum Doctorem valde celebris eſt ſententia, quòd Chriſtus crucifixus inter duos latrones, maximè cognoſcetur, & adorabitur ſimpliciter & abſolutè in toto Orbe. Regius Vates loquens de ſuprema Divina majeſtate, ait: *Qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare coram Ephraim, Benjamin, & Manaſſe*: Pſal. 79 n. 2 Quid eſt hoc? in cruce inter latrones, cum iniquis reputatus eſt: *cognoſceris*, abſolutè; at

Habacuc 1. Septuagint.

D. Hieron.

Pſal. 79.

ſuper



ſuper Cherubin ſedens ſolùm inter particulares cognoſcitur Ephraim, & Benjamin; Magis Divinitas Chriſti, & ejus infinita bonitas ſua immenſa charitate reſplendet, ac nitet dum pendet è cruce inter latrones, redimens, ac ſalvans, quàm inter Cherubicos thronos regnans, ac dominans; allexit enim, ac traxit magis genus humanum ad ſe ſanguine fuſo in morte, ac paſſione, quàm imperans, ac regnans majeſtate in cœlo.

*Chriſtus magis ad ſe traxit homines morte & cruce, quàm imperio.*

56. Ait Zachar. 3. n. 6. *Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt, & ego cælabo ſculpturam ejus*: Septem oculi, id eſt, omnium oculi: nam numerus ſeptenarius univerſitatem ſignificat, ſeptem, nempe, diebus clauditur Hebdomada: Et quiſnam eſt iſte lapis, in quem omnium oculi ſunt intenti? communiter ſecundùm Patres, Chriſtus D. eſt. Ita N. D. Cyril. D. Hier. Rupert. Lyran. *ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretioſum*: Et unde omnium oculi ſic feruntur ad iſtum lapidem divinum? ſubdit Propheta: *Cælabo ſculpturam ejus*; Aquila, Symmachus, Theodoſ. legunt: *Ego ſculpam aperturam ejus*: Hoc eſt, explicat D. Hieron. dicens: *Iſtum lapidem clavis crucis, & lancea militis faciam vulnerari.* Ecce ſapientia Dei, quæ erat abſcondita à ſæculis, & theſaurus inciſus; & licet antea multis miraculis, ac mirabilibus effulſiſſet, non cognoſcebatur: at ubi permiſit clavis, ac lancea vulnerari in cruce, omnium oculos ad ſe advocavit, ac inclinavit, ut ab omnibus agnoſceretur ac videretur, omneſque illi reverenter adorationem exhiberent.

Zachar. 3.

Iſai. 28.

Aquila. Symmach. Theodoſ. D. Hieron.

*Sapientia Dei abſcondita; cruce, ac morte manifeſtatur.*

57. De ſacris Diſcipulis apud Emmaus notat evangeliſta D. Luc. 24 n. 35. quod *cognoverunt eum in fractione panis*: Non cognoverunt eum dum panem accepit in manibus, nec dum benedixit, ſed dum fregit; quod elegantiſſimè meditatur Drogo ſerm. de Dominicæ Paſſionis Sacramento, ubi ſic ait: *Cognoverunt eum in fractione panis, & verè non cognoſceris Domine, niſi in fractione panis: panis caro tua: fregiſti manibus tuis corpus tuum, qui poteſtatem habebas ponendi animam tuam, & iterum ſumendi eam: fregiſti corpus, quod foris apparebat, & oſtendiſti medullam, quæ intus latebat; niſi autem patiaris, non cognoſceris, ibi abſcondita eſt fortitudo tua.* Non cognoverunt eum nec in ſermone in via, nec benedictione, qua cuncta creavit, ac multa mirabilia eſt operatus; ſed in fractione panis: Panis, corpus Chriſti eſt; in fractione panis, qua denotabatur, quod dum corpus Chriſti fuit ſciſſum plagis, vulneribus, ac multis aperturis, Divinitas quæ intus ſub velamine carnis latebat, maximè apparuit, ac manifeſtata eſt. *Niſi autem pàtiaris non cognoſceris, ibi aſcondita eſt fortitudo tua.* Vide ſuprà.

Luc. 24.

Drogo.

*Dum Chriſtus patitur cognoſcitur ejus divinitas.*

## QUÆSTIO IX.

*Quare Vox venit de Cœlo dicens*: Clarificavi, & clarificabo?

58. CHriſtus D. dixerat: *Pater clarifica nomen tuum*: Vox venit de cœlo dicens: *clarificavi & clarificabo*: te, nempe, filium meum Omnes Patres, ac DD. quos ego legi, hæc verba ad Chriſtum referunt; quod etiam de ſe teſtatur Maldonat. Et nota ſublimem, & altum modeſtiæ modum inter Divinas perſonas: non enim ait Chriſtus: Pater clarifica nomen meum ſed, *nomen tuum*: & Pater non ait: Clarificavi, & clarificabo me ipſum, ſed *clarificavi, & clarificabo filium meum*: Cùm tamen in re idem ſit quia eadem numero ſubſtantia, ac natura, quæ eſt in Patre, eſt in Filio. Et ideo cum Chriſtus poſtulat glorificationē nominis Patris, etiā ſuam ipſam poſtulat, & cùm Pater dicit ſe filium, clarificare, etiam ſeipſum, dicit clarificari.

*Summa correſpondentia cum modeſtia inter divinas perſonas.*

D. Auguſt. Beda.

59. Tota difficultas eſt, quomodo clarificavit? ineffabilem generationem, cum Pater ab æterno communicat ſuo filio Unigenito ſuam claritatem, majeſtatem, ac divinitatem. Juxta illud quod dicitur infra c. 17. n. 1. *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate, quam habui priuſquam mundus eſſet, apud te*: Secundò, Rupert. refert ad creationem, quando in tempore per ipſum creavit mundum, ac omnia.

Joan. 17.

Rupert.

60. Tertiò, & pleniſſimè D. Chryſoſt. Theoph. Euthym D. Cyril. Leontius, & alij illud ſic exponunt: glorificavi in nativitate ex virginali utero, in Baptiſmo, & Transfiguratione, Paterna voce: *Hic eſt filius meus dilectus*: Multis miraculis, & prodigiis factis: Unde ipſemet Chriſtus dixit: *Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me, Ego ſciebam, quia ſemper me audis*: Joan. 11. n. 41. & ait: Et glorificabo, poteſtate data ad inſtituendam Sacram Euchariſtiam, multis prodigiis, & miraculis factis in morte, ſole obſcurato, terræ motu, petris ſciſſis glorioſa reſurrectione, admirabili Aſcenſione, divinâ Sancti Spiritus miſſione, ac datâ univerſali judiciariâ poteſtate. In hac etiam ſententia eſt D. Auguſt. tract. 52. ubi ſic ait: Clarificavi: *Cùm de Virgine natus eſt, cum virtutes operatus eſt.* Et iterum clarificabo *cum ſurrexerit à mortuis, cum exaltabitur ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria ejus.*

D. Chriſoſt. Theophyl. Euthym. D. Cyrill. Leontius.

Ioan. 11.

*Genuina expoſitio*

D. Auguſt.

Exaltatus à terra.

## QUÆSTIO X.

*Quare Chriſtus D. ait, quòd exaltatus à terra, omnia trahet ad ſe ipſum?*

61. AIt Chriſtus D. in præſenti, n. 32. *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Quod Evangelium explicavi tom. 4. c. 42 à q. 11. & deinceps. Et quanquam in ſenſu morali, de quolibet Juſto poſſit intelligi, quod ſi contemptis, ac dimiſſis terrenis elevatur, omnibus dominatur, omniumque corda ad ſe trahit, ac reconciliat: Tamen in ſenſu literali ſecundùm omnes Patres, ac Doctores, quos legi, loquitur Chriſtus de ſe ipſo prout elevatus fuerit in cruce; & hoc appellat exaltationem ſuam: Sic & Ioan. 3. *Sic exaltari oportet filium hominis*: Et Ioan. 8. *cùm exaltatus fuero cognoſcetis, quod ego ſum.* De quo ſtatim.

*Iuſtus dimiſſis terrenis elevatus*

Ioan. 3. Ioan. 8.

62. Pro qua re audiendus eſt Lactantius lib. 4. cap. 26. quærens cur Chriſtus potius mortem crucis elegit, quàm alteram? Sic ait ipſe *Ille*

Lactantius.

*quippe*

*quippe præcipua fuit ratio, cur Deus crucem maluerit, quòd in illa eum exaltari fuit neceſſe, &*

Chriſtus in cruce ad ſe congregat omnes gentes.

*omnibus gentibus paſſionem Dei innoteſcere. Nam quoniam is, qui patibulo ſuſpenditur, conſpicuus eſt omnibus, ut cæteris altior. Crux potius electa eſt, quæ ſignificaret illum, tam conſpicuum, tamq; ſublimem futurum, ut ad eum cognoſcendum pariter, & colendum cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent.* Nota ſequentia: *Extendit manus ſuas, orbemq; dimenſus eſt, ut iam tunc oſtenderet ab ortu Solis magnum populum, ex omnibus tribubus, atq; linguis congregatum ſub alas ſuas eſſe venturum* Elegit mortem crucis, quia in ea ita eſt exaltatus, ut eſſet omnibus conſpicuus; & etiam maximè, quia in cruce habebat manus extēſas, ut ſibi omnes populos, ac gentes congregaret, eaſque benignè amplexās reciperet, ac foveret.

63\.
Iſai. 11.
Pagnin.

Ait Iſai. 11. n. 10. *In illa die radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur & erit ſepulchrum ejus glorioſum.* Pagnin. ex Hebræo legit: *In vexillum populorum*:

Septuagint.
Arabic.

Septuagint. Qui *conſurgit ut princeps ſit gentium.* Arabicus: Q*ui ſurrecturus eſt*: Et ad quid iſte, radix Jeſus-Chriſtus D. conſurget in ſignum, & vexillum: Sicut in bello ad colligendos milites Dux erigit vexilum; ſic Chriſtus D. erectus, & exaltatus in cruce erit tanquam ſignum, & vexillum ad congregandas omnes gentes, ac omnes populos ad ſe tanquam eorum principem, ac ducem: *Et erit ſepulchrum ejus glorioſum.* Tam in ſe, quàm per reſpectum ad gentes, quæ in ipſo ſepulchro ejus gloriabuntur.

Chriſtus in cruce tanquam vexillum ad congregandas gentes.
Rupert.

Ruper. Abb. ad citatum locum ait: *Quid enim fuit in ſignum populorum ſtare radicem Ieſſe, niſi filium hominis exaltari à terra, & omnia trahere ad ſe ipſum, inquit*: Gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum ejus glorioſum. *Ecce hodie gentes ipſum deprecantur, & in ſepulchro ejus, id eſt, in morte ejus gloriantur, in quo enim alio ſe gloriari profitentur? Mihi, inquit Apoſtolus abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri* Iesu-Christi; *idipſum cum Apoſtolo gentes quoque actu quodam loquuntur, pingentes igitur ſignum cruois in ſuis frontibus.*

64\.
Exod. 12.

Immolabatur Agnus à populo Iſraëlitico, ab, ipſoque comedebatur; & cavebat lex Exod. 12. n. 43. *Omnis alienigena non comedet ex eo*: Solis Iſraëlitis dabatur ille Agnus; At verò de vero Agno Chriſto Jeſu, cujus figura extitit ille antiquus, ſcribitur Apoc. 5. n. 9. quòd *quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno, & cantabant canticum novum, dicentes: Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire ſignacula eius; quoniam occiſus es & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua & natione.* Idem erat Agnus, qui oſtendebatur in Apocalypſi, & qui in figura repræſentabatur in Exod; Sed de illo Agno Exodi ſolus Iſraëlita participabat; at in Apocalypſi, non ſoli Iſraëlitæ, ſed omnes mundi nationes; & cur ille antiquus Agnus ſolùm erat Iſraëlitis, iſte verò univerſis nationibus; *Ex omni tribu, lingua, & natione*: Et cùm ille Exodi eſſet hujus figura, unde tanta differentia? Cùm ille antiquus Agnus immolabatur, adhuc verus Agnus Chriſtus Jeſus crucem non aſcenderat; & ideo limitatè uni tantùm populo dabatur: At verò poſtquam exaltatus eſt in cruce: *Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo*: per crucem, nempe; inde ad omnes gentes diffunditur, ac extenditur, quas ad ſe congregavit.

Apoc. 5.

Non ſine cruce, ſed cum cruce, Chriſtus adduxit ad ſe omnes gentes.

Rupertus lib. 4. in Apoc, ait: *Agnus, qui in Ægypto in figura tui immolatus eſt, ex una tantùm gente populum tuum in ſanguine ſuo redemit; nunc autem tu per temetipſum, ita redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ut ſanguis tuus ſigno crucis frontibus noſtris imprimatur. Ita redemiſti nos à malignis ſpiritibus congregans de nationibus.* Ante crucem Agnus redimebat unam tantùm gentem: at poſt crucem ex omni gente, & populo, ac natione congregat in unum regnum. Vide ſupra q. 7. n. 55

Rupert.

---

## QUÆSTIO XI.

*Quare Chriſtus D. exaltatus à terra conſummans omnia, trahit ad ſe univerſa?*

66\.
Luc. 9.

SCribit D. Lucas cap. 9. n. 51. de Chriſto D. *Factum eſt autem cùm complerentur dies aſſumptionis ejus, & ipſe faciem ſuam firmavit, ut iret in Ieruſalem.* Id eſt, cùm iam in proximo eſſent dies ſuæ mortis, ac paſſionis: *ipſe firmavit faciem ſuam, ut iret in Ieruſalem*: id eſt, ut ibi explicavi, firmo reſoluto, ac conſtanti animo magno conatu, ac efficaci niſu pergit in Jeruſalem, ut crucis patibulum ſubiret.

D. Hieron.

Elegantiſſimè D. Hieronymus Epiſtola ad Algaſiam, q. 5. ſic ait. *Obfirmata facie feſtinebat Dominus Pergere in Ieruſalem, ne complerentur dies aſſumptionis ejus, & Paſcha celebraret omnemque doctrinam ſuam patibulo roboraret.* Tanta vehementia, ac efficacia Dominus pergebat in Jeruſalem, ut crucem aſcenderet: *ut omnem doctrinam ſuam patibulo roboraret*: Chriſtus D. venit ad nos, ut omnes gentes, ac populos ad ſe convocaret, ac adduceret: *Erat lux vera qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Joan. 1, & ut ait Simeon: *Lumen ad revelationem gentium*: Illuminavit, & ad ſe convocavit gentes ſuâ gratiâ, ſuâ doctrinâ, ac præſentia, admirabilique ſua vitâ: Cùmque ipſe vehementiſſimè exoptaret hominum ſalutem; inde tanto affectu tendebat Jeruſalem: *ut omnem doctrinam ſuam patibulo roboratet*: ac ſic omnia quæ noſtræ ſalutis erant, cruce ſunt firmata, & corroborata, & minimè ſine illa.

Joan. 1.
Luc. 2.

Crucis patibulo roboravit Chriſtus ſuam totam doctrinam.

67\.
Hebr. 2.

Ait Paulus ad Hebræos 2. n. 10. *Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummare.*

D. Athanaſ.

Quæ verba ſic leguntur à D. Athanaſio lib. de Incarnat. Verbi. *Decebat enim eum, per quem omnia, & ex quo omnia, multos filios in gloriam adducentem, qui princeps, auctorque ſalutis eorum eſſet, paſſionibus conſummari.* Illud verbum: *conſummari*, explicatur ab eodem Athanaſio, ſive ab eo, qui Auctor eſt quæſtionum ad Antioch. d. 119. *Perfectum & glorioſum reddere*: Ac ſi dicat: Conveniens erat, ut ille, qui filios ſuos decreverat adducere ad gloriam per ſuam crucem ac paſſionem; ad conſummationem, ac perfectionem deduceret: Et quomodo hoc dicitur: Omnia Dei opera ſunt perfectiſſima, inde dicitur in creatione Geneſ. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat.* Et hoc maximè eſt in ordine

Geneſ. 1.



Habacuc. 3.

dine gratiæ? Quod conſiderans propheta Habacuc. 3. n. 1. *Conſideravi opera, tua & expavi*: præ earum magnitudine, ac celſitudine, illum abditum prædeſtinationis arcanum ſuorum electorum, eorumque vocationem, iuſtificationem, ſanctificationem, ac illuminationem doctrinæ Spiritus Sancti; nonne hæc erant maximè perfecta? quomodo ait Apoſtolus, quod oportebat per paſſionem, ac crucem illa omnia *conſummari, ac ad perfectum reddere*: Etſi omnia illa eſſent valde magna; tamen ut Chriſtus filios ſuos adduceret in gloriam ſine cruce, ac paſſione non erant perfecta, ac conſummata. Crux enim eſt conſummatio, ac perfectio omnium operum Chriſti: Unde ipſe Apoſtolus eadem epiſtola ad Hebr. cap. 2. n. 9. *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria, & honore coronatum.*

Crux conſummatio, ac perfectio operum Dei.

Hebr. 2.
D. Cryſoſt.

D. Chryſoſtomus in eandem Epiſt. homil. 4. ait: *Oſtendit, quòd crux ſit honor, & gloria, quomodo quidem certè, & ipſe eam vocat dicens*: Venit hora, ut glorificetur filius hominis: Joan. 12. ſupra. Et Drogo de Sacramento Dom. Paſſion. ait *Crux gloria tua, ô Domine, qui erubeſcit crucem tuam gloriam tuam erubeſcit.* Abſit gloriari niſi in cruce. Vide ſuprà q. 2.

Ioan. 12.
Drogo.

---

## QUÆSTIO XI.

*Quare dum Chriſtus D. exaltatus in crucis ignominiâ, ibi agnoſcitur ejus divinitas?*

67
Habacuc. 5.

AIt Propheta Habacuc: *Cornua in manibus ejus, ibi abſcondita eſt fortitudo ejus* cap. 3. num. 5. Cùm meus Jesus penderet in cruce clavis affixus, ibique ejus divinitatis fortitudo videretur abſcondita; ibi tamen maximè irradiabat, ac reſplendebat. Ait ipſe Ieſus Ioan. 8. num. 28. *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.*

Joan. 8.
D. Auguſt.

Quæ verba præclarè commentatur D. Auguſtinus tract. 40. in Joan. expendens id quod Dominus ait: *Tunc cognoſcetis quia ego ſum*: ſic ait S. Doctor: *Recolite illud: Ego ſum, qui ſum*: Exod. 3. n. 14. *& cognoſcetis quod ſit dictum, Ego ſum: Differo cognitionem veſtram, ut impleam paſſionem meam, ordine veſtro cognoſcetis, qui ſum; cum ſcilicet*, exaltaveritis filium hominis; *exaltationem autem crucis dicit, quia ibi exaltatus eſt, quando pependit in ligno.* Proindeque iuxta mentem D. Auguſt. cùm Chriſtus elevatus eſt in cruce, tunc ait ipſe: Cognoſcetis, quòd *Ego ſum, qui ſum*: Verus Deus per eſſentiam: Sed quid habet Crux ad cognoſcendam Divinitatem? Multum per omnem modum, ibi maximè reſplenduit bonitas Divina in redimendo homine, obedientia ad Patrem, Charitas erga inimicos, fortitudo non ſolùm in patientia ſuſtinendi, ſed etiam in efficacia ad debellandas aëreas poteſtates; profunda, & alta humilitas in tanta abiectione, infinitæ ſapientiæ, ut inimicus, qui per lignum vicerat vinceretur, ſicque in cruce maximè omnia divina attributa reſplenduerunt.

Exod. 3.

Cruce divinitas manifeſtatur.

D. Ambroſ.

D. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 5. expendens cur Divinus Sponſus dicatur flos campi: Cant. 2. n. 1. ſic ait: *Flos odorem ſuum ſucciſus reſervat, & contritus accumulat, nec avulſus amittit: ita Dominus Ieſus in illo patibulo crucis, nec contritus emarcuit, nec avulſus evanuit; ſed illa lanceæ punctione ſucciſus ſacro ſpecioſior feſi coloris cruore vernavit.*

68\.

Poſtquam Abrahamus à ſacrificio filij voce Angelica, detentus eſt *Levavit oculos ſuos, vidit poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus*: Inde appellavit nomen loci illius; *Dominus videt*: Gen. 22. n. 13. Septuaginta legunt: *Dominus videbitur*: quod adeo fuit celebre, quod à tali apparitione locus nomen habeat: *Dominus videbitur.* Et in quo Dominus fuit viſus, ac manifeſtus? In ariete cornibus inchærente vepribus, oſtendebatur Chriſtus ligno crucis affixus, nunquam Chriſtus magis ſe hominibus manifeſtavit, ac ſui dedit cognitionem, quàm dum clavis affixus in cruce eſt ſuſpenſus; nam etſi aperturæ corporis ejus eſſent vulnera, nobis tamen fuerunt ianuæ, ac portæ ad introſpiciendam, & videndam infinitam bonitatem ejus divinitatis.

Gen. 22.

Chriſtus in cruce maximè manifeſtatus eſt omnibus.

D. Ambroſ.

Sic D. Ambroſius ad citatum locum ait *In monte Dominus apparuit, hoc eſt; quod apparuerit Abramo revelans ſui paſſionem corporis, quâ mundum redemit: demonſtrans etiam genus paſſionis, cum ſuſpenſum oſtendit cornibus arietem: Virgultum illud, patibulum crucis eſt: & in hoc ligno præſtantiſſimus ductor gregis exaltatus omnia traxit ad ſe, ut ab omnibus cognoſceretur.* Tam inſigniter, ac celebriter ſe Dominus in figura crucis manifeſtavit, ut ab ipſa ejus cruce dicatur Dominus: *Dominus videbitur.*

69\.

Cùm Thomas Apoſtolus perſiſteret in ſua incredulitate, & ex teſtimonio aliorum Apoſtolorum nollet credere Divinum Magiſtrum reſuſcitatum, apparet illi Ieſus & ait: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus*: Joan. 20. n. 27. Valde mirum, quòd, ut Thomas cognoſcat Chriſti Divinitatem, & oſtendit Chriſtus clavorum fixuras, & lateris apertionem: Cur non potius aliquod miraculum, vel portentum Divinæ omnipotentiæ, quod Divinitatis proprium ſignum eſt, ut ait Regius Vates Pſal. 71. n. 18. *Tu es qui facis mirabilia ſolus*: Sed tantùm oſtendit plagas, manus, & latus quæ ſunt mortalitatis ſigna? Fixuræ illæ crucis efficacius oſtendebant Chriſti divinitatem, quàm quælibet alia portenta, ac magnalia Divinæ omnipotentiæ; & ideo his omiſſis, infinita Chriſti ſapientia crucis vulnera oſtendit ut vehementiora ad Apoſtolum reducendum.

Ioan. 20.
Pſal. 71.

Divinitatem Chriſti plus prædicant ejus vulnera quàm miracula.

D. Auguſt.

D. Auguſtin. ſerm. 156. de Tempore, ait: *Novo genere veſtigia vulnerum Divinitatis perhibent teſtimonium, quia templum erat Dei indumentum corporis vulnerati. Fixuram perſpicit corporis, & Deum prædicat majeſtatis*: Notis enim crucis maximè Divinitas clareſcit, ac manifeſtatur. *Fixuram perſpicit corporis, & Deum prædicat majeſtatis.*

70\.

Vrgente fame præcepit Deus parenti Eliæ, ut tenderet in civitatem Sareptha Sidoniorum; ibi enim diſpoſuit mulierem ut ipſum Prophetam hoſpitio exciperet; an verò mulier habuiſſet revelationem de adventu Prophetæ? diſputant Expoſitores; tamen mihi videtur certum, quòd mulier erat pia, devota, ac religioſa,

D. Chriſoſt. Abulenſ. 3.Reg.17.

ut in præſenti docent D. Chryſoſt. homil. 3. de Elia, Abulenſ. ibi q. 24. Inde Deus ordinavit ipſam illuminare in cognitione fidei, ac veri Dei: Tunc narrat Scriptura 3. Reg. 17. n. 10. Cùmque veniſſet Elias ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua, à qua cùm Propheta poſtulaſſet buccellam panis, illa reſpondit, quòd non habebat, niſi parum farinæ quantum pugillus capere poteſt: *En colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illum mihi & filio meo:* ſcilicet, panem, Et cur mulier apparet colligens tantum duo ligna? Cur non plura vel pauciora? Duo ligna typum gerebant Crucis: D. Auguſt ſerm. 202. de tempore. *Duo ligna,* ait, *volebat colligere, quia crucis myſterium deſiderabat agnoſcere. Ideo duo ligna colligebat, quia in typo Eliæ Chriſtum excipiebat:* Ordinabat Deus mulierem illuſtrare vera fidei cognitione; inde diſponit, ut colligat duo ligna in crucis figuram: ſolâ enim umbrâ crucis ignorantiæ tenebræ depelluntur, & mens in agnitione Divinitatis, ac ſupernorum myſteriorum Chriſti illuminatur.

*Umbra crucis nos ducit ad veram lucem.* D. Auguſt.

---

## QUÆSTIO XII.

*Quare Chriſtus D. exaltatus in cruce ad ſe omnia trahit; tamen crux in qua exaltatur ad ſummam captivitatis ignominiam devenit?*

71\. *Captivitas ſumma ignominia.*

IN cruce exaltatur Chriſtus; inde etiam ipſa crux maximè eſt exaltata, & ſublimata: Cur ergo permiſit Deus, ut Crux Chriſti ſanguinetam ſublimis, ac ſublimata in captivitatem Perſarum per quatuordecim annos veniat, cùm ſumma ignominia ſit captivitas, & ideo Saül potiùs elegit mortem, quàm in Philiſthinorum captivitatem venire: 1. Reg. cap. 31. 4.

1\. Reg. 31.

72\. Philipp. 2.

Ait Apoſtolus ad Philipp. 2. n. 8. quòd Chriſtus D. *humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine* Jesu *omne genuflectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum* Chriſtus D. cùm ſit verus Deus æqualis natura Patri, tanquam inferior: *humiliavit ſe factus obediens:* Et cùm ſit per eſſentiam ipſamet vita ſubjecit ſe morti: *uſque ad mortem:* Et cùm ſit ipſa ſuprema, & alta majeſtas, ſe dimiſit ad ſummam ignominiam: *Mortem autem crucis:* Quid deinde ſequitur? *Propter quod & Deus exaltavit illum:* D. Auguſtin. *Ecce conſequentia Apoſtolica;* ut ex illa ſumma abjectione, ac demiſſione ſublimaretur ad ſupremam exaltationem: *Ut in nomine Ieſu omne genu flectatur,* &c. Ut, nempe, in cœlo adoretur genuflexo, & in terra ſummè eum venerentur homines: nam audito nomine Jeſu omnes diſcooperiunt caput, & inclinant; & audito nomine Jeſu in inferno tremunt, & contremiſcunt diabolicæ poteſtates.

D. Auguſt.

73\. Supremo & alto ſuo divino conſilio permiſit Deus, ut crux ſancta veniret in ſummam ignominiam, nempe, captivitatem: Et ad quid? *propter quod; Ecce conſequentia Apoſtolica:* Ut maximè eſſet ſublimata, & exaltata, declarata & manifeſtata in quanta æſtimatione à Chriſto habebatur Ait Ieremias Thren. 4. n. 20. *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris.* Seu ut alij legunt. *In captivitatem venit propter peccata noſtra.* Et tamen, ut planum, & notum eſt, Chriſtus in propria perſona, non eſt captivus, nec captivitate detinetur: quo modo ergo vaticinium Prophetæ adimpleatur? In tantum exaltata, ac ſublimata eſt Crux à Chriſto, ut id quod prædictum erat de eo, in ſua cruce, tanquam ſui ſigno ac vexillo adimpleretur, ut ita ipſa crux cum Chriſti perſona haberet veluti quemdam intimum concomitatum ac ſocietatem Chriſti, tanquam illius vices gerens, ut illud quod de Chriſti perſona erat prædictum in Prophetis, dum in Cruce fit, in ejus perſona videretur adimpletum.

Thren. 4.

*Crux vices gerit perſonæ Chriſti.*

74\. Duo planè nota, ac manifeſta ſunt: Primò, quòd Chriſtus D. in magna, ac alta æſtimatione, ac pretio habeat ſuos dolores, tormenta, ac mortem: inde hanc appellat ſuam glorificationem, ut ſuprà dixi q. 7. Secundò, notum etiam eſt, & manifeſtum quod Chriſtus D. intimo, ac ſummo amore ſuper omnes puras creaturas, diligebat Sanctiſſ. Virginem Mariã matrem; inde eam compartem, ac participem omnium dolorum ſuæ paſſionis fecit. Hinc ait Simeon ad Sanctiſſ. Virginem Luc. 2. n. 35. *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius* Ac ſi dicat: tuam animam, quia ipſius [ſcilicet Chriſti] eſt anima per mutuum amorem, gladius doloris pertranſibit. Ubi noſtra Vulgata habet *pertranſibit gladius:* Syriacus legit *lancea:* De Chriſto D. prophetatum erat, quòd lanceâ eſſet vulnerandus Iob. 16. n. 14. *Circumdedit me lanceis ſuis:* Chriſto jam mortuo in cruce *Unus militum lancea latus ejus aperuit:* Ioan. 19. n. 34. Proindeque cùm Chriſtus eſſet iam mortuus lanceæ dolore non eſt percuſſus; qui dolor maximè cor matris pertranſivit, ut ſcribit D. Bernard ſerm. de Paſſione: *Quod in carne Chriſti agebant clavi, & lancea hoc in Virginis mente naturales affectus, & Materna anguſtia.* Chriſtus cùm iam è vitâ abiret, licèt vulnus lanceæ accepiſſet; non tamen actualiter illius dolorem, qui acutiſſimè, ac vehementiſſimè cor matris pertranſivit. Sic pro ſua eximiâ benevolentiâ, Chriſtus voluit Matrem condecorare, ut in tormentis ſuæ paſſionis eam haberet compartem, ac conſociam; ut ipſe Chriſtus acciperet lanceæ vulnus; Mater verò dolorem reportaret, ſic & ad hunc modum Chriſtus D. condecorat, ac nobilitat ſuam Crucem, ut eam faciat compartem, & conſociam ſuarum contumeliarum, ac opprobriorum, ac captivitas pronuntiata de Chriſto in ſua Cruce, ac vexillo adimpleatur.

Luc. 2.

Syriacus.

Iob. 16.

Ioan. 19.

D. Bernard.

*Chriſtus matrem facit comparticipem ſuorum dolorum.*

75\. Quid inde ſequitur, conſequentia Apoſtolica: *propter quod & Deus exaltavit illum?* Ex tanta humilitate, & abiectione captivitatis, ſic exaltavit, ac ſublimavit Crucem, ſuper omnem cœli, & terræ ambitum; ut ſimpliciter, & abſolutè Crux gloria Domini dicatur: Iſai. 60. n. 1. *Surge illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum & gloria Domini ſuper te orta eſt.* Ecce prima principia, ac ortus Dominicæ gloriæ ſuper Jeruſalem denuntiantur: Et cur gloria Domini magis orta decantatur ſuper Ieruſalem, quàm ſuper cœlos, vel ſuper Bethlehem, ubi puer natus demonſtrabatur? In Ieruſalem crux Domini erat collocanda, & ubi crux apparet, ibi gloria

Iſai 60.

*Crux gloria Domini, ac cælitum.*



German.

gloria Domini reſpondet, ac nitet. German. Cõſtantinopolitan. orat. in adoratione Crucis apud Grethſnerum tom. 2. ſic ait: *Gloria Domini ſuper novam Jeruſalem, orta eſt; Gloria vero Domini, omnium conceſſa, Divina crux eſt, quæ ut aurora jam rutilat.*

76\. Gen. 1. Theodor.

Ubi Deus terram ab aquis ſeparavit, dixit tertia die Geneſ. 1. n. 11. *Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum:* Et tamen quarta die ſequenti Deus creavit Solem, Lunam, & Stellas, ut patet ibid. n. 16. Ex quo celebris eſt quæſtio Theodoreti, & aliorum, cur Deus maluit prius herbis, ac lignis terram ornare, quàm luminaribus, ac aſtris cœlum; cùm rectus ordo videretur, quod ab hoc eſſet incipiendum? nam in primo exordio dicitur: *In principio creavit Deus cœlum, & terram:* Ibid. n. 1. Cur ergo terra prius floribus, & lignis veſtitur, cùm adhuc cœlum eſſet denudatum ſine luminaribus, ſine planetis, ac aſtris; & terra jam maximè erat elegans magnis arboribus, ac lignis fructiferis? Rationem nobis inculcat Anaſtaſius Sinaïta in Hexam, 4. & ait. *Quando audis quod jubetur colere lignum fructiferum, nihil aliud intelliges, quàm paſſionem crucis. Et ideo dicit Eccleſia, quod germinet lignum crucis faciens fructum, & aſpectu pulchrum, & bonum ad veſcendum, nempe, Chriſtum crucifixum.* Prius terra ornatur arboribus, quàm cœlum aſtris; quia in illis arboribus erat quædam adumbratio Crucis Dominicæ, à qua naſcitur totum cœlorum ornamentum; & ideo cœli non poterant venuſtari, niſi prius Crucis figura præcederet; à qua omnis cœlorum pulchritudo derivabatur.

*Omne cœlorum ornamentum à cruce derivatur.*

Sinaita.

### *Cæcitas Iſraëlis.*

*Ioan.* 12. *n.* 37. Cùm autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum.

*Num.* 38. Ut ſermo Iſaïæ prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui revelatum eſt.

### *VERSIONES.*

*Arabic. n.* 37. Et quamvis feciſſet hæc mirabilia multa, non crediderunt.

*Perſicus.* Et quamvis hæc ſigna coram illis faceret; illi tamen fidem non habuerunt.

*Æthiopic. n.* 38. Ut veniret, & impleretur ſermo Iſaiæ Prophetæ dicentis: Quis credidit teſtimonio noſtro? & brachium, &c.

*Perſicus.* Qui dixit, Domine, quis audiendo, nobis fidem habuit?

*Arabicus.* Quis credidit voci noſtræ?

### *EXPOSITIO V.*

77\. CUm autem tanta ſigna: Poſtquam Chriſtus D. dixit ſuperius n. 36. *Dum lucem habetis, credite in lucem:* Quod jam explicavi tom. 4. citato cap. 42. & ab illo loco receſſit, ſubdit N. Evangeliſta; *Cùm tanta ſigna feciſſet coram eis:* In miraculis, ſcilicet in doctrina, ac revelatione ſecretorum cordis, & futurorum contingentium, prædicatione, quibus manifeſtè declarabatur ejus Divinitas. D. Chryſoſt. Theophyl. Euthym. exiſtimant Chriſtum modò multa feciſſe miracula, quæ Evangeliſta ſubtacet? Veriùs tamen exiſtimo, quòd Joannes loquitur de omnibus miraculis, quæ Chriſtus edidit per omne illud ſpatium, quo inter Judæos vixit, ac converſatus eſt; & Evangeliſta hoc notat, ac dicit, quia vult ſugillare ſummam incredulitatem, ac obdurationem Judæorum. *Non credebant in eum:* tum ob eorum pervicaciam, ac nequitiam ſuis cupiditatibus, ac terrenis affectibus immerſam, ac defixam; tum etiam ob timorem principum, ac ſeniorum, quos populus maximè ſequitur, ut patet inf. à n. 42. Tandem ob humilem, ac pauperem Chriſti vivendi modum, quem ipſi contemnebant.

D. Chryſoſt. Theophyl. Euthym.

78\. *Ut ſermo Iſaiæ impleretur.* Illa particula, *Ut,* non denotat cauſam, ſed conſecutionem, ac eventũ rei, ut optimè notant D. Cyr. D. Chryſoſt. Theod. Leont. Theoph. Euth. D. Tho. D. Bonav. Non enim ideo Judæi non crediderunt, quia Iſaias dixit eos non credituros, ſed quia illi credituri non erant: Ideo Iſaias prædixit, non credituros, ut cõmuniter docent Theologi in multis; non enim ideo Petrus negavit, quia Chriſtus, prædixit eum negaturũ, ſed quia ille negaturus erat, ideo Chriſtus illud prædixit. Nã Deus per infinitã ſuam ſapientiam comprehendit omnes cauſas, ac eorũ effectus prout eventuri ſunt, eos prædicit per ſe, ac per ſuos ſervos, ac prophetas.

D. Cyril. D. Chryſoſt. Theodor. Leontius. Theophyl. Euthym. D. Thomas. D. Bonav.

79\. *Domine, quis credidit auditui noſtro?* Verba ſunt Iſai. 53. n. 1. Et referũtur à Paulo Rom. 10. n. 16. Et non ſunt dicta nomine Prophetæ, vel Apoſtolorum, ut aliqui dixerunt, ſed nomine ipſius Chriſti cum Patre loquentis; ac proinde loquitur Chriſtus, ut caput, tam pro ſe, quàm pro ſuis Apoſtolis. *Quis:* id eſt quiſnam ſit tanquam unus, proindeq; modus iſte loquendi indicat paucitatem credentium, conſideratâ pene infinitâ multitudine non credentium, *credidit:* more prophetico ponitur præteritũ pro futuro ob certitudinem cognitionis. *Auditui noſtro:* Phraſis eſt hebraica; & idem ſonat, ac prædicatio, ſermo, vox, quia per illam nos Deus exaudire facit, Sic loquitur Apoſt. 1 Theſſ. c. 2. n. 13: *Quoniam cum accipietis à nobis verbum auditus Dei:* id eſt, quod nos Deus exaudire, fecit. Arabic. legit: *Voci noſtræ:* Æthiop. *Teſtimonio noſtro* & ait, *Noſtro,* loquitur enim Chriſtus pro ſua prædicatione, ac ſuorum diſcipulorum.

Iſai. 53. Rom. 10.

*Raritas credentium.*

1\. Theſſal. 2.

Arabic. Æthiopic.

80\. *Et brachium Domini cui revelatum eſt,* Adhuc hîc oſtenditur paucitas, ac raritas credentium, ut indicant illa verba: *Cui revelatum eſt:* ut revelatam divinitatem velit cognoſcere, ac recipere. Per brachium autem Domini communiter Sancti Patres D. Athanaſius libro de communi eſſentia Patris, & Filii, ac Spiritus S. D. Hieronymus in Iſai. cap. 53. D. Auguſtinus tract. 93. Euſeb. lib. 3. de Demonſtr Evang. c. 2. Beda, D. Thom. Rupert. per brachium, inquam,

*Chriſtus. Dei brachium.*

D. Athanaſ. D. Hieron. D. Auguſt. Euſebius. Beda. D. Thom. Rupert.

Domini intelligunt Chriſtum, quia ſicut brachium procedit à corpore, & capite ejuſdem ſubſtantiæ cum illo; ſic & ipſe procedit à Patre. *Secundò*, quia Chriſtus, quà Deus, eſt brachium Æterni Parentis, eſt enim illius fortitudo, & robur, per quem fecit omnia. Tertiò, quia Chriſtus, quà homo in carne aſſumpta Divinæ omnipotentiæ magna opera exercuit; & inde ad hoc pertinet, quod aliqui dicunt, ut Janſen. Maldon. quod per brachium, intelligitur Divina virtus, quæ in Chriſto multa mirabilia exercebat. Sic ait Sanctiſſ. Virgo in ſuo Cantico Luc. 1. n. 51. *Fecit potentiam in brachio ſuo*: hoc eſt, in Chriſto Jesu filio ſuo; fecit per multa prodigia & mirabilia ad oſtenſionem ſuæ potentiæ.

*Dei virtus.* *Ianſen. Maldon.* *Luc. 1.*

*Joan. 12. n. 39.* Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias.

*Num. 40.* Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum: ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur, & ſanem eos.

*Num. 41.* Hæc dixit Iſaias, quando vidit gloriam ejus, & locutus eſt de eo.

*VERSIONES.*

*Arabic. n. 39.* Non potuerunt credere.

*Æthiopic.* Propter hoc defecerunt, & non potuerunt credere.

*Perſicus.* Propter hoc non potuerunt fidem habere.

*Æthiopic. n. 40* Excæcati ſunt oculi eorum, & in umbratum fuit cor cum oculis ſuis, ut non cordibus ſuis, & non convertantur in cogitationibus.

*Syrus.* Obcæcati ſunt oculi eorum, & tenebris offuſa ſunt corda eorũ, & non miſereor eorũ.

*Arabicus.* Obnubilata ſunt corda eorum.

*Euthim.* Obſcurata ſunt corda eorum.

*Perſicus.* Oculos quidem ſuos occæcaverunt.

*Æthiopic. n. 41.* Hæc dixit Iſaias videns gloriam Dei.

*Perſicus.* Quo tempore gloriam Dei vidit.

*EXPOSITIO VI.*

81\. *Communis loquendi modus*

*Propterea*: Non dicit cauſam, ſed conſecutionem, ac effectum: *Non poterant credere*: Non abſolutè hoc dicitur, quia bene poterant, ſi vellent; ſed dicitur ex ſuppoſitione, quia eorum voluntas erat maximè obfirmata, indurata, ac obſtinata in ſua malitia, nequitia, ac odio, ita ut valde difficulter poſſent illa deponere, ac credere: ſic enim communi ſermone; quod eſt valde difficile, dicitur fieri non poſſe; ut v. g. non poſſum ire in Indiam, & navigare. Sic de fratribus Joſeph dicitur Geneſ. 37. n. 4. *Oderant eum, & non poterant quidquam pacificè loqui.* Sic & Rachel cùm ſederet ſuper ſtramenta Cameli dixit Laban, quod ſurgere nequibat: Gen. 31. n. 35. D. Chryſoſt. homil. 76. in Joan. ait: *Non potuerunt Judæi credere, hoc eſt, noluerunt. Hoc in communi ſermone uſurpatum videmus, cùm quis dicit: Non poſſum talem quempiam hominem diligere, vehementiam voluntatis, poteſtatem appellans. Et iterum ille non poteſt fieri bonus: & Ierem. 13. n. 23. Si mutabit Æthiops pellem ſuam, & pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum: Non dicit, quod impoſſibile ſit ei bene operari, ſed quia nolunt, ideo non poſſunt.* Similiter D. Gregor. Nazianz. orat. 4. D. Auguſt. tr. 53. in Joan. Theophyl. D. Thom. Albert. Magn. ſic dicitur Joan. 5. n. 44. *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accepiſtis*: & cap. 7. n. 7. *Non poteſt mundus odiſſe vos.*

*Geneſ. 37. Gen. 31. D. Chryſoſt. Ierem. 13. D. Auguſt. D. Nazianz. Theophyl. D. Thom. Alb. Magn. Ioan. 5. Ioan. 7.*

82\. *Prius incredulitas eſt hominum, quàm prævidatur*

*Quia iterum dixit Iſaias*: Hic graviter Evangeliſta arguit obſtinatam malitiam Iudæorum, quam longè antea prævidit Iſaias: & non quia Iſaias prædixit ipſos non credituros, ipſi non crediderunt, ſed quia ipſi liberè noluerunt credere, ideo Iſaias hoc prædixit; non enim ideo Iudæi non crediderunt, quia Deus prævidebat eorum incredulitatem; prius enim extitit eorũ incredulitas, quàm Deus eos non credituros prævideret; Deus enim prævidet futurum, quod jam futurum præſupponitur. Objectum enim viſum prius eſt, ipſa viſione; Nihil enim videri poteſt, niſi quod jam eſt, vel ſupponitur viſibile.

83\. *Syrus.*

*Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum*: Syrus? *Excæcati ſunt oculi eorum, & tenebris offuſa ſunt corda eorum*: Obcæcatio, propria eſt oculorum, id eſt, intellectus; obduratio autem cordis, eſt propria voluntatis, & affectus; propria autem cauſa poſitiva obcæcationis, ac obdurationis hominis, eſt propria malitia per ſuam liberam voluntatem, ut dicitur Sapient. 2. n. 21. *Excæcavit illos malitia eorum*: Deus autem dicitur hominem excæcare, ac obdurare, indirectè, & impropriè, quatenus illi lumen veritatis, & gratiæ ſenſim ſubtrahit: Sic ait D. Auguſtin. Epiſtol. 105. *Deus non indurat impertiendo malitiam; ſed non impertiendo gratiam*: Scilicet, efficacem: Nam auxilium ſufficiens, ſemper Deus concedit, quo poteſt vincere omnes cadendi occaſiones oblatas à diabolo, ſed in pœnam ſuorum peccatorum in illas permittitur præcipitari, ut debita ſuorum peccatorum ſupplicia recipiat. Sic ait D. Auguſtin. lib. 5. contra Iulianum, cap. 3. ubi ſic ait: *Cæcitas mentis eſt pœna peccati, qua cor ſuperbum digna animadverſione punitur*: Totus hic locus deſumptus eſt ex Iſai. 6. n. 9. & 10.

*Sap. 2. D. Auguſt. D. Auguſt. Iſai. 6.*

84\. *Iſai. 6.*

. Dices tamen, Iſaias ait: *Excæca cor populi hujus*: Ioannes verò ait hîc: *Excæcavit oculos eorum*: Idem tamen eſt ſenſus. Nam cum Propheta ait: *Excæca cor populi hujus*, verba ſunt Dei ad Prophetam, ut exponit Lyra; & cum ait: *Excæca*: ut interpretatur D. Thom. id eſt, Vaticinare populo, oculos ejus eſſe obcæcandos à ſua, nempe, malitia: Et cùm hic ait: *Propterea non poterant audire*: ob ſuam obduratam malitiam, quæ excæcavit eos; vel ſi referas ad Deum, dic: *Excæcavit eos*, indirectè ac permiſſivè,

*Lyran. D. Thomas.*



ſivè, ut eſt explicatum: Et cùm dicitur: *Excæcavit eos*; id eſt excæcabit; ponitur præteritum pro futuro ob rei certitudinem.

85\. *Hæc dixit Iſaias quando vidit gloriam Dei*, in throno excelſo, & elevato, Iſai. 6. n. 1. ſtatim prædixi obdurationem, & obſtinationem contra Deum, ac filium ejus Jeſum Chriſtum à n. 9. *Audite audientes, & nolite intelligere: excæca cor populi hujus*, &c. Hæc autem hîc adjungit N. Joannes, ut teſtimonio prophetæ oſtendat Chriſti divinitatem, ac majeſtatem, ſimulque arguat infidelitatem Judæorum, qui tantum Dominum noluerunt recipere.

---

QUÆSTIO XIII

*Quare cùm ex teſtimonio Iſaiæ Chriſtus appareat in tanta gloria? tamen contra ipſum obdurantur hominum corda?*

86\. *Iſai. 6. Textus.*

NOſter Evangeliſta ait in præſenti: *Hæc dixit Iſaias*: hanc, nempe populi obcæcationem de qua ſtatim: cùm vidit gloriam Dei in illa celebri viſione de qua agit cap. 6. n. 1. dicens: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum, & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum. Sera him ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant: Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum; plena eſt omnis terra gloria ejus*: Quæ omnia plena ſunt myſteriis ad præſens inſtitutum.

87\. *Iſaias agnovit myſterium Trinitatis.* D. Ambroſ. D. Nazianz. D. Damaſc. D. Auguſt. Origenes. D. Cyrill. Procopius. Theodor. Synodus V. Ribeira. Toletus. Maldonat. Cornel.

Vidit ergo Iſaias per quandam ſpeciem imaginariam impreſſam in imaginatione, ſeu phantaſia, tres divinas Perſonas Sanctiſſ. Trinitatis in unitate unius eſſentiæ. Ita docent communiter Sancti Patres. D. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu Sancto c. 23. D. Nazianz. orat de Paſchate. D. Damaſcen. & fusè in Triſagio. D. Auguſt. lib. de Fide ad Petrum, tom. 3. c. 1. Origen. homil. 4. & hic in Iſaiam, D. Hieron. D. Cyrill. Procop. Theodoret. & Synodus V. Generalis, quæ fuit ſecunda Conſtantinopolitana; & Eccleſia in officio Sanctiſſ. Trinitatis, imò tenent Ribeira. Tolet. Maldon. Cornel. quòd Iſaias cognovit apertiſſimè, quantum ab homine in hac mortali vita cognoſci poſſunt tres perſonæ in unitate Eſſentiæ.

88\. *Probatur aſſertum. Actor. 28. D. Athanaſ. D. Ambroſ.*

Probatur primò ex triplici repetitione hujus vocis, *Sanctus*: unum tantum Deum intonantes ac agnoſcentes: *Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria ejus.* Probatur ſecundò; quia Joannes hîc agens de Chriſto D. ait, quòd *Iſaias vidit gloriam Dei*: ſcilicet ipſius Chriſti. D. Paul. hanc viſionẽ tribuit Spiritui S. Act. 28. n. 25. & ait: *Bene Spiritus Sanctus locutus eſt per Iſaiam Prophetam ad Patres noſtros, dicens*, &c. Pater etiam intelligitur viſus, ut docet D. Athanaſ. lib. de communi eſſentia Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Et ait: *Neceſſe eſt in Iſaia Patrẽ intelligi, Ioannes verò ad filium eadem refert, Paulus Spiritum dixiſſe ait*: & idem habet lib. de Incarn. Chriſti. Et D. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu Sancto c. 23. ait: *Licèt diverſa dixerint*, ſcil. Joannes. & Paulus: *nullus erravit, quia Pater videtur in filio, & filius videtur in Spiritu S.*

89\. *Crux gloria Chriſt.*

Vidit ergo Iſaias tres divinas perſonas Sanctiſſ. Trinitatis, vidit que ipſum Verbum Divinum Incarnatum, nempe, Chriſtum D. de quo Ioann. hic agit, imò, ut multis placet ipsũ vidit crucifixum; nã Seraphim duabus contractis alis velabant pedes; & duabus contractis alis velabant caput; & in medio duabus alis expanſis volabant: proindeque figurã exprimebant; quia nõ eſt gloria ſine cruce, & crux eſt gloria Chriſti.

90\. *Iſai 6. Prædicitur Judæorum cæcitas.*

Ait N. Evangeliſta, quòd cæcitatem oculorum Judæorum, & obdurationem cordis eorũ, ſignificâvit Iſaias *quando vidit gloriam Dei.* De qua agit idem Propheta Iſaias poſt narratam ſuperiorem viſionem gloriæ Dei citato c. 6. n. 6. & 10. Tunc ex ipſa gloria ei dixit Deus *Vade, & dices populo huic: audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava; & oculos ejus claude.* Ad quæ verba N. Evangeliſta hîc alludit, ut eſt dictum; quam Judæorum cæcitatem exprimit idem Iſaias citato cap. 6 n. 4. *Plena eſt omnis terra gloria ejus; & commota ſunt ſuperliminaria cardinum, à voce clamantis; & domus repleta eſt fumo.* Cùm gloria Chriſti fuit plena omnis terra; tunc Judæorum domus impleta eſt fumo cæcitatis, ac ſuperliminaria templi commota ſunt, utpote evertenda. D. Hieronym. ſic ait, *Poſtquam terra repleta eſt gloria Domini Judæorum templum impletum eſt ignorantiæ tenebris, & caligine, & fumo; qui noxius eſt oculis vel certè per fumum templi monſtratur incendium.* N. D. Cyrilli. in 6. Iſaiæ ſic ait: *Commotum eſſe ſuperliminare, ſignificat, ut opinor, diſſolvi templum, incenſum item eſſe, eo quòd impleri fumo dicat perſpicuum eſt.* Et poſtea ſubdit: *Servatoris noſtri gloria, omnis terra repleta eſt, vocatis per fidem gentibus, tum Iudæorum animi, de omni ſpirituali tranquillitate dimoti, ac dejecti ſunt, ac in morem fumi, nebulla ignorationis in animum intromiſſa, miſeri homines cæci fuerunt intelligentia.*

*D. Hieron. D. Cyrill.*

91\. *D. Chryſol. Semper nequitia, ac malitia impugnat virtutum excelſa.*

Hic tamen maximè ponderandum quòd dum gloria Dei apparet, dumque deſcribitur omnis terra gloria ejus plena, ſtatim introducitur hominum cæcitas, illorumque cordium obduratio; ut eleganter notavit D. Chryſol. ſerm. 57. ubi ait: *Hinc eſt, quòd Iſaias ibi videt regem cœli, hoc eſt, Chriſtum, ipſumque eſſe Dominum Sabaoth claré, viſione conſpexit ſua, ſuique populi labia immunda deflevit: quia ſicut labia emundat Chriſti confeſſa divinitas, ita Chriſti polluit negata majeſtas.* Ubi apparet ſuprema Chriſti Sanctitas, in omni majeſtatis gloria, ſtatim videntium labia per multos errores ſordeſcunt, tantum luminis ſplendorem obſcurare intendentes; & inde conſequens, ut tanta ſanctitatis celſitudo appareret, ac terrenorum hominum labia ſuis iniquitatibus polluta viderentur, quæ vibrarent ſuæ malignitatis ſagittas.

92\. *Exod. 4. Pſalm. 104.*

Ait Deus Exod. 4. n. 21. *Ego indurabo cor Pharaonis*: & Pſalmiſtà de Ægyptiis loquens Pſal. 104. n. 25. ait: *Convertit corda eorum, ut odirent populum ſuum*: Quomodo Deus, qui eſt infinita bonitas, dicitur induraſſe cor Pharaonis, ac Ægyptiorum? numquid aliquam qualitatem in corde, eorum imprimebat? Minimè, abſit hoc, abſit hoc: Quomodo ergo indurabatur cor eorum: Dum Deus affluenter multis donis, & beneficiis exaltabat populum Iſraëliticum,

multiſque benedictionibus augebat, tenebræ erant apud Ægyptios, lux fulgens, ac ſplendens apud Hebræos; aqua turbida Ægyptiis, Hebræis clara, & lucida: in Ægyptiorum pecoribus mors, & peſtis; in his quæ Hebræorum erant, nulla læſio: His tot & tantis, quibus Hebræi elevabantur à Deo, cum deberent inſervire Ægyptiis ad timorem, & reverentiã. erant fomenta obcæcationis, ac obdurationis in odio, & perverſitate, ut veluti contra Deum, ac ejus potentiam pugnare intenderent, magis obfirmati in ſua nequitia, ac cæcitate. Rupert. lib. 1. in Exod. cap. 21. *Indurabo cor Pharaonis.* ſic ait: *Nec aliter juxta Pſalmiſtam; Convertit cor eorum, ut odirent populum ſuum. Niſi dum benedicit, ac multiplicat populum ſuum. Cor eorum invidens proficit, imo converſum eſt in aſperum odium. Eſt autem invidiæ, vel odij proprium, ut quanto eis, quibus invidetur, majora conferuntur beneficia, tanto magis ipſa invidia, vel odium confirmatur.* Vide ſup. Matth. 19. q. 1. n 6. & c. 27. q. 5. n. 7. Marc. 11. q. 4. n. 22.

*Semper aliena celſitudine malitia obdurata acuitur.*

Rupert.

*Ioan.* 12. *n.* 42. Veruntamen, & ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos, non confitebantur ut è Synagoga non ejicerentur.

*Num.* 43. Dilexerunt magis gloriam hominum, quàm gloriam Dei.

*Num.* 44. Jeſus autem clamavit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me.

*Num.* 45. Et qui videt me, videt eum qui miſit me.

*Num.* 46. Ego lux in mundum veni, ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat.

*VERSIONES.*

*Arabic. n.* 42. Sed non confitebantur.
*Syrus.* Ex primoribus.
*Burgenſ.* Ne Apoſynagogi fierent.
*Æthiopic.* Sed timentes Phariſæos non profitebantur palam, ut non ejicerent eos è Synagoga.
*Perſic. n.* 43. Ea de cauſa, quod ab hominibus honorem, & exiſtimationem amarent, potiùs quàm gloriam Dei.
*Æthiopicus.* Quia dilexerunt placere hominibus, magis quàm placere Deo.
*Perſic. n.* 44. Jeſus autē voce elatâ dixit.
*Arabic.* Exclamavi non in me tantum, ſed in eum.
*Arias. n.* 45. Expectans me, expectat.
*Perſicus.* Mittentem in me videt.
*Æthiopicus.* Non manebit in tenebris.

*EXPOSITIO IV.*

VEruntamen: nequis putaret nullum Judæorum in Christum credere; occurrit Evangeliſta: *Multi ex principibus*; ſeu ut vertit Syrus: *Ex primoribus*: ſeu proceribus, qui, nempe, cæteris nobilitate, auctoritate, ſapientiâ, ac opibus eminebant, tam inter laicos, quàm Sacerdotes, ut notat Rupertus; & hi diſtincti erant à Pontificibus, ac Senioribus: nam hi paulò poſt clamantes, Chriſtum occiderunt. *Ex his ergo principibus* multi crediderunt in eum ob Chriſti miracula, vitæ ejus ſanctitatem, adimpletionem Scripturarum: *Crediderunt in eum*: Tamen eorum imperfectam fidem ſtatim ſugillat Joannes: *Sed propter Phariſæos non confitebantur.* Cùm perfecta fides debeat eſſe in corde, & ore, maximè quando occaſio poſtulat, ut ait Paulus Roman. 10. n. 10. *Corde enim creditur ad juſtitiam; ore autem confeſſio fit ad ſalutem*: Et nota, quòd principes potentiores erant Phariſæi, ſed Phariſæorum, qui religioſi putabantur, auctoritas adeo creverat apud populum, ut principes non auderent eos offendere; & ideo metuebant Chriſtum confiteri; imò potiùs exiſtimo, quòd iſti Principes, ut Phariſæis complacerent, publicè negabant Chriſtum eſſe verum Meſſiam *Ut è Synagoga non ejicerentur*, quod idem erat, ac excommunicari: Jam enim *decreverant, quòd ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret*: Joan. 9. n. 25.

Rupert. Rom. 10. Ioan. 9.

94. *Dilexerunt enim gloriam hominum, magis, quàm gloriam Dei.* Reddit Evangeliſta rationē, cur iſti principes cum crederent, palam tamen Chriſtū non confitebantur: *Dilexerunt enim gloriam hominum*: Hæc verba poſſunt ſumi activè, vel paſſivè, ut notant Expoſitores; nempe, active dilexerunt magis homines, nempe, Phariſæos, quàm Deum, nempe, Jeſum à Deo miſſum? Vel, & melius, paſſivè, dilexerunt magis glorificari, honorari, ac æſtimari ab hominibus, quàm à Deo, ut ſcilicet à Phariſæis magni haberentur. Ita D. Cyrill. D. Chryſoſt. D. Auguſt. Theodor. Mopſueſt. Beda, Theophyl. Euthym. Hoc quod Chriſtus D. hic ait de Principibus, ſupra dixit de Phariſæis cap. 5. n. 44. *Quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accepiſtis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis.*

D. Cyrli. D. Chryſoſt. D. Auguſt. Theodor. Beda. Theophyl. Euthym. Ioan. 5.

95. Ex his patet contra hæreticos Novatores, quòd fides eſt diſtincta à Charitate; nam iſti principes credebant in eum, & fidem habebant ſed mortuam, & ſine charitate; quia magis diligebant gloriam hominum, quàm Dei, & inde non audebant Chriſtum publicè confiteri: Adverſus hoc Chriſtus duram ſententiam pronuntiat: *Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, cùm venerit in majeſtate ſua, & Patris, & Sanctorum Angelorum*: Luc. 9. n. 26. Hinc nos Chriſtiani de cruce Chriſti gloriantes, noſque ejus ſervi profitentes, ejus crucem figimus in fronte, ut perbellè notat Gloſſa ex D. Auguſt. tract. 53. in fin.

Luc. 9. Gloſſa. D. Auguſt.

96. *Ieſus autem clamavit*: Poſtquam Evangeliſta ſuperiùs verſ. 36. ait, quòd Jeſus abiit, & abſcondit ſe: à verſ. 37. *Cum autem tanta ſigna feciſſet*: uſque ad proximè dicta, verba ſunt Evangeliſtæ: Nunc verò modò iterū introducit Chriſtum



Chriſtum loquentem: An verò eodem tempore antequam abiret, & ſe abſconderet? tenet Maldonat. probabilius: ſcribit verò Theophyl. quod alio tempore, & alio loco; ad quid enim Evangeliſta referret verba Chriſti illic dicta poſtquam ſcribit quod abiit, & abſcondit ſe à loco illo. *Ieſus autem clamavit*: Perſicus: *Jeſus autem voce elatâ*: quia veritas patenter, & clarè dicenda eſt, tanquam hoc damnans frigidam principum timiditatem; qui cum crederent in eum, non audebant tamen publicè fateri; vel ut ait N. D Cyrillus, ſignificans ſe nolle timidè, & abſconditè coli, ſed ut liberè & clarè ejus fidem profiteamur; vel ut ait Rupertus, quia poſt tres dies erat crucifigendus, ut pote dicens rem magnam, & valde neceſſariam.

Maldon. Theophyl. Perſicus. D. Cyrill. Rupert.

97. *Qui credit in me, non credit in me.* Arabicus addit: *tantum*: id eſt, non credit in me tantùm, ut purum hominem, ut oculis corporalibus appareo; ſed credit in patrem meum, à quo ut filius ejus miſſus ſum, cujus eſſentiam habeo; ac proinde credit me Deum. D. Auguſt. homil. 54. in Joan. apud. Caten. D. Thom. ait: *Quia homo apparebat hominibus, cùm lateret Deus, ne putarent eum hoc tantum, quod videbant talem, ac tantum ſe volens credi, quantus, ac qualis eſt Pater: qui credit in me, non credit in me, id eſt, in hoc, quod videt, ſed in eum, qui me miſit, id eſt, Patrem* ſimiliter D. Ambroſius lib. 5. de fide cap. 5.

Arabic. D. Auguſt. D. Ambroſ.

98. *Qui videt me, videt eum, qui miſit me*: Explicat Chriſtus magis, ſuperiorem ſenſum quo dixerat: *Qui credit in me, credit in eum qui miſit me*: ut oſtendat, veluti notat Toletus. ſe non loqui, ut de prophetis dici ſolebat; qui credit in Prophetam miſſum à Deo, credit in Deum; tamen propheta non eſt Deus, nec ejuſdem naturæ cum illo. Ad hunc ergo ſenſum excludendum addit Chriſtus: *Qui videt me, videt eum, qui miſit me*: quia non ſum ſicut Prophetæ, qui diverſam naturam habebant à Deo mittente, ſed Chriſtus verus filius Dei eandem habens naturam, ſubſtantiam, ac Deitatem cum Patre mittente, & ideo, *qui videt me, videt eum qui miſit me*: Non loquitur Chriſtus de viſione corporali, quia illa Deus videri non poteſt, ſed loquitur de viſione per fidem, ut adnotarunt D. Chryſoſt. homil. 68. D. Ambroſ. lib. 5. de fide cap. 5. D. Auguſt. tract 54. in Joan. & Origenes lib. 7. contra Celſum, nec enim verâ fide Chriſtus cognoſci poteſt ſine Patre? ideo Chriſtus dixit: *Philippe, qui videt me, videt & patrem meum.* Joan. 14. n. 9.

Toletus. D. Chryſoſt. D. Ambroſ. D. Auguſt. Origenes: Ioan. 14.

99. *Ego lux in mundum veni*: Cùm ſuprà dixiſſet Chriſtus duobus antecedentibus verſibus, ſe miſſum eſſe à Patre, cum quo ejuſdem ſubſtantiæ, ac naturæ eſt; nunc explicat motivum & rationem, ob quam à Patre miſſus eſt, nempe, ut per fidem ſuam mundum illuminaret; indeque ſupponit mundum ante ſuum adventum eſſe in tenebris, & quod ipſe venit, ut eum à tenebris eruat. Nota, quod ait: *Ego lux in mundum veni*: indeque ſupponit, ut bene notat D. Cyrillus, quòd ante adventum ſuum erat lux, cùm procedat à Patre luminum ejuſdem naturæ cum illo, ut dicitur in Symbolo Nyſſeno: *lumen de lumine; Deum verum de Deo vero* Sic dicitur Ioan. 1. n. 9. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Et ſubdit: *Qui credit in me in tenebris non maneat*: in tenebris, nempe, ignorantiæ, ac errorum, ac damnationis æternæ; utitur verbo *Maneat*, quod dicit conſiſtentiam, ac permanentiam perpetuam. D. Auguſt. tract. 54. in Ioan. ait: *Cum dicit Chriſtus*: in tenebris non maneat: *ſatis manifeſtat omnes ſe in tenebris inveniſſe, ſed ne in eis tenebris maneant, in quibus inventi ſunt, debent credere in lucem.*

D. Cyrill. Symb. Nyſſ. Ioan. 1.

*Joan.* 12. *n.* 47. Etſi quis audierit verba mea, & non cuſtodierit; ego non judico eum; non enim veni, ut judicem mundum, ſed ut ſalvificem mundum.

*Num.* 48. Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui judicet eum: Sermo quem locutus ſum, ille judicabit eum in noviſſimo die.

*Num.* 49. Quia ego ex me ipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.

*Num.* 50. Et ſcio, quia mandatum ejus vita æterna eſt. Quæ ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

*VERSIONES.*

*Græcus. n.* 47. Qui non credidit, ego non judico eum.
*Æthiopicus.* Ego non ſum, qui condemnabo, non veni ut condemnarem mundum.
*Syriacus.* Sed ut ſervem mundum.
*Perſicus.* Non veni ut homines judicem, ſed veni ut homines vivificem.
*Arabic.* Non veni ut condemnarem.
*Æthiopic. n.* 48. Et qui negavit me, & non ſuſcipit ſermonem meum, eſt qui condemnabit eum ipſe ſermo.
*Arabicus.* Et quia abnegat me, & verbum quod protuli.
*Perſicus.* Qui mecum iniquè egerit, & verba mea non acceperit, eſt quidem, qui eum judicat.
*Æthiopic. n.* 49. Quia non ego ipſe ſum, qui loquor, &c. Ipſe mandata dedit mihi, & quid loquar, & quid annuntiem.
*Perſicus.* Qui mandatum dedit mihi, & quid dicam.

*Æthiopic.* 50. Quod mandatum ejus, vita, quæ in æternum eſt.

*Arabicus.* Et quod loquor, ſanè profero illud tantummodo.

*Perſicus.* Pater mihi dixit, ita loquor.

*EXPOSITIO VIII.*

SI QVIS *audierit verba mea:* Suprà im-
100. mediatè, quòd ipſe ut lux venit in mun-
dum; cùm mundus eſſet in tenebris, ita ut cre-
dentes in eum per ſuam fidem ac doctrinam
erueret à tenebris ad lucem perennem: nunc
proponit pœnam eorum, qui eum fide non re-
ceperunt, nec credunt doctrinæ illius. *Et non
cuſtodierit*: Græcus habet: *Non crediderit*: &
ſubdit: *Ego non judico:* Perſicus: *Ego non ſum, qui
condemnabo:* ſed malitia tua, & iniquitas tua
D. Cyril. te judicabit, & condemnabit: Ita D. Cyrillus,
Theophyl. Theophylact. D. Thom. juxta illud: *Arguet
D. Thom. te malitia tua*: Jerem. 2. n. 19. Hebraïcus le-
Jerem. 2. Hebr. git *Caſtigabit malitia tua*: Et hoc amplificat
Dominus, dicens: *Non enim veni, ut judicem
mundum, ſed ut ſalvificem mundum:* juxta illud
*Peccatum* quod ipſe Dominus dixit ſupr. Joan. 3. n. 17.
*arguit, & condemnat.* *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, ut
Joan. 3. judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ip-
ſum.* Quod latè explicavi tom. 2. in Evangelia
cap. 3. à q. 53. & deinceps.

*Qui ſpernit me*: Proſequitur magis explica-
101. re pœnam non credentium, qui enim me con-
temnit, & non accipit meam fidem, & doctri-
nam, ſciat, quòd habet Deum Patrem, judi-
cem, & vindicem. Sicut ipſe ſupra dixit: *Ego
non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & ju-
Joan. 8. dicet*: Joan. 8. n. 15. *Ego non quæro gloriam meam,
eſt qui quærat, & judicet:* ſcilicet, Pater meus.
*Sermo quem locutus ſum, ille judicabit eum in
D. Auguſt. noviſſimo die*: D. Auguſt. tract. 54. in Joan. per
ſermonem intelligit ipſummet Chriſtum, qui
eſt ſermo & Verbum Patris: Aptiùs tamen Ru-
Rupertus. pertus per ſermonem intelligit ipſummet ſer-
monem, ac doctrinam Chriſti. Ait ipſe. *Sermo
quem locutus ſum*: qui nempe, à me eſt dictus,
& prædicatus, & non eſt auditus, & creditus
à Judæis: *Ille judicabit eum*: Non quaſi, quòd
ſermo ſit perſona, quæ judicet, & condemnet;
ſed quod erit argumentum, ac motivum con-
demnandi, ac judicandi incredulos; ſicut di-
citur quod Ninivitæ, & Regina Auſtri ſurgent
in judicio cum generatione iſta, & condemna-
bunt eam: Matth. 12. n. 40. & 42 Erit, nempe,
argumentum condemnationis ejus.

*Quia ego ex me ipſo non ſum locutus*: Quam- 101.
quam D. Chryſoſtom. & Euthymius dicant, D. Chryſoſt. Euthym.
quod illa particula, *Quia*, eſt explicativa, &
poſita pro explicatione ſuperioris ſententiæ:
tamen meliùs D. Cyrillus, Leontius, Theodo- D. Cyrill.
rus, accipiendam eſſe cauſaliter aſſerunt. Aſ- Leont. Theodor.
ſignat Chriſtus cauſam, cur ille qui ei non cre-
dit, jam judicatus eſt, quia ipſe non loquitur
ex ſe, ſed ex Patre à quo miſſus eſt, ac proinde
non credit Deo, quia Pater Deus eſt. An Chri-
ſtus hîc loquatur prout Deus, vel prout ho-
mo? dubitatur. D. Ambroſ. D. Auguſt. Beda, D. Ambroſ. D. Auguſt.
Theophylact. ad Divinam naturam referunt, Beda.
quia filius non eſt ex ſe, ſed ex Patre, nec aliud Theophyl.
mandatum habet à Patre, niſi ipſam divinam
naturam communicatam per æternam genera-
tionem. Veri ſimilius D. Cyrill. D. Chryſoſt. D. Cyril.
Leontius, D. Thomas, tenent Chriſtum de ſe D. Chryſoſt.
loqui, quatenus homo, quia loquitur de ſe Leontius.
prout eſt miſſus à Patre in hunc mundum, & D. Thomas.
prout mandatum habet, quod propriè eſt ad
ipſum, prout homo eſt.

*Quid dicam, aut quid loquar.* Inter dicere, 103.
& loqui, eſt diſtinctio: Nam dicere, eſt docere,
& prædicare; loqui verò eſt familiariter verba
habere. Unde ait Varro lib. 5. de lingua Lati- Varro.
na: *Loquor, dicitur à loco; infans primò fari* *Interdicere.*
*dicitur, deinde loqui: loquitur ergo, qui ſuo loco* *& loqui diſcrimen.*
*quodque verbum ſciens ponit.* Cùm, nempe,
conveniunt in uno loco ad dicendum. Et ait
Chriſtus: Ipſe, nempe, Pater dedit mihi man-
datum *Quid dicam, & quid loquar:* id eſt,
quid aliud poſſum prædicare, ac docere, &
apud me habere, præter id, quod in mandatis
habeo à Patre; ſicut ipſe dixit ſupra c. 5. n. 30. Ioan. 5.
*Sicut audio judico*: quod explicavi to. 3. c. 2. q. 9.

*Et ſcio, quia mandatum ejus vita æterna eſt*: 104.
Dixit, ut notat D. Chryſoſtomus, illud, *Scio*, ad D. Chryſoſt.
indicandam magnam energiam, ac efficaciam
dicendorum, & ait: *Mandatum vita æterna
eſt*. id eſt: mandatum Dei ob illius obſerva-
tionem, eſſe cauſam *meritoriam vitæ æternæ:* Rom. 6.
Sicut dicitur Roman. 6. n. 23. *Gratia Dei vita
æterna*: id eſt, cauſa vitæ æternæ. Hæc autem
dixit Chriſtus ad exaggerandam culpam eo-
rum, qui non credunt, & maximè ad invitan-
dum, ac incitandum ad obſervationem divino-
rum mandatorum. *Sicut dixit mihi Pater, ſic lo-
quor*: oſtendit verba ſua eſſe verba Patris, ac
proinde eſſe vitæ æternæ.

# CAPUT XIII.

1. ANTE diem feſtum Paſchæ ſciens Jeſus quia venit hora ejus, ut tran-
ſeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo
in finem dilexit eos. Et cœna facta cùm diabolus jam miſiſſet in cor, ut trade-
ret eum Judas Simonis Iſcariotes: 3. ſciens, quia omnia dedit ei Pater in ma-
nus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit: 4. ſurgit à cœna, & ponit ve-
ſtimenta ſua, & cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe: 5. deinde miſit aquam in
pelvim & cæpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præ-
cinctus. 6. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine, tu mihi
lavas



lavas pedes? 7. Reſpondit Jeſus & dixit ei, quod ego facio, tu neſcis modò, ſcies
autem poſtea. 8. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum Reſpon-
dit ei Jeſus, ſi non lavero te, non habebis partem mecum. 9. Dicit ei Simon Pe-
trus, Domine, non tantùm pedes meos, ſed & manus, & caput. 10. Dicit ei Jeſus:
Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet, ſed eſt mundus totus. Et vos mun-
di eſtis, ſed non omnes. 11. Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum, prop-
terea dixit, non eſtis mundi omnes. 12. Poſtquam ergo lavit pedes eorum, &
accepit veſtimenta ſua: cùm recubuiſſet, iterum dixit eis: Scitis quid fecerim
vobis? 13. Vos vocatis me, Magiſter, & Domine, & bene dicitis, ſum etenim. 14.
Si ergo ego lavi pedes veſtros, Dominus, & magiſter, & vos debetis alter alterius
lavare pedes. 15. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis,
ita & vos faciatis. 16 Amen, amen dico vobis non eſt ſervus major Domino ſuo,
neque Apoſtolus major eſt eo, qui miſit illum. 17. Si hæc ſcitis, beati eritis ſi fe-
ceritis ea. 18. Non de omnibus vobis dico: ego ſcio quos elegerim: ſed ut ad-
impleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem levabit contra me calcaneum
ſuum. 19. A modo dico vobis, priuſquam fiat: ut cùm factum fuerit credatis,
quia ego ſum. 20. Amen, amen dico vobis, qui accipit ſi quem miſero, me acci-
pit: qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit. 21. Cùm hæc dixiſſet Je-
ſus, turbatus eſt ſpiritu: & proteſtatus eſt & dixit: Amen amen dico vobis:
quia unus ex vobis tradet me. 22. Aſpiciebant ergo adinvicem Diſcipuli, hæſi-
tantes de quo diceret 23. Erat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu
Jeſu, quem diligebat Jeſus. 24. Innuit ergo huic Simon Petr. & dixit ei. Quis eſt de
quo dicit? 25. Itaque cum recubuiſſet ille ſupra pectus Jeſu, dicit ei, Domine,
quis eſt? 26. Reſpondit Jeſus: ille eſt cui egó intinctum panem porrexero: & cum
intinxiſſet panem dedit Judæ Simonis Iſcariotæ. 27. Et poſt buccellam, tunc in-
troivit in eum Satanas, & dicit ei Jeſus: Quod facis, fac citiùs 28. Hoc autem
nemo ſcivit diſcumbentium ad quid dixerit ei. 29. Quidam enim putabant, quia
loculos habebat Judas, quod dixiſſet ei Jeſu, eme ea, quæ opus ſunt nobis ad
diem feſtum, aut egenis, ut aliquid daret. 30. Cùm ergo exiſſet, dixit Jeſus: Nunc
clarificatus eſt filius hominis: & Deus clarificatus eſt in eo. 32. Si Deus clarifi-
catus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo: & continuò clarificabit
eum. 33. Filioli, adhuc modicum vobiſcum ſum. Quæretis me, & ſicut dixi Ju-
dæis, quò ego vado, vos non poteſtis venire, & vobis dico modo. 34. Mandatum
novum do vobis, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos, ut & vos diligatis invi-
cem. 35. In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem ha-
bueritis adinvicem. 36. Dicit ei Simon Petrus. Domine, quò vadis? Reſpondit
Jeſus: Quò ego vado, non potes me modò ſequi, ſequeris autem poſtea, 37.
Dicit ei Petrus: Quare non poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te po-
nam. 38. Reſpondit ei Jeſus, Animam tuam pro me pones? Amen amen dico
tibi: non cantabit Gallus, donec ter me neges.

*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Ante inſtitutionem ſacræ Euchariſtiæ lavat Chriſtus D. Diſcipulorum pedes quod ſatis latè explicavi tom. 5. lib. 7. c. 5.

*Secundò Verſ.* 20. Prædicit ſe mox à Juda tradendum, eumque per intinctam buccellam Joāni indicat; quod expendi tom. 5. lib. 7. c. 6.

*Tertiò Verſ.* 33. Dat Dominus novum dilectionis mandatum, de quo egi tom. 5. lib. 7. c. 9.

*Quarto Verſ.* 34. Prædicit Dominus trinam Petri negationem; de qua egi tom. 5. lib. 7. cap. 10.

# CAPUT XIV.

1. NON turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum, & in me credite 2. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt; ſi quò minus dixiſſem vobis: Quia vado parare vobis locũ. 3. Et ſi abiero, & præparavero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipſum, ut ubi ſum ego, & vos ſitis. 4. Et quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis. 5. Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus quò vadis: & quomodo poſſumus viam ſcire? 6 Dicit ei Jeſus; Ego ſum via, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, niſi per me. 7. Si cognoviſſetis me & Patrem meum utique cognoviſſetis, & amodo cognoſcetis eum, & vidiſtis eum 8. Dicit ei Philippus: Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis 9. Dicit ei Jeſus: Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me? Philippe, qui videt me videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Oſtende nobis Patrem. 10. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Verba quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor: Pater autem in me manens, ipſe facit opera. 11. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt; alioquin propter opera ipſa credite. 12. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet, quia ego ad Patrem vado. 13. Et quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in filio. 14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. 15. Si diligitis me mandata mea ſervate. 16. Et ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum. 17. Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. 18 Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. 19. Adhuc modicum, & mundus me jam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, & vos vivetis. 20. In illo die vos cognoſcetis, quia ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. 21. Qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. 22. Dicit ei Judas, non ille Iſcariotes: Domine, quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis te ipſum, & non mundo? Reſpondit Jeſus, & dixit ei: 23. Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus, 24. Qui non diligit me, ſermones meos non ſervat. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus, ſed ejus qui miſit me Patris. 25. Hæc locutus ſum vobis apud vos manens. 26. Paracletus autem Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & ſuggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis. 27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum neque formidet. 28. Audiſtis quia ego dixi vobis, vado, & venio ad vos, ſi diligeretis me, audiretis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me eſt. 29. Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. 30. Jam non multa loquar vobiſcum. Venit enim Princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam. 31. Sed ut cognoſcat mundus, quia diligo Patrem: & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio, Surgite, eamus hinc.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Ait Chriſtus D. quod in domo Patris ejus ſunt multæ manſiones; Thom. & philippo interrogantibus reſpondit; de quo dixi tom. 5. lib. 7. c. 11.

*Secundò Verſ.* 16. Ait ſuis Diſcipulis, quod non relinquet eos orphanos, ſed alium ſpiritum paraclitum miſſurum, quod explicavi tom. 5. lib. 7. cap. 12.

*Tertio Verſ.* 23. Interroganti Judæ Thadæo, reſpondit Chriſtus, quod ille diligit Deum, expendi tom. 5. lib. 7. c. 13. de quo hîc etiam aliqua dicam.





## Spiritus Paraclitus.

## QUÆSTIO I.

*Quare antequam Chriſtus promittat Spiritum ſanctum, denuntiat legem eſſe ſervandam?*

1. AIt Chriſtus D. in præſenti. *Si quis diligit me; ſermonem meum ſervabit*: de quo Evãgelio latè tractavi citato tom. 5. lib. 7. c. 13. per viginti unam quæſtionem. Illud vero nunc notandum eſt quod antequam Chriſtus. D. promittat Spiritum Sanctum, ac illum mittat, priùs docet, legem ejus eſſe ſervandam, innuens quod ad recipiendum Spiritum S. alta & ſuprema diſpoſitio requiratur: Actor. 1. n. 4. Scribit D. Lucas quod Chriſtus aſcenſurus in cœlum ſuis diſcipulis *Conveſcens, præcepit eis ab Ieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis, inquit, per os meum.* In quo multa conſideranda ſunt: *Expectarent promiſſionem Patris*: Non ſtatim ut aſcendit in cœlum miſit Spiritum S. ſed poſt tredecim dies, ut ipſimet ſanctiſſimi Apoſtoli per tot dies diſponerentur, ac præpararentur ad tantum donum excipiendum. Satis ingenioſè dubitat ibi Oecum. quomodo Chriſtus ait: *Ut expectarent promiſſionem Patris*: & etiam ipſe dixerat Joan. 16. n. 7. *Si non abiero Paraclitus non veniet ad vos*; ait citatus Doctor: *At ſi nunquam advenerat Spiritus ſanctus quomodo dixerat: Accipite Spiritum ſanctum.* Chriſtus poſt reſurrectionem apparens ſuis Apoſtolis *Inſufflavit, & dixit Accipite Spiritum ſanctum.* Joan. 20. n. 22. Quomodo ergo eos nunc adhortatur, ut expectent promiſſionem de Spiritus ſancti miſſione; quomodo expectare debent? id quod jam acceperant, & habent? Suæ objectioni ex Græcorum patrum ſententia occurrit ipſe Oecumenius, & ait: *Verum ſi adhuc nunquam advenerat Spiritus, quomodo dixerat, capaces eos reddens, ac idoneos ad ſpiritus ſuſceptionem: acceperunt autem, quando deſcendit.* In die Pentecoſtes Apoſtoli Spiritum ſanctum acceperunt; tamen quando poſt reſurrectionem eis apparuit, ac *inſufflavit, dicens: Accipite Spiritum ſanctum*: per ſuum halitum, ac inſufflationem eis infundit quamdam diſpoſitionem, ac præparationem ad accipiendum Spiritum ſanctum. *Hoc dixerat, capaces eos reddens, ac idoneos ad ſpiritus ſuſceptionem.* Tam altum, & ſublime donum eſt Divinus ſpiritus, tantamque munditiem, in nobis requirit, ut ipſemet filius Dei Chriſtus Jeſus multo antea ſanctiſſimos ſuos Apoſtolos per inſufflationem ſuam, veluti quodammodo ſuum ſpiritum communicans eos præparaverit, ac diſpoſuerit ad ipſum divinum ſpiritum accipiendum. *Hoc dixerat, capaces eos reddens, ac idoneos ad ſpiritus ſuſceptionem.*

Actor. 1.

Joan. 16. Oecumen.

Joan. 20. *Altiſſima diſpoſitio in nobis requiritur ad Divinum ſpiritum ſuſcipiendum.*

2. Joan. 14. Loquens Chriſtus Dominus de adventu Spiritus ſancti in nos ſic ait, Joann. 14. n. 17. *Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.* Quæ verba valde ſubtiliter expendit D. Auguſtinus, quomodo, ait, *apud vos manebis & in vobis erit*? Nam prius eſt eſſe in aliquo loco, quàm in eo manere; nam manſio in aliquo loco, ſupponit exiſtentiam in illo; ſic reſpondet Sanctus Doct. tractat. 74. in Joan. *Apud vos manebit, & in vobis erit,* inquit: *Erit in eis ut maneat, non manebit, ut ſit, prius eſt enim eſſe alicubi, quàm manere*: Abſque dubio, prius eſt adeſſe, ac exiſtere in aliqua parte, quàm in ea permanere, ac facere habitationem. *Prius eſt eſſe alicubi, quàm manere*: Quamvis hoc verum ſit in omnibus; tamen in negotio adventus Spiritus ſancti in nos, tam magna, ac idonea præparatio ac diſpoſitio in nobis requiritur, quod ad ipſius ſuſceptionem, prius quodammodo videatur requiri, ut ipſe apud diſcipulos maneat diſponens eos; & præparans, quàm adeſſe, ac exiſtere apud eos, ut ita hac loquendi methodo moneat, quàm vehementer poſtulandum eſt ab Spiritu S. ut ipſe nos diſponat, ac præparet ad ſui ſuſceptionem: Ipſe ſuo divino afflatu animam purificat, ac ſanctificat, ut ad nos veniat, in nobiſque habitet.

D. Auguſt.

*A Divino ſpiritu petenda diſpoſitio ut ipſe ad nos veniat.*

3. Actor. 7. Dicitur Act. 2 n. 1. *Cùm complerentur dies Pentecoſtes; erant omnes pariter in eodem loco: factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam advenientis ſpiritus.* Magno ſanè, & alto myſterio factum, ut adventus Divini ſpiritus, non fieret alio tempore, niſi in die Pentecoſtes; qui ex Græca voce ſignificat diem quinquageſimum à Paſchate: quod feſtum Pentecoſtes inditum fuit Judæis à Deo, tum in memoria datæ legis Moyſi in Sina, Exod. 19. n. 1. tum etiam in gratiarum actionem pro novis illius anni frugibus, quæ ut pote jam maturæ incipiebant tunc meti, ex quo adventus Divini Spiritus in tali die quandam rationem moralem invenit. Oecum. ibi ait: *Cùm complerentur dies Pentecoſt. hoc eſt, circa Pentecoſtem, circa ipſum jam feſtum, cum tempus eſſet maturæ meſſi ſpiritualis falcem immittere.* Tunc advenit Divin. Spiritus cùm jam terræ fructus præmaturi ſunt, ut falcè colligantur ad meſſem, peridoneè denotans; quod tunc Divinus Spiritus ad nos venit, cum jam ſpirituales noſtri fructus Fidei, Spei, Charitatis, Patientiæ, ac Contritionis præmaturi ſunt, ut ad meſſem perveniant, & colligantur ad pleniorem Spiritus S. gratiam, ac ad cæleſte horreum: *Cùm tempus eſſet maturæ meſſi ſpirituali falcem immittere.*

Exod. 19.

*Spiritus venit in die Pentecoſtes maturos fructus requirens:* Oecumens.

4. Pſal. 103. Ait Regius Vates Pſ. 103. n 21. *Catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant eſcam ſibi*: Catuli leonum ſunt filii Eccleſiæ, ſic dicti præfortitudine, ac generoſitate. *Catulus leonis Juda*: Gen. 49. rugientes præfame, ac deſiderio cæleſtium donorum. *Ut rapiant & quærant eſcam ſibi.* Valde ſanè mirabile eſt hoc dictum: Inverſus omnino eſt ordo: nam prius eſt quærere, deinde vi, ac conatu rapere, poſſidere ac tenere quomodo contra ait Pſalmiſta: *Ut rapiant, & quærant*? Explicat Lauret. Cervar. ex D Gregor. nempe, *auxilium gratiæ Spiritus S.* Inde ait: *rapiant, & quærant*: quia anima juſti tam ſitibunda debet eſſe gratiæ Spiritus ſancti, quod licet ipſam multa, vi ac labore, & pœnitentia rapiat, obtineat, ac poſſideat, non inde ſe ſet, & quieſcit, ſed adhuc ſtudioſè quærit, ac ſi minimè obtinuiſſet, ac rapuiſſet; & inde denuo ſolicitè eam perquirit.

Gen. 49.

Laurètus Cervarienſ. D. Gregor. *Omnis diſpoſitio videatur pauca ad divinum ſpiritũ ſuſcipiendum.*

## QUÆSTIO II.

*Quare dum Spiritus Sanctus venit, manſionem facit?*

5\. AIt Chriſtus D. quòd apud obſervantem ſua mandata, *ad eum veniemus, & maſionem apud eum faciemus.* Nam Spiritus S. cum venit in hominem, manſionem facit apud eum.
Actor. 2. Ad hanc rem denotandam dum Act. 2. deſcribitur adventus Spiritus S. n. 2. dicitur: *Factus eſt repente de cælo ſonus tanquam advenientis ſpiritus vehementis... Et apparuerunt illis diſperſitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum, & repleti ſunt omnes Spiritu S.* Sonus venit repente; quæ enim repente fiunt, maximè animum excitant, & commovent: Tamen Apoſt. non dicuntur repleti Spiritu ſancto, quando ſonus advenit, ſed quando in figura linguarum ſedit ſuper ſingulos eorum.

6\. D. Cyr. Ieroſ. Maximè expendendum eſt, quod Spiritus S. ſedit ſuper ſingulos eorum. Primò: D. Cyrillus Jeroſolymitan. Catecheſi 17. ait: *Sedit ſuper illos, ut novæ coronæ ſpirituales per linguas igneas imponerentur capiti eorum.* Linguarum proprius locus eſt os; tamen linguæ Divini ſpiritus non in ore, ſed in capite ſedent, quia Apoſtoli per ſuas linguas igneas verborum Dei erant coronandi in capite, ut omnibus imminerent.

*Spiritus S. Apoſt. ac juſtos coronat.*

Ammon. Secundò, Ammonius, ut eos declaret Orbis doctores, eoſque oſtenderet cæleſti ſapientia, ac facundia præditos, Tertiò: Ut fieret evidens quòd Spiritus S. tam in ipſis Apoſtolis, quàm eorum ſucceſſoribus, ut ait D. Chryſ. perpetuò permanſurus eſſet, uſque ad finem mundi, juxta promiſſum Chriſti Joan. 14. n. 16. Nam ſeſſio ſtabilitatem, firmitatem, ac perpetuitatem dicit.

D. Chryſoſt.

7\. D. Nazianz. Quartò: D. Greg. Naz. Orat. 44. ſic ait: *Seſſio hæc regia in Spiritu S. dignitatis excellentiam deſignat, ejuſque ſuper ſanctos requiem*, Sedet Divinus Spiritus ſuper capita Apoſtolor. ad oſtendendam ſuam ſupremam regiam excellentiam & quod ipſe ſedet, ac requiē habet ſuper ſā̃ctos.

*Spiritus S. ut in throno cherubico ſedit ſuper ſanctos.*

8\. Primò requievit & ſedit ſuper ipſum Sanctū Sanctorum Chriſtum Jeſum in Jordane, cùm baptizaretur à Joan. *Vidit Spiritum* Dei *deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe*: Matth. 3. n. 16. alii legunt. *Manentem in eo*: Ut oſtenderetur, quod vox Patris intonans: *hic eſt filius meus dilectus*: ad Chriſtum dirigebatur, & non ad Joan. ut ait *D.* Hieron. *Sedit Columba ſuper caput Jeſu: ne quis putaret vocem Patris ad Joan. factam, non ad Dominum* Sic & alii patres, ut dixi to. 1. lib. 3. c. 2. q. 22. n. 80. Et ut etiam oſtenderet, quod Spiritus ſanctus totum Chriſtum, omneſque ejus potentias gubernabat, ac dirigebat, ut ibid. n. 79.

Matth. 3. D. Hieron. *Sedet ſuper Chriſtum, ut oſtendat eum filium Dei.*

9\. Andr. Cret. Secundò, & ſingulariſſimo modo requievit Spiritus ſanctus ſuper ſanctiſſimam Virginem, ut ait Andr. Cret de Orat. 1. Annuntiatione. *Novam Dei arcam, in qua Dei ſpiritus conquieſcit*: A primo inſtanti ſuæ immaculatæ Conceptionis abſq; ulla labe peccati originalis, & actualis, in omni puritate, ac ſanctitate eam replens, ut ait Petr. Dam. ſerm. de Annuntiatione: *A Deo electam, & prælectam, totam rapuit ſibi Spiritus ſanctus*: ut decebat illi quæ eligebatur, ut filium *D*ei generaret, ipſumque nutriret, indeque ſpecialiter eam Spiritus ſanctus gratiâ ſuâ regeneravit, ac nutrivit divino, ac ſpirituali cibo. Unde meritò Spiritus S. appellatur nutritius ac pædagogus Virginis Mariæ ab Andræa Cretenſi oratione de Nativitate Mariæ, & ait: *Porro congrua ei* ſcilicet Virgini Mariæ *profertur eſca, hactenuſq; alit, nulla hominum manu comparato cibo, qui modicum aliquantulum ejus eſt alendus lacte: ac Spiritus ſanctus nutritius efficitur Virginis.* Deſtinabatur Virgo ut infantem lactaret Deum puriſſimo uberum lacte, ac ut illum faſciis ſtringeret, hoc quodammodo officio *Spiritus* S. *nutritius efficitur Virginis*: cum illa futura eſſet mater, ac nutrix filii Dei anticipato ſumptuoſius obſequio vices ex parte reciprocat. *Nutritius efficitur virginis*: Et quia Virgini Mariæ, ut matri datur, non ſolum filium ſuum Jeſum nutrire, ſed etiam cuſtodire, hinc & Spiritus S fit ipſe puriſſimæ Virgini quaſi Ang. cuſtos, ut habet S. Odon. Camerac. in Expoſit. Canonis, diſt 3. & refertur à Cerda ad Tertull. lib de Baptiſmo c. 4. ubi ait: *De Virgine*, habeatur ſcilicet, *Cuſtode Spiritu ſancto, ſine omni culpa vixiſſe, quaſi habuiſſet Angelum cuſtodem Spiritum ſanctum.*

Andr. Cret. *Spiritus S. nutritius & cuſtos Virginis Mariæ.* S Odon. Cerda.

Tertiò, requieſcit Divinus Spiritus ſuper Juſtos, & Sanctos, 1. Petr. 4. n. 14. *Spiritus* Dei *ſuper vos requieſcit*: cùm eos juſtos, & ſanctos facit, & in tantum elevat, & ſublevat, ut qui erant filii iræ, & ſervi peccati, per gratiam ſuam fiant filij Dei. Ait Apoſtolus ad Galat. 4. n. 6. *Quoniam autem eſtis filii, miſit Deus ſpiritum filii ſui clamantem; Abba* Pater: Unde fieri potuit, quòd homo, qui erat ſervus peccati, ac ſub diaboli jugo, ad tantum apicem elevaretur, ut dicatur Deum habere Patrem, ipſumque ut patrem clamare, ac dicere, quod videbatur impoſſibile: Tamen Divinus ſpiritus per ſuam gratiam in nobis infuſam, difficultatem abſtulit, & tantam dignitatem nobis dedit. D. Chryſol. ſerm. 71. ait: *Miſit Deus ſpiritum filii ſui clamantem Abba pater. Laceſſit mens, & cor noſtrum deficit ad Divina, niſi Deus qui fieri jubet, impleat ipſe qui jubet. Quando auſa mortalitas Deum vocare patrem, niſi modo, quando ſuperna virtute, hominis anima animatur interna:* Nempe, per ſpiritus Sancti afflatum. 10.

1\. Petr. 4. Galat. 4. *Spiritus S facit ut nos Deum habeamus, ac dicamus Patrem.* D. Chyſol.

Ait Chriſtus D. Luc. 12. n. 49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut accendatur?* Variè dubitant Interpretes, quid per ignem intelligatur. Tertul. lib. 4 contra Marcion. c. 29. intelligit Infidelium perſecutiones: D. Cyrill. in Catena Apoſtolorum prædicationem: At D. Ambroſ. ad citatum locum interpretatur Spiritum Sanctum: Sed quo fine Deus voluit mittere Spiritum Sanctum, ut ignem, in terram? D. Bern. ſerm. 3. de Verbis Iſaiæ exiſtimans, quòd Lucifer cecidit ex Seraphico ordine, ſic ait: *Audi enim, quòd ipſe*, ſcilicet Chriſtus, *loquatur*: Ignem veni mittere in terram, quid volo niſi ut accendatur? *Vult ergo Seraphim fabricari, ut ibi ſtet, ubi tu corruiſti, ut tabeſcas amplius, & livore proprio torquearis.* Chriſtus ait, quod venit mittere Spiritum ut ignem in terram; & ad quid iſte Divinus ignis Spiritus Sancti mittitur in terram? Seraphim nomen habent ab incendio. Venit Chriſtus ignem Spiritus Sancti mittere in terram, ut excocta humanæ putredinis ſcoria, purificataq; noſtræ naturæ labe, homines recudat, ac tranſmutet in Seraphinos: *Vult ergo Seraphim fabricari*: Sicut Deus ex lapidibus poteſt filios Abrahæ efformare

11\. Luc. 12. Tertul. D. Cyrill. D. Ambroſ. D. Benard. *Spiritus S. de hominibus facit Seraphinos.*



efformare; ſic & *D*ivinus ſpiritus homines in Angelos, ac Seraphinos refingere valet.

12\. Matth. 21. Luc. 1. De Joan. Bapt. ait Chriſtus *D. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam*: Matth. 12. n. 10. Baptiſta homo ut planum eſt: unde habet, quod Angelus dicatur, dum ipſe prænuntiatur ab Angelo Patri ſuo Zach. dicitur enim: *Spiritu* S. *replebitur adhuc ex utero matris ſuæ.* Luc. 1. n. 15. Unde ait Euſeb. lib. 3. de Præparat. Evang. *Repletus ex utero gratia Spiritus S. Angelus eſt dictus.* Ipſe *D*ivinus Spiritus gratiâ ſuâ, ex homine valuit eum reformare in Angelum.

*Joannes repletus Spiritu ſancto dicitur Angelus.* Euſebius.

## QUÆSTIO III.

*Quare Divinus ſpiritus, dicitur Parac.*

13\. Cornelius. AIt Chriſtus in præſenti: *Paraclitus autem ſpiritus*: Inde quæſtio excitatur, cur Divinus Spiritus Paracl. appellatur? Cornel. à lapide cap. 9. Actor. Verſ. 31. *Conſolatione Spiritus S.* ait: quod paracletus, verbum eſt Græc. & tria ſignificat, ſcilicet, *Conſolationem, exhortationem; & Patrocinium.* Inde Spiritus S. Paracl. quia hæc tria ſanctis præſtat in multa, & magna abundantia: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te*: Unde citato loco Act. 9. n. 3. dicitur de Paulo: *Conſolatione Spiritus S. replebatur*: Syriac. *Conſolatione Spiritus S, quæ multa erat.*

*Paracletus ſpiritus dictus ob multam conſolationem.* Actor. 9. Syriacus.

14\. Matth. 10. *D*enuntiat Chriſtus ſummam, ac extremam omnium laborum, ac perſecutionum tempeſtatem, ac procellam ſuis diſcipulis, ait enim: *Ego mitto vos ſicut oves inter lupos*: Matth. 10. n. 16. Tradent vos in conciliis, & ſynagogis ſuis flagellabunt vos inſurgent gentes, & reges contra vos, tradet frater fratrem, & Pater filium, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, ita ut, qui vos interfecerit exiſtimabit ſe obſequium præſtare *D*eo; & inter hæc, ut ſcribitur Act. 5. n. 41. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilii*: Unde illis inter tot adverſa tanta animi generoſitas; ut nihil timerent. Iſta interna conſolatio, ut non triſtarentur, ſed gauderent: *D*ixerat illis Chriſtus: *Nolite cogitare, quomodo; aut quid loquamini, non enim vos eſtis qui loquimini; ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis* Matth. 10. n. 20. Unde ait D. Paſch. lib. in Matth. *Spiritu ſancto corroborati, omnia ſuavia, & lenia fiebant, ut non ad triſtitiam, ſed ad gaudium contingerent.* Armabatur contra ſacros Apoſtolos omnis diabolica tyrannis, odio, inſidiis, ferro, gladio, igne, equuleo ac tormentis exquiſitis: tamen illi interna conſolatione adeo magna erant perfuſi, ut illa *non ad triſtitiam, ſed ad gaudium contingerent.*

Actor. 5. Matth. 10. D. Paſchaſ. *Conſolatio interna ſpiritus S. omnia adverſa vertit in gaudium.*

15\. Magno, & ingenti ſupplicio; nunquam antea, nec poſtea viſo premebatur totus generali diluvio mundus; in quo tantum genus humanum periit, præter octo animas, quæ in arcâ ſalvæ factæ ſunt, conſumptiſque etiam omnibus animantibus terræ, ac volatilibus cæli, præter pauca de qualibet ſpecie ad illius conſervationem, quæ cuſtoditæ ſunt in arca, in qua Noe cum ſuis degebat tanquā incluſus in carcere & magno ſanè dolore, ac triſtitia, cùm univerſi homines, in quibus multi erant cognati, amici, ac conſanguinei, perirent: Recordatus Deus ſua eximia pietate, volenſque mundum à tanta oppreſſione ſublevare, ac tanto ſupplicio eximere. Noemumque cum ſuis ab illo abſtruſo carcere liberare; *Adduxit ſpiritum ſuper terrā & imminutæ ſunt aquæ.* Gen 8 n. 1. Quiſnam eſſet iſte ſpiritus? maximè dubitant Interpretes. Eſſe Spiritum S contendit D. Ambr. lib. de Noe c. 16. ubi ſic ait: *Non puto, hoc ita dictum, ut ſpiritus nomine ventum accipiamus: neque enim ventus poterat ſiccare diluvium. Alioquin cum mare ventis agitetur quotidie, exinaniretur profecto: Spiritus igitur virtute inviſibili diluvium illud repreſſum eſſe, non dubium eſt; Cæleſti operatione; non flatu; Unde ſcriptum eſt Pſ. 103. n. 30.* emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ: *eſt ergo ſpiritus, cujus operationi credere univerſa videntur.* Erat totus mundus aquarum ſubmerſione, ac pondere maximè gravatus, & Noe cum ſua familia concluſus in arca; Venit autem Divin. Spiritus qui repreſſit diluvium, excuſſit aquas, Noemum cum ſuis eduxit foras, ut communi aëre frueretur, & ingenti levamine, ac eximia conſolatione jucundaretur, ut lætus, ac gratulabundus, ut ait Abul. Deo offerret ſacrificia, indeque Divini Spiritus beneficio omnia reſtaurantur, ac cum gaudio exultant, & lætantur, magnumque levamen recipiunt.

Gen. 8. D. Ambroſ. Pſal. 103. *Divini Spiritus beneficio omnia levamen, ac conſolationem habent.*

Ait Regius Vates Pſ. 76. n. 4. *Renui conſolari, memor fui Dei, & delectatus ſum*: Prima verba: *Renui conſolari*, Ambr. & alii legunt: *Noluit conſolari anima mea*: Caſſiod. Lomb. *D*. Greg. *Negavit conſolari anima mea*: id eſt, in nulla re creata, ac hujus ſæculi potui invenire levamen, ac conſolationem; & inde ut illam habere recordatus ſum *D*ei, & illa inventa maximè delectatus ſum. Sic Anima ſancta, ut in præſenti ponderat Lorin dicebat Cant. 3. n. 1. *In lectulo meo per noctes quæſivi quem diligit anima mea... per vicos & plateas quæram illum*; quia in nullo alio poterat invenire requiem, & conſolationem, & quiſnam eſt iſte dilectus tam vehementer exoptatus ab anima ſancta, eſt nempe, *D*ivin. ſpiritus, qui ſanctarum animarum eſt ſponſus? *D.* Bern. ſerm. de Verbis Apoſt. ait: *Eſt gaudium de regno Dei, eſt gaudium in Spiritu S. Unde hoc gaudium, niſi de Juſtitia, & pace procedit*: & ſtatim: *& hoc eſt duplex gaudium, quod habes in Spiritu S. de memoria futurorum bonorum & malorum præſentium tolerantia* Anima ſancta renuit conſolari, & invenire conſolationem in rebus terrenis memor fuit *D*ivini ſponſi Spiritus S. in eo maxime delectata eſt: *de memoria futurorum bonorum, & malorum præſentium tolerantia.* 16.

Pſal. 76. Ambroſius. Caſſiod. D. Gregor. Cantic. 3. *Anima ſancta ſolum in Divino Spiritu habet conſolationem.* D. Bernard.

## QUÆSTIO IV.

*Quare Divinus ſpiritus à Chriſto D. dicitur, quod docebit, & ſuggeret omnia?*

AIt Chriſtus in præſenti ſuis *D*iſcipulis, quod Spiritus S. eos docebit, & ſuggeret omnia; ipſe enim Divin. ſpiritus datus eſt, ut ait *D*. Chryſoſt. in Acta, ut Magiſter, lux ac lumen totius Eccl. *D*ixit Deus Gen. 1. n. 3. *Fiat lux & facta eſt lux*: tamen ut fiat lux clara, & candida præmiſſus eſt à *D*eo Divinus ſpiritus, ut habetur Verſu antecedenti: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*: quia à dono Spiritus ſancti venit 17.

*A Divino Spiritu venit lux, ut cuncta videantur.* Gen. 1.

nit,ut detur lux,quæ cuncta oſtendat, ac manifeſtet:Rup.lib.2.c.12. ad ſapientiam ait: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas; illo quidem principio ſic aquis ſuperferebatur ſpiritus Dei, ut dicerent fiat lux,& facta eſt lux.* (Rupert.)

18. (Daniel. 4. *Spiritus S. lumine omnia abſcondita penetrantur.*)
Nabuch. poſtulat à Dan.4.n.6. ut horribilem viſionem,quam viderat, ei aperiat, & exponat, & ait ei: *Ego ſcio, quòd ſpiritum ſanctor. Deorum habeas in te, & omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi, viſiones ſomniorum, quas vidi, & ſolutionem eorum narra* &c. Tu ô Rex vidiſti, & oculis percepiſti,quomodo petis ut explicet & exponat ille qui non vidit, & longe à tuo cubiculo extabat,ſi tu ignoras,qui vidiſti, quomodo ille,qui nihil de eis agnovit? Illi ait Rex, *ſcio quod Spiritum ſanctorum Deorum habeas*: ſeu ut legit D. Cyrill. Hieroſolymit. Catech. 16. (D. Cyr. Hie.) *Scio quod ſpiritus Dei ſanctus eſt in te*: Cùm autem ipſe cognoviſſet quod Spiritus ſanctus erat in Dan.inde pro certo habuit poſſe diſſolvere ſacramenta à ſe non viſa nec agnita, & nihil ei eſſe abditum,ac reconditum; citatus D. Cyrill.*Ipſe viderat & neſciebat. Dic,inquit, mihi viſionem quam ego vidi,& quæ ſit, neſcio. Cernis vim Spiritus S.? Videntes neſciunt; Non videntes agnoſcunt, & interpretantur*: Ad cognoſcendum & intelligendum, non intendas tantum ad vim tui intellectus ac ad viſionem tuorum oculorum,ſed omni affectu intende tibi comparare virtutē Divini ſpiritus, quâ non viſa percipias, & ſine illa, viſa non capies,ac intelliges.

19. (Actor.7.)
Aliam comprobationem hujus veritatis nobis dat idem Sanctus Doctor. Cùm lapidaretur Steph.ſcribitur de eo Act.7.n.55.*Cùm autem eſſet plenus Spiritu S.intendens in cœlum, vidit gloriam Dei & Jeſum ſtantem à dextris Dei.* Valdè mirabilis ſane tanta oculorum perſpicacitas; Steph.exiſtens in terra, tranſvolat ſuper cælum & penetrat ipſum empyreum, & pervenit ,viſu ad ſupremum majeſtatis ſolium & videt *Jeſum ſtantem à Dextris Dei*: Unde illi tanta acies oculorū,ut ad tam alta, & ſublimia perveniat? Erat autem *Stephanus plenus Spiritu ſancto*: De Spiritus, S.aſſiſtentia tantum lumen habuit, ut omnia penetraret, & nullum ſacramentum eſſet ei occultum, ac abditum. (*Lumine Divini ſpiritus omne abditum penetratur.*) Idem D.Cyrill.Hieroſol. Catech.17. ait: (D. Cyr.Ieroſ.) *Vidit cælos apertos,vidit & filium hominis ſtantem à dextris Patris. Vidit autem non ſua virtute, ſed ut inquit ſcriptura, cum eſſet plenus Spiritu ſancto, ſuſpiciens cælum vidit gloriam Dei.* Expende: *Non ſua virtute, ſed cum eſſet plenus* Spiritu *ſancto.*

20. (Iſai.42.)
Tamen tanta mentis perſpicacia à ſpiritu ſancto non communicatur omnibus, ſed tantum terrena contemnentibus; & iis qui ſuper ea elevantur, ait Iſa.42.n.5.*Hæc dicit Dominus Deus creans cælos,& extendens eos:firmans terram, & quæ germinant ex ea, dās flatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam*: Nota ultima verba *ſpiritum calcantibus eam.* Proponit Propheta agens de mundi creatione duo, quæ Deus hominibus contulit, flatum, nempe, & ſpiritum. In flatu animam rationalem intelligit, quo Deus inſpiravit *in faciem ſpiraculum vitæ:* Gen.2.n.7. In ſpiritu autem intelligitur Divin. ſpiritus, qui per ſua dona homini communicatur. (*Contemnentes terrena illuminantur Spiritu S.*) Afflatus, ſeu anima rationalis omnibus datur; qui hoc communi aëre ſuper terram degunt; ſpiritus autem, non omnibus,ſed illis tantum, qui terrena contemnentes valent ea conculcare: *Conculcantibus eam*: Quod ab ipſo *D*ivino ſpiritu venit, ut homo terrena dimittens, valeat evolare ad cæleſtia.*D.*Irenæus lib.5.cap.12. ait: (D. Iren.) *Aliud eſt afflatus vitæ,qui & animalem efficit hominem,aliud ſpiritus vivificans, & ſpiritualem efficit eum, & ideo ait Iſai.* dedit flatum populo qui ſuper terram eſt, & ſpiritum his, qui calcant illam, *Afflatum communiter omni, qui ſuper terram eſt, populo dicens datum,ſpiritum autem proprie his,qui conculcant terrenas concupiſcentias*:

21. (Pſalm. 74. *Spiritu S. elevantur à terrenis ad requiem.*)
Hinc *D*avid vehementer exoptans clamabat Pſ.54.n.7.*Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ*: ad volandum in altum aptiores videntur pennæ aquilæ, quàm columbæ; cur has exoptat, & non potius illas? Non quærebat pennas columbæ naturalis, ſed *D*ivini ſpiritus, quibus elevaretur à terrenis ad cæleſtia, ut ibi perfectam haberet requiem. *D*ivus Ambroſius lib.1. de Virgin. ait: (D. Ambroſ.) *Sume igitur alas Virgo, ſed ſpiritus, ut ſupervoles vitia, ſi contingere cupis Chriſtum.*

# CAPUT. XV.

1. EGo ſum vitis vera: & Pater meus agricola eſt. 2. Omnem palmitem in me, non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. 3. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. 4. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis. 5. Ego ſum vitis: vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. 6. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum,& in ignem mittent, & ardet. 7. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. 8. in hoc clarificatus eſt Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. 9. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos: manete in dilectione mea. 10. Si præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſervavi, & maneo in ejus dilectione. 11. Hæc locutus ſum vobis, ut gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum



veſtrum impleatur. 12. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem ſicut dilexi vos. 13. Majorem hac dilectionē nemo habet,ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. 14. Vos amici mei eſtis,ſi feceritis quæ ego præcipio vobis 15. Iam non dico vos ſervos:quia ſervus neſcit quod fecit Dominus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumq; audivi à Patre meo,nota feci vobis. 16. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos: & poſui vos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat,ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo,det vobis. 17. Hæc mando vobis,ut diligatis invicē. 18. Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. 19 Si de mundo fuiſſetis mundus quod ſuum erat diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo,propterea odit vos mundus. 20. Mementote ſermonis mei quem ego dixi vobis, non eſt ſervus maior Domino ſuo, ſi me perſecuti ſunt,& vos perſequentur. Si ſermonem meum ſervaverunt, & veſtrum ſervabunt. 21. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia neſciunt eum qui miſit me. 22. Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. 23. Qui me odit,& Patrem meum odit, 24. Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent Nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum. 25. Sed ut adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt: quia odio habuerunt me gratis. 26. Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. 27. Et vos teſtimonium perhibebitis,quia ab initio me cum eſtis.

*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.*1. Ait Chriſtus ſe eſſe vitem: diſcipulos ſuos palmites: ideoque in eo debent manere ut fructū ſalutis proferant; quod explicavi to. 5. c.14. & hîc etiam dicā.

*Secundò Verſ.*12. Commendat dilectionem proximi, inter mundi perſecutiones, quas prædicit verſ. 20. quod totum habetur explicatum tom. 5. lib.7. c.15.

*Tertio Verſ.*26. Promittit Spiritum Paraclitum, ut eis de ſe ipſo det teſtimonium; quod expendi citato tom. 5. lib. 7.c.16.

## Vitis & Palmites.

## QUÆSTIO I.

### *Quare Chriſtus D. dicitur Vitis.*

1. (Textus.)
AIt Chriſtus D. in præſenti: *Ego ſum vitis, vos palmites; qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum*: Ubi Dominus ſe dicit vitem, & diſcipulos ſuos palmites; pro quo multas dedi rationes citato c. 14. Nunc verò adde: Chriſtus dicitur vitiis, qui & petra eſt, de vite inter petrarum ſciſſuras ſæpeſæpius præclariſſimi palmites exurgunt, qui fæcundiſſimos, ac abundantiſſimos fructus proferunt, ſic & juſti, ac ſancti in Chriſto radicati inter perſecutionū lapides excellentiſſimos juſtitiæ fructus germinant, (*Vitea Juſtorum à perſecutionibus dilatatur.*) ut elegantiſſimè diſſerit D. Auguſt. hom.1. de S. Steph. (D. Auguſt.) conſiderans ipſum inter lapidum torrentes, & ait: *Vivebat Steph. de Chriſto ſicut ſarmentum de vite. Miraris fructum de ſarmento pendentem, vide ſarmentum in vite manentem: Eia Steph. die aliquid Judæis, ut incipias lapidari, & poſſis coronari. Jacula verba, & excipe ſaxa*: Erat Steph ſarmentum in vite Jeſu manens, ut magnis fructibus abundet, exiguntur lapides non quibus obruatur, ac deprimatur, ſed ut inde Chriſtum prædicans exurgat ad coronam: *Dic aliquid Judæis, ut incipias lapidari, & poſſis coronari.*

2. (Iob. 8. Septuag. Arabic.)
Ait Iob.8.n.17. de felicitate juſtorum agens: *Super acervum petrarum radices ejus denſabuntur, & inter lapides cōmorabitur*, Septuag.legunt: *In congregatione lapidum dormit, in medio ſilicum vivet.* Arab. *ſuper undas extenduntur*: Quid eſt quod juſtus inter ſilices, ac duriſſima ſaxa vivit, & extenditur? (*Ex duritio lapidea conſurgit ſanctitas juſtorum.*) Sæpe videbis vineas in locis petroſiſſimis, quorum nulla videtur terra, ſed ſolum ſaxa, petræ, & rupes apparent, & inter hæc palmes non ſuffocatur, ſed vividiſſimè germinat, dilatatur in folia, & aureos racemos profert,quibus hominum divitiæ maximè creſcunt, & augentur: Sic & juſtus non in molli terra, ſed inter duriſſima perſecutionum ſaxa & lapides creſcit, & dilatatur in uberes fructus ad comparandas divitias cæleſtis patriæ.

3. (Iſai. 3.)
Ait Iſaias.65. n.10. *Vallis Achor in cubile armentorum populo meo. qui requiſierunt me*: loquitur Propheta de Iuſtis, ac ſanctis, qui toto corde ſuo *requiſierunt me*: ſcilicet Deum, ad obſervanda ejus mandata, & præcepta; & quiſnam aſſignabitur locus, ac cubile ovibus, ac armentis ipſis Dei. *Vallis Achor*: in qua, nempe, Acham dans gloriam confeſſus eſt ſuum peccatū,& à populo lapidatus eſt. Ioſue.7. n 25. (Ioſue.7. *Inter lapidum aſperitates juſti creātur.*) Vallis ergo Achor,ubi congeries lapidum extant, datur in cubile, ac domum populi Dei, ac ejus electorum. Vix unquā fæcundior ſitus invenietur,ut creſcant Dei ovium armenta, ac divina germina,ut inde hominū felicitates adoleſcant inde maximè ubi ſaxea durities, & vitæ aſperitas ſplendet. (D. Ephrem.) Ex quo monet D. Ephrem Pareneſ.40. *Arborem malitiæ excide, & pro ea arborem vitæ planta pretioſam,inquam,crucem,ſ em,& expecta*

*expectationem ſalvatoris paſſioneſque mortis ipſius. Dilectio ejus ſit in corde tuo, quemadmodum ſcopus in mari propoſitus:* qui undique à contrariis ventis, ac ventis inſurgentibus concutitur, & ſemper firmus, ac conſtans perſeverat, & nunquam, nec recedit, nec frangitur.

4. Matth. 27. Accepto corpore Ieſu ſcribit D. Matth. 27. n. 59. *Ioſeph involvit illud in ſindone munda & poſuit illud in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra: & advolvit ſaxum magnum ad oſtium monumenti*, Feliciſſimo Reſurrectionis die Magdal. veniens ad ſepulchrũ, cum Chriſti corpus non inveniſſet, ſtabat foris plorans, cujus planctum tanquam indignum Angeli reprehendentes, dicunt: *Mulier quid ploras?* Ioan. 20. n. 13. Non familiari nomine Mariæ, ſed communiſſimo Mulieris eã appellãt: Et cur non magis acceptabilis eſt mulier, quæ Dominum quærens, non inveniens deplorat, quod ex vi tanti amoris maxime debebat eſſe gratũ, meritò tamen nõ eſt acceptabilis, ſed tanquã extranea communi nomine dicitur, cùm putaret quod juſtus inter lapides, ac ſaxorum durities poterat perire, cum inſtar vitis inter lapides in magnos fructus debebat exurgere, ut ipſe reſurgens nos etiam cũ ipſo reſurgeremus Ut ait Apoſtolus 1. Cor. 15. ſic. D. Chryſ. ſerm. 6. de Reſurrect. *Dicunt ei Angeli: mulier quid ploras? Ieſum quæris inter petram, qui jam confregit mortis gehennã? Quid quæris Maria plantatã vitem verã: ecce de palmitibus mortuorum paratur tibi in horto renovata vindemia.* Inde mulieris lachrymæ non fiunt acceptæ; quia Chriſtum Ieſum verã vitem inter petram quærebat mortuum cum ex ipſa vite novi palmites inſurgerent ad renovatam vindemiam. *Quæris plantatam vitem, veram, ecce de palmitibus mortuorum paratur tibi renovata vindemia.*

*Ioan. 20.*

*Ex duritie petrarum exurgunt palmites ad vitam.*

*1. Cor. 15. D. Chryſoſt.*

## QUÆSTIO II.

### *Quare divinus Pater dicitur Agricola?*

5. D. Athanaſ. AIt Chriſtus D. in præſenti: *Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt*, de quo multa dixi citato cap. 16. Nunc verò accipe *D.* Athan. Qui alte, & profunde conſiderat hæc verba diſp. in Conc. Nyſſen. contra Arium, & ait: *Exhortatur*, ſcilicet Chriſtus, *diſcipulos, ut ſobrii ſint, & alacres, dum ait:* Pater *meus agricola eſt, ac ſi diceret: ſcire vos volo: quod ſi* Pater *quempiam colat ille, meum fructum refert, non ſinens alienum fructum in veris vitis palmitib. germinare.* Quid habet Divin. Pater cum agricola, ut dicatur, P*ater meus agricola eſt?* Multum ſane ex ſolicitudine, ac induſtria boni agricolæ venit, ut arbuſta germinent. Sic à cæleſti Parenti habetur, quod bona in nobis plantata creſcant, & fructus cæleſtis vitæ in nobis pullulent: *Scire vos volo, quod ſi* Pat*er Quempiam colat ille meũ fructum refert.* A cæleſti Patre venit, ut in Chriſto fructum proferamus. Unde ipſe ait: *Omnis plantatio, quam non plantavit* Pater *meus, eradicabitur.* Matth. 15.

*A Deo Patre venit, ut in Chriſto multos fructus producamus.*

*Matth. 15.*

6. Ierem. 2. Conqueritur Deus de ſynagoga per Ierem. 2. n. 21. *Ego autem plantavi te vineam electam, omne ſemen verum; quomodo ergo converſa es mihi in pravum vinea aliena?* Maximè miratur Deus, quod vinea electa cum omnibus, nempe, quæ maximè requiruntur ad ſingularem, & optimam vineam, cum bono, & optimo ſemine divineæ legis, ac mandatorum, ejus tamen abiit in perditionem, & inutilis facta eſt; Unde hoc tantum malum, *Converſa es mihi in pravumvinea aliena*: Quia ipſa ex ſua malitia reliquit verum Deum cultorem ſuum: *facta es vinea aliena*: Tradens te alienis malis, ac peſtiferis agricolis. Noſter *D.* Cyrill. in c. 1. Oſeæ ait. *Sub Chriſtum quippe redacti Iudæi quomodo non vineis palmitum copia florentibus, & fertiliſſimis ſimiles erant futuri? Viventes autem* P*hariſæorum inſtitutis, & moribus dicenteſque doctrinas, ac mandata hominum, nihil prorſus fiunt herbis homo propinquiſſimis quæ facile ſuccumbunt, atque marceſcunt.* Sub Dei præceptis multum proficiebant Iudæi, & tanquam felices palmites magnos fructus producebant: At ut Dei cultum reliquerunt, hominum mandatis adhærentes tanquam tenues, & viles herbæ marceſcunt, & pereunt.

*Ex Dei mandatis ſalus, ex illis receſſus, mors.*

*D. Cyril.*

7. D. Athanaſ. Secundò ſic pergit idem citatus *D.* Athan. *Scire vos volo, quod ſi* Pater *quempiam colat, ille meum fructum refert, non ſinens alienum fructum in veris palmitibus vitis germinare*, Verus agricola maximè invigilat ſuper ſuum hortum ſuper vineam ſuam, non ſinens herbam inutilem, ac noxiam, in ea carpere, ac germinare; ſed ſtatim eam eruit, amputat, ac eradicat, Sic cæleſtis Pater in vinea ſua in electis ſuis, non ſinit diu perſeverare peccatum. ſed magna vigilantia amputat, & non permittit, quod mittat radices in anima illa, ſed ut ſtatim veniant, & convertantur ad Deum. Cantic. 4 n. 4. dicitur: *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis mille clypei pendent ex ea*: Ecce anima ſancta ædificatur à vero Davide Chriſto Ieſu clypeis, & armis munita, & undique ſtabilita; ad quid tot arma, clypei, & munitiones? Quia ſi anima à Deo creata, aliquando per peccatum cecidit, ſic per divinam, gratiam erigitur ut inimicorum inſultus valeat rejicere, ac excludere, ut nullus aditus pateat inimicis. *D.* Nyſſen. hom. 7. in Cant. ait: *Intellige per Davidem regem,* Patrem *regis noſtri, qui ab initio conſtituit hominem, ut eſſet turris, & non ut caderet, & per gratiam eum rurſus ædificavit & multis munitum clypeis, ut inimicorum inſultibus non facile amplius poſſet invadi.*

*Anima ſub Deo maxime munita, cuſtodita.*

*Cantic. 4.*

8. D. Athanaſ. Tertiò, idem cit. D. Athan. ſic pergit. *Ambulans* Pater *in vinea, hoc eſt in cellis animæ, omnia putrida, & inſolentia tollit, ne lignorum luxuries inſolens fructum eorum non proferat, quem agricola deſiderat.* Optimus agricola ambulat per vineam ſuam, arbores luxuriantes, earum nimium excreſcentes ramos amputans, folia nimia præſcindens, imo & flores excutiens, ut inde exoptatum fructum valeat percipere. Sic Æternus Pater præclariſſimus agricola, arbores, ſeu homines in ſua vinea plantatos preſſuris, laboribus, ac perſecutionibus permittit vexari, ut præciſis luxuriantibus moribus in virtutum fructus renaſcantur; & ærumna quæ videtur ex ira, ex ſumma miſericordia venit. Sic Ierem. Thren. 3. n. 31. *Quia non repellet in ſempiternum Dominus, quia ſi abjecit, & miſerebitur ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum. Non enim humiliavit ex corde ſuo, & abjecit filios hominum.* Humiliatio & abjectio, ac repulſa; quæ à Deo in nos venit, non eſt ex corde, ac voluntate ſua ad perpetuum, nec eſt æterna ex ſe; & cur hujuſmodi abjectio, & repulſa non eſt æterna? quia ipſa humiliatio ac

*Ex pœna ac amputatione aperitur ſalus.*

*Thren. 3. Pœna à Deo ſæpe non ex ira, ſed ex miſericordia.*



Rupert. abjectio habet vim nos erudiendi, ac reducendi ad Deum. Rupert lib. 1. in Ierem. cap. 69. ait. *Ex corde ſuo non humiliavit, non totum ex ira prodiit, quod humiliavit, vel abiecit, ſed utiliter laboribus nos erudit ſicut ſcriptum eſt: flagellat omnem filium, quem recipit*: Tota humiliatio, quæ à Deo venit, non eſt ex ira, ſed ſæpe ex pietate, ut laboribus nos erudiat, & reducat ad ſe, utiliter laboribus nos reducens.

9. Apoc. 1. Apoc. 12. n. 9. Scribitur: V*enit ad me unus de ſeptem Angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis noviſſimis, & locutus eſt mecum, dicens: Veni oſtendam tibi ſponſam, uxorem Agni.* Ad quæ ingenioſè notat Andr. Cæſar. Quiſnam eſt iſte Angelus, qui Ioann. ad civitatem cœleſtem ducit, & ad feliciſſimas nuptias diviniſſimi Agni? Angelus nempe, ille unus ex eis qui habebat ſeptem plagas plenas ira Dei. Sic citatus Auct. c. 66. *Qui enim cladem promeriti & plagam ante irrogaverat, nunc Eccleſiæ benedictionem Theologo demonſtrat*: Idem, nempe, Angel. qui delinquentibus in Eccleſia pœnas intulerat; idem benedictiones, ac felicitates in ipſa Eccleſia demonſtrat; ſic enim ex plagis, ac cladibus exceptis facillimè devenitur ad juſtitiæ fructus, ut in Chriſto vivamus.

*Ex ira ſæpe venitur ad cladem.*

*Andr. Cæſar.*

10. Ierem. 13. Septuag: Ait Ierem. ad Deum 1. n. 10. *Virgam vigilantem ego video*: Septuag. legunt: *Ego video virgam amygdalinam*: Et unde venit, quod virga vigilans ad puniendum vertatur, & appareat amygdala? & cur in hac potius quàm in alia arbore? amygdala in ſuis floribus, ac fructibus producendis maximè manicat: Cur ergo virga, quæ ſupplicia, & clades denunciabat populo amygdala apparet? quia ſæpe ex pœnis, & ſupplicis illatis citiſſimè flores, ac fructus pullulãt; ſic ſæpe Deus pœnas infert, ut ad fructus juſtitiæ reducat. D. Paulin. agens de plagis inflictis Melaniæ. ait: *Tanta eſt ſummi Patris pietas, ut etiam ira ejus ex miſericordia ſit, & ideo caſtigat, ut pariat ſanctam quoque iſtam, non quia infidelem haberet, ſed ut perfectam redderet paterna pietate corripiens, in miſericordia verberavit tentationibus, ut patientia coronaret.*

*Aliquando virga juſtitiæ convertitur in florem miſericordiæ.*

*D. Paulin.*

## QUÆSTIO III.

### *Quare palmes qui non manet in Chriſto de futuro dicitur quod mittetur in ignem & de præſenti, quod ardet?*

11. AIt Chriſtus D. n. 6. *Si quis in me non manſerit* (per fidem, nempe, charitate formatam) *mittetur foras, ſicut palmes*: inutilis, nempe, *& areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent & ardet*: *M*axime expendendum eſt, cùm de futuro dicatur: *Colligent eum, & mittent*: de præſenti ſcribitur, *& ardet*, cùm potiùs juxta connexionem verborum videbatur dicendum; & ardebit: ut tempora ſibi cohæreant.

12. Toletus. Card. Tolet. in ſuo commentario, ſic reſpondet: *Et ardet; unico verbo, duo exprimuntur. Unum eſt vehementia ignis miſſus, citiſſimè ardet, ut non tam verè dixeris, ardebit, quám, ardet. Ita mali immiſſi ardent: Tanta enim eſt vehementia illius ignis, ut ſine mora ardeat: nam ſolet ignis lentus calefacere ligna prius, quàm inflammare, ut ardeant: at quando vehementiſſimus ſit, ſtatim ardent; ſicut ſiccæ ardere ſtatim ſolent: hæc vehementia ſignificatur verbo præſenti. Alterum eſt duratio, ardet ſine fine, non ad tempus, ſed in perpetuum.* Non dicitur de futuro ardebit, ſed de præſenti ardet, ob perpetuitatem illius ignis qui perpetuo tanquam in præſenti ardet, vel ob magnam vehementiam illius ignis, qui ita rapidus eſt, ut potius dicatur de præſenti, ardet; quàm de futuro, ardebit, quod maximè verum in cogitatione, ac recordatione illius, qui magno pere conceptus à viris magnis illius horrore, ac imaginatione tenaciſſima, veluti ardet. Præclarà D. Bern. ſerm. ad Fratres de Monte Dei ait: *Sicut dicit Pſalmiſta: Deſcendant in infernum viventes, videlicet, ne deſcendant morientes. Hoc enim modo ſæpe cellarum incolæ in infernum deſcendunt: ſicut enim aſſiduè contemplando reviviſcere amant gaudia cæleſtia, ut ardentius ea appetant, ſic dolores inferni, ut horreant, & refugiant.*



*Ignis inferni ardeat modo, ut non ardeat in futuro.*

*D. Bernard. Pſ. 54. n. 16.*

13. Pſal. 38. Chaldaic. Ait Regius Vates Pſal. 38. n. 4, *Concaluit cor meum intra me. & in meditatione mea, exardeſcet ignis* Chaldaicus: *ebullit cor meum in corpore meo*: tanquam per vehementiam horroris cor commoveri, & labefactari videatur, tanquam ſi à loco ſuo commoveatur. D. Hieron. ſic exponit? *& in meditatione mea incenſus ſum igne*: Sic enim vivax illa flamma vivaciter inflammat, ac incendit cor meum meditatione, ac cogitatione, ac ſi gehennæ ſcintillis acriter exardeſceret. Theodor. *Mærore ignis ardebam* Quid ergo deinde facit Propheta tanto igne inflammatus, ac perterritus? Subdit n. 5. *Locutus ſum in lingua mea, notum fac mihi, Domine, finem meum.* Iam ex meditatione venit ad orationem, ac locutionem. *Locutus ſum in lingua mea:* Et quid loquitur, ac poſtulat à Deo. *Notum fac mihi Domine finem meum*: ut cognoſcat, ac ſciat, an finis vitæ ſuæ futurus ſit in juſtitia, ut explicat D. Chryſoſt. ibi. *Ut quid peregre eſt profecturus, & coram juſto judice ſiſtendus*, Utque ab ipſo habeat reportare ſententiam præmiis, ac meritis, ut inde à tanto terrore, ac horrore gehennalis ignis liberetur, ne tanta cogitatione, ac metu torqueatur.

*D. Hieron.*

*Theodor.*

*Ignis inferni cogitatus maximè ardet, & inflammat animam.*

*D. Chryſoſt.*

14. Secundò: *Mittent in ignem, & ardet*: De præſenti ait: *Ardet*: quia ipſa pœna peccati non ſolum in futuro; ſed etiam in præſenti peccatores inflãmat, ſuccendit, ac comburit. Sic ignis Babylonicus non ſolùm cuſtodivit ſanctos tres pueros in fornace, ſed etiam eorum tortores, ac Dei inimicos: *Erumpit, & incendit, quos reperit juxta fornacem de Chaldæis*: Dan. 3. n. 48. Cùm Ieremias interrogaretur à Deo quid videbat, ait: *Ollam ſuccenſam ego video*: c. 1. n. 11. per ollam ſuccenſam, Interlinealis, D. Hiero. Theodoret. intelligunt Regem Babyloniæ, vel diabolum, qui ſynagogã Iudæorum non ſolùm ſuccendit in futuro ſæculo, ſed etiam in præſenti in generali illa devaſtatione Ieroſolymæ. Aliter & maximè in rem noſtram explicat D. Greg. lib. 18. Moral. c. 11 & ait: *Olla ſuccenſa, eſt cor hominum, ſæcularium curarum ardoribus deſideriorumque anxietatibus fervens, qui à facie Aquilonis ſuccenditur, id eſt, diaboli ſuggeſtionibus inflammatur; Ipſe enim vocari nomine Aquilonis ſolet, qui dixit: ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis Iſai. 14.*

*Infernalis ignis peccatores etiam adurit & incendit in vita.*

*Daniel. 3. Ierem. 1. Interlin. D. Hieron. Theodor. D. Gregor.*

115. Peccatori ſemper in hæc vita eſt labor, inquietudo, ac ſolicitudo. Peccatores convocans ad ſe Chriſtus D. ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Matth. 11. n. 29. Quos vocat Chriſtus peccatores nempe, qui maximà in ſuis deliciis, ac oblectationibus, & jucunditatibus ſe ingurgitabant, in quonam erat eorum labor, ac onus, quod ad illum excutiendum Chriſtus eos vocat ad ſe, in *ipſiſmet* incunditatibus, ac oblectationibus peccaminoſis erat eorum ſúmus labor, ac onus quæ experitur peccator in ſe, ac anima ſua. *D.* Baſil. Sel. orat. 29. ait: *Hujus vocis hereditatem obtinuit Apoſtolor. cætus, hanc in manibus habentes; non inflatâ tubâ cœlum hominibus pervium reddiderunt, terras integras pervaſit ea vox, ſive vi captæ ſunt civitates.* Convenit ad Chriſtum univerſæ civitates in ſuis oblectationibus, invenientes, & agnoſcentes laborem, ut ſub Chriſto requieſcant, & levamen habeant.

# CAPUT XVI.

1. HÆc locutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini. 2. abſque ſynagogis facient vos: ſed venit hora, ut omnis qui interficit, vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. 3. Et hæc facient vobis: quia non noverunt Patrem, neque me 4. Sed hæc locutus ſum vobis, ut cùm venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis: Hæc autem vobis ab initio non dixi quia vobiſcum eram. 5. Et nunc vado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me quò vadis? 6. ſed quia hæc locutus ſum vobis triſtitia implevit cor veſtrum. 7. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam: ſi enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos. 8. Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de juſtitia. & de judicio. 9. De peccato quidem, quia non credunt in me. 10. De juſtitia verò: quia ad Patrem vado: & jam non videbitis me. 11. De judicio autem: quia princeps hujus mundi jam judicatus eſt. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. 13. Cùm autem venerit ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur à ſemetipſo: ſed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annuntiabit vobis. 14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. 15. Omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt; propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. 16. Modicum & jam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem. 17. Dixerunt ergo ex diſcipulis ejus adinvicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem? 18. Dicebant ergo Quid eſt hoc, quod dicit: modicum? Neſcimus quid loquitur. 19. Cognovit autem Jeſus quia volebant eum interrogare: & dixit eis, de hoc quæritis inter vos, quia dixi vobis, modicum, & non videbitis me. 20. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. 21. Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora ejus: cùm autem pepererit, jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum, 22. Et vos igitur, nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis 23. Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. 24. Uſque modo non petiſtis quicquā in nomine meo, Petite, & accipietis: ut gaudium veſtrum ſit plenum. 25. Hæc in proverbiis locutus ſum vobis. Venit hora cùm jam non in proverbiis loquar vobis, ſed palam de Patre annuntiabo vobis 26. In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis. 27. Ipſe enim Pater amat vos quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia ego à Deo exivi 28. Exivi à Patre, & veni in mundum iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. 29. Dicunt ei diſcipuli ejus, ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. 30 Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi ut quis te interroget in hoc credimus quia à Deo exiſti. 31. Reſpondit eis Jeſus: modo creditis. 32. Ecce venit hora & jam venit, ut diſpergamini unuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis: & non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt. 33. Hæc locutus ſum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite, ego vici mundum.





*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Prædicit Chriſtus: imminentes perſecutiones; quod explicavi tom. 5. lib. 7. c. 16. à q. 6. contra quas à Verſ. 5. ait, quòd ipſe vadit, & mittet Spiritum S. qui arguet mundum de peccato, de juſtitia, & de judicio, ut Chriſtum clarificet: de quo dixi citato lib. 7. c. 17.

*Secundò Verſ.* 16 Modicum, ait. Non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, illud que explicat; quod expendi tom. 5. lib. 7. cap 18.

*Tertio Verſ.* 23. Ait, quod ſi quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis: ac tandem ſubdit: *Preſſuram habebitis, ſed confidite ego vici mundum.* de quo dixi citato lib. 7. c. 19.

# CAPUT XVII.

1. HÆc locutus eſt Jeſus: & ſublevatis oculis in cælum, dixit, Pater venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. 2. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, ut omne, quod dediſti ei, det eis vitam æternam, 3. Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. 4. Ego te clarificavi ſuper terram opus conſummavi quod dediſti mihi ut faciam. 5. Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quam habui prius quàm mundus eſſet apud te. 6. Manifeſtavi nomen tuum hominibus quos dediſti mihi de mundo, (tui erant, & mihi eos dediſti) & ſermonem meum ſervaverunt. 7. Nunc cognoverunt quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt: 8. Quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognoverunt verè, quia à te exivi, & crediderunt quia tu me miſiſti. 9. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. 10. Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt & clarificatus ſum in eis. 11. Et jam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt & ego ad te venio. Pater ſancte ſerva eos in nomine tuo quos dediſti mihi, cuſtodivi: & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis, ut ſcriptura impleatur. 13. nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis: 14. Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. 15. Non rogo ut tollas eos de mūdo, ſed ut ſerves eos à malo 16. De mūdo non ſunt ſicut & ego non ſum de mundo. 17. Sanctifica eos in veritate: ſermo tuus veritas eſt 18. Sicut tu me miſiſti in mundum & ego miſi eos in mundum. 19. Et pro eis ego ſanctifico me ipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me: 21. Ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint: ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. 23. Ego in eis, & tu in me, ut ſint conſummati in unum: & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. 24. Pater quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum, ut videant claritatem meam quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. 25. Pater Juſte, mundus te non cognovit, ego autem te cognovi, & hi cognoverunt, quia tu me miſiſti. 26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam ut dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit, & ego in ipſis.

*ARGUMENTUM cum Remiſſionibus.*

*Primo Verſ.* 1. Chriſtus D. tanquam optimus Parens moriens poſt largum ſermonem à c. 13. huc uſque cum ſuis Apoſtolis, tanquam chariſſimis filiis, eis exhortationem, ac conſolationem dans, tandem ſermonem concludit cum oratione, qua eos ſuo Patri commendat;

rogatque etiam pro ſua, ac Patris clarificatione, ut expendi tom. 5. lib. 7. c. 20.

*Secundò Verſ.* 9. Pro ſuorum diſcipulorum cuſtodia, ſalute, ac conſervatione orat Chriſtus de quo eodem c. 20.

*Tertiò Verſ.* 20. Etiam orat Chriſtus pro iis, qui per Apoſtolor, prædicationem credituri ſunt in ipſum, ut Divin. Pater eos ſervet à malo, & ut omnes ſint unum, ac etiam ut cognoſcat mundus ipſum eſſe miſſum à Patre: De quo eodem c. 20.

# CAPUT XVIII.

1. HÆc cùm dixiſſet Jeſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans Torrentem
Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipſe, & diſcipuli ejus. 2. Scie-
bat autem & Judas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jeſus conve-
nerat illuc cum diſcipulis ſuis 3. Judas ergo cùm accepiſſet cohortem, & à Pontifi-
cibus, & Phariſæis miniſtros: venit illuc cum laternis & facibus & armis 4. Jeſus
itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper ſe, proceſſit, & dixit eis, quem quæ-
ritis? 5. Reſponderunt ei, Jeſum Nazarenum. Dicit eis Jeſus, ego ſum. Stabat au-
tem & Judas qui tradebat eum cum ipſis. 6. Ut ergo dixit eis Ego ſum, abierunt re-
trorſum, & ceciderunt in terram. 7. Iterum ergo interrogavit eos, Quem quæritis
illi autem dixerunt: Jeſum Nazar. 8. Reſp. Jeſus dixi vobis, quia ego ſum, ſi ergo
me quæritis, ſinite hos abire. 9. Ut impleretur ſermo, quem dixit: Quia quos dedi-
ſti mihi non perdidi ex eis quemquam. 10. Simon ergo Petrus habens gladium e-
duxit eum: & percuſſit pontificis ſervum: & abſcidit auriculam ejus dexteram.
Erat autem nomen ſervo *Malchus*. 11. Dixit ergo Jeſus Petro: Mitte gladium tuum
in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater non bibam illum? 12. Cohors ergo
& tribunus & miniſtri Judæorum comprehenderunt Jeſum, & ligaverunt eum: 13.
Et adduxerunt eum ad Annam primùm. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Ponti-
fex anni illius. 14. Erat autem Caiphas, qui conſilium dederat Judæis, quia expedit
unum hominem mori pro populo. 15. Sequebatur autem Jeſum Simon Petr. & alius
diſcipulus; Diſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introivit cum Jeſu in atriũ
Pontificis. 16. Petrus autẽ ſtabat ad oſtiũ foris: exivit ergo diſcipulus alius, qui erat
notus Pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrũ 17. Dixit ergo Petro ancilla oſ-
tiaria, Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille, non ſum. 18. Stabant
autẽ ſervi, & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autẽ cum
eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe. 19. Pontifex ergo interrogavit Jeſum de diſci-
pulis ſuis & de doctrina ejus. 20. Reſpõdit ei Jeſus, Ego palam locutus ſum mundo,
ego ſẽper docui in ſynagóga, & in templo quo omnes Judæi conveniunt, & in oc-
culto locutus ſum nihil. 21. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid
locutus ſum ipſis, ecce hi ſciunt quæ dixerim ego. 22. Hæc autẽ cùm dixiſſet, unus
aſſiſtens miniſtrorum dedit alapã Jeſu, dicens: ſic reſpondes Pontifici? 23. Reſpond.
ei Jeſus, ſi male locutus ſum teſtimonium perhibe de malo: Si autem bene, quid
me cædis? 24. Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem 25. Erat au-
tem Simon Petr. ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex diſci-
cipulis ejus es? negavit ille & dixit: Non ſum. 26. Dicit ei unus, ex ſervis Pontifi-
cis, cognatus ejus cujus abſcidit Petr. auriculam: nonne ego te vidi in horro cum
illo? 27. Iterum ergo negavit Petr. & ſtatim gallus cantavit. 28. Adducunt ergo
Jeſum à Caipha in prætorium, erat autem manè: & ipſi non introierunt in præto-
rium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha. 29. Exivit ergo Pila-
tus ad eos foras & dixit: Quam accuſationem affertis adverſus hominem hunc? 30.
Reſponderunt & dixerunt ei, ſi non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus
eum. 31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos & ſecundùm legem veſtram
judicate eum. Dixerunt ergo ei Judæi: Nobis non licet interficere quemquã: 31.
Ut ſermo Jeſu impleretur, quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. 33.
Introivit ergo iterum in prætorium Pilat. & vocavit Jeſum, & dixit: Tu es Rex
Judæor. 34. Reſp. Jeſus, à temetipſo hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? 35. Reſ-
pondit



pondit Pilatus, nunquid ego Judæus ſum? gens tua, & pontifices tradiderunt te
mihi; quid feciſti? 36. Reſpondit Jeſus, Regnum meum non eſt de hoc mundo:
ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utique decertarent ut non tra-
derer Judæis: nunc autem regnum meum non eſt hinc. 37. Dixit itaque ei Pilatus:
Ergo rex es tu? reſpondit Jeſus, Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum,
& ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati: omnis qui eſt ex
veritate, audit vocem meam. 38. Dicit ei Pilatus: quid eſt veritas, & cùm hoc di-
xiſſet, iterum exivit ad Judæos, & dicit eis: ego nullam invenio in eo cauſam. 39.
Eſt autem conſuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in paſcha, vultis ergo di-
mittam vobis regem Judæorum? 40 Clamaverunt ergo rurſum omnes dicentes,
non hunc, ſed Barabbam; erat autem Barrabbas latro.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Deſcribit Evangeliſta Chriſti paſſionem, ac ejus comprehenſionem in horto. De quo egi to. 5. lib. 8. cap. 3. & ſupra Matth. 26.

*Secundò Verſ.* 13. Deſcribitur Jeſus apud Annam, verſ. 19. Alapam inflictam Jeſu verſ. 24. apud Caipham, quæ omnia explicavi tom. 5. lib. 8. c. 4.

*Tertiò Verſ.* 27. Trina Petri negatio; quam explicavi citato lib. 8. cap. 5. & ſupra Matth. 26.

*Quarto Verſ.* 28. Proponitur Jeſus coram Pilato, examenque ab ipſo Pilato factum; qui deprehenſa Jeſu innocentia, intẽdit eum liberare, quod expendi tom. 5. lib. 9. c. 7.

*Quintò Verſ.* 39. Proponuntur populo Jeſus & Barabbas; & populus pro Barabbas clamat. De quo egi cit. lib 8. c. 9.

# CAPUT. XIX.

1. TUnc ergo apprehendit Pilatus Jeſum, & flagellavit. 2. Et milites plec-
tentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti ejus: & veſte purpurea cir-
cumdederunt eum. 3. Et veniebant ad eum, & dicebant, Ave Rex Ju-
dæorum, & dabant ei alapas, 4. Exivit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: ecce ad-
duco vobis eũ foras, ut cognoſcatis quia nullam invenio in eo cauſam. 5. Exivit ergo
Jeſus portãs coronam ſpineam, & purpureũ veſtimentum. Et dicit eis: Ecce homo:
6. Cùm ergo vidiſſent eum Pontifices & miniſtri, clamabant dicẽtes: crucifige, cru-
cifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eũ vos, & crucifigite: ego enim nõ invenio
in eo cauſam. 7. Reſponderunt ei Judæi: Nos legem habemus, & ſecundùm legem,
debet mori, quia filium Dei ſe fecit. 8. Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem
magis timuit. 9. Et ingreſſus eſt prætorium iterum, & dicit ad Jeſum: Unde es tu? Je-
ſus autem reſponſum nõ dedit ei. 10. Dicit ergo ei Pilatus: mihi nõ loqueris? neſcis
quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? 11. Reſpõ-
dit Jeſus: nõ haberes poteſtatem adverſũ me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper,
propterea qui me tradidit tibi, majus peccatũ habet. 12. Exinde quærebat Pilatus
dimittere eum; Judæi autem clamabant, dicentes, ſi hunc dimittis, non es amicus
Cæſaris, omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. 13. Pilatus autem
cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Jeſum: & ſedit pro tribunali in loco,
qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraïcè autem Gabbatha. 14. Erat autem Paraſceve
Paſchæ hora quaſi ſexta, & dicit Judæis: ecce rex veſter. 15. Illi autem clamabant:
Tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? reſponderunt
Pontifices: non habemus regem, niſi Cæſarem 16. Tunc ergo tradidit eis illum
ut crucifigeretur. Suſceperunt autem Jeſum, & eduxerunt. 17. Et bajulans ſibi
crucem exivit in eum qui dicitur Calvariæ locum, Hebraicè autem, Golgo-
tha. 18. Ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc, & hinc: medium au-
tem Jeſum. 19. Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat au-
tem ſcriptum, Ieſus Nazarænus rex Judæorum. 20. Hunc ergo titulum multi
Judæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus eſt Jeſus. Et
erat ſcriptum Hebraïcè, Græcè, & Latinè. 21. Dicebant ergo Pilato Pontifices
Judæorum

Judæorum, noli ſcribere, rex Judæorum : ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Judæorum 22. Reſpond. Pilatus, quod ſcripſi, ſcripſi. 23. Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta ejus, (& fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, de ſuper contexta per totum. 24. Dixerunt ergo ad invicem: non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cujus ſit: ut ſcriptura impleretur, dicens : partiti ſunt veſtimata mea ſibi, & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. 25. Stabant autem juxta crucem Jeſu mater ejus, & ſoror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene, 26. Cùm vidiſſet ergo Jeſus matrem & diſcipulum ſtantem quem diligebat, dicit matri ſuæ : Mulier ecce filius tuus. 27. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua, 28. Poſtea ſciens Jeſus, quia omnia jam conſummata ſunt, ut conſummaretur Scriptura, dixit, ſitio. 29. Vas ergo erat poſitum aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. 30. Cùm ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit, conſummatum eſt. Et inclinato capite tradidit Spiritum. 31. Judæi ergo (quoniam Paraſceve erat) ut non remanerent in cruce corpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. 32. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. 33. Ad Jeſum autem cum veniſſent ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura. 34. Sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuò exivit ſanguis & aqua, 35. Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimoniū ejus. Et ille ſcit quia vera dicit, ut & vos credatis. 36. Facta ſunt enim hæc ut Scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. 37. Et iterum alia ſcriptura dicit : videbunt in quem transfixerunt, 38. Poſt hæc autem rogavit Pilatum Joſeph ab Arimathæa (eo quod eſſet diſcipulus Jeſu, occultus autem propter metum Judæorum) ut tolleret corpus Jeſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Jeſu. 39. Venit autem, & Nicodemus, qui venerat ad Jeſum nocte primum ferens miſturam myrrhæ & aloës quaſi libras centum. 40. Acceperunt ergo corpus Jeſu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Judæis ſepelire. 41. Erat autem in loco ubi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. 42. Ibi ergo propter Paraſcevem Judæorum, quia juxta erat monumentum, poſuerunt Jeſum.

*ARGUMENTUM CUM Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Chriſtus Jeſus flagellatur. De quo dixi tom. 5. lib. 8. cap. 10.

*Secundò Verſ.* 2. Chriſtus ſpinis coronatus oſtenditur populo à Pilato; de quo egi citato lib. 8. cap. 11. & ſup. Matth. 27.

*Tertiò Verſ.* 8. Pilatus intendens Chriſtum liberare timore populi, ac Cæſaris eum tradit Judæis ad crucifigendum; Quod hîc eſt expendendum.

*Quart. Verſ.* 17. Bajulans Jeſus crucem exiit in Montem Calvarium; quod expendi lib. 8. citato cap. 12.

*Quarto Verſ.* 18. Crucifigitur Jeſus inter duos latrones. Explicavi tom. 5. lib. 8. cap. 13. & ſupra Matth. 27.

*Sextò Verſ.* 19. Scribit Pilatus titulum in cruce; milites ſortem mittunt ſuper veſtem. De quo dixi citato lib. 8. cap. 14.

*Septimò, Verſ.* 25. Jeſus Joanni Matrem commendat; quod expendi tom. 5. lib. 8. c. 17. de Doloribus, ac deſideriis Virginis, dixi eod. citato lib. 8. c. 22. de quibus hîc infra.

*Octavo, Verſ.* 28. Clamat Jeſus, ſitio; Deinde verſ. 30. conſummatum eſt; quod explicavi citato lib. 8. cap. 18.

*Nono, Verſ.* 34. Lancea latus aperitur, & exit ſanguis & aqua : de quo eod. lib. 8. c. 20. & etiam infra.

*Decimo, Verſ.* 38. Joſeph & Nicodemus Jeſum ungunt, & in monumento novo ſepeliunt. Expendi citato lib. 8. cap. 21. & ſupra Matth. 27.

*Pilatus metu populi, ac Cæſaris tradit Jeſum Judæis ad crucifigendum.*

*Joan.* 19. *n.* 8. Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem magis timuit.

*Num.* 9.



*Num.* 9. Et ingreſſus eſt prætorium iterum: & dixit ad Jeſum: unde es tu? Jeſus autem reſponſum non dedit ei.

*Num.* 10. Dicit ergo ei Pilatus : mihi non loqueris; neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te & poteſtatem habeo dimittere te.

*VERSIONES.*

*Syriac. n.* 8. Pilatus cùm audiſſet hunc ſermonem, auxit timorem.

*Æthiopic. n.* 9. Et introivit conventum.

*Syriacus n.* 10 Mihi non loqueris? non ſcis tu, quid poſſum ego ut dimittam te.

*Arias.* Auctoritatem habeo crucifigere te, & abſolvere te.

*D. Auguſtinus.* Poteſtatem habeo occidendi te.

*Æthiopic.* Poteſtas eſt mihi ut ſervem te.

*EXPOSITIO I.*

1. CUM Pilatus ob importunas, ac iniquas inſtantias Judæorum eis dixiſſet : *Accipite eum vos & crucifigite : ego enim non invenio in eo cauſam, Reſponderunt Iudæi. Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.* Ita refert N. Evangeliſta hoc cap. 19. n. & 7. quæ ſatis explicavi tom. 5. lib. 8. c. 11. Expoſit. 4 q. 13. 14. 15. & 16. Ubi circa hæc aliquas difficultates expendi.

2. Subdit Evangeliſta : *Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem* : quod ipſe, nempe, dicebat. ſe eſſe filium *Dei*, magis timuit; & maximè iniquitas Iudæorum decepit eos ad inſtigandū Pilatum, ut Chriſtum crucifigeret, clamant, quod ipſe de ſe dicebat eſſe filium *Dei*: & inde magis timuit; ait Lyranus, non propter legem Iudæorum, quam non obſervabat, ſed ne verum eſſet ſibi oblatum eſſe verè filium Dei, & factum enorme feciſſet ipſum flagellando; quia, ut ait Noſter D. Cyrillus lib. 12. cap. 20. Pilatus ut pote gentilis multitudinem deorum credebat, qui etiam cum hominibus habebant conſuetudinem; inde facile potuit ſuſpicari, quod Chriſtus, quamvis homo, alicujus Dei eſſet filius; & exinde interrogat, *Unde es tu?* Ex qua, nempe, gente, origine, parentibus, & quo loco natus, ut inde magis ſuam opinionem, ac ſuſpicionem poſſet deponere, vel confirmare.

Lyran.

D. Cyril.

3. *Et ingreſſus eſt prætorium iterum*: Nempe, tribunal, & locum judicii, ut ita ſolus cum Ieſu magis veritatem poſſet cognoſcere extra tumultum Judæorum; & dixit ad Ieſum: *Unde es tu?* ex qua, nempe, gente, ac origine, ut jam dixi: *Ieſus autem reſponſum non dedit ei* : Ipſe autem indignus erat reſponſo ob ſuam ſuperbiam, & inde incapax cognitionis *Divinorum* myſteriorum; de quo quæſtione ſequenti.

4. *Dixit ergo ei Pilatus : Mirabatur de ejus taciturnitate in cauſa capitali, & ait : *Mihi non loqueris?* tanquam ſi dicat; mihi ſaltem debes reſpondere : *quia poteſtatem habeo crucifigere te, & dimittere te.* Verba plena nequitiâ ac ſuperbia, quia non pro Juſtitia, ac ratione, ſed pro ſua voluntate diſponebat damnare, vel abſolvere : de quo q. 2.

QUÆSTIO I.

*Quare Chriſtus D. noluit reſpondere Pilato interroganti?*

INterrogavit Pilatus Chriſtum D. *Unde es tu? Jeſus autem reſponſum non dedit ei* : Ad quam difficultatem ſic primò D. Chryſoſtom. homil. 83. quia ait Chriſtus D. jam ei aperuit quiſnam eſſet, ei dicens? *Regnum meum non eſt de hoc mundo* : Et iterum : *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati; & omnis, qui eſt ex veritate audit vocem meam.* Ioan. 18. n. 36. & 37. Ex quibus ſubdit Chryſoſtomus. debebat, nempe, Pilatus *reſiſtere, & eripere eum, hoc quidem non fecit, ſed ſecutus eſt Iudaicum impetum. Propterea noluit ei reſpondere quia inaniter interrogabat* : Ubi verba, & rationes non proficiunt, non ſunt ultra proferendæ, ne in vanum ac vacuum repetantur. Secundò, idem Chryſoſtomus ait : *Aliter operibus teſtantibus, ei nolebat per ſermones reſpondere, & excuſationes componere.* Ubi opera dant teſtimonium, ſuperflua ſunt verba & qui operibus non acquieſcit minimè contentus erit.

5. D. Chryſoſt.

Ioan. 18. *Verba non ſunt dicendæ ubi non proficiunt.*

Tertiò : tanquam Chryſoſtomo adhærens Lyranus, ait : quia Pilatus homo erat gentilis idololatra, ſpurcitia peccatorum plenus; & ſublimitatem divinæ generationis non valebat capere. Quartò, D. Athanaſius ſerm. de Paſſione & Cruce ſic ait : Nam ſi Dominus reſpondiſſet, ſuſpicaretur, quòd formidine, ac timore mortis id faciebat; ut oſtenderet ergo, quod mortem non timebat, nec eam evadere intendebat, quam vehementiſſimè exoptabat; nihil reſpondit Pilato.

6. Lyran.

D. Athanaſ. *Chriſtus non timebat mortem.*

Quintò : D. Auguſtinus tract. 116. in Ioan. ait, quòd in Iſaia ſcriptum erat cap. 53. *Tanquam Agnus coram tondente ſe obmutuſcet, & non aperuit os ſuum.* Ait Sanctus Doctor : *Noluit reſpondere data de hoc Agno ſimilitudine, ut in ſuo ſilentio, non reus, ſed innocens haberetur non ſicut malè ſibi conſcius, qui de peccatis convincebatur ſuis, ſed ſicut manſuetus, qui pro peccatis immolabatur alienis* : Non reſpondet, ut Prophetæ vaticinium de ſuo ſilentio adimpleretur, oſtendens quod non ſe ipſum defendebat multa verborum loquela ut faciunt rei; ac delinquentes, ſed ipſa ſua innocentia ſe defendebat, quæ ſupra omnem loquelam clamat, ac loquitur, & quod non propriis, ſed pro alienis ibat ad immolandum.

7. D. Auguſt.

*Innocentia pro ſe ipſa clamat ſuper omnem loquelam.*

Sextò : Noſter *D.* Cyrillus ſequenti quæſtione latius : dandus *Flatum Pilati*, ait, *tumentem deprimit* : cum ſuperbia, ac arrogantia interrogabat Pilatus, ut patet ex ſequentibus verbis ejus. *Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & dimittere te* : Et quia non ut humilis diſcipulus, ut diſceret veritatem interrogabat, ſed & ut ſuperbus Iudex quærebat ſuprema, & alta myſteria; quæ non niſi parvulis

8. D. Cyril.

*Superbus incapax ad Divina intelligenda.*

lis

lis, ac humilibus corde, revelantur; inde Dominus non reſpondit; illius ſuperbiam ad Chriſti doctrinam capeſſendam rejiciens, ac damnans.

9. Matth. 8. Refert D. Matthæus 8. n. 19. Accedens unus Scriba, ait illi: *Magiſter ſequar te, quocunque ieris: Et dixit ei Jeſus: Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.* Valde mirum! quòd Chriſtus D. qui ſectatores in mundo quærebat, quique omnes vocabat, ac invitabat ad ſui ſequelam, dicebat enim: *Venite ad me omnes:* tam nobilem, ac generoſum ſectatorem deſpiciat, & quantum colligo ex textu, nihil illi Chriſtus reſpondit, nec verba ad eum habet. Unde iſte ſic contemnitur? Nota illius verba præſumptionis plena: *Sequar te quocumque ieris:* Inde Dominus, qui pauperculos homines benignè admittebat, qui peccatorum, ac publicanorum ſocietatem requirebat, hunc præſumptuoſum graviter exhorruit, & in ſuâ Scholâ noluit ſocium habere, utpote valde ineptus, ac improportionatus ad ſuam doctrinam capeſcendam. D. Chryſol. ſerm. 19. ait: *Scribam Chriſtus non repulit volentem, ſed fingentem prodidit, & horruit præſumentem:* Et inde Chriſtus ad ejus ſuperbiam reprimendam de humilitate, ait *Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Vide multa verbo *Superbia*: tam in hoc, quàm in aliis meis libris.

*Præſumptuoſus indignus ad Chriſti doctrinam.*

D. Chryſol.

---

## QUÆSTIO II.

### *Quare tanta ſuperbia reſpondet Pilatus, quòd habeat poteſtatem crucifigendi, ac dimittendi?*

10. CUm Chriſtus D. Pilato non reſponderet, magna ſuperbia, ac arrogantia ait: *Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te?* Tanquam ſi dicat, quòd Judæis clamantibus non reſpondeas, non mirum; valde autem mirabile eſt, quòd mihi non loquaris; cùm poteſtatem habeam ad te crucifigendum, vel liberandum. In ſuis verbis ſe prodit, ac manifeſtat iniqua poteſtas, quòd prius ſit ad nocendum, ac crucifigendum, quàm ad liberandum, ac dimittendum; ſecus Divina potentia, de qua priùs prædicatur miſericordiæ pietas, quàm juſtitiæ rigor: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit, qui verò non crediderit condemnabitur,* Marc. ultimo.

*Iniqui poteſtas prius ad nocendum quam benefaciendum.*

Marc. ultim.

11. D. Chryſoſt. Primo ad quæſtionem *D.* Chryſoſtom. in Catena D. Thomæ, ſic contra eum arguit; & ait: *Vide qualiter ſe ipſum condemnavit, ſi enim in te totum pondus eſt, cujus gratia nullam cauſam inveniens, non abſolvis. Igitur adverſus ſe ipſum protulit ſententiam.* Ipſe Pilatus publicè fatetur quod nullam condemnationis cauſam invenit in eo; & ſimul fatetur ſe habere poteſtatem ad dimittendum, cur ergo non fecit, ut iniquus Iudex, vel timore correptus, vel quia aliis placere intendebat; ſic pergit D. Chryſoſtom. ait: *Oſtendens, quod non ſimpliciter ſed ſecundum aliorum conſequentiam hoc fit.* Iniquus quidquid loquitur contra ſe loquitur. Vide ſuprà Matth. 27. q. 6. n. 35. 36.

*Iniquus contra ſe loquitur.*

Secundò, *Mala poteſtas, licere, quod nocet, poteſtas iſta tenebrarum eſt.* O infamia, & diabolica poteſtas Pilati? quæ tota eſt ad nocendum, & malefaciendum; hæc enim poteſtas dæmonum eſt ad nocumentum, & damnum inferendum. Inde Iacob Geneſ. 49. n. 6. dicebat: *Simon, & Levi fratres, vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea.* Et cur magis vult gloriam ſuam alienam eſſe, ab his duobus fratribus, quàm ab aliis? Optimè ſanè; maximè optabat gloriam, ac nobilitatem ſui nominis, ac familiæ alienam: & ſegregatam eſſe ab his duobus fratribus; & meritò ſanè abhorret gloriam ſuam ab his duobus filiis; quia eorum tota fortitudo, ac valentia, & induſtria ſe explicavit in deſtructione, devaſtatione, ac occiſione Sichimitarum, nulli parcentes, ſed omnes à majori uſque ad minorem, ac parvulum, mira crudelitate opprimentes, ac vexantes. Gen. 34. n. 29. Et poteſtas ad inferendum damnum, & non ad benefaciendum abominabilis eſt Sancto Iacob. Lippomanus ait: *Mens mea ab eorum ſecreto abhorret conſilio, quo hujuſmodi facinora pertractaverunt, nunquam glorietur de eorum ſententia, ſicut impii gloriati ſunt juxta illud:* Qui gloriantur cum malè fecerint, &c. *Non periclitetur fama mea ex eorum conſortio, ne unquam cum illis videatur cuiquam violentus.* 12.

D. Ambroſ.

Gen. 49.

*Poteſtas rejicienda, quæ ad malum inferendum ordinatur.*

Gen. 34.

Lippoman.

Tertiò, idem D. Ambroſius lib. 5. Epiſt. 20. componens hæc Pilati verba: *Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te.* cum illo ſublimi & alto Chriſti pronuntiato: *Non poſſum à me facere quicquam, ſicut audio, & judico:* Ioan. 5. n. 30. Sic ait Sanctus Doctor: *Conſideremus quæ ſit judicandi religio. Dominus cœli, atque terrarum; Iudex omnium dicit:* Non poſſum à me facere quicquam, ſicut audio, & judico. Et *Homo dicit Domino ſuo:* Neſcis quia poteſtatem habeo dimittere, & crucifigere te? *Quare Dominus non poteſt? quia judicium meum juſtum eſt, non enim quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me id eſt non voluntatem hominis, quem viditis, ſed voluntatem divinam, quæ auctor legis, arbiterque judicii eſt.* Pilatus affirmat ſe habere poteſtatem faciendi, quod vult? Ieſus omnium Dominus ait, ſe non poſſe facere quidquam? Unde tanta differentia; Pilatus iniquus, & peſſimus; Ieſus optimus, & præclariſſimus judex; qui in ſententiis proferendis non exponebat id quod ſuum erat; ſed quidquid diſpoſitum, ac ordinatum erat à Patre Deo: At Pilatus peſſimus Judex non Deum, ſed propriam voluntatem attendebat, & inde turpiſſimè erravit, ut ponderat ipſe D. Ambroſ. ſerm. 20. in pſalm. 118. & ait: *Tua inquit, Pilate voce conſtringeris, tua damnaris ſententia, pro poteſtate igitur, & non æquitate crucifigendum Dominum tradidiſti; per poteſtatem abſolviſti latronem, auctorem verò vitæ interfeciſti:* In ſententia promulganda non propria voluntas, ſed Dei diſpoſitio eſt attendenda. 13.

D. Ambroſ.

Ioan. 5.

*In ſententia proferenda non propria voluntas, ſed Dei attendenda.*

D. Ambroſ.

Interrogatus Moyſes à ſocero ſuo Jethro quomodo ſe haberet cum populo in judicandis, 14.



dis, ac determinandis ejus cauſis, ac negotiis, ait: *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei:* Exod. 18. n. 15. Non dixit quærens deciſionem ac determinationem meam, ſed Dei? Bonus judex in ſententiis proferendis, non ſe, ſed Deum attendebat, in hiſque non propria voluntate, ſed Dei diſpoſitione, ac ordinatione ferebatur, ut magis ſententia videretur à Deo pronuntiata, quàm ab ipſo. Caietanus ibi ait: *Dixit Moyſes ſocero ſuo: ego juxta legem Dei & dictamen Spiritus Divini judico populum, & lites compono, & non juxta meos affectus, Ubi diſcendum, judicium nobis juſtum requirendum à Deo, cujus lex eſt, non noſtra.* In tribunali cauſa dijudicanda non aliud dictamen eſt expectandum, niſi Divinum, nec quiſquam ſua mente feratur, ſed juxta leges approbatas, in quibus lux Divini Spiritus incluſa cenſetur, ut nihil ſuum, in ſententiis appareat, ſed totum Divinum. Sic Daniel. 13. n. 55. Cum mendacem, ac luxurioſum ſenem deprehenderet, ait: *Ecce Angelus Dei accepta ſententia ab eo, Scindat te medium:* Expende illud: *accepta ſententia ab eo:* Quamvis Angelus Dei in manifeſto, ac notorio crimine non poſtulat ſententiam venire ab eo, ſed acceptam à Deo. Bonus judex non ſuam, ſed Dei pronuntiat ſententiam.

Exod. 18.

Caietan.

*Iudex ſententiam faciat manifeſtam non ſuam ſed Dei.*

Daniel. 13.

*Joan. 19. n. 11.* Reſpondit Jeſus: Non haberes poteſtatem adverſus me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.

*Num.* 12. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum: Judæi autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: Omnis qui ſe regem facit, contradicit Cæſari.

*Num.* 13. Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

### *VERSIONES.*

*Syrus. n.* 11. Non eſſet tibi in me poteſtas, ſi non eſſet tibi data de ſupernis, &c. ejus majus eſt peccatum, quàm tuum.

*Arabicus.* Niſi donatus fuiſſes deſuper.

*Arias.* Non haberes ullam auctoritatem in me.

*Perſicus.* Peccatum ejus majus peccato tuo eſt.

*Syrus. n.* 12. Obid noluit tradere, &c. ſi dimittis, inimicus es Cæſaris.

*Arabicus.* Es contrarius Cæſaris.

*Syriac. n.* 13. In loco, qui vocatur pavimentum lapidum.

*Arabicus.* Qui notus eſt nomine congeriei lapidum.

*Æthiopic.* Sedit in loco conventus.

*Perſicus.* In ſolio ſedit in loco, cui nomen ager lapideus erat, id eſt, galeria ſtratus.

*Perſicus Alter.* Sedit ſuper thronum in loco, qui ipſe Lithoſtrotos, id eſt, pavimentum dictus eſt.

### *EXPOSITIO IV.*

REſpondit Ieſus: Valde ſanè mirum! quod manſuetiſſimus Jeſus, qui ferociſſimos perſecutores ſubſtinuit, tacens Pilati ſuperbam præſumptionem, reſpondens, reprimit; ut ait D. Cyrillus Alexandr. hic *Flatum Pilati tumentem, adverſum Dei gloriam deprimit:* dicens: *Poteſtatem non haberes adverſum me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper.* Seu ut habet Græcus: *de ſupernis*: quia omnis poteſtas eſt à Deo, & ſingulariter, ac valde peculiariter poteſtas in Chriſtum omnium Dominum, data eſt à Deo Patre, ut perficiatur opus humanæ ſalutis, ac redemptionis, aliter ac ſi dicat Chriſtus: Nullo modo poteras exercere aliquam juriſdictionem in me, qui ſum innocens filius Dei, ab omni ſubjectione liber & ſuperior. 15.

D. Cyrill.

*Propterea qui me tradidit tibi majus peccatum habet:* Ad quid Chriſtus hæc hîc connectit cum illa particula *Propterea*? Rectè occurrit Chryſoſtomus apud Catenam, nam cum Pilatus audiret ſibi poteſtatem eſſe deſuper datam non inde ſe perſuadet quod ipſe immunis ſit à culpa? nam permiſſio à Deo Patre ſic data eſt, ut ipſe libera ſua voluntate Chriſtum tradidiſſet ad mortem; in quo licèt graviter peccaret, maius eſt peccatum Judæ, ac Judæorum, qui eum ad mortem tradiderunt: Quia ut ait D. Auguſtinus tract. 116. in Joan. *Illi me tuæ poteſtati tradiderunt invidendo; tu verò eandem poteſtatem in me exerciturus metuendo. Hominem occidere invidendo, multo majus malum, quàm timendo.* Admonuit Chriſtus Pilatum de ſuo peccato, qui ſe innocentem lavando manus prædicabat; in qua damnatione Pilatus graviter peccavit, & gravius perſecutores Judæi. 16

D. Chryſoſt.

D. Auguſt.

*Exinde quærebat Pilatus dimittere eum:* Sed ut habet Syriacus: *Noluit tradere:* quia audierat eum eſſe filium Dei, & ob ſcientem ei peccatum, ut patet ex proximè dictis: *qui me tradidit tibi maius peccatum habet.* Quod ipſe intellexit, & inde, ut ait D. Chryſoſt. homil. 83. ipſe Pilatus perterritus aliunde audita fama miraculorum Chriſti, & quia nullam mortis cauſam inveniebat in eo, volebat eum dimittere; quomodo autem hoc procuravit Pilatus? Evangeliſta non exprimit fortè aliqua verba pro Chriſto faciens ad populum: Unde ipſe populus 17.

Syriacus.

D. Chryſoſt.

Arabic. populus aliam cauſam proponit, ut Pilatum impellat ad Chriſtum crucifigendum: *Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris*: Arabic. *es contrarius Cæſaris*: Et ut pote, qui ſe regem facit crimen *læſæ* majeſtatis contra Cæſarem committit.

18. *Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones*: Supradictæ oppoſitioni ſuccumbit, & mutata iam ſententia de Chriſto liberando, reverens magis Cæſarem quam Deum; *Adduxit foras Jeſum*: Extra, nempe, prætorium, ubi manſerat, & aſcendit ad tribunal, ut Chriſtum condemnaret ad mortem. *Sedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè, Gabbatha*: Græcum

Significatum nominum. nomen eſt *Lithoſtrotos* id eſt *lapide ſtratus*: Hebræo verò corrupro dicitur *Gabbatha*: id eſt, *Excelſus*: Qui locus erat excelſus, ac politis

Andrichom. lapidibus ſtratus: de quo ſic ſcribit Andrichomus in Deſcriptione Jeruſalem. n. 115. *Tribunal ante erat domum Pilati editum, & judicio accommodatum, ubi Romani Præſides ſententiam ferre ſolebant*, &c. Ad Gabbatha multis marmoreis gradibus aſcendebatur; qui Romam tranſlati juxta Baſilicam Lateranenſem magna fidelium veneratione frequentantur; & vulga-

Scala Sanct. riter, Scala ſancta, dicitur.

---

## QUÆSTIO III.

*Quare audito clamore populi*: ſi hunc dimittis non es amicus Cæſaris: *Pilatus ſtatim Chriſtum D. tradit ad mortem?*

19. MAximè notandum, quòd Judæi omnem lapidem movent ad Chriſtum crucifigendum. Primò clamantes dicunt: n. 8. *Nos legem bonrdò filium Dei ſe fecit*: Subdit Evãgeliſta:

Difficultas. quæſitionis. *Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit*: Emphaſim habet illud *Magis*; ac ſi

D. Auguſt. dicatur, timuit prius legem, quàm ei objiciebant, ſed cùm filium Dei audivit *Magis timuit* occidere illum, quam Judæorum legem tranſgredi, ut ibi notat D. Auguſt. tract. 116. in Joan. Et ait: *Pilatus eorum legem non timuit, ut occideret, ſed magis filium Dei timuit, ut occideret.* At hic Præſidis timor ſtatim evanuit, cùm clamarunt: *Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris.* Verba ſunt Auguſtini: *Maiorem timorem ſe ingerere putarunt Judæi Pilato, ut occideret Chriſtum, quàm ubi dixerunt. Nos legem habemus, & ſecundùm legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.* Effectus probavit, quòd maiorem timorem ingeſſerunt: Nam audito verbo: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris*: Pilatus cùm audiſſet hos ſermones, ſedit pro tribunali, & Chriſtum tradit ad mortem.

20. Reſpondet primò idem D. Auguſtinus ho-

D. Auguſt. mil. 5. de Paſſione, & ſic ait: *Maiorem timorem ſe ingerere putarunt Judæi Pilato terrendo*

Apud homines potius prævalet offenſa Regis, quam Dei. *de Cæſare, ut occideret Chriſtum, quàm ſuperius ubi dixerunt: Nos legem habemus, & ſecundùm legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.* Viderunt Judæi pilatum timore correptum ad Chriſtum occidendum, quia audierat ipſum filium Dei dici, inde efficaciùs telum adverſus eum proponunt, Cæſaris, nempe, offenſam, pro certo habentes, quòd efficaciùs commoveretur Regis injuria, quàm Dei offenſa: Unde conſequens erat, ut audito nomine Cæſaris Innocentiſſimus JESUS apud iniquum judicem malè haberet; & ita nomine Cæſaris audito abſque alio verbo ſententiam capitalem profert Pilatus contra Diviniſſimum Agnum. Quod etiam notavit *D.* Leo ſerm. 8 de D. Leo.

Paſſione. *Exceſſit quidem Pilati culpam facinus Iudæorum qui illum nomine Cæſaris territum, & invidioſis vocibus increpatum ad effectum ſui ſceleris impulerunt.*

Secundò; Noſter D Cyrill. Alexand. lib. 12. 21.

in Joan. cap. 7. ſic ait: *Adverſum Cæſarem Ieſum feciſſe, aiunt principatum Iudææ ab illo in ſe rapere ſtudentem, & regni gloriam in ſe transferentem malitioſé nimium id calumniati ſunt, non ignorantes Pilatum etiam invitum citius facturum, quòd vellent, ut ipſe tutius viveret, ac præſideret.* Fingunt Iudæi Ieſum velle uſurpare Cæſaris regnum, & nullum probabile teſtimonium ficté componunt apud Præſidem, qui multis adhibitis teſtimoniis cauſas aliorum examinabat. Cur ergo audent crimen rebellionis in Cæſarem ſine ulla probatione proponere? Plane in hoc rebellionis crimine multum intererat Præſidis negotium; qui neceſſario caderet, cadente Cæſare; & magna confidentia ſperabant trahendum judicem in ſententiam capitalem, adverſus etiam improbabile delictum: Ex quo tantum illi poterat provenire lucrum, vel damnum. *Pilatum etiam invitum, citius facturum, quod vellent, ut ipſe tutius viveret, ac præſideret.* Pro certo habebant ſententiam extorquendam à Pilato, in qua tantum ejus negotium periclitabatur.

D. Cyrill.

*Nihil reſpuit homo, ubi ſuum lucrum intereſt.*

Regum narrat hiſtoria cap. 16. n. 34. quod etiam ſtante imprecatione prophetica magni ducis, ac bellatoris Dei Ioſue ſuper reædificationem Iericho, ut qui eam inſtaurare auderet, omnibus ſuis filiis deſtitueretur: Sic enim Ioſue Spiritu Dei plenus maledixit: *Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitaverit, & ædificaverit civitatem Iericho. In primogenito ſuo fundamenta illius iaciat, & in noviſſimo liberorum ponat portas ejus.* Ioſue 6. n. 26. & contempta tali maledictione, eam reſtaurare, ac reædificare audet Hiel. Sic ait Sacer Textus 3. Reg. 16. n. 34. Quod *in diebus ejus*: (ſcilicet Acab) *ædificavit Hiel de Bethel Jericho*: Nec hoc factum eſt impunè; nam ſtatim in filio ſuo expertus eſt imprecationem Joſue, ut adnotat Scriptor Canonicus citato loco, 3. Regum.... *In Abiram primitivo ſuo fundavit eam, & Segub noviſſimo ſuo poſuit portas ejus, juxta verbum Domini, quod locutus in manu Ioſue*: Unde potuit cadere tanta audacia in pectus humanum, ut contra diram imprecationem promulgatam Dei nomine per Ioſue, ejus veritatem compertam, morte ſuorum filiorum; tamen non deſtitit, ſed adhuc proſequitur in ædificatione civitatis? Movebatur ad ædificandam civitatem proprio affectu, ac commodo, ut eſſet princeps, ac dominus civitatis, & ob lucrum, ac proprium commodum Dei monita, aperta experientia agnita contemnebat, & mortem filiorum pro nihilo habebat. Abulenſ. ad 3. Reg. cap. 16. q. 23. ad finem, ait: *Hiel tanto ardore*

22.

Ioſue. 6.

3. Reg. 16.

*Ob lucrum contemnuntur humana ac divina.*

Abulenſ.



*ardore afficiebatur ad ædificandam terram illam, ut ipſe eſſet Dominus ejus, qui proponebat illam filiis*: Et etiam Deo, ac ejus monitis.

23. Ait Chriſtus D. ad Phariſæos Joan. 5. n. 44.

Joan 19. *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis; & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis.* Cùm animus excitatur ad captandam

*Ob humanam gloriolam relinquitur Deus.* gloriam; & honorem ex hominibus, ſtatim à divinis evacuatur affectus, nempe, humani applauſus; quæ Dei ſunt contemnens, D. Cyrill. lib. 3. in Joan. cap. 7. *Hæc inanis gloria cu-*

D. Cyrill. *piditate, optimæ rei, fidei, videlicet, in eum jacturam illos facere oſtendit.*

*Ioan.* 19. *n.* 14. Erat autem Paraſceve Paſchæ hora quaſi ſexta, & dixit Judæis: Ecce Rex veſter.

*Num.* 15. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum: Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices: non habemus regem niſi Cæſarem.

*Num.* 16. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur, ſuſceperunt autem Jeſum, & eduxerunt.

### VERSIONES.

*Perſic. n.* 14. Erat præparatio paſchæ.

*Æthiopic.* paraſceve tempore meridiano.

*Nonus.* Die ante Sabbathum.

*Syriacus*, Erat autem circiter hora ſexta.

*Arabic. Rom.* Erant ſex horæ.

*Perſic. n.* 15. Magnates & Sacerdotes vociferati ſunt.

*Æthiopicus.* Regem veſtrum ſuſpendã.

*Syriacus.* Non eſt nobis Rex niſi Cæſar.

*Æthiopic. n.* 16. Tunc tradidit illum, ut ſuſpenderetur ſecundùm voluntatem eorum.

*Syriacus.* Ut crucifigerent eum,

*Arabicus.* Itaque ſumpſerunt eum.

*Euthym.* Duxerunt eum in prætorium.

### EXPOSITIO III.

24. Nonus. Græcus. ERat autem Paraſceve: id eſt, feria ſexta, ut transfert Nonus: *Die ante Sabbathum*: Et dicitur Paraſceve, à Græco verbo, quod eſt

Exod. 16. præparatio; in illa enim die præparabant Judæi cibaria, pro die Sabbathi, in quo non erat licitum aliquid decoquere, ut habetur Exod. 16. n. 23. *Paſchæ*: Et quamvis Paſcha propriè dictum, jam celebratum fuiſſet, ac incepiſſet feria quinta, nocte, in qua Chriſtus cum ſuis diſcipulis comedit Agnum Paſchalem; tamen nomen, Paſcha, ad ſequentes dies Azymorum extenditur, ut ex communi ſententia DD. dixi tom. 5. lib. 7. c. 4. q. 1. Proindeque erat ille dies feria ſexta, & unus ex diebus azymorum, & ex diebus Paſchalibus, & dicebatur Paraſceve, id eſt, præparatio ad Sabbathum, ut jam dixi; & maximè ad illud Sabbathum, quod incidebat in diebus Azymorum, qui erat dies valde magnus, ac celebris, ut notat Noſter Evangeliſta Joan. 5.

hoc cap. 19. n. 31.

*Hora quaſi ſexta*: Notat Evangeliſta tempus 25.

& horam; quibus Chriſtus traditus eſt ad mortem; Hanc quæſtionem de hoc tempore, & hora latè tractavi tom. 5. lib. 8. cap. 13. q. 3. à n. 30. Ubi ex communi ſententia dixi, quod Chriſtus eſt crucifixus hora ſexta, nempe meridiana, expiravit autem hora tertia poſt meridiem. *Et Pilatus dixit Judæis: ecce Rex veſter*: Sunt, qui exiſtimant, quòd Pilatus malo animo hoc dixiſſet; tamen mihi probabilius dicendum videtur cum Euthymio, & etiam D Cyrill. lib. 12. in Joan. cap. 25. quòd hoc fecit Pilatus, an fortè ſi Judæos flectere poſſet ad miſericordiam, cùm vidiſſent eum flagellis, ſpinis, ac tot malis affectum.

Euthym. D. Cyrill.

*Illi autem clamabant*: Perſic. *Magnates, ac* 26. Perſicus.

*Sacerdotes vociferati ſunt*: Et quid dicunt? *Tolle, tolle eum*: nempe, à conſpectu noſtro; non poſſumus videre, præ odio, & malevolentia, qua fremebant in Diviniſſimum Jeſum. Reſponderunt Pontifices, qui primi erant in populo, & debebant communi bono conſulere; tamen invidia obcœcati Regem alienum & Cæſarem, relicto Chriſto petunt, inde perpetuæ ſervituti Romanorum ſe ſubiecerunt; quæ omnia latius expendam quæſtione ſequenti: Cætera autem quæ habentur apud Joannem à verſu ſeq. 19. *Tunc tradidit*: latè explicavi tom. 5. lib 8. cap. 12. & omnia alia ut indicant Remiſſiones.

---

## QUÆSTIO IV.

*Quare tam turpiter inſaniunt Pontifices Judæorum, ut non Chriſtum, ſed Cæſarem petant, & quærant ſibi Regem?*

CUm Pilatus dixiſſet Judæis: *Ecce Rex veſter*: pontifices & miniſtri clamant: *Tolle,* 27.

*tolle, crucifige eum*: Maximè notandum, quòd Chriſti mortem, ac cruc fixionem clamantes petant Pontifices. *Cùm vidiſſent Pontifices, clamant: Crucifige*: quod optimè meditatur D. Cyrill. Alexand. lib. 12 c 17. & ait: *Quid amarius ac crudelius cruce? Hoc ſummæ impietatis dedecus à principibus Judæorum ſolis, Evangeliſta traxiſſe originem oſtendit, quando enim viderunt ipſum Pontifices, & miniſtri clamaverunt crucifige, crucifige. Nam cum multitudo aliquando his factis ſuberubeſceret, recordati forſam miraculorum, ipſi primum inclamant, & vulgus incendunt*: Nota verbum: *A principibus Judæorum ſolis*: Quippe, ut notat ſapientiſſimus Didac. de Baëza, vir ingenio, ac doctrina valdè inſignis, tom. 7. de Chriſto figurato. lib. 17. c. 12. §. 17. cùm Jeſum turba populi. DD. veritatis, ac miraculorum patratorem agnoſ-

D. Cyril.

*Doctor veritatis magnatibus odioſus.*

agnoſceret, de tanto malo erubeſcebat; hunc ſoli principes petunt ad crucem, & ad eandem ſententiam firmandam plebem inducunt; ſic ſæpe veritatis præco, ac Divinæ doctrinæ Magiſter principibus, ac magnatibus odioſus redditur.

28. Matth. 2.

Secundò: Ingreditur Jeſus Jeroſolymam, & fauſtis acclamationibus excipitur: *Hoſanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini hoſanna in excelſis*: Matth. 21. n. 9. Vix tres dies prætereunt, & idem populus in præſenti clamat adverſus Jeſum: *tolle, tolle crucifige*: Unde tanta mutatio? Heri clamantes benedicunt, hymnis celebrant, veſtibus ſternunt viam, quâ venit in civitatem, & hodie à conſpectu ſuo rejiciunt, & ad Crucem petunt; Unde hoc? Hæc eſt hominum inconſtantia, calcibus ejiciunt hodie, quem heri intimis excipiebant animis; quod perbellè ponderat Guarricus Abbas ſerm. 3. in Ramis; & ait: *Ibi clamatur ei Hoſanna filio David, hic inclamatur ei Reus mortis. Ibi cum Ramis palmarum ei occurritur. Hic alapis palmarum in faciem cæditur, & arundine percutitur caput. Ibi ſublimatur præconiis. Hic ſaturatur opprobriis. Ibi tanquam Rex juſtus ſuſcipitur in Jeruſalem; hic tanquam reus, & ſeductor damnatus ejicitur de Jeruſalem.* Et multa plura proſequitur magnus Doctor, ut exprimat quàm varia ſit hominum mens circa eos, quos heri toto animo amplectebantur.

*Varia & inconſtans eſt mens humana.*

Guarricus.

29. D. Leo.

Tertiò: D. Leo ſerm. 10 de Paſſione ait: *Dominum Jeſum diverſis contumeliis affici aut permiſit Pilatus, aut juſſit, ut ſatiata iniquitas de innocentia in injuriis, ulterius non ſæviret. Sed pertinax malitia propriis creſcebat augmentis... & in quem obtinuerat jus illuſionis, exigebat, & mortis.* Data vel juſſione, vel permiſſione à Pilato, ut Jeſus flagellis, illuſionibus, ac alapis afficeretur, Phariſaïca malitia non quieſcit, ſed magis accenditur in mortem ejus; malum enim, quod videbatur in Jeſum factum à Pilato in Phariſæos maximè creſcebat; malitia enim veniens à Pilato, vel per permiſſionem, vel juſſionem illudendi Jeſu, inde ſe maximè extendit, & augetur, ut ad mortem illum depoſcant. *Pertinax malitia propriis creſcebat augmentis*: Jeroboam fecit duos vitulos aureos, 3. Reg. 12. n. 28. At vero antiqui Iſraëlitæ in deſerto *fecerunt ſibi vitulum conflatilem*: Exod. 32. n. 4 Cur Jeroboam non unum, ut antiqui Iſraëlitæ, ſed duos vitulos facit? ſemper malitia incepta à majoribus, creſcit in aliis; ut notat Rupertus lib 3. in Oſeam cap. 7. ait: *Duos vitulos fecerunt maiori dementia, quàm olim in deſerto fecerant.*

*Semper malitia ebibita ab uno, in aliis creſcit.*

3. Reg. 12. Exod. 32. Rupert.

30. D. Hilar.

Quartò, D Hilarius in Pſalm. 51. ait: quia ergo Judææ populus incredulus, & regem ſuũ prodens, *verba præcipitii dilexit dicens*, Regem non habeo niſi Cæſarem, *Deo rege neglecto, & rege homine confeſſo, in hoc ſe ſæculi profundum ipſe demerſit, & ideo in finem deſtruitur; uſque in conſummationem enim ſæculi regnum deſtructæ civitatis amiſit, & de tabernaculo evulſus, & tranſmigratus eſt, & vagus nunc in toto orbe terrarum.* Quia populus Judaïcus tantâ inſanivit dementiâ, ut ex odio, ac invidiâ Regem Chriſtum negligeret, & adulando regem Cæſarem peteret; ideo non ſolùm cœleſtibus bonis ſed etiam terrenis ſunt ſpoliati, ut divina luce carentes in profundum omnium malorum demergerentur, Rege, Regno, patria, civitate, ac honore amiſſo in contumeliam vagi per totum orbem verſentur. Similiter D. Athanaſius Orat. 2. contra Arianos ait.

*Dum Iudæi petunt Cæſarem omne malum ſibi recuſant.*

D. Athanaſ.

31. Pſal. 51.

Ait David Rex Pſalm. 51. n. 6. *Dilexiſti omnia verba præcipitationis linguâ doloſâ: Propterea Deus deſtruet te in finem, evellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo.* Quia populus Judaïcus dixit verba præcipitationis, nempe, mala peſſima contra Deum ex adulatione, Cæſarem regem petens, & Chriſtum verum regem abnegans: inde factum eſt: *Deſtruet te in finem:* uſque ad conſummationem, privati divina luce: *evellet te*: à patria, & regno tuo: *& emigrabit te de tabernaculo tuo*: nempe, Sanctarum virtutum, in quo S. Patres fuerunt enutriti. D. Hilarius ibi in Comment. *Quia*, nempe, Judæus, *præcipitationis verba dilexit, tabernaculo illo caret, in quo Propheta ſemper Dei Spiritu plenus fuit, in quo Sanctarum virtutum tremendæ contemplationes, in quo Paſchæ Agnus in clade Ægypti fidelis cuſtos. Ab hoc itaque tabernaculo evulſi, his ſpiritualium donorum honoribus carent. Evulſi autem ſunt non ex hoc terreno tantum tabernaculo; ſed ex illo de quo dictum eſt: Elevabo tabernaculum David, quod cecidit, Sanctum illud, ſcilicet, & venerabile nati ex Virgine Dei corpus, & templum, in quo, qui crediderit tanquam conſors Divinæ carnis habitavit.* Cum Chriſtum negant, & ab illo ſe ſeparant, in omnium malorum barathrum incidunt.

D. Hilar. *Iudæi à Regno & patria expulſi.*

---

## Stabat juxta Crucem.

*De deſiderio Virginis Mariæ ſepulto filio.*

## QUÆSTIO V.

*Quare mortuo filio ſuo tam vehementi illius deſiderio æſtuabat Sanctiſſ. Virgo Maria?*

32.

CUm è cruce penderet meus Jesus ſcribit N. Evangeliſta n. 20. Quòd *ſtabant juxta crucem Jeſu, mater ejus, & ſoror matris ejus*, &c. De hoc evangelio multa dixi in ejus explicatione, quam dedi tom. 5. lib. 8. c. 17. per quæſtiones decem & ſeptem; ſimulque de magno Virginis martyrio, dolore, ac deſiderio ſui ſacratiſſimi filii ſepulti; multa etiam dedi citato lib. 8. cap. 12. per decem quæſtiones: Tamen de deſiderio Virginis Mariæ circa filium ſepultum aliquid dicamus etiam hîc.

33.

Ait D Auguſtinus in ſermone quodam de Nativitate; quod *ſummum, ac plenum gaudium Virginis Mariæ erat ex præſentia filij ſui:* Ex ſummo gaudio rei præſentis bene infertur ſummum, ac vehemens deſiderium de illius abſentia. Scribit D. Matth. 27. n. 61. quod ſepulto Domino, *Erant ibi Maria Magdalene, & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum*: Et hoc factum ob intimum amorem, quo erga Chriſtum flagrabant, ut notant ibi Orig. & D. Hier.

Matth. 27.





ut notarent votum ad ipſum ungendum cum tranſiret Sabbathum; & ut ſcribit D. Paſchaſius lib. 12. in Matth. *Erant ſedentes dolentes, & flentes.* Et ideo exiſtimo, quod ex vehementi dolore ſedebant, tanquam corruentes in terram: Ideo non poterant ſtare: Et valde mirum ſane, quòd pendente Ieſu in cruce, & tam acerba morte moriente ſcribat Noſter Evangeliſta, *Stabant iuxta crucem Jeſu, mater ejus, & ſoror matris ejus Maria Cleophe, & Maria Magdalene*: Stabant Sanctæ mulieres forti, ac conſtanti animo, at modo, ſepulto Domino, iam non valent pedibus ſuis ſtare, ſed ex vehementi animi angore ſedent tanquam corruentes in terram: *Flentes, ac dolentes*, ut inquit Paſchaſius. Verus amor magis affligitur abſentia, quàm morte; & inde cum Chriſtum videbant mori tot, ac tantis tormentis, & iniuriis generoſo animo ſtabant, cùm haberent ipſum præſentem? at cùm iam ejus præſentia carent, & vident viam ſepulchro clauſum; ex vehementi deſiderio illius ſic comprimuntur, ac anxiantur, ut iam non valeant ſtare, ſed tanquam corruentes in terram ſedent, *dolentes & flentes.*

*Magis torquet deſiderium amantis, quàm illius mors.*

34.

Si tantum piæ fœminæ ex Chriſto abſente anguſtiabantur; qualis eſſet dolor Virginis Mariæ ex deſiderio filij ſui, quæ ſuper omnia ipſum diligebat? Dum Sponſa in perſona Sanctiſſimæ Virginis Mariæ ardenti deſiderio quærebat ſuum dilectiſſimum filium, ac Sponſum Jeſum, dicebat ad ſodales: *Num quem diligit anima mea vidiſtis*: Cantic. 3. n. 3. Syriacus transfert: *An eſſentiam amoris, quem diligit anima mea vidiſtis*: Virgo Sacratiſſima ſuum filium Iesum appellat eſſentiam amoris ſui: eſſentiam rerum non poteſt quidditativè à noſtra mente rectè comprehendi, ac explicari; & eſſentia rerum; ita eſt perfecta, & abſoluta in ſuo genere, ut non valeat augeri, nec diminui, nec magis, ac minus ſuſcipere: Tam ardenter Sanctiſſima Virgo ſuum filium diligebat, ut alius major, vel æqualis amor non poſſet dari. Rupertus explicans præfata verba, & maximè in rem noſtram ait: *Ita deſiderio quærebam, & non inveniebam, ut ſolitaria poſſiderem ſolitariam.* Et inde profectò ait: *Surgam, & eſſentiam amoris quærit*: ut abſque dubio *ſolitaria ſolitarium* poſſideat: Et quomodo Sanctiſſima Virgo in deſideriis, quæ habet de Sacratiſſimo filio ſuo ſepulto, dicitur ſolitaria? nonne magno illius deſiderio tenebantur Sanctæ mulieres, ut modo ſupra dixi? nonne etiam illius deſiderio Joannes Evangeliſta, ac nobiles Viri Nicodemus, & Joſeph ab Arimathia? Tam vehementer deſiderio ſui filij flagrabat, ac æſtuabat pia Mater, ut aliorum deſideria pro nihilo eſſent; & minimè poterant habere comparationem, ac ſocietatem cum deſideriis Sanctiſſimæ Virginis; ac proinde in eorum magnitudine ipſa ſola, ac ſolitaria erat, in qua tota perfectio & eſſentia amoris erat: *An eſſentiam amoris quem diligit anima mea vidiſtis*: Eſſentiæ rerum à nobis quidditativè explicari non poſſunt; vehementia amoris; quâ Deipara Virgo quærebat, ac deſiderabat filium ſuum, nequit à nobis penetrari, ac declarari.

Cantic. 3. Syriacus.

Rupert.

*Virgo in deſiderus ſui filii ſolitaria omnium ſuperans deſideria.*

35.

Cùm Jeſus eſſet annorum duodecim, ipſe, & Mater Virgo, & Joſeph aſcenderunt in Jeruſalem, ubi remanſit puer Jeſus exiſtimantes, quòd ipſe puer Jeſus erat in comitatu inter cognatos, & amicos: & cùm eum requiſiſſent, & non inveniſſent magno dolore afficiebantur; & poſtea ipſo invento, ait illi Deipara Mater: *Fili, quid feciſti nobis ſic; ego & Pater tuus dolentes quærebamus te:* Luc. 2. n. 48. Expende illud adverbium, *ſic*, quo utitur Scriptura ad exprimendam rem magnam & exceſſum tranſeuntem noſtræ mentis captum, quæ à nobis minimè poteſt explicari? hoc adverbio, *ſic*, utitur Joann. 3. n. 16. ad denotandum infinitum Dei amorem: *ſic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret*: Eundem loquendi modum aſſumit Spiritus. Sanctus ad declarandum immenſum Chriſti laborem, ac ſolicitudinem pro nobis: *Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic*: Joan. 4 n. 6. eandem phraſim nobis proponit Spiritus Sanctus ad manifeſtandum ingentem Virginis dolorem, vehementiaque illius deſideria de abſentia filii ſui; & ſicut eximius Dei amor in nos, ſummuſque Chriſti labor pro noſtra ſalute tranſcendit humanam mentem, ut minimè valeat à nobis explicari; ſic vehemens deſiderium Virginis de abſentia filii ſui tranſcendit omnem noſtrum intellectum, ita ut minimè valeat à nobis apprehendi, ac declarari; etſi tantum erat Virginis deſiderium in abſentia filii ſui dum ipſum recogitat inter cognatos, & amicos, quanta, & qualis eſſet animæ anguſtia, dum ipſum, qui eſt omnium vita, recogitat tot ac tantis tormentis pro hominum ſalute, mortuum, & clauſum inter duos, & aſperos lapides, quæ erat tam vehemens & ingens, quod niſi eſſet peculiari Dei auxilio munita; abſque dubio vitam exhalaret.

Luc. 2. Joan. 3. Ioan. 20.

*Deſiderium Virginis in abſentia filii ſui tranſcendit omnem intellectum.*

36. Matth. 2.

Dum ex imperio Herodis in Bethlehem occiduntur omnes pueri à bimatu & infra; ſcribit D. Matth. 2. n. 17. quod tunc adimpletum eſt vaticinium Jeremiæ: *Vox in Rama audita eſt, ploratus, & ululatus multus, Rachel plorans filios ſuos & noluit conſolari, quia non ſunt.* Quod refertur ad pueros, quia non ſunt utpote mortui. Hebraïcus Textus legit: *Noluit conſolari, quia non eſt*: Illud: *Non eſt*: ad Rachelem refertur, ut eſt communis expoſitio, quo pacto ergo poſſunt convenire inter ſe, quod ipſi non ſunt, utpote mortui: bene intelligitur: at cum ipſa eſſet plorans, & ululans, quomodo dicitur, quod *non eſt*? Quomodo id, quod non eſt, nec exiſtit, poteſt in lachrymas ſe effundere: *Plorans filios ſuos, noluit conſolari, quia non eſt*? Rachel vivens, ut ploraret: ac lachrymis proſequeretur mortem filiorum ſuorum; tamen ut conſolationem acciperet tanquam mortua: *Non eſt* vivens ut ploraret; at ut ex filiis deperditis ob eorum vehemens deſiderium, mortua: *Noluit conſolari, quia non ſunt*: Nulla conſolatione poterat dolor mitigari.

Hebraic.

*Deſiderans vehementer, mortuus ad conſolationem.*

37.

Videns Jacob veſtimenta Joſeph & exiſtimans eum, mortuum, nolens ullam conſolationem admittere, ait: *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum*, Geneſ. 37. n. 35 hoc eſt, in Limbum, ut notat Lyran. Abulenſ. & alii: At ad Limbum non itur niſi poſt mortem, & cum morte finitur luctus, & planctus: quomodo ergo ait, quòd lugens deſcendet in illum? quia tam vehementi deſiderio filii ſui

Gen. 37. Lyran. Abulenſ.

Lahay.
*Vehemens deſiderium finita vita adhuc videtur durare.*

premebatur, ut ſibi perſuaderet etiam poſt mortem non eſſe finiendum; vel ut explicat Joannes de Lahay; quod deſcendit lugens ad filium in limbum, ac ſi dicat: Non ceſſabit planctus meus quandiu ſum modo ſuper terram, quouſque deſcendam in Limbum, ubi in cœtu Sanctorum recipiam, & videam filium meum; ejuſque præſentia fruar; quâ tunc luctus & fletus meus ceſſabunt.

38. Perlege totum librum Canticorum, & invenies, quòd cùm Divinus Sponſus ardentiſſimè diligeret ſuam divinam Sponſam, tamen frequentiſſimè abſens ab illa introducitur Cantic. 1. n. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui*: ibid. n. 7. *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi cubes, ubi paſcas in meridie* 3. n. 1. *In lectulo meo per noctes quæſivi quem diligit anima mea*: Iterum n. 2. *Per vicos & plateas quæſivi, & non inveni*, cap. 5. n. 1. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum*, Et cap. 8. n. 1. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ.* Si Christus ita vehementer diligit, cur toties abſentatur? rectè D. Paſchaſius lib 3. in Threnos, & ait: *Frequenter abſens videtur, ut Sponſæ amor acrius accendatur.* Etſi præſente dilecto magnus ſit amor: tamen abſentiâ creſcit, & vehementer urget: Sic Virginis amor erga filium ſuum Jeſum erat ſuper amorem omnium matrum in filios ſuos, dum ipſum ſecum habebat, & portabat in brachiis; etſi amor abſentia creſcit, quàm vehementiſſimus eſſet ille ex deſiderio filii ſui mortui, ne in ſepulchro jacentis.

Cant. 1.
Cantic. 3.
Cantic. 5.
Cant. 8.
D. Paſchaſ.

---

Latus aperitur.

## QUÆSTIO VI.

### *Quare ex percuſſo latere Chriſti exivit Sanguis, & aqua?*

39. Ait N. Sacer Evangeliſta n. 34. *Unus militum lancea latus ejus aperuit; & continuo exivit ſanguis & aqua*: De quo myſterio latè tractavi tom. 5 lib 8. cap. 20. per tredecim quæſtiones, & peculiariter cur ex hoc ſacro vulnere exierit ſanguis & aqua, ibi tractavi q. 8. 9. & 10. Nunc ex ibi dictis ad majorem abundantiam adde.

40. Primò, Ruffinus in expoſitione ſymboli ſic conſiderat: exivit ſanguis & aqua, & ait: *Produxit aquam, quæ credentes diluat: produxit ſanguinem, qui condemnet incredulos*: & addit ibi D. Chryſoſtom. *quia hinc habent ortum ſacra myſteria, cum acceſſeris ad tremendum calicem, ita accedas, ut ab ipſo bibiturus Chriſti latere*: Qui accedit ad venerabile Sacramentum Euchariſticum ſi accedatur tanquam biburus ex ejus latere aquam, & ſanguinem; aquam ad emundandam, ac purificandam conſcientiam, ſanguinem verò ad condemnationem, & pœnam indignè accendentes: *Produxit aquam, quæ credentes diluat, produxit ſanguinem, qui condemnet incredulos.*

Ruffinus.
D. Chryſoſt.

41. Secundò. D. Chryſoſtom. tom. 6. Homil. de cæco ait: *Continuò exivit ſanguis & aqua: nec ſic exierunt, ut ſimpliciter fluerent, ſed cum impetu, ut latronis corpus aſpergerent, ut latronem aſperſum baptizarent.* Exivit ſanguis non lento modo, ſed cum magna vi, ac impetu, nam ſicut Chriſtus vivens magna velocitate in hominum ſalutem ferebatur; tamen quamvis ipſe eſſet mortuus, ejus tamen ſanguis adhuc ſuum morem retinens cum magna vi, ac impetu totus inſiluit in latronem, ut illo baptizatus flumine, ac totus mundatus ad paradiſum evolaret; Chriſti ſanguis quamvis exanimatus non amittit illam generoſam velocitatem, qua vivus in hominum ſalutem rapiebatur vivens.

D. Chryſoſt.
*Chriſtus mortuus ſui ipſius viventis retinet velocitate pro nobis.*

42. Mortuo Chriſto ſepelivit ejus corpus Joſeph ab Arimathæa *in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra.* Matth. 27. n. 60. Chriſtus mortuus non ſepelitur in proprio ſepulchro, ſed alieno, ſicut vivens nihil habuit proprium: *Filius autem hominis non habet ubi reclinet caput ſuum*: Luc. 9. n. 58. Quod optimè notavit Severianus in Catena Græca ad c. 19. Joan. & ait: *Chriſtus propter nos egenus factus eſt, cum eſſet dives, ut illius inopia, nos divites eſſemus, quinimò adeo pauper factus eſt, ut clamaret*: Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. *Hinc etiam poſt crucem, de ultima loquor reclinatione. Non in proprium illatum eſt monumentum, ſed Joſeph ab Arimathæa in ſuum ipſum monumentum, tanquam peregrinum ſuſcepit.* Sacratiſſimum corpus mortuum viventis inſtitutum ſequitur: Ergo ſicut vivens, non habuit proprium locum; ſic & mortuum non proprio, ſed alieno excipitur ſepulchro; nec enim detrectat pium corpus poſt obitum, ſui ipſius viventis ſimilitudini inhærere.

Matth. 27.
Luc. 9.
Severianus.
*Sicut Chriſtus vivus non habuit aliquid proprium, ſic & in morte.*

43. Tertiò, D. Cyrillus Catecheſi 13 ait: *Jeſus aquam emiſit è latere unà cum ſanguine, fortaſſis propter duas cædes, alteram judicantis, alteram clamantium... Pilatus enim dixit: innocens ſum, & aqua lavit manus. Clamantes autem dixerunt: ſanguis ejus ſuper nos; erant igitur hæc de latere, fortaſſis judicanti aqua; clamantibus verò ſanguis.* Ingenti Chriſti amori non ſat fuit, ut vivus flagellaretur, ac crucifigeretur; ſed etiam mortuus dat ſanguinem, & aquam, in ſalutem noſtram; & inſigniter ad diluendam iniquitatem præſumptuoſam ſuorum adverſariorum; cum ſibi falſo perſuaderent immundos dum clamarunt: *Sanguis ejus ſuper nos*: Ad remedium tantæ iniquitatis modò dat ſanguinem; & quia Pilatus lavans aqua manus dixerat: *Innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus*: Et maximè notandum, quòd adhuc poſt conſummatam redemptionem ad abſtergendum flagitium mali judicis, juxta D. Cyrillum, idonea medicina ubertim ex latere Chriſti cum ſanguine exundat. In tantum exaggeratur malitia iniqui judicis, ut etiam à Chriſto mortuo per novum remedium emundanda ſit: *Erant igitur hæc de latere fortaſſis judicaturi aqua; clamantibus verò ſanguis.*

D. Cyrill.
*Mali judicis peccatum multam medicinam requirit.*

44. Unde grande & tremendum judicium depravatis judicibus minatur, Sapient. 6. n. 6. *Horrende & cito apparebit vobis, quoniam duriſſimum judicium his, qui præſunt, fiet; exiguo enim conceditur miſericordia; potentes autem potenter tormenta patiuntur.* Expende, *horrende & cito*: in eos terribile tormentum infertur. Perbelle notavit Theod. q. 43. in Deut. quod Moyſes

Sap. 6.
Theodor.



Moyſes hoc quoddam dubitationis delictum. Num. 20. à Deo excluſus eſt à terra Promiſſionis; & populus tamen multo gravius delinquens ad eam poſſidendam eſt inductus. Reſpondet ipſe. *Per hæc docet nos Dominus ſe ſummam virtutem à perfectis exigere; & cum erga illos homines graviter peccantes ſit longanimis, Sanctis tamen hanc veniam non concedere; quod quidam ſapiens dixit aliquis: Tenuiſſimus venia, & miſericordia dignus. Potentes autem potenter torquebuntur.* Cùm Deus adverſus alios ſceleratos ſit benignus, & longanimis in multa patientia: adverſus tamen Principum, ac Judicum flagitia; ſummè rigidus eſt: *Citò, & horrendum judicium his, qui præſunt, fiet*: Nam *per hoc docet nos Dominus, ſe ſummam virtutem à judicibus exigere.*

*In malos judices horrenda & feſtinata pœna.*

45. Quartò: Ait Prudentius: *Trajectus per utrumque latus laticem, atque cruorem Chriſtus agit: Sanguis victoria, Lympha lavacrum eſt.* Chriſtus aquam ad mundandum ad purificandum dedit; & ſanguinem in ſignum victoriæ, quam reportavit ex poteſtatibus infernalibus ſed quomodo ſanguis datur in ſignum victoriæ; cùm Iſaias dicat, loquens de hac victoria cap. 9. n. 4. *Superaſti ſicut in die Madian*: Interlinealis habet: *Sine ſanguine*: Inde maximè Propheta celebrat hanc Chriſti Victoriam adeptam ſine ſanguine: quomodo ergo dicitur, quòd ſanguis fluxit in ſignum victoriæ? Exiit Victoria ſine ſanguine per reſpectum ad amorem, qui ex ſua vehementia nullo effuſo ſanguine ſatiabatur; fuit cum ſanguine, quia ut ait Apoſtolus: *per ſanguinem ſuum reconciliavit nos Deo Patri*, & omnes aëreas poteſtates deſtruxit.

Prudent.
Interlineal.
*Sanguis ſignum victoriæ per ipſum nos reconciliavit Deo Patri.*

46. Quintò, è manuum vulneribus ſanguis effunditur, è latere verò *Exivit ſanguis & aqua*: In manibus erat poteſtas: *Omnia dedit ei Pater in manus*: Joan. 13. in latere eſt amor: nam in eo eſt cor, quod ſedes eſt amoris; & plus dedit amor, quàm poteſtas; in manibus erat poteſtas, & ſanguinem, dederunt; in corde erat amor, & ſanguinem, & aquam dedit. Perbellè dixit Salvianus lib. de Gubernat. 3. *Quis loquetur potentias Domini, & auditas faciet omnes laudes ejus: Deus omnipotens, cujus voluntas potentia eſt, ex nihilo univerſum condidit, tradiditque homini dicens*: Replete terram, & ſubjicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram: *& quia homo ſua nequitia ceciderat ex ſua pietate, & miſericordia redemit, ut nos faceret ſui cohæredes in cœlo*, Deus ut omnipotens creavit mundum; Creatio autem, in tantū eſt opus Divinæ omnipotentiæ ut graves Theologi contendunt, quod neq; ut inſtrumentū poſſit communicari puræ creaturæ. Deus omnipotens creavit terram, eamq; dedit homini, ipſumque Deus ut miſericors, & pius ex ſuo infinito amore redemit, fecitque cohæredem cœleſtis gloriæ, ut omnipotens dedit terram, ut amans ex ſua infinita bonitate dedit cœlū; & quantum diſtat cœlū à terra, tantum plus, dedit amor, quā potētia.

Joan. 20.
Salvian.
Gen. 37.
*Plus dat amor, quàm poteſtas.*

47. Ait Anima Sancta de Chriſto D. *dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.* Cant. 1. n. 12. cùm eſſet ipſe rex in throno ſuo, ſeu regali ſolio, quod eſt index ſuæ regalis magnificentiæ ad ejus præſentiam flores mei horti dederunt eximiam ſui odoris fragrantiam; Poſtea verò ipſe Divinus Sponſus loquitur ad eandem ſanctam animam dicens; *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana*, &c. Cantic. 4. n. 7. & 8. Sponſam & amicam vocans, eam invitat ad coronam, & valde glorioſam, & amplam, & cum illam dicit Sponſam, & amicam, ſuum eximium, amorem declarat erga illam; ut notat D. Ambroſius lib. 1. de Virgin. Et ait: *Pulchritudinem, quis poteſt majorem exiſtimare decore ejus, quæ amatur à Rege. Semper Sponſa, ſemper innupta, ut nec amor finem habeat, nec damnum pudor.* Ex quo maximè expendendum eſt, dum ipſe Dominus oſtentat ſuam magnificentiam; ac amplam potentiam in regali throno, ad ejus tantum præſentiam flores animæ ſanctæ, dant quendam odorem; at verò dum oſtentat ſuum eximium amorem erga illam, amicam, & ſponſam dicens, coronam offert, quia ſi regalis magnificentia dat odorem, eximius amoris affectus coronam imponit.

Cant. 1.
Cant. 4.
D. Ambroſ.
*Poteſtas dedit odorem, amor coronam.*

# CAPUT XX.

1. VNA autem Sabbathi, Maria Magdalene venit mane cùm adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum: & vidit lapidem ſublatum à monumento. 2. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alium diſcipulum quem amabat Jeſus, & dixit illis. Tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus ubi poſuerunt eum. 3. Exiit ergo Petrus, & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum. 4. Currebant autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. 5. Et cùm ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina: non tamen introivit. 6. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introivit in monumentum, & vidit linteamina poſita. 7. Et ſudarium quod fuerat ſuper caput ejus non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim involutum in unum locum. 8. Tunc ergo introivit & ille diſcipulus, qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & credidit. 9. Nondum enim ſciebat Scripturam, quia oportebat eum à mortuis reſurgere. 10. Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos.

Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. 11. Dum ergo fleret inclinavit
ſe, & proſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis ſedentes: 12.
Unum ad caput, & unum ad pedes ubi poſitum fuerat corpus Jeſu. 13. Dicunt ei
illi: *Mulier quid ploras?* Dicit eis: quia tulerunt Dominum meum; & neſcio
ubi poſuerunt eum. 14. Hæc cùm dixiſſet, converſa eſt retrorſum, & vidit Jeſum
ſtantem, & non ſciebat, quia Jeſus eſt. 15. *Dicit ei Jeſus: Mulier quid ploras,*
quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtu-
liſti eum, dicito mihi ubi poſuiſti eum, & ego eum tollam 16. Dicit ei Jeſus, Ma-
ria. Converſa illa dicit ei, Rabboni, (quod dicitur Magiſter) 17. Dicit ei Jeſus, Noli
me tangere (nondum enim aſcendi ad Patrem meum) vade autem ad fratres
meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum, &
Deum veſtrum. 18. Venit Maria Magdalene annuntians diſcipulis, quia vidi Do-
minum, & hæc dixit mihi? 19. Cùm ergo ſero eſſet die illo, una Sabbathorum, &
fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli congregati propter metum Judæorum; ve-
nit Jeſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. 20. Et cùm hoc dixiſſet, oſten-
dit eis manus, & latus. Gaviſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino 21. Dixit ergo eis
Jeſus iterum: Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. 22. Hoc cùm di-
xiſſet, inſufflavit, & dicit eis: Accipite Spiritum Sanctum. 23. Quorum remiſe-
ritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, 24. Tho-
mas autem unus ex duodecim, qui dicitur Dydimus, non erat cum eis quan-
do venit Jeſus. 25. Dixerunt ergo ei alii diſcipuli: Vidimus Dominum: ille autem
dixit eis, niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum
in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam. 26. Et
poſt dies octo, iterum erant diſcipuli ejus intus: & Thomas cum eis. Venit Jeſus
januis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis. 27. Deinde dicit Thomæ:
infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in
*latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* 28. Reſpondit Thomas, & dixit
ei: *Dominus meus, & Deus meus.* 29. Dixit ei Jeſus: quia vidiſti me Thoma,
credidiſti: beati qui non viderunt, & crediderunt: 30. Multa quidem, & alia ſigna
fecit Jeſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.
31. Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis, quia Jeſus eſt Chriſtus filius Dei: &
ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.

*ARGUMENTUM*
*cum Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Nuntiat Magdalena Chriſtum non eſſe in ſepulchro; currit ſimul Petrus & Joannes: Explicavi tom. 5. lib 9. cap. 2.

*Secundò Verſ.* 11. Maria Magdalena ſtat foris plorans; apparet ei Chriſtus ſub ſpecie hortulani; quod expendi citato cap. 2. à q. 3.

*Tertiò Verſ.* 19. Cùm eſſent congregati decem Apoſtoli apparet Chriſtus D. eiſque inſufflans dat Spiritum Sanctũ, ac poteſtatem remittendi peccata: de quo dixi citato lib. 9. c. 4.

*Quartò Verſ.* 24. Eiſdem Apoſtolis apparet iterum Chriſtus, præſẽte Thoma, eique vulnera ſua palpanda offert. De quo egi citato lib. 9. cap. 5. & multa etiam tomo 2. in Apocalypſ. capite 21.

# CAPUT. XXI.

POSTEA manifeſtavit ſe iterum Jeſus diſcipulis ad mare Tiberiadis,
Manifeſtavit autem ſic. 2. Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas, qui
dicitur Dydimus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filii
Zebedæi, & alii ex diſcipulis ejus duo. 3. Dicit eis Simon Petrus, vado piſ-
caris: dicunt ei: Venimus, & nos tecum. Et exierunt, & aſcenderunt in navim, &
illa nocte nihil prendiderunt. 4. Mane autem jam facto ſtetit Jeſus in littore:
non



non autem cognoverunt diſcipuli quia Jeſus eſt: 5. Dicit ergo eis Jeſus: Pueri
nunquid plumentarium habetis? reſponderunt ei: Non. 6. Dicit eis: mittite in
dexteram navigij rete, & invenietis. Miſerunt ergo, & jam non valebant illud
trahere præ multitudine piſcium. 7. Dicit ergo diſcipulus ille quem diligebat
Jeſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus, cùm audiſſet, quia Dominus eſt, tunica
ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. 8. Alij autem diſcipuli navigio
venerunt (non enim longe erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahentes
rete piſcium. 9. Ut ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcẽ
ſuperpoſitum & panem. 10. Dicit eis Jeſus: Afferte de piſcibus quos prendidiſtis
nunc. 11. Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſci-
bus, centum quinquaginta tribus. Et cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. 12.
Dicit eis Jeſus: Venite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentium interrogare
eum, tu quis es? Sciens quia Dominus eſt. 13. Et venit Jeſus, & accepit panem &
dat eis, & piſcem ſimiliter. 14. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt Jeſus diſcipulis
ſuis cùm reſurrexiſſet à mortuis. 15. Cùm ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro
Jeſus: Simon Ioannis, diligis me plus his? dicit ei: etiam Domine, tu ſcis quia
amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. 16. Dicit ei iterum: Simon Ioannis diligis
me? ait illi: etiam Domine, tu ſcis quia amo te: Dicit ei: *Paſce* agnos meos. 17.
Dicit ei tertiò: Simon Joannis amas me? contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei
tertiò: Amas me? & dixit ei, Domine omnia ſcis, tu ſcis, quia amo te. 18. Di-
cit ei Jeſus: Paſce oves meas. Amen dico tibi cùm eſſes iunior cingebas te, &
ambulabas ubi volebas: cùm ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget,
& ducet quò non vis. 19. Hoc autem dixit ſignificans qua morte clarificaturus
eſſet Deum. Et cùm hoc dixiſſet, dicit ei: ſequere me. 20. Converſus Petrus vidit
illum diſcipulum quem diligebat Jeſus, ſequentem, qui & recubuit in cœna ſu-
per pectus ejus, & dixit: Domine, quis eſt qui tradette? 21. Hunc ergo cùm
vidiſſet Petrus dixit Jeſu, Domine, hic autem quid? 22. Dicit ei Jeſus: ſic eum vo-
lo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere. 23. Exivit ſermo iſte inter
fratres, quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Ieſus: Non moritur, ſed
ſic eum volo manere donec veniam quid ad te? 24. Hic eſt diſcipulus ille qui teſ-
timonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium
ejus. 25. Sunt autem & alia multa quæ fecit Jeſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula,
nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros.

*ARGUMENTUM CUM*
*Remiſſionibus.*

*Primò Verſ.* 1. Ad mare Tyberiadis apparet Chriſtus Petrò, & ſex ejus ſociis in captura piſcium quod explicavi tom. 5. lib. 9. capite 6.

*Secundò Verſ.* 19. Petro de amore interrogato ſuas oves paſcendas, & fideles omnes regendos committit, eique mortem crucis prædicit, lib. 9. cap. 7.

*Tertiò Verſ.* 22. Petro roganti quod de Joanne futurum ſit? Chriſtus reſpondit: *quid ad te? tu me ſequere.* De quo diſſerui citato lib. 9. cap. 8.

Joannes Apoſtolus.

## QUÆSTIO I.

*Quare Joannes Apoſtolus inter cæteros dicitur ſingulariter Chriſti dilectus?*

DE hoc magno & præclariſſimo Apoſtolo latè, & amplè multa dixi variis in locis citato lib 9. c. 8. per decem & octo quæſtiones. Et tom. 1. in Apoc. c. 4. q. 3. & tom. 2. c. 21. q. 27. Tamen pro noſtro affectu adhuc aliqua dicamus de ejus Magnalibus, quæ ſolus ille dignè poteſt aperire, ac dicere. Inde factum, quòd inter quatuor Evangeliſtas ſuas laudes, ipſe ſcribat, ait de ſe: *Diſcipulus quem diligebat Jeſus, qui in cœna recubuit ſuper pectus ejus:* Cui Chriſtus in cruce Sanctiſſimam Deiparam dedit in matrem; quod Petrus interrogare non audet, ejus inſinuatione interrogat; & tandem de ſe affirmat, quod ejus teſtimonium ſit verum. Spiritus Sanctus ſacrorum Scriptorum mentem illuminabat, & calamum dirigebat: *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis:* Divinus Spiritus illuſtravit Joannis mentem ad ſcribenda ſuperna, & infinita myſteria Sacroſanctæ Trinitatis unitatem, ac conſubſtantialitatem Divinarum perſonarum: *In princi-*

*Ioannis magnalia veluti quædam myſteria, quæ ipſe ſolus poterat ſcribere.*


*pio*

*pio, erat Verbum, & Verbum erat apud Deum :* Ineffabile etiam incarnationis arcanum : *Verbum caro factum eſt* : Illuminavit etiam idem Divinus ſpiritus Joan. ut ſua magnalia ſcriberet quæ adeo ſublimia & alta ſunt myſteria, ut ipſe ſolus, & nullus alius poſſet dicere, aperire, ac explicare.

2. Joan. 18. Rupertus. Pſalm. 84.

2\. Ad illa verba Joannis. 1. *In principio erat verbum :* Sic ſcribit Rupert. Abbas lib. 1. in Joan. ex illo Pſ. 84. n. 12 *Veritas de terra orta eſt: carnem de Virgine aſſumens, eadem de Virginali Joannis anima generatur, vocem corpoream indicens ut pro nobis contra omnem hæreticam pravitatem dimicet. Qui enim de corde ſuo verbum bonum eructavit in uterum Virginis, ut Deus inviſibilis, viſibilis, & verus homo fieret; ipſe caſtis amplexibus ſuis aſcitam dilecti Ioannis animam eodem Verbo impregnavit, ut verbum ineffabile per vocem, litteramque ejus audibile, & intelligibile procederet : ait ergo : In principio erat Verbum.* Deus præparavit, & diſpoſuit Virginem ſanctiſſimam Deiparam, ut de ea carnem aſſumeret, *ut inviſibilis Deus viſibilis, & verus homo fieret :* Ipſemet Deus ſuo altiſſimo, conſilio : *Ipſe caſtis amplexibus ſuis aſcitam dilecti Ioannis animam eodem Verbo impregnavit.* Suâ magna illuſtratione, lumine, claritate, ac copia omnium virtutum *impragnavit*, fæcundavit, ac replevit ſui dilecti Ioannis animam, ut ipſum Verbum Incarnatum per ſuam vocem, ac ſcripturam fieret audibile, cognitum, & publicatum in toto mundo : *Ut Verbum ineffabile per vocem, literamque ejus audibile, & intelligibile procederet.* Summa puritas, ac Virginalis ſanctitas Divini Verbi non capit niſi ut ſumme puris ac, Virginibus, carnem ſumit de puro ac Virginali utero Mariano; elegit etiam puram, ac Virginalem animam dilecti Joannis, ut per vocem ac literam generaretur, vocem corpoream induens ad ſui manifeſtationem *Carnem de Virgine aſſumens, eadem de Virginali Ioannis anima generatur, vocem corpoream inducens:* Ac ſi magnus Pater duas, quodammodo ut ita dicam, generationes agnoſcat Divini Verbi, unã realem, & propriiſſimam, quando in utero virginali Mariano aſſumpſit noſtram carnem, alteram in anima Ioannis induens, vocem corpoream.

*Summa Divini Verbi puritas de Virginis utero, ac virginali Ioãnis anima procedit.*

3\. Pſalm. 44.

3\. Ait Regius Vates Pſal. 44. n. 1. *Eructavit cor meum Verbum bonum : dico ego opera mea Regi.* Ex quonam corde procedit Verbum bonum? Ex illo, nempe, quod totum eſt conſecratum, & dedicatum Deo: *Dico ego opera mea Regi.* Ita ex D. Chryſoſt. & D. Hieron. ait ibi Lorin. *Iuſtus comedens, replenſque animam ſuam cum ſacris Doctrinis fuerit ſatiatus de boni cordis theſauro, profert ea, quæ bona ſunt; & cum Apoſtolo loquatur.* 2. Cor. 13. n. 3. *Experimentum quærîtis ejus, qui in me loquitur Chriſtus.* Nam ut vulgo dicitur: *ex abundantia cordis os loquitur :* Atqui Ioan. eructavit Verbum ſupremum, quod eſt ſuper omnia alia bona; inde conjice quanta ſit bonitas, ac rectitudo cordis ejus, & ſuperexcellens, ac excelſa ſit mens ejus in omni puritate, ac ſanctitate.

D. Chryſoſt. D. Hieron. Lorin.

2\. Cor. 13. *Valde ſuprema & imminens puritas cordis Ioan.*

4\. Origenes

4\. Scribit Orig. hom. 2. in Diverſos: *Licuit Ioan. & illud verbum dicere, hominibuſque prædicare quantum hominibus prædicari poteſt & fiducialiter clamat* : In principio erat Verbum : *Non ergo Ioannes erat homo, ſed plus quàm homo, quando & ſe ipſum, & omnia, quæ ſunt ſuperavit & ineffabili ſapientiæ virtute puriſſimaque mentis acumine ſubvectus in ea, quæ ſuperiora ſunt ſecreta, videlicet unius eſſentiæ in tribus ſubſtantiis, & trium ſubſtantiarum in una eſſentia ingreſſus eſt : non enim aliter potuit, aſcendere in Deum, niſi prius fieret Deus.* Expende verba : Non *erat Ioannes homo, ſed plus quàm homo* : & iterum: *Non aliter potuit aſcendere in Deum, niſi prius fieret Deus* : Pro quo adverte, ut jam alibi notavi Chriſtus D. dixit Ioan. 3. n. 13. *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo :* & tamen Ioanni Apoc. 4. n. 1. Dum videt oſtium apertum in cœlo dicitur : *Aſcende huc, & oſtendam tibi, quæ fieri oportet : poſt hæc & ſtatim fui in ſpiritu :* Si juxta Chriſti verbum, nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cælo, quomodo Ioannes homo terrenus, in terra natus, aſcendit in cœlum? Joannes *nonhomo, ſed pluſquam homo erat:* Et ſi in terra natus; tamen tanto lumine, ac illuſtratione Divina tantaque omnium cæleſtium donorum abundantia eſt impinguatus, ut ad quandam altiſſimam participationem Divinitatis ſuper conditionem humanam aſcenderit, ut quodammodo, ut ita loquar, Deificus fieret: *Non aliter potuit aſcendere in Deum, niſi prius fieret Deus*: ut intonaret : In principio erat Verbum.

*Ioann. pluſquam homo ad ſupremæ volat.*

Ioan. 3.

Apoc. 4.

*Ioan. veluti Deificatus evolat ad quandam altam Deitatis participationem.*

5\. Cæſar.

5\. Cæſarius D. Greg. Nazianz. frater Dialogo 3 ſic ait: *Ille enim* de Baptiſta loquitur: *cum multo timore etiam juſſus tangere Verbi verticem carnem geſtantis non audebat: hic autem plus omnibus liberalitatis habens in divina cæna, in ſinu Domini recumbens, paulo poſt ſuper ipſum ſanctum uniti cum Deo hominis pectus ſeſe reclinat : Non Mater, non Joſeph, qui nominabatur, attamen Pater ejus non erat : Non Ioannes Baptiſta, non Angelus, non Archangelus, neque alius quiſpiam Incarnati Dei & Verbi auſus fuit attingere illud formidabile pectus ſuper quo niſi Ioan. velut* Pater *ſuper filium diffuſus recubuit : & inde de Verbò Verbum hauſit?* Valde mirabilis ſe diffundit Divina Benevolentia erga ſuum Ioannem, quod in cœna ſuper pectus Domini *recubuit*; ſeu ut legit Syriacus, ut alibi dixi : *Cecidit* : nempe vi amoris, quod nulli puræ creaturæ eſt datum, nec Joſeph, nec Baptiſtæ, nec Angelo, nec Archangelo, nec alicui ex Apoſtolis: *Et inde de Verbo Verbum hauſit.* Donum autem ex ſingularitate maximè accreſcit, ut dixi ſuprà, Joan. cap. 12. q. 1. n. 13. 14. 15.

*Singularis benevolentia erga Ioann. nulli data.*

6\. Et maximè notandum, quòd Joannes notanter de ſe ſcribit : *qui ſuper pectus Domini in cœna recubuit*; quod fuit multo major benevolentia, ac ſingularis favor, hic recubitus in cœna, quàm ſi eſſet in alia occaſione, quia ſacrum Domini pectus totum erat apertum, & reſeratum exhibens ſui amoris divitias, inſtituens ſacram Euchariſtiam; lavans diſcipulorum pedes, declarans ſuam conſubſtantialitatem cum Patre : *Philippe, qui videt me, videt, & Patrem meum :* Promittens Divinum Spiritum : dans ſupernam, & altam doctrinam in largo ſermone; tunc quando illud diviniſſimum pectus erat apertum, tot & tantis miſteriis recubuit Joannes, ut illa hauriret, & penetraret quantum fas eſt homini : *Et inde Verbo Verbum hauſit :* Ponderemus ultima verba Cæſarii : *Velut Pater ſuper filium diffuſus recubuit* : Agens noſter Evangeliſta de Verbo

*Dum Ioann. recubuit, Pater ut in* Ioann. 3.



*filium diffunditur, ut hauriat ſacra myſteria.*

Verbo Incarnato cap. 1. n. 18. ait : *Deum nemo vidit unquam, Unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit?* Hoc modo loquendi denotatur quod Divinus Pater habens natum in ſinu ſuo, ei reſerat, ac aperit omnia ſecreta ſua, ominaque alta conſilia in eumque transfundit omnes theſauros ſuæ ſapientiæ. Super pectus Joan. recubuit *velut Pater ſuper filium diffuſus recubuit; & de Verbo verbum hauſit :* veluti quadam ſimilitudinaria ratione Æternus Pater ſupra filium diffuſus recubuit in Joanne, ut ex illo ſacro pectore Chriſti hauriret ſacroſancta, ac abdita myſteria, quantum licitum puro homini: *De Verbo Verbum hauſit:* Beda homil. de S Joanne Evangèliſta, ait: *Quia enim in pectore Jeſu ſunt omnes theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ abſconditi, merito ſupra pectus ejus recumbat, quem majorem cæteris ſapientiæ, & ſcientiæ ſingulari munere donat.* Similiter Petrus Damianus ſerm. 1. de S. Joanne.

Beda. *Ioannes cæteris majori ſapientiæ munere ditatus.* Damian.

---

## QUÆSTIO II.

### *Quare D. Petrus de Joanne interrogat :* Domine hic autem quid ? *Agitur de ipſo ſtante juxta crucem ?*

7\. CUm Chriſtus D. dixiſſet Petro: *ſequere me :* ipſe converſus vidiſſet Joannem, de ipſo interrogans Petrus Chriſtum, ait : *Domine, hic autem quid?* cur Joannis non exprimit nomen dicens : Domine, de Joanne quid ſed tacito ejus nomine, ait : *Domine, hic autem quid?* de quo multa citato lib. 9. c 8. q. 6 10. & 11. Nunc verò accipe: Adeo res eſt magna Joã. adeo magna ſunt illius opera, vita, & finis, ut nomen ſibi congruens ad exprimendum non habeant. Quod notavit Rupert. ad illud Apoc. 4 n. 2. *Et ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſuper ſedem ſedens*: Cur Divinus Evangeliſta non nominat quinam iſte erat ſedens ſuper ſedem? Tanta erat illius excelſa magnitudo, quod nullum ad declarandum inveniebatur aptum nomen.

*Ioannes tam magnus, ut nullo nomine valeat explicari.*

Rupert. Apoc 4.

8\. Et quodnam nomen poterit explicare illius magnitudinem, ac excellentiam, qui ex Chriſti ore datus Virginis filius, ut vices ejus ageret? Cùm mens Jeſus penderet in cruce, & vidiſſet matrem ſtantem, ac diſcipulum, dixit matri ſuæ: *Mulier ecce filius tuus, deinde diſcipulo: Ecce Mater tua :* Quod late explicavi tom. 5. lib 8. cap. 17. & pro magno Joannis encomio, eodem tom. 5, lib. 9. c. 8, q. 5, Nunc verò pro tam eximio Chriſti amore in diſcipulum Joannem, aliqua breviter prælibemus.

Text.

9\. D. Paulin.

9\. Ad quæ verba ſic ait D. Paulin. Epiſt 43 quæ eſt tertia ad Auguſt. *Et illud, quod ad finem omnium pertinet, ſalutiferum pietatis ſacramentum arcana Divini ratione conſilii, ſub hac voce deſignans, ut & alii matrem delegaret, pro matre habendam, & vice ſua conſolandam, atque illi viciſſim novum filium, vice corporis ſui traderet : imo [ut ita dixerim] gigneret:* Arnoldus Bonæ Vallis Abbas de ſeptem verbis, ait: *Mulier ecce filius tuus : vices filii naturalis, filius accipit adoptivus & transfunditur in miniſterium filialis affectus.* Datur Ioannes filius adoptivus Virginis, ut vices ipſius filii naturalis gerat; indeque Divina virtute Chriſti in ipſum Ioann. ut ait Arnold. transfunditur quidam amoris affectus, ac ſi eſſet filius naturalis Virginis, & in Virgine talis affectus infunditur, ut ait Paulin. *Imo ut ita dixerim gigneret* : ac ſi eſſet à Virgine Maria genitus.

Arnoldus.

*Virgo Ioan. per Divinam gratiam veluti genuit.*

10\. In ultima cœna de ſua abſentia contriſtatis Apoſtolis, dans Chriſtus conſolationem, eis promittit Spiritum S. dicens: *Paraclitus Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia:* Joan. 14. n. 26. Promittitur *Spiritus* S. ut vices Chriſti gerat, hoc enim denotatur cùm dicitur : *In nomine meo:* ſic Euſeb. Emiſſen. hom. de Pentecoſt. ait ; *Doletis quia non ſemper vobiſcum corporaliter maneo; ſed nolite contriſtari quia mea vice, & in meo nomine magnus conſolator, & Doctor ſapientiſſimus dabitur vobis, ſpiritus nempe.* Similiter Euthym. ait : *nomine meo id eſt, hic me referat, & meis fungatur vicibus:* Datur Spiritus S. Apoſt. ac univerſæ Eccleſiæ ad conſolationem ; *ut vicibus Chriſti fungatur* : Datur. Joan. à Chriſto ſacratiſſimæ ſuæ Matri dilectiſſimæ ſuper omnia ad conſolationes, & ut vices Chriſti gerat; ut dicunt D Paulin. & Arnold. In tantum enim diligitur, & ſublimatur Ioan. à Chriſto, ut illius vicibus fungatur, ad quas præſtandas Spiritus S. promittitur Apoſtolis.

Ioan. 5.

Euſebius.

Euthym. *Spiritus S. vices Chriſti agit ad Eccleſias. Ioannes erga Virginem.*

11\. Præfata verba : *Ecce filius tuus :* Eleganter expendit ibi Galfridus apud Allegor. Tilman. *Quomodo Joannes Virginis Matris in Virginitate filius fuit: cujus illa ſi non carnem, carnis tamen integritatem edidit; illum ſi non hominem, tamen virginem generavit?* Virgo Mater Ioann. ſuſcepit in filium, etſi non ut hominem generavit, ut virginem purum ac perfectum in omni juſtitia, ac ſanctitate produxit. Vehementer expectat anima ſancta ut ſuos ſodales, ac juſtos quos per multum amorem fratres vocat, dicẽs: *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ.* Cant. 8. n. 1. Per matrem, vel intelligit, ut exponit Philo Carp. Æternam Sapientiam; vel Spiritum S. ut contendit Theodoret. vel Beatiſſimam Virgin ut interpretantur Rup. & Hailgrinus; Vehementiſſime flagrabat, ut tali lacte ac nectare cæleſtis Doctrinæ, juſtitiæ, ac ſanctitatis, omnium donorum, ac virtutum ſugendo, reficerentur: Nam ut ait Caſſiod. ſumma felicitas erat *tali potu, ac lacte adimpleri.* Hoc conceditur Ioanni à Chriſto? *det mihi te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ.* Nam cùm Joann. datur à Chriſto in filium Virginis, frater illius eſt dicendus. Theoph. ibi: *Iam papæ, quomodo honorat diſcipulum, fratrem ſuum illum faciens : uſque adeo bonum eſt juxta crucem ſtare.* Datum eſt ei, ut ſugeret ubera matris ſuæ, ut de excellentiſſimo lacte ejus doctrinæ præſentiæ, morum, ac verborum repleatur, & impinguetur.

Galfridus.

*Virgo genuit Ioan. in virginitate.* Cant. 8. Philo Carp. Theodor. Rupert. Hailgrin. Caſſiod. Theophyl.

*Ioan. frater Chriſti.*

12\. Quartò: Greg Nicomedienſis ſerm 8. de ſancta Maria : Deinde dixit diſcipulo : *Ecce mater tua* elucidans hæc verba, ſic ait : *Tu huic velut filius, meum in eam repende debitum* : Joannes datur à Chriſto in filium Virginis, ut debitum obſequium à Chriſto perſolvendum Matri, ipſe exhibeat, & adimpleat ea quæ, ad Chriſtum ſpectabant : *Meum in eam repende debitum*; O quantis donis, ac gratiis, & privilegiis erit

Nicomed.

*Ioan. pro perſona Chriſti debitum perſolvit.*

erit Joann. ſublimandus à Chriſto D. cùm ipſe debitum famulatum erga Virginem cumulatiſſimè, ac ampliſſimè pro perſona Chriſti præſtaret. Hugo Victor. lib.3. Miſcellan. expendens quòd Chriſtus elevatus in cœlum ſedet à dextris Dei Patris: *Ipſe enim*, ait, *ea quæ Patris ſui erant, ſemper perficiebat*: Quam magna eſt gloria, quâ excipietur Joannes à Chriſto in cæleſti beatitudine; cum ipſe, quæ matris ipſius Chriſti erant ſemper cumulatiſſimè perfecerit.

Valdè magna & præclara ſunt Joannis encomia, quæ maximè ſuperant, & excedunt noſtram mentem; unde ne quis de eis dubitaret, ipſe Joan. de ſe teſtatur: *& ſcripſit hæc, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium ejus*: hoc c.21. n.24. Noſter Joannes valdè verax erat in ſuis dictis, verbis, ac teſtimoniis, & ex hac ratione etiam peculiariter amabatur, ac diligebatur à Chriſto, ut placet Noſtro D. Cyr. lib.12. in Joann. cap.67. qui ſic ait: *Non enim fuiſſet à veritate dilectus, niſi ab omni falſitate eſſet remotus.*

*Tam omnia, quæ hic, quàm in aliis meis libris, ac ſcriptis habentur, uſque ad ultimum jota, ac apicem ſubjicio correptioni, ac emendationi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.*

L A U S

Omnipotenti Deo, ſacratiſſimæque ejus Matri Virgini Mariæ, ac noſtris ſanctis Virginibus, meiſque Patronis Thereſiæ, ac Mariæ Magdalenæ de Pazi,



# INDEX
## RERUM NOTABILIUM,
quæ in hoc ſexto Commentariorum in Evangelia Tomo continentur.

*Littera M. indicat Matth. A. Marcum L., Lucam. I. Joann. ſequens numerus cap. q. quæſtionem, Exp. expoſitionem, n. numerum marginalem, p. denique paginam.*


A.

*Abjectus.*

EX abjectione, & humilitate fit credibilis ſuprema majeſtas, M.9. q.9. n.45.46.47. p.86.

*Abſentia.*

Abſentia reconciliat reverentiam quæ omittitur ex præſentia. L.24. q.1. n.3.4. & 5. p.52

Præſentiam ob reverentiam ut abſentiam veneramur. ibid.

Abſentia violentiam infert rei dilectæ, M. 14. q.1. n.2. p.1 9

Chriſtus Dominus vult prodeſſe tam abſentibus quàm præſentibus, A 5. q.1. n.2. p.294

In abſentia maximè declaratur divina virtus, A.5. q.1. n.6. & 7. p.295

*Abundantia.*

Magna abundantia non ex creaturis: ſed ex Deo, I.6. q.3. n.12. p 537

*Accommodare.*

Conditioni, ac ſtatui accommodandum, M. 2. q.11. n.55. p 34

*Admonere.*

Vide reprehendere.

*Adverſitas.*

Adverſa maximè memoria retinentur, M.14. q. 4. n.26. p.123

*Adultera.*

Adultera quæ perdidit pudorem, nomen perdit, M.1. q 6. n.23. q.7

*Affectus.*

Diverſus voluntatis affectus, valdè diverſimode apprehendit res, M 1. q. 8. n.39. p.10.

Ut quis à ſuo affectu removeatur multa neceſſaria, M.18. q. 1. n.2. q.146

Ex animo interiori prodit actio externa: L.11. q. 24. n. 226. p.437.

*Agricultura.*

Ab Agricultura multa argumenta deducit Chriſtus ad ſpiritualia, A.4. q. unica, n. 8. 9. 10. p.192. & 193

*Ambitio.*

Ambitioſorum inſtantiæ maximè timendæ, ac declinandæ, Matth. 20. quæſt. 5. n.22.23.24. p.189.

*Amicitia*, ſeu *Amicus.*

Blanditia amicitiæ ſimulata, valde efficax ad perdendum, M.7. p.2. n.10. p.65

Amici vocabantur ad nuptias, ac feſtivitates, I.3. q 8. n.51. p.556

Primus amicorum præparabat omnia in conviviis nuptialibus, I.3. n.52. ibid.

*Amor.*

Amor dura, & aſpera facit levia, & ſuavia, M.7. q.1. n.6. & 7. p.65

Separatio à re dilecta vim infert amori, M.14. q 1. n.2. p.119.

Qui diligit maximè dolet de offenſa dilecti, M. 26. q.2. n.6. p.133

Abſentiâ nutritur verus amor, I.19. quæſt.5.

Amor plus dat, quàm poteſtas, I.19. q.6. n.44 & 45. p 64

Amoris affectus omnia impedimenta rumpit, L.1. q.13. n.68. p.349

*Amor Dei erga nos.*

Chriſtus ex omni titulo hominum amorem negociatur, M.12. q.6. n.24. p.107

Ingens Chriſti amor, L.12. q.12. n.71. p.454

Chriſti amor non poteſt explicari, num. 72. ibid.

Chriſti amor non poterat moras ſuſtinere, n. 71.72. ibid.

Chriſtus per eximium amorem mortem reputat ut gloriam, ac ornamentum divinitatis, L.12. q.2. n.23.24. & 25. p.602. & 603

*Amor hominum, erga Deum.*

Non datur amor Dei, niſi etiam detur amor proximi,

proximi, L.12.quæſt.1. n.6. pag.442.

*Angelus.*

Angeli inexplicabilem affectum, ac ſolicitudinem habent pro hominum ſalute, M.18.q.2. n.7. & 8. q.147.

Angelus cuſtos regni ſic pro una civitate, ac pro omnibus agit, n.9. ibid.

Angeli ambiunt homines facere conſortes ſuæ beatitudinis, n.11. ibid.

*D. Andreas Corſinus.*

D. Andreas ad dignitates aſſumitur quia ab eis fugit, M.25. q.6. n.2. & 26. q.339.

Ex magna pœnitentia colligitur probitas ejus vitæ, num.27. ibid.

Corſinus maximè diffuſus in pauperes, n. 28. ibid.

Corſinus admirabilis in diſtributione bonorũ, ibid.

Magna dignitas B. Andreæ, quod ſpecialiter dicatur Virginis adoptivus, n.30. ibid.

*Apoſtolus.*

Officium apoſtolicum putredinem peccatorum curare, M.5. q.1. n.1. p.50.

Apoſtolorum obſequium ſuper vires humanas commendatur, A.16.q.4.n.13. p.331.

*Appetitus.*

Dum homo ſuis appetitibus ſe negat, tunc creſcit & augetur, I.12. q.3. n 28. 29.

Qui appetitus devincit, devincit externa, ibid.

Homo maximè excæcatur à ſuis appetitibus, L. 11.q.1.n.1.& 2. p.412.

Qui à ſuis appetitibus ducitur, cæcus eſt ad juſtitiam, ac veritatem, ibid.

Appetitus mundi parit Dei oblivionem, L. 14. q.2. n.6. p.472.

Appetitus carnis ad ſe trahit voluntatem, I. 1. q.6. n.26. p.529.

Juſtus bellum dicit contra appetitus carnis, n. 27.28 29. ibid.

*Appetere.*

Vide affectus, vel deſiderium.

*Auctoritas.*

Auctoritas dicentis multùm movet ad perſuadendum, M.5.q.7. n.36.37.p.56

Auctores malorum, ac peccatorum infallibiliter pereunt, M.28.q.5.n 41.42.p.276.

*Avaritia*, ſeu *Avarus.*

Nemo poteſt ſervire Deo, & avaritiæ. M.6.q.3. n.11. 12.p.61.

Avaritia ligat, ac captivos facit homines, M.9. q.3.n.14.15.16.p.80.

Avaritia Sacerdotum multa mala introducit, A 11 q 1.n.5.p.316.& q 6.n.20 21.22.p. 319.

Avaritia tributorum, ac aulicorum eſt veluti quoddam ænigma, & reprimenda, L. 2. q.1. n.5.& 6.p.358.

Avarus multa injuſtè, & iniquè comparat, & cum capreas non habeat, hædos unde habet? L.2.q.11. n.51.52.p.367

Avaritia dimittenda, ut homo ad cæleſtia erigatur, L.12.q.1.n.7. p.442

Ubi eſt avaritia nullus eſt amor fraternus, L.12. q.1. n.7 & 8. ibid.

Affectus avaritiæ maximè eſt excludendus ab homine, L.12. q.2. n.1.5.& 16.p.442

*Aurum.*

Auri cupiditas generat Dei contemptum, M.6. q.3. n.12.p.61

Contemnunt homines divina & aurum adorant, Matth.23. q. 3. n.24. 25. & 26. p.206. & 207.

Aurum pro Deo adoratur, ibid.

Auri amore mendacium fabricatur, & omne malum aggreditur, M.2.q.5.n.20.

*Auxilium.*

Cum humana deficiunt, adeſt Dei auxilium, M. 8 q 7. n. 32. p.74

Cum deeſt auxilium humanum, adeſt divinum. L.2. q.2. n.13 14.p.359. & 360.

*Aulicus.*

Aulici ſumuntur pro tota republica, quia omnes eos ſequuntur, M 2. quæſt.5. n.21.p.27.

Aulici maximè intendunt placere cupiditatibus regum, M.2.q.6. n.30.31.32. p.29.

Aulici timeant regis voluntatem, ne mutetur, A 6. quæſt 2. n 9. p.299.

Aulici metu regis ad quodlibet facinus ſe inclinant, A 6.q.4. n.20.21.p.301.

Aulici ſunt peſtilentiæ reipublicæ, ibid.

Aulici tot, & tanta faciunt pro acquirendis bonis, quòd ſit veluti quoddam ænigma, 2. q 1. n,6. p.358.

*Baptiſmus.*

Baptiſmus Chriſti inſtitutus fuit in baptiſmo Joannis, I.3. q.6.n.35. p.553.

Diſcipuli Chriſti ſub qua forma miniſtrabant baptiſmum, I.3 q.6. n.37.38. ibid.

Tota felicitas humana à baptiſmo, M.3.q.5. n. 28. 29. p.44.

Per baptiſmum fit tranſitus in cœlum, I.1. q.5. n.20.p 6. 27.

Chriſtus communiter non baptizabat, ſed diſcipuli ejus, I.3. q.6. n.30. p,552.

Chriſtus baptizavit ſanctiſſimam virginem Mariam, & Petrum. ibid n 31.32, ibid.

Diſcipulorum Chriſti baptiſmus excellentior baptiſmo Ioannis, ibid.n.33.34.ibid.& p.553. p. 553.

*Beatitudo* ſeu *Beatus.*

Cognoſcere Deum vera Beatitudo, M.16. q. 4. n.31. p.126

Beatitudinis gaudium ex omni parte, M. 25. q 5. n.19. p.238.

*Benedictio.*

Solemnis antiqua conſuetudo benedicendi M. 19. q.13. n.108. p. 171.

*Bellum.*

Abſente Chriſto, ejuſque gratia ſtatim bella inſurgunt, L.21.q,3. n.12.& 13. p.507.

*Beneficium* vel *Benefactor.*

Non ſolùm ore, ſed etiam manu beneficia exhibenda, M.8 q.2. n.8. p.80.

Gratus plus veneratur in ſuo benefactore, quàm vidit, ac audivit, M.8 q.4.n.21.22.23. p.72.& 73.

Homines recordantur de beneficiis præſentibus, non verò de præteritis, M.8.q 9. n.40. p.75.

Malignis beneficentia occaſio calumniæ, M.9. q.1. n.2. p.78

Beneficentia allicit animos ad honorem, & venerationem, M.10. q.5. n.21. p.92.

Benefacit omnibus Chriſtus, I.2. q. , num. 1. p.540

Beneficia ſingularia maximè provocant aliorũ odia, & inimicitias, l.12.q.1.n.13.14 15.p.600. & 601

Summa malitia ex beneficiis acceptis ad nequitiam excitari M.12.q.3. n.11.13.14.







Benefacere opus Dei, caſtigare opus alienum ab eo, M.20.q 3.n.13.p.178

Beneficium beneficio compenſandum, M. 26. q.5. n.22 p.252

Bona, quæ à Deo veniunt, durant, & perſeverant, A.3.q 2.n.11.12.p.286.& 287

Beneficia maximè alliciunt, ac movent, I. 21. q.5. n.20. p.508

Ob beneficentiam homines Dij reputantur, n.21.22. ibid.

Divina beneficia in omnes, I.1.q.8.n.38.39 40. p 351

Unum Dei beneficium aliud ſecum adducis, I.1. q.11. n.62.63.64.p 535.& 536

Beneficium ſi precibus obtinetur diminuitur, I. 2.q.3.n.20 21.p.542.& 543

*Benignitas*, ſeu *Benignus.*

Benignitatis divinæ eſt aliquando petitiones concedere, aliquando negare, L.23.q.3. n.11. p.516

Benignitate ac lenitate vincuntur leones, M.3. q.5. n.26. p.44

Ubi ſpes emendæ benignitas, ubi nulla ſeveritas, M.10 q.8.n.38.39. p.95

Benignitas, ac Severitas pro prudentia adhibenda, ibid.

Id quod aliquando videtur benignitas, eſt ſũmus rigor, M.26.q.4. n.16. p.251

Animus Benignus non poteſt videre alienam miſeriam, ac calamitatem, A 3.q.1.n.3.4. & 5. p.285

Benignitas, ſeu lenia duris permiſceantur, A. 16.q.3. n.9.330

Ab animo regio benignitas, & clementia, à ſervili durities, & rigor, L 9.q.1. n. 10. 11. p 399

Benignitas cum ſeveritate, L.9.q.2. n.12. ibid. & p.400

Sæpe plus vincitur benignitate, quàm ſeveritate, n.13. 14 ibid.

Vide manſuetudo.

*Bona divina*, ſeu *ſpiritualia.*

Juſti replentur divinis bonis, non verò alieni à Deo, I.1.q.4. n.16.17. & 18. p. 527

Fiat homo mundus à peccatis, ut divinorum fiat particeps, I.1.q.3. n.18. ibid.

Bona quæ à Deo veniunt, etſi parva multum fructum afferunt, I.5. qu.1. n.4.5. & 6.p.564

*Bona temporalia.*

Qui habet aliquid de Dei gratia, bona temporalia contemnit, M.2.q.10.n.50.p.32

Cum bona temporalia florent, adeſt ejus interitus, M 24.q.2.n 14.p 224

Bona, quæ à Deo veniunt durant, & perſeverant, quæ à mundo pereunt, A 3. q.2.n.11. 12. p.286

Bonorum mundialium finem nobis proponit Divinus Spiritus, A.8. q.3. nu.20.21. p.288

Bona temporalia diſtrahunt in multa; ſpiritualia colligunt in unum, L.7. q.3. n.7.p.385

Bonum quod eſt temporale, nec eſt noſtrum, nec proprium, ſed quod eſt ſpirituale, L.14. q.3. n.14. p.473

C.

*Captivitas.*

Captivitas ſumma miſeria, I.12.q.12.n.71. p.612

*Carmelitæ.*

Magna gloria Scapularii Carmelitani cùm ſit datum è manibus Virginis, M. 6. q.4. n.22. 23. p.63

Maria Virgo ſpiritualiter genuit Carmelitarum Religionem, L.11.q.8 n.32. p 418

Maximè condecorantur Carmelitæ dum ſpiri ritualiter Filii Virginis dicuntur, nu.35.36. 37.38.39.40. ib & p 419

Virgo Maria in cauſis Carmelitarum per ſe ipſam aſtat, L.11.q.8. n 42. p.419

Explicatur privilegium Bullæ ſabbatinæ, L.11. q.5. n.43. p.420

Datur exterius Scapulare donum in ſignum internæ protectionis n.44. ibid.

Scapulare ex rore protectionis Deiparæ ſignum victoriæ inimicorum, n.45. ibid.

Scapulare indicat exterius Virginis favorem, n.46. ib.

Scapulare protegit ab igne purgatorij, L.11.q. 9. n.47.48.49. 50. p.420 & 421

Multa miracula per ſcapulare, n.51. ibid.

In nomine Virginis Mariæ de monte Carmelo recapitulantur alia ipſius nomina, L.11.q. 10.n.52.53 54. p.421. & 422

*Charitas.*

Charitas ſolum vult Deum, & non alia, & non ſibi, ſed omnibus, M.5.q.3. n.15.p.52

Perfecta charitas idem exhibet pro uno, ac pro omnibus, M.5.q.4.n.20.p.53

Charitas ſubtrahit aliis peccandi materiam, M. 10.q.6. n.25 p 93

Per unionem, ac charitatem omnes unum ſumus in Chriſto. L.12.q.1.n.11.p.442

Vera charitas dolet de alienis malis tanquam propriis, I.2.q.1. n.4. & 5.p.540

*Chriſtus Dominus.*

Chriſtus injuriis ſibi illatis correſpondet beneficiis, M.1.q.3. n.10.& 11. p.5

Chriſtus ſuis vulneribus, quibus percuſſus eſt ſuos perſecutores redemit, ibid.

Multa Chriſti nomina, M.1;q.18, num.85.p.20

In Chriſto omnium feliciſſimum augurium, M.1.q.4.n.13. p.6

Chriſti adventus maximè neceſſarius ad omnium ſalutem, C.1.q.12. n.55. p.13

Chriſtus fugit, ut fugaces, ac errantes ad ſe revocet. M 2. q.12. n 63.p 35

Chriſtus infans ante uſum linguæ vocabat, & novos fructus producebat, M.2. q.15. n.76. 77.78 p.38

A Chriſto in utero multiplicati fructus, ibid.

Chriſtus benignè peccatores excepit, M.8.q.2. n 9.10.& 11.p.70.& 71

Ubi Chriſtus apparet omnis langor, ac malum diſparet, M.9.p.6.n.30.31. p 83

Virtute ſanguinis Chriſti omnia fiunt levia, & ſuavia, M.11.q.5.n.23. p.101

Chriſtus nec ira, nec adulatione movetur, C. 12.q.3. n.11. p.105

Chriſtus ex omni titulo hominum amore negociatur, M.12.q.6.n.24.p.107

Chriſtus confundebat Phariſæos, qui eum confundere intendebant, M. 19. q. 3. n. 22. p. 155
Chriſtus pro ſalute hominum tanquam alienus mente videbatur, M. 19. q. 15. nu. 114. p. 171
Chriſtus illud metit ad gloriam quod ſeminat, M. 23. q. 1. n. 14. p. 204
In Chriſto fortitudo, & fœcunditas agnoſcitur, M. 25. q. 7. n. 1. p. 234
In Chriſto firmitas, in mundo infirmitas, M. 25. q. 7. n. 34 p. 241
Chriſtus venit in hortum ſuum, ut colligat fructus pomorum ſuorum, M. 26. q. 1. n. 1. p. 248
Individuo amore Chriſtum ſequamur, n. 2. ib.
Ingens, & vehemens Chriſti pavor, n. 3. Ibid.
Videntes diſcipuli ingentem Chriſti dolorem. non audent loqui, n. 4. ib.
Chriſti triſtitia ex multiplici capite, M. 26. q. 2. n. 5. 6. 7. 8. p. 49
Chriſtus procedit in faciem ſuam ubi homo ponit pedes, M. 26. q. 3. n. 12. p. 250
Voluntas inferior recuſabat mortem ad excellentiam meriti Chriſti, M. 26. q. 3. n 15. p. 251
Chriſti voluntas in ſe una virtute multiplex. ibid.
Chriſtus in multa patientia ſuffert Judam, M. 26. q. 4. n. 20. p. 251
Conſideratur clementia Jeſus & iniquitas obdurata Judæ. ib.
Certatim contendebant Judæi quiſnam prior mitteret manum in Jesum, M. 26. q. 6. nu. 31. 32. q. 253
Ex Chriſti adventu magna gaudendi ratio, L. 2. q. 3. n. 1. 9. p. 261
Salvatoris nomen magnam fiduciam ingerit, n. 30. ibid.
Ab umbra Chriſti omnia bona confluunt in hominem, I. 3. q. 2. n. 7. p. 547
Chriſtus maximè afficitur ad neceſſitate laborantes, I. 6. q. 2. n. 8. p. 572
Ex malitia militum ob magnum opprobrium, Chriſtus ſpinis coronatur, M. 27. q. 1. nu. 3. 4. & 5. p. 258
Jesus ſpinis coronatur ut populum ſibi congregaret, M. 27. q. 2. & 9. p 259
Tormentum paſſionis Chriſti non poteſt declarari. ibid.
Corpus Chriſti mortuum habet eundem fervorem pro nobis, ac dum erat vivum, I. 19. q. 6 n. 40. 41. p. 641
Conſideratur Jeſus extendens manum ſuam in cruce, M. 27. q. 3. n. 11. & 12. p. 260
Jesus in cruce afficitur ultima, & extrema injuria, n. 13. ib.
Chriſtus maximè oſtenditur Deus in morte vincenda, & ſuperanda, M. 27. q. 4. n. 19. & 20. p. 261
Chriſtus à ſua morte, & paſſione maximè fuit agnitus & traxit ad ſe omnes, I. 1. 2. q. 7. n. 56. 57. p. 609
Chriſti majeſtas in ſuo ſepulchro, M. 27. q. 7. n. 41. p. 265
Chriſtus etſi mortuus adverſariis eſt formidoloſus, M. 27. q. 7. n. 4. 3. ib.
Triplici munimine cuſtoditur ſepulchrum ad noſtræ fidei firmitatem Deo diſponente, M. 27. q. 8. n. 47. & 48. p. 266
Chriſtus vi amoris mortem reputat gloriam, & ornamentum divinitatis, I. 12. q. 2. nu. 23. 24. 25 26. p. 602. & 603
Chriſtus ſuſcipit infirmitatem noſtram, & dat nobis ſuam fortitudinem, I. 12. q. 6. nu. 43. p. 606
Turbatur Chriſtus videns hominum tepiditatem in ſui ſequela, n. 44. ib.
A Chriſto venit, ut terrenus homo cœleſtibus. Angelis ſocietur, A. 1. q. 1. n. 3. 4. 5. p. 279
Chriſtus magis vult hominum ſalutem, quàm ſuas laudes, A. 1. q. 4. n. 25. p. 282
Summa Chriſti modeſtia omnia refert ad Patrem, A. 5. q. 2. n. 8. p. 295
Chriſti gloria tanta eſt, ut nec ejus initium, nec finem valeat intellectus noſter inveſtigare, A 16. q. 2. n. 4. 5. & p. 330
Solus Chriſtus magnus ex ſua intrinſeca ratione, L. 1. q. 8. n. 31. p. 342
Chriſti vita excellentior vita omnium hominum, M. 26. q. 2. n. 11. p. 249
Chriſtus cupiebat ſatiari voluntate patiendi, M. 27 q. 1 n. 2. p. 258
Chriſtus naſcitur ut ſervus hominibus obtemperans, L. 2. q. 1. n. 2. p. 357
Chriſto nato omnia ſunt innovanda, n. 3. ibidem
A Chriſto inſtruimur ut ad patriam contendamus, n. 4. ib.
Præſepe Chriſti mater cæleſtis menſæ, L. 2. q. 2. n 9 p. 359
Chriſtus in præſepio gratitudinis eſt magiſter, nu. 10 ib.
Chriſti humilitas indubitata divinitatis ſuæ dat indicia, n. 11. 12. ib.
Chriſtus temporalium contemptu triumphat, ibid.
Chriſtus habebat famem peccatorum quibus tanquam eſca ſatiatur, L. 10. q. 3. n. 13. p. 404
Chriſtus oſtenditur verus Deus & homo, L. 12. q. 11. n. 68. p. 453
Ingens Chriſti deſiderium moriendi pro hominibus, non poteſt explicari, L. 12. q. 11. n. 70. 71 p. 454
Chriſtus datus eſt nobis à Patre ac matre, I. 1. q. 8 n. 39. 40. p. 351
Chriſtus totus ſe Eccleſiæ communicat, ibidem
Chriſtus omnium bonorum fons, I. 1. q. 10. nu. 55. p. 534
Chriſtus omnia ſua dona nobis communicat, I. 1. q. 10. n. 53. 54. ibid. 55
Solus Chriſtus cognoſcit ſecreta Patris & ea nobis revelat, I. 1. q. 13. nu. 75. 76. 77. p. 538


*Chriſtianus.*


Maximè damnantur impii Chriſtiani, qui ſub doctrina Evangelica pereunt, M. 3. q. 4. n. 19. p. 43


*Cibus, ſeu Comedere.*


Vir magnus non agit de cibo, & potu, I. 2. q. 2. n. 16. p. 542
Chriſti diſcipuli de cibo non curant, num. 17. ibidem.
Miſera reſpublica, ubi principes ſolùm de cibo agunt, n. 18. ib.


*Cogitatio.*


A Deo veniat, ut malæ cogitationes in nobis extinguantur, M. 8. q. 8. 39. p. 75







Si vis curam; agnoſce languorem. M. 9. q. 4. n. 18. q. 81.
Sanctæ, & rectæ cogitationes magni pretij ſunt apud Deum. M. 10. quæſt. 7. n. 34. 35. 36. q. 94. & 95
Qui de ſe minimum cogitat inde ſublimatur, L. 12. q. 4. n. 30. p. 446


*Cognitio.*


Qui ſe cognoſcit multa impetrat. M. 14. q. 4. n. 24. p. 122
Vide *videre*


*Commune bonum.*


Valde iniquum, quod eſt commune ſibi appropriare, M. 20. q. 3. n. 15. p. 178
Poſt ponere bonum particulare pro communi bono ſignum eſt divinitatis, M. 27. q. 4. n. 16. p. 200
A Spiritu Dei venit quod vir bonus agat de bono communi, L. 2. q. 12. n 54. 95. p. 368


*Communicare.*


Chriſtus totus ſe Eccleſiæ communicat, I. 1. quæſt. 8. num. 39. 40. p. 531. & q. 10. n. 54. 55. 56. p. 534
Ad magnitudinem pertinet ſua dona communicare, n. 56. ibid.
Deus ſuam virtutem communicat accedentibus ad ſe M 9. q. 6. n. 29. p. 83
Deus ſe communicat pro noſtra diſpoſitione, M. 14. q. 3. n. 16. p. 121
Divinæ virtutis ſua dona ſuis communicare, M. 17. q. 2. n. 9. p. 142
Solus Jeſus univerſis dat bona, & ſalutem, L. 2. q. 3. n. 18. p. 361. L. 11. q. 11. n. 57. & p. 422
Bona cœleſtia omnibus communicanda, L. 11. q 11. n. 58. p. 423
Princeps tunc ſua magnalia perfecta reputat, cum cõmunicat, L. 19. q. 3. n. 19. 20. 21. p. 494
Princeps omnia ſuis vult communicare, L. 19. q. 4. n. 24. p. 495
Magna beneficia non ad unum, ſed ad plures extenduntur, L. 19 q. 4. nu. 25. 26. ib.


*Concordia.*


Iniquorum concordia contra juſtos, M. 9. q. 5. n. 24. 25. p. 82
Concordia iniquorum deſtruenda, M. 13. q 4. n. 17. 18. p. 112
Vide *Pax unica.*


*Confeſſio.*


Peccata ſunt denudanda, & illius legumentum deteſtandum, M. 21. q. 1. n. 12. & 14. p. 184


*Confidentia*, Vide *ſpes.*


Confidendum in Deum, & manu noſtra laborandum, I. 5. q. 1. n. 2. p. 564


*Conformitas.*


Conformitas cum divina voluntate multum promeretur, M 8. q. 1. n. 1. p. 69
Maximè evehitur homo dum conformatur cum divina voluntate, M. 20. q. 2. n. 77. p. 177
Conformitate mitigantur omnes labores, ac adverſitates, L. 23. q. 2. n. 6. p. 515


*Conſanguinei.*


Conſanguinei, & propinqui ſuorum gloriam corrodunt, A. 3. q. 2. n. 15. p. 287


*Conſilium.*


Iniquorum conſilia Deus ad magna & alta promovet, M. 27. q. 5. n. 27. p. 262
Prudentis quære conſilium, I. 12. expoſ. 2. n. 18




*Conſiliarius.*


Conſiliarius auri cupidus ineptus, I. 6. q. 1. n. 3 p. 571


*Conſuetudo.*


Mala conſuetudo indicat hominem qualis ſit, M. 3. q. 4. n. 20. p. 43
Conſueta vileſcunt, inuſitata movent, M. 27. q. 5. n. 18. p. 262


*Conſcientia.*


Nec ſimultas loci, nec ſimultas actionis ſalvat, ſed bona conſcientia, M. 14. q. 4. n 31. p. 226
Magnum gaudium de bona conſcientia, M. 25. q. 5. p. 21. p. 238
Conſcientia crudelis vermis corrodens, A. 9. q. 3. n. 17. p. 311
A pura & bona conſcientia veniunt bona, & præclara opera, L. 11. q. 21. n. 123. 124. & 125 p. 437
Conſcientia timida iniqua, & perturbata, L. 19 q 7. nu. 29. p. 498


*Contemnere*, vel *Contemptus.*


Res etſi parva videatur, ſi habet vim ad ſui augmentum, non eſt contemnenda, M. 13. q. 5. n. 20. p. 112
Contemptus temporalium elevat, amor eorum ſubmergit, M. 14. q. 3. n. 19. 20. 21. p. 122
Qui terrena contemnit valdè ſublimatur, ibid.
Qui terrena contemnit, & cæleſtia quærit, cæleſtibus impletur, M. 23. q. 8. n. 72. p. 215
Ad Chriſtum volant qui terrena contemnunt, L. 19. q. 1. n. 7. p 492


*Converſio.*


Converſio gentium cibus propheticus, ac apoſtolicus, M. 3. q. 1. n. 8. p. 40


*Correptio fraterna.*


Correptio danda eſt cum prudentiæ, ac charitate, M. 18. q. 3. n. 13. & 14. p. 148
Correptio danda cum lenitate, n. 14. 15. & 16. ibid.


*Crimen.*


Unus in alium ſuam culpam, ac crimen rejicit M. 25 q. 7. n. 33. p. 241
Vide *Peccatum.*


*Curioſitas.*


Curioſi detractores cuncta ſcrutantur ad detrahendum, M. 15. q. 2. n. 6 7. 8. & 9 p. 126


*Crudelitas*, vel *crudelis.*


Summa hominum crudelitas, M. 10. q. 4. n. 17. p. 91
Summa crudelitas, ut id quod eſt ſtatutum ad remedium vertatur in pœnam, L. 11. q. 18. n. 95 96. p. 430
Qui à Deo recedit crudelis, & ferus eſt, L. 21. q. 5. n. 19. p. 508


*Crux.*


Chriſtus cruce corroborat ſuam doctrinam, I. 12. q. 10. n. 65. p. 610
Crux conſummatio, ac perfectio operum Dei, n. 66. ib.
Cruce divinitas manifeſtatur, I. 12. q. 11. n. 67. & 68. p. 611
Per crucem poſtulata facile obtinentur, L. 23. q. 4. n. 7. p. 517
Crucem venerari regum, ac principum eſt, I. 5. q. 1. n. 2. p. 447
Sub cruce Chriſti reges creantur ad ejus venerationem, I. 3. q. 1. n. 3. p. 547
Crux lucerna, abſcondita manifeſtat, I. 3. q. 2. p. 548

Chriſtus in cruce maximè manifeſtatus eſt omnibus, I.12.q.11.n.68.p.611

Vulnera Chriſti in cruce plus prædicant ejus divinitatem, quàm omnia miracula, l.12.q.11.n.69. ibid.

Umbra crucis nos ducit ad veram lucem, n.70 ibid.

Crux in tantùm exaltatur, ut quodammodo vices gerat perſonæ Chriſti, I.12.q.11.n.73.74.p.612.

Crux gloria Domini, ac cælitum, I.12.q.12.n.57. ibid.

Omne cælorum ornamentum à cruce derivatur, n.76. ibid.

A ligno crucis omne venenum excluditur, & ſalus advenit, I.3.q.2.n.10.p.548

Crux gloria, & magnificentia Chriſti, I.3.q.3.n.12.p.548

Chriſtus à cruce habet quandam pretioſitatem, ac excellentiam, n.13. ibid.

Chriſtus à cruce glorioſior myſteriis, n.14. ib.

Diabolus invidit Chriſti regiam dignitatem in cruce, n.15. ibid.

Crux liberalitatis divinæ cauſa, n.16. ib.

Umbra, ſeu protectio crucis omnia bona ſecum adducit, I.3.q.4.n.18.p.55

Crux mortem excludit, & vitam dat, n.19. ib.

A diebus quibus crux apparuit noſtra felicitas numeranda, n.20. ibid.

A Cruce larga, & ampla benedictio in omnes, I.3.q.5.n.22. ib.

Umbra crucis mali deſtruuntur, & electi ſalvantur, n.28. p.551

Sub ſigno crucis obdurata emolleſcunt & cæleſtia dona fluunt, n.24 ib.

Crux gloria, ac lætitia ſanctorum, n.25. ib.

Chriſtus in cruce ad ſe congregat omnes gentes, ib.I.12.q.9 n.62.63.p.609. & 610

Non ſine cruce, ſed cum cruce Chriſtus ad ſe adduxit omnes, n.64. ibid.

*Culpa.*

Vide *crimen*, vel *peccatum*.

*Cupiditas.*

Cupiditas temporalium maximè deprimit animum ad terrena. L.13.q.6.n.46.p.465

D.

*Damnatio, damnatus.*

ETiam de Domini familia multi damnantur, M.24.q.2.n.5.& 6

*Debitum.*

Qui condonat debitum, ſciat id, quod dimittit, M.18.q.5.n.23.p.150

*Deus.*

Deus ſuam virtutem communicat accedentibus ad ſe, M.9.q.6.n.29.p.83

Deus ſui nominis maximè zelator, M.12.q.6.n.28.p.107

Excellentius in Deo quod Pater dicatur, quàm quod creator, M.12.q.6.n.29.p.108

Quidquid infirmum eſt Dei, fortius omni infernali poteſtate, M.15.q.3.n.10.p.127

Qui Deum habet nil aliud quærat omnium Dominus, M.19.q.18.n.132.p.174

Summa hominis miſeria quod à Deo diſcedat ac ſeparetur, Matth.20.q.2.n.8.9.& 10.p.177

Divina virtus reſplendet in majoribus difficultatibus vincendis, M.21.q.1.n.17.p.185

Quod Deus à nobis ſumit, in duplum rependit, M.22.q.3.n.21.23.p.198. & 199

Omne bonum à Deo; ſicut omne malũ à peccatis noſtris, M.23.q.11.n.82.83.84 p.217.

Deus valdè moroſus ad pœnam, & ſupplicium M.23.qu.13.n.88. p.220

Summum bonum eſſe cum Deo, ſummum malum ab eo ſeparari, M.24.q.5.n.33.34.35.p.227

Deus pronus ad miſericordiam, M.24 q.1.n.8.

In cauſa Dei natura muta, ac elinguis loquitur & clamat. L.21.q.96.n.24.25.p.50

Dei nomen plenum virtute, ac effectu, L.1.q.1.n.2.5 & 4.p.524.525

Dei nomen dicit eſſe quod communicat creaturis, ib.

Deus naturam, quam à nobis accepit largiſſimè remuneravit. I.1.q.5.n.21.22.23.p.528

Qui ad Deum veniunt etſi difformes, eos pulchros facit, I.10.q.1.n.2.3.p.591

Deus inſtar Medici curat noſtras infirmitates, M.1.q.12.n.56.p.13

Pro Dei cauſa ſemper eſt, qui loquatur, M.2.q.3.n.11.p.26

In Deo ſeveritas, in creaturis perturbatio, M.2.q.5.n.9.p.27

Vide *Chriſtus*.

*Deliciæ.*

Voluptates, ac deliciæ hominem impellunt in infernum, M.20.q.1.n.3.p.176

*Deſiderium.*

Summa felicitas nil terrenum deſiderare, M.19 q.18 n.130.131.p.174

Magis torquet deſiderium amantem, quàm illius mors, I.19.q.5.n.32.p.638

Virgo in deſideriis filij ſui mortui, ſolitaria omnium deſideria ſuperans, n.33.ibid

Deſiderium Virginis in abſentia filij ſui tranſcendit omnem intellectum, I.19.q.5.num.34.p.639

Deſiderans vehementer mortuus eſt ad conſolationem, n.35. ibid.

Vehemens deſiderium finita vita adhuc dicitur durare n.36. ibid.

Abſentia ſuis deſideriis nutritur verus amor, n.37.ibid.

*Defectus.*

Defectus dum ſtudioſè abſconditur, cautela publicatur, M.1.q.6.n.16.p.8

Defectus proximi maximè occultandi, M.1.q.16.n.80.p.19.

Iniqui ſolùm vident ea, quæ defectus reputant, non verò virtutes, M.2.q.11.n.58.59.60.p.34.&.35

Juſtus manifeſtat ſuos defectus aliorum occultat. M.9.p.3.n.11.p.80.

Facile quilibet videt aliorum defectus, non verò ſuos. M.23.q.5.n.51.p.211.

Aliorum defectus patienter ſufferendi, A.12.q.3.n.8.p.322

Aliorum defectus tegendi, L.7.q.1.n.1.p.384

*Diabolus.*

Diabolus dum vincitur; tunc magis accenditur ad tentandum, Matth.13.quæſt.3.n.11.p.111







Diabolus timet Dei judicium, A.1.q.3.num.17.p.281

Diabolo nunquam credendum, A.1.q.4.n.5.p.282

Quæ ſunt Dei, longiſſimè diſtant à diabolo, A.3.q.ult.n.36.p.290

*Dies.*

Dies frequenter ponitur in ſcriptura pro tempore, L.13.q.8 n.67.p.469

*Difficultas.*

In majoribus difficultatibus vincendis reſplendet divina virtus, M.21.q.1.n.17.p.185

*Dignitas.*

Apud homines dignitas unius nutritur ex diminutione alterius, I.3.q.9.n.66.p.558

Defectuoſi in dignitate probi ſine illa, M.2.p.1.n.4.p.24

Dignitatis flos ac nitor juſſione marceſſit, M.6.q.4.n.17.p.62

Dignitates aperiunt portas inferi, & ideo maximè timendæ, M.16.q.5.n.33.34.& 35.p.137

Dividere dignitates valdè periculoſum, M.20.q.3.n.11.p.178

Monſtruoſa res indignus in dignitate, L.9.q.3.n.9 p.382

Proportio, ac convenientia ad dignitatem à meritis, vel demeritis deſumitur, n.10.11.ib.

In mala republica ſic ordo invertitur, n.12.ib.

Dignitate dignus qui illam nec ambit nec procurat, L.10 q.1.n.1.p.402

Repentina dignitas maximè timenda, L.12.q.3.n.22.p.444

Dignitas valdè periculoſa, & inde maximè timenda, L.12.q.3.n.23.24.25.26.p.445

Dignitas malitiâ, ac iniquitate deperditur, L.13.q.7.nu.62.p.468

Homo dignitate ac poteſtate Deum contemnit, & exiſtimat, quod nihil ei poſſit reſiſtere. L.18.q.1.n.7.& 8.p.485. & 486

Indigni dolent, ſi alii promoveantur ad dignitates, & non ipſi, L.19.q.6.num.33.p.497

*Dilectio inimicorum.*

Si diligis inimicum valdè malum, multa merces, M.5.q.8.n.39.p.56

Oratio pro inimicis multa bona impetrat, ib. nu.40.p.57

In diligente inimicum generoſitas divinæ filiationis oſtenditur, ibid. n.42.p.57

Qui inimico benefacit valdè Deo ſimilis, ibid. n.43.ib.

*Diligentia.*

Major hominis diligentia ad malum quàm ad juſtitiam, M.27.q.9.n.52.53.p.267

*Diſcipuli.*

Zelus operum, ac miniſtrorum Dei pro meſſe exampliſicanda, L.10.q.3.n.9.p.404

*Diſcordia.*

Non à nobili homine, ſed vili naſcitur diſcordia, L.12.q.1.n.3.p.441

Ubi eſt diſcordia nihil eſt divini Spiritus, n.5. ibid.

Inter fratres de primatu, prius eſt diſcordia, quàm ratio. ib. n.8.& 9.p.442

*Diſpoſitio*, ſeu *Præparatio.*

Si homo terrenus præparatur ad cæleſtia multum fructum facit, L.8.q.3.n.19.p.394

*Diſputatio.*

Malignus magiſter cum ſe convictum agnoſcit convicia jactat, I.8.q.1.n.2.& 3.586

Vir doctus in diſputatione habet patientiam, n.4.& 5. ibid.

*Divitiæ, divites.*

Dives vult augeri ex bonis pauperis, quæ videtur habere, & non habet, M.25.q.10.n.54.p.245

Divitiæ inſerviunt ad mortem, vel vitam juxta illorum uſum, L.8.q.4.n.23.p.394

Homines plus æſtimant divitias, quàm ſe, ac filios ſuos, L.19.q.10.50.51.p.501

*Divina.*

Portare divina non onerant, ſed honorant, L.2.q.12.n.56.p.368

2.q.12.n.56.p.368

Servire in divinis, quamvis in minimo ſit, valdè honorificum. L.2.q.12.n.56.ib.

*Doctor*, ſeu *docere.*

Vide *Prædicator.*

Labores, & vincula non deterrent virum bonum à munere docendi, M.11 q.2.n.67.& 8.

Dulce, ac decorum eſt pro vera doctrina pati. ibid.

Doctor veritatis magnatibus odioſus, I.19.q.4.n.26.p.637

Doctor ex vanitate docens inutilis, M.16.q.2.n.19 p.134

Alios docere divinum munus, & ſuper conditionem humanam, M.19.q.27.n.126.127.p.173

*Doctrina.*

Doctrina opportuna occaſione danda, M.16.q.2.n.16.134

Doctrina prava & mala totum inficit, n.17. ib.

*Dolor.*

Dolor excutit omnem verecundiam, & condecentiam, M.15.q.4.n.15.p.128

Dolores animæ graviores doloribus corporis, M.20.q.4.n.24.25.p.180

Vehemens dolor vocem intercludit, ac adimit, L.2.p.3.nu.34.p.361

Dolor internus manifeſtatus efficacior omni voce. I.2.q.1.n.8.& 9.p.540.& 541

Dolor aſſiduus dolorem minuit, I.5.q.2.n.10

Vide *Deſiderium.*

*Dominus.*

Dominus debet providere ſuis ſervis neceſſaria, L.17.q.5.n.4.p.479

Vide *Prælatus.*

*Donum.*

Quod non datur quãdo, & quomodo volumus, non datũ creditur, M.12.q.4 nu.16.17 p.106

Dona Dei non in uno terminantur, ſed ad multos ſe extendunt, M.25 q.10.n.55.p.245

Deus non ponderat quantitatem doni oblati, ſed animum offerentis, A.12.q.1.n.4.5.6.& 7.p.322

Dona Dei ſunt larga, & ſine menſura ſecus mundi, L.11.q.14.n.72.p.426

Dei Dona ad noſtram ſalutem, n.73. ibid.

Dona è manu Dei larga, è manu miniſtri anguſta, L.14.q.1.n.5.p.472

Magnitudo magis cognoſcitur donis, quàm verbis, L.24.q.1.n.2.p.520

*Dubium, Dubitans.*

Malus homo ſemper dubitat de bono opere alterius, M.12.q.2.n.9.p.104.

*Eccleſia, ſeu Eccleſiaſticum.*

Summam unionem Chriſtus vult in ſua Eccleſia, M.4. q.1. n.3.4. & 5. p.46

Eccleſia ſummè veneranda, & prophanantes graviter puniuntur, M.23.q.13. n 96.& 97. p.219

Eccleſiam frequentare valdè utile. L. 13. q. 6. n.44.p.464

Bona Eccleſiaſtica non ſunt convertenda ad uſus prophanos. l.6 q.4 n.18.p.574

Qui ad Eccleſiam veniunt omnes mutantur in melius, I.10.q.1.n.1.p.591

Uide *Templum*.

*Eleemoſyna.*

In pauperes eleemoſynarij ad cœlum evolant, M.3.q.4. n.15. p.42

Eleemoſyna protegit, ac defendit à malis, M. 21. q.2. n.19.20.21.p.185

Qui non dat eleemoſynam, in maledictionem incidit. M.21.q.4.n.34. p.188

Quæ dantur in eleemoſynam, cum uſura recipiuntur, M.25.q.8.n.46.47.48.p.243 & 244

Per eleemoſynam omnia mundantur, L.11.q.24. n.131. p.438

Eleemoſyna vitia extinguit & parat viam ad cœlum, n.232. ibid.

Per eleemoſynam rapitur cælum tanquam quid proprium, n.133. ibid.

Eleemoſyna omnem felicitatem parit, ib.q.438

Regnum cælorum per eleemoſynam obtinetur, L 12. q.8. n.51.53. p.450

Umbra eleemoſynæ extinguit ignem, n.35. ib.

In pauperem beneficentia omnes virtutes, ſine illa omnia vitia, n.54. p.451

Per eleemoſynam maximè multiplicantur bona, L.12. q.9. n.57. ibid.

De eleemoſynæ arcano magnum lucrum, trophæum, ac palmam. L.12.q.9. n 60.61 p.452

Beatus non qui videt, ſed qui intelligit pauperum neceſſitatem, L.5.q.2 n.9.p.565

Pereunt opes ſi pauperibus non communicantur, L.6.q 4. n.17. p.574

*Electio.*

Magna ſapientia requiritur ad eligendos bonos miniſtros, M.23. q.7. n.64.65.66.67. p.214

*Elias.*

Aſſignantur octo rationes ob quas Elias mittitur ante Antechriſtum, M.17. q.4. num.18. p. 143.

Elias aſſimilatur Melchiſedech, ibid. num.23. p. 144

Elias veluti totus ſpiritualis, ac corporis expers, M.17.q.4. n.24. ibid.

Elias ponitur veluti virtutis exemplar, M. 11. q.4. n.14. p.99

Maximè nobilitatur Elias dum dicitur conſummator novi teſtamenti, M.17. q.2. n.7. p. 142

Unus Elias pro multis, M 17. q.2.n.10.ibid.

Magna opinio de Eliæ ſanctitate. M.17.q.3. n. 14. p. 143

Tunc venit Elias quando moritur ne plus credatur, n 15. ibid.

*Evangelium, ſeu Evangeliſta.*

Quanta ſit excellentia, ac ſublimitas Evangelii in præfatiuncula, p.1.

Veritas Evangelica diſputationum frequentia non fatigatur, Matth. 22. q.1. nu.6. p.196.

*Euchariſtia.*

Euchariſtia cum multa reverentia ac timore ſumenda, M.2.p.12. n.61. p.35

Euchariſtia dat fortitudinem ad extirpanda vitia, Mat.9.quæſt.4.n.19.20.21.22.p.81.& 82

Maximè homines nobilitantur per Euchariſtiam, ac uniuntur cum Deo, M. 28. q.3. nu. 22.23.24. p.272. & 273

Euchariſtia munit regna. L.1.q.8.n.28. p.341

Ubi Euchariſtia, ibi regnum Chriſti, ib.

Chriſtus in Euchariſtia abundantiſſime nos ſatiat, & replet, L.14. q.1. n.3. p.471

Dulcedo ſacræ Euchariſtiæ omnes ad ſe trahit, ac convocat, L.14.q.5. n.21. p.475

Juſti velociter currunt ad Chriſti menſam, nu. 22. ibid.

Ab Euchariſtia generoſitas, & fortitudo, L.24 q.2.n.6.p.520

Ab Euchariſtia recta via tendimus in cælum, n 7.8.9 p 521

Euchariſtia nos ducit in cælum, ac ad obſervationem legis Dei, ibid.

Euchariſticam menſam Chriſtus liberaliter omnibus proponit, I.2.q.2. nu.13.& 14. p. 541.& 542

Per Euchariſtiam veniunt gentes ad Chriſtum, l.2. q.5. n.32.33. p.545

De magno Euchariſtiæ myſterio non humana lingua, ſed gratia loquatur, I.6. q 6. n. 24. p.575

Chriſtus ſingulariter delectabatur de Euchariſtia verba facere, n.25. ibid.

De Euchariſtiæ ſacramento, ſibi & hominibus gratulatur Chriſtus, n.26. p.576

Euchariſtia compendium deſideriorum Chriſti, n.27, ibid.

Sic abundanter, datur gratia ex Euchariſtia, ut omnis gratia alia modica, & pauperies videatur, n.27 ibid.

In Euchariſtia dat nobis Chriſtus omnia bona divina quæ ex cœlo ſecum adducit. I.6. 7.n. 28. ibid.

Euchariſtia cibus maximè naturæ humanæ conveniens, I.6. q.7. n.29. ibid.

Euchariſtia humanos ſenſus purificat, n 30. ib.

Euchariſtia morbos pellit, I.6. quæſt. 7. n. 3. p. 577

Euchariſtia mentem in omni doctrina Spiritus S. illuminat, n.31. ibid.

Euchariſtia regibus, ac magiſtratibus dat intelligentiam ad gubernandum, ac judicandum, n. 32. ibid.

Dignè communicantes Chriſti amores, I.6. q.7. n.33. ibid.

Per gaudium beatorum explicatur ſuavitas, ac delectatio Euchariſtiæ. ibid.

In Euchariſtia reſplendet ſumma Dei potentia & omnes ejus laudes, n.34. ibid.

Euchariſtia nos facit cæleſtes, L. 6. q.8. n.35. p.578

Qui ad Euchariſtiam accedit, maximè eſt innovandus, n.36. ibid.

Euchariſtia altiſſimam diſpoſitionem requirit in anima, n.36.37.38. ibid.





Ad accipiendam Euchariſtiam exeat homo à ſe ipſo, & dimittat terrena, n. 8. ibid.

Omnis puritas, ac munditia ad Euchariſtiam pauca eſt, n.39. ibid.

Eximia unio datur inter Chriſtum, ac ipſum communicantem, I.6.q.9.n.40.41.42.p.579

Per Euchariſtiam nos Chriſtus ex perditionis via vocat ad ſalutem, n.41. ib

Per Euchariſtiam unimur cum Chriſto in conſortium beatitudinis, n.42. ibid.

Panis Euchariſticus ſimpliciter deſcendit de cœlo. I 6.q.10.n.43. ibid.

Euchariſtiæ inſervire non eſt hominum, ſed Angelorum, n. 44. ibid.

Deliciantur cum Sacra Euchariſtia Angeli, ib.

Euchariſticus panis victus Angelicæ beatitudinis, I 6. q.10. n.45. p.580

Angeli maximè nobis inſpirant menſam Euchariſticam, n.46. ibid.

Paſtores exultant ex habitu Euchariſtiæ, ibid.

Euchariſtia in noſtris corporibus efficit reſurrectionem, I.6.q.11.n.47. ibid

Corpus Chriſti dat multiplicem vitam, ibid.

Chriſtus reſurgens Euchariſtiam recipientes ad ſe adducit, I.6. q.11.n.48.p.581.

Qui Euchariſtiam ritè accipit, jam omnem dulcedinem beatitudinis deguſtat, I.6 q.11.n.49. ibid.

In Euchariſtia omnes Dei voluntates, ibid.

Purificandus eſt homo ut ad agnum Euchariſticum accedat, I 6. q.12. n.51. ibid.

Purificandus eſt homo ut ad agnum Euchariſticum accedat, I 6. q.12. n.52. ibid.

Maximè neceſſaria omnium virtutum præparatio ad Euchariſticum agnum, I.6. q.12. n.52. ibid.

Ab æſtu carnalium ſe vult Sponſa expediri ut ad Euchariſticam menſam accedat, ibidem n.35. p.582

Euchariſtia ingenti fide, ac devotione accipienda, ibid.

Omnis præparatio ad illam exigua, & pauca videtur, ibid.

Servitutis proteſtatio erga Chriſtum in Euchariſtia Regalis nota, I.6.q.12.n 55. p.582

Euchariſtiam indignè ſumere ſuper omnia crimina punitur, n.56. ibid.

*Eunuchus.*

Eunuchi ſpirituales dicuntur qui per votum caſtitatis Deo conſecrantur, M.19. q. 11. per totum, q.168

Elias, Eliſæus, & Joannes Baptiſta dicuntur à Patribus Eunuchi ſpirituales, n.91.92. ibid.

Eunuchis ſpiritualibus valdè proportionatum præmium regnum cœlorum, M.19.q.12.per totam, ibid.

*Excuſatio.*

Iniquus dum ſe excuſat, accuſat, M.9. q.1.n.4. p. 78

*Exemplum.*

Bonum exemplum facit pertinere ad Chriſti generationem, M.12. q.6. n.26. q.107

Exemplum majorum ſequuntur inferiores, L. 13. q 1.n.16. q 458

Exemplum paſtoris mirabilia operatur, I. 10. q.2. n.8.& 9.p.592

*Experientia.*

Maximè homines moventur per ea, quæ in ſe ipſis experiuntur. M.8 q.8.n.35.36.37.p.74. & 75

Miniſtri experientia probati maximè eligantur, I.19. q 4. n.22.23.p.495. & p.8.n.46. p. 500

*Exterius.*

Sæpe exteriùs, apparatus indicat majeſtatem cùm interius ſit ſumma paupertas, M. 31. q 4. n.35. p 188

Virtus reſplendeat interius, & exterius, L.11. q.22. n.116.117.118.119.p.435.& 436

F.

*Forma*

OB proprii nominis formam, multa faciunt homines, M 23.q.5.n.52. p 212

Vir magnus de bona fama, ac opinione agit, L.2. q.10. n.48. p 366

*Fames.*

Famis neceſſitas maxima delicta excuſat, M. 22.q.1. n.5 & 6. p.104

*Favor.*

Regis favore, etſi alii obſcurentur, tu multum reſplendes, M.2 q.3. n.12.13.14.p.26

*Felicitas, ſeu Felix.*

In felicitate multi adſunt, in egeſtate pauci, M. 2.q 4. n.15. p.26

Grande malum nuntiat felicitatem. M.14.q.2. n.9. p.120

Felicitas ſuas habet infelicitatis appendices, M. 14. q.4.n.26.p.123.& L 8.q.3. n.16.p.392

Felicitas habet alternas vices cum infelicitate, q.3. n.13

In ſumma felicitate recordemur antiquæ infelicitatis, L.7. q.5. n.20 p.388

Multa felicitas ſecum affert ruinam, I. 2. q.5. n.30. p.544

Vide *Abundantia.*

*Fictio.*

Vide *Hypocrita.*

*Fides.*

Ex adverſariis Fidei, validum fidei ſuffragium? M.2.q.2. n.5. p.25

Fides Catholica una in ſe, M.13. q.4 n.14

Fides Chriſti firmiſſimum præſidium ad omnia mala ſuperanda, M 14. q.3. n 17. & 18. p. 121

Firma fides optata impetrat, M.15. q.7. n.29. p. 130

Vera fides adverſis, ac patientia probatur, M. 15.q.7.n.31.32 ibid.

Fides opere manifeſtata mirabilia operatur. L. 1.q.16. n.8. p.337

Fides ut luceat debet eſſe ornata operibus, L.11. q 16. n.83.84. p.428

In rebus magnis, magna Fides in Deo, L.12. q. 8. n.49. p 450

Fides orationis fundamentum, L.18.q.2. n.21. p.488

*Filius.*

Filii ſuorum parentum affectiones, ac mores, ſequuntur, L.13.p.6. n 44. p.464

Filius eſt compendium patris, ac illius demonſtratio, I.1.q.2. n.7. & 8.p.525

Filius à patre haurit virtutem, ibid.

Gloria Filij in patrem transfunditur, I.1. q. 3. n.12. p.526.

Filij à parentibus virtutes hauriunt, n.13. ibid.

Miraculum eſt, quod filius à patre improbo, non ſit improbus, M 3. q.3. n.14. p.42

Bonus filius parentum ornamentum, M. 19. q. 14. n.110. p.171
Filij mores, ac iniquitates trahunt à ſuis parentibus.M.23. q.5.n.55.56.57.p.212
Maximè laudandus filius,qui parentem peccantem non imitatur, M.23.q.12. n.8.9.p.218.
Vide *Parens*.

*Firmitas*.

In Chriſto firmitas, in mundo infirmitas,M.25. q.7.n.34. p.242.

*Fortitudo*, vel *Fortis*.

Si habes regis favorem, quamvis debilis, fortis eris, M.2.q.3. n.14. p.26
Nil valet naturalis fortitudo ſine juſtitia, M.3. q.4. n.19. p.43
Chriſtus ſuſcepit in ſe infirmitatem noſtram, & dat nobis ſuam fortitudinem, I.12. q.6. n.44. p.606

*Fuga*, ſeu *Fugere*.

Chriſtus fugit, ut fugaces, ac errantes ad ſe revocet, M.2. q.12. n 63. p.35
Fuga aliquando maximè decens viro magno.M. 10. q.6. n.26. p.99
Fuga ſæpe rationis filia non pavoris, n.27.28. 29. ibid. & p.94

*Flos*.

Ex florum aſpectu ad Deum contemplandum rapitur Vir bonus, M.6. q.4 n.16 p.61

G

*Gaudium*.

EX gaudio, ac lætitia creſcit obſequïum,M. 6. q.2. n.5. p.60
Gaudium beatorum ex omni parte, M.25. q.5. n.19. p.238
Gaudet juſtus de labore ſuperato propter Deũ, n. 20. ibid
Gaudium de bona conſcientia. M.25. q.5. n. 21. ibid.

*Genus*, ſeu *Generatio*,

Non multum gloriandum de generatione, I. 8. q.3. n.11,12.13. p 588
Q ælibet generatio ſive proba ſuum habet defectum, ibid.
Illuſtris generatio virtus, n.14. ibid.

*Gentilitas*.

Deus ex tenebris vocavit gentes. M 4. q.2. n.7. p.47

*Gloria cæleſtis*.

Gloria Chriſti tanta eſt, ut à nullo intellectu noſtro poſſit inveſtigari, A.12. q.2. n. 4. 5. & 6. p.322
Peccatis ablatis conſequitur gloria, I. 1. q. 5. n.19. p.527
Vide *Beatitudo*.

*Gloria vana*.

Dei dona occultanda, ne dum publicantur pereant, M,5.q.4. n.20.21. p.53. & q.5.nu.27. p.54
Gloria vana de virtute facit mercaturam, M.7. q.3. n.18. p.67
Gloria vana vitanda, A.8. q 1. n.3, p.305
Noſtra talenta ſunt manifeſtanda ad Dei gloriam, non ad vanitatem, L.11. q.14. nu.73. p. 426

*Gratia*.

Deus fructum, quem ſeminat per gratiam vult metere in gloriam, M 25 q.8. n 42. p.243
Rectè dicitur facta per Chriſtum, I.17.q.12.n. 68, p.537
Deus deformes per ſuam gratiam pulchros facit, J.10.q.1. n.2.3. q.591
Ut gratiam recipias dimitte veterem hominem, M.10.q.2. n.7. p.89
Super omnem naturæ vim Dei gratia valet ad producendos fructus, M.10.q.5.n.22. p.92
Dei gratiâ omnia fiunt levia,& facilia,M. 11.q. 5. n.18. 19. p.100
De profundo vitiorum abyſſo producit divina gratia cœleſtes aves, M.13.q 8. n.36 p.116
Gratiâ Chriſti ſeminatur, quod metitur ad gloriam, M.23.q.1.n.14.15.p.204. & 205

*Gratus*, ſeu *Gratias referre*.

Chriſtus omnia ſua refert in patrem,L.12.q.6. n.38,39 p.448
Juſtus omnia ſua refert in Deum,& in alios juſtos, L.12. q.6. n.40.41. ibid.
Ingens gratitudo majora obſequia præſtat poſt acceptum beneficium, quàm anteà, L.17.q.3. n.17. p.481
Gratus. omnia bona refert Domino, qui eligit, & dat talenta, L.19. q.7. n.41. q.499
Gratus, quæ accipit, largiſſimè remunerat, J.1. q.8 n.21.22 23. p.528
Gratus commemorat dona accepta, tacet data, J.1.q.7 n.34 p.530
Gratus ex parvo dono accepto multa confert, I.6. q.3.n.13 14.15. p.573. & 574
Gratus plus cedit in ſuo benefactore,quàm vidit.ac audivit, M.8.q.4.n.21. 22. 23. p.72. & 73
Gratus animus maximè ſublimandus,ac condecorandus, M.23. q.12. n.93. p.219
Grato multa, & magna committenda, & ipſe ſolùm ſcit dicere tuas laudes, A.5. q.2.n.12. 13.p.295. & 296
Animus gratus beneficio creſcit ad obſequium, L.1 q 9. n 36. p.343

*Gubernatio*.

Ad bonam gubernationem reipublicæ una requiritur lux, & una directio,M.q.4. n.16.17. 18. p.26. & 27

*Gula*.

Gula omnium malorum cauſa, & radix, M.23. q.4. n.39.40 41 p.290
Gulæ tentatio fortiſſima, ibid.
Gulæ, ac epulæ excæcant mentem, M.24.q.2.n. 15. p.224
Princeps, ac caput det grates pro ſuis. L.2.q.9 n.46.47. p.366

H.

*Hereticus*.

HÆreticorum doctrina valdè diverſa inter ſe, M.13. q.4. p.112
Ab Hæreticorum conſortio fugiendum, A.8.q. 1 n.7.8 9.p.305
Qui vult vincere, ne habeat ſecum in bello Hæreticos, ac infideles; A.8. q.1.nu.8.& 9. ibid.

*Herodes*.

Herodes fraudulentus Vulpes, L.13.q.7.n.63. p. 468
Herodes fraudulentus nunquam ab inſidiis ceſſabat, n.65. ibid.





Herodes ſub feſtivo vultu Baptiſtæ mortem machinatur, L.12. 7. n.66.p.469

*Homo*.

Homines intentant, ut ſuum velle ſit poſſe. M. 8 q.1.n.2. p 69
Homo ſuam in alium culpam rejicit, M.25. q. 7. n.33. p.241
Homo quod in aliis reprobat,in ſe ipſo approbat, M.25.q.5. n.54
Homo cœcus verſatur, in mola mundi, M.24. q 4. n.3. p.222
A Chriſto venit, quod homo terreſtris Angelis cœleſtibus aſſocietur, A.1. q.1. n.3. 4. 5. p.279
Cogitet homo ſe habere Deum teſtem ne peccet, L.10. q.2.n.6. p.403
Homo [illegible]rius qui ad hoc, & illud flectitur valde abominabilis, L.11.q.2. n.5.& 6.p.413
Qui omnium colores ſuſcipit indignus nomine, ibid.
Chriſtus Dominus homines ad ſe trahit ſua inclinatione, L.12. q.9. n.56.57. q.451
Homo maximè movetur, non ex aliena calamitate, ſed propria, L.14. q.5. num.20.p.474
Turbatur Chriſtus videns hominum tepiditatem in ſui ſequelam, I.12. q.6. n.44. p.606
Homo inconſtans, I.19.q.4. n.27. p.637

*Honor*.

Quidquid honoris mundus dat, cumulatius datur à Deo, L.12.q.4. n.33.p.443
Servus,& amicus honorandus non tantùm verbis, ſed etiam donis, L.19.q.8. n.45.p.5000
Deus honorat honorantes ſe, M.1.q.2. n.8
Omnes honorare à Dei Spiritu venit, L.1.q.12. n.64.65.p.148
Singulari perſonæ ſingularis honor habendus, L.2. q.3. n.16. p. 360

*Humilitas*.

Vide *Pauperes*.
Per humilitatem elevatur homo ad quandam participationem divinæ generationis, L.12. q.7. n.44. 45. p. 449
Exhortantur Apoſtoli ad humilitatẽ ut eorum virtutes illuſtrentur, L.17.q.2.n.14.15.p.481
Vera magnitudo oſtenditur in humilitate, L.11 q.4. n.15
Humilis à Deo exaltatur, I.1 q.3. n.10.
Qui ſe putat honoris indignum inde probatur dignus, M.1. q.15.n.76. p.18
Humilitas aperit intellectum ad cognoſcenda myſteria, n.77. 78. ib.
Magnitudo ſe in parvo coarctans trahit humana corda, M.2. q.8. n.39 p.30
In ſumma humilitate, & abjectione cognoſcitur latens divinitas, & virtus, M.8.q.1. n.3. 4.5. p.70
Ex magna humilitate magna celſitudo, M.8. q.4. n.18. p.72
Chriſtus reſiſtentes conterit, humiles ſanat, M.10.q.8. n.41. p.95
Humilitate præparatur animus ad crucem laborum portandam, M.16. q.6. n.39. p.138
Chriſti regnum in humilitate fundatur humilibuſque datur, M.19. q.16. n.121. 122. 123. p.173
Humilitas in celſitudine maximè placet, L.1. q.9. n.37. p.343
Chriſti humilitas dat indubitata ſuæ divinitatis ſigna, L.2, n.11. p.359
Servus Chriſti per humilitatem creſcit, L.8.q. 2. n.9
Humilis ſua parvitate creſcit, L.12. q.4. n. 28. p. 446
Puſilli eliguntur ad regnum ut illius Principes, ac primates, n.29. ib.
Qui de ſe minimum cogitat inde ſublimatur. ib. n.30

*Honeſtas*.

Morum compoſitio, ac honeſtas pro lingua, & voce, I.1.q.6. n.19. p.330

*Hypocrita*.

Hypocrita facit de virtute vitium, de remiſſione peccatum, M.6.q.1. n.1. p.59
Hypocrita boni faciem ſumit malus ut mal. agat, M 6.q.1. n.2. ib.
Hypocrita arma Diabolo confert, M.23. Exp.1. n.6. p.203
Hypocritæ omnium peſſimi, M 24. Exp. ultimè n.60. p.232
Hypocrita ſe fingit agnum, ut agnos devoret, L.8. q.2. n.13. p.393
Exercens vitia ſub tegumento virtutis peſtiferum, L.11. q.3. n.11. p.414

I.

*Jacobus Zebedæus*.

IAcobus, & Joannes cur filij tonitrui, A.3.q 2. n.7.8.9. p.286

*Jeſus*.

Qui uniuntur cum Jeſu acquirunt omnem perfectionem, M.17. q.2. n.5. p.141
Jeſus nomen infinitæ dignitatis, I.2.q.7. n.38. p.364
Inter Chriſti magnalia, valdè ſublime Jeſu nomen, nu.37. ib.
Nomen Jeſus non tantùm capite, ſed etiam in manu habeantur, n.38. ib.
Nomen Jeſus honorificentiam divinæ majeſtatis declarat, n.39. ib.
Jeſus nomen ſolùm à Deo Patre datum omni plenitudine, I.2. q.8.n.40. p.365
Sub nomine Jeſu omnia ſunt auſpicata, & felicia, n.41. ib.
Ubi nomen Jeſus fulget univerſa replentur omni bono, n.42. ib.
Nomen Jeſus illuminat ad evitandum omne periculum, 43.ib.
Nomen Jeſus turris fortiſſima ad nos tuendos, n. 44. ib.
In nomine Jeſu omnia magnalia recapitulantur, M.1. q.18.n.91.92. p.21

*Jejunium*.

Jejunium quendam Sacramentalem modum æmulatur, M.6. q.2.n.6.p 60
Ante ſuſceptionem Sacramentorum jejunandum, n.7. ib.
Jejunium nos facit Dei habitaculum Deumque videre, n.8. ib.
Mens levis jejunio evolat in cœlum. n.8.& 10. ibid.

*Impius*.

Impii vident, quæ reputant defectum, non verò magnalia, M.2. q.11. n.58.59.60. p. 34.& 35

Impii hominis præſentia maximè fugienda, M. 2.q.12.n.62.ib.
Impius ſuiſmet conſiliis irritatur, ac perit, M. 21.q.6.n.52.53.p.191
Impiorum conſilia Deus ſæpe ad magna, & alta promovet, M.27.q.5.n.28.p.262
*Impii* pro ſua iniquitate, uno & diverſo modo rem interpretantur, M.27.q.6.n.35.p.264
Vide *Peccatum*.

*Inconſtantia.*

Homo varius, & inconſtans, I.19.qu.4.nu.27. p.637
Impii valdè inconſtantes in ſuis dictis, ac factis, M.27.q.6.n.35.p.264
Homo inconſtans, qui ad hoc, & illud flectitur valdè abominabilis, L.11.q,2.n.6.7.8.p.413
Qui ad omnium colores ſe accommodat, indignus nomine, ib.
Verba ab animo inconſtanti ſunt contemnenda, L.13.Exp.5.n.43.p.464

*Infernus.*

In inferno præter ignem ſunt crudeles vermes torquentes, ac corrodentes damnatos, *A*.9. q.3.n.14.& 15.p.311
Ignis inferni, ardeat modo, ut in futuro non ardeat, I.15.q.3.n.12.13.p.6.7
Ignis inferni ſi ardet in cogitatione modo, poſtea non ardebit. ib.
Ignis inferni peccatores etiam adurit in hac vita, n.14.ib.

*Infirmus.*

Quidquid eſt infirmum Dei, fortius eſt omni infernali poteſtate, M.15.q.3.num.10.p.127

*Ingratitudo, ingratus.*

Homines beneficij quod heri acceperunt, hodie obliviſcuntur, I.6.q.4.n.16.p.574
Ingratitudo gratiam acceptam corrodit, & extinguit, M.3.q.3.n.13.p.42
Ingratus pro beneficiis mala rependet, M.10.q.5.n.24.p.93
Summa ingratitudo ex beneficiis acceptis ad nequitiam excitari. M.12.q.3.nu.13.14.p.105
Homines ante beneficia adepta venerantur, poſtea contemnunt, L.17.q.3.num.19.p.482
Ingratus ſtultus, & inſipiens, L.17.q.4.nu.20. ibid.
Ingratus à Deo non cognoſcitur, nec durat, nec perſeveret, n.21.22.ib.
Ingratis benefacere ſolùm eſt Dei, non hominis, n.23.p.483

*Inimicus.*

Si diligis inimicum valdè malum multa merces, M.5.q.8.n.39.p.56
Oratio pro inimicis multa bona impetrat, nu. 40. ib.
Si inimicus non poteſt te deturpare, ac infamare cogitat occidere, I.12.q.2.n.12.p.601

*Injuſtitia.*

Injuſtitia illita injuſtè, clamat in cœlum, A.6. q.5.n.24.25.p.30

*Interrogare.*

Sapiens non erubeſcat interrogare, M.2.q.2.nu. 7.p.25
Clandeſtina interrogatio multam ſuſpicionem facit, M.2.q.7.n.34.p.29.
Interrogantis animus maximè conſiderandus, M.21.q.6.n.53.p.161
Interrogatio extra rem valdè dura, L.12.q.2. n.14.p.344

*Innocentia, Innocens.*

Innocentia puerorum nobis neceſſaria ad ſalutem, M.18.q.1.n.3.4.5.& 6.p.146
Innocentia puerorum deſtruit omnia vitia, ib.
Ubi eſt innocentia ibi adeſt Chriſtus, L.10.q. 4.n.16.17.p.405
Innocentia pro ſe ipſa clamat, & loquitur, I. 19.q.1.n.7.p.633

*Intentio.*

Valor, ac vigor noſtrarum operationum totus ab intentione dependet, L.11.q.20.n.103. 104.105.p.432
Ex bona mente, ac intentione veniunt bona & præclara opera, L.11.q.24.n.123.124.125 p.4?7
Deus intentionem appendit non externa obſequia, L.7.q.5.n.22.23.p.388.389
Opera nobilitantur, & habent valorem ab intentione, L.11.q.13.n.65.66.67.p.424.425.
Non à loco, ſed ab animo conſiderandus eſt homo, ib.

*Intellectus, Intelligentia.*

Ex bona intelligentia venit bona operatio, *M*. 25.q.10.n.52.p.245
Quæ homines non intelligunt ſtulta & fatua dicunt, A.3.q.3.n.16.p.187
Quæ intellectus primo apprehendit valdè difficile deponit, & aliud concipit, I.1.q.2.n.5. & 6.p.525

*Injuria.*

Chriſtus injuriis correſpondet beneficiis, M.1. q.3.n.9.10.& 11.p.5
Præclara indoles non exaggerat ſed minuit, M. 15.q.6.n.25.26.27.p.301
Injuria injuſtè illata clamat ad cœlum, A.6. q. 5.n.24 25.p.130
Injuria, & opprobria duriſſima Viro ingenuo, I.8.q.3.n.10.p.588

*Invidia,* vel *Invidus.*

Invidus vult privari propria vita, & aliis bonis, ne alius magnus ſit, M.2.q.5.n.24.25. 26.p.27.& 28
Cognatus cognato invidet, ib.
Invidus communis hoſtis, tam dantis quàm accipientis beneficium, M.9.q.2.n.8.9.& 10.p.79
Qui ſapientia, & ſcientia antecedit, invidia appetitur, M.19.q.1.n.7 p.253
Ob invidiam contemnitur propria auctoritas, M.21.exp.5.n.63.p.193
Invidia aliorum augmento creſcit, M.27.q.5 n.26.p.262
Aliquando magnalia tacenda ad evitandum invidiam. A.5.q.2.n.10.p.295
Invidus plus dolet de gloria alterius quàm de ſuo damno, A.11.q.4.n.22.p.319

*Joannes Baptiſta.*

Aſperitas vitæ in Joanne oris verba loquebatur, M.3.q.1.n.2.& 3.p.39.& 40
Joannes deflebat peccata generis humani, M.3. q.1.n.4.p.40

Cum



Cum vox patris auditur, *Hic eſt filius meus :* deſcendit Spiritus ſanctus oſtendens vocem illam referendam eſſe ad Chriſtum, & non Joannem, M 3.q.5.n.25.p.44.
Joannes Chriſtum laudat, & Chriſtus perſolvit laudans Joannem, M.11.q.3.n.10.p.98
Laudibus Joannis delectatur Chriſtus, n. 11. ibid.
Joannes ponitur in Evangelio, ut lucerna lucens prælucens ad lucem, ibid.
Sine Joanne quodammodo eſſet Evangelium imperfectum, ibid.
Poſt deſcriptam æternam Chriſti generationem ponitur Joannis teſtimonium, n. 12. p.99.
Baptiſta etiam à ſuis inimicis veneratur, A.6. q.3.n.11.p.299.
Baptiſta plus æſtimatione quàm totum regnum, n.30.p.300.
Omnia, quæ ſunt Baptiſtæ ſublimia, & reſplendent plus cæteris, A.6.q.3.n.14.& 15. ibid.
Vices Dei agit Joannes, ibid.
Chriſtus ſpiritualiter ab utero ineſt in Joanne Baptiſta, & Joannes transformatur in Chriſtum, L.1.q.13.n.70.p.349.
Pœnam impoſitam ab Angelo Joannes mirabiliter abſolvit. L.1 q.19 n.95.p 354
Joannis magnalia non poſſunt verbis explicari, L.1.q.20.n.97.p.354
Joannes veluti quemdam divinum odorem dabat, ibidem.n.99.p.355.
Multa mirabilia in nativitate Joannis, n. 100. ibid.
Explicatur illud, Joannes ante vivit Deo, quàm Deus illi, ibid.n.100.
Excelſa Joannis magnalia non creduntur niſi videantur, L.1.q.20.n.102.ibid.
Tam magnus ut ejus laudes ſolùm ab ore Dei audiantur, L.1.q.20.n.104.ibid.
Præclara Joannis elogia, ibid.n.105.p.356.
Paulatim ſuos auditores docet, & illuminat Joannes, I.1.q 9.n.48.p.533.
Rara virtus Joannis cùm alteri cedat primatum, n 49.50.ibid.
Gaudium Baptiſtæ plenum eſt charitate Dei, & proximi, I.3.Exp.3.n.47.p.555
Joannes Baptiſta Coriphæus, ac ſummus amicorum Chriſti, I.3.q.8.n.53.p 556
Joannes inter cæteros ſanctos habet quamdam magnam excellentiam, n.54.ibid.
Ubi primus homo cadit, ibi Joannes erigitur, & ſublimatur, n.55.ibid.
Joannes magis intendit ardere, quàm lucere, I.2.q.9.n.65.p.558.
Joannes ſe demittit ut Jesus, glorificetur, & inde ad dexteram illius ſedet.ibid.n.67.p. 559
Joannes Chriſtum imitatur in reverentia, quam habuit erga patrem ſuum, num. 68. ibid.

*Joannes Evangeliſta.*

Joannis Evangeliſtæ martyrium illuſtrius quocumque alio, M.20.q.4.n.23.p.180.
Joannes, & Jacobus illuminant mundum, A. 3.q.2.n.7.8.& 9.p.186
Joannis laudes, ſolus ipſe potuit ſcribere, I.21. q.1.n.1.p.643
Summa divini verbi puritas de Virginis utero virginali, ac Joannis procedit per vocem, ibid.n.2.p.644.
Valdè ſuprema, ac eminens puritas cordis Joannis, n.3.ibid.
Joannes, non homo, ſed pluſquam homo, I.21. q.1.n.4.ibid.
Joannes Deificatus ad quamdam altam participationem divinitatis, n.4.ibid.
Singularis benevolentia Joannis datur, nulli conceſſa, n.5.ibid.
Dum Ioannes recubuit, æternus Pater diffunditur in Joannem.n.6.ibid.
Joannes pluſquam cæteris major ſapientia ditatur, ibid.
Joannes tam magnus, ut nullo nomine valeat explicari, I.21.q.2.n.7.p 645.
Deipata per divinam gratiam veluti genuit Joannem, n.9.ibid.
Vices Chriſti ad Virginem agit Joannes; ad Eccleſiam Spiritus ſanctus, n.10.ibid.
Virgo genuit Joannem, in virginitate, ac puritate n.11.ibid.
Joannes pro perſona Chriſti debitum perſolvit, n.12.ibid.
Joannes valdè verax inde dilectus à Chriſto, ibid.

*S. Joſeph.*

Mater Dei, ac Domina mundi Joſeph Dominum appellat, M.1.q.13.n 58.p.14.
Ex omnibus hominibus electus eſt Joſeph. ibid.n.59 ibid.
Magnifica Joſeph laus ex Mariano connubio, ibid.p.60.
Una fides, unus ſpiritus, in Maria, & Joſeph, n.62.p.15
Animus Joſeph menti Virginis unitur. ibid. n.62.
Docebat ut Deipara non haberet alium filium, niſi Jesum, nec ſponſum niſi Ioſeph, M.1.q.14.n.64 ibid.
Joſeph habet commercium cum æterno patre. n.6.p.15.
Ad decorem Chriſti ſpectat, quod filius Ioſeph reputetur n.65, ibid.
Chriſti generatio ab æterno, in tempore terminatur in Ioſeph, n.66.p.16.
Magnus, & eximius amor Ioſeph erga Iesum, n.67.ibid.
Jesus quamdam ſimilitudinariam imaginem Joſeph referebat, n.69.ibid.
Virgines cæleſtes pro magno honore portant ſecum nomen Joſeph, ibid.n.69.
Joſeph habet commercium cum Spiritu ſancto, M.1.q.14.n.71.p.17.
Joſeph dicitur Pater Chriſti ut ſubſtitutus Spiritus ſancti, ibid.
Magnum commercium inter Joſeph, & Verbum divinum, n.73.ibid.
Joſeph præ humilitate ſe reputabat indignum habitare cum Virgine Maria, M.1.q.15.n, 74.p.18
Joſeph aſſertor puritatis Virginis Mariæ, ac myſterii incarnationis, M.1.q.16.n.81.p.19
Joſeph ſuſpicione, firmatur evidentia puritatis Mariæ, M.1.q.17.n.82.ibid.
Dona cæleſtia conceſſa Joſeph ſunt valdè peculiaria inter omnes ſanctus, n.83.ibid.
Ex magnis rebus *Ioſeph* colligenda eſt ejus inſignis beatitudo, n.84.ibid.
Eximia, & rara obedientia Ioſeph, M.2.q.13. n.66.67.68.69.70.p.36.& 37.
Magna Ioſeph excellentia, quod Pater Chriſti dicatur, M.12.q.6.n.27.p.107.

Ita,

*Ira, Iratus,*

Animus iratus ſibi, & non alteri parat malum, M.2.q.24.n.73.p.37.

Ira Regis, ac Principis ipſis valde nociva, M. 2. q. 14.n.74.p.38

Peccatum ingratitudinis venia indignum, A. 3. q.5. n. 32.p. 290.

Iræ dandus eſt locus, quæ maximè ſedatur abſentia, L. 9.q.3.n.16.17.18.p.400.

Ira tempore interpoſitio mitigatur. n. 17. ibid.

Irato non contradicendum, ſed ab eo recedendum, n. 18. ibid.

Deus in ſua ira nos provocat ad orandum, ut eam avertat, L. 13.q.4.n.26.27. 28. 29. q. 5. n. 34. p. 461.

Ira tempore conſumitur, ac frigeſcit, L. 13. q. 5. n. 34. p. 462

Ex ira ſæpe venitur ad benedictionem, l. 15.q. 2. n. 9. p.627.

*Iudex*, ſeu *Iudicare.*

Res pro primo intuitu, ac ſpecie non eſt judicanda, ac cenſuranda. M. 3. q. 2. num. 8. q. 40.

Qui de proximo male judicat, ſignum damnationis, M.7.q.3.n.17.p.67.

Iudex habeat virgam juſtitiæ, non verò vindictæ, M.10.q.2.n.9.10.& 11. p.90

Per tribunalia judiciaria dæmonum malitia diffunditur, M.16.q 5.n.33.p.137

Iudex iniquus impietatis ſimulachrum, ac iniquitatis fomentum, L.18.q.1.n.9.p.486

Ex conditione humana, qui judex eſt, iniquus fit, n. 10. ibid.

Non Iudex, ſed merita dent ſententiam, L. 19. q. 8. n. 47.48.p.500.

Iudex in ſententia ferenda, non ſuam voluntatem, ſed Deum attendat, I. 19.q.2.n. 12. 13. p. 634.

Mali judicis peccatum graviſſimum, I. 19.q.6. n.42.43.

*Iudicium finale.*

Quare dies judicii tam inopinatus erit, cum multa ejus ſigna præcedent, M.24.q. 3. n. 17. 18. p. 224. & 225

Maxime vigilandum ob incertitudinem diei judicii, M.24.exp.3.n.36.p.228

Diabolus timet Dei judicium, A. 1. q. 3 n. 17. p. 181

Ratio reddenda in judicio finali, maximè cogitanda, L.19.q 5.n.28.p.638

Paſtores maximè timeant rationem reddendam de ſuis ovibus, L. 19.q.5.n.29. ibid.

*Iudæi.*

Iudæorum ſynagoga arbor mala extincta, & ex ſiccata, M. 21.q.3.n.26.p.186

Iudæi à regno, & patria expulſi. I. 16. q. 4. n. 31

*Iuramentum.*

Qui jurat judicat ſe indignum fide, M. 26. q.7. n. 35. p. 254

Herodes falſa religione timet frangere juramentum, A.6.q.4.n.17.p.300

*Iuſtus.*

De juſti præſentia acceleretur iniquis pœna, M. 2. q. 5. n. 12. p. 27.

Iuſtus ſolum vult Deum, & non alia, & hoc non tantum ſibi, ſed omnibus, M. 5. q. 4. n. 14. p. 52

Iuſtus ex charitate orat, ex juſtitia punit. M. 5. q.6.n.28.29.30.p.54.55

Homines crudeles juſtos venerantur, & honorant, M.10.q.3.n.14.15.16.p.91

Juſti apud Deum ſunt in numero, M. 10.q.7.n. 31. 32. p. 94.

Pauci juſti præſtantiores multis, M. 17. q.2. n. 11. p. 142.

Juſtus in omni tempore vitæ ſuæ dat virtutum fructus, M. 21.q.3.n.29.30.31.p.187

Juſti in morte maximè cuſtoditi, M. 27. q. 7. n. 42. p. 265

Juſtus adhærens Deo inexpugnabilis, L. 11.q. 3. n. 9. p. 413

Juſti multas tribulationes patiuntur interius, & exterius, L. 21. q. 1.n.1.p.505

Juſti Dei agricultura laboribus exercendi, L. 21.q. 4. n.15.p. 507

Juſti, qui ex Deo ſunt replentur ejus bonis, non verò alieni, L.21.q 4 n. 15. 16. 17. p. 526. 527

Juſtus bellum dicit contra carnem, ac ejus appetitus, l. 1. q 6.n.26.27.28.p.529

Juſtus ut faciat fructum debet ſuſtinere multas mortificationes, ibid.

Iniquis, ac malis diſplicere argumentum boni viri, ac juſti, I. 1.q. 6. ibid.

Juſtorum vinea à perſecutionibus, ac adverſitatibus creſcit, ac dilatatur, I.18.q.1.n.1.2. 3. & 4.

Juſtus maximè à Deo munitus, & cuſtoditus, I. 15.q.2.n.7.p. 626

L

*Labor.*

LAbor ſpontaneus, idem eſt, ac non labor, M.7.q.1.n 7. & 8.p.65.

Ex propriis laboribus maximè moventur homines, M.8.q.8.n.35 36,37.p.74. 75.

Labores, & vincula non deterrent virum bonum à munere docendi, M. 11. q.2.n.6.7.& 8 p. 98

Princeps à labore, quem præcipit non ſubtrahat manum, L. 10.q.1.n.5.p.403

Labor generoſos animos excitat, & inde coronat, L.10. q. 3.n.10.& 11. p.404

Ad magna per labores pèrvenitur, L. 12. q. 3. n. 29. p.446

Homo movetur non ex alieno, ſed proprio labore, ac calamitate, L.14.q.5.n. 20. p. 474

Facile quiſquis pro ſuo commodo labores ſuſtinet, L.19 q.3.n. 19.p 494

A laboribus ſeu perſecutionibus creſcit vinea juſtorum, M. 18. n. 15.

Juſti laboribus exercendi, L. 21.q.4.n.15.p. 507

Minimus labor meſſem fructuum producit, L. 21. q. 7. n.30.p.510

Labores, ac calamitates nos ducunt ad ſalutem L. 23.q.2.n.8.9. & 10. p. 516

Laboribus vexatus facile aliis miſeretur, I. 23. q. 4.n.17.18. p.517

Alienis laboribus, & calamitatibus charitas maximè movetur, I.2.q.1.n. 45. p. 540

Labor & adverſa fortuna virtutum ſchola. I. 5. q. 2.n. 7. p. 565

Labor continuus fit vivendi modus ad ſublevandam miſeriam, I. 5. quæſt. 2. num. 10. ibid. 11.

Diuturnus labor, ac vexatio ſic animum frangit, ac proſternit, ut nihil magnum valeat cogitare, I. 5.q.3.n. 15. & 16. p. 567.



Index Rerum.

Juſtus gaudet in laboribus, & pro eis dat gratias, I. 12.q.3.n.30.31.p.604.

Qui ad labores exhortatur, labores non recuſat, I. 12.q.6.n.35 p 605

*Latro*, ſeu *Fur.*

Mala arte comparat, ut largè expendat, & inde dicitur, qui capras non habet, & vendit hœdos unde habet? L.2.q. 11.n 51.52. p. 367.

*Lacryma.*

Effundens lachrymas pro Deo, eas iterum in ſe reſumit, ac recipit, L.7. q. 3. num. 9. p 386

Spiritus lugens, et ovans, ac triumphans amplam mercedem recipiens, n. 10. ibid.

Multa, & præclara elogia lachrymarum, n. 11. ibid.

Deus intantum æſtimat lachrymas, ut eas in ſe recipiat, ac in ſinu ſuo L. 7. q.3. n. 12. p. 387

*Laus.*

Chriſtus abſcondit ſuas laudes, aliorum manifeſtat, M.9.q.7.n.34.p.84

Laudes, & acclamationes correſpondeant, operibus, A. 11 q 3 n.7.p.316

Solus amicus, & benevolus tuas intelligit laudes, A. 12. q.2.n.9 p. 323

Laudes alliciunt aſſenſum, urgent ad bene agendum L 1.q.5.num.10.p.337

Præclaræ virtutis eſt ſua magnalia non dicere, ſed tacere, L.2.q.3. n.17.p.360

Laus ab inimico illuſtriſſima, L.17.q.3.n. 16 p. 481.

Laus viri magni ab iniquis reprobari, ac vituperari, L. 8.q.n.7.8.&.9.p. 587.

*Lex.*

Per additiones Dei leges corrompuntur, M.15. q.3. n.11. 12.13.p.127

Lex Dei integrè ſervanda, nec addendum, nec diminuendum, ibid.

A lege Dei obſervata omnia bona fiunt, M. 25. q. 10. n. 56. 57. p. 245

Voluntas Regis jus legum eſt, A. 6. q. 2. n. 9. & 10. p. 299.

Vera majeſtas legibus obtemperat, L. 2. q. 6. n. 32. p. 363

Mundana fatuitas ex poteſtate leges contemnit, n. 33. ibid.

Multi ſunt duri, & ferrei ad temporalia, & ad obſervandam legem Dei debiles, ac delicati. L.8.3.n.19 2.n.p.394

In lege Dei ſalus, in ejus fractione mors, I. 15. q. 2.n.6.p.626

Principes, ac magnates legem violant, & non obſervant, M. 2. q. 11.num.56.57 p.34

Lex venerata ſuavis, aliter oneroſa. M.11. q.6. n.26.27 28.p.101

Multiplicitas legum parit contemptum, brevitas obſervantiam, M. 15. q. 2. n. 3. 4. p. 101

Qui vivit in lege Dei, & non ſecundùm eam eradicabitur, M.15.q.3.n. 11. p.127

*Lex gratiæ.*

Jugum legis Evangelicæ leve, & ſuave ſine pondere, M. 11. quæſt. 5.n.18.19. 20. 21. p. 100

Virtute Sanguinis Chriſtus omnis rigor legis emolleſcit, n. 23. p. 101

Lex Chriſti illuminat mentem, M. 11. q. 5. n. 24. ibid.

Multum diſtat ſpiritus legis gratiæ ab antiquo, L. 9.q 1.n.8.p.399

Lex gratiæ perfectiſſima, I. q. 12. num.71. p. 537

*Lex vetus,*

Nihil erat in lege veteri, quod conferret gratiam ex opere operato, I.1.q.12.n.67.p.536.

*Liberalitas.*

Liberalis plus dat, quàm promittit, L.10.q. 6. n. 23. p. 595

Divina liberalitas petentium vota, ac deſiderium excedit, L.23.q.4.n.19.20.p. 518

Liberalis non rogatur, I.2.q.1. num. 4. & 5. p. 540

Liberalitas divina, ex penuria facit abundantiam, I. 6. q.1 n.4 p.571

*Lingua loqui.*

Quod homo habet in corde, ac affectu, de eo loquitur, M. 19.q.2.n.13.p 154

Impius, & iniquus ſuis ſe impugnat verbis, M. 27.q 6.n.35.36.p.264.& I.29.q.2.n. 10. p. 6,4

Loqui criticè, ac multum compoſitè diaboli auxilium, ſalutis impedimentum, A.1 q. 4. n. 22. p. 282

Loquendum conſideratè, & maturè, L. 2 q.20. n.103.p.355

Præſentia Jesus lingua eloquentiſſima, L. 2.q. 4. n.22.p.631

Male loquens de aliis vult tegere, & abſcondere ſua delicta, L.7 q.4.n.17.18. p. 387. & 388

In cauſa Dei, ac pro Deo natura muta, ac elinguis loquitur, & clamat, L.21.q. 6. n. 24. 25. p. 509

*Lites.*

Litigantium contentio cathedra peſtilentiæ, M.19.q.2.n.18.p.155

*Locus.*

Sæpe locus inſervit ad indulgentiam vel pœnam, M.21.q.2.n.16.p.185

Non à loco, ſed à moribus ſumenda eſt dignitas, ac corona, L.6. q.3.n.9.10.11. & 12. p. 382

*Lucrum.*

Valdè malum perantiquum; ex ſcientia volunt homines lucrum M.24.q.8.n.56.57. p. 231. & 232

Temporales malunt ſuum lucrum, quàm Deum. A. 11.q.4.n.23.p.282

Quilibet pro ſuo lucro labores ſuſtinet, L. 19. q. 3.n.18.p.494

Nil reſpuit homo ubi ſuum lucrum intervenit, L.19.q.3.n.20.21. 22. p.636

Ob lucrum contemnuntur humana, & divina, ibid.

*Luxuria.*

Luxuria regnat in aulis principum, M. 2.q.10. n. 49. p.32

Ubi luxuria intrat, ibi Dei memoria abolitur, M. 23.q.12.n.90.91.p.218.

In laſcivos repentina caſtigatio, ac calamitas, M. 24.q.12.n.16.p. 224.

A luxuria crudelitas prodit, A. 6. q.5.n.25. p 301.

Animus purus, & caſtus etiam odorem luxuriæ fugit. L.7.q.4.n.15.16.p. 387

Luxuriæ affectus inſatiabilis, L.14.q.2.n.22. p. 173

M.

*Magiſter.*

MAgiſter bonus tempore convenienti dat doctrinam, M.19.q.3.n.22.23.24.p.155.156

Malus magiſter pravis expoſitionibus corrumpit ſanctam doctrinam, L.8.q.2.n.10.p.392

Sæpe convenit, quod magiſter multa repetat. L.11.q.8.n.34.p.418

Vide *Doctor.*

*Magnus*, vel *Magna.*

Illa Magna in qua Deus communicatur, L.14.q.2.n.2.& 4.p.471

Magnus commemorat accepta, tacet dona data, L.1.q.7.n.34.p 530

Magnitudo mundialis ex rapina, L.1.q.8.n.36 p.342

Magna laus ad gloriam magnorum devenire, M.1.q.5.n.18.19.20

Deus Magna aſſociat parvulis, M.2.q.3.nu.9 p.25

Magnitudo ſe coarctans in parvo efficaciter trahit ad ſe humana corda, M.2.q.8.nu.39.n.30

Magnus conſortem gloriæ admittit, M.14.q.3.nu.15.p 121

Magnanimus qualibet re adverſa non cadit, ac deſiſtit, ſed inſtat, & proſequitur, M.15.q.5 21.22.23.p.129

*Magnates.*

Vide *Aulici.*

*Magdalena.*

Magdalena Apoſtola Apoſtolorum, M.28.q.2.n.17.p.271

Magdalena magis placuit affectu, quàm officio, A.12.q.2.n 7.p.322

Magdalena ex humilitate extollitur ad caput Chriſti, L.7 q 2.n 4.p.385

Magdalena pœnitentiæ idea, n.5.ibid.

Magdalena ex meretrice per pœnitentiam fit virgo, ib.

Magdalena ex f rventi amore omnia ex ſe adminiſtrat, n.6 ib.

Quod Chriſtus, Apoſtolis, Magdalena exhibet Chriſto, n.7.ib.

Magdalena lachrymas, quas effundebat in ſe reſumebat, L.7.q 3.n.9.p.385

Obmurmurans de Chriſto obmurmurat de Magdalena. L.7 q.4.n.14.p.387

Magdalena nullo modo potuit diſtrahi, ac divelli à Chriſti amore, n.15.ib.

Magdalena totam ſe impendit in diligendo, ac flendo, non verò in ſe excuſando, L.7.q 5.n.20.p.388

Felices Magdalenæ lachrymæ, L.7.q.5.n.21.ibid.

Alta, & divina providentia, hæc ſancta mulier vocatur Magdalena multipliciter, L.8.q.1.n.5.p.391

Quomodo dicitur quod Chriſtus ex ea ejecerit ſeptem dæmonia, n.6.p.392

An fuerit nupta, & adultera, L.8.q.1.nu.4.p.391

*Malum.*

Malorum radici occurrendū. M.9.p.1.n.1.p.78

Mala prævisa minus feriunt, L.21.q 1.n.1.ib.

Semper malum, ſeu malitia derivata ab uno in aliis creſcit, I.19.q.4.n.28.p.638

*Manſuetudo*, & *mitis.*

Agni manſuetudo domat crudeles hoſtes, & venerationem comparat, M.10.q.19.n.16.p.91

Principatus manſuetudine firmatur, ſævitia deperditur, I.10.q.4.n 15 p.405

Ubi eſt manſuetudo cum innocentia, adeſt Chriſtus, n.16,17.ib.

Vide *Benignitas.*

*Maria Deipara.*

Maria Virgo ſuam nobilitatem cum ſapientia conjunxit, M.1.q.1.n.1.2.3.4.& 5.p.3

Deipara omnes etiam Apoſtolos ſua ſapientia illuſtrat, n 3.p.4

In Conceptione Mariæ natura obſtupefacta ſtetit, M.1.q.10.n.44.p 11

Deipara ſtupendum miraculum, n.45.ib.

Maria Virgo cōcepta abſque ullo peccato originali. M.1.q.10.n.43.44.45 46 p.10.& 11

Deipara ſecundùm ſenſum Scripturæ exempta fūit à peccato originali. n.51 52 53.ib.

Deipara privilegiata à peccato originali & in communi lege non includitur, ib.nu 44.45.46.47.&c.ib.

Merita Deiparæ excedunt omnem mentem creatam, ut nullo modo poſſint explicari, M.1.q.11.n.48 49.50 p.12

Merita Deiparæ ex fructu, quem protulit colligenda ſunt, ib.

Puritas Deiparæ etiam à dormiente cognoſcitur, M.1.q.16 n.78.p 18

Maria Virgo indubitatæ divinitatis Chriſti ſignum, M.2.q.8.n.41.p.30

Maria Virgo nobis parat aditum ad filium, M.13.q.7.n.41.42 43.44.p.117

Deipara tanquam mater pro peccatoribus, ut filius poſtulat, M.15.q.4.n.16.p.128

Ex Mariæ præſentia omnis rigor, ac ſeveritas fugit, M.25.q.1.n.3.p.234

Maria Virgo flos omnium virtutum, L.1.q.1 n.1.p 524

Maria Virgo valdè conſueta viſioni, ac colloquio A gelorum, n.2.ibid.

Deus ſuo infinito judicio talem Virginem Matrem elegit, L.11.q.2.n.9.p.453

Evidens eſt etiam dormienti, quod Virgo Maria nullum aliud poterat concipere niſi ſolum Deum, L.1.q.5.n.13.& 14.p.338.& q.6.n.22.23.p.340

Chriſtus idem identitate cum Maria Virgine, L.1.q.5.n.16.18.p.359

Maternitas Dei eſt in ſuo genere infinita, n.18.ibid.

Morum compoſitio, ac modeſtia erat pro voce, ac lingua in Maria, n.19.ib.

Omnia quæ erant in Maria ſupremam exhalant ſanctitatem, L.1.q.6.n.21.22.p.340

Virgo electa ad quemdam perfectionum cumulum, ad quamdam veluti æqualitatem cum Deo, L.1.q.7.n.24.ib.

Virgo veluti baiula divinitatis toto corpore hauſit ipſam virtutem Spiritus ſupervenientis, L.1.q.7.n.25.p.341

In partu aucta eſt virginitas; *L.*1.q.7.n.26.ib.

Chriſtus inſigniter dicitur magnus ab utero Virginis, *L.*1.q.8.n.32.33.p.342

Mariæ vota Deus adimplet, *L.*1.q.9.n.34.p.343

Voluntas Deiparæ veluti ut una cum Dei voluntate, n.35.ib.

Admirabilis Virginis modeſtia, quæ nunquam vidit, vel audivit quid inordinatum, nu.35.ibid.

Virgo ex ſumma humilitate eligitur ad matrem Dei, n.38.39.40.p.344

In inſtanti, in quo Virgo dedit conſenſum, factum eſt myſterium Incarnationis, L.1.q.10.n.42.ib.

In conſenſu Virginis maximè reſplenduerunt ejus merita, 44.ib.

Maria Virgo omnium bonorum Principium, L.1.q.10.n.45.46.p 345

Beata Virgo Incarnatione filii ſui vidit eſſentiam divinam, L.1.q.11.n.4 .48.ib.

Maria Virgo creata eſt in Spiritu ſancto, L.1.q.11.n.60.p 347

Solus Deus agnoſcit multitudinem gratiarum Virginis ib.

Deipara unica gratia, puritate, ac privilegiis, n.62.ib.

Deipara pacifica, & amica pacis, quam dat ſuis devotis, L.1.q.12.n.65.66.p.348

Deipara Virgo totius gaudij exordium, L.1.q 14.n.74 p.350

Deiparæ laudes ſine gratia Spiritus ſancti non poſſunt decantari, ib.n.75.p.350

Excellentiæ, ac Virginis laudes ſolùm per Filium Jesum poſſunt cognoſci, ac explicari. n 75 76.77.ib.

Virgo ab inſtanti ſuæ Conceptionis habuit omnem perfectionem, quam omnes Sancti ſunt aſſequuti poſt mortem, L.1.q.15.n.80.q.351

Virgo Maria miraculum omnium maximum L.1.q 16.n.81.ib.

Deus ſuam ſapientiam, & potentiam declaravit in fabricanda Deipara, n.82.ib.

Omnia miracula fiunt Virginis interventu. ib.nu.83.84 p.351.352

Per Mariam omnia ſalutifera dona, L.11.q.4.n.14.15.p.414

A Jesu cum Maria omnis victoria, ib.nu.16.

Dei benignitas maximè in nos fulget per Mariam, n.17.ib.

Lux & pietas ingentes ab utero Mariano. L.11 q.5.n.19

A viſceribus Marianis Chriſtus omnibus propitius, n.20.p.416

Chriſtus maximè jucundabatur, ac delectabatur in utero Mariæ, L.11.q.6.n.22.23.24 ibid.

Maria Virgo paradiſus voluptatis Dei, nu.25.26.ibid.

Tam bonus fructus ventris Mariæ, quàm glorioſa puritas mentis illius, L.11.q.7.n.28.p.417

Chriſtus flos, Maria Virgo, ex flore colligitur virtus virgæ pullulantis, n.29,& 31.ib.

Qui ad ſe habet inclinatam Mariam, habet & filium ad ſe inclinatum, n.31.ibid.

Sub umbra Mariæ delinquere magnum crimen, L.13.q.5.n.36.p.462

Chriſtus maximè gloriatur carne accepta ex Virgine Maria, I.1.q.7.n.35.p.530

Caro Virginis Mariæ receptaculum divinitatis, I.1,q.7.n.36.ib.

Tota bona in Deipara, ut poſſit dici, quod omnia bona venerunt cum illa. n.37.p.531







Virgo ex viſa neceſſitate movetur ad ſubveniendum, I.2.q.1.n.2.p.540

Virginis interceſſio ſemper pro nobis, I.1.q.2.n.12.p.526

Omnia magna Mariæ tribuenda, I.2.q.3.n.22.p.543

Deipara ſupra omnes matres Chriſti mater dicenda, n.23.24.ibid.

Dum Chriſtus videtur aliquid matri denegare, magis eam honorat, I.2.q.4.n.26.ib.

Poteſtas, & imperium veluti inter matrem, & Chriſtum diviſum, I.2.q.4.n.27.p.541

Voluntas Filii eſt voluntas Matris, nu 28.ibid.

In Deipara honor Matris cum virginitate, M.1 q.19.n.101 p.23

Chriſtus ſuum amorem oſtendit ergà matrem dum eam facit participem ſuorum dolorum, I.1.q.12.n.74.p.537

Vide *Deſiderium.*

Quàm magna ſit ſanctiſſima Virgo non poteſt explicari, L.1.q.17.n.84 p.352

Virginis magnitudo ſoli Deo nota, & nemini manifeſta, n.85.ib.

Deipara omni laude major, n.86.& 87.ib.

In Maria ſine voce, & ſcriptura Deus inſcriptus legitur, I.2.q.4.n.23.p.361

Mirantur Angeli de Virginis puritate, L 2.p.5.n.27.p.362

E manibus Virginis Mariæ gratia, & gloria, L.2.q.13.n.6.p.358

Virgo Maria excipitur in gloria, non ab Angelo, ſed ab ipſo Filio Jesu. L.10.q.5.n 19.p 405

Chriſtus per ſe ipſum transfert Matrem in gloriam, n.20.p.405

Mariæ aſcendenti in cælum tota cæleſtis curia occurrit feſtivè ac cum muſica, n.21.22.ibid.

In cælo veluti infinitum diſcrimen inter ſervos Dei, ac ejus matrem, L.10.q.6.nu.14.p.406

Gloria Mariæ nec habet principium, nec finem ut explicetur, L.10.q 6.n.25 ib.

Virgo habet quamdam immenſitatem gratiæ, & gloriæ, ib.

Nulla dicendi copia valet explicare cælorum gaudia in die Aſſumptionis, n.27.ib.

Ex præſentia Virginis cœlitum gloria amplificata eſt, n.28.p.408

Gloria Trinitatis per Mariam amplificata eſt, n.29.ibid.

Jesus in gloria ſuam excipit Deiparam, *L.*10.p.8 n.31.ibid.

Virgo in cælo ſedet ad dexteram filii ſui, utpote in potioribus bonis, n.32.ib.

Gloria mortis, ac filii non tam communis, ſed eadem juxta Arnoldum, ib.

Maria de ſuis donis in gloria alios facit participes, *L.*10.q.9.n.35.36.37.p.409

*Martyr*, ſeu *Martyrium.*

Quot ſunt vulnera martyrum, tot teſtes contra tyrannos, M.10.q.4.num.17.18.19.p.91.92

Martyr ſic fortis, ac conſtans inter tormenta, ac ſi eſſet inſenſibilis, I.12.q.4.n.33.34.35.p 604.605

Martyr ridet inter tormenta, n.34.ib.

Martyr inter tormenta pro ſe tacet, pro cauſa Dei loquitur, n 35.ib.

*Divus Marcus.*

Valde mirabiliter, ac ſublimiter Divus Marcus inchoat ſuum Evangelium, A.1.q.1.n.2 p.279

*Divus Matthæus.*

Divus Matthæus de impietatis ſchola eligitur ad magiſterium virtutis, M.9.q.3.n. 12. p. 80
Cur præ aliis vocatur ad Apoſtolatum. n. 13. Idib.

*Matrimonium.*

Ex matrimonio vir, & uxor inſeparabiliter cohabitent, habeantque inter ſe ſummam unionem, M. 19.q.5. num. 38. 39.40. 41. p. 158
Ex matrimonio ſummus amor, ac dilectio debet dari inter virum, & uxorem, M. 19. q.6.n.45.46.47.48.49.p.159.160
Per fornicationem non ſolvitur vinculum matrimonij, ſed tantum datur divortium, latè explicatur, M. 19. q. 8. n. 63. 64. uſque 69.p.162. 163
Libellus repudij quod fiebat in lege antiqua per multas quæſtiones explicatur, quæſt. 7. per totam.p.161
Matrimonium ſervitutem affert, M. 19. q. 8.n.72.p.164.& q.9 n.75.p 165
Domus maritata ſtadium luctatoris, L. 11. q.19.n.92.q. 430.

*Medium.*

Deus per media, quæ videtur contraria res ordinat M.1.q.17.n.80.p. 19. & M. 10.q. 5. n.22.p.92.
Deus per media contraria intendit ſuos fines, M.2.q.3.n.10.p.25.

*Menſura.*

Cuncta ſunt facienda menſura, & modo. M. 13.q.5.n.21.p.113.

*Mendacium, Mendax.*

Mendax multiplex lingua, M.6. quæſt. 1. n. 2. p. 59.
Malos homines etiam pudet mentiri, M. 7. p 3. n.19. p.67
Mendacium grande malum, & valde indecens viro nobili, ib. n.20.21.22. p.67.68
Mendacium ſimilitudine, ac tegumento veritatis, maximè ſeminatur, ac nocet, M.13. q 1. n.3.4.5.6. p.110.111
Auri cupiditas multa mendacia, & falſitates inducit, M.28 q.4.n.30.31.32.p.273.274
Principum auctoritas falſitates introducit, n.29 ibid.
Mendax nunquam veritatem purè dicit, ſed permiſcet mendacium, A 1. q.3. nu.18. 19. p. 281

*Meritum.*

Nobilius id quod habetur per merita, quàm per naturam, M.1.q.5. n.19.20.21 p.7
Pro meritis, vel demeritis detur magnus, vel parvus locus: M.2. q.9. n.47. p.32
Multi ad dignitates, unicus ad meritum, M. 5. q.2. n.7. p.51
In diverſo ſtatu æquale meritum fundatur, M. 8.q.4. n.20. p.72
Ubi meritum ibi eſt poſſeſſio, & mereri eſt poſſidere, M.16. q.4 n.31.p.136
Ubi majus meritum, ibi majus præmium, M. 25. q.10. n.53. p.239
Inter præmium & meritum magna connexio L.10.q.8. n.30. p.408
Merita dent ſententiam, & non judex, L.19. q.8. n.43. 44 p.499
Etſi temporalia dentur gratis, cœlum non datur niſi per merita, L.21. q.4. n.16. p. 507
Plus honorat meritum, quàm dignitas, M.1. q.18. n.93. p.21

*Miniſter.*

Miniſtri ſemper dilatant, & amplificant ſuam juriſdictionem, M.27.q.1.n.2. & 3. p.258
Miniſter Dei, ſi impeditur, Deus pro eo loquitur, L.1.q.13.n.68. p.348
Miniſter ſemper ſit aſſociatus, ut ſuæ adminiſtrationis habeat teſtes, L.10.q.1.n.2.p.402
Quæ per manus miniſtri veniunt anguſta, & coarctata, L.14.q.1. n.5.p.472
Bonus Miniſter nec agit de lucro, nec cibò, ſed de Domini mandato, L. 19.q.8. num.42. p. 499
Qui miniſtrum, ac patronum non habet, nihil ſperet, L.5.q.8.n.1.3.p.566
Miniſter expertus eligendus, L.19. q.8.n.42
Servus fidelis providet ſuis, ac omnibus, I. 6. q 5. n.20. p.575
Cibi provideantur miniſtris, ne aliena rapiant, ib. n.21. 22. ibid.
Miniſter Evangelicus nullius indigus, M. 10. q.1. nu. 2. p. 88
Deus dat miniſtros proportionatos, prout tempus, & occaſio poſtulat. M.17. q.3. num.16. p. 143
Miniſtri Regum augentur bonis ſuis, M.18.q. 5. n.24.25.27. p.150
Divina ſapientia requiritur ad eligendos ac dirigendos bonos miniſtros, M.23. q.7.n.64.65 66.67. p.213.124
Valde rarum bonum miniſtrum invenire, ibid. &c.24.q.7. n.49.50. p.230
Sapientia maxime neceſſaria in bono miniſtro, M.23.q 8. n.69. 70. p.214
Miniſtri venerantur magnates, affligunt pauperes, M.26. q.5. n.24. q.252

*Miraculum.*

Miracula uſitata vileſcunt, inuſitata movent, M.27. q.5. n.29.30. p.262
Viſis miraculis etiam Tyranni commoventur, n.32. p.263
Non eſt requirendum miraculum in his, quæ poſſunt fieri humana induſtria, I.10. q.4. n. 14.15.16. p.594

*Myſterium.*

Qui ducitur humana ratione non intelligit divina myſteria, I.3.q.2. n.5. p.547

*Miſeria, ſeu Miſer.*

Stultus homo præſumptione incipit eſſe miſer- M.1. q 7. n.33. p.9
Majeſtas magnam beneficentiam erga miſerum declarat, M.8.q.2. nu.7. p.70
Aliena miſeria etiam maximè movet aliorum animos, A.3.3. q.1. n.2.3.4.& 5. p.285
Miſeria ſic animum frangit, ac proſternit ut nihil magnum valeat cogitare, I.5. q.3. n.14 & 16. p. 568

*Miſereri.*

Laboribus vexatus facile aliis miſeretur, L.23. q.4.n.17. & 18. p.517

*Miſericordia.*

Princeps oſtendat miſericordiam, ut ametur; juſtitiam ut timeatur, M. 21. q.4. num.22. p.183
Maximè reſplendet ſumma Dei miſericordia, n.33. p. 188
Sæpe rigor eſt ex miſericordia, L.12. q.2. n.9. p.442





Deus quando magis iratus ibi etiam oſtendit ſuam miſericordiam, L.13. q.4. nu.47. 48. p. 465
Deus ex miſericordia promittit ſupplicia ut avertantur, n.49. ib.
Magna miſericordia ſubvenire miſero, qui ſibi ſubvenire non poteſt, I.5.q.3. n.14.p.566

*Miles.*

Miles à teneris exercitatus poſtea fit validiſſimus, L.1. q.13. n 70.71.72. p.349

*Mortificatio.*

Mortificatio cum Chriſto parit Reſurrectionem cum ipſo. M 16.q 6.n.37. p.138

*Mors, Morſus.*

Mortis memoria nos facit habere Chriſtum, M.16. q.6. n.40.41. p.138
Noſtra vita, & mors ad Dei laudem. M.22.q.5. n.33. p.200
De mortuis maximè obliviſcimur, M.22.q 5. n.36. p.201
Mors quando minus ſperatur, ac cogitatur, tunc advenit. M.24 q.6.n 30.41.42.p.228
Feſtivus natalis dies cum memoria mortis celebrandus, A.6.q.2. n. 6 p.298
Divinus ſpiritus rerum mundialium finem, ac interitum nobis proponit, A.8. q.3. n 20.21. p. 307
Morti propinquus nil cogitet de temporalibus, L.14.q.2. n.8.& 9.p.472
Mors poſt Chriſtum non eſt timenda, L. 12.q. 5.n.36. p.605

*Mulier.*

Ubi mulier ibi ruina, & lapſus, M.1.q.2. n.6. p. 4
Levius eſt contra concupiſcentiam pugnare, quàm contra mulierem, M.19.q.9. num. 73. p.164
Multa mala ex muliere veniunt, M.19.q.9.nu. 73.74.75.76.p.164 165
Mulier virum gubernat, & regit, M.19 q.9.n. 75.ibid.
Mulier mala crudelior omni ferâ beſtiâ, ac dracone, & leone, M.19.q.9 n.77.ib.

*Mundus, ſive Mundalia.*

Mundialia inſerviunt ad vitam, vel mortem juxta illorum uſum, L.8.q.4. n.23. & 24. p. 394.& 395
Mundialia alternas habent vices. ib.
Quidquid mundus dat, cumulatiùs datur à Deo, L.12.q 4. n.32. p.446
Mundialis poteſtas in appetitu Chriſtiani in nuditate, I.3.q.2.n.6.p.547
Vide *Bona temporalia terrena.*

*Munera.*

Vide *Miniſter.*
Qui accipit munera vendit libertatem, M. 18. q.5. n.25. p.150

*Murmuratio.*

Quamvis opus ſit bonum murmuratio vitanda, M.12.q.1.n.2. p.103
Murmuratores circumeunt cuncta ad detrahendum, M.15.q.2. n.6.7.8 9. p.126
Murmurationis cauſa amputanda, A.5.q.1.n.4. p. 294
Iniquus obmurmurans de aliis vult tegere ſua delicta, L.7. q.4.n.17.18. p.387.388
Mali ſubditi malè loquuntur, & murmurant de ſuperiore, L.19.q.6. num.34.35.36. p.497

N.

*Neceſſitas.*

Ille potentiſſimus, qui non indiget, M.19. q 18. n.133. p.174
Vox neceſſitatis fortiſſima, & facit ſuum, quod petit, I 2.q.2. n.6.& 7.p.540
In neceſſitatibus ad orationem confugiendum, I 2. q.2. n.12. p.541
Ipſa neceſſitas clamat, & precaria eſt, I.5. q.2. n.8. p.565
Beatus dicitur, non qui audit, ſed qui intelligit ſuper neceſſitatem, n.9. ib.
Sæpe homo de ipſa neceſſitate facit vivendi modum, I.5. q.2. n.10. 11. p.565. 566
Chriſtus maximè afficitur ad neceſſitate laborantes, I.6.q.2. n.8. p.572

*Negotium.*

Qui ſe implicant forenſibus negotiis vexantur, M.4.q.4. n.29
Negotiationes mundi plenæ mendaciis ſunt, A. 11. q.1. n.7. p.316

*Nobilitas.*

Nobilitas cum ſapientia fulget, M.1 q.1. n.1. 2. 3. & 4. p.3. & 4
Vera nobilitas probatur à Deo, non ex parentibus, ſed ex virtutibus. M.1. q.9. nu.39. 40. 41. p. 10
Nobilitas ſine virtute deperditur, M.8. q.9.nu. 42. 43. p. 76
Nobilitas deſumitur à meritis, & non à titulis, L.1.q.1.n.3.4.& 5. p 336
Nobilitas maxime conducit ad prælatos, & gubernatores, L.19.q.2.n.13.14.15.16.p.433
Vera Nobilitas, non à ſanguine, ſed à meritis, n.17. ib.
Nobilitas prior ad venerationem, I.3.q.1. n.4 p. 547
Non multum gloriandum de naturali generatione, ac nobilitate, I.8. q.3.n.11.12.13.p.588

Nomen.

Nomen index, ac prænuntius futurorum, L.1. q.2. n.6. & 7. p.336
Unuſquiſque convenienti nomine vocatur à Deo, L.13.q.7.n.64. p.468
A vitiis ſæpe nomen accipitur, L.14.q.2. n.11 p. 521
Dei nomen plenum virtutè, ac effectu, I.1.q.1. n.2.3.& 4.p. 524.525
Dei nomen importat eſſe, quod aliis communicat, ib.
Multa Chriſti nomina, M.1.q.18. n.89.90.p.21. & 22
Magnorum nomine, nobilitantur, qui eorum virtutes imitantur, M.11. q.4. nu. 14. 15.16. p. 99
Nomina, & res, quæ à Deo veniunt firmiter perſeverant, A.3.q.2.n.10.n.11.12.p.286

*Nova.*

Novitas placet Diabolo, diſplicet Chriſto. M 15.q.1,n.1. p.125
Innovatio in vita, ac virtute multum proficit I.10. q.3.n.10.11:12:13: p:593

O

*Obedientia, Obediens.*

OBedienti perfecto ſufficit levis inſinuatio per ſomnia M.2.q.13.n.66.67.p.36
Perfectè obediens non diſputat de mandatis, n.68. 69. ibid.
Obediens abſque cunctatione mandata exequitur, M.2.q.13.n.70. p.37
Obediens nec in minimo diſcrepat à mandatis, n.71. ib.
Fortior obedientia, quàm amor, M. 14. q.1. n.3. p.119
Qui imperanti Deo obedit, omnia fiunt prævia, A.6. q.4. n.14.15. q.331
Quò minus eſt auctoritas imperantis, major eſt affectus obedientis, M.2. q.10.51.52.53. p.33
Perfecta obedientia minimo miniſtro obtemperat.ib.
Ubi major repugnantia, ibi magis oſtenditur obedientia, M.14.q.1.n.4. p.11
Obedienti Deo, omnia ſunt facilia, & in promptu, A.16 q.4.n.14.15. p.331
Perfectè obediens nil loquitur, ſed exequitur. n.16. ibid.
Obedientia adimplenda, etiam omiſſa cæleſtiũ contemplatione, A.16 q.4. n.17. p.332
Obedientia excuſationes non quærit, ſed indilatè obedit, I.12. q.6. n.47.48. p.607

*Obſequium.*

Ex jucunditate, ac lætitia creſcit obſequium M.6.q.2.n.5. p.60
Deus vult obſequia libera, & non coacta. A.1. q.4. nu.26.27.28.p.282
Deus non externa obſequia, ſed internum animum appendit, L.7. q.5. n 21. 22 23. p.388. & 389
Qui dividitur inter Deum, & mundum punitur, L.11.q.16. n.84. p.428
Ad excellentiam obſequii pertinet, ut gratis fiat, L.19. q.7. n.42. p.499

*Obſtinatus.*

Obſtinatus ſive induratus peccator maximè provocat divinam iram, A.16. q.3.n.10.11. p.331

*Occultum.*

Occultum dum abſconditur, revelatur, M. 1. q.6. n.27. p.8

*Occaſio.*

Occaſiones peccati amputare magnus Chriſti triumphus, M.21.q.1. n.134.p.284
Res ut magna ſit, opportuna occaſio exoptanda, M.21. q.4. n.37. p. 189
Prudenti cautela adverſariorum occaſiones fugiendæ, M.21.q.6. n.54. p.191
Occaſiones peccati evitandæ; n.49. ib.

*Oculus.*

Ab oculo omnia membra illuſtrantur, L.11. q. 19.n.101.102. p.432
Oculus cohæreat cùm pedibus, n.103. ibid.

*Odium.*

Ob odium, & invidiam contemnitur propria auctoritas, M.21. exp. n.5. 63. 193
Odium aliorum augmento creſcit, M.27. q.5.n 26. p.262
Odium nulla evidentia, acquieſcit, & facit Angelum videre diabolum, L.11.q.11.n.68 p. 425

*Officium.*

Vide *Dignitas.*
Qui ſui muneris obligationes non adimplet, non homo, ſed phantaſma reputatur, L.2.q. 6 n.30. p. 363
Cum res tranſilit extra metas ſui officii perit. L.2. q.10. n.49. p.367
Qui in ſuo officio firmus ſtat, & in illo ſe exercet maximè extollitur, & nobilitatur, L. 11. q.15. n.7.77. 78. p.427

*Offerre.*

Oblatum appenditur coram Deo, non ex quantitate, ſed ex animo offerentis, A.12.q.1. nu. 5.6.7.8. p.322
Dona oblata indicant animum offerentis, L.11. q.24. n.125.126. p 437

*Opinio.*

Prima opinio efficaciter apprehenditur, & difficile expellitur, L.1 q.3. n.5 6. p.525

*Opus.*

Cuncta ſunt operanda, ac facienda menſura, & modo, M.13. q.5. n 21. p.113
Oratio filiorum, ac domeſticorum magnam vim habet ad impetrandum, M.15.q.4 n.20. p. 129
Tunc intellectus obſcuratur cùm opera non diriguntur ad debitum finem, L.11. q.18. n. 93. p.430
A bona conſcientia veniunt bona, & præclara opera, L.11 q.21. n.106.107.108 p 433
Deus ex noſtris operibus nullam habet utilitatem, vel lucrum, L.17. q 2 n.12 p.480
Ad opera ſubrogationis nos exhortatur Chriſtus, n.13. p.481
Qui operum fructus ſanctè, ac rectè vivendo non exercet, idem eſt, ac mortuus, M.21. q. 5. n.43.44.45. p.189
Qui nihil operatur idem eſt, ac mortuus, & non vivus, L.19.q.9.n.48.49 p.500.& 501
Ut opus ſit undique magnum, fiat ſine ſuſpicione aliorum, I.2.q.5. n.35. p.545
In Deo confidendum, & manu laborandum, I.5.q.1.n.2. p.564

*Oratio.*

Oratio pro inimicis multa bona impetrat, M. 5. q.8. num.38.39. p.56
Deus non audit noſtras orationes, quia nos non audimus ejus præcepta, M.7.q.3.n.14. p. 66
Oratio multorum vim facit Deo ut exaudiatur M.8.q.3. n.14.15.16. p.71
Oratio humiliati exauditur, n.18. ibid
Oratio quamdam videtur habere omnipotentiæ æmulationem, M.14. q.4. n.23.
Si orat innocens, & Judex potius debet orare, reus, & Judicandus, M.26. q.3 .n.15. p.350
Ille efficaciter orat, qui non pro ſe, ac neceſſitate orat, ſed pro Dei honore, ac gloria, L. 6 q.1.n.2.& 3 p.380.& 381
Oratio multorum magnam efficaciam habet apud Deum, L.6. quæſt. 2. num.4.5. 6. & 7. p. 381
Talis oratio multorum vim infert ad Deum, ibidem.





Bonus vir, ac prælatus quod per contemptum, aſſequitur, exercet in utilitatem aliorum, ibid.
Fides orationis fundamentum, L. 18.q.2.n. 21. 4. 488
Pro evitanda tentatione orandum, n. 22. ibid.
Oratio cum fide omnia impetrat, & obtinet, L.18.q.3.n.24.25.26.27.p.489
Oratio ante menſam parat cibos.I.6.q.3. n. 10 n.36.p.572
Oratio quidquid exquirit, jam habet. ibid.

*Otium.*

Chriſtus damnat otium, M. 12.q.1. n. 3. p. 104
Otioſus idem, eſt ac homo mortuus, M.25. q.7 n.36. p.241
Otio deperditur omnis ſanctitas, & virtus, L.13.q.1.n.17.18.p.459
Homo otioſus, ac ſine opere, & labore, vivens, idem eſt, ac mortuus, M. 12. q. 5. n.43.44 45. p.189
Otioſus reputatur ut mortuus, & ſepultus, L. 19. q.9. n.48.49. p.500. & 501

P

*Pœnitentia, & pœnitens.*

PEr pœnitentiam maximè nobilitatur homo, M.1. q.6. n.28.29.30. p 8
Glorioſa victoria per pœnitentiam, ib.
Rigida pœnitentia ſuavis ſervo Dei, M.2. q.2. n.10. p.25
Homines veloces ad rapinam, tardi ad pœnitentiam, M.4. q.2. n.10.11.& 12. p.47.& 48
Fervida pœnitentia ſaporem, ac dulcedinem, habet, A.1.q.2.n.11.p.280
Pœnitentia nos elevat ſuper Angelos, L.23. q. 2. n.7. p.515
Pœnitenti quod fuit ad delitias modo eſt ad dolorem, I.5. q.4. n 18. p.498

*Palatinus.*

Vide *Aulici.*

*Pater Æternus.*

A Deo Patre venit, quod multos fructus faciamus in Chriſto, I.15.q.2. n.5.p.626
Ex multis rationibus Æternus Pater dicitur agricola, I.15.q.2.n.5.6.7.8.ib.

*Pater, ſeu Parens.*

Parentes maxime ſoliciti de filiorum bono, M. 19.q.14. n.108.p.171
Boni filii parentum ornamentum, M.19. q.14. n.109. ibid.
Defectus caſtitatis in filiis maximum nocumentum parentibus, M.19.q 14. n.110. ibid.

*Patria.*

Patria maximè honoranda eſt, L.1.q.12. n.54 55. p.368. & Luc.4. q.1. n.9.10.11.p.374

*Paſſio Chriſti.*

Præpoſita paſſione Chriſti nullum præſumebatur peccatum. M.11. q.5. n.23. p.101
Magnitudinem paſſionis Chriſti nulla mens poteſt intelligere, nec explicare, M.27.q.2. n.10. p.529
Halitus paſſionis Chriſti dat fidem, M.27.cap. 1.num.2.p.258
Ad habendam vitam in Chriſtum per ejus paſſionis itinerandum, L.21.q.4.n.17.p.507
Paſſionem Chriſti nobiliores venerantur, I.3.q. 1. n.4.p.547

*Patientia.*

Vir patiens multam habet pœnitentiam, I. 8.q. 1. n. 4. p.586
Patientia in laboribus, I.12.q. 3.n.30.31.p.604
Patientia maximè perlucet in virga regia, M. 10.q.2. n.11. p.90
Patientia ſanctorum de hoſtibus triumphat, M. 10.q.3. n.12. ib.
Glorioſior victoria patientia, quàm armis, M. 26.q.6. n.32. p.253
Ex patientia diſſimulante creſcit aliorum iniquitas, M.27.q.1. n.4.5.6.p.258.& 259
Chriſtus ex patientia Deus cognoſcitur, M.27 q.4.n.18.19. 20. p.261
Patientia mitigatur cruciatus, L.23. q.2. nu.6. p.515
Juſti in patientia Dei legati vices gerunt, M. 27. q.4. n.19.20. p.261
Plus vincitur patientia, quàm rigore, L.9.q.2 n.13.14. p.400
Excellentia oſtenditur magis diſſimulando, quàm puniendo, L.13. q.5. n.35. p.462
Per patientiam eſt homo ſui Dominus, ac poſſeſſor, L.21. q.8.n.32. p.510
Generoſa Chriſti patientia, muta non reſpondens admirabilis, L.21. q.18. n.33. ib.
Firma patientia in omni adverſitate, num. 34. ibid.
Patientia fœcundiſſimos fructus parit, n.35.ib.

*Paupertas, ſeu Pauper.*

Pauperes, & humiles elevantur à Chriſto ad quamdam fraternitatem, & veluti æqualitatem, L.14.q.4. n.17.p.474
Mundus deſpicit pauperes, ſpiritus Dei eos ſibi aſſumit, n.18. ib.
Mundialis poteſtas in pompa, & apparatu, Chriſtiana in paupertate, I. 3. q.2.n.6.p.547
Paupertas Chriſti multæ opulentiæ, divitiæ ſæculi paupertas, M.10.q.1. n.4.p.89
Chriſti paupertas illuſtrior omni regali majeſtate, M.19.q.17. n.125. p.173
Eviſceratur pauper, ut dives augeatur, M.25. q.10. n.54. p.245
Petrus paupertatis intuitu omnium Dominus, L.12. q.4. n.3. p.441
Suos diſcipulos pauperes, & nudos vult Chriſtus, L.12.q.8.n.49.p 450
Pauper terrena abjiciens maximè de omnibus triumphat, L.12.q.9.n.60. p.452

*Paulatim.*

Paulatim, & non ſubito ad magna eundum, M. 21.q.1.n.10.p.184.A.1.q.4.n.24.p.282
Paulatim animus eſt diſponendus ad magna, M.28.q.2. n.17. p.271

*Parvus.*

Res parva non contemnenda, cùm habeat vim ad ſui augmentum, M. 13. q.5. n. 20. p.113

*Pax.*

Vide *Unio, Concordia.*

Vera pax animæ fit, cùm ab illa præſcinduntur *vitia*, M.10.q.8.n.40.p.95
Qui vult habere pacem, non velit omnia ſibi, A.9.q.4.n.22.23.p.312
Solus ſapiens, & prudens intendit pacem, A.9.q.4.n.24.25.ib.
Ut fiat pax exigitur gladius, L.2.q.5.num.28.p.362
Pax à Chriſto Domino introducta eſt, *L*.21.q.3.n.9.p.606
Totum Chriſti regnum in pace fundatum eſt, n.10.ib.
Pax Chriſti non ſolùm ſedat externos actus, ſed internos, L.21.q.3.n.11.ib.
Vide U*nio*.

*Peccatum.*

Supremum malum addere peccatum peccatis, M.1.q.6.n.24.p.8
Difficile peccatum inveteratum expellere, M.9.q.8.n.40.41.p.85.& L.11.q.11.n.1.p.412
Peccatum quanto magis occultatur, tanto magis proditur, M.13.q.1.n.1.p.456
Peccatum gravius, & majus malum, quàm Dæmon, M.15.q.4.n.18.10.20.p.128.& 129
Conſequentia peccatorum gehennalis flamma & pœna, M.16.q.2.n.20.21.22.p.135
Peccata ſunt denudanda, & non tegenda, M.21.q.1.n.13.& 14.p.84
Qui poſt viſa aliorum ſupplicia adhuc peccat, graviter punitur, M.23.q.10.n.77.78.& 79.p.216
Omne malum noſtrum provenit à peccatis noſtris M.23.q.11.n.82.83.84.p.218
Ob peccata Deus ſæpe magnam cæcitatem permittit in homine, M.27.q.5.n.31.& 32.p.263
Diligentior homo ad peccatum, quàm ad juſtitiam, M.27.q.9.n.52.53.54.p.267
Peccatorum auctores irremiſſibiliter pereunt, M.28.q.5.n.41.42.p.276
Deus fœditatem ſcelerum averſatur, & non poteſt videre, A.1.q.3.n.16.p.281
Maximè aggravat peccatum; velle excuſare, & velle Deum cum diabolo conjungere, A.5.q.5.n.35.36.p.290
Magnum beneficium, illud non dare incredulis, ne peccatum aggravetur, A.8.q.1.nu.4.p.305
Qui in peccatis eſt, judicat res mundanas aliter, quæ ſunt contra juſtos, A.8.q.3.n.19.p.307
Qui ſimiles ſunt in peccatis, ſimiles ſunt in pœnis, A.11.q.1.n.8.9.& 10.p.316.& 317
Relapſis in peccata augentur pœnæ, A.11.q.2.n.15.& 16.p.318
Relapſus in peccatum pejus omnium, L.11.q.3.n.10.p.413
Extrema miſeria ſub luce ambulare in tenebris peccatorum, L.11.q.24.n.112.p.434
Minimum quid peccati totum perdit, L.12.q.20.nu.103.104.p.432
Peccatum maximè gravat, L.13.q.6.num.47.p.465
Peccatum ab uno derivatum, in aliis creſcit, L.19.q.4.n.29.p.638

*Peccator.*

Animus peccans ſibi parturit malum, & non alteri, M.2.q.14.n.73.p.37
Homo in peccatis demerſus multa vi divinæ gratiæ trahendus, M.4.q.2.n.10.11.12.& 13.p.47.& 48
Peccator ſui criminis alios arguit, M.9.q.1.nu.5.& 6.p.78.& 79
Vetus homo demittendus, ut novus induratur, M.10.q.2.n.7.p.89
Iniquitas peccatoris oſtenditur in magnis, & parvis, M.23.q.4.n.39.p.209
Peccatorum obduratio adhuc ſub flagello non emendatur, M.4.q.3.n.21
Peccator Deum judicem timet, M.27.q.7.n.45.46.p.266
Peccator obduratus maximè provocat divinam iram, A.16.q.3.n.10.11.p.331
Homo iniquus, & peccator valdè oneroſus in civitate, L.13.q.2.n.19.p.459
Peccator timidus, L.19.q.7.n.39.p.498
Peccatoribus, ac malis diſciplicere argumentum boni viri, I.8.q.2.n.7.8.9.p.587
Qui poſt admonitionem peccat, graviter punitur, I.10.q.6.n.20.21.p.595
Peccator etiam in ſuiſmet delectationibus habet laborem, I.15.q.3.n.15.p.618

*Pecunia.*

Pecuniæ, ſeu auri cupiditas generat contemptum Dei, M.6.q.3.n.12.p.61
Ille miniſter habet Deum, qui non habet aurum, nec pecuniam, ſed pedibus conculcat, M.6.q.3.n.13.14.ib.
Amor pecuniæ, efficacius adhæret animo, quàm cætera, M.10.n.4.5.6.p.89
Amor pecuniarũ valdè exitialis Eccleſiaſticis, M.16.q.3.n.27.28.p.136
Honor ſæculi in pecunia, M.28.exp.3.nu.35.p.27
Vide *Aurum, divitiæ.*

*Periculum.*

Qui in periculo verſatur, in maledictum cadit, M.21.q.1.num.16.p.185

*Perſeverantia.*

Perſeverandum in virtute incæpta, M.9.q.7.n.37.38.39.p.84.& 85
Non ſufficit bene incipere, niſi perſiſtas, L.8.q.3.n.17.p.393
Perſeverantia eſt virtutum columna, & cæleſte regnum comparat, *L*.21.q.2.n.7.p.506

*Perſecutio.*

Vide *Tribulatio*, vel *Labor.*

*Petrus Apoſtolus.*

Agnovit Petrus, quid eſſet à ſe, quid ex Dei gratia, M.14.q.3.n.13.p.121
Petrus dum titubat aliis glorioſior, M.14.q.4.n.25.p.123
Petrus peculiariter dicitur Filius Spiritus ſancti, M.16.q.3.n.24.p.135
Excellentiam Petri ſolus Chriſtus agnoſcit, ib.n.27.p.136
Petrus illuminat mundum, & ad altiorem conditionem tranſit, M.19.q.17.n.128.p.173

Petrus



Petrus Deo confidens triumphat, de ſe confidens corruit, M.26.q.7.n.35.p.254
Ingens pœnitentia petri maximè honorata, M.26.q.8.n.41.42.p.255

*Petere*, ſeu *Preces.*

Chriſtus plus concedit, quàm poſtulatur ab eo M.19.exp.8.n.118.119
Deus ſæpe non concedit noſtras petitiones ad merita augendum, A.9.q.1.n.3.p.309
Ob importunitatem potentium multa faciunt homines contra ſuam voluntatem, L.18.exp.2.n.11.p.486
Sicut divinæ pietatis noſtras petiones concedere, ſic & aliquando negare, L.23.q.3.n.11.p.516
Divina pietas petentium vota excedit, L.23.q.4.n.19.& 20.p.518.
Beneficium ſi precibus obtinetur diminuitur, I.2.q.3.n.20.21.p.542.543

*Pietas.*

Sunt multa, quæ habent ſpeciem crudelitatis, & ſunt eximiæ pietatis, A.11.quæſt.3.n.19.p.319
Sicut divinæ pietatis eſt dona concedere, ſic & aliquando negare, L.23.q.3.num.11.p.516

*Populus.*

A concurſu populorum maximè fugiendum, M.3.q.2.n.9.

*Potens*, vel *Potentia.*

Poteſtas mundana, poteſtas tenebrarum, M.26.q.6.n.30.p.25.
Poteſtas, quæ eſt ad malum inferendum deteſtanda, I.19.q.2.num.11.p.634

*Proximus.*

Qui de proximo malè judicat, ſignum damnationis, M.7.q.3.n.16.p.67.
Qui proximum proſequitur, ſine Deo vivit, A.6.q.2.n.8

*Præcipere*, vel *Præceptum.*

Si Superior veneratur ejus præcepta levia, ſi contemnitur gravia, M.11.q.6.n.26.27.28.p.101
Ad fortia, & rigida perſuadenda multum juvat ſuavitas præcipientis, M.5.q.7.n.33.34.p.56
Ad regnum cœleſte præceptorum executio requiritur, M.7.q.3.n.13.p.66
In cuſtodia præceptorum Dei ſalus, I.15.q.2.n.6.p.626

*Prædicator.*

Contemptus prædicatorum multa mala parturit, M.5.q.1.n.3.p.50
Prædicator pungat, & non demulceat auditores, M.5.q.1.n.5.ibid.
Verus prædicator liquidè, & non obſcure loquatur, n.6.ibid.
Prædicator prius doceat opere, poſtea verbis, M.5.q.2.n.8.p.51
Prædicator intendat ex ſtirpare mala abſque ſui inquinamento, n.9.ibid.
Prædicator docendo ſuos cuſtodit, ac protegit, M.5.q.3.num.17.p.52.
Prædicator expellat tenebras peccatorum, & annuntiet Chriſtum, n.18.ibid.
Prædicator potius agat de vita ſua componenda, quàm de ſermone, M.5.q.5.n.24.p.54
Sunt prædicatores, qui prophetant nomine Chriſti, ſpiritu tamen diaboli, M.7.q.3.n.16.p.67
Prædicator prius ſe ipſum repleat doctrina, quàm in alios effundat, M.13.q.5.n.22.23.& q.9.n.40.p.117
Prædicator profundè cogitet, quæ dicturus eſt, M.13.q.9.n.41.ibid.
Doctor magnum ſtudium Scripturæ habeat, n.42.ibid.
Bonus Prædicator quærit auditorum opportunitatem, M.24.q.7.n.51.52.53.p.23
Prædicator, qui lucrum non quærit ex prædicatione, veluti miraculum eſt, M.24.q.8.n.55.56.ibid.
Prædicator datur non ut delectet, ſed ut fructum faciat, M.25.q.8.n.43.p.243
Prædicator, qui loquitur criticè eſt diaboli auxilium & ſaluti ponit impedimentum, A.1.q.4.n.22.p.282
Prædicator criticus devorat plebem Chriſti, L.8.q.2.n.13.p.393
Prædicator non eſt ad delectationem, ſed ad ædificationem, n.14.ibid.
In prædicatore requiritur ſermo clarus, & apertus, n.15.ibid.
Prædicator non quærat lucrum, ſed ſalutem animarum, I.11.q.14.n.71.p.425
Prædicator criticus ſibi, & aliis inutils L.13.q.1.n.14.p.458
In prædicatore aſperitas vitæ ante oris verba loquetur, M.3.q.1.n.2.p.39
Prædicatores luceant doctrina, & ardeant charitate, M.3.q.5.n.n.37.p.44

*Prælatus.*

Prælatus intendat mediocritatem, & evitet nimia, M.5.q.1.n.4.p.50
Prælatus pro ſuis det vitam ſine ſui honoris detrimento, M.5.q.2.n.10.11.p.51
Prælatus Eccleſiaſticus ſit lux eminentiſſima Solis, Lunæ, & Stellarum, M.5.q.3.n.14.p.52
prælatus dirigit, ac protegit, M.5.p.3.n.16.p.53
Prælatus, quod non facit non requirat à ſubditis, M.5.q.6.n.29.p.55
Bonus princeps, ac prælatus ſe cogitat æqualem cum ſuis, M.8.q.5.n.27.28.p.73
Si prælatus dormit, etiam & ſubditus dormit, M.8.q.6.n.30.31.p.74
Prælatus habeat prudentiam ad ſeveritatem, ac benignitatem, M.10.q.8.n.38.39.p.95
Bonus prælatus agit de ſuorum commodo poſt ejus mortem, M.11.q.2.n.3.p.97
Si ſuperior dormit, tota familia laborat, M.13.q.1.n.1.p.110
Pro diverſo ſtatu ſubditorum ſit in prælato juſtitia, vel longanimitas, M.13.q.4.n.16.p.112
Prælatus ſit conviſceratus in ſuo officio, M.16.q.3.n.25.p.135
Inauguratus prælatus patientia inducatur, ut lapis inſenſibilis, n.26.p.136
Prælatus incedat inter pietatem, & rigorem.
Pietas tamen primas teneat, M.17.q.2.n.6.p.141
prælatus det dona, & non vendat, M.24.exp.4.n.45.p.229
prælatus diſtribuat bona juxta conditionem uniuſcujuſque, M.24.exp.4.n.47.p.230
Magnum ſupplicium minatur paſtoribus, qui


dilacerant

dilacerant greges ad ſui alimentum, M. 25. q.7.n.38.39.p.230
Id quod prælatus præcipit, etiam ipſe faciat, & adimpleat, L.10.q.1.n.5.p.403
Prælatus vigilet ſuos, ne quid incautè fiat, L.10.q.2.n.7.8.ibid.
Sciat *prælatus*, quod de ſuis ovibus redditurus eſt rationem, ibid.
Prælatus ſit omnibus æqualis, & communis, L.11.q.12.n.66.67.p.424.425
Prælati lux ut flos germinet aliis fructus, L.11. q.13.n.68.69.p.425
Prælatus cohæreat, ac ſit uniformis cum ſuis ſubditis, L. 11.q.16.n.84.p.428
Prælatus, & princeps provideant ſuos juxta cujuſque indigentiam, n.85.ibid.
Prælatus, qui regit, & gubernat, det cibos, & alimenta, L.12.q.5.n.34.35.36.p.447
Prælatus ſibi potius, quàm ſuis debet culpam imponere, L.13.q.5.n.33.p 463
Lethale prælatis, quod ſubditis alimenta denegentur, L.17.q 1.n.4.5.6.p.479
Prælati maximè timeant rationem reddendam de ſuis ovibus. L.19.q.5 n.29.p.496
Quod prælatus ab aliis quæret prius in ſeipſo præſtet, I.2.q.5.n.34.35.p.545
Prælatus prius ſit in largiendo, quàm imperando, I. 5.q.4.n.17.p.567
Prælatus eccleſiaſticus præbeat ſubſidia in ſpiritualibus, ac temporalibus, I. 6. q. 2. n. 6. p. 572
Illegitima poteſtas durè, legitima blandè, ac affabiliter, I.10.q.2.n.5.p.592
Sollicitudo, ac cura boni prælati erga ſubditos eorum amorem allicit, I. 10.q. 2 n. 6. & 7. ibid.

*Præmium.*

Qui eſt prius in merito, ſit & in præmio, n.28. q.2.n.16.p. 271
Præmium emollit labores, L.12.q.3.n.19.p.444
Homo maximè movetur retributione donorum, L 12.q.9.n.58.p.451
Ingens obſequium ſit gratis, & non intuitu præmij, L.19.q.7.n.42.p.499
Dominus ſi imperat labores, aſſignat præmia, L.21.q. 1.n.1.n.2.p.505
Quodlibet minimum opus factum in obſequium Dei habet ſuum præmium. L. 21.q.7. n. 28.29.30.p.509.510

*Præſentia.*

Impij hominis præſentia maximè fugienda, M. 2.q.12.n.62.p.35
Præſentia contemnimus, abſentia veneramur, M. 14.q.1.n 5.& 6.p.119

*Principatus, princeps.*

Princeps in ſuo ſtatu ſuperbus, ſi indiget humilis, M.9.q.8.n.40.p. 85
Vide *Prælatus.*

*Primus.*

Primo, ſeu principali extincto conſequens, ut cætera extinguantur, M. 21. quæſt. 5. n. 42. p. 189
Primus in aliqua virtute maximè venerandus, L. 2. q.4.n.21.p.361

*Promiſſio, ſeu Promittere.*

Vir magnus pauca promittit, multa præſtat, M.9.q 8.n.44.p.86.

*Providentia.*

Deus circa opera juſtorum habet providentiam, L. 21. q.7. n. 27. p. 509
Dominus providet ſervis neceſſaria, ne rapiant aliena, I. 6.q.5.n.21. 22. p. 575

*Proprium.*

Contemnendus, qui non ex propriis, ſed ex alienis fulget, M 6.q 4.n.21.p.62

*Puer.*

Ille aptus ad regnum cœlorum, qui parvulus ac puer animo efficitur, M. 19. q. 16.n.121 122. 123.p.173

*Pulchritudo.*

Illuſtrior modica pulchritudo nativa, quàm multa colorata, M.6.q. 4.n.18

*Puritas.*

Eximia puritas divinitatis index, L.23.q.1.n.2. p. 514
Solus Jeſus in ſumma puritate, ac munditia, Ibid.n.3.& 4.p.515

R.

*Radix.*

Radix, ac origo malorum denotanda, L.23 q. 3.n. 12.13.& 14.p. 516
Radici malorum occurrendum, M. 9.q. 1. n. 1. p. 78

*Relinquere.*

Qui ſua pro Chriſto dimittit omnium Dominus, omnibus abundat, M.19.q.18.n.131.132. & 134.p.174
Qui pro Deo omnia relinquit, omnia habet M. 24.q.8.n.54.p.231

*Remedium.*

Deus de vulnere facit medicamentum, ac remedium, M.27.q 8.n.50.p.267
Qui prior expertus eſt malum, prior experiatur remedium, M.28.q.2.n.18. 19.p.271.272
Summa miſeria ut id quod eſt inſtitutum ad remedium, vertatur in damnum, & pœnam, L. 11.q.18.n.95.96. p.430
Efficax remedium ad ſalutem principium malorum deſtruere, L.23.quæſt.3.n.12.13.& 14. p. 516

*Reprehendere.*

Qui aliorum crimina multum exaggerant, & reprehendunt deteſtandi, M. 7.q. 2.n. 10.& 11.p.65. 66
Qui alios reprehendit verbo, reprehendat & vita ſua, A.1.q.2.n.10.p.280
A Dei Spiritu venit corrigere, ac increpare impios, L.23. q. 4.n 16.p.517
Animo obdurato gravis reprehenſio eſt danda, I.10.q.6.n.22.p. 595
Admonitionem ſalutis reputari, ut contumeliam ſummum malum, I. 10.q.6.n.23.ibid.
Qui reprehenſurus eſt aliorum peccata, aſpera vita utatur, M 3.q.1.n.5. & 6.p.40





Res pro prima ſpecie, ac intuitu non eſt cenſuranda, ac arguenda, M. 3.q.2. n. 8. ibid.

*Relinquere.*

Ille venit ad perfectionem Apoſtolicam, qui relinquit omnia, M. 9. q.3.n.13.p.80

*Reſurrectio.*

Reſurgemus cum capillis, ac omnibus partibus, M. 10.q.7.n.37 p.95
Cuſtodes Sepulchri fiunt teſtes reſurrectionis Chriſti, M. 27. q. 7 n.41.p.265.
Chriſti reſurrectio habet teſtimonium etiam ab inimicis, M. 27. q.8.n.48.p. 266
Series, & ordo apparitionum Chriſti, M. 28. q. 1 n. 13. & 14.p.271
Veritas reſurrectionis Chriſti nulla iniquitate ſupprimi poteſt, 28 q.4.n.29 p. 274
Ex multis convincitur falſitas Judæorum contra veritatem reſurrectionis Chriſti, M. 8. q. 5.n.38. 39.p.75

*Reverentia.*

Cultus, ac reverentia in Sanctos valde proficua, M. 1.q. 5.n. 18.p 7.
Illi ad magna admittuntur, qui ſciunt habere reverentiam, M.19.q.15.n.112.p. 171.

*Regia curia.*

Regia curia ſagena iniquitatis avida criminum, L.13.q.9.n.71.p.469
Regia Curia abundat, & exundat iniquitate, n. 72.p. 470
Regalis Curia iniquitatum fons, & ſcaturigo, n. 73. ibid.

*Rex*, vel *Regnum.*

Defectuoſi in Regno, probi ſine illo, M. 2.q.1. n. 4.p 24.
Regis voluntati Aulici, & magnates obſequuntur, M.2.q.6.n.30.31.32. p. 29.
Rex agit pro ſua voluntate, & non pro ratione, M 12.q.2.n. 18. p. 106
Bonus Rex omnes excipit, & etiam de parvulis habet curam, M.19.q 13.n.104.105.p.170
Rex in nulla celſitudine de minimis, ac parvulis obliviſcatur, M 19.q.13. n. 105. 106.ib.
Rex oſtendat miſericordiam, ut ametur, juſtitiam, ut vereretur, M.12.q.4.n.107.p. 187
Voluntas Regis jus legum eſt, A. 6. q. 2. n. 9. p. 299.
Rex ducatur lege, non voluntate, n. 10. ibid.
Rex, qui inconſideratè, ac repente agit, indignus nomine Regis, A. 6. q.5. n. 22.p. 301
Rex lux Regni ipſo extincto extinguitur Regnum, L.11.q. 19.n 86.p. 419
Regnum, ſeu Regia poteſtas multis periculis circumſepta, L.12.q.3.n.25.26.p.445
Rex creatur non ut ſibi, ſed ut aliis benefaciat, L.12.q.8.n.50. p. 450
Beneficentia connexa cum regali dignitate, n.51. ibid.
Malus Princeps ſibi, & aliis nocivus, L. 13.q.1. n. 15. p. 458
Regia dignitas iniquitate deperditur, L. 13. q.7.n. 62.p.468
Regis gloria ſaturitas ſubditorum, L. 27.q. 1. n.3.4.5.& 6.479
Regia dignitate ſic intumeſcit Homo, ut Deum contemnat, & exiſtimet, quod nihil ei poſſit reſiſtere, L. 18.q.1.n.7.8.p.485. 486
Apud homines plus prævalet offenſa Regis, quàm Dei, I. 19.q.3.n.19.p.636.
Si habes Regis favorem, & manum quamvis alij multum obſcurentur tu reſplendes, M. 2 q.3.n.12.13.14 p.26
Principes, ac magnates legem violant, & non obſervant, M.2.q.11.n.56 57.p. 34
Rex eſt ad operandum, ut faciat id, quod imperat, L.10. q.2.n.5.p.403
Rex in ſecularibus, non in ſpiritualibus ſe intromittat, I.6.q.2.n.7 p.571

*Rigor.*

Sæpe rigor, & auſteritas ex miſericordia, L.12. q. 2. n.9.p.442

*Regimen*,

Vide *Gubernatio.*

S

*Sacerdos.*

Sacerdotes ſolidantur Chriſti virtute, non pecunia, ac divitiis, M.16.q.3.n.27.& 28. p. 136.
Sacerdotum avaritia multa mala introducit, A. 11.q. 1. n.5.p.316
Sacerdotis eſt pro populo orare, & iram Dei avertere, L. 13.q.5, n. 37. p. 463
Sacerdotes ſunt ad defendendum, & non ad offendendum, n. 38.ibid.
Sacerdotis eſt neminem offendere, ſed omnibus benefacere, n. 39. ibid.

*Salus.*

Deus ſupplet impedimenta naturalia, ut homo ad ſalutem veniat, M.8.q.3.n.13 p.71
Juſtus non agit de fama, vel infamia ſua, ſed de aliorum ſalute, M.10.q.6.n.27.p. 93
Malis oppreſſus de aliorum ſalute agere divinum eſt, M. 11.q.2.n.5 p 97
Ex quacumque conditione, quidam ſalvantur, quidam pereunt, M.24.q.4.n 25.p 226
Prius agendum de ſalute animæ, quàm corporis, A. 8 q.1.n.6.p. 305.
Servus Dei ob ſalutem aliorum contemnit proprium periculum, L. 10 q.3.n 12.p.404
Valde miſerum inde reportare mortem, unde alij inveniunt vitam, L. 13. quæſt. 2.n.20. p.459
Salutis negotium perſeveranter, & ſemper agendum, L 19.q.5.n.28 p.496.
Salus univerſalis à ſolo Jeſu.I.1. quæſt. 1. n. 3. p.524

*Sanctitas, Sanctus.*

Cultus, & pietas in Sanctos valde proficua M. 1.q.5.n.58.p. 7
Sanctitas etiam à ſuis inimicis habet venerationem, & gratiam, A. 6.q.3. n 12.p.299
Vide *Juſtus*, vel *Virtus.*

*Sapientia, Sapiens.*

Vera ſapientia rapitur ad inviſibilia, ac ſpiritualia, M.2.q.9.n.45.p.31.
Sapientia veniens à Chriſto omnem mundi ſapientiam deſtruit, M. 23. q.9.n.73. 74. & 75.p. 215. & 216
Cum ſapientibus ſapiens diſputet, M. 23. q 9. n.75. 76.p. 216

A Deo habet ſapiens quidquid ſapit, A.8.q. 2. n. 12. & 13.p 306
Omnia cum ſapientia, ac diſcretione ſunt agenda, A.9 q 4.n.19. & 20.p.311.312
Inſipiens cum ſe videt convictum à ſapiente convitia jactat in ipſum. I. 8.q. 1.n.2. & 3. p. 586
Sapiens in diſputationibus habet multam patientiam, n. 3.4. & 5. ibid.

*Scriptura.*

Omnis veritas Scripturæ in Chriſto adimpleta, l. 1. q.12.n.70.p 537
Magi non credunt cœli nuntio niſi firmentur Scriptura, M. 2.q.2.n.6.p.25
Scripturæ teſtimoniis etiam impijReges ligantur, M. 27.q.5.n.32.p.263
Scriptura Sacra in multa reverentia habenda, I.4.q.2.per totam, p.375
Scriptura Sacra quandam divinitatem indicat, ibid.
Scriptura Sacra omnibus præferenda,n.19.p.376
Omnis ſapientia humana comparata cum divina Scriptura nihil eſt, n. 20. ibid.
Scriptura religioſè tractanda, n 21. ibid.
Scripturæ lectio cœlorum reſeratio, L.4.q. 3. n. 22. ibid.
Deus requirit magnum ſtudium ad intelligendam Sacram Scripturam, L.4.q.3.n.23. ibid.
Quid ſit Sacra Scriptura, n.24. ibid.
Chriſtus cum Apoſtolis de Scriptura tractabat, n. 24. ibid.
Utiliſſima lectio Sacræ Scripturæ, n.25. p.377
Lectio Sacræ Scripturæ Dei amorem, ac omnes virtutes incendit, n.26.ibid.

*Scientia.*

Qui ſcientia antecedit, invidia appetitur, M. 19.q.1.n.7.p. 153
Qui ſuam ſcientiam aliis non manifeſtat, idem eſt, ac non ſcire, M. 24.q.1.n.8.p.223
Omnis ſcientia à Deo eſt, A.8.qu.2.n. 12. 13. p. 306

*Servus, Servire.*

A Servili animo rigor, & ſeveritas, à nobili benignitas, ac humanitas, L 9.q.1. n.10.11. p. 399
Servus Dei ob ſalutem aliorum contemnit proprium periculum, l.10.q.3.n.12. p. 404
Dominus provideat ſervis neceſſaria, ne bona illius rapiant, l.6.q.5.n.21.22.p. 575

*Singularitas.*

Singularitas in re virtutis fugienda, M. 2.q.8. n.42. 43. 44. p. 31
Virtus cum ſi.gularitate periclitatur, M. 14. q. 4.n.28.29. p 123
Sing laritas fugiendat, M 21. q. 1. n. 9.p.184.
Singularitas dona invidiam, & odia excitat, l. 12.q.1.n.13.14.& 15.p.600.601

*Societas.*

Cum peccatoribus etſi agendum ut convertantur, non commorandum, M. 9. q. 4. n. 17. p. 81
Magnanimus conſortem gloriæ admittit, M. 14. q 3 n.15 p.121
mala ſocietas plus omnibus nocet, M. 14. q. 3. n. 16. ibid.
Iniquorum ſocietas fugienda, M. 27. exp. 2. n.39.p.265
Duo mutuo ſe fovent, ac adjuvant, L. 10. q. 1. n. 3 p. 402
Multa mala ex defectu bonæ ſocietatis, L.10. q.1. n.4.p. 403

*Spes.*

Cum Deo aliquid damus, magna ſpes ad multa bona accipienda, l. 1.q.5.n.13. p. 528
In Deo ſperandum, & manu operandum, I. 5. q.1.n.2.p.564
Qui patronum non habet, nihil ſperet, I. 5. q. 3.n.13. p. 566
Vera ſpes quandam habet omnipotentiam, M. 9.q.7.n.35.p.84
Spes dilata affligit animum, M. 20.q. 5. n. 5 p. 177
Dare ſpem ſine fructu maledicitur, M. 21.q.1. n.9. p. 184
Qui non dat fructum, nec illius ſpem, exſiccandus, M.21.q.3.n.24.p.186
Petrus Deo confidens triumphat, de ſe confidens corruit, M. 27.q.7.n.35. 36
Spes, ſeu confidentia in Deum omnes difficultates ſuperat, & nihil timet, l.21.q.1.n.3.4. 5. & 6.p.505. 506

*Spiritus Sanctus.*

Per Spiritum Sanctum omnia fiunt levia, & ſuavia, M. 11.q. 5.n 22. p. 100
Altiſſima diſpoſitio, & præparatio requiritur ad Spiritum recipiendum, l.14.q 1.n.1.p.621
A divino Spiritu petenda diſpoſitio, ut ipſe ad nos veniat, n 2. ibid.
Spiritus venit in die Pentecoſtes quia maturos fructus requirit in anima, n.3. ibid.
Omnis diſpoſitio videtur pauca ad Divinum Spiritum ſuſcipiendum, n.4. ibid.
Spiritus Sanctus juſtos coronat, I.14. q.2.n. 6. p. 622
Spiritus Sanctus nutritius, ac Cuſtos Angelus Virginis Mariæ. n. 9. ibid.
Spiritus Sanctus facit, ut Deum habeamus patrem, n. 10. ibid.
Spiritus Sanctus homines convertit in Seraphinos, ac Angelos, n.11. 12
Spiritus Sanctus multam dat nobis conſolationem, L.14.q 3.n.13 & 14.p. 623
Divino Spiritu omnia habent levamen, ac conſolationem, n.15.& 16. ibid.
Solum in Spiritu Sancto eſt vera conſolatio, n. 16. ibid.
Spiritus Sanctus eſt lux, ac lumen cuncta illuminans, ac docens, I.14 q.4. n. 17. 18. 19. & 20.p.623.& 624
Lumine Spiritus Sancti omnia penetrantur, & nihil ad abditum, ibid.

*Somnus.*

Somnus ſuperioris fomentum ſubditis ad dormiendum, M.8.q.6.n.30.31. p. 74

*Sponſalia, Sponſus.*

Dupliciter verbum divinum celebravit ſponſalia, ſemel cum natura humana, & iterum cum Eccleſia, I. 3 q.7.n.48.49.p.555
Ad nuptias amici vocabantur, l. 3. q. 8. n.51. p. 556

*Superbia, Superbus.*

Superbus cogitat nihil ſuis placitis, ac cogitationibus poſſe reſiſtere, M.2.q.7.n.35. 36. & 37 p 29.30.





Chriſtus ſuperbos contumaces conterit, humiles, ſanat, Matth. 10. quæſt. 8. num. 41. p 95
Superbi quo magis elevantur, eo magis ruunt, M. 13.q.3.n.10. p.111
Qui de ſe multum præſumit, graviter cadit, M. 26.q.7.n.37.38.p.254
Ex patientia, ac benignitate ſuperbeſcit iniquitas, Matth.27.quæſt.1.n.4. 5. & 6. p. 558. & 559
Hominem elatum velle deſuadere ſua præſumptione, ſolùm virtutis eſt divinæ, L. 19. q. 1.n.10.11 p.492
Superbus, ac præſumptuoſus incapax ad ſacra myſteria percipienda, l.15. quæſt. 1. n. 8.& 9. p. 634

*Supplicium.*

Ex præſentia juſtorum acceleratur iniquis ſupplicium, M. 2.q.5.n.22.p.27
Similes in delicto, ſimiles in pœna, M.2.q.14. n. 72.p. 37
Juſtus etſi ex charitate erat, ex juſtitia punit, M.5.q.6.n.30.p. 55
In peccatores colligatos citiſſimè volat ſupplicium, M.13.q 4 n.18.p.112
Supplicium viſum virtutis eſt ſubſidium, M. 21.q. 1.n.1.p.182
Deus ut inferat ſupplicium expectat, ut impleatur menſura peccatorum, M. 13.q 6.per totam.p. 213
Qui poſt viſum aliorum ſupplicium, adhuc peccat, graviſſimè punitur, M.23.q.10.n.77. 78. 79 p.216
Qui æquales ſunt in delictis, æquales ſunt & in pœnis, ac ſuppliciis, A. 11. q.1.n.8. 9.& 10.p. 316. & 317
Divinitatis ſignum caſtigare, ac punire iniquos, A.11.q.4.n.24.25.p.320.
Si non datur ſupplicium, datur delinquendi fomentum, L 19.Exp.2.n.31.p.497
Supplicio ſæpe aperitur ſalus, & vita, I. 15 q 2 n.8.9.& 10 p.627
Supplicia aliquando non ex ira, ſed ex miſericordia, ibid.

*Status.*

In diverſo ſtatu æquale meritum fundatur, M. 8. q. 4.n 20. p.72
Nullus ſua ſorte, ſeu ſtatu contentus, M. 20. q. 1. n.2.p.176
Statui accommodandum, L.2. quæſt.4. num. 2. 24. & 25

T

*Temporalia.*

QUi de ſpiritualibus agit, contemnit temporalia, L 12 q.2.n.11.p.442
Audito Chriſti verbo, & de temporalibus agere puſillanimitatis eſt, Luc.12.q.4.n. 31. p. 446.

*Tempus.*

Fatuus operatur extra tempus opportunum, M.24.Exp.4.n.46 p.229

*Templum.*

Judæorum nequitia etiam templa venerabatur, M.26.q 6.n.29.p.253
In primo ingreſſu civitatis Dei templum viſitandum, A. 11.Exp.1.n.2.p.316
Templi profanatio maximè damnanda, A. 11. q.1.n 6 ibid.
Templorum profanatio regnorum deſtructio, I.10.q.5.n.18.19. 20.p.594.595
Vide *Eccleſiam.*

*Tentatio.*

Diabolus tunc maximè accenditur ad tentandum, quando ſuperatur, M.13.quæſt.3.n.11. p 111
Ab igne tentationis ſolidatur anima in gratia, L. 23.q.3.n.10.p.516

*Thereſia S.*

Virtus Thereſiæ tam ampla, & lata veluti ſine meta, M.25.q.3.n.12.p.236
Mirifica gloria Thereſiæ dum in corde Chriſti apparet collocata, n 13. ibid.
Intimus amor, ac unio inter Chriſtum, & Thereſiam, n.14.ibid.
Thereſia electa à Deo ut mater ſtellarum, M. 15. q. 4 n. 15. p. 237
Stellæ Thereſiæ nullo defectu, vel macula fœdantur, n. 16. ibid.
Vox Thereſiæ reſonat per totum mundum illumque illuminat, n. 47. ibid.

*Teſtimonium.*

Res multorum teſtimonio comprobanda, & in magnam auctoritatem habet, M. 17.q. 1. n. 24.p.144
Plurimi teſtes firmant teſtimonium, L. 2. q. 5. n. 27.p.362

*Terrena, ſive temporalia.*

Vacare à terrenis inducit ad cæleſtia, L. 8. q.4. n. 21.p. 394
Tota noſtra cura ſit in Deum, & ipſe providebit temporalibus, n. 22. ibid.
Omnia temporalia parva reſpectu cœleſtium, L. 19. Exp. 3. n.38.p.498

*Timor.*

Timoris acerbus cruciatus, M q. 7.n. 33. 34. 35. p. 84
Timore omnia augentur, vel diminuuntur, ibid.
Timentibus omnia ſemper videntur majora, ac terribiliora, M. 14 quæſt.2.num.10.11.12. p. 120.
Non timens timetur, timens contemnitur, M. 14.q.4.n.27.p.123
Humanus timor parat multa mala & Dei contemptum, M.21.q.7.n. 69.p. 193
Timor Domini initium ſalutis ad profectum. L. 12.q.3.n.30.p. 446
Ex Dei conſortio, ac magnis beneficiis timendum. L. 12.q. 3 n. 20
Iniqua conſcientia valdè timida, & perturbata, L.19.q.7.n.39 p.498
A voce divina timor, & dulcedo, M. 24. q. 2. n.9. p.223

*Tribulatio.*

Poſt tribulationem lætitia, M. 16. quæſt.1.n.8. p. 133
Sancti multas tribulationes patiuntur interius & exterius L. 21. q.1.n.1.p.505

*Triſtitia.*

Suavia, & triſtia mundi non perdurant; inter ea multæ mutationes fiunt, M. 15 q.1.n.9.10. p. 126. 127

## V


*Verbum Dei*, ſeu *ſermo Dei.*

SErmo Dei efficax ad deſtruenda vitia, M. 19.q.4.n.30.31.p.157

*Verbum noſtrum.*

Verbum aſperum graviſſima pœna, A. 11.q.2.n.15.p.318

Vide *Loqui.*

*Veritas.*

Ex adverſariis maximè probatur veritas, M. 2.q.6 n.27.p. 28

Sub malo principe aliquando veritas abſcondenda, n. 28. 29. ibid.

Veritas etſi mordicat, vincit, M. 5. q. 1. n. 2.

Qui veritatem prædicat cum ſcorpionibus agit, I 8 q.2.n.6.p. 587

Doctor veritatis magnatibus odioſus, I.19. q.4. n. 26.p. 6,7

*Verecundia.*

Pudica verecundia tacere facit, L. 1.q.6.n.20. p. 339

*Veſtis.*

Veſtis data è manu Dei glorioſior omni alia, M.6.q.4.n.22.23.24. p. 63

*Via.*

Chriſti via puros non invenit ſed facit, M. 2. q.12.n.64.p 36

Viam cæli eſſe anguſtam memoria cogitandum, M. 7.q.1.n.1 p 64

Contemnenda omnia ut per viam cœli incedamus, n. 3. ibid.

Non ſat eſt eſſe in via, ſed oportet non deflectere ab illa, M. 25.q.1.n.6.p 235

*Vincere.*

*Victoria*, ſeu *victor.*

Vincere fortem armis laus, debilem dolo, ignominia, M.13.q.3.n.p.111

Glorioſior victoria patientia, quàm armis, M. 26.q.6.n.32.p.253

Qui vult vincere non habeat ſecum hæreticum & infidelem, A 8.q.1.n.9. p. 305

*Vindicta.*

Securus de ſuo honore non quærit vindictas, L.9.q.1,n.9.p.399

*Virginitas.*

Virginitas valde efficax ad impetrandum, L. 1. q. 3 n.10.11.12.p 337

Pura Virginitas venenoſas opiniones deſtruit, M. 1. q.15.n.75.p. 18

Virginitas cæleſtis virtus ſuper cæteros juſtificatos extollitur, M. 19. qu. 12. num. 93 94. p. 168

Virginitas ita excelſa ut humanus ſermo non valeat explicare, n 97.p.169

Quidquid de virginitate dicitur minus eſt ipſa, n 97. ibid.

Virginitas ſine Chriſti gratia non obtinet regnum cœlorum, M. 19.q.13.n. 102. p.170

Multa & præclara eloquia virginitatis, M. 22. q. 2.n.17.p.197

Caſtè viventes in hoc ſæculo angelis comparantur, ibid. n.18.p. 198

*Virtus.*

Vera virtus non requirit modos extraordinarios, ſed in rebus communibus, ac ſolitis manifeſtatur. M.2.q.8.n.42.43.44.p. 31

Sine virtute nil valet temporalis fortitudo, ac pulchritudo, M. 3.q 4.n.21.p.43

Multo peior homo ſub ſimulata virtute, quàm ſub aperto odio, M.6.q 1 n.4.p.59

Qui ex propriis non habet virtutes, non debet de illis gloriari, M. 6.q.4.n.21.p.62

Præclara virtus ſæpe actionibus contrariis oſtenditur, L. .q 2.n. 3. p. 385.

Virtus debet reſplendeſcere interius, & exterius, L.11.q.22.n.116.117.118.p.435

Virtus ab uno vitio patitur detrimentum, & perditur. L. 11.q.23.n.120.121.p.436

Defectus, vel nimietas in re virtutis valdè nocent, L. 13.q.3.n.23.24 p.460

Virtus valde ſecura nil timet, L. 19. q.7.n.40. p. 458

Qui non creſcit in virtute, deficit, L. 19.q.9. n.31.p.501

Generoſa virtus nulli labori cedit, L. 21.q. 1. n. 2. p. 506

Illuſtris proſapia, ſeu generatio eſt virtus, I. 8. q. 2.n.14.p. 588

Maximè ſecurus vivit homo ſi primævæ virtutis ſumit fervores, I. 10 q.3.n. 10.11. 12.13. p. 583

Vera virtus etiam in corpore mortuo agnoſcitur, I. 19.q 6.n.40.41.p. 640

Per actiones quo ad ſpeciem contrarias ſancti in virtute fulgent, M. 8. quæſt. 4. num. 9. p. 72

Ut virtutem teneas, dimitte vitia, M. 8. q. 5. n. 25 26.p. 73

Maximè depravatus, qui virtutes cum vitiis commiſcet, ibid.

Virtus ſit maximè occulta. M 9.q 6. num. 28. p. 82

Quanto major virtus, tanto majores calumniæ, & perſecutiones, in eam devolvuntur, M. 11.q.1.n.1.2.p.97

Virtutem abſcondat homo non ſolùm ab aliis ſed etiam à ſe ipſo, M.13. quæſt.6.n. 25. 26. p. 114

Virtus ſemper magis comparanda, & non quieſcenda, M. 13. q. 6. n. 27.28.29. pag. 1.4. & 115

Homo in omni tempore debet dare virtutum opera, M.21.quæſt.3.n.28.29.30 p.387

Sola vera virtus, quæ lucet interius, & exterius producit fructus, M.23.quæſt.1.num. 13. p.204

Virtus in flore juventutis valdè laudabilis, M. 23.q.12 n 88. 89.p. 218

Homines fortes ad mundana, debiles ad virtutem, M. 25.q.7.n.35.p.241

Virtus abſcondenda, & occultanda, A. 1. q. 3. n. 11. 12.13.14.p.280.281

Nemo uno virtutis actu quieſcit, A. 8. q. 3. n. 18 p. 307

Virtus ab incunabilis dat ſui ſpeciem, L. 1. q. 13. n.70.71.72.p.349

Virtute per quam quis proficit maxime ad illam eſt affectus. L.2.q.4.n.24.p.362

*Viſio Dei.*

Ex viſione Dei permanens gaudium excludens omne malum, M. 25. q. 5. n. 22. 23. p. 238

*Unio*, ſeu *unitas.*

Unitas maximè radicatur in ſanguine, ac amicitia. M. 4. q. 1. n.2 p. 46

Summam unionem, ac concordiam Chriſtus vult in ſua Eccleſia, M.4.q.1.n.3. 4. 5. ibid.


Ubi




Ubi unio ibi ſal ſapientiæ, ſi verò diſrumpitur infatuatur ſal, A. q.4.n.21.p.312

Per unionem, ac charitatem omnes unum ſumus in Chriſto, L.12.q.2.n.10. p. 323

Inter fratres ſit amor, & unio, n.11. ibid.

*Vicinitas.*

Multa mala ex mala vicinitate, L.13.q.2.n.21. p. 459

Lot verbo Angeli munitus etiam multum timet ex loco vicino, n.22.ibid.

*Vir*, ſive *uxoratus.*

Vir non eſt ſeparandus à ſua uxore, M.19.q. 4. 27.28.29.30.p.156.157

Inter virum, & uxorem ſæpe multæ contentiones, I.1.q.7.n.15.p.528

*Vita*, ſeu *vivere.*

Glorioſè vivit, qui ſuis rebus contentus eſt, & quieſcit: M 6 q 4.n.49.p. 62

Vita ſine fructibus idem eſt, ac mors M. 21. q.5.n.42.43.44.p. 189

Valde miſerum inde reportare mortem, ubi alij inveniunt vitam. L.13.q.2.n. 20. p. 113.

Hujus mundi vita undique plena miſeria, I.12. n.7.8.9.p.600

*Vitium.*

Eſt homo adeo depravatus, ut vitia quodammodo vertantur in naturam; L.18.q.2.n. 10. 11. 12. p.486. 487

Ex depravatis vitiis nomen accipitur, n 11. ib.

Vide *Peccatum.*

*Vigilia.*

Maximè vigilandum ob incertitudinem Diei judicij, ac mortis, M. 24.Exp.3.n.39.p.228.

Chriſtus invenitur à vigilantibus, perditur à dormientibus, M.28.q.5.n.40.p.276

*Voluntas*, ſeu *voluntarium.*

Vide *Affectus.*

Ex voluntatis affectu opera noſtra valorem habent apud Deum, M.1.q.4.n.13.14.15.p.6

Quod voluntarium ſuave, quod in voluntarium aſperum, M.1.q.2.n.11.p.41

Voluntarium, ac ſpontaneum ſuave, & leve, M.7.q.1.n.7.8.p.65

Res ex voluntate fit levis, & ſuavis, M.11.q. 5. n.19.p.100

Qui vult, poteſt facere, & qui non vult non poteſt facere, M.19.q.10.n.85. 86.87.p. 167. & M.20 q.4.n.23.p.180

Deus vult noſtra, obſequia voluntariè, & non coactè, A.11.q.4.n.26.27.28.p.320

Ex voluntate, ac animo ſumitur valor oblationis, A.12.q.1.n 5.6.7.p.322

In magnis donis auguſta voluntas, ac ſi nil dediſſet, n.8.ibid.

*Vulnera Chriſti.*

Chriſti vulnera quondam divinitatis ornamentum, I. 12.q.2.n.25.26.p.605


## Z


*Zelus.*

MAlum ſub pietatis zelo divinam iram provocat. M.6.q.1.n.3.4.p.59

Qui aliorum crimina nimis zelat, aliquando in turpiora labitur, M.7.q.2.n.10 11.p 65.66

Bonus zelus recta ratione, & non indiſcretè agit, M.9.q.5.n.26 27 p.82

Fictus religionis zelus crudelior omni tyranno, M.19.q.1.n 7.8.9.p 153

Zelns operariorum, ac miniſtrorum Dei, L.10. q.3.n.9 p.404


*FINIS.*